Racc. Villarosa C. 39(2

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
C
39(2
NAPOLI

C. A. 446

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HUGONIS GROTII
DE JURE
BELLI AC PACIS

LIBRI TRES,

Cum Annotatis AUCTORIS, nec non J. F. GRONOVII Notis, & J. BARBEYRACII Animadverſionibus;

COMMENTARIIS

INSUPER LOCUPLETISSIMIS

HENR. L. B. DE COCCEII

SACRÆ REGIÆ MAJESTATI BORUSSICÆ QUONDAM A CONSILIIS SECRETIORIBUS,

Sub Titulo GROTII ILLUSTRATI antea editis, nunc ad calcem cujuſque Capitis adjectis:

INSERTIS QUOQUE OBSERVATIONIBUS

SAMUELIS L. B. DE COCCEII

HENRICI FILII, REGNI BORUSSICI CANCELLARII, Miniſtri ſtatus intimi, & Aquilæ Boruſſicæ Equitis, Hæreditarii in Wuſſeken, Repko, Kleiſt, Laas, cet.

Adduntur tandem ipſius GROTII

DISSERTATIO DE MARI LIBERO,

Ac Libellus ſingularis

DE ÆQUITATE, INDULGENTIA ET FACILITATE.

TOMUS SECUNDUS.

LAUSANNÆ;

Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET, & Sociorum.

MDCCLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

HUGONIS GROTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

De belli cauſis, & primum de defenſione ſui & rerum.

I. *Cauſæ belli juſtificæ quæ dicantur.*
II. *Eas oriri ex defenſione, exactione ejus, quod noſtrum eſt, aut nobis debetur, aut ex pœna.*
III. *Pro vita defendenda bellum eſſe licitum.*
IV. *Contra aggreſſorem ſolum.*
V. *In periculo præſente & certo, non opinabili.*
VI. *Item pro integritate membrorum.*
VII. *Maxime pro pudicitia.*
VIII. *Licite omitti defenſionem.*
IX. *Defenſionem illicitam eſſe interdum adverſus perſonam publice valde utilem, ob legem dilectionis.*
X. *Interfectionem Chriſtianis non eſſe licitam ad arcendam alapam, aut contumeliam ſimilem, aut ne fugiatur.*
XI. *Pro rebus defendendis interfectionem non eſſe illicitam jure naturæ.*
XII. *Quatenus ea permiſſa ſit lege Moſis.*
XIII. *An & quatenus Evangelica lege permiſſa ſit.*
XIV. *An lex civilis, interfici aliquem defenſionis cauſa permittens, jus det, an ſolam impunitatem, cum diſtinctione explicatur.*
XV. *Quando licita eſſe poſſit ſingularis dimicatio.*
XVI. *De defenſione in bello publico.*
XVII. *Eam non licitam ad imminuendam duntaxat potentiam vicini.*
XVIII. *Nec in eo, qui juſtam bello cauſam dedit.*

I. 1. VENIAMUS [+] ad cauſas bellorum : [1] juſtificas [+] intelligo : [+] nam ſunt & aliæ [2] quæ movent ſub ratione utilis, diſtinctæ interdum ab iis quæ movent ſub ratione juſti : [+] quas inter ſe, & a [a] [3] belli principiis, [+] quale erat [4] cervus in bello Turni & Æneæ, accurate diſtinguit [a] Polybius. At quamquam manifeſtum eſt harum rerum diſcrimen, voces tamen confundi ſolent [+]. Nam quas cauſas dicimus juſtificas, etiam principia dixit Livius in [b] Rhodiorum oratione : *Certe quidem* [b] *vos eſtis Romani, qui ideo felicia eſſe bella veſtra, quia juſta ſunt, præ vobis fertis, nec tam exitu eorum quod vincatis, quam* prin-

a III. *Hiſt.* c. 6. 7.
b *Lib.* XLV. c. 22.

GROTII.

[a] *Belli principiis*] Exordia pugnæ dixit *Virgilius.* (*Æn.* VII, 40.)

GRONOVII.

1 *Juſtificas*] Quæ efficiunt, ut bellum jure, ſalva fide & conſcientia geri judicetur.

2 *Quæ movent ſub*] Incitant ad bellandum præſumta & ſperata utilitate, ſeparatæ ab illis, quæ prætexuntur ad cauſæ juſtitiam probandam.

3 *Belli principiis*] Prima offenſa, ſive conflictu partium.

4 *Cervus*] 7. Æneid. 485. *& geminæ tigres Statio* in Thebano 7. Thebaid. 564. Adde *Livium* lib. 35. extremo.

GROTII.

b *Vos eſtis Romani*] Certe vix ulla gens tam diu conſtans manſit in ſpectandis belli cauſis. *Polybius* apud Suidam voce 'Εμβαίνειν' [ubi tamen non legitur nomen Hiſtorici, nec alterius, quiſ- qui

Digitized by Google

principiis, quod non ſine cauſa ſuſcipiatis, gloriamini. Eodemque ſenſu ἀρχὰς πολέμων dixit Ælianus libro XII. capite 53. & Diodorus Siculus [a] libro XIV. de bello agens Lacedæmoniorum in Eleos + eaſdem vocat [c] προφάσεις & ἀρχάς.

a Biblioth. p. 404. Ed. H. Steph.

2. Hæ + juſtificæ cauſæ proprie noſtri ſunt argumenti, ad quas illud pertinet Coriolani apud [b] Halicarnaſſenſem: πρῶτον ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν, ὅπως εὐσεβῆ καὶ δίκαιαν ποριεῖσθε τοῦ πολέμου πρόφασιν: *Id primum vobis curandum arbitror, + ut piam & juſtam accipiatis belli cauſam.* Et hoc [c] Demoſthenis: ὥσπερ οἰκίας, οἶμαι καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς [d] ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει. *Sicut in domibus, & navigiis, rebuſque ſimilibus, [5] quæ ſubſternuntur firmiſſima eſſe oportet, ita in actionibus cauſas ac fundamenta oportet juſto ac vero congruere.* + Nec minus hoc [d] Dionis Caſſii: δεῖ δὲ τοῦ δικαίου πᾶσαν ἡμᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι, μετὰ μὲν γὰρ τούτου καὶ ἡ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχὺς εὔελπίς ἐστιν. ἄνευ δ' ἐκείνου βέβαιον οὐδὲν, κἂν παραυτίκα τις κατορθώσῃ τι, ἔχει· *maxima nobis juſtitiæ habenda eſt ratio: quæ ſi adſit, vis bellica ſpem bonam præbet: ſin abſit, nihil quis certi habet, etiamſi prima ex ſententia ſuccedant.* Et illud [e] Ciceronis: *illa bella injuſta ſunt, quæ ſunt ſine cauſa ſuſcepta:* qui & alibi [f] Craſſum reprehendit, quod Euphratem tranſire voluiſſet [e] nulla belli cauſa.

b Lib. VIII. c. 8.
c Olynth. II. p. 6. 8.
d Lib. XLI. pag. 189. A. Ed. H. Steph.
e De repub. lib. III.
f De Finib. L. III. c. 22.

3. Quod + non minus de bellis publicis quam privatis verum eſt. Hinc illa [g] Senecæ querela: *Homicidia compeſcimus & ſingulas cædes? quid bella & occiſarum gentium glorioſum ſcelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit.....* • [6] *Ex ſenatus-conſultis plebiſque ſcitis ſæva exercentur, & [f] publice jubentur vetita privatim*

g Ep. XCV.

quis auctor eſt verborum illorum.] οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐποιοῦντο μηδέποτε πρότεροι τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' καὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβάλλειν εἰς τοὺς πολεμίους· [Apud *Suidam* eſt πολέμους] *Romani ſummopere id curarunt, ne priores ipſi finitimis inferrent violentas manus. Sed ut ſemper crederentur in hoſtem ire ad arcendas injurias.* Oſtendit id *Dion* [Immo *Diodorus Siculus*, pag. 314. 316. *Excerptorum* laudatorum] egregia comparatione Romanorum cum Philippo Macedone & Antiocho in excerptis Peireſcianis. Ejuſdem eſt illud in excerptis legationum: (*Fulvii Urſini*, ubi legitur: διὰ τὸ) διὰ τοὺς παλαιοὺς οὐδὲν οὕτω σπουδάζειν, ὡς τὸ δικαίους ἐφίστασθαι πολέμους. [Ubi videtur legendum, ἐνίστασθαι, ut in loco ſequ.] Rurſum in excerptis Peireſcianis: σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φιλοτιμοῦνται δικαίους ἐνίστασθαι τοὺς πολέμους, καὶ μηδὲν εἰκῆ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιούτων ψηφίζεσθαι. *Valde id ſtudent Romani, juſta ut bella ſuſcipiant, nihilque tale decernant ſine cauſa ac temere.* (Pag. 341. quæ ex *Diodoro* etiam.)

c Προφάσεις] Δικαιώματα dixit *Procopius* Gothicorum III. (*Cap.* 33.) Adde quæ infra hoc libro capitis XXII. initio.

d Ὑποθέσεις] Sic & ὑπόθεσιν belli dixit *Julianus* ſecundo de laudibus Conſtantii. (*Pag.* 95. *B. Ed. Spanh.*)

e *Nulla belli cauſa*] *Appianus* (*Bell. Civ.* Liv. II. p. 438. *Ed. H. Steph.*) eidem Craſſo a tribunis denuntiatum dicit μὴ πολεμεῖν τοῖς Παρθυαίοις μηδὲν ἀδικοῦσι· *ne bellum Parthis inferret nulla injuria cognitis. Plutarchus* de eodem: καὶ συνίσταντο πολλοὶ χαλεπαίνοντες εἴ τις ἀνθρώποις οὐδὲν ἀδικοῦσιν, ἀλλ' ἐν σπονδαῖς πολεμήσων ἄπεισι· *Coibant multi indignantes, eſſe aliquem, qui bellatum iret in homines non modo nullius injuriæ compertos, ſed & pace defenſos.* (Vit. M. Craſſ. *pag.* 552. E.) [Locus autem *Ciceronis*, qui heic præcedit, e *Lib.* III. *de Rep.* nullibi, puto, ita legitur. Sed apud AUGUSTIN. *De Civ. Dei*, XXII. 6. ex eodem Libro hæc adferuntur: *Nullum bellum ſuſcipitur à civitate optimà, niſi aut pro fide, aut pro ſalute.* J. B.]

f *Publice jubentur vetita privatim*] Idem *Seneca* de ira II. cap. VIII. *Pro gloria habita, quæ, quamdiu opprimi poſſunt, ſcelera ſunt.* Adde quæ infra ex *Seneca* & *Cypriano* libro III. cap. IV. §. 5. circa finem.

GRONOVII.

5 *Quæ ſubſternuntur*] Ut in ædificiis fundamenta, in navigiis carinæ, in columnis & ſtatuis baſes vel crepidines.

6 *Ex ſenatus-conſultis plebiſque ſcitis*] Quia Romæ oportebat ſenatum cenſuiſſe, & vel populum juſſiſſe, vel plebem ſciviſſe, quod publico nomine recte gereretur.

GRO-

Digitized by Google

privatim. + Habent quidem bella publica auctoritate ſuſcepta aliquos effectus juris, + ut & [7] ſententiæ: + de quibus agendum [8] infra erit: + Sed non eo magis peccato vacant, ni cauſa ſubſit; + ut merito Alexander, ſi ſine cauſa in Perſas & alias gentes bellum arripuit, Scythis + apud *b* Curtium, ſed & [g] Senecæ latro, + Lucano *i* prædo appelletur, [9] + Indorum (aa) quoque ſapientibus [10] *ἀτάσθαλος* +, & a (bb) pirata quondam tractus ſit in criminis ſocietatem: quomodo & ab ejus patre Philippo duos Thraciæ reges regno ſpoliatos Juſtinus *a* narrat, fraude latronis ac ſcelere. Auguſtini *b* illud huc pertinet: *Remota juſtitia quid ſunt regna, niſi magna latrocinia?* Convenit talibus Lactantii *c* illud: *inanis gloriæ ſpecie capti, ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt.*

b Curt. lib. VII. c. 8. n. 19.
i Pharſ. lib. X. verſ. 21.
a Lib. VIII. c. 3.
b De Civ. Dei lib. IV. c. 6. in fine.

4. Cauſa juſta *d* belli ſuſcipiendi nulla eſſe alia poteſt + niſi injuria. *Iniquitas partis adverſæ juſta bella ingerit*, inquit idem *e* Auguſtinus, ubi iniquitatem dixit pro injuria, + quaſi [11] *ἀδικίαν* dixiſſet, cum vellet dicere [12] *ἀδίκημα* +. Sic in + Romano Feciali carmine: *f Ego vos teſtor, populum illum injuſtum eſſe, neque jus perſolvere.*

c Lib. I. de falſa relig. c. 18.
d Sylveſt. de Bell. p. 1. n. 2.

+ II. 1. Ac plane [13] quot + actionum forenſium ſunt fontes, totidem ſunt belli: + nam ubi judicia deficiunt, incipit bellum. Dantur + autem actiones aut [14] ob injuriam non factam, aut ob factam. Ob non factam, + ut qua petitur cautio de non offendendo, item [15] damni + infecti, & interdicta alia [16] ne + vis fiat. Ob + factam, aut ut reparetur, aut ut puniatur: + quos duos obligationum fontes [h] recte diſtinguit Plato (cc) nono de legibus. + Quod repa-

e De Civ. D. Lib. XIX. c. 7.
f Livius, I. 32.

GROTII.

g *Senecæ latro*] Locus eſt de Benef. 1. cap. XIII. Non male *Juſtinus Martyr* apologetico 1. τοσοῦτον δὲ δύνανται ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ. *Tantum poſſunt principes, qui opiniones vero præferunt, quantum in ſolitudine latrones:* (Pag. 21. *Ed. Oxon.*) Philo: οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπὰς, σεμνοῖς ὀνόμασιν ἀρχῆς ἐπικαλύπτοντες λῃστείαν ἀληθέσιον· *Qui magna furta committunt, qui honeſto principatus nomine obumbrant ea, quæ re ipſa nihil niſi latrocinia ſunt.* (De Decalog. *pag.* 763. D. *Ed. Pariſ.*)

h *Recte diſtinguit Plato*] Et ante eum *Homerus*. Nam cum mulctam perſolvere proci Penelopes voluiſſent, ait Ulyſſes: [*Odyſſ.* Lib. XXII. ℣. 62. *& ſeqq.*]

— οὐδ' εἴ μοι πατρώϊα πάντ' ἀποδοῖτε
Ὅσσα τε νῦν ὔμμ' ἐστὶ καὶ εἴ ποθεν ἄλλ' ἐπιθεῖτε,
Οὐδέ κεν ὣς ἔτι χεῖρας ἐμὰς λήξαιμι φόνοιο,
Πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτῖσαι.
— *patrias non ſi mihi raptas,*
Reſtituatis opes, addatiſque altera plura,
Abſtineam fœdare manus in ſanguine veſtro,
Cuncta prius quam veſtra proci delicta luatis.

Caſſiodorus lib. V. epiſt. XXXV. *Ut qui vindictam venimus, damna minime ſentiamus.* Adde quæ infra hoc libro initiis capitum XVI. & XX.

GRONOVII.

7 *Sententiæ*] Pronuntiata judicum.

8 *Infra*] 3, 4.

9 *Indorum ſapientibus*] Brachmanis, Gymnoſophiſtis. *Strabo* lib. 15, 712.

10 Ἀτάσθαλος] Ἄδικος· ἁμαρτωλός· παράνομος· ἀθέμιτος. q. ἄταις θάλλων.

11 Ἀδικίαν] Qui habitus.

12 Ἀδίκημα] Injuſtum factum.

13. *Quot actionum*] Quot caſibus & cauſis privato fas eſt privatum compellare coram judice.

14 *Ob injuriam non factam cautio*] Quæ ab eo exigitur, cujus minæ juſtum nobis metum fecerunt.

15 *Damni infecti*] Qua petimus, ſi quid damni ex ruinoſis vicini ædibus nobis contingat, ut is ſe id penſaturum promittat. *Cic.* Top. 4.

16 *Ne vis fiat*] Prohibitoria, ne vis fiat ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti in locum ſuum. §. 1. Inſt. *de Interd.*

(aa) Habet ex ARRIANO, *De Expedit. Alex.* Lib. VII. Cap. 1. *J. B.*

(bb) Refertur id à NONIO MARCELLO, è Lib. III. *Ciceron. de Republ. Nam quum quæreretur ex eo* (Pirata) *quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum uno myoparone:* Eodem *inquit*, quo tu (*Alexander*) orbem terræ. *In voc.* Myoparo, *pag.* 534. *Edit. Mercer.* Vide etiam *Auguſtin.* De Civit. Dei, IV, 4. *J. B.*

(cc) Locus eſſe videtur, ubi Philoſophus ait Legiſlatorem ad duo attendere debere, *injuriam*, &

reparandum venit, aut ſpectat id quod noſtrum eſt + vel fuit, + unde [17] vindicationes & [18] condictiones + [19] quædam + aut id quod nobis debetur + ſive [20] ex pactione, ſive [21] ex maleficio, + ſive ex lege, + quo referenda quæ [22] ex quaſi contractu & [23] quaſi maleficio dicuntur; + ex quibus capitibus naſcuntur [24] condictiones cæteræ. + Factum ut puniendum parit accuſationem & [25] judicia publica.

2. Plerique [g] bellorum + tres ſtatuunt cauſas juſtas, defenſionem, recuperationem rerum, & punitionem: quæ tria in + Camilli ad Gallos denuntiatione invenias: [h] *Omnia quæ* [26] *defendendi, repetique, & ulciſci fas ſit*; in qua enumeratione, niſi vox recuperandi ſumatur laxius, omiſſa eſt perſecutio ejus quod nobis debetur; quam non omiſit Plato, [i] cum dixit bella geri non modo, ſi quis vi opprimatur, aut expiletur, verum etiam + ſi deceptus fuerit. Quicum illud Senecæ convenit: [k] *Æquiſſima* + *vox eſt, & jus gentium præ ſe ferens: Redde, quod debes.* Et in Fecialium formula erat: [l] *Quas nec dederunt, nec ſolverunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolvi oportuit*: & apud Salluſtium in hiſtoriis: [m] *Jure gentium res repeto.* Auguſtinus [n] cum dixit: [i] *Juſta bella definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias*: vocem ulciſcendi generalius ſumſit + pro eo, quod eſt [27] demere: quod & ſequentia oſtendunt, + in quibus non eſt enumeratio partium, + ſed exemplorum additio: *Sic gens & civitas petenda eſt, quæ vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt,* + *vel reddere, quod per injurias ablatum eſt.*

3. + Hanc [28] naturalem notitiam ſecutus Indorum rex, narrante Diodoro, [o] Semiramidem accuſabat, ὅτι προκατάρχεται τοῦ πολέμου μηδὲν ἀδικηθεῖσα. + *quod bellum inchoaret nulla accepta injuria.* + Sic & Romani cum [p] Senonibus [29] poſtulant, ne a quibus nullam injuriam accepiſſent, [30] eos oppugna-

[g] Bald. ad l. 2. C. de Servit. & aq. n. 71. IV. Matt. de bello juſto & licito.
[h] Liv. lib. V. c. 49.
[i] Alcib. 1. pag. 109. A.
[k] Lib. III. de benef. c. 14.
[l] Liv. lib. 1. c. 32.
[m] Lib. III. fragm. c. 10. Orat. Macr. Licin.
[n] Lib. VI. Qu. 10. ſuper Joſue.
[o] Lib. II. pag. 74. Ed. Steph.
[p] Liv. lib. V. c. 35.

& damnum: Καὶ πρὸς δύο ταῦτα δὴ βλέπειν, πρὸς τε ἀδικίαν, κ. βλάβην. Vide quæ ſequuntur, pag. 862. Tom. II. *Ed. H. Steph. J. B.*

GRONOVII.

17 *Vindicationes*] *In rem* actiones.

18 *Condictiones*] Leg. *condictiones*, in perſonam.

19 *Quædam Condictio cauſa data, cauſa non ſecuta, cond. ob turpem cauſam, cond. indebiti, cond. furtiva.* Has autem tantum hic ſignificat, quia major numerus actionum in perſonam ex contractibus & maleficiis.

20 *Ex pactione*] Contractu, vel *re* (ut *mutuum, indebitum, commodatum, depoſitum, pignus*) vel *verbis* (ut *ſtipulatio, fidejuſſio*) vel *literis* (*nominibus*, aut ſi quis debere ſe ſcripſit, *quod numeratum non eſt*) vel *conſenſu* (*emtio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum.*)

21 *Ex maleficio*] *Furtum, rapina, damnum ex l. Aquilia, injuria.*

22 *Ex quaſi contractu*] *Negotiorum geſtio, tutela, communio rei & hereditatis, aditio hereditatis, ſolutio indebiti.*

23 *Quaſi maleficio*] *Si judex litem ſuam fecerit, dejecta vel effuſa, damnum aut furtum in navi, caupona, ſtabulo.*

24 *Condictiones cæteræ*] *Mutui, triticaria.*

25 *Judicia publica*] Ea ſunt *majeſtas, adulterium, homicidium, parricidium, falſum, vis publica & privata, peculatus, plagium, ambitus repetundæ, annona, reſidua.*

26 *Defendi, repeti, ulciſci*] *Defendi*, ſi infeſtentur; *repeti*, ſi ablata fuerint aut retineantur, quæ dari debent; *ulciſci*, ſi factæ ſunt, violentiam & injuſtam vim.

27 *Demere*] *Livius* lib. 4, 7. *Juſtin.* 34, 1. Ut ſit, *quæ ulciſcuntur*, quæ geruntur, ut *dematur*, id eſt, prohibeatur, abſit, penſetur, injuria.

28 *Naturalem notitiam*] Senſum communem. 1, 1. 12.

29 *Poſtulant*] *Expoſtulant.*

30 *Eos oppugnarent*] Cluſinos in Etruria.

GROTII.

i *Juſta bella definiri ſolent*] *Servius* ad IX. Æneidos de Romanis: *Cum volebant bellum indicere, pater patratus, hoc eſt princeps Fecialium, proficiſcebatur ad hoſtium fines: & præfatus quædam ſolemnia clara voce dicebat, ſe bellum indicere propter certas cauſas: aut quia ſocios læſerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent.* (Ad ỹ. 53.)

k Niſi

gnarent. Ariſtoteles [q] Apodicticon II. cap. II. πολεμοῦσι γὰρ τοῖς πρότερον ἀδικήσασι· *Bellum ſumi ſolet in eos, qui priores injuriam fecerunt.* De Abiis Scythis Curtius: [r] *Juſtiſſimos barbarorum conſtabat: armis abſtinebant* [k] *niſi laceſſiti.* + Prima igitur cauſa juſti belli eſt [31] injuria nondum facta, + quæ petit aut corpus, aut rem.

III. Si + corpus impetatur vi præſente cum periculo vitæ non aliter vitabili, [s] tunc bellum eſſe licitum etiam cum interfectione periculum inferentis + ante diximus, + cum ex hac ſpecie, [32] ut + maxime probata, oſtendimus bellum aliquod privatum juſtum eſſe poſſe. Notandum eſt jus hoc defenſionis per ſe ac primario + naſci ex eo, quod natura quemque ſibi commendat, [33] non + ex injuſtitia aut peccato alterius, unde periculum eſt [t]. Quare etiamſi ille peccato careat, + puta quod [34] bona fide militet, + aut alium me putet quam ſim, + aut quod inſania aut inſomniis agitetur, + ut eveniſſe quibuſdam legimus, + non eo tolletur jus ſe tuendi, cum ſufficiat, quod ego + non teneor id, quod ille intentat, pati, non magis + quam ſi beſtia aliena periculum intentaret.

IV. 1. An & innocentes, qui interpoſiti defenſionem aut fugam, ſine qua evadi mors non poteſt, impediunt, transfodi aut obteri poſſint, diſputatur [u]. Sunt + qui licere id putant, etiam Theologi. Et certe naturam ſolam ſi reſpicimus [35] multo + apud eam minor eſt ſocietatis reſpectus quam propriæ ſalutis cura. + At lex dilectionis, præſertim Evangelica, quæ [36] alterum nobis (dd) æquat, plane id non permittit.

2. Bene autem dictum eſt a [x] Thoma, ſi recte accipiatur, in vera defenſione + hominem non occidi [37] ex intentione: non quod non interdum, ſi alia ſalutis non ſuppetat ratio, + non liceat [38] deſtinato id facere, unde mors aggreſſoris ſit ſecutura, ſed quod hic mors illa [39] non eligatur, + ut quiddam primario intentum, + ſicut in punitione judiciali, + ſed [40] ut unicum,

q *Analyt. poſter. Lib.* II. c. II.
r *Lib.* VII. c. 6.
s *Sylv. in verbo Bellum. part.* 1. *n.* 3. & *p.* 2.
t *Bart. ad l. ut vim. D. de juſt. & jur. Bal. in rep. l.* 2. *C. unde vi. Bann.* 2, 2. *q.* 10. *art.* 10. *dub. ult. Soto lib.* IV. *diſput.* 5. *art.* 10. *Valent.* 2, 2. *diſp.* 5. *q.* 10. *p.* 7.
u *Card. q.* 33. *lib.* 1. *Petr. Nav. l.* II. *c.* 3. *num.* 147. *Cajet.* 2, 2. *art.* 67. *q.* 2.
x 2, 2. *q.* 64. *art.* 7.

k *Niſi laceſſiti*] *Plutarchus* Nicia: (*Pag.* 539. E.) καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα πάντων κρατεῖν ἀμυνόμενον καὶ προεπιχειρούμενον. *Herculem etiam cuncta ſubegiſſe, dum laceſſitus ſe defendit. Joſephus* XVII. antiquæ hiſtoriæ: οἱ παρελθόντες καὶ μὴ πρὸς (Legendum videtur πρὸς μὴ) διανοουμένους ἄρχοντες ἀδίκων ἔργων, οἱ δὲ εἰσιν οἱ βιαζόμενοι καὶ μὴ θέλοντας τοὺς ἀμυνομένους ἐφ᾽ ὅπλα χωρεῖν· *Qui in id veniunt, ut in nihil hoſtile cogitantes violentas inferant manus, hi ſunt, qui invitos cogunt ad arma ſemet tutatura confugere.* (Cap. IX. §. 6. *Ed. Hudſon.*)

GRONOVII.

31 *Injuria nondum facta*] Quam exſpectamus & videmus imminentem.

32 *Ut maxime probata*] Quam omnes juſtam agnoſcunt. 1. 2. 3.

33 *Non ex injuſtitia*] Non quia peccat & ſceleſte agit, & jure caret, qui me aggreditur, ſed quia ego jus habeo, inter prima naturæ datum, vitæ meæ amandæ, & contra inſidiatorem defendendæ. 1, 2. 1.

34 *Bona fide militet*] Sacramentum legitimum dixerit, meque ut hoſtem jure interficere poſſit. [Immo intelligit eos, qui, dum militant, putant cauſſam belli juſtam eſſe. Vide Cap. XXVI. hujus libri. *J. B.*]

35 *Multo apud eam minor*] Illa non tantopere ſuadet cavendum & conſulendum alteri pluribuſve ſocietate conjunctis, quam præcipit, ut unuſquiſque ſe potiſſimum ſalvum velit.

36 *Alterum nobis æquat*] Proximum jubet diligere nos non levius quam noſmet ipſos.

37 *Ex intentione*] Propoſito.

38 *Deſtinato id facere*] Ita ferire atque eam partem petere, ubi lætalis ictus futurus præſumatur.

39 *Non eligatur*] Non petatur directo, tanquam res bona & juſta.

40 *Ut unicum*] Ut minus malum.

(dd) Sed illa alterum nobis non præfert, ut ipſe Auctor obſervavit ſupra, Lib. I. Cap. III. §. 3. num. 3. Cæteris paribus, ſibi quiſque proximus

cum, quod eo tempore ſuppetit; cum is qui impetitus jam eſt, + etiam illo tempore malle debeat tale aliquid facere, quo alter abſterreatur, aut debilitetur, quam quo intereat.

V. 1. [1] Periculum [41] præſens + hic requiritur, & quaſi in puncto. Fateor quidem, ſi inſultator arma arripiat, + & quidem, ita ut appareat eum id facere occidendi animo, [42] occupari poſſe facinus. + nam in [43] moralibus, + ut & in [44] naturalibus [45] punctum non invenitur ſine aliqua latitudine: ſed multum falluntur & fallunt, + qui [46] metum qualemcumque ad jus occupandæ interfectionis admittunt. Vere enim dictum eſt a Cicerone primo *y* de officiis: plurimas injurias a metu proficiſci, cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Clearchus apud *z* Xenophontem: *καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς οὔτε μέλλοντας, οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν· multos ego novi, qui calumnia adducti aut ſuſpicione, dum metuunt alios, & prævenire malunt quam perpeti, atrociſſimis malis eos affecerunt, qui nihil tale facturi fuerant, ac ne cogitaverant quidem.* Cato *a* in oratione pro Rhodienſibus: *quod illos dicimus voluiſſe facere, id nos priores facere occupabimus?* Inſignis eſt illa [47] apud Gellium *b* ſententia: *Gladiatori [48] compoſito ad pugnandum pugna hæc [49] propoſita ſors eſt, aut occidere, ſi occupaverit, aut occumbere, ſi ceſſaverit. Hominum autem vita non tam iniquis, neque tam [50] indomitis neceſſitatibus circumſcripta eſt, ut idcirco prior injuriam facere debeas; quam niſi feceris, pati poſſis.* Et apud Ciceronem *c* alio loco non minus recte: *Quis hoc ſtatuit unquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt, ut eum jure potuerit occidere, a quo metuiſſe ſe dicat, ne ipſe poſterius occideretur?* Locum hic habet illud Euripidis:

y Cap. 7.

z De Exp. Cyr. Lib. 2. c. 5.

a Apud Aul. Gell. VII, 3.

b Ibid.

c Cit. Quint. Inſt. Or. lib. V. c. 13.

Ei

ximus eſt. Et heic magis etiam valet, quod Auctor poſtea adfert è *Thoma Aquinate*, calculo ſuo adjecto. Vide de tota hac materia ſui ipſius defenſionis, PUFENDORFIUM noſtrum *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. V. *J. B.*

GRONOVII.

41 *Præſens*] Ut Græci loquuntur: *ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, in acie novaculæ* litum.

42 *Occupari poſſe*] Prævenirl a paſſuro, ut aggreſſor prius lædatur.

43 *Moralibus*] Ubi de turpi & honeſto agitur.

44 *Naturalibus*] De eo, quod fit ſecundum aut præter contrave naturam.

45 *Punctum*] Nihil eſt ita præciſum, ut ſi minimum a medio diſcedas, in vitium deflectere videare. 1, 2. 1.

46 *Metum qualemcumque*] Ex ambiguis ſignis, quæ ſic poſſum interpretari, quaſi velit aliquis, ſi poſſit, me interficere.

47 *Apud Gellium*] 7, 3.

48 *Compoſito*] Comparato cum adverſario in amphitheatro. *Cic.* 2. famil. 8.

49 *Propoſita ſors*] Lata vel ſtatuta conditio.

50 *Indomitis*] Ad quas evadendas vel molliendas vel nullum, aut nullum niſi tam grave, remedium eſt.

GROTII.

1 *Periculum præſens*] Hujus diſtinctionis uſum egregium vide apud *Agathiam* IV. [ubi de cæde *Gubazi*, c. 1. 2.] Apud *Thucididem* octavo Phrynichus: *ὅτι ἀνεπίφθονον οἱ ἤδη εἴη περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο τι ἂν δρᾶσαι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι· Cariturum invidia, ſi ipſe jam in vitæ per ipſos adductus periculum, & hoc & aliud quidvis aggrediatur potius, quam ab hominibus inimiciſſimis perdi ſe ſinat.* (Locus eſt §. 50. *Ed. Oxon.* Sed ubi caſus alius eſt, quàm de quo heic agitur. *J. B.*)

m Co-

Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν ὡς σὺ φῂς κτείνειν πόσις,
Χρὴ καὶ σε μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.
[51] *Te ſi, ut ais, interficere vir voluit* (ee) *tuus,*
Voluiſſe ſat erat & tibi, ubi tempus foret.

Cui geminum eſt [d] Thucydideum illud: *τὸ μέλλον ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται, καὶ οὐκ ἄξιον ἐπαρθέντας αὐτῷ φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν κτήσασθαι· Futurum in incerto adhuc eſt: nec quemquam oportet eo commotum inimicitias ſuſcipere, non jam futuras ſed certas.* Idem Thucydides [e] quo loco mala ſeditionum quæ Græcas civitates inceſſerant diſerte explicat, ponit & hoc in vitio: *ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾶν ἐπῃνεῖτο· laudabatur qui malum facinus quod facturus erat alter* [52] *ipſe occupaſſet.* Livius [f]: [m] *Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro ſe efficiunt, & injuriam a nobis repulſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.* In tales non male convenit illud Vibii Criſpi a Quintiliano [g] laudatum, [53] *Quis tibi ſic timere permiſit?* Etiam Livia apud [h] Dionem ait, + infamiam eos non effugere, qui facinus quod timent, occupant.

2. Quod ſi quis vim non jam præſentem intentet, ſed conjuraſſe aut inſidiari compertus ſit, ſi venenum ſtruere, ſi falſam accuſationem, falſum teſtimonium, iniquum judicium moliri, + hunc nego jure poſſe interfici; ſi aut aliter evadi periculum poteſt: aut non certum ſatis eſt aliter evadi non poſſe. Plerumque enim + interpoſita temporis mora ad multa remedia, ad multos etiam caſus patet: ut dici ſolet, [54] inter + os & offam. quamquam non deſunt & Theologi, & Juriſconſulti, qui [55] indulgentiam + ſuam longius extendant. [i] Sed + & altera, quæ melior tutiorque ſententia eſt, + ſuis non caret auctoribus.

VI. Quid + dicemus de periculo mutilationis membri? [k] Sane cum damnum membri, præſertim e præcipuis, valde ſit grave, & vitæ quaſi æquipara-

d *Lib.* I. c. 42. e *Lib.* III. c. 82. f *Lib.* III. c. 65. g *Inſt. Orat. Lib.* VIII. c. 5. h *Lib.* LV. *pag.* 640. *Ed. H. Steph.* i *Bann.* q. 64. *art.* 7. *dub.* 4. *Baldus in l. multis C. de lib.cauſ. & in l.* 1. *C. unde vi. Leſſ.lib.*II. c.9. *art.*8. *Soto lib.*V. *q.*1. *art.*8. k *Card. in Clem. Si furioſus. de homicid. Covarr. ibid.pag.*3. §. 1. *n.* 2. *Sylv. in verbo Homicidium,* 3. *q.* 4.

m *Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro ſe efficiunt*] Ut Cæſar, qui cum rempublicam occuparet, dicebat adverſariorum metu ſe eò adductum. Locus eſt egregius apud *Apianum* Civilium II. (Nihil tale reperitur in toto illo libro, nec alibi, quod ſciam, apud *Appianum.* Videtur Auctor noſter in animo habuiſſe quod aiebat *Jul. Cæſar* in literis ad Senatum, dum in armis eſſet *Pompejus*, iniquum fore, ſe cogi, ut ea deponeret, quippe qui ſic hoſtibus traderetur: *Apud* DION. CASSIUM. Lib. XLI. *init.* pag. 171. C. *Ed. H. Steph.* Neque enim APPIANUS, dict. *Lib.* II. *pag.* 448. ubi de eadem re, ullam metûs mentionem facit. Vitio memoriæ igitur Auctor duos iſtos Hiſtoricos inter ſe confudit. Adde dictum aliud ejuſdem *Cæſaris* apud SUETON. *in Jul.* c. 30. & PLUTARCHUM, *Vit. Cæſ.* p. 730. A. *J. B.*)

GRONOVII.

51 *Te ſi*] Si te occiſurus erat, & tu non niſi occiſurus eſſe debebas, ut ſcilicet tempus intereſſet. Si ille morabatur, & tu morari debebas.

52 *Ipſe occupaſſet*] Ut Athenienſes, cum pecuniam in ſtipendium belli Perſici ab univerſa Græcia collatam ex inſula Delo rapuerunt, prætextu id facturos Lacedæmonios. *Juſtin.* 3, 6.

53 *Quis tibi ſic timere*] Quis hanc tibi veniam dedit, ut timori tantum indulgeres, ut ob timorem ſic facere tibi licere putares?

54 *Inter os & offam*] Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

55 *Indulgentiam ſuam*] Plus hac in re concedunt, quam ſana ratio permittit.

(ee) Ita quoque habet in *Excerptis ex Trag. & Com. Græcis*, pag. 390. quamquam verba ceteroquin non plane ſint eadem. Sed dicere debuit *meus*: loquitur enim *Merope* de viro ſuo, à *Polyphonte* fratre interfecto. Fragmentum eſt è *Creſphonte*, apud *Aulum Gellium*, Lib. VII. c. 3. unde quædam ſupra adtulit. *J. B.*

GRO-

parabile: adde quod vix ſciri queat an non periculum mortis poſt ſe trahat, ſi aliter vitari nequeat, + putem intentantem periculum occidi recte poſſe.

VII. Pro + pudicitia quin idem liceat, controverſiam vix habet, + cum non tantum communis æſtimatio, + ſed & lex (ff) divina [n] pudicitiam vitæ

l Lib. 5. rec. ſent. tit. 23. §. 8. adæquet. Itaque + Paulus [l] Juriſconſultus dixit pudorem tali facinore recte defendi. Exemplum habemus in [56] Tribuno + Marii [57] a milite occiſo [o] apud Ciceronem & Quintilianum: + ſed & a [58] feminis occiſorum in hiſtoriis exſtant. Chariclea apud Heliodorum talem interfectionem vocat (gg) ἀμύνης νόμον τῆς εἰς σωφροσύνην ὕβρεως, *juſtam defenſionem ad arcendum injuriam in caſtitatem.*

+ VIII. Quod autem diximus + ſupra, quanquam occidere parantem occidere licet, laudabilius tamen eum facere qui [59] occidi quam occidere ma-

m Soto d. 1. q. Sylv. in verbo Bellum. p. 2. n. 5. lit, id [m] nonnulli ita concedunt, + ut [60] excipiant perſonam multis utilem: Sed mihi hanc [61] patientiæ contrariam legem omnibus illis imponere, quos vivere aliorum intereſt, parum tutum videtur. + Itaque reſtringendum id arbitrer ad eos, quorum officium eſt ab aliis vim arcere, + quales ſunt [62] ſocii itineris ea lege contracti, & [63] rectores + publici, quibus illud Lucani aptari poteſt: [Lib. V. verſ. 685. & *ſeqq.*]

p *Cum*

G R O T I I.

n *Pudicitiam vitæ adæquet*] *Seneca* de beneficiis primo, capite undecimo: *Proxima ab his ſunt ſine quibus poſſumus quidem vivere, ſed ut mori potior ſit, tanquam libertas, & pudicitia, & mens bona.* Paulus Sententiarum v. tit. XXIII. §. 3. *qui latronem cædem ſibi inferentem, vel alium quemlibet ſtuprum inferentem occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.* Auguſtinus libro 1. de libero arbitrio: *Lex dat poteſtatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipſe occidatur, occidat; vel cuipiam viro aut feminæ ut violenter ſibi ſtupratorem irruentem, aut poſt illatum ſtuprum, ſi poſſit, interimat.* (Cap. 5. Ita hunc locum *Auguſtini* Auctor noſter laudaverat; unde in ſequentibus Edd. fecerant, *ante aut poſt illatum ſtuprum* &c. nullâ neceſſitate, poſito etiam ſenſu, quem Auctor putavit ineſſe. Sed ille ſenſus minime congruit cum ſerie orationis; unde S A M U E L R A C H E L I U S, *Tract. De Duellis*, §. 23. rectè heic obſervavit ἁμάρτημα quoddam μνημονικόν: quum Editiones & recentiores, & vetuſtiores, habeant tantum: *ante illatum ſtuprum.* Ita & ultima Pariſina, à Monachis Benedictinis curata. Sic etiam dudum locus adlatus eſt a C U J A C I O, *Not. in Jul. Paul. Recept. Sent.* quamvis in Editione Cl. *Schultingii*, v. 23. 8. *pag.* 508. legatur, *aut ill. ſtupr.* mendo ex Editione *Fabrotti* orto, & ſatis per ſe manifeſto, etſi aliæ Editiones non illud arguerent.

o *Apud Ciceronem*] Vide & *Plutarchum* Mario. (*Pag.* 413. Locus autem *Ciceronis* eſt *Orat. pro Mil.* c. 4. & *Quintiliani* Declamatio, 3, cui titulus, *Tribunus Marianus. J. B.*) Mars quoque Deorum judicio abſolutus dicitur, interfecto eo, qui filiæ ipſius ſtuprum inferebat. Teſtis *Apollodorus* bibliothecæ 111. (Cap. XIII. §. 2. *Ed. Gal.*) Adde inſignem hiſtoriam apud *Gregorium Turonenſem* libro nono.

G R O N O V I I.

56 *Tribuno Marii*] C. Luſcio ſororis C. Marii filio.

57 *A milite*] C. Plotio. *Valer. Max.* 6, 1. 12. *Quintil.* declam. *Miles Marianus.*

58 *Feminis*] Ut a Chiomara Orgiagontis Gallogræcorum reguli uxore. *Flor.* 2, 11.

59. *Occidi quam occidere*] Melius occidi quam occidere injuria; non melius occidi injuria, quam occidere jure. *Sueton.* de Tito 9. *Nec auctor poſthac cujuſdam necis nec conſcius, nec quamvis interdum ulciſcendi cauſa non deeſſet, ſed periturum ſe potius quam perditurum adjurans.*

60 *Excipiant perſonam*] Sentiant illum, quem ſupereſſe ac vivere multorum interſit, potius occidere quam occidi ſe pati debere.

61 *Patientiæ contrariam*] Ut debeant potius facere quam pati.

62 *Socii itineris*] Præſidium & commeatus.

63 *Rectores*] Magiſtratus.

(ff) Innuit locum *Deuter.* XXII, 25. 26. unde tamen, ſi ſeries orationis perpendatur, non poteſt elici, ſaltem directè, pudicitiam vitæ adæquari. *J. B.*

(gg) Locus eſt in Lib. I. non longè ab initio, ubi ita Virgo loquitur: Ὅσοι δὲ πρὸς ἡμῶν (ἀντήσαθε) ἀμύνης νόμῳ καὶ ἐκδικίας καὶ ἐις σωφροσύνην ὕβρεως πεπόνθατε. Pag. 7 Edit. Bourdelot. *J. B.*

G R O-

Digitized by Google

p *Cum tot ab hac anima populorum vita ſaluſque*
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,
Sævitia eſt voluiſſe mori ———

IX. 1. Contra vero evenire poteſt, ut quia invaſoris vita multis ſit utilis, + occidi is ſine peccato nequeat: + nec id tantum ex vi legis divinæ, ſive veteris ſive novæ, de quibus egimus + ſupra, cum regis perſonam ſanctam eſſe oſtendimus, n ſed + ipſo etiam naturæ jure. Nam jus naturæ, [64] quatenus legem + ſignificat, [65] non + ea tantum reſpicit, quæ dictat juſtitia quam expletricem diximus, + ſed aliarum quoque virtutum, ut temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ actus in ſe continet, ut in certis circumſtantiis, non honeſtos tantum ſed & debitos. Ad + id vero, quod diximus, caritas nos obſtringit.

n Soto de loco.

2. [66] Nec ab hac ſententia dimovet me o Vaſquius, cum ait principem, + qui innocentem inſultet, deſinere principem eſſe ipſo facto: quo vix quicquam potuit dici + aut minus vere aut magis periculoſe. + Nam [67] ſicut dominia,

o Lib. 1. cont. illuſt. 18.

GROTII.

p *Cum tot ab hac anima*] *Curtius* lib. IX. *Sed cum tam avide manifeſtis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in caſum.* (Cap. 6. *num.* 8.)

GRONOVII.

64 *Quatenus legem*] Compellit aut jubet omnino ac neceſſario aliquid agi & præſtari; non tantummodo monet, aut aliquid honeſtius ex ſe indicat, 1, 1. 10.

65 *Non ea tantum*] Non exigit modo ea, ad quæ legibus civilibus adigimur, ſed etiam quæ dictant juſtitia diſtributiva & univerſalis, qualia ſunt dogmata moralia.

66 *Nec ab hac ſententia dimovet me Vaſquius*] Sane peccavit *Vaſquius*, quum quod conſilii eſt, monendique ſunt principes, ut caveant, quia accidere ſoleat, id jus fecit adverſus principem. Hoc voluit dicere: Princeps innoxium aſſultando & injuriam ei intentando deſinit agere principem & incipit agere tyrannum, eoque judicio morali in iſto actu, non princeps, ſed aggreſſor & tyrannus eſt. Nam ut in ludo puerili apud *Horatium*, *Rex eris*, *ajunt*, *ſi recte facies*; & anus illa apud Philippum Macedonem: *Si non vacat tibi jus reddere, noli regnare.* Ergo & mittit ſe in periculum patiendi, quæ ſæpe tyranni & aggreſſores patiuntur: ut Lajus quum juſſit ſibi in alieno territorio & paucis comitatus decedere de via Oedipum: ut Nero cum graſſabatur noctu. Nam quemadmodum in privatis delictis quidam ſtatim puniuntur in primo ſcelerato opere, quidam non tam ſcelus quam imprudentiam expiant inter ſceleratos deprehenſi, quibuſdam tardo pede venit vindicta, quidam furiis ſuis relinquuntur: ita & principes. Quorum etſi primum alterumque genus miſerabiles ſunt, nec forte jus vindicibus fuit ad ultimam pœnam veniendi: ipſi tamen non habent, cui imputent, niſi ſibi. Et hoc eſt quod Marcus diſputabat: *Omnes principes, qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas, quibus mererentur occidi, nec quempiam facile bonum vel victum a tyranno vel occiſum: meruiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, Othonem & Vitellium nec imperare voluiſſe.* De Galba paria ſentiebat, cum diceret, *in Imperatore avaritiam eſſe acerbiſſimum malum*; ut teſtatur *Vulcatius* in vita Avidii Caſſii (c. 8.) Sic T. Tatius, quum Laurentes, quod legati illorum a propinquis ejus pulſati eſſent, jure cæſum præ ſe ferrent. Sic Philippus Pauſaniam jure civili agentem adverſus Attalum variis dilationibus cum riſu fruſtratus, vindictam in ſe vertit. Hi miſerabiles ſunt quidem, nec percuſſoribus illos occidendi jus fuit: quod accidit tamen, non habent, cui imputent, niſi ſibi. Quod vero interpoſuit *Vaſquius* omnia imperia parentium, non imperantium, utilitatem ſpectare, ſi non jus dat privatis, facit tamen, ut quicquid contra diſputetur, homines non omnem injuriam ab imperante ſibi ferendam putent. Immo quia hoc naturalis ratio ingerit, parentium potius quam imperantium cauſa coeuntes populos ſibi regem feciſſe, & regem eſſe propter populum, non populum propter regem: propterea acrior eſt dolor, quum eum, quem tutorem ſuum & defenſorem eſſe exiſtimabant, vexatorem & hoſtem vident. Et res quidem non ſtatim deficit, cujus utilitas in aliqua parte deficit: ſed tamen exiſtimatio & pretium rei, quantum pendebat ex utilitate ad eam partem, deficit: adeo ut interdum ea res magis contemnatur ob unum vitium, quam æſtimatur propter alias virtutes multas. *Sic librum minutioribus literis ſcriptum ſæpe projecimus: ſic veſtimenta, quia diſplicebant, ſcidimus*, ut ait *Seneca* de ira 2, 26.

67 *Sicut dominia*] Aliquis committendo facinus vel capitale, ita ut fugere neceſſe habeat, non

Digitized by Google

minia, ita & imperia non amittuntur delinquendo, + niſi [68] lex id ſtatuat. Quæ autem hoc de imperiis ſtatueret lex, ut delicto in privatum amitterentur, nuſquam reperta eſt, + nec repertum iri credo: + ſummam enim rerum confuſionem induceret. [69] Quod autem Vaſquius & huic, & aliis multis illationibus fundamentum ponit, + imperia omnia parentium non imperantium utilitatem ſpectare, id etiam ſi verum univerſim eſſet, ad rem non faceret. + Non enim ſtatim [70] res deficit, cujus utilitas aliqua in parte deficit. Quod vero addit, reipublicæ incolumitatem a ſingulis [71] propter ſe deſiderari, atque ideo debere quemque etiam toti reipublicæ ſuam ſalutem anteponere, + non ſatis cohæret. Nam noſtri quidem cauſa rempublicam ſalvam eſſe volumus, + ſed non tantum noſtri, verum & aliorum. (hh)

3. Falſa enim & a ſanioribus philoſophis rejecta eſt opinio q exiſtimantium + amicitiam ex ſola indigentia natam, + cum ſponte & natura noſtra ad eam feramur. Ut vero meo unius bono multorum admodum bonum præferam; caritas monet ſæpe, + imperat interdum. + Hic illud Senecæ p pertinet: r *Principes regeſque, & quicumque alio nomine ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum amari ultra privatas etiam [72] neceſſitudines. Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt, ſequitur, ut is quoque carior ſit, [73] in quem ſe reſpublica conver-*

p *Lib.* 1. *de Clement.* c. 4.

non deſinit eſſe dominus rerum ſuarum, niſi expreſſe in lege cautum fuerit, qui eam violaturus ſit, ejus bona caduca fore & fiſco vindicatum iri. Sic nec princeps contra officium faciendo amittit principatum, niſi hujuſmodi lex commiſſoria ab initio, cum ei poteſtas deferretur, dicta ſit. Supra 1, 3. 16.

68 *Lex id ſtatuat*] Ut ſunt leges de mulctis & confiſcationibus.

69 *Quod autem Vaſquius*] Quod pro fundamento ſententiæ ſuæ ponit *Vaſquius*, incolumitatem a ſingulis prropter ſe deſiderari, id quidem admittunt *τὰ πρῶτα* naturæ. Sed poſtera illa & conſequentia, primis nobiliora, non addunt tantum alios, quibuſcum in ſocietatem coivimus, ſed etiam ſi alii ſervari nequeunt, eos nobis præponunt. Inde toties inculcatum ſapientibus, patriæ vitam & ſpiritum deberi. Nec vero neceſſe erat etiam ex ipſius hypotheſi ad illud *ἐπιχείρειν propter ſe* decurrere. Poterat enim dicere, invaſorem tam pravo facinore vim intentandi tollere ſibi iſtam exiſtimationem, quod vita ejus ſit multitudini utilis: raro enim mala exempla conſiſtunt in uno, & alii cuivis idem metuendum. Itaque ſi faciat iſte, quod non poteſt non facere, ſi ſe ſalvum velit, non ſuæ tantum ſed & aliorum ſaluti conſulere. Sed periculoſe hoc judicium privatis committitur. Itaque verior eſt ſententia *Grotii*: nec ei vitio vertendum, quod non adjecit quæ monuimus: non enim de utili, ſed de jure diſputat.

70 *Res deficit*] Inſtrumenti quidem vis conſiſtit in uſu; non tamen, ſicubi res hæret, nec ſtatim expeditur, omnis ejus æſtimatio & dignitas confeſtim interit. Sic non deſinit eſſe princeps, qui aliqua in re non ſe pro principe gerit.

71 *Propter ſe*] Propter ſuum ipſius commodum & ſalutem.

72 *Neceſſitudines*] Amicos, neceſſarios, familiares, cognatos.

73 *In quem reſpublica*] Ad quem omnium poteſtas delata eſt.

GROTII.

q *Exiſtimantium amicitiam ex ſola indigentia natam*] Refutat pernicioſam hanc opinionem *Seneca* libro 1. de Beneficiis capite 1. & libro IV. cap. XVI.

r *Principes regeſque*] *Plutarchus* Pelopidæ initio: (*pag.* 278. D.) *ἀρετῆς πρῶτον ἔργον σώζειν τὸν ἄπαντα ἄλλα σώζοντα· primum virtutis opus ſervare ſervantem cætera. Caſſiodorus* de Amicitia: *Si manus oculorum obſequio vibratum in aliud membrum ſenſerit gladium imminentem, ipſa ſuum minime diſcrimen attendens, plus alii quam ſibi timens, gladium excipit.* Poſt: *Proinde qui morte propria dominos ſuos a morte redimunt, recte quidem hoc faciunt, ſi potius ſalutem animæ ſuæ quam liberationem alieni corporis in cauſa conſtituunt, cum enim eis conſcientia dictet, quod fidem dominis ſuis debeant exhibere, videtur etiam conſonum rationi, quod ſuæ vitæ corporali vitam dominorum debeant anteferre.* Deinde rurſus: *Dilectione itaque, & maxime pro ſalute multorum, poteſt quis ſalubriter morti ſuum corpus exponere.*

(hh) At verò quemadmodum manifeſta eſt injuria, & intoleranda, Principis, qui ſine ullâ cauſſâ privatum ſubditum invadit, vitæ ipſius imminens: ita utilitas ad Rempublicam reditura, ſi Innocens patiatur ſe interfici, dubia admodum eſt, ne quid gravius dicam. De ea re egimus uberius in noſtris ad hunc locum notis Gallicis. *J. B.*

GRO-

convertit. Ambroſius [q]: *Sibi cum quiſque arbitretur gratius excidia patriæ depuliſſe, quam propria pericula.* Is quem dixi [r] Seneca: *Calliſtratus & Rutilius, hic Athenis, ille Romæ, reddi ſibi penates ſuos noluerunt clade communi: quia ſatius erat duos* [74] *unico malo affici, quam omnes publico.*

X. 1. Si + cui periculum immineat accipiendæ alapæ, aut mali ſimilis, huic quoque jus eſſe id arcendi cum cæde inimici, [s] ſunt qui putant. Ego, + ſi mera juſtitia expletrix reſpiciatur, non diſſentio. Quanquam enim + inæqualia ſunt mors & alapa, tamen qui injuria me parat afficere + is mihi eo ipſo dat jus, hoc eſt, [s] [75] facultatem quandam moralem adverſus ſe + in infinitum, quatenus aliter malum illud a me arcere nequeo. [76] Caritas quoque per ſe non videtur + nos hic obſtringere in gratiam nocentis. + At lex evangelica omnino tale factum illicitum reddidit: + jubet enim Chriſtus alapam accipi potius quam adverſario noceatur; + quanto magis occidi eum vetat alapæ effugiendæ cauſa? + Quo exemplo monemur cavere a dicto [t] Covarruviæ, [77] non pati humanam cognitionem, juris naturalis non ignaram, quicquam naturali ratione permitti, quod apud Deum, qui ipſamet natura eſt, non ſit idem permiſſum. Nam Deus, qui ita auctor eſt naturæ, + ut & ſupra naturam agat libere, jus habet nobis leges præſcribendi etiam + de his rebus, quæ natura ſua liberæ indefinitæque ſunt: multoque + magis ut debeatur id quod natura honeſtum eſt, + etſi non debitum.

2. Mirum autem eſt, + cum Dei voluntas in Evangelio tam diſerte appareat, inveniri [u] Theologos, & Chriſtianos Theologos, qui non modo + cædem recte putent admitti, ut alapa vitetur, + ſed & accepta alapa, ſi qui eam impegit fugiat, [78] ad honorem + ut ajunt recuperandum: quod mihi a

q *De Officiis* III. c. 3.
r *Lib.* VI. *de Benef.* c. 37.
s *Soto d. loco. Navarr.* c. 15. n. 3. *Sylveſt. in verbo Homicidium.* 1. *quæſt.* 5. *Lud. Lopez.* c. 62.
t *Dict.* §. 1. p. 3. *in Clem. Si furioſus.*
u *Navarr. cap.* 15, 4. *Henr. de irregul.* c. 11. *Vict. de jure belli.* n. 5.

GROTII.

s *Facultatem quandam moralem*] *Apollodorus* lib. II. de Lino agens: ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας καὶ Θηβαῖος γενόμενος ὑπὸ Ἡρακλέους τῇ κιθάρᾳ πληγεὶς ἀπέθανεν· ἐπιπλήξαντα γὰρ αὐτὸν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε· δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ φόνου, παρανέγνω νόμον Ῥαδαμάνθυος, ὃς ἂν ἀμύνηται τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι, ἀθῷον εἶναι· *Ad Thebas cum veniſſet, civiſque Thebanus factus eſſet, ibi interiit ab Hercule percuſſus cithara: nam cum Linus feriiſſet Herculem, iratus Hercules mortem ei intulit, reuſque à nonnullis factus patratæ cædis, legit in judicio legem Rhadamanthi, qua inſons pronuntiatur, ſi quis nocuerit ei, qui vim prior intulerit.* (*Cap.*IV. §. 9.)

GRONOVII.

74 *Unico*] *Iniquo*, legendum.

75 *Facultatem quandam*] Lucanus *arma tenenti Omnia dat, qui juſta negat.* Quod ſcribit, qui injuria parat afficere, dare jus vel facultatem moralem adverſus ſe in infinitum, duræ admodum difficiliſque digeſtionis eſt; ne quidem, qui jam affecit. Dat ſane jus perpetuis inimicitiis, ac perſequendi ac viciſſim lædendi, quocumque modo poſſum, ſed civiliter, accuſando, incrementa impediendo, officia negando. Id qui faceret apud Romanos, bonus tamen & honeſtus civis manebat. Probiſſimi tamen quique talem pertinaciam improbam, & inimicitias debere mortales eſſe judicabant. *Ob levim injuriam externi mores uſque ad ſanguinem incitare ſolent odium aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum*, inquit *Cicero* pro Ligario cap. 4.

76 *Caritas quoque*] Multo minus videtur admittendum, quod ait, caritatem nos non obſtringere ad hoc in gratiam nocentis. Sed adjicit, quatenus aliter malum illud a me arcere nequeo. Fortaſſis igitur hæc ſententia fuit Auctoris: dat facultatem liberam & incircumſcriptam in inſtanti, cum conſilium in arena capiendum, nec copia eſt circumſpiciendi quid optimum ſit, arripiendi auxilium & objiciendi quodcumque ſub manu eſt, etiamſi inde non quidem deſtinatione meâ (quæ eſt tantum a me arcere injuriam) ſed caſu fortuito mors lædere volentis ſequatur: ut ſi manum, dum intentatur mihi, præcidam, aut ſic ſauciem, ut vulnus ei ſit mortale.

76 *Caritas*] Affectio illa, quæ omnes homines natura dictat eſſe proſequendos.

77 *Non pati humanam*] Quod homo recta ratione inſtructus & utens, ac jus naturæ indicat, non poſſe apud Deum pro peccato haberi.

78 *Ad honorem*] Exiſtimationem, dignitatem, quam videtur amiſiſſe ſervilium verberum patientia.

Digitized by Google

a ratione & pietate valde alienum videtur. + Nam honor eſt opinio de excellentia. At qui talem fert injuriam, is [79] patiéntem + ſe excellenter oſtendit: atque ideo + honorem auget magis, quam minuit. Nec refert, ſi quidam corrupto judicio virtutem hanc + in probrum confictis nominibus traducant: + perverſa enim illa judicia nec rem nec rei æſtimationem immutant. Nec Chriſtiani veteres hoc tantum viderunt, ſed & philoſophi, qui dixerunt + puſilli eſſe animi contumeliam ferre non poſſe, ut + alibi oſtendimus.

x Soto art. 8. d. q. 5. Dd. in l. ut vim. D. de juſt. & jure. & in l. 1. C. unde vi. Vaſquez D. c. 18. n. 13. 14. Sylv. in verbo Bell. pag. 2. num. 4.
y In addit. ad Alex. conſ. 119.
z Petr. Navarr. l. 11. c. 3. n. 376.

3. Hinc etiam liquet, quam non probandum ſit, quod a x pleriſque eſt traditum, defenſionem cum interfectione eſſe licitam, + jure ſcilicet divino (nam + de ſolo naturæ jure, quo minus ita ſit, non diſputo) + etiam ſi quis fugere ſine periculo poſſit, + quia fuga ſcilicet [80] ignominioſa ſit, in nobili præſertim homine. Atqui nulla hic ignominia eſt, + ſed falſa quædam ignominiæ opinio, + ſpernenda ab omnibus iis, qui virtutem & ſapientiam ſectantur: qua in re gaudeo me aſſentientem habere inter Juriſconſultos Carolum Molinæum y. Quod de alapa & fuga dixi, + idem dictum volo de aliis rebus, per quas vera exiſtimatio non læditur. Quid ſi vero dicat aliquis de nobis, quod creditum apud bonos exiſtimationem noſtram delibaret? Hunc quoque occidi poſſe ſunt qui doceant: z mendoſe + admodum, + & contra naturæ quoque jus; nam + interfectio iſta [81] non eſt modus aptus ad tuendam exiſtimationem.

a Pag. 437. A.

XI. Veniamus + ad injurias, quibus res noſtræ impetuntur. Si + expletricem juſtitiam reſpicimus, non negabo ad res conſervandas raptorem, + ſi ita opus ſit, vel interfici poſſe: + nam [82] quæ inter rem & vitam eſt inæqualitas, ea favore innocentis & raptoris odio compenſatur, ut ſupra diximus: unde ſequitur, ſi id jus ſolum reſpiciamus, + poſſe furem cum re fugientem, ſi aliter res recuperari nequeat, jaculo proſterni. Demoſthenes a oratione in Ariſtocratem: *εἰ τ' οὐ δεινὸν ὦ γῆ καὶ θεοί, καὶ φανερῶς παρὰ νόμον, οὐ μόνον παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων νόμον, τὸν ἄγοντα καὶ φέροντα βίᾳ τὰ ἐμὰ ἐν πολεμίου μοίρᾳ, μὴ ἐξεῖ-* *ναι*

GRONOVII.

79 *Patientem excellenter*] Ut vir ingens & bello, & ſtudiis Nuxus apud *Thuan.* lib. 55. ann. 1573. p. 335.

80 *Ignominioſa*] Indigna forti viro.

81 *Non eſt modus*] Idem judicavit Auguſtus Cæſar apud *Sueton.* c. 51. & 53.

82 *Quæ inter rem & vitam*] Etſi enim plus videtur exigi a fure, quam debet, ſi pro ablatis bonis vita ejus petatur; tamen judicio morali non eſt periculum, quod ipſe in ſe areeſſivit, 1, 2, 3. & quod minus eſt in re, quam eſt in hominis capite, id ſupplet lædentis injuria.

Nullam æqualitatem eſſe inter amiſſionem vel omnium bonorum & mortem, ſententia, opinor, verior eſt. Sic tamen ut hominum maxima pars longe aliter ſe cenſere rebus teſtetur. Cur enim navigant, militant, in metalla ſe defodiunt, margaritas piſcantur, & periculoſiſſimas artes alias exercent, niſi ut oſtendant ob bona & ſæpe ob vilem mercedulam libenter ſe capite periclitari? Qui projecerunt ſuam vitam in acquirendo, an parcent alienæ in eo, quod tanto pretio acquiſiverunt, tuendo? Inde paſſim ita loquuntur boni auctores, ut pecuniam & vitam parum differre ſignificent. *Heſiodus:*

Χρήματα μὲν ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Spiritu haud levior miſeris mortalibus eſt res.

Antiphanes apud *Stobæum:*

Τ' ἀργύριόν ἐστιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς·
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδ' ἐκτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Anima atque ſanguis pecunia eſt mortalibus,
Hac ſi carebis, ſine parandi copia,
Non vivis, umbra vivis mortua interes.

Sic *ſanguinem*, *nervos*, *viſcera*, *vitalia* dixerunt pro patrimonio, & *comedi*, *cædi*, *concidi*, *perire*, *funus*, de eo, qui bona perdit. Vide *Obſervat.* lib. 4. cap. 24.

83 *Ca-*

Digitized by Google

καί μοι ἀμύνεσθαι· Nonne hoc per Deos durum atque injuſtum eſt; nec ſcriptis tantum legibus, ſed & communi inter homines legi contrarium, + *ut non ſinar vi uti adverſus eum, qui hoſtiliter res meas rapiat?*+ Nec obſtat[83] caritas[84] per modum præcepti,[85] lege + divina humanaque ſepoſita, + niſi res ſit, quæ minimum valeat, ac proinde contemni mereatur. Quam exceptionem recte + nonnulli adjiciunt.

XII. 1. Quis + ſenſus ſit[86] legis + Hebrææ videamus, cum qua congruit & + lex Solonis vetus, (ii) quam Demoſthenes adverſus Timocratem commemorat, t & inde ſumta lex XII. Tabularum; & (kk) Platonis ſcitum nono de legibus. Nam omnes iſtæ leges in hoc conveniunt, + quod[87] furem nocturnum a diurno diſtinguunt. + De ratione legis ambigitur. [b] Quidam id unum putant ſpectatum, quod noctu diſcerni nequeat is qui venit, fur ſit, an ſicarius, + & ideo tanquam ſicarium poſſe interfici. c Alii diſcrimen in hoc poſitum exiſtimant, + quod noctu, quia fur ignotus ſit, res minus videantur poſſe recuperari. Mihi legum conditores + nec hoc nec illud proprie videntur ſpectaſſe; ſed hoc voluiſſe potius, + directe rerum cauſa interfici neminem debere: + quod fieret, exempli cauſa, ſi fugientem inermem (ll) telo

b Soto d. loco: Matheſilan. notab. 135. Jaſ. & Gom. Inſtitut. de act. in pr. Covar. d. §. 1. n. ibi decimo. Leſſ. dub. XI. n. 68.

c Covar. d. loco. Aug. citat. in c. ſi perfodiens. de Homicid. Leſſius d. cap. 9. dub. XI. n. 66.

83 *Caritas*] Officium humanitatis communi naturæ debitum.

84 *Per modum præcepti*] Tanquam præcipiens, conſulens ac monens contrarium, licet non imperans, ut lex.

85 *Lege divina humanaque*] Ipſam ſi conſideres nudam, citra id, quo divinis & humanis legibus augetur.

86 *Legis Hebrææ*] Exod. 22, 2.

87 *Furem nocturnum*] Nocturnum furem ideo licere vult occidi, quod noctu vix ſit copia teſtium adhibendorum, atque ideo, ſi occiſus reperiatur, facilius credatur ei, qui a ſe vitæ tuendæ cauſa dicat furem interemtum repertum cum aliquo inſtrumento, quo nocere poſſet.

Ergo hæc foret fictio juris, ſeu ejus, quod eſt poſſibile, incerta veritate, vel contra veritatem, pro veritate a jure facta ad certos effectus interpretatio. Quales & alibi, & in uſucapione, & in poſtliminio JCti veteres agnoſcunt. Sed haud ſcio, an fictio juris tantum valere poſſit, ut per eam homo alioqui conſervandus poſſit occidi, quemadmodum per eam res poteſt retineri vel alienari. Potius hæc cauſa videtur, quod ubi minor eſt cuſtodia hominum, ibi ſanctior eſt cuſtodia legis. Sic apud Scythas nihil furto gravius, quia, ut ait *Juſtinus*, ſine tecti munimento pecora & armenta habentibus nihil ſalvum eſſet, ſi furari liceret. Sic abigeatus gravius punitur furto, etſi poſſint res furto ablatæ multo eſſe pretioſiores, quia fide publica in paſcuis ſunt pecudes, nec ita poſſunt cuſtodiri, ut quæ domi ſub oculis & clauſtris habemus. Sic noctu cum dormiunt homines, &, ut eleganter *Statius*, *mandavere animas* (quaſi alienæ fidei commiſere, non ipſi in poteſtate habent) vigilat lex: & in minore providentia dominorum majorem metum furibus facit.

Deinde non modo adverſus nocturnum furem præſumptio eſt defendiſſe ſe telo, ſed indubitatum hoc habuerunt legum conditores, nec intelligi poteſt fur nocturnus ſine telo: quia enim noctu ſunt omnia clauſa, quomodo nudis manibus effringet januam, perfodiet parietem, dimovebit arcarum & armariorum ſeras? Tertio ob hanc quoque cauſam, quod noctu clauſa ſunt omnia, nec ſine vi poſſunt aperiri, fur nocturnus non intelligitur ſine vi, & quidem in locum ſanctiſſimum. *Quid enim ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium? hic aræ ſunt, hic foci, hic Dii penates, hic ſacræ religionis cerimoniæ continentur: hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas ſit*, inquit Cicero in oratione pro domo cap. 41. *Jam ſi tempus eſt ullum jure hominis necandi, quæ multa ſunt, certe illud eſt non modo juſtum, verum etiam neceſſarium, cum vis vi illata defenditur*, ut idem pro Milone cap. 3.

Legis hujus ex 12. tabulis ibidem ſic meminit Cicero: *duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impune voluerunt.*

GROTII.

t *Et inde ſumta lex* XII. *Tabularum*] Addi poteſt *lex Wiſigotthorum* libro VII. tit. II. cap. XVI. & *Capitulare Caroli Magni* lib. V. cap. 191. *Leg. Langobarda*, qui nocte alienam curtem ingreditur, niſi ligandum ſe præbeat, occidi poteſt. (*Lib.* I. *Tit.* XXIV. Cap. 1.)

(ii) Vide ſupra, *Lib.* I. *Cap.* III. §. 2. *num.* 2. *J. B.*

(kk) Νύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν εἰσιόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τις, καθαρὸς ἔστω. Pag. 874. B. Tom. II. Ed. H. Steph. *J. B.*

(ll) Addidi vocem hanc *inermem*, quæ, quamquam in omnibus Editionibus deſit, omnino neceſſaria eſt, ut ſeries orationis conſtet, & ſpecies

 iſta

telo proſternerem, ut illo interemto rem meam reciperem. + Sed ſi ipſe in periculum vitæ adducar, tunc + mihi licere a me avertere periculum etiam cum periculo vitæ alienæ: + nec obſtare mihi [89] quod me in id diſcrimen adduxerim, dum rem meam cupio retinere, aut occupatam extorquere, aut furem capere, nam in his omnibus nihil mihi poſſe imputari, + qui verſer in actu licito, nec cuiquam injuriam faciam, + cum utar meo jure.

2. Diſcrimen ergo nocturni & diurni furis + in hoc poſitum eſt, + quod noctu vix ſit copia teſtium adhibendorum: atque ideo, ſi occiſus fur reperiatur, facilius credatur ei, qui a ſe vitæ + tuendæ cauſa dicat furem interemtum, repertum ſcilicet cum aliquo inſtrumento, quo nocere poſſet. + Id enim lex Hebræa requirit, agens de fure reperto [90] במחתרת: quod quidam transferunt *in perfoſſione*; alii forte melius, *cum perfoſſorio inſtrumento*: quomodo & Jeremiæ II, 34. ea vox a doctiſſimis Hebræorum exponitur. Ducit nos ad hanc interpretationem lex duodecim tabularum, quæ furem diurnum occidi vetat, (mm) addita exceptione, + niſi ſe telo defenderit. Adverſus nocturnum igitur præſumtio eſt defendiſſe ſe telo. Teli + autem nomine ferrum, fuſtis & lapis venit, ut ad hanc ipſam legem notatum a [d] Cajo eſt. Contra ab Ulpiano proditum eſt, [e] quod de fure nocturno dicitur, ſi quis eum occiderit, impune id ferre, id intelligendum ita demum locum habere, (nn) ſi + parcere ei ſine periculo ſuo non potuit, nimirum rem ſervando.

d L. Si pignore, 54. §. furem, 2. D. de furtis.
e L. furem, 9. D. ad leg. Corn. de ſicariis.

3. Eſt ergo, ut dixi, + præſumtio pro eo, qui furem noctu occidit: ſed ſi forte teſtes adfuerint, ex quibus conſtet non fuiſſe eum, qui furem occidit, adductum in vitæ ſuæ periculum, jam + præſumtio iſta ceſſabit, ac proinde is qui occidit homicidii + tenebitur. Accedit quod tam [91] diu quam noctu lex duodecim tabularum exegit, ut is qui furem deprehendiſſet, + cum clamore id teſtificaretur, (oo) ut ex Cajo [f] diſcimus, nimirum ut ſi fieri poſſet, concurſus eo fieret magiſtratuum aut vicinorum ad auxilium & teſtimonium. Quia vero + concurſus talis de die facilius habetur quam de nocte, ut notat [g] Ulpianus + ad modo indicatum Demoſthenis locum, ideo de nocturno periculo + aſſeveranti magis creditur.

f L. Itaque, 4. D. ad leg. Aquiliam, §. 1.
g Pag. 236. B. Ed. Baſ. 1572.

4. Cui

iſta differat à ſequenti, in qua Fur etiam fugere manifeſto ſupponitur, ſed ita ut ſe telo defenderet. Vel ſic tamen non ſatis firma & cohærens eſt Auctoris noſtri ratiocinatio. Vide Notas Gallicas in h. l. Adde PUFENDORFII noſtri Caput antea indicatum. *J. B.*

(mm) Exceptio illa ideo additur, quòd interdiu facilè cognoſci aut capi Fur poſſit, adeo ut raro quis ad recuperandas res ablatas cogatur adverſus Furem fugientem, & armis prædam tueri volentem, ſuam ipſius vitam defendere. *J. B.*

(nn) In lege illa, non ſuo loco ab Architectis Juris Romani poſita, agitur de *Lege Aquilia*, quæ jubebat reparationem damni dati ab eo, qui ſervum alienum in furto deprehenſum interfecerat; non autem de *Lege Corneliâ*, ſecundum quam, ut & legibus XII. Tabularum, nocturnum furem *omnimodo* occidere licebat. Hoc egregiè probavit ſummus Juriſconſultus Clariſſ. NOODT, *Probab. Jur.* Lib. I. Cap. IX. & *Ad Legem Aquil.* Cap. V. quamquam rationes ejus convellere nuper conatus eſt Vir Eruditiſſimus, *J. van de Water*, Obſ. Jur. Rom. *Lib.* 1. *Cap.* 18. *J. B.*

(oo) Sed *clamor* ille non exigitur à Duodecim Tabb. Additamentum eſt *Gaji* JCti, qui etiam agit tantum de *Lege Aquilia*. Vide omninò laudati Cl. *Noodtii* Obſerv. L. 1. c. 15. *J. B.*

GRONOVII.

89 *Quod me in diſcrimen*] Quod quaſi mea culpa in id periculum veni.

90 במחתרת] A חתר *Fodere.*

91 *Diu*] Interdiu.

GRO-

4. Cui + ſimile eſt quod lex *b* Hebræa [u] puellæ [92] de vi illata in agro vult credi, in urbe non item, + quia clamore concurſum ciere potuit ac debuit. Ad ſuperiora & hoc accedit, + quod etiamſi cætera eſſent paria, tamen quæ nocte accidunt, minus explorari, & qualia quantaque ſint cognoſci poſſunt: eoque ſunt terribiliora. Lex ergo tam Hebræa quam Romana, + id quod caritas ſuadet, civibus ſuis præcepit, + ne quem interficiant ideo duntaxat quia rem furatur, ſed ut id ita demum liceat ſi is qui rem ſuam ſervare voluit + ipſe in diſcrimen venerit. + Moſes Maimonides notavit, permiſſam privato homini alterius interfectionem non aliter, niſi ut ſervetur id, quod eſt irreparabile, ut vita & pudicitia.

b Deut. XXII, 23. *& ſeqq.*

XIII. 1. [93] Quid + vero jam de lege Evangelica dicemus? + Idem ab ea permitti, quod permiſit lex Moyſis, + an ut in aliis rebus perfectior eſt lege Moyſis, ita hic quoque plus eam a nobis exigere? + Ego quin plus exigat, non

G R O T I I.

u *Puellæ de vi in agro illata vult credi*] Bene id explicat *Philo*, ut locus frequentioris exempli cauſa ſit poſitus, non quod ex eo ſolo ſemper definienda ſit controverſia. Poteſt enim, ut libro de ſpecialibus legibus ille diſſerit, & in urbe aliqua vim pati occluſo ore, & in agro aliqua conſentire in ſtuprum. (Pag. 788. D. E. *Ed. Pariſ.*)

G R O N O V I I.

92 *De vi illata*] Quæ dicit ſe vi ſtupratam.

93 *Quid vero jam de lege Evangelica*] Rurſus inculcat legis, ut loquitur, Evangelicæ perfectionem, quaſi perfectio Evangelii ſit demere metum graſſatoribus nocturnis, & exponere bonos impunitiori audaciæ facinoroſorum. Verba Chriſti ſunt Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt: oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, ne obſiſtite injurioſo: ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & qui voluerit tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & qui te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.* Hæc non præſtant fures ſalvos. Et primo valet reſponſio, quam ipſe dedit ſupra illis, qui verba de alapa bello & omni actioni forenſi obducebant: nempe alapam eſſe contumeliam levem, nec re, ſed opinione magnam. Sic tunica etiam & pallium amiſſionem non maximi pretii bonorum ſignificant. At fur nocturnus non petit tunicam & pallium, ſed aurum & argentum, &, ſi poteſt, omnem cenſum patris familias. II. *Oculum pro oculo, dentem pro dente* dictum eſt magiſtratibus. *Deuteron.* 19. Id non abrogat Chriſtus, quemadmodum nec abrogavit *non occides, non mœchaberis*, quorum ante meminit. Sed hæc omnia vindicat a pravis interpretationibus Judæorum, qui illud, de quo agimus, applicabant male ſibi & privatim, & publice. Privatim, cum hinc ſibi jus facerent ob minimas injurias, minimaque damna immortale odium gerendi. Publice, quia ſub jugum erant Romanorum redacti, ſi quid ab his grave paterentur rebelliones coquebant, & cœlum vituperabant, jactantes ſemper ſe Abrahami ſemen, & fœderatum Deo populum, & immemores, ſe fœdus illud & aliis peccatis multis, & non agnoſcendo Meſſiam præſentem, irritum feciſſe. Ait igitur, *ne obſiſtite injurioſo*, nempe ut ſoletis obſiſtere lædentes magis veſtras conſcientias, quam ab illo forte in bonis veſtris læſi eſtis, nec tantopere ſtudentes, ut puniantur qui peccant, quam ut iræ veſtræ & vindictæ cupido exſatientur. Quemadmodum dixerat antea, *ne juretis omnino*: nempe ut ſoletis leviter & præter neceſſitatem. Quum autem * jubet, qui tunicam auferat, ei & pallium tradi, qui maxillam dextram feriat, ei & lævam porrigi, qui angariet ad miliare unum, addi alterum, non præcipit patientiam hominum injuſtorum, ubi poſſunt puniri, ſed patientiam & æquum animum in caſtigationibus Dei per iniquos potentes; nec vetat, ne arceantur plectanturve ſcelera, ubi poſſunt plecti aut prohiberi: ſed ſi juſto Dei judicio homines potentes & majores legibus iſtis injuriis nos afficiant, ut patienter feramus, & agnoſcamus, hæc evenire nobis ob peccata noſtra, Deumque, per illam injuſtitiam hominum, juſtiſſima & ſanctiſſima decreta ſua exſequi: adeoque non efferamur impatientia adverſus iſtas virgas Dei, ut ſi & alterum tantum perdendum ſit de bonis, ſi duplicetur contumelia, ſi geminetur labor, parati ſimus ſuſtinere & mente atque ore dicere: *Iram Domini portabo, quia peccavi ei*, Mich. 7, 9. In eo adeo nihil perfectius a nobis poſtulat Evangelium, ut idem jam præſtiterint ſancti in veteri teſtamento. Sic David 2. *Samuel.* 16. *Dimitte eum, ut maledicat, Dominus enim præcepit ei, ut maledicat David.* Et poterat tunc punire: ſed id tempus erat, quo ſe humilem redderet coram Deo rex piiſſimus, non magnum coram hominibus. Sic *Jobus* cap. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.*

G R O-

non dubito. Nam ſi tunicam & pallium + deſeri jubet Chriſtus, & Paulus + damnum aliquod injuſtum tolerari potius quam litigari, quæ [94] + incruenta + contentio eſt: + quanto magis vult res etiam momenti majoris deſeri potius, quam interfici a nobis hominem, + Dei effigiem, + eodem nobiſcum ſanguine ortum? + Quare ſi res ſervari poteſt, ita ut non videatur periculum eſſe faciendæ cædis, recte id quidem; + ſin aliter, omittenda res eſt. Niſi forte talis aliqua res ſit, + ex qua vita noſtra & familiæ noſtræ pendeat, + quæque judicio recuperari nequeat, + forte quia fur ſit ignotus, + & ſpes ſit aliqua ſine cæde rem abituram.

2. Et quanquam hodie + omnes ferme, [i] tam Juriſconſulti, quam Theologi, doceant, recte hominem a nobis interfici poſſe rerum defendendarum cauſa, + etiam extra eos fines, in quibus lex Moyſis & Romana id permittit; puta ſi fur jam re accepta fugiat; tamen quin ea quam protulimus + ſententia veterum Chriſtianorum fuerit, non dubitamus: nec dubitavit [k] Auguſtinus, cujus hæc verba ſunt: *Quomodo apud divinam providentiam a peccato liberi ſunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti ſunt?* Nimirum in hac materia, ut in aliis multis, cum tempore [x] laxata eſt diſciplina, & paulatim interpretatio legis Evangelicæ + cœpit ad ſæculi mores accommodari. + Olim in clericis retineri ſolebat forma veteris inſtituti: tandem his quoque + remiſſa eſt hoc nomine cenſura.

i *Soto d. art. 8. Leſſ. dub. XI. n. 74. Sylv. in verbo Bellum. 2. n. 3. Pan. c. 2. de homicidiis. Leſſ. d. loco.*

k *Lib. I. de Lib. arbitr. c. 5.*

XIV. Quæritur a nonnullis, an non lex ſaltem civilis, ut jus habens vitæ ac necis, ſi quo caſu permittat furem interfici a privato, ſimul etiam præſtet, + ut id ab omni culpa ſit liberum. + Minime vero id concedendum arbitror. Nam primum [95] lex + jus necis non habet in omnes cives ex quovis delicto, ſed demum ex delicto tam gravi, ut mortem mereatur. Eſt autem valde probabilis Scoti ſententia, fas non eſſe quemquam ad mortem damnare, [y] niſi + ob delicta, quæ lex per Moſem data morte punivit, addito

GROTII.

x *Laxata eſt diſciplina*] *Hieronymus* in vita Malchi: *Poſtquam eccleſia cœpit habere Chriſtianos magiſtratus, facta eſt quidem opibus major, ſed virtutibus minor.* (T. I. pag. 255. B. ubi tamen paullo aliter verba leguntur.) Vide c. *ſuſcepimus*, de homicidio voluntario (*in Decretalibus*) & c. de his, 36. diſtinct. 50.

y *Niſi ob delicta, quæ lex per Moſem data morte punivit*] Contra leges, quæ venantes ruſticos morte puniunt, vide *Gregorium Turonenſem* libro X. c. 10. *Johannem Sariberienſem* Policratici Lib. I. Cap. IV. (*pag. 18. Ed. Lugd. Bat. 1639.*) *Petrum Bleſenſem* epiſtola CXXIX.

GRONOVII.

94 *Incruenta contentio*] Lis in foro apud judicem, cui nullum periculum ſanguinis aut cædis intervenit.

95 *Lex jus necis non habet*] Ait legem jus necis non habere in cives ex quovis delicto, ſed demum ex delicto tam gravi, ut mortem mereatur. Quaſi non minimum delictum, ſi ob cauſas incidentes ſub capitis pœna vetetur, capitale fiat. Sibi imputet, qui transgreditur. Quare enim non licuerit Athenienſibus jubere, ut capitale eſſet, ſi quis legem de vindicanda Salamine tuliſſet? *Juſtin.* 2, 7. Quare non Thuriis, ut capite lueret, ſi quis cum armis in concionem veniſſet? *Diod. Sicul.* 12, 12. Quare non Carthaginienſibus, ne quis Græcis literis aut ſermoni ſtuderet, quo loqui cum hoſte aut ſcribere ſine interprete poſſet? *Juſtin.* 20, 5. Quomodo autem conſiſtet imperium militare, in quo minima quæque vetita capite luuntur? ut ſi quis in agmine ordinem exceſſit, ſi in ruſtici tugurio inventus eſt, ſi gallinam abſtulerit. Et quantum eſt in ſe ſpectatum veſci de arbore? tamen capitale fuit, quia Deus dixerat: *quo die ex eo veſceris, morte morieris.* Diſtinguendum igitur, ne lex ſit tyrannica, quæ ſervari non poteſt, & pro laqueo eſt ad capiendos innocentes, nec gravem cauſam habet. Si ratio eſt & poteſt ſervari; utique quantumvis parvum delictum capitale facit.

dito duntaxat, + aut quæ his ſunt paria recta æſtimatione. Neque enim videtur notitia divinæ voluntatis, quæ ſola [96] animum tranquillat, aliunde in hoc negotio tam gravi haberi poſſe, + quam ex illa lege, + quæ certe mortis pœnam in furem non conſtituit. Præterea vero + lex nec debet, nec ſolet jus dare, etiam eos, qui mortem meruerunt, privatim interficiendi, + niſi in criminibus [97] valde atrocibus: + alioqui fruſtra inſtituta eſſet judiciorum auctoritas. Quare ſi quando lex impune furem dicit interfici, [98] + tollere quidem pœnam cenſenda eſt, + ſed non etiam jus dare.

XV. Ex + his quæ diximus apparet, + duobus modis poſſe contingere, ut à privatis ſine peccato ſuſcipiatur ſingularis dimicatio: primum, ſi invaſor [99] concedat alteri licentiam dimicandi, + alioqui eum occiſurus ſine dimicatione: deinde, ſi rex aut magiſtratus [1] duos + mortem meritos inter ſe committat; quod ſi fiat, + illis quidem licebit arripere ſpem ſalutis. At qui id juſſit, is + minus recte officio functus videbitur, cum ſatius fuiſſet, ſi unius ſupplicium ſufficere videbatur, + ſorte eligi moriturum.

XVI. Quæ vero dicta a nobis huc uſque ſunt, de jure tuendi ſe ac ſua, + maxime quidem ad bellum privatum pertinent, + ſed [z] ita ut ad publicum quoque aptari debeant, + habita diverſitatis ratione. Nam in privato bello [2] jus + quaſi momentaneum eſt, + & ceſſat ſimulatque judicem adiri res patitur. + At publicum, quia non oritur, niſi ubi non ſunt aut ceſſant judicia, [3] tractum habet, + & perpetuo fovetur accedentibus novis damnis & injuriis. Præterea in bello privato + ferme [4] defenſio mera conſideratur: at + publicæ poteſtates cum defenſione & ulciſcendi habent jus. Unde illis licet + prævenire vim non præſentem, ſed quæ de longo imminere videatur, + non directe (id enim injuſtum eſſe ſupra docuimus) + ſed indirecte ulciſcendo delictum cœptum jam, ſed non conſummatum: de quo agendi erit + alibi locus.

XVII. Illud + vero minime ferendum eſt, quod quidam tradiderunt, *a* jure gen- *a Alb. Gent. lib. I. c. 14.*

GROTII.

z *Ita ut ad bellum publicum quoque aptari debeant*] *Ammianus* lib. XXIII. (*Cap.* 1.) *Cum irruentibus armis externis lex una ſit & perpetua, ſalutem omni ratione defendere, nihil renitente vi moris.* [De ultimis verbis, ubi in Editione VALESII & GRONOVII legitur, *remittente*, pro *renitente*, vide JAC. GOTHOFRED. in *Cod. Theod.* Tom. V. pag. ult. *J. B.*] Alexander Imperator oratione ad milites apud Herodianum VI. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν· τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῤῥαλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνεσθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι· *Injurias qui prior infert, nihil habet probabilis coloris: at qui ſibi moleſtos arcet, ex bona conſcientia ſumit fiduciam, bonaque ei ſpes adeſt inde, quod injuriam non inferat, ſed auferat.* [Cap. 3. num. 8, 9. *Ed. Boecler.*]

GRONOVII.

96 *Animum tranquillat*] Omnes conſcientiæ ſcrupulos eximere poteſt.

97 *Valde atrocibus*] Ut proſcriptos & militiæ deſertores, ſupra 1, 4, 16. & exſules, ubi de iis lex eſt, qualis apud *Quintilianum* avum declam. 305.

98 *Tollere quidem*] Impunitatem dare in foro ſoli vel apud judicem mortalem, non liberare conſcientiam.

99 *Concedat alteri*] Non directe ac verbis interpoſitis, ſed ſi dum aggreditur, tantum interveniat ſpatii aut loci, ut contraria arma expedire poſſim.

1 *Duos mortem meritos*] Ut Romani gladiatores noxios.

2 *Jus quaſi momentaneum*] Momentum vel punctum temporis durat.

3 *Tractum habet*] Non coërcetur intra tantas temporis anguſtias.

4 *Defenſio mera*] Nam offenſio ex intentione juſta non eſt, ſupra n. 4.

Digitized by Google

gentium arma recte ſumi + ad imminuendam potentiam creſcentem, quæ nimium aucta nocere poſſet. Fateor in conſultationem de bello & hoc venire, + non ſub ratione juſti, ſed ſub ratione utilis : ut ſi ex alia cauſa juſtum ſit bellum, + ex hac cauſa prudenter quoque ſuſceptum judicetur :+ nec aliud dicunt, qui in hanc rem citantur [b] auctores. Sed [5] ut vim pati poſſe + ad vim inferendam jus tribuat, + ab omni æquitatis ratione abhorret. Ita vita humana eſt, + ut plena ſecuritas nunquam nobis conſtet. Adverſus incertos metus + a divina providentia + & ab innoxia cautione, non a vi præſidium petendum eſt.

b *Bald. lib. de rer. diviſ.*

XVIII. 1. Nec + minus illud diſplicet, quod [c] docent, + juſtam eſſe defenſionem etiam eorum, qui [6] bellum promeriti ſunt, quia ſcilicet pauci contenti ſunt [7] tantundem + reponere vindictæ, quantum acceperunt injuriæ. + Nam metus ille rei incertæ jus ad vim dare non poteſt : + unde nec reus criminis jus habet publicis miniſtris capere ſe volentibus per vim reſiſtendi, ob metum ne plus æquo puniatur.

c *Alb. Gent. lib.* 1. c. 13. *Caſtr. lib.* 5. *de Juſtitia.*

2. Sed qui in alium peccavit,+ debet primum ei quem læſit offerre ſatisfactionem + viri boni arbitratu : + ac tum demum pia erunt ejus arma. Sic Ezechias, [d] cum fœdere non ſtetiſſet, quod cum rege Aſſyrio majores ejus pepigerant, bello petitus fatetur culpam, & + regi permittit arbitrium mulctæ : idque cum feciſſet, + & poſtea iterum bello laceſſeretur, fretus bona conſcientia vim hoſtium ſuſtinuit, + & Deum habuit faventem. Pontius + Samnis poſt res Romanis redditas, deditum belli [e] auctorem, *Expiatum*, inquit, *eſt*, *quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœleſtium fuit. Satis ſcio, quibuſcumque Diis cordi fuit ſubigi nos ad neceſſitatem dedendi res, iis non fuiſſe cordi tam ſuperbe a Romanis fœderis expiationem ſpretam.* Mox : *Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum irarum, quem meorum ſuppliciorum* [8] *judicem feram? Neminem, neque populum, neque privatum fugio.* Sic cum Thebani omnia æqua obtuliſſent (pp) Lacedæmoniis, ii autem ultra tenderent, zz bonam cauſam ab his ad illos tranſiiſſe ait Ariſtides Leuctrica prima.

d 2 *Regum* XVIII, 7. 14. *& cap.* XIX.

e *Livius, lib.* IX. c. 1.

GROTII.

zz *Bonam cauſam ab his ad illos tranſiiſſe*] De principe Chalepi, qui pacem & reſidua tributorum obtulerat Romano Argyropolo Imperatori, vide *Zonaram* (Lib. XVII. Cap. 11.) ſimile de Cruciferis in *Cromero* libro XVII. (pag. 393. *Ed. Baſil.* 1555.) de Helvetiis, qui Carolo Burgundo de curru ovium pellibus onuſto, ademptoque mercatoribus, ſatisfactionem obtulerant, vide *Philippum Cominæum* libro VII. [Non ipſi *Helvetii* currum mercatoribus ademerunt, ſed currum, qui *Helvetii* cujuſdam mercatoris erat, Comes *Romondius* prehendi juſſit : unde ortum bellum *Helvetiorum* cum eo, & poſtea, cum *Carolo Audace*, hoc obtentu adverſus illos arma movente. Vide *pag.* 66. & 67. Verſionis *Sleidani*, quâ uſus Auctor noſter, *Ed. Wech. J. B.*]

GRONOVII.

5 *Ut vim pati*] Ut quia prævideo aliquem huc creſcere poſſe, me ut impune lædat, quum hujus animi nondum ulla ſigna det, ideo eum aggredi poſſim, & incrementa ejus vi interpellare. Arioviſtus ad *Cæſarem* 1. Gall. 44. debere ſe ſuſpicari, ſimulata Cæſarem amicitia quod exercitum in Gallia habeat, ſui opprimendi cauſa habere : quod niſi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus, ſeſe illum non pro amico, ſed pro hoſte habiturum.

6 *Bellum promeriti*] Injuria facta juſtam alteri cauſam inferendi belli dederunt.

7 *Tantundem reponere vindictæ*] *Seneca* Troad. 278. *regi frenis nequit. Et ira & ardens hoſtis, & victoria commiſſa nocti.*

8 *Judicem feram*] Ferre judicem eſt provocare adverſarium ad judicem vel arbitrum ſecum ex utriuſque ſententia capiendum, in quem compromittant.

(pp) Immo *Lacedæmonii Thebanis.* Deinde non agit heic *Ariſtides* de oblatâ æquâ ſatisfactione : verum de vindictâ, quam *Thebani* ipſi ſumſerant, in prælio *Leuctrico*, ubi victores fuerant. Vide locum, *pag.* 93. Tom. II. *Ed. Paul. Steph.* & adde *Xenophontem*, Hiſt. Græc. *Lib.* VI. *Cap.* V. §. 33. *& ſeqq.* Ed. Oxon. *J. B.*

HYN-

Digitized by Google

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. I.

§. I.

1 V*Eniamus ad cauſas bellorum*] Expoſito jure belli i.e. bellum jure geri poſſe; & demonſtratis perſonis quæ bellum gerere poſſunt, ſequuntur jam cauſæ ex quibus bellum licite geri queat. Sæpius dictum eſt, bella eſſe inſtar judiciorum, &c. quaſi actiones quibus Principes jura ſua proſequuntur: adeoque ex quibus cauſis privatus jus ſuum intentata actione vindicare, ex iisdem Princeps bellum gerere poteſt. *Vid. Diſput. noſtram de Amneſtia c.* 1. §. 2.

Juſtificas intelligo] Quas opponit ſuaſoriis. *Vid. l.* 2. *c.* 22. §. 1.

Nam ſunt & alia, quæ movent ſub ratione utilis, diſtincta interdum ab iis quæ movent ſub ratione juſti] In omni deliberatione de bello duæ occurrunt quæſtiones: 1. an juſta ſit belli cauſa, 2. an conducat reipublicæ. *In priori* examinatur, an ex cauſa juſta bellum geri poſſit? *in poſteriori*, an utile ſit, an expediat geri? anne potius cedere læſus debeat? Cauſa igitur juris Auctori dicitur *juſtifica*, cauſa utilitatis vero *ſuaſoria: vid. Diſput. noſtr. de Amneſtia* §. 1. §. 3. Eodem enim modo privatus, actionem coram judice intentaturus, duo ponderare debet: 1. an juſta ſit ejus actio, ita, ut exitum favorabilem ſperare poſſit: 2. an utile ſit eam intentare, tum ob potentiam adverſarii, tum ob defectum ſubſidiorum &c.

Quas inter ſe, & a belli principiis] Diverſa omnino ſunt, *cauſæ* belli, ejus *initium*, ac *occaſio*. *Cauſæ* ſunt ex quibus & ob quas bellum geritur, & vel juſtificæ ſunt, vel ſuaſoriæ: *Initium* Polibio & Diodoro eſt illud momentum quo bellum incipit, ſeu primus actus belli. *Occaſio* vero eſt, per quam cauſa bello datur; atque hinc occiſio cervi non erat principium belli inter Æneam & Turnum, ſed occaſio. *Virgil. Aeneid. VII. v.* 484.

Quale erat cervus in bello Turni & Æneæ] Dictum jam eſt, occiſionem cervi fuiſſe occaſionem belli, non principium, nec primum belli actum; cum enim Trojani cervum occiderent, nondum bellum erat.

Nam quas cauſas diximus juſtificas, etiam principia dixit Livius] „ Imo principia
„ ex ſenſu Livii non ſunt idem cum cauſa
„ juſtifica. Ait enim, Romanorum *Princi-*
„ *pium* eſſe non agere, niſi ex *juſta cauſa*;
„ adeoque plane ibi non agitur de principiis
„ belli, nedum principia confunduntur cum
„ cauſa belli.

Eaſdem vocat προφάσεις & ἀρχάς] „ Vo-
„ ces hæ ſignificant prætextus & principia.
„ Verba Diodori in *Lib.* 14. *p. m.* 396.
„ hæc ſunt: *Hæc omnia moliri, quærendo*
„ *ſibi legitimas occaſiones atque veriſimilia juſti*
„ *belli initia, prætexta quadam conſiliis ſuis*
„ *honeſtate.* Equidem Diodorus non confun-
„ dit cauſas belli juſtificas & ſuaſorias, nec
„ has cum principiis; nam curate diſtinguit
„ cauſas ſuaſorias à juſtificis. *Juſtificas* enim
„ allegabat, quod nollent vicinas circum ur-
„ bes liberas reddere, nec pecuniæ in bello
„ contra Athenienſes impenſæ partem contri-
„ buere, atque hanc cauſam juſtificam voce
„ ἀρχαῖς intelligit Diodorus. *Suaſoriæ* autem
„ fuere, quod Pauſaniam Deo ſacra perage-
„ re parantem prohibuiſſent, tum in Ludis
„ Olympiis Lacedæmonios in certamen ad-
„ mitti noluiſſent.

Hæ juſtificæ cauſæ proprie noſtri ſunt argumenti] Nam ſuaſoriæ non faciunt bellum juſtum, niſi concurrant cauſæ vere juſtificæ, adeoque de his ſolis in jure naturæ quæritur, iſtæ ad politices doctrinam pertinent. 2

Equidem rariſſime cauſa movens ad bellum allegari ſolet; ſane, ſi alia utilitatis ratio non ſubeſſet, propter ſolam juris violationem populi vix bella geſturi eſſent. Hinc

 merito

merito cauſæ illæ juſtificæ vocantur *prætextus*, *legitimæ occaſiones*, quia cauſæ utilitatis & ſuaſoriæ taceri ſolent, & jura tantum prætexi.

Idque exemplis omnium gentium probatur, quæ cariſſime ex ea cauſa, quam allegare ſolent, bellum ſuſcipiunt. De Lacedæmoniis bellum Eleis inferentibus id jam dictum eſt: Porrro Athenienſes, cum a Lacedæmonienſibus in auxilium vocarentur contra Syracuſanos jus allegabant, *quod aliorum cauſa accedere liceret*: At cauſa movens & ſuaſoria erat ſpes acquirendæ Siciliæ. *Juſtin. Lib.* 4. *cap.* 3. In primo bello Punico Romani allegabant pro juſtitia cauſæ, Carthaginenſes male habuiſſe Meſſanos Romanorum ſocios; at cauſæ ſuaſoriæ erant, quod Siciliam affectarent. *Flor. lib.* 2. *cap.* 2. In bello Punico ſecundo Romani cauſam juris allegabant, quod Annibal Saguntum civitatem ſociam oppugnaſſet, & contra fœdus Iberim amnem tranſiiſſet. *Polyb. L.* 3. *c.* 5. & 6. ſed cauſa ſuaſoria erat, ne Annibal victa Sicilia in Italiam trajiceret, indeque ſola utilitas eos ad bellum movebat, *Polyb. d. l.* Cæſar cauſam belli Civilis prætexebat, quod injuria præteritus fuerit in comitiis, & quod exercitum dimittere juberetur: (unde vota corrupta ajebat de *Bel.Civ.L.I.*) Pompejus juſtitiam cauſæ eo defendit; quod Cæſar juſſui Senatus obtemperare nollet: At cauſa ſuaſoria utrinque erat, quod Cæſar noluerit ſuperiorem, Pompejus parem habere. *Lucan. Pharſal.* 1.*v.*6. 125. ubi egregie diſtinguit a cauſa belli ejus initium: ex quo enim Rubiconem tranſiit Cæſar, alea belli jacta fuit, & cum armatus extra Provinciam ſuam exercitum duxiſſet, bellum inchoaſſe dicitur. In bellis Græcorum contra Perſas jus ideo armis vindicari dicebatur, quod fœminæ regiæ hinc inde raptæ fuerint. Phœnices quippe primi rapuere Inachi filiam, Cretenſes Europam, tum Jaſo Medeam, iterum Paris Helenam. *vid. Herod. pr. Hiſtor.* Sed ſuaſoriæ longe aliæ erant; Perſæ enim affectabant Regnum Græciæ, vel ſaltem metuebant, ne Græci in Perſiæ Provincias trajicerent. Apud Juſtinum enim Dario titulus coëundi cum Spartanis dicitur fuiſſe vetus Perſarum in Athenienſes odium, revera autem timuiſſe, ne iis victis Lacedæmones ad ſe arma transferrent *Lib.* 5. *c.* 1. Ita cum Romani Carthaginenſibus bello civili occupatis indicerent bellum, cauſam juſtificam allegabant, quod bellum in Romanos pararent, & quod mercatores Romanos violaſſent, cum cauſa ſuaſoria fuerit ſtudium occupandi Sardiniam. *Polyb. Lib. I. cap. 5. juncto cap.* 23. & *Lib.* 30. 5. Antigonus cauſam juſtificam belli, quod cum ſociis, Ptolemæo, Caſſandro & Lyſimacho geſſit, prætexebat ſe Olympiadis mortem a Caſſandro interfectæ ulciſci velle, & Alexandri Regis ſui filium cum matre obſidione liberare. At hoc honeſtatis ſaltem cauſa allegatum ait *Juſtinus Lib.* 15. *c.* 1. cauſa enim ſuaſoria fuit ne prædam divideret. *d. c.* 1. Sic Demetrius cauſam belli juſtificam allegabat, quod Antipater ſocios invaſerit, at ſuaſoria cauſa erat ſpes Macedoniæ acquirendæ, *Juſtin. L.* 16. *c.* 1. Alia exempla *Vide apud Teſm. in Not. ad h.* §. & *Grot. L.* 2. *c.* 22. §. 1. *ſeq. Conf. Juſtin. L.* 5. *c.* 1. *L.* 9. *c.* 3. *L.* 18. *c.* 2. *L.* 24. *c.* 1. *L.* 27. *c.* 3. *L* 30. *c.* 3. *add. inf.* §. 17.

„ *Ut piam & juſtam accipiatis Belli cauſam* &c.] de effectu juſtitiæ cauſæ late „ egimus *in Prolegom.* §. 27. Sane omnes „ qui bellum ſuſcipiunt, credi volunt ſibi „ tales cauſas eſſe, indeque publice eas ex- „ hibere ſolent. *vid. Lib.* 2. *c.* 26. 4. & „ *Lib.* 3. *c.* 1. §. 5. Merito ergo bella ſine „ juſta cauſa ſuſcepta latrocinia dicuntur. *L.* „ 2. *c.* 22. §. 3.

„ *Nec minus hoc Dionis Caſſii*] *Hiſtor.* „ *l.* 12. Quam religioſe cauſas belli juſtificas „ examinaverint pleræque gentes præter ex- „ empla *in Prolegomenis* allegata alia exſtant „ apud *Nepotem in Ageſilao c.* 2. *Appian.* „ *de Bello Mitrid. n.* 177. *Sueton. in Augusto cap.* 20. Conf. *infra L.* 2. *c.* 22. *per tot.*

„ *Quod non minus de bellis publicis quam* 3
„ *privatis verum eſt*] Nam nec inter duos „ certare ſine juſta cauſa licet, hæc enim „ certatio per vim non niſi ex neceſſitate de- „ fenſionis, adeoque non niſi ex juſta cau- „ ſa licita eſt.

Habent quidem bella &c. effectus juris] Etiam bella injuſta, quæ inter duas ſummas poteſtates geruntur, jura belli habent quoad proceſſum, donec per ultimum victorem lis decidatur.

Ut & ſententia] Potius ut judicia & actiones: Nam quod inter gentes eſt bellum, id inter privatos eſt actio in judicium deducta, & ſententiæ ſunt victoriæ.

ADDITIO

Digitized by Google

ADDITIO.

„ Auctor aliquoties jam diſtinxit inter bel-
„ la publica *ſolemnia* & *minus ſolemnia*;
„ quam diſtinctionem ex mente Auctoris ex-
„ plicavimus, ſimulque refutavimus *in Diſ-*
„ *ſert. proœm.* IX. §. 63. *ſeq.* & ſupra *L.* I.
„ *c.* 3. §. 4. *Solemne* enim bellum Auctor
„ vocat, cui gentes ex condicto, ſeu com-
„ muni conſenſu, ſolemnitates quaſdam tri-
„ buerunt; & tale eſſe ait, quod a ſummis
„ poteſtatibus prævia denunciatione geritur.
„ *Dict. Diſſ. pr.* §. 63. *ſeq.*

„ Effectus huic *bello ſolemni* particulares
„ tribuit, 1. ut geri poſſit etiam ex cauſa
„ injuſta, 2. ut in tali bello in infinitum ca-
„ pi & vaſtari res hoſtiles, perſonæque oc-
„ cidi poſſint, 3. ut dominium externum
„ harum rerum acquiratur, 4. ut capientes
„ & occidentes apud omnes gentes tuti ſint,
„ ita, ut nec tanquam fures, nec tanquam
„ homicidæ ideo puniri poſſint. Atque hos
„ effectus ex pactis gentium introductos eſ-
„ ſe ait. *Dict. diſſert. pr.* §. 65. *ſeq.* Unde
„ idem eſſe ſtatuit quod in ſententia, cui
„ jus civile itidem effectus quoſdam particu-
„ lares tribuit: nimirum, ut ſententia va-
„ leat etiamſi ſit injuſta, quod talis ſenten-
„ tia utut injuſta plenum dominium etiam
„ ex aliorum judicio tribuat. *Dict. diſſert.*
„ *pr.* §. 68.

„ At tale *bellum ſolemne ex jure gentium*
„ non dari alibi demonſtravimus, *dict. diſ-*
„ *ſert. pr.* §. 68. Cum enim jus gentium
„ voluntarium non exiſtat, *Diſſ. proœm.* IV.
„ §. 29. nec ejus ſolemnitates concipi,
„ nec effectus juris particulares inde deduci
„ poſſunt. Una & eadem ſolennitas eſt in
„ bello publico & privato, ſcilicet neceſſa-
„ ria juris noſtri defenſio, quæ non eſt,
„ niſi ex juſta cauſa. At, quia uterque
„ juſtitiam cauſæ prætendit, nec ſuperior
„ eſt, qui de ea cognoſcat in bello publi-
„ co, ex ipſa naturæ ratione (non er-
„ go ex pactis demum gentium) judicium
„ de juſtitia cauſæ tam diu ſuſpenditur,
„ donec per ultimam victoriam lis decida-
„ tur: Interim igitur uterque omnia agit ſi-
„ ne quibus jus (quod uterque injuria læ-
„ ſum ait) repeti nequit: hinc uterque ca-
„ pit, vaſtat, occidit, donec alter victus
„ ſit. Atque idem ex eadem naturæ ratione
„ obtinet in judiciali diſceptatione; cum
„ enim partes litigantes communi conſenſu
„ Judicem adeant, uterque media defenſio-
„ nis adhibet, neque ea jure naturali nega-
„ ri utrique poſſunt, donec per ſententiam
„ de juſtitia cauſæ decidatur. Quod latius
„ explicavimus in *Diſſert. Proœm.* IX. §.
„ 68. An ergo uterque jure agit? Nega-
„ tur: Sed juris quæſtio ſuſpenditur, do-
„ nec lis deciſa ſit: tunc enim conſtat vi-
„ ctum omnia illa defenſionis media inju-
„ ria adhibuiſſe. *ibid.* §. 68.

„ *De quibus agendum infra erit*] *Lib.*
„ 3. *per tot.* Syſtema Grotii explicavimus in
„ Diſſ. Proœm. IV. Compendium totius ſyſ-
„ tematis exhibuimus *L.* 1. *c.* 1. §. 13. *ſeq.*
„ & *c.* 3. §. 4. & *in Proleg.* §. 17.

„ *Sed non eo magis peccato vacant*] Et-
„ ſi enim ex hypotheſi Auctoris is quis tale
„ bellum gerit licite & jure agat, hanc ta-
„ men juſtitiam ſaltem ait eſſe ex jure gen-
„ tium, adeoque non niſi impunitatem &
„ dominium externum tribuere; cæterum ſe-
„ cundum juſtitiam internam bellum injuſ-
„ tum eſſe, indeque in foro poli omnes ac-
„ tus hujus belli, utpote juſtitia interna ca-
„ rentes, eſſe illicitos, quin ipſo jure nul-
„ los. Vid. *Diſſert. pr.* IV. §. 14. §. 20. *ſeq.*
„ & *latius in Diſſ.* IX. §. 64. *ſeq.*

Ut merito Alexander &c.] Juſtitia bel-
li Perſici defendi rationibus poſſet, eaſque
partim exponit Juſtinus *L.* 11. *c.* 5. Sed
quid juris in Scythas, qui itidem Perſarum
hoſtes erant, habuerit, neſcio, unde non
immerito eum Scythæ latronem gentium vo-
cabant.

„ *Apud Curtium*] L. 7. c. 8. *Ac tu,*
„ *qui te gloriaris ad latrones perſequendos*
„ *venire, omnium gentium latro es.*

„ *Lucano prædo*] *L.* 10. §. 20. & 21.
„ *Illic Pelæi proles veſana Philippi*
„ *Felix prædo jacet.*

„ *Indorum quoque ſapientibus*] Brach-
„ mannis ſcilicet & Gymnoſophiſtis, (de
„ quorum origine & doctrina *vide Bayle dans*
„ *ſon Dictionaire* voce *Brachmannes* &
„ *Gymnoſophiſtes.*) Indi enim vocabant Ale-
„ xandrum iniquum & curioſum, quod tam
„ procul a domo bellum gerens ſibi pariter
„ atque aliis negotium faciat *in Orat. apud*
„ *Arrian. L.* 7. *pr.*

„ Ἀτάσθαλος] Pernicioſus, malorum Au-
„ ctor, quaſi ἄταις θάλλων, a quo quaſi ma-
„ la germinant.

„ *Et a pirata quondam tractus ſit in cri-*
„ *minis ſocietatem*] Refert enim Auguſtinus
„ *Lib.* 4. *de Civit. Dei c.* 4. *Eleganter &*
„ *veraciter Alexandro illi Magno quidam*
„ *comprehenſus Pirata reſpondit. Nam, cum*
„ *idem Rex hominem interrogaſſet, quid ei*
„ *videretur, ut mare haberet infeſtum? Il-*
„ *le libera contumacia, quid tibi, inquit,*
„ *ut orbem terrarum? Sed quia id exiguo*
„ *navigio facio, latro vocor, quia Tu mag-*
„ *gna claſſe, Imperator.*

„ *Niſi injuria*] Bellum enim unice ad
„ defenſionem juris noſtri, & ad propul-
„ ſandam injuriam licitum eſt.

Quaſi ἀδικίαν] i. e. Actum injuſtum in abſtracto, ſeu habitum.

Ἀδίκημα] Quæ eſt ipſum factum injuſtum in concreto.

„ *In romano feciali carmine*] Vid. *Liv.*
„ *L. I. Cap.* 32. Ceterum in eo omnes gen-
„ tes conveniunt, bella non niſi ad arcen-
„ dam injuriam licita eſſe, *Liv.* 31. 2. *&* 6.
„ *Iſidor. Orig.* 18. *c.* 1. *Appian. de Bello*
„ *Hiſpanico n.* 257. *ap. Teſm. in not. h. l.*
„ *Conf. L.* 2. *c.* 22. §. 1. *&* 3. *L.* 3. *c.* 1.
„ *ſeq. & ſupra Proleg.* §. 25.

Ad §. II.

1 „ Grotius, ut probet ex quibus cau-
„ ſis bellum licitum ſit, ait, ex iiſdem
„ cauſis bellum licitum eſſe, ex quibus ac-
„ tiones forenſes dantur, *L.* 2. *c.* 1. §. 2.
„ *n.* 1.

„ Actiones autem dari ait, vel *ob inju-*
„ *riam non factam* vel *ob factam*, *L.* 2. *c.*
„ 1. §. 2. *n.* 1.

„ Ob *non factam* agi poſſe ut caveatur
„ de injuria quæ metuitur, item damni in-
„ fecti, eoque refert interdicta alia, ne vis
„ fiat &c. *ibid.* quod pluribus exemplis il-
„ luſtrat *d. c.* 1. §. 3. *ſeq.*

„ Ob *factam injuriam* 1. agi vel *ut re-*
„ *paretur*, vel *ut puniatur. d. c.* 1. §. 2.
„ *n.* 1.

„ 2. Quod *reparandum* venit, aut ſpec-
„ tare *id quod noſtrum eſt, vel fuit*; aut
„ id *quod nobis debetur*, *ibid.*

„ 3. *Noſtrum* aliquid fieri vel *communi*
„ *hominum jure*; vel *jure ſingulari. L.* 2. *c.*
„ 2. §. 1. §. 3. *ſeq.*

„ 4. *Jus commune hominum* aut directe
„ eſſe *in rem corporalem* aut *ad actus ali-*
„ *quos L.* 2. *c.* 2. §. 1. *pr.*

„ 5. *Jure ſingulari* aliquid noſtrum fieri
„ vel *acquiſitione originaria*, vel *derivati-*
„ *va*, *d. c.* 2. §. 1. *c.* 3. §. 1. *c.* 4.

„ 6. Per acquiſitionem originariam no-
„ bis acquiri non tantum *jus in res* tum *ex-*
„ *tantes*, tum *non extantes*: ſed etiam *in*
„ *perſonas ipſas. L.* 2. *c.* 5. §. 1. *junct.*
„ *L.* 2. *c.* 10. §. 1.

„ 7. *Deberi* autem nobis *aut* ex jure na-
„ turæ, ſcilicet vel ex pactione vel ex
„ maleficio: *aut* ex lege, quo refert quaſi
„ contractus & quaſi delicta: *d. L.* 2. *c.* 1.
„ §. 2. *n.* 1. *aut* ex jure gentium volunta-
„ rio, quo refert legationum jura, & jus
„ ſepulturæ. *L.* 2. *c.* 18. §. 1. *& c.* 19.

„ 8. Quatenus *punienda* eſt injuria, eam
„ parere ait accuſationem & publica judicia
„ *L.* 2. *c.* 1. *n.* 1.

„ Grotius diſciplinam juris naturæ admo-
„ dum obſcuram reddit, per expoſitionem
„ hanc objectorum juris, i. e. cauſarum ex
„ quibus jure naturali actiones dantur: Eas
„ enim cauſas non tantum novis, & inter
„ JCtos non uſitatis terminis proponit, ſed
„ præterea infinitis illis diviſionibus & ſubdi-
„ viſionibus, ſæpius minus aptis, adeo con-
„ fundit Lectorem, ut vix conceptum ſyſ-
„ tematis ſibi formare poſſit.

„ Sane mirum eſt Auctorem methodum
„ juris Romani inſuper habuiſſe, quæ tamen
„ facillima & juri naturali maxime congrua
„ eſt. JCti enim Romani *tria* objecta juris,
„ ex quibus omnes actiones oriuntur, con-
„ ſtituunt: *perſonas* ſcilicet, ſeu *ſtatum ho-*
„ *minum*, *res*, & *actiones*, quæ nimirum
„ ex obligatione perſonæ ſequuntur: Juxta
„ hæc tria objecta in Diſſertatione procemia-
„ li XII. totum ſyſtema juris naturalis ex-
„ poſuimus; ſimulque demonſtravimus, nul-
„ lum jus inter homines ſupereſſe, quod eo
„ referri non poſſit.

Quot actionum ſunt fontes, totidem ſunt belli] Bellum inter ſummas poteſtates, quæ alium judicem non habent, idem eſt quod judicium inter privatos. Utrumque eſt de negotio aliquo dubio ſeu controverſo inter partes, (adeoque ſemper legitimum certamen partium ſignificat) de quo illæ armis diſceptant, hi apud judicem. Hinc, uti in omnibus judiciis & diſceptationibus, ita in bello quævis pars ſibi jus aſſerit, adverſario negat, & uterque ſe jure, adverſarium injuria agere; uterque ſua arma juſta, adverſarii injuſta; uterque denique quoties ipſe bel-

lo

lo quid agit, capit, lædit, id jure, quoties hoſtis, injuria fieri; & ſibi ſoli, non hoſti jus ex actibus bellicis naſci contendit: Atque hæc eſt natura omnis certaminis ſeu contentionis, utpote quæ in contradictione partium conſiſtit. *Vid. diſp. noſtram de Poſtlim. & Amneſtia Sect. I.* §. 2. 3.

„ *Nam ubi judicia deficiunt, incipit bel-* „ *lum*] Quod late explicavi ſupra *L.* 1. *c.* „ 2. *pr.*

Dantur autem actiones aut ob injuriam non factam] Auctor ſibi ipſi hic contrarius eſt: nam 1. ipſe aſſeruit in §. præcedenti, *cauſam juſtam ſuſcipiendi belli nullam aliam eſſe poſſe, niſi injuriam*, qualis non eſt, quæ futura eſt. 2. Ipſe Auctor *infra* §. 17. docet, bellum ob metum vicinæ potentiæ licitum non eſſe. Sane 3. reparatio injuriæ peti non poteſt ubi jus non eſt ablatum, adeoque, ubi injuria non eſt facta. Unde 4. contradictio potius videtur, defendere jus ſuum bello, ubi jus nullum ablatum eſt.

Additio.

„ Grotius per injuriam non factam intel„ ligit 1. ſi injuria paratur, eaque evitari „ nequit; uti, ſi alter vi præſenti corpus „ meum impetat cum periculo vitæ meæ „ non vitabili. *vid. infra* §. 2. *in f. juncto* §. „ 3. *uſque ad* §. 11. vel ſi fur effringat ædes „ meas furandi cauſa. *d. c.* 1. §. 11. *ſeq.* „ 2. Si injuria ſaltem metuitur, ut ſi quis me„ tuit damnum ex opere vicini ruinoſo, vel „ ne alius vim inferat &c. *L.* 2. *c.* 1. §. 2. „ *n.* 1. vel ſi quis metuit vicinam poten„ tiam *d. c.* 1. §. 17. *Priori* caſu injuria ve„ re eſt facta, & alter actu jus meum læ„ dit; qui enim inſidias vitæ bonisque „ meis ſtruit, hoc ipſo facultatem, ſecure „ juribus a natura conceſſis utendi, turbat, „ illudque mihi aufert, adeoque hoc jus, ſi „ inſidias evitare aliter nequeo, cum in„ ternecione alterius defendere poſſum.

„ *Poſteriori* caſu injuria plane non eſt, „ neque paratur, nec in actum aliquem de„ ducitur, hic ergo jus meum nulla ratione „ læſum eſt, & ſolus metus jus non dat, „ ne exigendi quidem cautionem (*Diſſentit* „ *Grotius d. c.* 1. §. 2. & §. 2. & §. 17.) „ unde cautiones de non offendendo, dam„ ni infecti, ne vis fiat, &c. ſunt meri Ju„ ris civilis.

„ *Ut, quæ petitur cautio de non offen-* „ *dendo.*] Cautio hæc eſt meri juris civi„ lis, ob utilitatem publicam, ſecuritatem „ nimirum civium, introducta.

„ *Damni infecti*] Cautio damni infecti „ itidem eſt Juris poſitivi; naturali ratione „ enim jus ablatum non eſt, adeoque nihil „ eſt, quod reparari poſſit: at, cum pu„ blice interſit ne urbs ruinis deformetur, „ & ut ſecuritati publicæ proſpiciatur, ma„ giſtratus refectionem ædium civibus injun„ gere, eoque ſimul prævertere poteſt, ne „ ex alterius negligentia civi damnum in„ feratur, injungendo ei cautionem, qua „ civis eveniente caſu de reparatione dam„ ni certus redditur.

„ *Ne vis fiat*] Hæc cautio, ne in fu„ turum civi vis fiat, itidem eſt Juris ci„ vilis, eaque ſecuritati publicæ proſpici„ tur.

„ *Factam, aut ut reparetur, aut ut* „ *puniatur*] Unuſquisque enim tantum in„ tra fines facultatis a naturæ Auctore con„ ceſſæ agere poteſt. Si quis igitur extra il„ los fines aliquid agit, vel rem alteri au„ ferendo, vel jus ejus alias minuendo, „ injuria eſt, ex qua ad ejus reparationem „ obligator, vel damnum datum reſarcien„ do, vel patiendo tantundem. *vid. Poſit.* „ *Jur. Gent.* 6. *ſequ.*

Quos duos obligationum fontes recte diſtinguit Plato] Reparatio & pœna non ſunt fontes obligationis, ſed effectus; neque proprie duo ſunt fontes, ſed una reparandi neceſſitas. Nam Jure naturæ omnis obligatio conſiſtit in reparatione injuriæ: reparatio autem illa fit reſtituendo vel id quod plus ſuo habet, vel tantundem: unde apparet pœnas dupli, tripli, &c. nec non pœnas corporales ad corrigendum inventas, eſſe mere civiles, non ut reparetur injuria, ſed ut in futurum & ipſe qui peccavit, & alii deterreantur.

„ *Quod reparandum venit*] Nos me„ thodum JCtorum Romanorum ſecuti in „ genere dicimus, reparandi neceſſitatem „ hominibus incumbere, quoties jus aliis „ naturali ratione quæſitum violatur. Jus „ autem cuique quæſitum eſt vel ex *ſtatu* „ *hominum*, vel ex jure in re, vel ex „ *obligatione perſonæ*.

Vel fuit] Et ſine juſta cauſa noſtrum eſſe deſiit: Nam ſi jure noſtrum eſſe deſiit, repeti & reparari nequit, quia tum nihil nobis abeſt.

Digitized by Google

ADDITIO.

„ *Noſtrum* eſſe, ait, aut communi hominum jure *Vid. infra c.* 2. aut jure ſingulari, tum in res, tum in perſonas. *Vid. infra c.* 3. *c.* 4. & *c.* 5. §. 1. Ad jura in re Auctor etiam refert jura quæ ex *ſtatu perſonæ* competunt.

Unde vindicationes] quibus is, qui dominum rei ſe eſſe contendit, eam ſibi reſtitui petit cum omni cauſa a quovis detentore. §. 1. §. 2. *Inſt. de Act. L.* 20. *ff. Rei Vind.* & de quibus *infra c.* 10. agetur: quo pertinent actiones reales quibus jus aliquod in re ipſa vindicatur: modo non ex ratione demum civili reales factæ ſint, uti actio hypothecaria. &c.

Et condictiones quædam] ut condictio indebiti, cauſa data non ſecuta &c. Ex hypotheſi enim Juris civilis dominium rei traditione & voluntate noſtra in alterum transfertur, licet cauſa translationis vel ſit erronea, vel turpis, vel cauſa, ob quam datum eſt, non ſequatur; indeque ceſſabat Jure civili omne repetendi remedium, translato quippe rite dominio; & repugnat jure dominum alterum factum, & eum privari dominio condictione poſſe. Hoc ergo ſuppletum & correctum eſt ex Jure gentium, quo dominium transferri non debuit, ceſſante quippe cauſa. Unde ex eo præſidium quæſitum eſt per condictiones, quibus id quod jure civili repeti non poteſt, Jure gentium repetitur, & hinc dictæ Juris gentium. Ea igitur omnium condictionum natura eſt, ut per eas ideo repetantur res, etſi voluntate domini translatæ, quod cauſa deficiat. Unde peritiſſimus Ulpianus ait, *Conſtat, id demum condici poſſe alicui, quod vel non ex juſta cauſa ad eum pervenit, vel redit ad non juſtam cauſam. L.* 1. §. *f. ff. Cond. ſine cauſa.* Atque hinc eſt, quod condictio ſine cauſa generalis ſit, & cum omnibus condictionibus ſpecialibus concurrat, cum omnes dentur ob defectum cauſæ. *d. L. I.* §. 1. & 2. *L.* 4. *ff. eod.*

ADDITIO.

„ Grotius *vindicationes* refert ad res quæ „ noſtræ ſunt, *condictiones quaſdam* ad res „ quæ noſtræ fuerunt, utraſque refert ad „ obligationem quæ ex dominio oritur; „ hinc ubi obligationem quæ ex dominio „ oritur in Cap. X. explicat, naſci eam ait, „ aut *e rebus exſtantibus aut e rebus non* „ *exſtantibus C.* 10 §. 1. & 2. At ex his „ apparet Auctori cognitam non fuiſſe na- „ turam juris in re, ſeu dominii: Jus quod „ nobis *in re* competit, ſemper ſupponit „ rem exſtantem, quia per actiones reales „ rem, quam meam eſſe dico, vindico: „ & alter ideo quia rem meam tenet, eam „ reddere tenetur. Quando igitur res am- „ plius non exſtat, i. e. quando perit, pe- „ rit quoque jus meum in re, & ego de- „ ſino eſſe dominus: Si tamen alter ex illa „ re, quæ periit, locupletior factus eſt, „ vel res culpa ejus periit, actio contra eum „ datur, non *realis*, quia jus in re deſiit, „ verum *perſonalis*; condictio nimirum, vel „ actio ex quaſi delicto: Male igitur *con-* „ *dictiones* refert ad jus in re, ſeu ad obli- „ gationem ex dominio: quod plenius ex- „ plicabimus *d. cap. X.*

„ Sed nec admitti poteſt jure civili trans- „ ferri dominium, idque jure gentium de- „ mum correctum eſſe. Nam alibi probavi, „ voluntate domini rei dominium in alium „ transferri ipſo jure naturæ, etſi forte er- „ rore &c. id factum ſit. *Vid. diſſ. pr. XII.* „ §. 570.

„ Hine jam apparet, male *condictiones* „ *quaſdam* ab Auctore referri ad *Jus in re*, „ ſeu ad id quod *noſtrum* eſt, indeque ma- „ le cum vindicatione conjungi, poſtquam „ enim res voluntate domini in alium ſe- „ mel translata eſt, omne jus transferentis „ in re ceſſat; at quia poſſeſſor rei locu- „ pletior fit ex meo errore, vel ex cauſa „ injuſta, actio perſonalis priſtino domino „ datur ad rem condicendam: Is igitur in „ quem rem meam errore transtuli non obli- „ gatur tanquam poſſeſſor rei alienæ, ei e- „ nim voluntate mea in eum translata eſt, „ ſed, quia jus alienum tenet, unde actio „ quaſi ex contractu oritur.

„ *Quædam*] Imo nulla condictionum ſpe- „ ctat id quod noſtrum eſt, nam in illis „ quoque condictionibus, de quibus Auctor „ loquitur, dominium noſtrum deſiit, unde „ omnes condictiones ſunt perſonales, non „ reales; in ſola condictione furtiva ſpe- „ ciale eſt, quod detur vero rei domino, „ adeoque ei cujus res non fuit ſed adhuc „ eſt. *L.* 1. *L* 11. *ff. Cond. furt.* Bene ta- „ men notandum eſt, hanc condictionem „ rei furtivæ non dari ut domino, ſed ut „ aliis qui dominium rei ſuæ ſine juſta „ cauſa

Digitized by Google

,, cauſa perdiderunt; unde hæc actio etiam
,, perſonalis eſt. Cur vero non inſtituit rei
,, vindicationem? Reſp. conſultius eſt a do-
,, minio abſtrahere, quia allegans dominium
,, probare illud teneretur. *Vid. Diſſ. Proœm.*
,, XII. §. 572. *n.* 5.

Aut id quod nobis debetur] Obligatio hæc oriri dicitur JCtis ex jure ad rem, ubi perſona ſola obligatur ad aliquid præſtandum.

ADDITIO.

,, Alibi demonſtravimus, Doctores male
,, id quod nobis ex obligatione perſonæ de-
,, betur referre ad jus rerum, & quidem
,, ad *Jus ad rem.* Nam JCtis Romanis Jus
,, ad rem cognitum non eſt, & id quod
,, nobis debetur, pertinet ad tertium Juris
,, objectum, nimirum ad actiones, quæ
,, *ex obligatione perſonæ* oriuntur. *Vid. Diſſ.*
,, *Proœm* XII. §. 329.

Sive ex pactione &c.] ,, Quamdiu enim
,, pactum non impletur, manet injuria.

ADDITIO.

,, Melior eſt partitio ICtorum, qui obli-
,, gationem perſonæ ex tribus cauſis dedu-
,, cunt, vel ex *contractu*, vel ex *malefi-*
,, *cio*, vel ex *variis cauſarum figuris*: de
,, quibus infra *c.* 11. *ſeq. c* 17. *ſeq.* Nam
,, demonſtravi in *Diſſertatione proœmiali XII.*
,, §. 562. obligationes ex quaſi contractu,
,, vel quaſi ex delicto etiam ex variis cau-
,, ſarum figuris deſcendere.

Sive ex lege] ,, Hic obligandi modus non
,, eſt naturalis, ſed juris poſitivi.

Quo referenda quæ ex quaſi Contractu & quaſi maleficio dicuntur] Imo reparationes hæ non ex lege demum civili oriuntur, ſed ipſa naturali ratione, quoties enim facto hominis, ſive licito ſive illicito, mihi aliquid abeſt citra voluntatem meam, jure naturali homo id reparare tenetur; ſi proinde res mihi abſit non ex diſpoſitione mea, ſed ex ſolo facto agentis licito, JCti illum actum dixere *quaſi contractum*; ſi res mihi abſit ex facto alterius illicito, at absque propoſito nocendi, dixere *quaſi delictum* §. *f. Inſt. de Obligat.*

ADDITIO.

,, JCti Romani facta illicita, quæ absque
,, propoſito peraguntur, non ad quaſi, ſed
,, ad vera delicta retulere, idque ex Lege
,, Aquilia notorium fit, ubi damnum inju-
,, ria, & leviſſima culpa, datum, inter de-
,, licta privata refertur. Quia vero lex Aqui-
,, lia tantum de iis factis illicitis, quibus
,, corpore in corpus damnum datur, loqui-
,, tur, Prætores ob paritatem rationis actio-
,, nem quoque dederunt ex damno, quod
,, non corpore, ſed in *corpus*, vel quod
,, *corpore*, ſed non in *corpus* datum eſt,
,, atque hæc facta illicita ad quaſi delicta
,, retulerunt.

,, Auctor ex erroneo illo principio, qua-
,, ſi omnes quaſi contractus ex lege origi-
,, nem ceperint, etiam *actionem negotiorum*
,, *geſtorum* ex jure civili ortam eſſe ait,
,, *L.* 3. *c.* 10. §. 9. Quod ibidem examina-
,, bimus.

Ex quibus capitibus naſcuntur condictiones cæteræ] ,, Nam quasdam condictiones
,, ex jure dominii naſci, paulo ante dixe-
,, rat; quando nimirum alter aliquid habet
,, quod noſtrum fuit, quo refert condictio-
,, nem indebiti & ſine cauſa *L.* 2. *c.* 10.
,, §. 1. *n.* 5. & §. 2. *n.* 2. Ex natura
,, enim dominii ſequi putat, obligari poſ-
,, ſeſſorem ad rem domino reſtituendam,
,, quæ ſine cauſa & ex errore penes eum
,, eſt. *l.* 2. *c.* 10. §. 1. *n.* 5 Reliquas au-
,, tem condictiones ex lege, adeoque ex
,, jure poſitivo oriri putat, idque ſpecia-
,, tim de condictione ob turpem & injuſtam
,, cauſam tradit: *d. c.* 17. §. 12. & §. 2. *n.*
,, 1. quod modo refutavimus, & ulterius
,, refutabimus allegatis locis.

Factum ut puniendum parit accuſationem & judicia publica] Senſus eſt, quod quoties ad pœnam agitur, id fiat per accuſationem ejus, cui injuria facta eſt, inſtituto contra reum proceſſu inquiſitorio. Nec negari poteſt, hoc factum tendere ad reparandum, nam & pœna reparatio eſt; ea enim fieri debet tum reſtituendo id quod ablatum eſt, tum tantundem patiendo, quæ talio ſola juris naturalis pœna eſt. Vid. infra cap. 17. & 20.

Tres ſtatuunt cauſas] Imo una tantum 2
belli cauſa eſt, ſcl. injuriæ reparatio, quod ipſe Auctor §. 1. *n.* 4. monuit Qui ergo *defendit* jus ſuum agit ad reparationem injuriæ, ut alter deſiſtat a turbatione, & rem in ſtatum priſtinum quietum reſtituat. *Vid. l.* 5. *in fin. de Rei vind* Qui agit de re *recuperanda*, repetit id quod ablatum eſt injuria, adeoque agit ad injuriæ reparatio-

nem. Denique qui ad *puniendum* agit, itidem reparationem intendit, ut nimirum, ſi jus ipſum reſtitui non poſſit, lædens tantundem patiatur. Unde ſimul apparet, minus curate hæc capita ad belli cauſas referri, cum nihil aliud ſint, quam modi perſequendi: Ita enim in negotiis privatis quoque aliud ſunt actiones, ſeu remedia juris, aliud cauſæ ex quibus actiones oriuntur, una igitur tantum eſt cauſa bellorum, ſc. injuria, ad cujus reparationem agere remediis poſſum, vel defendendo jus meum, vel recuperando ablatum, vel puniendo lædentem, i. e. talionem ei inferendo.

ADDITIO.

„ Auctor recte notatur a B. Parente, „ quod defenſionem & recuperationem ad „ juſtas belli cauſas referat. Defenſio enim „ & recuperatio ſunt media reparandi, quæ „ ſupponunt juſtam cauſam. Nam tunc demum, ſi juſta cauſa præceſſit, jus noſtrum „ armis defendere, vel recuperare, vel per „ talionem reparare poſſumus.

Camilli] Apud *Liv.* 5. 49. At Camillus tria hæc non pro juſtis belli cauſis; ſed pro juſtis remediis vindicat.

Omiſſa eſt perſecutio ejus quod nobis debetur:] „ Imo hoc ſequitur ex voce *re-* „ *petionis*; repetitur enim bello omne id, „ quod nobis abeſt, adeoque & quod nobis „ debetur, nam id nobis quoque abeſt.

Si deceptus] Adeoque ſi læſus, indeque injuria ei facta eſt, quod etiam fit ſi alter non ſolvit quod debet.

Æquiſſima vox eſt] „ Tota eſt enim na„ turalis juſtitiæ definitio in eo conſiſtit, „ *ſuum cuique tribuere*.

Pro eo quod eſt demere] Lege *repetere*: nam in genere verum eſt, injurias vindicari vel propellendo, vel repetendo, vel ulciſcendo; his omnibus enim modis repetimus jus noſtrum.

ADDITIO.

„ Ego recte legi, *demere*, puto. Nam „ omnino reparatur, eoque demitur injuria „ vel per defenſionem, vel per repetitio„ nem, vel per punitionem. Atque hoc „ ſenſu Romani legatos in Græciam miſiſſe „ dicuntur, ad demendam injuriam, apud „ Juſtin. *L.* 34. *c.* 1. & legati Ardeatorum pe„ tebant ut demeretur injuria, *Liv. L.* 4. *c.* 7.

In quibus non eſt enumeratio partium] „ i. e. non recenſentur ſpecies ultionis.

Sed exemplorum additio] „ Quæ probant, „ per ultionem non pœnam ſeu punitionem „ hic intelligi, ſed quemlibet injurias de„ mendi modum; quod & fit per repeti„ tionem ejus quod nobis debetur.

Vel reddere quod injuria ablatum eſt] „ Certiſſimo indicio, *ultionem* non pœnam „ denotare, quia & id quod nobis debe„ tur & reddendum eſt eo refertur. Confer „ *ſupra L. I. c.* 3. §. 1. & 21. *n.* 4.

Hanc naturalem notitiam] „ Nimirum 3 „ reparandam eſſe injuriam.

Quod bellum inchoaret] „ Adeoque quod „ ageret ad reparationem injuriæ non factæ.

Sic & Romani cum Senonibus] „ Apud „ *Liv. Lib.* 5. *c.* 35. Senones Germani fue„ re, quod probat *B. Parens in J. publ.* „ *Prolegom.* §. 17. & Suevorum populus „ *ibid. cap.* 3. §. 17. Galli quoque aliquan„ do dicuntur *d. Proleg.* §. 18.

Prima igitur cauſa belli juſti eſt injuria nondum facta.] „ Diximus, ex injuria non „ facta non oriri reparandi neceſſitatem, „ adeoque nec jus belli: diximus præterea, „ cautiones eſſe ex mero Jure civili. Quæ „ vero Auctor in ſequentibus tractat capi„ ta, non pertinent ad injuriam non fac„ tam, ſed ad eam quæ actu fit.

Quæ petit aut corpus, aut res] „ De „ injuria in corpus facta agit §. 3. *ſeq.* de „ injuria in res §. 11. *ſeq.*

AD §. III.

SI *corpus impetatur* &c.] Affine ergo bellis caput eſt, de jure neceſſariæ defenſionis privatorum, eademque hujus ac bellorum principia; ſc. quoniam judicis, qui defendat, copia non eſt. Cum enim jus ſeu facultas a Creatore nobis conceſſa impediri, nobisque auferri non poſſit, *vid. poſit. V*, & conceſſa facultate omnia inteligantur conceſſa, ſine quibus illa exerceri non poteſt, *per poſit.* 4. *n.* 4. Hinc planum eſt, ſi quis te invadat, vel impediat, te jure a natura conceſſo uti, te jus tuum defendere judicio, ſi ejus tum copia ſit; ſi vero tum hoc deficiat, vi propria poſſe. Aggreſſorem igitur ſuum, etiam furioſum, qualiter cunque propulſare, & ſi alia tuendi ratio non eſt, etiam occidere quisque poteſt. Quod, quam providenter omni animantium generi, & ſenſui

Digitized by Google

ſenſui natura inſculpſerit, expoſui in *prodr. I. Gent. Ex.* 2. §. 115. *ſequ.* atque ita jus illud contra aggreſſorem certum eſt.

Additio.

„ Jungantur hic ea, quæ notavimus ad „ *L.* 1. *c.* 2. *pr.*

Ante diximus] „ Vide *L.* 1. *c.* 2. §. 1. „ *ſeq. c.* 3. §. 1. & 3.

Cum ex hac ſpecie &c.] „ Bellum enim „ aliquod privatum licite geri poſſe Auctor „ ex eo probavit *ſupra l.* 1. *c.* 3. §. 1. *n.* „ 3. quia juri naturæ non repugnat, ut „ quis injuriam etiam vi a ſe arceat.

Ut maxime probata] „ Nam Auctor eam „ non ſolum ex jure naturali, ſed etiam „ ex ſacris, & communi gentium conſen- „ ſu probavit. Vide *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *ſeq.*

Naſci ex eo quod natura quemque ſibi commendat] „ i. e. ex inſtinctu illo, quo „ omne animans fertur ad ſui conſervatio- „ nem. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n* 1.

Non ex injuſtitia, ſeu peccato alterius] „ „ Adeoque etſi ille qui me aggreditur cul- „ pa vacet, nihilominus defendere me con- „ tra eum poſſum, etiam cum ejus inter- „ necione. Etſi enim ipſe non injuſte agat, „ jus tamen in me ei non competit, adeo- „ que cum repellere poſſum non ob delic- „ tum, ſed quod aliter jus meum conſer- „ vare nequeo.

Puta, quod bona fide militet] „ Adeo- „ que bona fide putet, hoſtem licite occi- „ di poſſe.

Aut alium me putet quam ſim. &c.] „ „ Adeoque, ſi putet ſe hominem ſcelera- „ tiſſimum, & aquæ ac igni interdictum „ occidere.

Aut, quod inſania aut inſomniis agitetur] „ Is ſcl. qui in hoc furore alium ag- „ greditur.

Ut eveniſſe quibuſdam] „ De noctambu- „ lis integri extant tractatus, ubi varii ca- „ ſus recenſentur de ſomnioſis vim aliis in- „ ferentibus.

Non eo tollitur jus ſe tuendi] „ Adeoque „ occido alterum non quia peccat, ſed quia „ jus meum lædit.

Non teneor id quod ille intentat pati] „ Creator enim mihi jus in res & actiones „ meas conceſſit, adeoque omnia mihi li- „ cent, ſine quibus jure conceſſo uti ne- „ queo.

Quam ſi beſtia aliena periculum intentaret] „ Nam nec in ea vitium eſt, & tamen „ eam invadentem occidere tuto poſſum.

Ad §. IV.

Sunt, *qui licere id putant*] Nam alia quæſtio eſt an ipſe jure id faciat, alia, quis cauſa ſit facti : Is enim qui occidit innocentem neceſſitate coactus, jure ſuo utitur, quia jus ſe conſervandi a natura ei conceſſum eſt, nec adeo delinquit : At is qui perſequitur fugientem cauſa eſt hujus actionis, is homicidium committit, dum fugientem ad illud perpetrandum adigit, & cauſa actionis non eſt qui cogitur, ſed qui cogit, non in fugiente, ſed perſequente. De Phœnicenſibus, qui a Thebanis ad incitas redacti Templum Delphicum ſpoliarunt, Juſtinianus ait, hoc factum plus invidiæ Thebanis, quam Phœniciis attuliſſe, *l.* 1. *c.* 8. Cum Appius Claudius filiam Virginii ad ſtuprum raperet, & hic, quia aliter filiæ caſtitatem ſervare non poterat, eam interemiſſet. (*Liv. lib.* 3. *C.* 48. *Valer. Max. lib.* 6. *c.* 1. *n.* 2. *l.* 2. §. 24. *ff. Orig. Jur.*) *Hoc te uno*, ajebat, *quo poſſum modo in libertatem vindico : Indeque Te, Appi, tuumque caput ſanguine hoc conſecro.* Et cum ad milites ait, *ne quod Appii Claudii ſcelus eſſet, ſibi attribuerent.* Et adeo pater inſons habitus eſt, ut Appio dies condicta, iſque in carcerem conjectus fuerit, ubi mortem ſibi ipſi conſcivit. *Liv. d. l.* 3. *c.* 57. & 58.

Additio.

„ Mutavit hanc ſententiam B. Parens in „ *Exercit.* 11. *ad Grot. de J. B. & P.* §. „ 183. *ſeq.* Verba ejus hæc ſunt : Finge, „ invaſum per anguſtum præcipitium, in „ quo claudus vel infans poſitus eſt, qui „ via cedere nequeat, fugientem; quæritur, „ an eum præcipitare poſſit, ſi aliter fu- „ gam expedire nequeat?

„ Quin procedamus ultra ad exempla qui- „ bus Carneades abuſus eſt ad juſtitiam deſ- „ truendam : ut, ſi naufragio facto unus „ tabulam arripiat, an alius validior, eam „ ipſi ad ſe ſalvandum eripere, vel, an „ fugato exercitu militem equo fugientem „ alius dejicere vel occidere poſſit, ut equo „ ipſe evadat? Quæ tum Roma quoque „ mirata eſt, & ἄτοπα viſa ſunt, atque

,, refelli a Cicerone non potuiſſe refert *La-*
,, *ctantius lib.* 5. *c.* 16. & nec ipſe refellit,
,, ſed ad Theologicos ſenſus rapit, de qui-
,, bus quæſtio non fuit. Totum pendet a
,, natura conceſſæ nobis facoltatis, cujus
,, verbi vim certiſſimamque notionem ac na-
,, turam mirum eſt adeo non expendiſſe vi-
,, ros doctos, maxime, qui jus naturæ ſcri-
,, bere auſi ſunt. Facultatis enim ea perpe-
,, tua, ac immota natura, & ſubſtantialis
,, forma eſt, ut eadem pluribus ſimul con-
,, ceſſa, nullius in ſolidum eſſe poſſit (*d.*
,, *Exercit.* 11. §. 77.) Sane enim majus
,, portentum oſtentari non poteſt, quam
,, ejus, qui dixit, jure naturæ facultatem
,, omnibus in omnia competere, nihilque ma-
,, gis naturæ repugnat, & ab omni ſenſu
,, communi ac ſana ratione aberrat, ut fa-
,, cile appareat, quale jus naturæ ſperan-
,, dum ſit, quod ducitur a tali monſtro,
,, quod omni Hyppocentauro monſtroſius eſt.
,, Inprimis igitur ita certiſſime natura com-
,, paratum eſt, ut, cum plurium facultates
,, concurrunt, illæ invicem impediant, tan-
,, tumqoe alteri facultati decedat, quantum
,, inde alteri acceſſerit, & hactenus non ſit
,, potentia, ſed impotentia. Quæ quanto
,, ſanior doctrina eſt juris Romani. *Conſ.*
,, *l.* 3. §. 5. *ff. de adqu. Poſſ.* cujus per-
,, petua hæc regula eſt: concurſu partes fie-
,, ri, *d. Exercit.* 11. §. 77. & 78.

,, Hinc igitur facile reſolvuntur prædicta
,, illa ἄτοπα, falſumque omnino, licitum eſ-
,, ſe fugienti per præcipitium deturbare in-
,, de hominem, qui via, cedere nequit:
,, nam & huic a natura æque conceſſa eſt
,, ſui defenſio, ac alteri; & utrique par
,, jus, quod invicem auferre nequeunt; ve-
,, rum hoc vitium non eſt in fugiente, ſed
,, perſequente, quia hujus actionis & homi-
,, cidii auctor eſt, eique perſecutione ſua
,, cauſam dedit, & ad neceſſitatem præci-
,, pitii alterum adegit.

,, Pari ratione falſum eſt, in naufragio
,, alterum alteri tabulam, quam occupavit,
,, aut in fuga exercitus equum, eripere li-
,, cere. Neque vero hæc eſt noſtræ rei de-
,, fenſio, ſed alienæ invaſio & ſpoliatio: &
,, natura igitur plus juris eſt alteri ad ſuum
,, ſervandum, quam alteri ad ſpoliandum.
,, Ceterum alia quæſtio eſt, an, & quouſ-
,, que tanta neceſſitas & metus mortis ex-
,, cuſet ab ordinaria pœna homicidii. Quod
,, autem de ſtultitia talis juris nugatur Car-
,, neades, fuſe a nobis exploſum eſt in
,, *Exercit. ad Grot.* 1. §. 139. *& ſeqq.*

,, Non moramur ea, quæ Grotius de lege
,, evangelica & lege dilectionis, erronea &
,, pugnantia, quin ex Thoma, *non occidi*
,, *ex intentione*, barbara affert; res enim
,, perſpicua, ſenſus in genere eſt, eum qui
,, ſemet defendit occidere alterum non hu-
,, jus odio, & animo hominis occidendi,
,, ſed ſui ſtudio naturali, & animo ſui de-
,, fendendi.

Multo apud eum minor eſt ſocietatis reſpectus] ,, Auctor ait collidere hic jus ſo-
,, cietatis humanæ, & inſtinctum naturæ,
,, atqoe honc prævalere, indeque minorem
,, apud naturam eſſe reſpectum ſocietatis,
,, quam propriæ ſalutis curam, ſtatuit. Ubi
,, 1. notandum eſt, curam propriæ ſalutis
,, i. e. jus neceſſariæ defenſionis, fatente
,, ipſo Auctore, non ſequi ex jure ſociali,
,, ſed ei potius contrariari: certiſſimo indi-
,, cio, cuſtodiam ſocietatis non eſſe verum
,, juris naturæ principium. 2. Notandum,
,, inanem eſſe hanc rationem, tum in gene-
,, re, quia apud naturam non minor, ſed
,, plane nullus eſt ſocietatis reſpectus, ut-
,, pote quæ natura incognita eſt; tum in
,, ſpecie, quia id ipſum in quæſtione eſt,
,, an cura illa ſe conſervandi, quam natu-
,, ra nobis æque ac omnibus animalibus in-
,, didit, hactenus licita ſit, ut innocentes
,, interpoſiti occidi poſſint? Hoc ergo pro-
,, bandum erat.

At lex dilectionis &c. non permitit] Auctor duplicem hic committit errorem. 1. Quod aſſerat, legem dilectionis utrumque æqoare, & ideo innocentem interpoſitum occidi non poſſe; nam ſupra *l.* 1. *C.* 2. §. 8. *n n.* & 10. diximus, legem dilectionis utrumque ſervare, ſi uterque æque ſervari poteſt; ſecus ergo ubi alterutri pereundum, nemo enim alterius vitam ſuæ præferre tenetur. Jubemor diligere proximos, ut nos ipſos, non magis: onde ordinata caritas a nobis ipſis incipit. Quin res hæc, quam lex dilectionis exigere ait, ne quidem in noſtra eſt poteſtate; nam vitam a Creatore nobis concreditam perdere nequidem poſſumus, qoia jus conſervandæ ejus nobis ſaltem competit. 2. Quod hunc caſum ex Evangelii lege decidat, quæ non ad juris naturalis, ſed ad perfectionis regulas pertinet: Generoſi quippe animi eſt, alterius ſalutem ſuæ præferre, adeoque Evangelium inculcat non

quid

Digitized by Google

quid facere debeamus, ſed qui fieri virtuoſius ſit. *vid. l.* 1. *c.* 2. §. 8. *ibique not.*

ADDITIO.

„ Diximus B. Parentem hanc ſententiam „ mutaſſe: Non ergo erravit Grotius docen„ do lege dilectionis id prohiberi: ſed nec „ errat, dum legem Evangelii, quatenus „ perfectionum regulas continet, partem ju„ ris naturalis conſtituit.

2 *Hominem non occidi ex intentione*] Senſus in genere eſt eum qui ſemet defendit occidere alterum, non hujus odio, & animo hominis occidendi, ſed ſui ſtudio naturali, animoque ſui defendendi: Equidem actus quo quis alterum occidit ſemper fit ex intentione; ſed illa intentio non eſt illicita, cum finis ejus ſit propria defenſio.

Non liceat deſtinato id facere] At hoc ipſo ex intentione occidit.

Ut quiddam primario intentum] i. e. non animo hoſtili, aut odio, ſed neceſſitate defenſionis.

Sicut in judiciali punitione] Imo nec hic mors eſt primarium intentum, ſed reparatio injuriæ, quæ non niſi morte nocentis fieri poteſt.

Sed ut unicum quod eo tempore ſuppetit] Quia jure a Creatore mihi conceſſo aliter uti non poſſum.

Etiam illo tempore malle debeat] „ Inania hæc ſunt verba, quæ nihil ſignifi„ cant: Ratio cur aggreſſor poſſit occidi „ non in eo conſiſtit, quod occiſor aliquid „ malle debeat quo alter abſterreatur, aut „ debilitetur; ſed in eo, quod is qui ſe „ defendit jure ſuo utatur, idque agat quo „ omiſſo jus a Creatore conceſſum conſer„ vare nequit.

AD §. V.

1 PERICULUM *præſens hic requiritur, & quaſi puncto*] „ Incipit ergo hoc jus de„ fenſionis (quæ ſunt verba B. Parentis in „ *Vol.* 2. *diſp. fol.* 1440. §. 193.) ex quo „ inimicus tuus aggredi te parat, & jam „ deſiit evadendi copia. Neque igitur ſufficit „ invadendi metus, quem tu tibi facis, & „ qui tuus actus eſt. *Confer. l.* 9. *pr. l.* 21. „ *pr. ff.* quod *met. cauſ. L.* 3. §. 9. *ff. de* „ *vi armat.* nec morari teneris, dum alter „ imminet, & ferit, quia vel hoc ictu, „ qui ad menſuram non datur, ſterni poſ„ ſes. Natura igitur defenſio neceſſaria non „ eſt, niſi a momento quo de animo inva„ dendi, & de impotentia effugiendi conſ„ tat. Verum iſte rigor in præſenti homi„ num ſtatu ideo attendi non poteſt, tum, „ quia inimicus tuus animum diſſimulare, „ & ex improviſo te adoriri poſſet, tum, „ quia evadendi viæ eſſe, ſed te latere „ poſſent. Cum igitur exitum iſte rigor ha„ bere non poſſit, (*Vid. Exercit. ad Grot.* „ 1. §. 23. *& ſeqq.*) attemperare eum ad „ humanæ imbecillitatis ſenſum neceſſe eſt. „ Primum ergo ſufficit, ſi juſta fuerit in„ vaſionis opinio, & v. g. inimicus ita ſe „ paraverit, & inſtruxerit, ut aliud ſuſpi„ cari non poſſis: & deinde, ſi neſciveris „ aliam eſſe evadendi viam, ignorantia „ inculpata.

„ Cæterum culpam opinionis & ignoran„ tiæ jure gentium ad mediocritatem re„ dactam, ac ad præſentem hominum con„ ditionem moderatam, idque accurate & „ quam optime jure Rom. factum tempera„ tumque fuiſſe, videbimus ſuo loco (*Vid.* „ *Collat. Jurid. ad Dn. Struv.*) Eſt igitur „ hæc quæſtio non de jure, ſed facto, an „ fueris in ſtatu neceſſariæ defenſionis: cum „ enim fatearis te hominem occidiſſe, non „ poteris ob homicidio abſolvi, niſi proba„ to ſtatu inculpatæ tutelæ: Quod ſi ergo „ teſtes nulli adfuerint, nec probari rite „ id poſſit, ſed dubium tamen ſit, ſucce„ dit illa naturæ & utriuſque juris regula. „ *In dubio præferendum, quod veriſimilius* „ *eſt.* (*Conſ. L.* 144. *ff. de R. J. cap.* 47. „ *eod. in l.*) Hinc vero plura occurrunt, „ quæ factum implicant: etſi enim forte „ veroſimile feceris alterum fuiſſe aggreſſo„ rem, plura tamen quæruntur; v. g. an „ fueris vel credideris te fuiſſe in præſenti „ periculo, nec aliter evitare illud potuiſ„ ſe. Quod cum non niſi jurejurando tuo „ patefieri poſſit, illo præſtito ſupereſt ad„ huc dubium, opinio illa juſta, an culpo„ ſa fuerit, &, ſi judex animadvertit qua„ lemcumque exceſſum, eum pro modulo „ ſuo vindicat. Unde patet, luculentas il„ las deciſiones *Ord. Crim. Caroli Art.* 139. „ *& ſeq.* uſque ad Art. 146. rationi & na„ turæ convenientiſſimas eſſe.

Et quidem ita ut faciat id occidendi animo &c.] Invaſio ergo, eoque & defenſio, incipit ex quo invaſor aggredi parans evitari amplius nequit. Exemplum eſt in Ulyſſe, qui vidit devorari ſocios itineris a Polyphemo, qui

qui duarum dierum ſpatium ſibi indultum ſciebat Hic ergo jure neceſſariæ defenſionis Polyphemum occidit.

Nam in moralibus] „ Vide ſupra *L.* 1. *c.* 2. „ §. 8. *n.* 4. Rationem Auctor refert infra „ *Lib.* 2. *c.* 23. § 1. Quoties enim de turpi„ tudine actus quæritur, minima circum„ ſtantia formam rei mutat.

Ut & in naturalibus] „ Si ſc. de facto „ quæſtio eſt, an abſolute neceſſaria fuerit „ defenſio: In his factis igitur vix eſt ut mo„ mentum, ſeu punctum obſervari poſſit: „ Atque hinc in dubio leges civiles jurijurando occiſoris id committunt.

Qui metum qualemcunque &c. admittunt] Incipit igitur defendendi neceſſitas, non ex quo quis metuit, quia hic actus magis eſt ejus qui invaditur, & qui fruſtra metuere poteſt, ſed ex quo periculum probabiliter certum eſſe, & evitari non poſſe incipit. Pars ergo invaſionis eſt præparatio, & iter ad invadendum. Optime Demoſthenes *Philipp.* 3. ait, *Qui, quibus ego occidar, jam parat, is mecum bellum gerit, etſi nondum jacula in me mittat.*

Infamiam eos non effugere] „ Solus enim „ metus jus non dat, niſi duo concurrant, „ & ut alter actu vim paret, & ut vis illa „ ſine periculo vitæ, famæ, alteriusque juris „ evitari nequeat.

„ Ceterum metum qualemcunque non pro„ bari, nec jus dare apparet ex *Euripid. in* „ *Ædipo v.* 700. *in Phœniſſis v.* 323. *in Jon.* „ *v.* 1300. *in Herc. fur. v.* 208. *vid. L.* 5. *L.* 6. „ *ff. quod met. cauſa Lucan.* 7, *v.* 105. „ *Thuan. Lib.* 51. *in fin.* Quos Auctores „ congeſſit Teſm. *in not. h. l.*

2 *Hunc ego jure poſſe occidi &c.*] Supponit Auctor caſum, ubi inſidiæ adverſarii mature ſatis elidi per magiſtratum non poſſunt; nam, ſi id fieri poteſt, nunquam neceſſaria eſt defenſio: ſupponit quoque caſum, ubi fuga ſibi conſulere nequit, ſi enim tuto fugere poteſt, itidem non eſt neceſſaria defenſio.

His igitur terminis poſitis, jure naturæ omnino jus neceſſariæ defenſionis incipit, eoque prævenire alterum, & occidere inſidiatorem poſſum.

Interpoſita temporis mora ad multa remedia &c. patet] „ Egregie Seneca *in Agamemnone* §. 130.

„ *Proinde, quicquid eſt, da tempus & ſpatium tibi.*

„ *Quod ratio nequit, ſæpe ſanavit mora.*

„ Tempori ineſſe rerum omnium medici„ nam effatum fuit Richelii apud Priolum „ in *Hiſt. Gall.* Vide *Teſm.* h. l.

Inter os & offam] „ Dictum M. Catonis „ apud *Gell. L.* 13. *c.* 17. quod proverbium expli„ cat Eraſmus in Adag. voce *incertus eventus.*

Qui indulgentiam ſuam longius extendant] „ Nam plurimi ſunt, qui negant in„ vaſorem fugere neceſſario debere; quia ſe „ defendens utitur jure ſuo; nec vitium ali„ quod in defendente reperitur ſed invaſore, „ imprimis, ſi fuga infamiam infert. Atque „ id ſtatuiſſe Bartolum, Baldum, Salice„ tum, imo opinionem communem fuiſſe ex „ Alexandri Conſiliis probat *Covarruvias in* „ *Clementina: ſi furioſus de homicida. p.* 3. „ §. *un. n.* 4. qui ipſe dubium ſe eſſe in hac „ controverſia fatetur.

Sed & altera] „ Quæ tradit, neceſſariam „ defenſionem non eſſe quoties fuga ſibi con„ ſulere poteſt. Rationem allegant, quod „ non ad noſtri ſolum conſervationem obli„ gemur, ſed & ad proximi, quem diligere „ tenemur, ſicut nos ipſos. Sane Imperator „ *in Conſtit. crim. Art.* 140. conſtituit, ut „ moderamen inculpatæ tutelæ non videatur ſi „ fugæ locus fuerit.

Suis non caret auctoribus] „ Quod ex Gloſ„ ſa & Molinæo probat Covarruvias *d. l.*

Ad §. VI.

Quid *dicemus de mutilatione membri*] Nos cum Auctore ſtatuimus, ob periculum certum vulneris vel mutilationis alium occidi poſſe, cum enim in genere omne jus meum cum internecione alterius, ſi aliter fieri non poſſit, defendere queam, cur non & membra mea; nam & hic irreparabile mihi infertur damnum, & mors inde quoque ſequi poteſt.

Additio.

„ Equidem opponi huic ſententiæ ſolet, „ 1. nullam eſſe proportionem inter vitam „ invaſoris, & amiſſionem membri corporis „ mei: 2. Deum talionem tantum ſtatuiſſe „ ob membrum ruptum, & mortem demum „ ob vitam ereptam: 3. Mutilatum poſſe „ pœnitere, non vero invaſorem ſi occida„ tur in ipſo crimine deprehenſus. At tanti „ hæc non ſunt, ut contrariæ ſententiæ ra„ tiones evertant: Nam ad 1. reſpondemus, „ omnino eſſe proportionem inter malitiam „ & occiſionem, quia ſumma malitia eſt „ jus

Digitized by Google

» jus alii a creatore quæſitum auferre : adde
» proportionem illam in pœnarum determi-
» natione neceſſariam eſſe, non vero in ju-
» ris noſtri defenſione : Invaſor enim ſibi
» imputare debet, quod tanto periculo ſe
» exponat. Ad 2. reſpondemus, Deum lo-
» qui de pœna talionis a magiſtratu infligen-
» da; hæc ſtatui non niſi in tantundem po-
» teſt, adeoque ſi membrum ruptum non
» poteſt in pœnam membrum viciſſim rum-
» pi, nedum vita adimi. At in neceſſa-
» ria defenſione jus meum conſervare etiam
» cum internecione alterius poſſum, etſi,
» ubi ablatum ſemel eſt, non niſi ad reſtitu-
» tionem, & reparationem injuriæ, & qui-
» dem coram magiſtratu agere poſſim, ceſ-
» ſante quippe neceſſitate. Deinde loquitur
» Lex Divina de caſu ubi membrum ruptum
» jam eſt, non ubi ante ruptionem pericu-
» lum illud internecione alterius evitari po-
» teſt. Ad 3. reſpondemus, forte aggreſſo-
» rem pœnitentiam non acturum, adeoque
» ſpem pœnitentiæ fallere, quin plus mali in
» futurum forte ab eo committi poſſe. Sed
» & culpa ipſius eſt aggreſſoris, adeoque
» ſua culpa damnatur. Denique ipſe quo-
» que invaſus pœnitendi tempore opus habere
» poteſt. Vide *Pufend. Jur. Nat. l. 2. c. 5.*
» §. 10. *Covarruvias d. l. 1. ibique DD.*

Putem intentantem periculum occidi recte poſſe] » Non ex allegatis ab Auctore ratio-
» nibus, ſed quia jus mihi a Creatore con-
» ceſſum quocunque modo conſervare poſ-
» ſum.

AD §. VII.

PRO *pudicitia quin idem liceat &c.*] pudicitia duplex eſt, alia *animi* alia *corporis*, illa conſiſtit in habitu, i. e. in perpetua & conſtanti voluntate animum ab omni improba libidine purum ſervandi: hæc conſiſtit in inviolata integritate iſtarum corporis partium, quæ ad propagationem hominis a natura deſtinatæ ſunt. De *priori* quæſtio hic non eſt, quia animo violentia inferri nequit. *Vide Jus Canon. in Quæſt. V. c.* 32. Sane vi ſtuprata nullum pudicitiæ patitur detrimentum; unde Brutus de Lucretia, quæ vim paſſa erat, *Mens peccat*, inquit, *non corpus. Liv. L. 1. c.* 58 Et ipſa Lucretia, *corpus eſſe violatum, animum vero inſontem. ibid. add. Hyppol. Act.* 3. *n.* 732.

Mens impudicam, non caſus facere ſolet & pr. 889.

Non ceſſit animus, vim tamen corpus tulit.

Sed de *poſteriori* quæritur, an pro conſervanda illa integritate corporis occidere vim inferentem liceat? Quod merito cum Auctore affirmamus. Idque 1. ex regula generali, quod omnia mihi licita ſint ſine qoibos jura a Creatore conceſſa ſalva eſſe non poſſunt; ſi igitur pudicitia ſine internecione adverſarii conſervari nequit, nihil impedit quo minus licite id fieri poſſit. Quæ regula generalis 2. eo magis in pudicitiæ defenſione obtinet, quo ſanctior hæc integritas corporis fœminis eſſe ſolet & debet. Infra demonſtrabimus, hominis propagationem inter res excellentiori gradu ſanctas recenſeri, hæc autem propagatio maxime fit per fœminam, cujus corpus eſt domicilium humani generis: ex illo provenit divinum animal, homo, & divinæ quaſi auræ particula, ſc. anima. Atque hæc cauſa eſt, cur pudicitiæ tam patriciæ, quam plebejæ templum exſtructum fuerit. *Liv. L. 10. cap.* 23. Grave ergo nefas eſt, hanc ſanctimoniam violare, & juſtiſſima proinde ejus eſt defenſio. Atque hæc defenſio 3. eo juſtior eſt in maritata, quia per violationem maritatæ, indeqoe forte ſecutum partum ſuppoſititium, injuria perpetuatur in familia. Eaque 4. communis omnium DD. eſt ſententia. *Ames. de Conſc. L. 5. c. 31. n.* 8. *Pufend. I. Nat. L. 2. c. 5. §. 11. Selden. jur. nat. L. 4. c. 3.* ubi apud Hebræos jus illud obtinuiſſe ait: Conf. *Althus Dicæolog 1. c. 129. n. 29. vid. Teſm. in not. b. l.*

Patet igitur, perpetrato jam facinore huic amplius juri locum non eſſe; non enim eſſet defenſio pudicitiæ, ceu rei quæ amplius infecta fieri nequit, ſed ultio & vindicta, quæ ſoli magiſtratui competit. Non ergo probari poteſt factum Argiogontis uxoris, quæ ſtuprum paſſa poſtea caput ſtupratoris marito tradidit. *Flor. Lib. 2. c. 11. Liv. Lib. 38. c.* 24 Adde exempla Timocleæ Thebanæ apud *Plutarchum in Alex M. c.* 20. & alterius matronæ Aſiaticæ apud *Valer. Max lib. 6. c. 1. in f.* Cæterum, cum hæc acta appareant ſublimi heroicæ virtutis impetu, & ex tam generoſi & pudicitiæ tenaciſſimi animi magnitudine proceſſiſſe, hæc laus facile obliterat quod modum juris exceſſit, cum ſtupratori nulla injuria facta ſit, qui ſupplicium meritus eſt. Notandum autem eſt, non tantum pudicitiam propriam, ſed et eorum

Digitized by Google

rum qui ſub cuſtodia noſtra ſunt, defendi cum internecione alterius poſſe: quod ex inſtinctu naturæ probat Rex Theodoricus apud *Caſſiod. Var. l.* 36.

Additio.

„ Equidem inter Theologos Oſiander, „ auctoritate *Auguſtini de libero Arbit. Lib.* „ 1. *c.* 5. nixus, negat ob pudicitiam con„ ſervandam aggreſſorem interfici poſſe in „ *Obſerv. ad h.* §. 7. Rationes has affert 1. „ quia pudicitia non poteſt corrumpi, nec „ ab invaſore tolli; poteſt corrupta corpore „ eſſe virgo, animo illæſa manere. Reſp. „ alia quæſtio eſt an ipſa impudicitiæ rea „ argui poſſit, alia an corpori ejus injuria „ inferatur. Equidem verum eſt, animum „ corruptum non fuiſſe, adeoque illam pro „ impudica haberi non poſſe; at corruptio „ corporis eſt graviſſima injuria, quam a„ vertere quovis modo licet, fœmina igitur „ jura ſua a Creatore conceſſa licite, etiam „ cum internecione violantis, defendit. 2. „ Si pro honore & pro exiſtimatione non „ licet occidere invaſorem, etiam pro tali „ ſpecie honoris non licebit? Reſp. Nega„ mus pro honore ſervando non licere in„ terficere lædentem ſi aliter ſervari non „ poſſit, cum enim jus hoc meum ſit, & „ a Deo mihi conceſſum, omnia licita ſunt „ ſine quibus illud ſalvum ſervare non poſ„ ſum. 3. Nullam eſſe comparationem in„ ter pudicitiam & mortem invaſoris. At „ ei jam ſatisfactum eſt *ſupra* §. 6. 4. Si „ patiaris vim inferre corpori, non pec„ cas; ſi vero occidas alterum, peccas, „ & ad minimum dubitante conſcientia id „ facis: ergo tutius eſt parcere ſtupratori. „ Reſp. Utraque propoſitio neganda. Ve„ rum enim non eſt fœminam non pecca„ re ſi vim corpori inferri patitur, cum „ non ſit domina ſui corporis, ſeu illius „ domicilii unde homo, divinum animal, „ originem trahit, adeoque debet ſanctiſſi„ mum illud domicilium ab omni injuria „ liberum ſervare. Verum porro non eſt „ peccare virginem occidendo ſtupratorem, „ illa enim jure ſuo utitur, dum jus a „ natura ſibi conceſſum contra alterius inju„ riam ejus internecione ſervat. Unde „ Oſiander ipſe in fine obſervationis addit, „ venia dignam eſſe quæ in defenſione „ excedit.

Cum non tantum communis æſtimatio] „ Hinc *Livius Lib.* 1. *c.* 58. ait, *quid ſalvi* „ *eſt mulieri amiſſa pudicitia.* Unde re„ periuntur, qui mori maluere, quam caſti„ tatem violare: Imo Theologi quidam „ autocheiriam in tali caſu permittere vi„ dentur. *Hieron. in Jon. c.* 1. *Auguſt.* „ *de Civ. Dei l.* 1 *c.* 16. *vid. Teſm. h. l.*

Sed et lex divina] „ Equidem talis lex „ expreſſa non extat, recte id obſervante „ *Oſiandro in not. h. l.* At argumento le„ gis probare id ſolent: Si enim furem „ domum vi effringentem propter rerum „ noſtrarum tutelam occidere licet, uti „ licet, *Exod.* 22. §. 2 multo magis id „ licitum erit ad tutelam honoris & pudi„ citiæ: Sed & porro, ſi aſyla ſunt con„ ceſſa illis qui ex improviſo aliquem oc„ cidunt, quid ni aſyla illis uſu venient, „ qui juſta ex cauſa & ex neceſſitate a„ lium occidunt.

Paullus Ictus] „ *Lib.* 5. *Sent. tit.* 23. „ *ibique Cujacius.* In terminis idem ſtatuit „ Imperator Hadrianus referente Marciano „ *in L.* 1. §. 4. *ff. de Sicar.*

In tribuno Marii] „ C. Plotius, Mi„ les in exercitu C. Marii, Tribunum, C. „ Luſcium, Sororis Caji Marii Filium, „ quod ſtuprum inferre vellet, occidit, & „ ideo dimiſſus dicitur. *Val. M.* 6 1. 12. „ *Cic. in Orat. pro Mil. n.* 4 *Gron. h.*

Sed & a foeminis occiſorum in hiſtoriis extant] „ Exempla Chiomaræ Orgia„ gontis Gallo Græcorum Reguli uxoris, „ Timocleæ Thebanæ matronæ Aſiaticæ, jam „ allegata ſunt, præterea Teſmarus ex „ *Sen. Controver.* 2. adducit virginem, „ quæ militem vim ſibi inferentem occi„ dit, & duo nobilia exempla ultæ pudi„ citiæ refert ex *Thuano L.* 66. *ad Ann.* 1578.

Ad §. VIII.

Auctor ait, laudabilius eſſe occidi injuria quam occidere jure, imprimis ſi perſona invadentis multis ſit utilis. Equidem in genere regulam illam, *quod laudabilius ſit injuria occidi, quam jure occidere*, veram non eſſe, neque hominem pati id quidem absque injuſtitiæ nota poſſe certum eſt. Nam 1. homo in corpus ſuum nullam habet poteſtatem, niſi ad tuendum: nec ullum jus niſi ad illud conſervandum. *Poſ.* 5. *n.* 3. Omnes enim 2. in eo conveniunt, hominem non ſui tantum cauſa eſſe

Digitized by Google

eſſe creatum, ſed & congenerum, præcipue autem Creatoris ſui cauſa. Duplex igitur homini a natura injunctum eſt munus, in homines, & in Deum; ut proinde certum ſit, nos patriæ, familiæ quoque, & præcipue Deo natos eſſe. Unde 3. hoc jus hominibus & Deo quæſitum homo voluntaria morte, adeoque facto ſuo, auferre absque injuria nequit. Hominem autem 4. Dei cauſa præcipue natum eſſe, vel ex ipſa rationis conceſſione apparet, ejus enim unicus finis eſt ut Creatoris ſui notitiam, ac voluntatis ejus ſeu legis naturæ cognitionem inde habeat; unde ſequitur, creaturæ neceſſitatem incumbere adorare Creatorem, i. e. majeſtatem ejus laudibus extollere, ac voluntatem ejus perficere, adeoque ſtationem, quam ei commiſit, non deſerere. Sed & porro ac 5. Deus corpus conjunxit cum anima; ex hoc igitur facto Creatoris ſatis conſtat, fas non eſſe homini vinculum illud facto ſuo diſſolvere. Quo argumento Servator in alia cauſa utitur, ubi arctior talis conjunctio, ut inter corpus & animam, non invenitur. Confer. *Lactant. Inſtit. Lib. 3. c. 8.* Sane 6. anima eſt particula quaſi divinitatis, in quam homini nullum plane jus competit, adeoque nec facultas eam ſuo loco deturbandi. Alias 7. in hominum poteſtate foret totum tollere humanum genus: ſi enim vita in eorum eſſet poteſtate, communi conſenſu illam negligere, ſibique mortem conſciſcere poſſent. Adeo autem id non eſt in poteſtate hominum, ut potius Deus per motum univerſalem ſtudium conſervandi vitam ſingulis indiderit, eoque voluntatem ſuam de conſervando genere ſatis declaraverit. Idque 9. Gentes pleræque, & moratiores, ex ipſo lumine rationis agnoverunt. Hinc Cicero in ſomnio Scipionis fingit, Scipionem minorem, cum pater de cœli gloria multum diſſereret, regeſſiſſe. *Si hoc verum, quid eſt quod hic moror?* Patrem autem reſpondiſſe: homines creatos eſſe ut terræ jura tueantur, eaque lege datam eſſe rationem ſeu animam, in quam tanquam auram particulæ divinæ nullum jus eſſet homini. Verba *apud Cic. de Republ. L. 6. p. 305.* hæc ſunt: „ *Niſi enim cum Deus* „ *is, cujus hoc templum eſt omne quod* „ *conſpicis, iſtis te corporis cuſtodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non poteſt.* „ *Homines enim ſunt hac lege generati,* „ *qui tuerentur illum globum quem in hoc* „ *templo medio vides, quæ terra dicitur:* „ *hisque animus datus eſt, quare & Tibi,* „ *Publi, & piis omnibus retinendus eſt animus in cuſtodia corporis, nec injuſſu* „ *ejus a quo ille vobis eſt datus, ex hominum vita migrandum eſt, ne munus* „ *humanum a Deo aſſignatum a Deo defugiſſe videamini.* „ Plato, & ejus Magiſter Socrates, ſæpius comparant animam militi; qui in ſtatione eſt, nec abire poteſt. *Plato in Phædone.* Hinc JCti regulam ſumſere, quod nemo membrorum ſuorum ſit dominus. *L. 13. ff. Leg. Aquil.* Equidem non deſunt exempla ubi laudantur illi qui ſe ipſos interemerunt, ut Lucretia, *Liv. L. 1. c. 58.* Panthæa Suſorum regis filia, *Xenoph. Cyropæd. l. 5. l. l. p. 127.* Artemiſia vidua Mauſoli &c. At facta hæc vere injuſta ſunt, verum ob conjunctum amoris indicium in maritos, & ob verum caſtitatis ſtudium, excuſavit non tantum, ſed laudavit etiam antiquitas præfata exempla.

Equidem JCtis imputari ſolet quod Autocheiriam permiſerint, quia ſervo naturaliter in corpus ſuum ſævire licere ſtatuunt. *L. 9. §. 7. de pecul.* At in iſta lege non agitur de licentia legis, ſed de jure dominii, & quæritur tantum, an dominus damnum ex illa datum ſævitia deducere poſſit? Quod negant JCti, quia jus domini non impedit quo minus ſervus ſævire in corpus poſſit; ea enim, quæ facti ſunt, manent penes ſervum: interim ipſum factum legibus improbatur. Agit ergo textus de *jure domini*, an is per ſævitiam ſervi læſus, & in eum peccatum ſit? Id negatur, quia, non obſtante dominio, facultatem in corpus ſuum ſæviendi ſervus naturaliter habet; adeoque eo damnum domino dediſſe non videtur. Non vero agit de lege, an contra eam peccet.

Probata igitur hac theſi, quod nemo ſibi ipſi mortem conſcire poſſit, neceſſario ſequitur, nec in poteſtate ejus eſſe alii ſe occidendum ultro offerre, quia nihil intereſt, an quis ipſe ſibi violentas manus inferat, an vero ultro ſe alii occidendum præbeat.

Additio.

„ Negare non poſſum, pro autocheiriæ „ licentia totidem eſſe auctoritates affirmantium, quot negantium. Stoicorum „ enim hæc doctrina fuit, & pleræque Indiæ ac Americæ gentes eam pro virtute habent: at, cum plenius hæc quæſtio ab Auctore examinetur in *L. 2.* „ *c. 1.*

Digitized by Google

,, *c.* 1. §. 65. ulteriorem tractationem eo
,, remitto.

,, Cæterum quæſtionem illam, an is qui
,, jure aliquem occidere poteſt, ex regulis
,, perfectionis pati potius debeat injuria oc-
,, cidi? Negative decidit *B. Par. in Prodr. jur.*
,, *gent Exercit.* 2. §. 210. *ſeqq.* his verbis:

,, Id vero quæſtionis eſt, an in ſtatu ne-
,, ceſſariæ & inculpatæ defenſionis conſtitu-
,, tus parcere invaſori poſſit, ejusque vi-
,, tam ſuæ præferre, de quo Grotius §. 9.
,, ſed more ſuo ad nullam juris rationem.
,, Equidem, cum nihil interſit, alium an
,, ſe quidam occidat, & neutrum ſit in ho-
,, minum poteſtate, quam nullam habent
,, ad corpus ſuum perdendum ſed tantum
,, ſervandum, per *Poſ.* 4 *n.* 3. manifeſtum
,, eſt, ipſum absque αὐτοφονίας crimine vi-
,, tæ ſuæ tutelam ultro deſerere non poſſe.
,, Quid enim refert, aliena, an ſua manu
,, quis ſe vel alium occidat. Conf. *l.* 13.
,, *pr. ff. ad L. Aquil.*

,, Non eſſe autem homini jus ad corpus
,, ſuum demonſtratur ipſo facto ex opere
,, Dei, quia arctiſſime animam & corpus
,, conjunxit, idque ſui, ſuæque laudis cau-
,, ſa, quæ proinde ſeparare & perdere ho-
,, mo non poteſt; atque ita diſerte arguit,
,, & pulcherrime illuſtrat *Cicero in ſomn.*
,, *Scip.* Præterea, ingenuit ille omni ani-
,, mantium naturæ ſummam hujus conjun-
,, ctionis tuendæ ſtudium, ita, ut nullus
,, vehementior ſit ſenſus & amor quam vi-
,, tæ, nulla major averſio quam mortis.
,, Neque id fecit in gratiam ſolius homi-
,, nis, ut ipſe de vita ſua ſtatuere poſſit,
,, quod Plato præclare docuit, & ſæpius
,, laudat *Cicero lib.* 2. *de fin. bon. c.* 14.
,, ubi ex Platone inquit: hominem non ſi-
,, bi, ſcil. ſoli, natum eſſe, ſed patriæ,
,, ſed ſuis, ut perexigua pars ipſi relinqua-
,, tur, & *plenius L.* 1. *de Offic. c.* 7. qui
,, locus adſcribi meretur. Præclare, inquit,
,, ſcriptum eſt a Platone: Non nobis ſo-
,, lum nati ſumus ortusque noſtri partem
,, patria vindicat, partem parentes, par-
,, tem amici; atque, ut placet Stoicis, quæ
,, in terris gignuntur ad uſum hominum
,, omnia creari, homines autem hominum
,, cauſa eſſe generatos, nec hominum tan-
,, tum, ſed & quam maxime ipſius Crea-
,, toris cauſa, ut eum admirarentur & cole-
,, rent. Non ergo hoc ſolius hominis jus
,, eſt, de quo ipſe ut de ſuo diſponere
,, poſſit, ſed jus, de quo participat ho-
,, minum congregatio, & inprimis ipſe Cre-
,, ator. Hinc vero perſpicuum jam eſt,
,, quando homo vitam alterius ſuæ præfer-
,, re poſſit, & pro eo mortem obire; ſcil.
,, quando morte ſua majus & excellentius
,, bonum Deo quaſi & terris relinquit, uti
,, pro patria, pro exercitu, pro republi-
,, ca ſe devovendo, in duello pugnando;
,, qualium exemplorum plena eſt hiſtoria Ro-
,, mana, indeque celebratiſſima nomina illa
,, Deciorum, Horatiorum, Torquati, Cor-
,, vini.

Quod autem diximus] ,, Supra *L.* 1. *c.*
,, 2. §. 8. *n.* 9. & 10. & *L.* 1. *c.* 3. §. 3. *n.*
,, 1. 2. 3. 8. & 9. Conf. *L.* 1. *c.* 4. §. 7.

Ut excipiant perſonam multis utilem] Talem ſcilicet perſonam, ex qua inſignis in rempublicam redundat utilitas, non laudandam eſſe putant, ſi ultro mortem pro aliis oppetat. Auctor rejicit hanc ſententiam tanquam contrariam patientiæ & perfectioni, & eventualiter reſtringit ad eos, quorum officium eſt ut alios ſecuros reddant. Nos jam diximus, jus neceſſariæ defenſionis eſſe juris præceptivi, & invaſum non poſſe de vita ſua diſponere, indeque omitti illud jus non poſſe, quia repugnat & juri naturæ & perfectioni. Excipitur autem caſus, ſi pro majori bono id faciat: Hinc pro patria mori licitum eſt, quia per mortem ſuam conſervat potius plura ſubjecta quæ laudes Dei celebrare poſſunt: Exempla videmus in Deciis, in Curtiis, in Codro apud *Juſtinum l.* 2. *c.* 6. *f.* alia exempla recenſet *Teſmarus ad* §. 9. *h. c. lit. r.* & *u.* Loco omnium eſto exemplum Servatoris qui pro conſervando genere humano mortem oppetiit.

Itaque reſtringendum id arbitrer] ,, Dictum
,, eſt, juri naturæ repugnare malle occi-
,, di quam occidere: niſi pro majori bono
,, id faciat, tunc & licitum & virtuoſum
,, eſt. vid §. ſeq.

Quales ſunt ſocii itineris ea lege conducti] ,, Mens Auctoris eſt, quod hi abs-
,, que injuria non poſſint malle occidi,
,, quam occidere, quia ex lege contractus
,, ſocios defendere tenentur. At dixi id
,, omnibus hominibus commune, adeoque
,, nihil in ſociis itineris ſingulare eſſe.

Rectores publici] Hos quoque ſuam ſalutem vitæ invaſorum præferre debere putat Auctor. At toties jam monuimus, cuique homini incumbere neceſſitatem vi-

tam

Digitized by Google

tam ſuam contra invaſorem defendere,
neque citra peccatum id omitti poſſe.

A D §. IX.

1 Occidi *is ſine peccato nequeat*]. Ex
præcedentibus apparet, neceſſitatem defen-
ſionis eſſe Juris præceptivi, niſi invaſus
pro majori bono ſe occidi patiatur. Sed
hanc patientiam neceſſitatis eſſe, concede-
re non poſſum. Regula naturæ eſt, quod
jus vitæ meæ ob aliena merita aufferri mi-
hi nequeat; adeoque res arbitrii mei eſt,
an jure meo uti, an illud ex generoſa in-
tentione remittere velim.

Neque id tantum ex vi legis divinæ] In
duobus hic errat auctor: 1. quod lege
divina invaſorem, qui multis utilis eſt, occidi
ſine peccato non poſſe putet; id enim ve-
rum non eſſe, jam demonſtravimus. 2.
Quod ex nova lege, i. e. evangelio, jus
oriri putet; quod negavimus ſupra *L.* 1. *c.*
2. §. 6. & 7.

Additio.

„ Servator leges non ſtatuit, ſed leges
„ naturales populo inculcat, nimirum eam
„ præcipue partem juris naturalis quæ in
„ perfectione conſiſtit, & unde Auctor nul-
„ lum jus, nullamque obligationem *inter*
„ *homines* oriri docet, ſed ſaltem *intuitu*
„ *Dei*. Quod B. Parens quoque ſtatuit.
„ *Vid. ſupra* §. 4. *n.* 1.

De quibus egimus] „ *Supra L.* 1. *c.* 4.
„ §. 2. *n.* 1. *ſeq.* §. 6. 7. *n.* 2. *n.* 4. &
„ 7. At ibidem demonſtravimus, plane
„ ex alia cauſa principi vitam nobis eri-
„ pienti reſiſtere non licere; quia ſcilicet
„ ſinguli judicium de jure atque de inju-
„ ria tranſtulere in principem; non ergo
„ ex ea ratione, quod vita regum pluribus
„ ſit utilis.

Sed ipſo etiam naturæ jure] Jure na-
turæ poſſumus quidem ob alterius merita
mortem pro altero appetere, at non tene-
mur. Virtutis id eſt, non neceſſitatis. *Vid.*
ſupra.

Quatenus legem ſignificat.] „ Adeoque
„ quatenus definitur regula actuum mora-
„ lium, obligans ad id quod rectum eſt,
„ non ſimpliciter ad juſtum. *L.* 1. *c.* 1. §. 9.
„ Quam definitionem examinavimus *ibi-*
„ *dem.*

Non ea tantum reſpicit quæ dictat ju-
ſtitia, quam expletricem diximus] „ Auctor
„ *juſtitiam expletricem* propriam eſſe dixit
„ *facultati*, ſeu qualitati perfectæ ad ali-
„ quid juſte habendum vel agendum *L.* 1.
„ *c.* 1. §. 4. 5. & 8. eamque diſtinguit
„ *a Juſtitia attributrice*, quam propriam
„ eſſe putat *aptitudini*, ſeu qualitati morali
„ minus perfectæ ad agendum vel habendum
„ id quod convenit. *L.* 1. *c.* 1. §. 4. 7. & 8.
„ Illa, ex hypotheſi Auctoris, obligat ad id
„ quod *juſtum* eſt: hæc ad id quod *rectum*.
„ Utraque Auctori voce legis venit *d. c.*
„ §. 9. quæ refutavimus allegatis locis.

Sed aliarum quoque virtutum &c.]
„ Nam ideo jus hoc laxius vocavit, quia
„ non ad ſolius juſtitiæ ſocialis, ſed &
„ aliarum virtutum materiam pertinet. *L.*
„ 1. *c.* 1. §. 1. *n.* 1. adeoque Grotius ſub hac
„ ſignificatione *aptitudinem* quoque conti-
„ net, quæ comprehendit illas virtutes,
„ quæ aliis hominibus utilitatem afferunt,
„ ut liberalitas, miſericordia &c. *L.* 1. *c.* 1.
„ §. 8. *n.* 1. quæ refutavimus *ibidem.*

Ad id vero &c. caritas obſtringit] „
„ Mens Auctoris hæc eſt: Jus naturæ,
„ quatenus laxiori ſenſu ſumitur, i. e.
„ quatenus jus humanæ naturæ continet,
„ prohibere quo minus invaſor qui aliis u-
„ tilis eſt occidi poſſit: id enim carita-
„ tis legem, quæ pars eſt juſtitiæ attribu-
„ tricis, impedire. *Vid. Lib.* 1. *c.* 1. §.
„ 9. At I. non dari jus humanæ naturæ,
„ ſeu laxius, late demonſtravimus *d. Pro-*
„ *leg.* §. 9. & 10. & *L.* 1. *c.* 1. §. 4.
„ 7. & 9. II. Diſtinctionem in juſtitiam
„ expletricem ac atributricem, plane ad
„ juſtitiam non pertinere alibi probavimus.
„ Cæterum 3. negari nequit, caritatis
„ regulam nos obſtringere intuitu Dei, &
„ in conſcientia; at negamus ea lege pro-
„ hiberi ne occidatur invaſor qui multis utilis
„ eſt. *Conf. L.* 2. *c.* 25. §. 3. *n.* 1. & 3.

Principem, qui innocentem inſultet, deſi- 2
„ *nere principem eſſe*] „ Auctor Vaſquium
„ ob libertatem ſentiendi jam notavit *in pro-*
„ *leg.* §. 55. & merito quoque hic notari
„ meretur, quia alibi jam dictum eſt, prin-
„ cipem ob injuriam privatam non deſinere
„ eſſe principem *vid. L.* 1. *c.* 4. §. 8.

Aut minus vere, aut magis pericu'oſe]
„ Rationes expoſuimus ſupra *L.* 1. *c.* 4. §. 1.
„ *n.* 3. §. 2. *ſeq.* §. 6. 7.

Nam ſicut dominia, ita et imperia non
amittuntur delinquendo] „ Imo diverſa u-
„ triusqoe eſt ratio. Dominium ideo non a-
„ mittitur delinquendo, quia perſona ibi

„ tantum obligatur, non vero res: imperia ideo delinquendo non amittuntur, quia „ imperans judicem non habet, utpote cum „ ſubditi omne jus ſuum & judicium in „ principem transtulerint.

Niſi lex] „ Scilicet ut rex ob delictum „ privatum regnum amittat, tunc enim judicem habet, non ſuperiorem, ſed ex „ pacto. At eo caſu non ſingulorum eſt judicium, ſed totius populi, cum quo ita „ pactum eſt. *Vid. ſupra L. 1. c.* 4. §. 14.

Nec repertum iri credo] „ Cur igitur Auctor ipſe hunc caſum excepit ſupra? *L. 1. c.* 4. §. 8. §. 12. §. 14.

Summam enim rerum confuſionem induceret] „ Si ſinguli, qui ſe læſos putant, „ judicium ſibi in Principem arrogarent. „ Confuſionem autem illam auctor latius „ expoſuit *ſupra L.* 1. *c.* 4. §. 2.

Imperia parentium non imperantium ſpectare] „ De quo argumento late egimus ſupra „ *L. 1. c.* 3. §. 8. *n. 14.*

Non enim ſtatim res deficit] „ Adeoque „ nec imperium deficit, etſi imperans male eo utatur. Anne hoc eſt idem per „ idem deſignare? Vera reſponſio eſt, quod „ omne judicium de privatorum utilitate in „ principem ſit translatum, adeoque, hac „ theſi poſita, de utilitate ſubditorum ſolus „ princeps judicare poſſit.

Non ſatis cohæret] „ Non enim ſequitur, „ imperium propter ſingulos præcipue conſtitutum eſt, ergo ſinguli injurias ſibi illatas vindicare ac principi vi reſiſtere poſſunt.

Sed non tantum noſtri, verum & aliorum] „ Senſus eſt: ſingulis ſubditis per imperium proſpici, quatenus ſunt membra „ univerſi, quamdiu igitur univerſi utilitas „ non læditur ſinguli queri non poſſunt: „ quia circa utilitates ſingulorum omne arbitrium in Principem tranſcriptum eſt.

Exiſtimantium amicitiam ex ſola indigentia natam] „ Si enim amicitia ex ſola indigentia nata dicatur, inde ſequeretur, „ ceſſante indigentia ceſſare quoque amicitiam, adeoque & vinculum quo Reipublicæ & Principi adſtringimur.

3 *Cum ſponte & natura noſtra feramur &c.*] Animorum conciliatio demum veram producit amicitiam: & idem velle, ac idem nolle, eam demum veram amicitiam eſſe docet Cicero. Hæc autem animorum conjunctio non ex indigentia, ſed ex ſimilitudine voluntatis oritur. Hinc fieri poteſt ut ex duobus quos nunquam vidi, & qui neque beneficio nec injuria mihi cogniti ſunt, alterum amem, alterum odio habeam. Quin ſæpius contingit, aliquem multis nos cumulare beneficiis, quem tamen ob alia forte ejus vitia amicitia non proſequimur.

Imperat interdum] „ Quod in alia cauſa repetit Auctor *l.* 2. *c.* 5. *n.* 1. & 3. „ At caritas nunquam imperat, &, cum „ virtus & regula perfectionis ſit, nunquam jubet, ſed ſaltem hortatur, & „ ſuadet præmium proponendo. Unde jam „ dictum eſt, rationem hanc non probare, „ Principi injuriam privatam facienti non „ poſſe reſiſti: ſed ex alia id ſequitur ratione, quia populus judicium in tali cauſa non habet, ſed omne jus ſuum & judicium in Principem tranſtulit: etſi ergo „ ceſſet omnis amicitia in Principem, nihilominus tamen ei parere debent ſinguli, quia ita diſpoſuere.

Huc illud Senecæ pertinet] „ Omnia allegata exempla probant utilitatem privatam publicæ cedere debere, quod paſſim „ Auctor inculcat, & exemplis illuſtrat. „ Vide *l.* 3. *c.* 20. §. 7. & *l.* 1. *c.* 4. §. 4. „ *n.* 3. *L.* 1. *c.* 1. §. 6. Ceterum in eo non „ conſiſtit vera ratio cur Principi reſiſtere „ non liceat, uti jam dictum eſt.

Ad §. X.

Si *cui periculum immineat accipiendæ alapæ &c.*] Qu. An ad vitandam alapam, vel 1
ſimile malum, inimicum occidere liceat? Auctor de *juſtitia expletrice* id affirmat, quin & de *Juſtitia attributrice*; at negat illud ex *lege Evangelii*. Quid Jus Naturæ circa hanc rem ſtatuat expoſui in *Prodr. Juris Gent. Exerc.* 2. §. 205. *ſequ.* his verbis. Ingens vero iſte ſeculi abuſus eſt, cum exiſtimatur pro illata injuria, vel ad cavendam alapam, te hominem famæ tuæ defendendæ cauſa occidere poſſe, non tantum quia ejus pleniſſima reparatio & ſatisfactio judicio fieri poteſt, ſed & quia nemo famam ſuam defendit hominem occidendo. Longe alia veterum heroum erat ſententia, quibus nullum majus generoſæ mentis indicium viſum eſt, quam injurias & contumelias ferre poſſe, juſtiſſima ratione: illi enim virtute ſua freti facto ipſo famam adverſam refellunt, & rebus ſuis geſtis hominum judicia convincunt: exemplo Q. Fabii Max. qui nomen *Cunctatoris*, quod convitii fuit, tam ſplendivin-

dum & illuſtre ſibi re geſta reddidit apud *Liv. 22. c. 29. ſeq.* & Caji Marii, qui nulla ſe oratione lædi poſſe, publica oratione profeſſus hanc cauſam addidit, *quia falſam vita moresque mei ſuperant*, *apud Salluſt. in B. Jugar. c. 25.*

Aſt ignaviæ ſuæ ſibi conſcii a quolibet rumuſculo honori & famæ ſuæ metuunt, quæ opere & rebus non ſuffulta non niſi in opinione hominum, qua nihil fugacius eſt, vagatur, & ideo ad quamvis ſiniſtræ famæ auram excitati & commoti eam diſpellere, & auctoribus iraſci neceſſe habent. Hinc vetus proverbium: Puſilli animi, quin fœmineum eſſe, contumeliam ferre non poſſe. Quod Juvenalis *Satyra* 13. ita exponit.

—— —— —— —— —— *Minuti*
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas
Ultio.

Et mox

—— —— —— —— —— *Vindicta*
Nemo magis gaudet, quam fœmina.

Unde Seneca *de Conſtant. ſap. t. c.* 19. muliebri cura eos angi ait, atque hinc talem ita deridet *Horat. Serm. 2. Satyr. 3. p.* 14.

—— —— Contemnere miſer?

At contra Alexander M. dicebat. *Regium eſſe, cum bene feceris, audire male. Plutarcho in Alex. M. c. 27. in f.* Quod Rex ille ſumſit ex ore Philoſophi, qui hoc dicto uſus eſt adverſus Platonem, apud *Diogen. Laërt. L. 6. c. 1. pr.* & alibi *Plutarchus: Neſcio, quid egregium, quid Socraticum, aut potius Herculeum præ ſe ferat ad aliorum convitia ſilentium quæ illi ut muſcam curabant. Add. tres Impp. in L. Un. C. ſi quis Imper. maled. Valer. Max. L. 5. c. 1. n. 2.*

Additio.

,, Auctor quæſtionem propoſitam 1. ex
,, Jure ſociali, quod expletricem juſtitiam
,, reſpicit 2. ex Jure naturæ laxiori, quod
,, reſpicit Juſtitiam diſtributricem, & 3. ex
,, Lege Evangelii decidit. Nos neutrum
,, horum Jurium agnoſcimus, imo nec le-
,, gem Evangelii, quia illa pars eſt juris
,, naturalis, adeoque ſub ea continetur:
,, *Vid. Diſſert. Proœm. 1. 2. & 3.*

,, De ſolo igitur Jure Naturæ quæſtio eſt,
,, *an ad arcendum alapæ periculum, quod*
,, *fugiendo evitare poſſum, alium occidere li-*
,, *ceat?* Nos affirmativam tuemur. Nam
,, 1. in genere notandum eſt, Deum cui-
,, que hominum jura quædam tum in ſuas
,, res, tum in corpus, actionesque ſuas
,, conceſſiſſe, idque Jus naturali ratione cui-
,, que quæſitum eſſe. Hoc poſito. 2. ſequi-
,, tur, alios hoc jus ex voluntate Creatoris
,, quæſitum turbare, vel mihi auferre non
,, poſſe, eoque injuria agere, ſi me, mea-
,, que jura violant cum vero 3. naturale ſit,
,, ut hanc injuriam quovis modo a me ar-
,, cere poſſim, inde apparet, me non pec-
,, care, ſi ad evitandam alapam vitam ag-
,, greſſori eripio. Sane ex medii neceſſitate
,, ſequitur, Deum conceſſo jure conceſſiſſe
,, quoque facultatem jus illud conſervandi ac
,, defendendi, (alias enim fruſtra jus con-
,, ceſſiſſet) quod ſatis ex ipſo creationis
,, facto probatur, quia inſtinctum non tan-
,, tum nobis indidit, vim vi repellendi, ſed
,, & arma ſuppeditavit, quibus injuriam a
,, nobis arcere poſſumus. Idque 4. verum
,, eſt, etſi tuto fugere poſſim: Cum enim
,, jus in aliquo loco ſtandi naturali ratione
,, mihi quæſitum ſit, eoque injuria agat
,, qui me a loco illo deturbare intendit,
,, contra hanc injuriam me defendere, &
,, jus naturali ratione mihi quæſitum quo-
,, vis modo conſervare poſſum, & ſi id
,, citra internecionem adverſarii fieri ne-
,, queat, id quoque licitum erit, tanquam
,, unicum juris mei tuendi medium.

,, Atqui 5. nulla eſt proportio inter mor-
,, tem & alapam. Reſpondetur: Proportio
,, hæc obſervatur in pœnis, non vero ubi
,, agitur de neceſſaria defenſione; jus enim
,, meum omni modo defendere poſſum:
,, ſed & hic quoque eſt proportio inter ma-
,, litiam lædentis & inter mortem. Summa
,, enim & morte digna eſt malitia ejus qui jus
,, mihi quæſitum auferre vult, cum cogni-
,, tum ipſi ſit, jus me defendendi, etiam
,, cum ejus internecione, mihi conceſſum eſſe.

,, Equidem 6. negari nequit, virtuoſius
,, & generoſius eſſe, loco cedere i. e. fu-
,, gere, quam injuriam inferenti vitam adi-
,, mere, at naturali Jure homo ad id non
,, obligatur: etſi minus perfecte agat, eo-
,, que præmio virtutibus deſtinato privetur.

,, Hoc jus naturæ 7. merito legibus ci-
,, vilibus reſtrictum eſt, ut non liceat ob
,, alapam, quæ metuitur, alium occidere;
,, ſed aggreſſus fugere tenetur, quia injuria
,, illata a magiſtratu in continenti reparari
,, poteſt. Atque id in *Ord. Crim. Art.*
,, 140. ſtatutum eſt, & hodieque praxi ob-
,, tinet. At merito excipitur caſus, ſi fal-
,, va exiſtimatione quis fugere non poteſt.
,, Quod cum fieri non poſſit inter eos qui

,, caſtra ſequuntur, hinc neceſſario ſequitur, ,, militem fugere non teneri : ex judicio ,, enim commilitonum infamia in eum re-,, dundaret, & excluderetur a ſociorum ,, conſortio.

Si mera juſtitia expletrix reſpiciatur non diſſentio] ,, i. e. Si jus naturæ ſociale, ac ,, ſtricte ſic dictum, ſeu facultas aliquid ,, juſte agendi inſpiciatur : At fruſtra ex ju-,, re ſociali quæſtio hæc deciditur, cum ta-,, le jus non exiſtat : *Vid. Diſſert. Proœm.* I.

Inæqualia ſunt mors & alapa] ,, Adeò-,, que nulla proportio videatur inter inju-,, riam & mortem; cui dubio jam reſpon-,, dimus.

Is mihi eo ipſo dat jus] ,, Quia natura ,, omnia mihi permittit, ſine quo jus ab ,, Auctore naturæ mihi conceſſum ſalvum ,, conſervari nequit, alias enim fruſtra con-,, ceſſiſſet.

Facultatem quandam] ,, Hanc facultatem ,, Auctor *qualitatem perfectam* vocat, & ,, aptitudini ſeu *qualitati minus perfectæ* op-,, ponit : aliamque vocat jus naturæ proprie ,, ſtricte ſic dictum, ſeu jus ſociale. *Pro-,, leg.* §. 8. & 9. *L.* 1. *c.* 1. §. 3. 4. & 9. ,, quam juris denominationem, ſimulque ac ,, definitionem, rejecimus in allegatis locis.

In infinitum] ,, i. e. citra ullam propor-,, tionem, aut injuriæ qualitatem; ſufficit ,, enim aliter jus meum defendi non poſſe. ,, *Vid. ſupr.* §. 3.

Nos hic obſtringere] ,, Omnino perfectio-,, nis eſt pati potius & recipere alapam, ac ,, reparationem injuriæ a judice impetrare: ,, niſi infamiæ nota, ſaltem ex opinione ho-,, minum, juncta ſit.

At lex Evangelica tale factum illicitum reddit] Sæpius dictum eſt, legem Evangelicam eſſe regulam perfectionis & virtutis, non juris. Ea non definit quid homo jure facere poſſit, vel non poſſit, ſed quid perfectius ſit agere vel non agere: adeoque prohibitio non in lege Evangelii quæranda eſt, ſed in ſola juſtitia, quam Auctor vocat expletricem.

Additio.

,, Lex Evangelii continet eam partem ju-,, ris naturalis quæ obligat homines intuitu ,, Dei, cujus præceptis homo obtemperare ,, debet niſi præmiis æternis privari velit : ,, Juxta præcepta hujus Evangelii, i. e. jux-,, ta leges perfectionis, omnino verum eſt ,, potius accipiendam eſſe alapam, quam ,, ejus effugiendæ cauſa alium occidere: Sed ,, cum limitatione ſi ſine infamia effugi po-,, teſt.

Jubet enim] Imo decet tantum, & ſpe ,, præmii hortatur.

Quanto magis occidi vetat] ,, Servator ,, nunquam vetat per modum legis, ne ,, homines quid faciant, id enim judicis ,, & ſuperioris eſt : ſed monet, hortatur, ,, & patientiæ regulas commendat, ſuiſque ,, auditoribus inculcat. *Conf. L.* 1. *c.* 3. ,, §. 8. *n.* 3.

Quo exemplo monemur cavere] ,, Illatio ,, Covarruviæ juſta, & rectæ rationi con-,, ſentanea eſt; neque ea hoc exemplo in-,, tervertitur. Si enim ratio naturalis ali-,, quid permittit homini, neceſſario ſequi-,, tur, Deum id permittere quia Deus vo-,, luntatem ſuam per rationem naturalem ,, declaravit, adeoque contradictionem in-,, fert, ratione naturali permitti, & a Deo ,, tamen vetari.

Ut & ſupra naturam agat libere &c.] ,, Senſus hic eſſe videtur : Quod Deus, ,, auctor naturæ, circa naturam libere age-,, re, & rebus natura liberis ac non de-,, finitis leges præſcribere, adeoque & ve-,, tare poſſit ne jus ſit arcendi alapam cum ,, nece inimici. Sed anne hæc pugnant cum ,, principiis auctoris? Sane tantum ex hy-,, potheſi Grotii abeſt ut Auctor ille naturæ ,, libere circa naturam agere poſſit, ut ,, Deus velle non poſſit ne id quod natura ,, intrinſece malum eſt, malum ſit. *L.* 1. ,, *c.* 1. §. 10. *n.* 5. Unde a contrario ne-,, ceſſario ſequitur, eum nec velle poſſe ut ,, id quod intrinſece bonum eſt, bonum ,, non ſit. Cum igitur ipſe *Grotius pr. h.* ,, §. & *infra n.* 3. fateatur jure naturæ ſo-,, ciali, adeoque intrinſece, licitum eſſe ,, arcere alapam cum nece inimici, id ne-,, ceſſario quoque apud Deum permiſſum eſ-,, ſe debet.

Etiam de his rebus quæ ſua natura libera & indefinita ſunt] ,, At non ſunt res libe-,, ræ & indefinitæ, quas natura ejuſque ,, Auctor pro licitis & permiſſis declaravit; ,, eis enim ineſt bonitas intrinſeca, quam ,, Deus ex principiis Grotii mutare, adeo-,, que & legibus ſuis vetare nequit *d. n.* 5. ,, veriſſimum igitur eſt Covarruviæ dictum, ,, *non pati humanam cognitionem quicquam ,, naturali ratione permitti, quod apud Deum ,, non itidem ſit permiſſum.*

Multoque magis ut debeatur id quod natura honeſtum eſt] ,, Si naturali ratione ,, aliquid licitum, illud quoque natura ho-

,, neſtum

Digitized by Google

„ neſtum eſt, qnod Deus, poſita bonitate
„ intrinſeca, vetare i. e. pro illicito & in-
„ honeſto declarare nequit.

Etſi non debitum] Paſſim Auctor docet
„ præcepta divina maxime verſari circa ea
„ quæ honeſta ſunt, non tamen debita.
„ *Vid. Diſſ. proœm. III.* §. 9:

2 *Cum Dei voluntas in Evangelio tam diſer-
te appareat*] „ Servator legem non ſtatuit,
„ ſed perfectionis regulas docet: Sane ipſe
„ quoque, ſi quæſitus fuiſſet an jure natu-
„ ræ id licitum ſit? reſponſurus fuiſſet af-
„ firmando: At perfectius aliquando eſt ju-
„ re ſuo non uti.

*Cædem recte putent admitti ut alapa vi-
„ tetur*] Et recte, quia jus a Creatore mi-
„ hi conceſſum quovis modo defendere poſ-
„ ſum.

*Sed & accepta alapa ſi qui eam impegit
„ fugiat*] Quod itidem concedimus, ſi fu-
„ giens ignotus eſt læſo, adeoque hic repa-
„ rationem exigere non poſſet, tunc enim
„ eſt neceſſaria defenſio: Idem dicendum,
„ ſi etſi non fugiat, vindicta absque famæ
„ periculo omitti non poſſit.

Ad honorem, ut ajunt, recuperandum]
„ Si ea eſt ſeculi perverſitas, ut opinione
„ bonorum virorum honor per alapam au-
„ ferri videatur, veriſſimum eſt, licere eum
„ etiam cum internecione nocentis recupe-
„ rare.

Nam honor eſt opinio de excellentia.] Dixi in virtute aliud eſſe meritum actus virtuoſi, aliud opinionem hominum de iſto actu. Utrumque honos dicitur. Honor, quoad meritum actus, a nemine auferri poteſt, nam illud conſiſtit in ipſa excellentia actuum virtuoſorum, at hominum opinio de iſto actu poteſt eſſe vel bona, vel mala. Atque hactenus dici poteſt, honorem nobis auferri poſſe, ſi ſc. homines male de actibus noſtris opinentur Non autem hic intelliguntur homines mali nec judicium perverſorum inſpicitur, ſed bonorum, & honeſtorum virorum.

Additio.

„ Quid ſi igitur cordati quoque viri male
„ de quodam actu opinentur, & alapæ il-
„ lationem pro actu infamiam inferente ha-
„ beant, nec aliter quam duello recuperari
„ famam poſſe exiſtiment, idque forte ip-
„ ſius Principis judicio confirmetur? Non
„ video cur non famam & honorem meum,
„ etiam cum alterius internecione, defen-
„ dere, i. e. quovis modo alapam avertere,
„ vel honorem recuperare queam.

Patientem ſe excellenter oſtendit] „ At
„ famam, adeoque jus natura ipſi quæſitum
„ perdit.

Honorem auget magis quam minuit] „ In-
„ ter homines id aſſeri nequit; communi
„ enim hominum, etiam honeſtiſſimorum,
„ opinione, alapæ talis infamia facti inhæ-
„ ret, ut is qui militiæ operam dat, ſi ju-
„ dicis officium implorat & dignitate mo-
„ veatur, & a commilitonibus vilipenda-
„ tur. Fama igitur jus eſt, quod æque ut
„ vita defendi, etiam cum internecione læ-
„ dentis, poteſt.

In probrum confictis nominibus] Galli
„ enim illam patientiam vocant *Lacheté.*
„ Germani *Zaghaſtigkeit.*

*Perverſa enim illa judicia nec rem nec rei
æſtimationem immutant*] „ Etſi perverſa ſint
„ illa judicia, ſunt tamen univerſalia, & a
„ Principibus quoque approbata: Quando
„ igitur ipſe judex male de tali homine,
„ qui judicem adit, opinatur, adeoque fa-
„ ma læſi periclitatur, negari nequit, vere
„ judicium ceſſare, (quia judex reparatio-
„ nem denegat) adeoque jus neceſſariæ de-
„ fenſionis incipere, per ea quæ Auctor ip-
„ ſe tradidit ſupra *l.* 1. *c.* 3. §. 2. *n.* 2.
„ Neque hactenus contra leges perfectionis
„ aliquid peragi, exiſtimamus.

Puſilli eſſe animi contumeliam ferre non poſſe] Si enim ex ipſis actibus de virtute alicujus, & de ejus meritis conſtat, tutus erit contra imbecilles obſcurorum virorum obtrectationes: Hinc maximi heroes contemſerunt injurias ſibi illatas: Auguſtus arguebat Tiberium quod metueret infamiam, apud Suetonium *in Auguſto c.* 51. Piſiſtratus laudatur quod contumelias contemſerit. *Valer. Max. l.* 5. *c.* 1. *n.* 2. Exemplum Fabii cunctatoris notum eſt, *Vid. Liv. l.* 22. *c.* 39. & digna Imperatoriæ majeſtatis vox eſt, non curare injurias ſubditorum, *L. un. C. ſi quis imper. maledix.*

Additio.

„ Hæc vera omnino ſunt ſi levior eſt
„ contumelia: Ubi autem infamia quædam
„ communi opinione conjuncta eſt, vel
„ patientia pro indicio malæ cauſæ habere-
„ tur, omni jure defendere famam poſſu-
„ mus: adeo ut bella quoque ob læſam ex-
„ iſtimationem geri poſſint. *Vid. Tem. b,
„ lit. f. in fin. lit. k. & lit. q.*

Ut alibi] *L.* 1. *c.* 2. §. 8. *per tot.*

Jure

3 *Jure ſcl. divino*] „ Quod voluntarium „ Auctor vocat, & quod plerumque verſari ait circa ea quæ honeſta quidem ſunt, „ at non debita. *Diſſ. prooem. III.* §. 8. „ Tale autem jus non exiſtere probavi ſupra *L.* 1. *c.* 1. *& d. diſp.* §. 13.

Nam de ſolo naturæ Jure quo minus ita ſit non diſputo] „ Si enim ſola juſtitia expletrix reſpicitur, jus eſſe arcendæ alapæ cum internecione inimici docuit *ſupra n.* 1.

Etiam ſi quis ſine periculo fugere poſſit] „ Quæ ſententia veriſſima eſt; nam cum „ ego a natura jus habeam in eo loco ſtandi, injuria alter agit qui loco me depellere vult; hoc jus igitur quocunque modo defendere poſſum; etſi laudabilius „ & perfectius agat, qui violentiæ alterius ultro cedit.

Quia fuga ignominioſa ſit in nobili præſertim homine] „ Ius meum ſtandi in loco quocunque modo conſervare poſſim, etſi nulla ignominia in me redundaret. Multo „ magis igitur id verum eſt, ſi communi „ judicio, etſi pravo, fuga ignominiam „ præ ſe fert.

Sed falſa ignominiæ opinio] „ At hæc „ opinio communis eſt, a civitate approbata, quæ me omnis dignitatis, & conſortii honeſtorum virorum indignum reddit.

Spernenda ab iis qui virtutem & ſapientiam ſectantur] „ Quid ſi hi quoque non „ aſpernentur, ſed communem opinionem „ ſequantur, vel ſequi teneantur; ut illi „ qui militiæ operam dant.

Idem dictum volo de aliis rebus &c.] „ Imo eadem ibi ratio ſubeſt, ſi communi judicio etſi pravo exiſtimatio læditur.

Mendoſe admodum] Quia injuria actu jam facta eſt, adeoque per juſtam defenſionem amplius evitari nequit. Ad eam igitur reparandam agi coram magiſtratu debet, cujus cum copia ſit, neceſſitas defenſionis ceſſat.

Additio.

„ Si communi judicio ex tali dicto aliquid famæ noſtræ decedit, ita ut ſine „ duello recuperari honor non poſſit (ut „ inter eos qui militiæ operam dant,) inimicus jure occidi poteſt.

Et contra naturæ quoque jus] „ I. e. „ contra jus ſociale; quod modo refutavimus. Sane hic agitur de neceſſaria juris „ noſtri defenſione.

Nam interfectio iſta non eſt modus aptus ad tuendam exiſtimationem] Hæc vera ratio non eſt; ſed quia ceſſat illa neceſſitas *tum* avertendi injuriam, quia facta jam eſt, *tum* reparandi privata auctoritate, quia copia judicis eſt.

Ad §. XI.

Veniamus *ad injurias quibus res noſtras defendimus*] Quærit hic Auctor, an pro defenſione rerum noſtrarum alium occidere poſſimus? Equidem, ſi mortis periculum ſimul immineat, vel ſi vulneris, mutilationis &c. metus præſens ſit, res dubio caret, nam & vita reparari nequit, & e vulnere mors ſequi poteſt.

Quod ſi *res* tantum in diſcrimen veniunt, uti, cum fur vel prædo eas invadunt, certum utique eſt, dominum defendere res ſuas adverſus eos poſſe: Sed, num & eos occidere ſi alias res ſecum ablaturi ſint, magis dubium videtur. Sed naturæ ratione inſpecta id negandum eſt, quia reparatio rerum ablatarum per judicia fieri poteſt, ac debet. Et cum igitur hæc ordinaria ſit defendendi juris ſui ratio jure naturæ conſtituta, nondum fingi poteſt neceſſitas furis occidendi. Quod ſi vero reparatio non fiat cum poſſit, vitium id ex culpa judicis aut alterius erit, non defectus remedii juris ſui tuendi. Vid. *Exercit. noſtra ad Grot.* 2. §. 200.

Merito autem excipitur caſus ſi res meæ aliter ſervari non poſſit: Conceſſo enim jure, omnia conceſſa videntur ſine quo jus illud conſervari nequit. *Poſ.* 4. *n.* 4. Neque vitium tunc eſt in eo qui ſe defendit, ſed in eo qui alterum injuria compellit ad ſe defendendum: Experientia docet inter gentes juſtam belli eſſe cauſam defenſionem territorii vel jurium: Ipſe Auctor id probat exemplo furis nocturni.

Additio.

„ Hactenus Auctor egit de defenſione „ contra injuriam qua vita, exiſtimatio, & „ pudicitia, adeoque perſona impetitur: „ Hic jam quæritur, an pro defenſione rerum raptorem interficere poſſim? Auctor „ reſpondet 1. jure naturæ proprie ſic dicto (quod *ſociale* vocat, & quod reſpicere ait Juſtitiam expletricem) furem talem „ omnino impune poſſe occidi: §. 11. Imo „ 2. nec jure naturæ laxiori (quod *Jus humanæ naturæ* vocat, & juſtitiam attributri-

,, tributricem reſpicere ait, & quo refert
,, legem caritatis) licentiam illam, niſi
,, res minima ſit, non impediri exiſtimat:
,, §. 11. Adeoque caritatem illam nihil in
,, contrarium præcipere, etſi per modum
,, commendationis id omitti ſuadeat: §.
,, 11. & 12. *n.* 3. At 3. lege Moſis, quæ
,, ad Græcos & Romanos tranſiit, licen-
,, tiam illam limitatam, & tantum ad ca-
,, ſum, ubi quis telo ſe defendit, adeo-
,, que ubi is, qui rem ſuam ſervare vult,
,, ipſe in diſcrimen venit, reſtrictam eſſe,
,, eoque id, quod caritas ſuadet, civibus
,, præcepiſſe tradit: §. 12. *per tot.* Unde
,, 4. ſtatuit, furem nocturnum, ſi cum telo
,, invenitur, præſumi venire animo occiden-
,, dendi, adeoque eum regulariter tanquam
,, ſicarium occidi poſſe: contrarium tamen
,, ſi probetur occiſorem pro homicida habe-
,, ri. §. 12. *n.* 2. & 3. Tandem 5. ait le-
,, ge Evangelii plus exigi quam lege Mo-
,, ſis, adeoque omnino amittendam rem eſ-
,, ſe ſi cum periculo perpetrandæ cædis con-
,, juncta ſit, niſi vita noſtra vel familiæ
,, noſtræ ab illa dependeat. §. 13. *n.* 1. Un-
,, de 6. concludit, licentiam furem pro ſer-
,, vanda re occidendi, quæ legibus Euro-
,, pæis, ſepoſita lege Servatoris, dari ſolet,
,, non verum jus dare, ſed ſolam impuni-
,, tatem. *d.* §. 13. *n.* 1. & §. 14.

,, Nos Jure Naturæ etiam pro defenſio-
,, ne rerum occidi furem poſſe ſtatuimus;
,, idque ex rationibus ſupra §. 10. allatis
,, extra omne dubium ponitur: ubi ſimul
,, probavimus, Evangelii legem jus hoc na-
,, turæ, quod in ſuo genere perfectum eſt,
,, non improbare, nedum tollere; ſed ſal-
,, tem nobis inculcare, perfectius & gene-
,, roſius eſſe amittere rem ſuam, quam ju-
,, re ſuo cum internecione alterius uti.

Si expletricem juſtitiam &c. reſpicimus]
,, I. e. jus naturæ ſociale, in qua expletri-
,, cem juſtitiam obtinere dixit. *L.* 1. *c.* 1.
,, §. 5 §. 8. *n.* 1.

Si ita opus ſit] ,, I. e. ſi aliter jus in
,, illas res ſalvum mihi non eſt, tunc enim
,, eſt neceſſaria defenſio.

*Nam quæ inter rem & vitam eſt inæquali-
tas &c.*] ,, Verior ratio eſt, quod jus ar-
,, cendi injuriam non oriatur ex aliqua pro-
,, portione, neque ex qualitate injuriæ,
,, ſed ex jure neceſſariæ defenſionis, vi
,, cujus omnia mihi licent, ſine quo jus a
,, natura mihi conceſſum, etſi minimum,
,, & exigui momenti, ſalvum eſſe non poteſt.

Poſſe furem &c. jaculo proſterni] ,, Si
,, igitur fur nocturnus, vel diurnus quoque,
,, at mihi incognitus, res auferat & aufu-
,, giat, eoque omnem ſpem authoritate Ju-
,, dicis res recuperandi adimat, adeoque
,, jus meum ſalvum eſſe non poteſt niſi fu-
,, gientem jaculo proſternam, id erit pars
,, neceſſariæ defenſionis.

Ut non ſinar vi uti] ,, Adeoque De-
,, moſthenes jus defendendi res adſcribit
,, juri, quod omnibus hominibus commu-
,, ne eſt.

Nec obſtat caritas] ,, Senſus eſt, jus
,, defendendi res ſuas non tantum jure ſo-
,, ciali, ſed & jure naturæ, laxiori ſenſu
,, ſumto (quod caritatem præcipit) lici-
,, tum eſſe, adeoque caritatem non obſtare
,, per modum præcepti. Verum ſæpius jam
,, dictum eſt, Jus tale laxius non dari,
,, & caritatem regulas ſaltem perfectionis
,, continere, quæ inter homines obligatio-
,, nem non producunt.

Lege divina humanaque ſepoſita] ,, Nam
,, lege divina & humana jus hoc defenden-
,, di res ſuas reſtrictum eſſe putat, de quo
,, mox plenius agemus.

Niſi res ſit quæ minimum valeat] ,, Jus
,, neceſſariæ defenſionis mihi etiam in re
,, minima competit, uti modo probavimus,
,, in primis ſi is cui aufertur, pauper eſt:
,, pauper ille apud Quintilianum ait: *non*
,, *debetis expectare, ubi pauper magna per-*
,, *diderim; ſed quantulum eſt, quod abſtu-*
,, *lerit mihi dives, minus eſt, quod reliquit.*
,, *Declam.* 13.

Nonnulli] ,, *Vide infra* §. 13.

AD §. XII.

Quis ſenſus ſit legis hebrææ videamus] 1 Dictum in præcedentibus eſt, jure naturæ mihi non jus eſſe res meas cum internecione alterius defendendi, quoties reparatio per judicem fieri poteſt. Aliud igitur dicendum, ſi illas res ablatas judicio recuperandi facultas deficiat: veluti, ſi noctu fur ædes furandi cauſa ingreſſus eſt; etſi enim deprehenſus fuerit, ſi tamen cum rebus noctu elabitur, ſpem recuperandi auferet ejus judicio conveniendi, furtique probandi impoſſibilitas. Interdiu enim & teſtes & auxilia ſunt, ut fur deprehendi, agnoſci, convinci, & furtum acclamatione, accurſu &c. in publico & aprico conſtitui poſſit. At, qui obſcura

nocte furem noverit, & licet dominus ipſum cognoverit, unde probabit ipſum furem fuiſſe, furtum feciſſe, res ſecum abſtuliſſe? Cum omnes noctu tectis ſuis clauſi, ſomnoque ſepulti ſint: Neque proinde, fure ita cum rebus elapſo, facultas domino relinqui videtur, ejus poſtridie prehendendi, conveniendi & convincendi. Hinc decantatiſſima illa lex trium præcipuarum orbis legislationum conſenſu celebrata & repetita, quæ diſtinguit inter furem nocturnum quem occidere licet; & diurnum, quem non licet, niſi cum telo ſe defendat, quia tum vitæ periculum conjunctum eſt. Hoc diſcrimen ex lege naturæ proponitur primum in lege Moſaica: *Exod.* 22. *v.* 2. & 3. hinc relata in legem Atticam: *Gell. Noct. Attic. L.* 11. *c.* 18. unde deſumta lex XII. Tabb. *L.* 4. §. 1. *ff. ad L. Aquil.* atque ibi pro majori cautela additum, *ut cum clamore id teſtificetur.* Quod meri juris poſitivi, & in favorem ejus qui furtum patitur conſtitutum eſt, ut eo tutius abſolvi poſſit, ſi & ipſe indicium faciat, ſe in periculo & anguſtiis fuiſſe, & furis corpus in conſpectu ſit. Quod diſcrimen & Plato, & veteres quædam Germanicæ leges ſecutæ ſunt. *vid. Grot.* §. *b.* & *in not.* De ratione, mirum, quam nequicquam laborent, ac varient, & a vera aberrent Grotius, Gronovius, Puſendorfius &c. quæ hic evidentiſſima eſt. *Vid. Exerc. noſtram* 2. *ad Grotium* §. 201. & §. 202.

Legis hebrææ] ,, Quæ extat *Exod.* 22. *v.*
,, 2. *Si effringens fur domum ſi effodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus,*
,, *percuſſor non erit reus ſanguinis, quod,*
,, *ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipſe morietur.*

Lex Solonis vetus] ,, Quam refert De-
,, moſthenes *in Oratione ad Timocratem p.*
,, *m.* 790. *Si quis interdiu quinquaginta*
,, *drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad*
,, *Decemviros: Si quis vero noctu quippiam*
,, *ſurripuerit, eum & occidere, & inter*
,, *perſequendum vulnerare, & ad undecim*
,, *viros, ſi cui lubet adducere fas eſt.* Ratio-
,, nem diſcriminis explicat Ulpianus Rhetor.
,, *Noctu autem*, ait, *majorem aſſignat poe-*
,, *nam, quandoque nocturnum crimen gra-*
,, *vius eſt. Interdiu enim licet vocare, qui*
,, *auxilium ferant, noctu non item. vid.*
,, *Sam. Petiti jus Atticum. Zigler. h. l.*

Et inde ſumta lex xii. Tabb.] ,, Verba le-
,, gis XII. Tab. hæc ſunt: *ſi nox* (noctu)
,, *furtum faxit, ſi im* (eum) *aliquis occi-*
,, *dit, jure caſus eſto. vid. Dion. Goth. in*
,, *fragm. XII. Tabb. c.* 24. *Leg.* 1. *Macrob.*
,, 1. *Saturnal.* 4. *Cicero pro Milone c.* 12. *Ga-*
,, *jus in L.* 4. *ff. ad L. Aquil. Gell. lib.* 11. *c.*
,, 18. *Auguſtin.* 11. *ſup. Exod.* ubi ratio-
,, nem addit: *quia plus quam fur eſt.* Quod
,, & Seneca Pater in controverſiis aſſerit: *lex,*
,, *quæ nocturnum furem occidi quoquo modo*
,, *jubet, non de damnato, ſed de fure loqui-*
,, *tur. Odit hoc vitium non immerito, cum*
,, *non multum abſit a proditore.*

,, Bene in notis obſervavit Auctor, etiam
,, in Germanorum legibus hoc diſcrimen ob-
,, ſervari: In legibus Viſigothorum *l. VII. tit.*
,, 1. *c.* 15. talis lex exſtat: '*Fur qui per diem*
,, *defenſare ſe voluerit, ſi fuerit occiſus, mors*
,, *ejus nullatenus requiratur. Et lege* 16. *Fur no-*
,, *cturnus captus in furto, dum res furtivas ſe-*
,, *cum portare conatur, ſi fuerit occiſus, mors ejus*
,, *nullo modo vindicatur.* Legi ex capitulis Co-
,, roli M. allegatæ addatur tit. VI. c. 9. *Si ef-*
,, *fregerit fur domum, ſi effodiens fuerit inven-*
,, *tus, & accepto vulnere mortuus fuerit,*
,, *percuſſor non erit reus ſanguinis, quod ſi*
,, *orto ſole id fecerit, homicidium perpetravit,*
,, *& ipſe morietur.* Lex Bajuvariorum *tit.* 8.
,, *l.* 5. *Fur nocturno tempore captus in furto,*
,, *dum res furtivas ſecum portat, ſi fuerit oc-*
,, *ciſus, nulla ex hoc homicidio querela naſ-*
,, *catur inter eos qui ſine compoſitione occidi*
,, *poſſunt.* In lege Burgundionum, *addita-*
,, *menti primi tit.* 16. *c* 1 & 2. *Quicunque*
,, *in vineam intrare præſumſerit de die furti*
,, *cauſa, inferat illi, cujus vinea eſt, ſoli-*
,, *dos tres, & mulctæ nomine ſolidos tres:*
,, *certe, ſi de nocte hoc præſumſerit facere, &*
,, *percuſſus fuerit, ita, ut moriatur, cujus*
,, *vinea eſt nullam calumniam patiatur.* Adde
,, *Puſend. l.* 11. *c. V.* §. 17. & 18.

Quod furem nocturnum a diurno diſtin-
guunt] ,, Ad eum effectum, ut ille tuto
,, occidi poſſit, hic non.

De ratione legis ambigitur] ,, Diver-
,, ſæ circa rationem hujus diſtinctionis ſunt
,, opiniones. *Alii* enim ſtatuunt, conditores
,, illos legum ideo nocturnum furem occi-
,, dendi facultatem dediſſe, quod noctu
,, fur vel ignotus eſſet, vel deficientibus
,, teſtibus convinci ſaltem non poſſit,
,, indeque terminos neceſſariæ defenſionis
,, rei noſtræ tum incipere putaſſent. *Alii*
,, rationem diſtinctionis hanc adferunt,
,, quod noctu diſcerni non poſſit, an
,, tanquam fur, an tanquam ſicarius ve-
,, niat, indeque raptorem interfici non
,, tan-

Digitized by Google

„ tanquam furem, ſed tanquam ſicarium.
„ *Grotius* ſtatuit legiſlatores illos jus natu-
„ ræ ſuſtuliſſe, & prohibuiſſe, ne quis di-
„ recte rerum cauſa noctu interficiatur: (a-
„ deoque leges humanas id, quod caritas
„ ſaltem ſuadebat, præcepiſſe:) Ceterum
„ leges illas excepiſſe caſum, ſi [illegible] qui rem
„ ſuam ſervare vult ipſe in diſcrimen vene-
„ rit: Idque præſumi noctu putat, niſi con-
„ trarium per teſtes probari poſſit, furem
„ nimirum vel fugiſſe, vel abſque telo fuiſ-
„ ſe, indeque dominum rei in vitæ pericu-
„ lum adductum non fuiſſe. *Gronovius* de-
„ nique *in not. b. l.* aſſerit; furem noctur-
„ num ideo impune occidi poſſe, quod le-
„ giſlatores indubitatum habuerint, furem
„ nocturnum cum telo venire, adeoque ad
„ inferendam vim paratum eſſe: indeque
„ non ex præſumtione, ſeu fictione juris
„ tutum eſſe occiſorem, ſed ex ipſa pote-
„ ſtate legis, quæ probationem in contra-
„ rium non admittat. At mihi nec Grono-
„ vii nec Grotii ſententia arridet: Verius
„ eſt, jus illud occidendi pro rerum no-
„ ſtrarum defenſione, etſi nullum vitæ pe-
„ riculum ſubſit, legibus illis datum eſſe:
„ Equidem utraque ratio aliquando pro facti
„ circumſtantiis concurrere poteſt, uti in
„ lege Moſaica, ubi fur inſtrumentis vi ef-
„ fringit domum, adeoque ubi & vitæ,
„ & bonis periculum imminet, & tunc
„ ex duplici capite cædes furis licita ſit,
„ uti bene obſervat Pufendorf. *de jure
„ nat. l.* 11. *c. V.* §. 18 Sed de eo jam
„ quæritur, an, ubi omne periculum vitæ
„ ceſſat, & de ſola rei jactura agitur, an,
„ inquam, per allegatas leges furem noctur-
„ num impune occidere liceat, ſi rem ali-
„ ter ſervare non poſſim? Ego dictis legi-
„ bus id non prohiberi plenius nunc de-
„ monſtrabo. Nam 1. in lege Moſis ſuppo-
„ nitur caſus, ubi quis inventus eſt orto ſo-
„ le ſuffodiens domum: Atque de hoc caſu
„ merito ſtatuitur, occidi fodientem non poſ-
„ ſe, quia neceſſaria defenſio ceſſat; utpo-
„ te cum vocatis domeſticis, vel vicinis im-
„ pediri, eoque jus meum conſervari poſ-
„ ſit. Moſes igitur non loquitur de caſu,
„ ubi vicini vel domeſtici non adſunt, &
„ fur in ſuffodiendis ædibus pergit; vel ubi
„ fur effractis jam ædibus aliquid ſurripuit,
„ actuque fugit, eoque omnem ſpem recu-
„ perandi demit. His enim caſibus neceſſa-
„ ria eſt defenſio juris noſtri, quæ per le-
„ gem illam Moſis nulla ratione excluditur
„ aut prohibetur. Quod 2. ad legem Solonis
„ attinet, ex ipſa inſpectione apparet, eam
„ loqui de cæde furis, non pro conſervanda
„ vita, ſed pro conſervatione rerum noſtrarum:
„ loquitur enim de fure fugiente, & qui in-
„ ter perſequendum vulneratur, adeoque ubi
„ fur non inſidiatur vitæ noſtræ, ſed fugiendo
„ ſalutem quærit. Sed & 3. ipſam legem XII.
„ Tabb. generalem eſſe apparet, dum in ge-
„ nere furem nocturnum jure cædi ſtatuit,
„ nulla diſtinctione facta an fur vitæ inſidie-
„ tur, nec ne; ubi ergo lex non diſtinguit,
„ nec nos diſtinguere debemus. Inprimis,
„ cum de mente legis ex alus ſatis conſtet.
„ Sane lex 12 Tabb. furem diurnum occide-
„ re permittit, ſi telo ſe defendat: atqui eo
„ ipſo occiditur pro re conſervanda; ſi enim
„ furi fugienti rem ablatam relinqueremus
„ ipſe non reſtituturus, nec ullum vitæ noſtræ
„ periculum metuendum eſſet. Periculum i-
„ gitur hic non eſt a fure qui fugit, ſed a
„ domino rei qui fugientem ſiſtit, & rem
„ ablatam defendentem occidit. 4. Romani
„ JCti legem illam ita explicant, ut quo-
„ quo modo fur occidi poſſit, quia fur eſt,
„ ut loquitur Seneca *X. contr. ult.* Cicero
„ *pro Milone* ait, XII. *tabulæ nocturnum
„ furem quoquo modo interfici impune vo-
„ luerunt*: idem aſſerit Gajus *l.* 4. §. 1.
„ *Ad L. Aquil. Gell.* 11. *c.* 18.

„ Vera igitur ratio diſcriminis inter fu-
„ rem nocturnum & diurnum hæc eſt, quod
„ dominus a fure diurno res recuperare poſ-
„ ſit, vocando homines, vel domeſticos,
„ vel vicinos, vel prætereuntes, in auxi-
„ lium; eoque nondum ſit neceſſaria defen-
„ ſio: cum e contrario a fure nocturno re-
„ cuperari res non poſſit, quia a domeſti-
„ cis aut vicinis media nocte ſperare auxi-
„ lium non licet; forte enim cognitus fur
„ non eſt; vel, ſi cognitus domino ſit,
„ ob teſtium inopiam convinci non poteſt;
„ vel, ſi teſtes adſint, effugere, eoque ſpem re-
„ cuperandi omnem auferre poſſet. Idque ve-
„ rum eſt etſi fur telo ſe non defendat, quin
„ plane telum non habet; *Pufendorff. d.l.* ſuf-
„ ficit enim rem meam aliter ſervari non poſſe.

„ Cæterum leges hæ generales varias pro
„ variis circumſtantiis patiuntur exceptio-
„ nes. Nam fieri poteſt, ut fur nocturnus
„ non occidi, fur diurnus vero jure occi-
„ di poſſit: quoties nimirum neceſſitas de-
„ fenſionis vel ceſſat vel adeſt.

„ Furem igitur nocturnum occidere non
„ licet, quoties is ſine periculo rei meæ

 amit-

„ amittendæ ſervari poteſt, per *text. ex-*
„ *preſſ. in L. 9. ff. de ſicar.* ut ſi fur vulne-
„ ratus ſit ut amplius evadere nequeat;
„ quod exemplum in lege Solonis affertur:
„ vel, ſi captus eſt, & ultro ſe ligandum
„ præbet, quod in lege Viſigothorum cau-
„ tum eſt: his enim caſibus ceſſat neceſſa-
„ ria defenſio rei noſtræ, adeoque jus occi-
„ dendi.

„ E contrario furem quoque interdiarium
„ occidere licet, quoties rem meam ſervare
„ aliter non poſſum: ut 1. ſi fur, cum pre-
„ henderetur, telo ſe defendit. Verba legis
„ XII. tabb. vide infra *n.* 3. add. *L.* 4. *ff.*
„ *ad l. aquil. l.* 54. §. 2. *ff. furt. Cic. pro Mi-*
„ *lone Gell. lib.* 11. 18. *Quintil. l.* 5. *Au-*
„ *guſtin.* 11. *ſup. Exod.* Si enim dominus
„ rei non poſſet fugam furis eum occiden-
„ dò impedire, nulla rei recuperandæ ſpes
„ ſupereſſet. 2. Si fur interdiu rem auferat,
„ & evadendi facilitas adſit; forte quod
„ flumen trajiciat, vel ſylvam attigerit,
„ eoque omnem rei meæ ſervandæ ſpem
„ auferat, ſane hoc quoque caſu furem ja-
„ culo poſternere, & fugientem ita ſiſtere,
„ eoque rem meam recuperare poſſum.
„ 3. Si ei qui in loco ſolitario a conſortio
„ hominum remoto degit, furto res aufer-
„ tur, & fur in fugam ſe conjicit: nulla
„ ſpe eas recuperandi domino relicta: ſa-
„ ne, cum dominus rei jus ſuum non niſi
„ internecione furis conſervare poſſit, hic
„ jure neceſſariæ defenſionis occidi poteſt.
„ Neque enim vel clamore, vel auxilio
„ vicinorum & domeſticorum impediri abla-
„ tio poterit, quia non ſunt vicini & do-
„ meſtici, vel auxilium ab ipſis non ſperatur.

Et ideo &c. interfici] „ Recte hoc diſ-
„ crimen rejicit Auctor, quia poteſt etiam
„ non ſicarius eſſe; uti ſi actu abſtulit &
„ fugit, ibi enim non habet animum occi-
„ dendi, & tamen occidi poteſt: ut ex lege
„ Solonis apparet.

Quod noctu res minus videantur recupe-
rari] „ Imo poteſt notus eſſe, ſed propter
„ defectum teſtium forte probatio deficeret,
„ vel poſſet aufugere, eoque ſpem rem
„ meam recuperandi adimere. Sola ergo
„ ſupereſt ratio quod noctu rem meam ali-
„ ter defendere non poſſim.

Nec hoc, nec illud] „ Senſus eſt, leges
„ nec ideo dediſſe occidendi facultatem,
„ quod ſpes recipiendi rem ab ignoto non
„ ſit, nec ideo „ quod ſicarium occidere
„ videatur.

Directe rerum cauſa interfici neminem de-
bere] „ Imo hoc directe pugnat cum verbis
„ Solonis, is enim permittit proſequi fu-
„ gientem furem, eumque vulnerare rei
„ recuperandæ cauſa.

Quod fieret ſi fugientem telo proſternerem]
„ Et jure id fieret, uti ex Solonis legibus
„ apparet.

Sed ſi ipſe in periculum vitæ adducar]
„ Imo, etſi ipſe non adducar in vitæ peri-
„ culum, occidere furem licet; ſufficit e-
„ nim aliud medium ſervandi res meas non
„ eſſe.

Tunc mihi licere] „ De eo caſu non du-
„ bitatur, quia tunc præter rem meam eti-
„ am vitam defendo.

Nec obſtare mihi quod me in diſcrimen
adduxerim] „ Adeoque, quod videar ipſe
„ eſſe cauſa periculi, cum evitare illud poſ-
„ ſim non perſequendo rem meam.

Qui verſer in actu licito] „ Imo hæc re-
„ ſponſio difficultatem motam non ſolvit. Si
„ enim verum eſt, quod auctor ait, *nemi-*
„ *nem occidi poſſe rerum cauſa*, neceſſario
„ ſequitur, nec eum, qui, ne rem furto
„ ablatum ei eriperem, vi reſiſtit: non
„ enim ego in periculo conſtitutus ſum,
„ quia relinquendo rem, nihil eſſet quod a
„ fure metuendum ſit. Is ſolam rem ſibi
„ ſervare vult, vitam meam non impetit,
„ omne ergo periculum eſt a me ipſo, non
„ a fure, adeoque tota ratio neceſſariæ de-
„ fenſionis ceſſaret, neque tunc verſarer in
„ actu licito.

„ *Cum utar jure meo*] „ Imo ex prin-
„ cipio Auctoris non uterer jure meo, quia
„ jus non habeo rerum cauſa aliquem oc-
„ cidendi: nec vitæ periculum hic ſubeſt,
„ quia hoc periculum mihi non imminet a
„ fure, utpote qui vitæ meæ non inſidia-
„ tur, ſed ex proprio meo facto, dum vi
„ rem recipere cupio: adeoque evitare pe-
„ riculum illud poſſum, rem furi relin-
„ quendo.

In hoc poſitum eſt] „ Diximus, totam
„ diſcriminis rationem in eo poſitam eſſe,
„ quod noctu requiſita neceſſariæ defenſio-
„ nis regulantes adſint, interdiu non item.

Quod noctu vix ſit copia teſtium adhibendo-
rum] „ Cum omnia ſomno ſepulta jaceant:
„ ſed diximus, etſi teſtes adſint, tamen oc-
„ cidi poſſe, ſi res aliter ſervari non poſſit.

Vitæ tuendæ cauſa dicat furem interemp-
tum] „ Non opus eſt ut id dicat, ſed
„ ſufficit quod aliter rem recuperare non
„ potuerit,

Digitized by Google

„ potuerit, etſi nullum vitæ periculum adfuerit.

Id enim lex Hebræa requirit] „ Lex Hebræa id non requirit. Nam Moſes unum ſaltem caſum furti nocturni proponit, ubi ſc. fur perfodit & effringit ædes, & in eo actu deprehenditur; At non excludit alios caſus, ubi eadem ratio ſubeſt, uti, ſi fur latitans in ædibus noctu furtum faciat, & fugiens per feneſtras deſcendat: ſane in utroque caſu pro defenſione rerum occidere furem, & fugientem vulnerare licet, ſi aliter ſervare rem non poſſumus. Et fruſtra quæritur noctu, an cum inſtrumento perfoſſorio veniat, an non; unde enim in tenebris id cognitum eſſe domino poteſt?

Niſi ſe telo defenderit] „ Imo argumentum potius tale a contrario formari debet. Si diurnum occidere poſſum qui cum telo ſe defendit, ſequitur me nocturnum occidere poſſe etſi telum non habeat, nec eo ſe defendat; cui adſtipulatur ratio naturalis: contra diurnum enim regulariter defendere res meas internecione furis non poſſum, quia per domeſticos vicinoſque impediri vel prehendi poteſt, niſi telo ſe defendat, tunc enim vitæ meæ inſidiatur, adeoque ex eo capite jure occidi poteſt: e contrario fur nocturnus ſemper occidi poteſt etiamſi ſine telo veniat, quia dominus alias res ſuas ſalvas habiturus non eſſet: adeoque præſumptio telum noctu geſtari non dat licentiam occidendi, ſed periculum præſens ſuas res perdendi.

Teli autem nomine ferrum &c. venit] „ *L.* 41. *L.* 233. §. 2. *V. S.* Seneca *in Hercule Furioſo v.* 860. *Quicquid in mortem trahit, telum eſt. Confer. L.* 54. §. 2. *ff. furt. & Teſm. h.*

Si parcere ei ſine periculo ſuo non potuit] „ Ulpianus non tantum loquitur de periculo quod ex telo metuitur, ſed etiam de periculo perdendi bona & res ſuas: *vid. Gothofr. ad d. L.* Nam utrobique eadem defenſionis eſt ratio. Si proinde fur cum re ablata fugiat, adeoque nullum mihi ab eo periculum ſit, nihilominus eum perſequi & vulnerare licet, ut ex lege Solonis jam probavi.

3 *Præſumptio pro eo qui noctu furem occidit*] „ Quod ſc. fur repertus ſit cum telo, adeoque credatur ei qui vitæ tuendæ cauſa furem ſe intereміſſe aſſerit. At dictum jam eſt, occiſorem non demum eſſe tutum ex hac præſumptione, ſed ex jure neceſſariæ defenſionis, quia aliter res ſuas ſervare non poteſt, etſi conſtet furem telum non habuiſſe.

Jam præſumptio iſta ceſſabit] „ Hoc & rationi naturali & legibus ante allegatis contrariatur. Ex iis enim conſtat, furem occidi poſſe quoties rem meam aliter ſervare non poſſum, etſi nullum vitæ periculum fuerit, idque notorium ſit.

Homicidii tenetur] „ Salva juſtitia hoc admitti nequit; juſtiſſima cædis cauſa eſt defenſio juris noſtri.

Cum clamore teſtificaretur] „ Verba legis hæc ſunt: *Si luci* (interdiu) *furtum faxit* (fecit) *ſi im* (eum) *aliquis endo ipſo capſit* (in furto ipſo deprehendit) *verberator: illique cui furtum factum eſcit* (eſt) *addicitor. Si ſe telo defenſint quiritato endoque plorato* (Quiritium opem implorare, i. e. clamore violentiam teſtificare debet: *L.* 4. §. 1. *L. Aquil. Vid. Briſſ. de V. S.* 3. *voce endo*, & *voce Quirites*) *poſt deinde ſi caſi eſcint*, (eſſent) *ſe* (ſine) *fraude eſto*: (i. e. jure cæſus eſto) *Gell. l.* 2. *c. ult. Cicero pro Mil. L.* 54. §. 2. *ff. furt.* In hac lege igitur ſaltem de fure diurno dicitur clamorem neceſſarium eſſe, non de nocturno. Atque hinc Cajus in *L.* 4. *ff. ad L. Aquil.* vel male retulit verba XII. Tabb. vel dicendum eſt ea interpolata a Triboniano eſſe: verba Caji hæc ſunt. *Lex XII. Tabb. furem noctu deprehenſum occidere permittit, ut tamen id ipſum cum clamore teſtificetur, interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is telo ſe defendat, ut tamen æque cum clamore teſtificetur.* Tribonianiſmum hic arguit Jacob. Gothofredus in expoſitione legum XII. Tabb. Eamque legem ſpuriam eſſe, ait, & Tribonianum, quæſito Caji nomine, hanc conditionem velut XII. Tabulis expreſſam in interficiendo fure nocturno adjeciſſe: Cum ex Cicerone, Seneca, Ulpiano, Gellio, & Aguſtino conſtet lege XII Tabb. nocturnum furem impune omni modo occidi poſſe, neque in lege Solonis, quam imitata eſt lex XII. Tabb. aliquid tale, imo contrarium ex Ulpiani ſcholio appareat. Conf. *Zigler in not. h. l.*

„ Sane clamor ille vix ullum effectum habere poteſt tempore nocturno, ubi præſentiſſimum periculum eſt rei ſuæ perdendæ,

„ ubi hominum ſomno ſepultorum auxilium „ vix ſperari poteſt: Sed & difficillima erit „ clamoris facti probatio, cum noctu teſtes „ adeſſe non ſoleant. Atque hinc neceſſitas „ clamandi apud Belgas decreto comitiali „ anno 1591. ſublata fuit. *vid. Grænw. ad L.* 4. *ff. L.* 4. *ff. L. Aquil* Ceterum in „ Germania clamore factum illud teſtificari „ debet, quem tamen ſi omittit, non ordinaria „ ſed extraordinaria pœna tenetur. *Carpz. Pr. Crim. p.* 1. *quæſt.* 32. *n.* 38. Ratio hujus „ moris ea eſſe videtur, quod forte vicini & „ prætereuntes & magis domeſtici auxilio ve- „ nire, vel fugientem ſiſtere poſſint. *vid. Puſend. d. l. Cujac. L.* 14. *O.* 15. qui „ conjecturantur, abuſum cauſam dediſſe „ huic limitationi, quod nonnulli ex ædi- „ bus ſuis impetum in prætereuntes face- „ rent, eoſque occiſos in furto poſt de- „ prehenſos fingerent; inprimis, cum in „ urbe munitæ ſint ædes, & non tam fa- „ cilis ſit furandi occaſio. Unde Harmeno- „ pulus diſtinguit inter furtum intra mu- „ ros, & extra eos commiſſum, putatque „ priori caſu nec nocturnum furem occidi „ poſſe, ni telum geſtet, & clamor edi- „ tus ſit. *vid. Gothofred. ad L.* 54. *ff. Furt. Lit. l.* Quem ſequitur Cujacius 14. *O.* 15. „ nec improbat Puſendorfius 11. *V.* §. 17.

Concurſus talis de die facilius habetur] „ Nam inutilis noctu foret ille clamor & „ ratione magiſtratus, & ratione vicino- „ rum, qui ſomno ſepulti nec audire cla- „ morem, nec tam cito adeſſe poſſunt.

Ulpianus] „ Non JCtus ſed Rhetor, qui „ commentario illuſtravit Demoſthenem. Ex „ quo apparet legis rationem eſſe quod pro- „ pter deficiens auxilium res mea ſervari „ non poſſit.

Aſſeveranti magis creditur] „ Dictum jam „ eſt, nocturnum furem occidi poſſe, etſi „ præſumptio non ſit telo eum veniſſe, a- „ deoque etſi periculum vitæ nullum fuerit, „ quia ſemper neceſſaria eſt defenſio noctu.

4 *Cui ſimile eſt*] Vide *Deuter.* 22. 15. Hoc plane huc non pertinet, & mere eſt Juris civilis. *Conf. not. ſeq.*

Quia clamore concurſum ciere potuit & debuit] „ Incertiſſima hæc res eſt: nam for- „ te nemo in ædibus vel vicinia præſens „ eſſe potuit; vel ſtuprator os obturavit „ puellæ ut clamore edere non potuerit; „ vel animi deliquium paſſa eſt puella, „ forte aſpectu ſtupratoris exterrita. Interim „ verum eſt: difficiliorem eſſe probationem „ ſtupri violenti in agro commiſſi, indeque „ jura civilia merito aſſertioni puellæ credunt.

Quod etiamſi cætera eſſent paria] „ Imo, „ etſi nullus terror amplius adſit, ſed forte „ fur cum re ablata fugiat, tamen ex lege „ Solonis & legibus XII. tabb. occidi & „ vulnerari fur poteſt, quia rem meam a- „ liter ſervare non poſſum.

Id quod caritas ſuadet civibus ſuis præci- pit] „ Nam caritas ex hypotheſi Auctoris „ non per modum præcepti impedit facul- „ tatem occidendi furem, etiam rerum ſer- „ vandarum cauſa, ſed legiſlatores demum „ illam prohibuere. vid §. *præced.* At di- „ ctum jam eſt, leges illas non immutaſſe „ jus naturæ, ſed defenſionem rerum ſua- „ rum permittere, etſi nullum adſit vitæ „ periculum. Atque hactenus verum non „ eſt, legiſlatores illos non præcipere id, „ quod caritas ſaltem ſuadet.

Ne quem interficiant ideo duntaxat quia rem furatur] „ Imo id nullibi legibus illis „ prohibetur; contrarium ex ipſis legibus „ jam probatum eſt. Equidem Car. V. in „ ordinatione criminali prohibuit, ne quis „ alterum occidat niſi lethalibus armis inva- „ datur. At hoc non pertinet ad furem „ nocturnum, nec ad caſum ſi res aliter „ ſervari non poſſit.

Ipſe in diſcrimen venerit] „ Diximus id „ opus non eſſe, ſed ſufficere rem mihi a- „ liter ſalvam eſſe non poſſe, etſi nullum „ occiſori vitæ periculum immineat.

Moſes Maimonides notavit] „ At is non „ excludit alios caſus; nam præterea vindex „ ſanguinis cædere homicidam potuit: E- „ bræus, qui Ebræum in gentilium poteſta- „ tem traderet, qui in contemtum numi- „ nis præceptum aliquod violaret, Apoſta- „ tæ, Idololatræ, impune a quolibet pri- „ vato occidi poterant, quod ex ipſo Mai- „ monide probat Seldenus de jur. nat. L. „ 4. c. 3.

A D §. XIII.

Quid vero jam de lege Evangelii dicemus] 1 Lex Evangelii ad jus naturæ plane non pertinet, adeoque in interpretatione hujus diſciplinæ nullam habet auctoritatem.

Additio.

„ Præcepta Evangelii non pertinent ad „ eum partem juris naturalis quæ *inter ho- mines*

Digitized by Google

„ *mines* obtinet; ſed ad eam quæ homines obligat *intuitu Dei :* Hinc duplicia præcepta continet, 1. ut jura quæ inter homines obtinent cuique tribuantur ex mentis puritatè: 2. ut homines Deum ritè colant: inter partes cultus autem retulimus imitationem perfectionum divinarum, i. e. exercitium virtutum. Hanc partem præcipue docendo inculcat Servator, quia totam hanc diſciplinam moralium Doctores apud Hebræos inſuper habebant: Horum præceptorum neglectus proprie pœnam non meretur, puritas enim mentis, in qua ſubſtantia virtutum conſiſtit, metu pœnarum moveri nequit; & carentia præmiorum, quæ cuique actui perfectionis deſtinata ſunt, loco pœnæ eſt. *Vid. Diſſ. Prooem. III.* §. 11. §. 44. *n.* 9. *ſeq.* §. 57.

Idem ab ea permitti, quod permittit lex Moſis] „ Quæ non tantum permittit internecionem furis, ſi fur me perſequentem in periculum adducat, (ita enim Auctor legem illam interpretatur,) ſed etiam ſi periculum quidem vitæ non eſt, res tamen aliter ſervari non poteſt.

An ut in aliis rebus perfectior eſt lege Moſis] „ Ita, ut licet lex Moſis permittat, Evangelium tamen id prohibeat. Vide *Proleg.* §. 48. *&* *Lib.* 1. *c.* 2. §. 6.

Ego, quin plus exigat, non dubito] Auctoris ſententiam de obligatione Evangelii late explicavi ſupra *l.* 1. *cap.* 2. §. 6. eamque ſimul refutavi *ibidem*, *& in diſſert. prooem. III.* §. 39. *ſeq.*

Deſeri jubet Chriſtus] „ Imo non jubet Chriſtus id fieri, ſed virtutis & perfectionis id eſſe aſſerit. Vide *L.* 1. *c.* 2. §. 8. *n.* 4

Et Paulus] Vide *d.* §. 8. *n.* 4.

Quæ incruenta contentio eſt] „ Loquitur enim de certatione, quæ non fit per vim, ſed coram magiſtratu.

Quanto magis vult res etiam majoris momenti deſeri. &c.] „ Argumentum procedere poſſet ſi Chriſtus & Paulus id juſſiſſent: at, cum illi ſaltem perfectionis regulas ſuppeditent, nihil aliud inde elici poteſt, quam perfectius agere eum qui jure ſuo non utitur, nec rei ſuæ ſervandæ cauſa alium occidit.

Dei effigiem] „ Hominem enim creatum eſſe ad effigiem Dei, & ſacra pagina, & gentilium philoſophia tradit.

Eodem nobis cum ſanguine ortum] „ Ex Adamo.

Quare ſi res ſervari poſſit, ita ut &c.] „ Imo etſi periculum ſit faciendæ cædis, tuto rem meam cum internecione raptoris ſervare poſſum; Sed, juxta doctrinam Servatoris, generoſius eſt vitam hominis ſuæ rei præferre.

Sin aliter, omittenda res eſt] „ Mere virtutis id eſt: jure naturæ & divino recte occidi poteſt.

Ex qua vita noſtra & familiæ noſtra pendeat] „ Pro ſervanda re noſtra in genere fur occidi poteſt, ſi alia ejus tuendæ ratio non ſit. Idque verum eſt, ſive res nobis vel noſtris neceſſaria ſit, ſive non: ſive ego in periculum adducar, ſive non: Sane omne vitium eſt in fure, qui rem furto ablatam adeo dimittere non vult, ut vitæ periculum ſubire malit.

Quæque judicio recuperari nequeat] Si enim judicio recuperari poteſt, non eſt neceſſaria defenſio, neque vita noſtra ex illa re tum pendet.

Forte quia fur ſit ignotus] „ Imo etſi fur ſit notus, cum enim evadere & effugere poſſit, hoc quoque caſu neceſſaria erit defenſio.

Et ſpes ſit aliqua ſine cæde rem abituram] „ Dictum eſt, me etiam animo faciendæ cædis rem meam defendere poſſe, ſi aliter ſervari nequeat.

Omnes fere tam ICti &c.] „ Pro affir- 2
mantibus quoque agit *Puſend. de jur. nat. L.* 2. *c.* 5. §. 18. *Ant. Matth. ad Tit. de ſicar. c.* 2. *n.* 8. *Brun. ad L.* 9. *ff. de ſicar. Carpz. P. I. Qu.* 32. *n.* 38. *ibique DD.* ubi requirit ut clamore teſtificetur propter *L.* 4. *L. Aquil.*

Etiam extra fines, in quibus lex Moſis & Romana id permittit] Auctor enim exiſtimat illas leges tunc demum permittere cædem furis, ſi ipſe in periculum vitæ adducar §. 12. At jam dixi, mores noſtros, ſi clamorem excipias, cum jure naturæ & legibus Moſis accurate convenire, omniumque eandem eſſe rationem, ſc. omnia licere, ſine quibus res mea ſalva mihi eſſe nequit.

Sententia veterum chriſtianorum fuerit] „ Hoc facile concedimus; at primi illi Chriſtiani non jura tradiderunt, ſed virtutis regulas inculcarunt, adeoque loquuntur de eo quod perfectius eſt omittere, etſi de jure liceat.

Cœpit ad ſæculi mores accommodari] „ Imo Evangelium nunquam cædem furis

„ in

„ furis in vim juris prohibuit, ſed id contrariari perfectioni docuit: adeoque juxta „ regulas juris nec olim nec hodie prohibitum fuit furem nocturnum occidere, at „ juxta regulas perfectionum nec olim id „ licuit, nec hodie: nam & hodie perfectius eſt remittere jus ſuum, adeoque hactenus non laxata poteſt dici diſciplina „ eccleſiaſtica, nec ad mores ſeculi accommodata lex Evangelii, utpote quæ hodie „ eadem valet auctoritate qua olim; tanquam norma ſcilicet virtutum.

Olim in clericis retineri ſolebat formula veteris inſtituti] „ Ita, ut ne quidem vitæ „ defendendæ cauſa latronem occidere liceret, quo pertinet Nicolai Papæ Reſcriptum *Diſt.* 50. *c.* 6. *vid. Balmaſon ad Cap. Apoſt.* 27. Hinc presbitero, qui vitæ tuendæ cauſa latronem ictu lapidis peremit, ſacris per totam vitam interdictum „ eſſe refert *Zigler ad Grot. h. l.*

Remiſſa eſt hoc nomine cenſura] „ Poſterioribus enim temporibus mitius tractari cœpit Clericus vitam defendens. *Eſpenedus* „ *Digreſſ. L.* 2. *c.* 4. & diſputari nunc ſolet, an Clericus talis fiat irregularis? „ *Aug. Barboſa ad Capit.* 10. *de Homicid.* „ *Binsfeld. ad Capit.* 10. *de injur. & damn.* „ *qu.* 6. *Concl.* 5. *Zigl. d. l.*

Ad §. XIV.

Ut *id ab omni culpa ſit liberum*] Quæritur, an ex licentia illa, quam leges civiles concedunt furem nocturnum occidendi, verum jus oriatur, an ſaltem impunitas? Poſterius demum concedit auctor.

Minime id concedendum arbitror] Imo verum jus inde oritur: nam demonſtravimus, jus hoc defendendi res ſuas a ſummo opifice conceſſum, per *Poſit.* 4. *n.* 4. omnibuſque, etiam brutis ingeneratum, & iisdem, quibus legitimum bellum, obvallatum eſſe. Imo ipſe Auctor jure naturæ id licitum eſſe, nec caritatem obſtare, aſſeruit §. 11. *n.* 1. Verum igitur non eſt, hoc defendendi jus ſaltem excuſare cædentem, quia tunc demum excuſatur actus ſi is per ſe injuſtus eſt, & cædens ob aliam accidentem rationem vel plane immunis eſt a pœna, vel ſaltem pro parte: Hac ratione excuſatur is qui ex ſumma inopia furtum committit, pœna enim ideo mitigatur. Ideo Phinea immunis fuit a pœna; etſi enim jus non habuerit adulterum occidendi, tamen laudatur factum quia zelo quodam pio id fecit, & gloriæ divinæ vindicandi cauſa: Atque hoc apud Hebræos vocatur judicium Zeli, de quo Seldenus late egit, & cujus rei exempla alia propoſuit Grotius ſupra §. 7.

Additio.

„ Huc quoque referri ſolet lex quæ permittit cædem uxoris in adulterio deprehenſæ: At ex hac quoque licentia verum „ jus marito oriri alibi demonſtravimus. *Vid.* „ *L.* 2. *c.* 20. §. 17.

Lex jus necis non habet &c. ex quovis delicto] „ Imo, ſi abuſus aliter cohiberi „ non poteſt, magiſtratui jus eſt mortis „ pœnam infligendi: quod ſæpius in re minima fieri videmus, ut in eum qui venatur in loco publico, qui falſam cudit „ monetam, in furem 5 aureorum.

Niſi ob delicta quæ lex per Moſen data punivit] Lex forenſis a Moſe data mere poſitiva eſt. Prout igitur ipſi licuit pœnas capitales quibuſdam delictis, quæ ſocietatem publicam turbant, indicere, ita & aliis magiſtratibus id negari non poteſt, ſi neceſſitas publica id exigat. Præterea leges Moſis tantum obligant Hebræos, aliis autem gentibus normam præſcribere non poſſunt. Adde *Gron. h.*

Aut quæ his ſunt paria æſtimatione] „ Imo, quoties neceſſitas publica id exigit.

Quam ex illa lege] „ Argumentum ex „ lege Moſis omnino hactenus valet, ut „ quidquid ea lege ſtatutum eſt id etiam a „ chriſtiano magiſtratu ſtatui poſſit. *vid.* „ *Lib.* 1. *c.* 1. §. 17. *n.* 3. At inde non „ ſequitur, ulteriores pœnas in malitiam „ hominum etiam in illis caſibus, ubi par „ ratio non obtinet, ob utilitatem publicam „ ſtatui non poſſe.

Quæ certe mortis pœnam in furem non ſtatuit] „ Sed tantum reſtitutionem quadrupli; Verum hic non quærimus de pœna „ furis, quo modo, ſi in poteſtate judicis „ conſtitutus eſt, puniri debeat: Sed loquimur de fure fugiente & res noſtras auferente, hic enim occidi poteſt non in pœnam, ſed jure neceſſariæ defenſionis: „ Secus igitur, ſi furto peracto fur per intervallum in noſtram poteſtatem veniat, „ tunc enim occidi non poteſt, ſed vel „ magiſtratui tradendus, vel ſi inter gentes „ res agitur, & furis magiſtratus juſtitiam „ negat, bello reparatio exigi poteſt.

Lex

Digitized by Google

Lex nec debet jus dare privatum interficiendi] „ Jus occidendi furem non ex le-
„ ge civili demum naſcitur, ſed ex lege na-
„ turæ, quæ jus defendendi res meas etiam
„ cum internecione furis mihi concedit.

Niſi in criminibus atrocioribus] v. g. in
„ banno imperii, in deprehenſa in adulte-
„ rio. &c.

Alioqui fruſtra inſtituta eſſet judiciorum auctoritas] Nos ſupponimus caſum, ubi ju-
„ diciorum auctoritas ceſſat, i. e. ubi fur
„ cum re ablata fugit, adeoque ubi neceſ-
„ ſaria defenſio incipit, & per judicia jus
„ nobis ſalvum eſſe non poteſt.

Tollere quidem pœnam cenſenda eſt] „ A-
„ deoque putat, ſolam impunitatem dari
„ occiſori.

Sed non etiam jus] „ Imo intra termi-
„ nos neceſſariæ defenſionis verum jus dat,
„ utpote quod voluntate Creatoris, adeo-
„ que jure naturæ, & approbatione legis
„ nititur: Supponimus enim judiciorum au-
„ ctoritatem interponi non poſſe, nec per
„ judicia jus nobis ſalvum eſſe.

Ad §. X V.

Ex *his quæ diximus apparet*] Quæſtio hic proponitur, an duella, i. e. dimicationes ſingulares inter duos, licita ſint? Nos in genere omnia duella extra terminos neceſſariæ defenſionis, improbamus: Atque hinc 1. quoties injuria facta jam eſt, adeoque quoties de injuriæ peractæ reparatione agitur, nunquam duella licita ſunt, ſed tunc judex ordinarius adiri, & ab eo ſatisfactio peti debet. Nam 2. diximus ideo, ſummam poteſtatem conſtitutam eſſe, ne per alium controverſiæ dirimantur: ſi vero quilibet adverſarium ad duellum provocare poſſet, non opus foret ſuperiore. Sane 3. duella non ſunt verum & adæquatum medium reparandi juris, quia injuriam paſſus ibi perire poteſt, quo ipſo augeretur potius alterius injuria. Neque 4. Deum præſidem huic aleæ fore credi debet, quia alea hæc locum habet ubi omne aliud remedium ceſſat, at, cum Deus juris dicendi vices delegaverit magiſtratui, hoc ipſo declaravit, ſe aleæ huic præſidere nolle. Sed & 5. certum eſt, neutrum dimicantium de vita ſua diſponere poſſe: & æque illicitum eſſe vitam ſuam exponere, quam alterum vita privare. Accedit 6. omnium moratiorum gentium conſenſus. Nam in oratione mea *de Progreſſu Juris Europæi* demonſtravi, duella illa ex prima hominum feritate orta eſſe, & eodem abuſu retenta fuiſſe quo jus vitæ & necis in ſervos. Adeo enim abuſus ille in Europa inprimis invaluit, ut lege publica is modus decidendi in controverſiis privatorum receptus fuerit. *vid. leg. Bajuv. L.* 1. *tit.* 2. & *L.* 5. *tit.* 11. Longobardorum *lib.* 2. *tit.* 55. Siculorum lib. 2. 32. & 33. Quin & in jure feudali leges de certamine privatorum extant 2. *Feudor.* 27. Fragmenta de jure campionum (*Kampf-Recht*) nobis reliquit Schottelius. Confer. *Lindembrog. in Gloſſario* voce *Duellum* & voce *Cambio*. Frodo Rex Sveciæ omnes cauſas privatorum ita decidi juſſit apud *Saxon. Grammatt. l.* 5. *p. m.* 77. Confer. *Bodin. de Republ. l.* 4. *c.* 7. *Diſput. mea de probat. Feudal. c.* 2. *Hypomn. mea Jur. Feudal. tit.* 9. §. 11. In Gallia publico Edicto illa duella permiſit Henricus II. apud *Grammond. Hiſtor. L.* 1. *p.* 74. At generali gentium conſuetudine hic mos abolitus, eoque jus naturæ reſtitutum fuit. In Germania id in Comitiis ſtatutum eſt per Conſtitutionem, quæ vocatur *Erklährung des Land-Friedens* de anno 1500. In Gallia per decretum comitiale de anno 1615, In Sicilia a Frederico II. *Confer. Grammond. Lib.* 1. *p.* 74. *Thuan. Hiſtor. L.* 1. *c.* 9. Alia exempla vide apud *Teſm. h. lit. b.* Conf. *Grot. inf. c.* 20. §. 8. & *c.* 23. §. 10.

Auctor duplicem facit exceptionem: 1. ſi quis ab alio invaditur, tunc enim jure neceſſariæ defenſionis licet cum invaſore dimicare. 2. Si Princeps duos, qui mortem meriti ſunt, inter ſe committit, quia nihil intereſt an magiſtratus mortem meritam eis inferat per apparitorem, an per correum.

Additio.

„ De duellorum licentia egimus in *Diſſ.*
„ *proœm. XII.* §. 691. quo lectorem remit-
„ timus.

Duobus modis.] „ Imo plures poſſunt
„ eſſe modi, uti mox videbimus.

Alioqui eum occiſurus] Adeoque jure ne-
„ ceſſariæ defenſionis.

Duos mortem meritos inter ſe committat]
„ Rationem jam dedimus quia in arbitrio
„ principis eſt per quos exequi ſententiam
„ velit, an per apparitores an per cor-
„ reos. Diſſentit *Oſiander in Obſerv. ad h.* §.

„ tum quia nefas ei videtur cooperare ad
„ propriam mortem, tum quia putat reum
„ mortis pœnam pati quidem debere, nefas
„ vero eſſe occidere eum qui non læſit.
„ At prior ratio inanis eſt, quia is non coo-
„ perat ad propriam mortem qui ex ſenten-
„ tia ſuperioris eam patitur non ſua manu,
„ ſed a manu correi. Altera ratio itidem ni-
„ hil concludit, nam dum cum occidit qui
„ non læſit, id non ſuo jure facit, ſed
„ juſſu ſuperioris: qui uti per apparitores,
„ ita & per correos ſententiam exequi, &
„ flagitioſis mortem inferre poteſt.

Illis quidem arripere licet ſpem ſalutis]
„ Dimicatio talis ideo licita Auctori vide-
„ tur, quia victor ſpem ſalutis ex ea pu-
„ gna habet, quam arripere licite poteſt.
„ At ex plane alia ratione dimicatio illa li-
„ cita fit, quia nimirum inſtar apparito-
„ rum ſunt, & ſententiam judicis exſequuntur.

Minus recte officio ſuo functus videtur]
„ In principis arbitrio eſt cuinam inſtrumen-
„ to executionem pœnæ committere velit.

Sorte eligere moriturum] „ At ipſa pu-
„ gna ſors eſt. vid. *Grot. Lib.* 2. *c.* 23. §.
„ 10. Cæterum dimicantibus nulla fit inju-
„ ria, uterque enim morrem meritus eſt.

„ Quæritur, ſi unus correorum occiditur
„ duello, an alter a pœna liberetur? Reſp.
„ ſi tale crimen eſt cui gratiam facere Prin-
„ ceps poteſt, tota res ab ejus arbitrio
„ pendet. Si vero jure naturæ mortis pœ-
„ na ſtatuta eſt, ut in homicidio, neceſſa-
„ rio morti tradendus eſt, vel per manus
„ apparitoris, vel exponendo eum novæ
„ pugnæ.

Ad §. XVI.

Maxime *quidem ad bellum privatum pertinent*] „ Quod ſcl. inter privatos geri-
„ tur, & publico antiquius eſt: Prius enim
„ ſinguli certabant antequam in ſocietates
„ coirent. *Vide L.* 1. *c.* 1. §. 2. *&* *c.* 3.
„ §. 1. *n.* 1.

Sed ita, ut ad publicum quoque aptari debeant] „ Uti enim bellum privatum ni-
„ titur ſola defenſione naturali, ita bellum
„ publicum quoque non eſt licitum, niſi
„ pro defendendo jure. *d. c.* 1. §. 2. *n.* 1.

Habita diverſitatis ratione] „ Circa jus
„ ipſum nulla eſt differentia: Utrumque bel-
„ lum ſupponit neceſſariam juris ſui defen-
„ ſionem.

Jus quaſi momentaneum eſt] „ Supponi-
„ tur enim in eo momento copiam non eſſe
„ judicis.

Et ceſſat] „ Tunc enim deſinit defenſio
„ eſſe neceſſaria.

At publicum &c. tractum habet] „ Quia
„ ſummæ poteſtates nunquam judicem ha-
„ bent, qui lites earum dirimat, adeoque
„ quovis tempore recuperatio ſeu defenſio
„ juris eſt neceſſaria.

Et perpetuo fovetur &c.] „ Nam ſæpius
„ orto bello, novæ belli cauſæ ſubnaſcun-
„ tur. *Vid. l.* 3. *c.* 1. §. 3. quarum defenſio
„ licita eſt.

Ferme defenſio mera conſideratur] Imo &
„ ultio: Hinc ſi quis injuriam mihi intu-
„ lit & aufugit, poſtea forte in loco ubi
„ vulgo iter fieri non ſolet mihi occurrit,
„ & denuo fuga ſe ſurripere vindictæ meæ
„ ſtudet, eum jure occidere poſſum. Pari-
„ ter ſi in loco deſerto reum invenio ubi
„ judicis copia non eſt, talionem ab eo ſu-
„ mere poſſum.

Publicæ poteſtates &c. etiam jus ulciſcendi habent] „ Nam dari quoque bella puni-
„ tiva Auctor paſſim tradit. Vid. *l.* 2. *c.* 20.
„ §. 1. *&* §. 18. Cæterum etiam in bello
„ privato ultionem ſumi poſſe, ſi injuria
„ aliter reparari nequit, modo dictum eſt.

Prævenire vim non præſentem &c] „ Sed
„ quæ metuitur, & in actum aliquem de-
„ ducta eſt: jam enim incipit defenſio eſſe
„ neceſſaria.

Non directe, id enim injuſtum eſſe ſupra docuimus] „ Ob injuriam enim non factam
„ & ob ſolum metum injuriæ jus belli non
„ eſſe vidimus ſupra §. 5.

Sed indirecte &c.] „ Eum, qui actu vim
„ parat, & inſidias ſtruit, adeoque animum
„ lædendi in actum aliquem externum de-
„ ducit, etiam *directe* prævenire poſſum,
„ idque ex jure neceſſariæ defenſionis; quia
„ aliter injuria evitari, niſi præveniendo,
„ non poteſt. Neque id proprium ſaltem
„ eſt bellis publicis, ſed & in privatis ob-
„ tinet: adeoque hæ diverſitatis rationes
„ magis ſubtilitatem ſapiunt, quam uſum
„ in jure habent.

Alibi] *Lib.* 2. *c.* 20. §. 38. *&* *c.* 22. §. 5.

Ad §. XVII.

Illud *vero minime ferendum eſt &c.*]
Quæritur, an metus vicinæ potentiæ ſit juſta
belli

belli cauſa? Negatur, quia nondum injuria facta eſt, adeoque nec defenſio juris, nec reparatio injuriæ locum habere poteſt, quod plenius examinabimus infra *L.* 2. *c.* 22. §. 5. Male igitur hanc cauſam allegarunt Galli in bello contra Imperatorem & Hiſpanos geſto apud Grammond. *Hiſtor. Lib.* 4 Duo tamen excipiuntur caſus: I. Si certum ſit vicinum meditari bellum, ſi fœdera contrahit, ſi exercitum auget, ſi vicina caſtra munit &c. ac literæ forte intercipiantur, ex quibus conſtet contra me hoc parari, tunc enim eum prævenire poſſum, quia injuria vere fit, adeoque jus neceſſariæ defenſionis incipit: de quo caſu egimus ſupra §. 2. II. Si ſocio, qui juſtam belli cauſam habet, ideo aſſiſto, quia potentiam metuo ejus qui ſocii mei hoſtis eſt; nam tunc bellum non gero jure meo, & ob injuriam mihi factam, ſed defendo ſocii cauſam, etſi cauſa accedendi ſuaſoria ſit metus vicinæ potentiæ.

Ad imminuendam potentiam creſcentem] „ Cauſa igitur hæc non eſt juſtifica, ſed
„ ſuaſoria; quæ movere ad bellum ſuſci-
„ piendum ſolet. *vid. l.* 2. *c.* 1. §. 1. Exem-
„ pla congeſſit Teſmarus *in not. b.* Ex ea
„ enim cauſa Lacedæmonii bellum move-
„ runt in Athenienſes: *Thucyd. I. p. m.*
„ 48. Romani in Antiochium: *Appian. de*
„ *Bello Syr. c.* 47. Turnus & Rutulus in
„ Aborigenes: *Liv. L.* 1. *c.* 2. Fidenates
„ in Romanos: *Liv. L.* 1. *c.* 14. Confer.
„ *Polyb.* 1. *c.* 10. *Thuan. L.* 37. *pr.* At pro
„ juſta cauſa gentes eam non habuere, nec
„ eam tanquam juſtificam allegare ſolent.
„ Equidem Arioviſtus Cæſari ideo bellum
„ indixit, quod videatur exercitum in Gal-
„ lia habere ſui opprimendi cauſa. *Debere*
„ *ſe ſuſpicari, ſimulata Cæſarem amicitia,*
„ *quod exercitum in Gallia habeat, ſui op-*
„ *primendi cauſa habere, quod, niſi dece-*
„ *dat, aut exercitum deducat, ex his re-*
„ *gionibus ſeſe illum non pro amico, ſed pro*
„ *hoſte habiturum.* At ex præcedentibus ap-
„ paret, cauſam, cur Arioviſtus excedere
„ voluerit Romanos, non fuiſſe metum in-
„ creſcentis potentiæ, ſed cauſabatur, par-
„ tem Galliæ ad Arioviſtum jure belli per-
„ tinere, alteram partem bellum ipſi intu-
„ liſſe, adeoque bellum ſe non aggreſſoris,
„ ſed defenſoris vice gerere. Addebat por-
„ ro, *Æduos, ceteroſque Galliæ populos bello*
„ *victos ſtipendium promiſiſſe, nunc recuſa-*
„ *re; populum Romanum id jus ipſi quaſi-*
„ *tum auferre non poſſe prætextu ſocietatis*
„ *cum Gallis initæ. Cæſ. d. l. c.* 21. 22. 26.
„ & 27. Adeoque ex his conſtat, Cæſarem
„ potius metu vicinæ potentiæ Arioviſtum
„ bello impetiiſſe, ita enim ipſe ait *d. l. c.*
„ 5. *Quibus rebus adductus Cæſar expectan-*
„ *dum ſibi non ſtatuit, dum omnibus ſocio-*
„ *rum fortunis conſumtis in Santones Hel-*
„ *vetii pervenirent. Et cap.* 16. *& in Galliam*
„ *magnam Germanorum multitudinem venire*
„ *populo Romano periculoſum videbat, qui*
„ *cum Galliam occupaſſent, in Provinciam*
„ *exirent, atque inde in Galliam contende-*
„ *rent.* At nec Cæſar illam ſuadendi cauſam
„ prætexebat, ſed quod Æduos, ceteroſque
„ populi Romani amicos defendere, & in-
„ jurias iis illatas vindicare propoſitum eſ-
„ ſet, *d. L.* 1. *c.* 20. idque late, expoſitis
„ ſimul rationibus arctiſſimæ neceſſitatis
„ quæ ipſis cum Æduis intercederet, *c.* 25.
„ & 26. repetiit, atque tandem concludit:
„ *Populi Romani hanc eſſe conſuetudinem,*
„ *ut ſocios & amicos non modo ſui nihil*
„ *deperdere, ſed gratia, dignitate, honore*
„ *auctiores eſſe velit:* & denuo poſtulavit, *ne*
„ *aut Æduis, aut eorum ſociis bellum inferret.*

Non ſub ratione juſti, ſed ſub ratione utilis] „ Metus enim ille ſolet eſſe cauſa ſua-
„ ſoria, quæ gerentes ad bellum inferendum
„ movet, qui forte ex ſola cauſa juſtifica
„ bellum geſturi non fuiſſent. At is non eſt
„ cauſa juſtifica; i. e. non eſt juſta belli in-
„ ferendi cauſa. vid. *ſup. L.* 2. *c.* 2. §. 1.
„ & *Lib.* 2. *c.* 22. § 2. & 3.

Ex hac cauſa prudenter quoque ſuſceptum judicetur] „ Quia non tantum movemur ſub
„ ratione juſti, ſed & ſub ratione utilis. *Vid.*
„ *ſupra* §. 1. Nam alibi diximus, in omnibus
„ bellis duplicem obvenire quæſtionem 1. an
„ jure bellum geri poſſit? 2 an utile ſit? &
„ an commodum aliquod ex bello illo ſperari
„ poſſit? Poſterior quæſtio non ex jure, ſed ex
„ rationibus politicis ac prudentiæ decidi debet.

Nec aliud dicunt auctores] „ Non enim
„ ex cauſa tali juſtum geri bellum aſſerunt,
„ ſed ex ea moveri læſos ajunt, ut ex cauſa
„ juſtifica bellum proſequantur: idque ex
„ exemplis ante allegatis apparet. *Vid. Vitr.*
„ *Grot. enucl. l.* 1. *c.* 1. *qu.* 31. ibique
„ *Scharrok. de offic. c.* 3. *c.* 9. *c.* 10.

Ad vim inferendam jus tribuat] „ Bene
„ mentem Grotii Gronovius hic explicat:
„ ſcl. non æquum eſſe ut, quia prævideo a-
„ liquem huc creſcere poſſe me ut impune
„ lædat, cum hujus animi nondum ulla

Digitized by Google

„ ſigna det, ideo eum aggredi poſſim, & „ incremeta ejus vi interpellare.

Ab omni æquitatis ratione abhorret] „ Quia rationi naturali refragatur, agere ad „ reparationem injuriæ quæ data nondum eſt.

Ut plena ſecuritas nunquam nobis conſtet] „ Adeoque nulla vitæ pars a bello unquam „ vacaret *Text. b.*

A divina providentia] „ Quæ juſtam „ tueri ſolet cauſam: *Vid. Prolog.* §. 27.

Et ab innoxia cautione] „ Imo nemo a „ vicino jus exigendi cautionem habet, & „ hæc ipſa prætenſio injuria eſſet, quam „ alter bello avertere poſſet, quod latius „ explicavimus ſupra §. 2. *n.* 1. Nullum igi- „ tur aliud remedium ſupereſt, quam ut is „ qui metuit, ſuæ ſecuritati pariter proſpi- „ ciat, ne forte vicinus eum imparatum „ aggrediatur:

Ad §. XVIII.

1 *Nec minus illud diſplicet*] Quæritur an is, qui bellum promeritus eſt, ſe defendere jure poſſit? Recte auctor id negat, quia injuriam defenderet. Inſtant quidam, defenſionem licitam ideo videri, quia metuere lædens poteſt ne excedatur in viudicta: ℞. 1. impedire hoc poteſt offerendo ſatisfactionem i. e. reparando injuriam: quamdiu id non facit, injuria agit, & alter in infinitum capere, mediaque injuriam continuandi auferre poteſt. Non ergo poteſt allegari alterum forte exceſſurum, quia non datur exceſſus quamdiu reparatio nondum eſt, i. e. quamdiu læſus facultatem jure ſuo ſine interpellatione adverſarii utendi nondum recepit; nondum tutus eſt ſua poſſeſſione: tamdiu enim in infinitum omnia in hoſtem licent, donec ſalvum ſit alterius jus, quod non niſi per ultimam victoriam, vel per tranſactionem contingit.

Atqui milites aliquando execedere poſſunt, adeoque hactenus defenſio licita erit. &c. Reſp. nec tum licita erit defenſio, quia hujus exceſſus ipſe cauſa eſt; ſi enim injuriam reparare vellet, bello non eſſet opus, adeoque nec exceſſus ſequerentur.

Additio.

„ Equidem hæc vera ſunt de eo qui vel „ fatetur, vel ſaltem convictus eſt in con- „ ſcientia, ſe injuſtam defendere cauſam, „ adeoque ſe bellum promeritum eſſe. Quid „ ſi vero Princeps putet juſtam ſibi eſſe cau- „ ſam, an tunc jure ſe defendere poteſt? „ Equidem cum judicem utraque pars non „ habeat, adeoque nemo judicare poſſit „ quis jure quis injuria agat, hominum ju- „ dicium de juſtitia cauſæ in ſuſpenſo ma- „ net, donec divina deciſio per ultimam „ victoriam accedat. Eodem modo, uti a- „ ctori & reo in privatis judiciis æque de- „ fendendi media conceduntur, donec per „ ſententiam alteruter cauſa cadat.

„ Atque hinc apparet, nec intuitu pro- „ ceſſus bellum utrinque juſtum dici poſſe; „ nam alteruter neceſſario injuria agit, id „ autem demum deciditur per ultimam vi- „ ctoriam, ſeu per exitum belli.

Juſtam eſſe defenſionem &c.] „ Quomo- „ do juſta eſſe poteſt ſi injuriam defendunt?

Tantundem reponere vindictæ] „ Senſus „ hic eſt: cum jure naturæ bello tantum „ licitum ſit jus ſuum vindicare *ad quantitatem debiti & pœnæ*, pauci autem hac „ reparatione contenti ſint, videri poſſe lædenti propter metum exceſſus defenſionem „ licitam eſſe. At negamus bello tantum a- „ gi *ad quantitatem debiti & pœnæ*: in „ hoſtem omnia in infinitum licent, ut a- „ libi demonſtrabimus, *Vid. l.* 3. *c.* 1. §. „ 2. *cap.* 11. §. 2 *c.* 3. §. 8. *cap.* 13. §. 1. „ *cap.* 14. §. 1. *cap.* 15. §. 1. adeoque hæc „ ipſa defenſio, dum reſiſtit ei qui jure agit, „ & cui reparationem negat, injuſta eſt.

Nam metus ille rei incertæ] „ De exceſ- „ ſu ſcl. futuro.

Unde nec reus criminis] „ *Vid. Puſendorf. jur. nat. l.* 2. *c.* 5. §. 19. Simile „ hoc plane huc non quadrat: Subditus i- „ deo judicare non poteſt num plus æquo „ puniatur, quia omne ſuum judicium in „ civitatem quæ punit tranſtulit.

Debet primum &c. offerre ſatisfactionem] 2 „ Eoque reparare injuriam: quod illuſtra- „ vimus exemplo Samnitum in *Proleg.* §. „ 27.

Viri boni arbitratu] „ Imo id non eſt „ neceſſitatis: Nam ad arbitrium recipien- „ dum nemo cogi poteſt.

„ Quis ergo taxabit & æſtimabit inju- „ riam & damnum? Reſp. læſus illud æ- „ ſtimat, ſi alter contradicat, bello res de- „ cidi debet, judex enim alius non eſt.

Ac tum demum pia ejus erunt arma] „ Si ſc. læſus oblatam ſatisfactionem re- „ ſpuat: Tunc enim omnis injuria tranſit „ in læſum. *d.* §. 27.

Et Regi permittit arbitrium mulcta] „ Verba hæc ſunt. 2. *Reg.* 18. *v.* 14. *Tunc miſit Ezechias Rex Judæ nuncios ad regem Aſſyriorum, dicens, peccavi, recede a me, & omne, quod impoſueris mihi, feram:* „ Indixit igitur Rex Aſſyriorum Ezechiæ regi Judæ trecenta talenta argenti, & triginta auri.

Et poſtea iterum bello laceſſeretur] „ Abſque ulla cauſa, junctis ſimul in ſummum numen blaſphemiis. Vide 2. *Reg.* 18. *v.* 17. *& ſeqq. & cap.* 19.

Et Deum habuit faventem] „ Venit enim Angelus Domini & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia hominum. 2. *Reg.* 19. *v.* 36.

Pontius Sannis] „ Apud *Liv. Lib.* 9. *c.* 1. quod exemplum illuſtravit B. Parens in Diſput. de juſto præliorum exitu *Sect.* 1. §. 10. *ſeqq.* Conf. *Proleg.* §. 27.

C A P U T II.

De his, quæ hominibus communiter competunt.

I. *Ejus quod noſtrum eſt diviſio.*
II. *Proprietatis exordium & progreſſus.*
III. *Quædam propria fieri non poſſe, ut mare ſumtum pro ſuo integro aut præcipuis partibus, & quare.*
IV. *Sola non occupata cedere ſingulis occupantibus, niſi per univerſitatem a populo occupata ſint.*
V. *Feras, piſces, aves cedere occupanti, niſi lex obſtet.*
VI. *In res proprias factas jus hominibus competere eis utendi in tempore neceſſitatis, & unde id veniat.*
VII. *Obtinere id, niſi neceſſitas aliter ſit vitabilis.*
VIII. *Niſi par ſit neceſſitas in poſſidente.*
IX. *Adjunctum eſſe onus reſtituendi rem, cum reſtitui poterit.*
X. *Exemplum hujus juris in bellis.*
XI. *In res proprias factas jus hominibus competere ad utilitatem, qua nihil alteri decedit.*
XII. *Hinc jus in aquam profluentem.*
XIII. *Jus tranſeundi terra & amnibus, quod explicatur.*
XIV. *An mercibus tranſeuntibus vectigal poſſit imponi.*
XV. *Jus morandi ad tempus.*
XVI. *Jus habitandi his competens, qui ſedibus ſuis expulſi ſunt, ſub imperio quod reperitur.*
XVII. *Jus habendi loca deſerta: quod quomodo intelligendum.*
XVIII. *Jus ad actus, quos vita humana deſiderat.*
XIX. *Ut ad emenda neceſſaria.*
XX. *Non etiam ad res ſuas vendendas.*
XXI. *Ad quærenda matrimonia: quod explicatur.*
XXII. *Jus ea faciendi, quæ promiſcue extraneis permittuntur.*
XXIII. *Quod intelligendum, ſi quid permittatur quaſi ex jure naturali, non ut ex beneficio.*
XXIV. *An licitus ſit contractus cum populo, ut is fruges ſuas, eis, quibuſcum jam contraxit, non aliis vendat.*

I. SEquitur + inter belli cauſas injuria facta, + & primum adverſus id, quod noſtrum eſt. + Eſt autem noſtrum aliud [1] communi hominum jure, + aliud [2] noſtro ſingulari. + Ab eo, quod hominibus commune eſt, incipiamus.

+ Hoc

GRONOVII.

1 *Communi hominum*] Quia cujusvis hominis eſt, & propterea nec nos eo poſſumus excludi.

2 *Noſtro ſingulari*] Quia neminis præter nos, vel eum, cujus eſt, adeo ut alius id male invadat.

GRO-

+ Hoc jus aut directe eſt in rem corporalem, + aut [3] ad actus aliquos. + Res corporales aut vacuæ ſunt a proprietate, + aut jam [4] aliquorum propriæ. + Res, quæ a proprietate vacant, aut tales ſunt, ut [5] propriæ fieri nequeant, + aut [6] ut poſſint. + Quo rectius hoc intelligatur, noſcendum eſt + proprietatis, (aa) quod dominium juriſconſulti vocant, exordium.

+ II. 1. Deus + humano generi generaliter [a] contulit jus in res hujus inferio-
a Gen. 1, ris naturæ + ſtatim a mundo condito, + atque iterum mundo poſt diluvium re-
29. 30. IX, 2. parato. [a] *Erant*, ut Juſtinus [b] loquitur, *omnia communia & indiviſa omnibus,*
b Lib. *veluti unum cunctis patrimonium eſſet.* + Hinc factum ut ſtatim quiſque hominum
XLIII. c. 1. ad ſuos uſus + arripere poſſet, quod vellet, + & quæ conſumi poterant conſumere. + Ac [7] talis uſus univerſalis juris erat tum vice proprietatis. + Nam quod quiſque ſic arripuerat, id ei eripere alter niſi per injuriam non poterat. + Simi-
c Cap. 20. litudine hoc intelligi poteſt ea, quæ eſt apud Ciceronem [c] de finibus III. b *Theatrum cum commune ſit, recte tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quiſque occuparit.*

Neque + is ſtatus durare non potuit, + ſi aut [8] in magna quadam ſimplicitate perſtitiſſent homines, + aut vixiſſent inter ſe in mutua quadam eximia caritate. Horum alterum, communionem ſcilicet [c] ex ſimplicitate eximia, + videre licet in quibuſdam Americæ populis, qui per ſæcula multa ſine incommodo in eo more perſtiterunt: alterum vero, communionem nimirum ex caritate, + exhibuerunt olim [d] [9] + Eſſeni, deinde + Chriſtiani, qui Hieroſolymis primi exſtiterunt, ac nunc quoque non pauci, qui vitam degunt [10] + aſceticam. Simplicitatis, in qua [e] primi homines ſunt conditi, + argumentum præbuit nuditas. + Erat

GROTII.

a *Erant omnia communia & indiviſa omnibus*] Ejus veſtigium manſit in Saturnalibus.

b *Theatrum cum commune ſit*] *Seneca* de beneficiis VII. c. XII. *Equeſtria omnium equitum Romanorum ſunt, in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi.*

c *Ex ſimplicitate eximia*] *Horatius:*

Campeſtres melius Scythæ,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,
Vivunt, & rigidi Getæ,
Immetata quibus jugera liberas
Fruges & Cererem ferunt,
Nec cultura placet longior annua,
Defunctumque laboribus
Æquali recreat ſorte vicarius.

(Lib. III. Od. XXIV, 9.)

d *Eſſeni*] Et ab his orti Pythagoriſtæ. Vide *Porphyrium*, (*vit. Pythag.* §. 20.) *Diogenem Laërtium* (VIII, 10.) *Gellium*, 1, 9. [Vide Auctoris *Epiſt. I. Part.* 552. ubi hanc ſuam conjecturam rationibus firmare nititur. Quod quidem, ſive verum, ſive falſum, parum ad rem facit. *J. B.*]

e *Primi homines*] Adam typus humani generis. Vide *Origenem* contra *Celſum*. Neque nihil huc pertinet, quod *Tertullianus* dixit libro de anima: *Naturale enim rationale credendum eſt, quod animæ a primordio ſit ingenitum, a rationali videlicet auctore. Quid enim non rationale, quod Deus juſſu quoque ediderit, nedum id quod proprie afflatu ſuo emiſerit? Irrationale autem poſterius intelligendum eſt, ut quod acciderit ex ſerpentis inſtinctu, ipſum illud tranſgreſſionis admiſſum, atque exinde inoleverit, & coadoleverit in anima adinſtar jam naturalitatis, quia ſtatim in primordio naturæ accidit.* (Cap. 16.)

GRONOVII.

3 *Ad actus*] Num. 18.
4 *Aliquorum propriæ*] Num. 6.
5 *Propriæ fieri nequeant*] Num. 3.
6 *Ut poſſint*] Num. 4. & 5.
7 *Talis uſus*] Exercitium juris hujus & apprehenſio rei hoc animo, ut mihi ſerviret, tantundem valebat tum, quantum nunc proprietas.
8 *In magna quadam*] Manſiſſent incallidi, & ex iis ignoratio verborum. *Juſtin.* 2, 2.
9 *Eſſeni*] 1, 3. 3.
10 *Aſceticam*] Exercent & caſtigant corpus, ut animus magis vacet religioni. 1, 2. 9.

(aa) De tota hac materia conſule PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. ac Gent.* Lib. IV. Cap. 4. cum Notis noſtris, præſertim Editionis alterius, ubi res longè pleniùs & accuratiùs pertractatur. *J. B.*

Digitized by Google

+ Erat in illis ignoratio magis vitiorum, quam cognitio virtutis; ut de Scythis loquitur [a] Trogus. *Vetuſtiſſimi mortalium*, inquit [b] Tacitus, f + *nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere,* + *eoque ſine pœna aut coërcitionibus agebant.* + Apud Macrobium eſt: [c] *Primum inter homines mali neſcia & adhuc aſtutiæ inexperta ſimplicitas.* Hæc ſimplicitas g [11] + ἀφθαρσία videtur dici ſapienti [d] Hebræo, Paulo [e] apoſtolo + ἁπλότης, quam opponit τῇ πανουργίᾳ, + vafræ calliditati. Negotium erat illis unicum DEI cultus, h + cujus ſymbolum [f] arbor vitæ, + ut Hebræi [g] veteres explicant, aſſentiente [h] Apocalypſi. Vivebant autem facile ex his, i + quæ ſine induſtria ſponte ſua terra proferebat.

2. Verum + in vita hac ſimplice & innocente non perſtiterunt homines, ſed animum applicuerunt + ad artes varias, quarum ſymbolum erat k + arbor ſcientiæ boni & mali, + id eſt, earum rerum, quibus tum bene tum male uti licet: [12] φρόνησιν μέσην vocat [i] Philo. + Huc reſpiciens Salomo, [k] *Deus*, inquit, *creavit hominem rectum*, id eſt, *ſimplicem, ſed ipſi quæſiverunt ſibi cogitationes multas.* [13] ἔῤῥεπον εἰς πανουργίαν, ut dicto loco Philo loquitur. Dion Pruſæenſis oratione [l] VI. ἀλλὰ τὴν πανουργίαν τοῖς ὕςερον καὶ τὸ πολλὰ εὑρίσκειν καὶ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸν βίον ὐ πάνυ τι συνενεγκεῖν· ὐ γὰρ πρὸς ἀνδρείαν, οὐδὲ δικαιοσύνην, χρῆσθαι τῇ σοφίᾳ τοὺς ἀνθρώπυς, ἀλλὰ πρὸς ἡδονήν. *His qui primos ſecuti ſunt hominibus calliditatem* l + *variaque ad vitam reperta non multum fuiſſe conducibilia. Ingenio enim uſos homines non tam ad fortitudinem ac juſtitiam quam ad voluptatem.* + Antiquiſſimæ artes + agritultura & paſtura + in primis fratribus apparuerunt, + non ſine aliqua [14] rerum diſtributione. [15] + Ex ſtudio-

a Juſtin. lib. II. c. 2.
b Ann. III, 26.
c 2 Ad ſomn. Scip. c. 10.
d Sap. III, 24.
e 2. Cor. II, 3.
f Proverb. III, 18.
g Philo de Mund. cre. p. 35. D.
h Apocalyp. XXII, 2.
i De Mundi opif. p. 35. E.
k Eccleſ. VII. 30.
l Pag. 92. A. Edit. Morell.

GROTII.

f *Nulla adhuc mala libidine*] *Seneca* de iiſdem epiſtola XC. *ignorantia rerum innocentes erant.* Deinde locutus de juſtitia, prudentia, temperantia, fortitudine, addit: *Omnibus his virtutibus habebat ſimilia quædam, rudis vita.* Joſephus: μηδεμιᾷ ξενιζόμενοι ψυχὴν φροντίδι· *Nullis curis turbidum habentes animum.* (Antiq. Jud. Lib. I. Cap. 1. §. 4. pag. 8. *Ed. Hudſon. Auſt.* ubi legitur ξαινόμενοι.

g Ἀφθαρσία *videtur dici ſapienti Hebræo*] Sic & *Paulus* Epheſ. VI, 24. qui & ἀδιαφθορίαν dixit Tit. II, 17. [Auctor in Adnotationibus ſuis ad V. & N. Teſt. voces has aliter exponit. Vide, ſi tanti eſt. *J. B.*]

h *Cujus ſymbolum arbor vitæ*] Sanctitas ſuperior Rabbinis. ἔνθεος σοφία, divina ſapientia, Arethæ ad Apocalypſin. De Paradiſo vide *Eccleſiaſtici* caput XL, 17. & quatuor fluminibus Paradiſi eundem librum XXIV, 25. & ſequentibus.

i *Quæ ſine induſtria ſponte ſua terra proferebat*] Vide egregium hac de re locum libro I. (Cap. 2.) *Varronis* de Re ruſtica, ex Dicæarcho: & confer quæ ex eodem Dicæarcho habet *Porphyrius* de non eſu animalium IV. (*Pag.* 342. *& ſeqq.*)

k *Arbor ſcientiæ boni & mali*] Joſephus: (Antiq. Jud. *Lib.* I. Cap. 1. §. 4. pag. 7.) τὸ φυτὸν ἐξύπνητος καὶ διανοίας ὑπῆρχεν· *quæ arbor erat ſolertiæ & intelligentiæ.* Telemachus apud *Homerum:* (*Odyſſ.* XX, 309.)

——— καὶ οἶδα ἕκαςα,
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια. πάρος δὲ ἔτι νήπιος ἦα.

——— *omnia novi,*
Quæ bona, quæ mala ſunt, nec ſum jam parvus ut ante.

Zenoni Cittienſi prudentia, ſcientia bonorum, & malorum, & mediorum. Eſt id apud *Diogenem Laertium.* (*Lib.* VII. §. 92.) *Plutarchus* de communibus notitiis: τί δεινὸν, εἰ τῶν κακῶν ἀναιρεθέντων ὐκ ἔςαι φρόνησις, ἑτέραν δὲ ἀντ' ἐκείνης ἀρετὴν ἕξομεν, ὐκ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἀλλ' ἀγαθῶν μόνον ἐπιςήμην ὖσαν· *Quid nocebit, ſi ablatis malis nulla erit prudentia, pro ea autem alienam habeamus virtutem, quæ non bonorum ac malorum, ſed ſolorum bonorum ſit ſcientia?* (Pag. 1067. A. Tom. II. *Ed. Wech.*)

l *Variaque ad vitam reperta*] Late hoc explicat *Seneca* epiſtola XC. quem lege, & Dicæarchum apud dictos jam ſcriptores.

GRONOVII.

11 Ἀφθαρσία] Integritas.

12 φρόνησιν] Prudentiam mediam vel ambiguam.

13 Ἔῤῥεπον] inclinarunt, vergere cœperunt ad malitiam.

14 *Rerum diſtributione*] Nam alter agrum frumento, alter paſcuum ſibi vindicarat.

15 *Ex ſtudiorum diverſitate*] Dum uterque ſuum præfert, alterius ſtudium contemnit.

16 *Boni*

Digitized by Google

ſtudiorum diverſitate æmulatio, + etiam cædes: ac tandem + cum [16] boni malorum conſortio contaminarentur, [m] + vitæ genus giganteum, id eſt, violentum, quale eſt eorum, quos [17] + *χειροδίκας* Græci vocant. [n] Mundo per diluvium purgato, + pro ferina illa vita ſucceſſit cupido voluptatis, [o] + cui inſerviit vinum; + unde & illiciti amores.

a Gen. X, 11. *b Gen.* XIII.

3. Præcipue vero + concordiam rupit + generoſius vitium, ambitio, (bb) + cujus ſignum turris Babylonica [a] mox alii alias [18] terras + partito poſſederunt. + Sed poſtea quoque inter homines vicinos manſit non pecorum, ſed terrarum paſcuarum communio: [b] quia tanta erat in exiguo hominum numero latitudo terrarum, + ut ſine incommodo ullo ad multorum uſus ſufficeret:

c Virg. Georg. 1. *verſ.* 126.

+ [c] *Ne ſignare quidem aut partiri limite campum*
Fas erat. ——— ——— ———

d Gen. XXI. *e Mari libero Cap.* 15.

+ Donec, aucto ut hominum ita pecudum numero, + paſſim terræ non in gentes ut ante, ſed [19] in familias dividi cœperunt. [p] Puteos vero, rem in [20] ſiticuloſa regione valde neceſſariam, nec multis ſufficientem, [d] occupando quiſque ſuos fecere. + Hæc ſunt, quæ ex ſacra hiſtoria docemur, + ſatis convenientia cum his, quæ Philoſophi & Poetæ de primo ſtatu rerum communium + & poſtea ſecuta rerum diſtributione dixerunt, + quorum teſtimonia [e] alibi a nobis producta ſunt.

4. Hinc + diſcimus, quæ fuerit cauſa, ob quam a primæva communione rerum + primo mobilium, deinde & immobilium diſceſſum eſt: nimirum quod, cum non contenti homines [q] veſci ſponte natis, + antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus veſtito, vitæ genus exquiſitius delegiſſent, + induſtria opus fuit, quam ſinguli rebus ſingulis adhiberent. + Quo minus autem fructus in commune conferrentur, primum obſtitit [21] + locorum, in quæ homines diſceſſerunt, diſtantia, deinde [22] juſtitiæ & amoris

GROTII.

m *Vitæ genus giganteum*] *Seneca* naturalium III. in fine: *exſtinctis pariter feris, in quarum homines ingenia tranſierant.* (Cap. 30.)

n *Mundo per diluvium purgato, pro ferina illa vita ſucceſſit cupido voluptatis*] *Seneca* dicto loco: *illis quoque innocentia non durabit, niſi dum novi ſunt.* (*Quæſt. Nat.* III, 30.)

o *Cui inſerviit vinum, unde & illiciti amores*] *Præmiumque ſummum ebrietatis libido portentoſa ac jucundum nefas.* *Seneca* ibidem. (Hæc verba non ſunt *Senecæ*: verum *Plinii*, Hiſt. Nat. *Lib.* XIV. c. 22. pag. 728. Tom. I. *Edit. Hard.* in fol. *J. B.*)

p *Puteos vero*] De puteis ad Oaſim inter multos communibus vide *Olympiodorum* apud *Photium.* (Cod. 80. pag. 193. *Edit. Rothomag.*)

q *Veſci ſponte natis, antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus veſtito*] Qualem vitam Scritefinnorum nobis accurate deſcribit *Procopius* Gotthicorum II. (c. 15.) Adde *Plinium* XII. Proem. & *Vitruvium* II. c. 1.

GRONOVII.

16 *Boni malorum*] *Gen.* 6, 1.

17 Χειροδίκας] Violenti, quibus jus in manibus.

18 *Terras partito*] Partitio terrarum in populos, cujus imago apud veteres Germanos. *Cæſar* 6. Bell. Gall. 22.

19 *In familias*] Partitio in domos.

20 *Siticuloſa*] Qualis eſt orienti ſoli propior regio. *Juſtin.* 12, 10.

21 *Locorum, in quæ*] Quum alia atque alia appetendo loca, qui deſierant una vivere, deſierunt & res communicare.

22 *Juſtitiæ & amoris defectus*] Quum ſcilicet quidam per inertiam minus operæ conferrent ad res communes excolendas, nec minus tamen aliorum labore fruerentur: alii per avaritiam aut luxum plus appeterent, aut conſumerent, quam frugalibus aut æquis dignum eſſet.

(bb) Ambitione impulſos fuiſſe homines ad exſtruendam Turrim Babylonicam, non ita certum eſt. Quâ de re videri poſſunt *Origines Babylonicæ* Eruditiſſimi PERIZONII, Cap. XIII. *J. B.*

r Ut

Digitized by Google

amoris defectus, per quem fiebat, + ut nec in labore, + nec in conſumtione fructuum, quæ debebat, æqualitas ſervaretur.

5. + Simul diſcimus, quomodo res [23] in proprietatem iverint: + non [24] animi actu ſolo, + neque enim ſcire alii poterant, quid alii ſuum eſſe vellent, ut eo abſtinerent; & idem velle plures poterant: + ſed pacto (cc) quodam aut expreſſo, ut per diviſionem, + aut tacito, r ut per occupationem. + Simulatque enim communio diſplicuit, nec inſtituta eſt diviſio, s cenſeri debet inter omnes conveniſſe, ut, quod quiſque occupaſſet, id proprium haberet. t + *Conceſſum*, inquit a Cicero, *ſibi ut quiſque malit, quod ad vitæ uſum pertinet, quam alteri acquiri, non repugnante natura*. Cui addendum illud b Quinctiliani: *Si hæc conditio eſt, ut quicquid in uſum hominis ceſſit, proprium ſit habentis*, + *profecto quidquid jure poſſidetur, injuria aufertur*. + Et veteres cum [25] Cererem legiferam, c & ſacra ejus Theſmophoria dixerunt, hoc ſignificabant, u + ex agrorum diviſione exſtitiſſe novi cujuſdam juris originem.

a *Off.* III. c. 5.
b *Decl.* 13.
c *Macrob. Sat.* III. c. 12.

III. 1. His + poſitis dicimus, mare ſumtum aut [26] + ſub ratione integri, aut ſub ratione præcipuarum partium, + in proprium jus abire non poſſe: + quod, quia de privatis quidam concedunt, + non de populis, probamus + ex morali primum ratione: quia + [27] cauſa, ob quam a communione diſceſſum eſt, hic ceſſat. + Eſt enim tanta maris magnitudo, ut ad (dd) quemvis uſum omnibus populis ſufficiat, + ad aquam hauriendam, ad piſcatum, ad navigationem. + Idem dicendum eſſet de aere, [28] ſi quis ejus uſus eſſe poſſet, ad quem terræ uſus

GROTII.

r *Ut per occupationem*] Vide quæ hac de re ex Gemara & Alcorano nobis protulit honos Britanniæ *Seldenus* in Thalaſſocratico. (Seu *Mari Clauſo*, Lib. I. Cap. 4. pag. 24. *Ed. Londin.* 1636.)

s *Cenſeri debet inter omnes conveniſſe, ut quod quiſque occupaſſet, id proprium haberet*] Cicero: *ex quo quia ſuum cujuſque ſit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat.* (*De Off.* 1, 7.) Quod ſimilitudine illuſtrat (*Ibid.* Lib. III. c. 10.) a Chryſippo reperta de ſtadio, ubi currendo licet vincere adverſarium, non eum detrudendo. Scholiaſtes ad artem poeticam *Horatii*: (*Verſ.* 128. pag. 627. Edit. Cruq.) *quemadmodum domus aut ager ſine domino communis eſt: occupatus vero jam proprius ſit.* *Varro* in Age modo: *Terra culturæ cauſa attributa olim particulatim, ut Etruria Thuſcis, Samnium Sabellis.* (Apud PHYLARGYRIUM in *Virg. Georgic.* II. 167.)

t *Conceſſum, ſibi ut quiſque malit, quod ad vitæ uſum pertinet, quam alteri acquiri, non repugnante natura*] Solon:

Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω. —— ——

Divitias habuiſſe velim, ſed non bene partas
Non cupiam. ——

(Verſ. 7, 8. Eleg.) *Cicero* officiorum 1: *Nec vero rei amplificatio nemini nocens vituperanda eſt, ſed fugienda ſemper injuria.* (Cap. 8.)

u *Ex agrorum diviſione exſtitiſſe novi cujuſdam juris originem*] *Poſtquam ex agrorum diſcretione nata ſunt jura.* Ita *Servius* ad illud in quarto Æneidos: *Legiferæ Cereri.* (Verſ. 58.)

GRONOVII.

23 *In proprietatem*] Propriæ factæ ſint.

24 *Animi actu*] Deſtinatione mera, vel cupiditate habendi.

25 *Cererem legiferam*] *Virgilius* 4. Æneid. 58. *Ovid.* 5. Metam. 343. *Athenæus* 1, 12.

26 *Sub ratione*] Vel univerſum, vel partes ejus, ut grandes ſinus aut freta propriive nominis tractus.

27 *Cauſa hic ceſſat*] Non eſt verendum, ne quis tantum ex eo ſumat, ut alii fraudentur, atque ita non ſervetur æqualitas.

28 *Si quis ejus*] Si homines poſſent volare, aut verſari in aëre, ſine tactu terræ vel molis, quæ a terra ſuſtinetur.

(cc) Nullum pactum heic interveniſſe, neque etiam neceſſarium fuiſſe, fusè probavimus in Notis noſtris Gallicis ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. IV. §. 4. *& ſeqq. J. B.*

(dd) Ratio illa per ſe contrarium potiùs probat. Vide quæ diximus in PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. V. §. 3, 4. & *De Offic. Hom. & Civ.* Lib. I. Cap. XII. §. 4. ultimarum utriuſque Verſionis Editionum. *J. B.*

Digitized by Google

uſus non eſſet neceſſarius, + ut eſt [x] ad aucupia; + unde illa legem accipiunt ab eo, qui in terra imperium habet.

2. + Nec aliud cenſendum de [29] Syrtibus, + ubi nihil eſt quod cultum ferat, + & uſus unicus petendarum inde arenarum exhauriri nequit. + Eſt & naturalis ratio, (ee) quæ mare + conſideratum, ut diximus, proprium fieri vetat: + quia occupatio non procedit [y] niſi [30] in re terminata: unde [a] Thucydides terram vacuam vocat + ἀόριστον· & Iſocrates [b] terram ab Athenienſibus occupatam τὴν ὑφ' ἡμῶν ἀφορισθεῖσαν. + Liquida vero, quia + per ſe non terminantur ([31] τὸ ὑγρὸν ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ, inquit [c] Ariſtoteles) occupari nequeunt, + niſi ut contenta in re alia: + quomodo lacus & ſtagna occupata ſunt, + item flumina quia ripis tenentur. + Mare vero terra non continetur, par terræ aut [z] terra majus, + unde terram mari contineri veteres dixere: τὸν ὠκεανὸν δεσμοῦ ἕνεκα τῇ γῇ περιβεβλῆσθαι, quæ Apollonii verba apud [d] Philoſtratum. Sulpicius Apollinaris apud Gellium: [e] *Quid poteſt dici [32] citra oceanum eſſe, + cum undique oceanus circumſcribat omnes terras, & ambiat?* Mox: *Quum vero omnes terras omnifariam & undique verſum circumfluat, nihil citra eum eſt, ſed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis + in medio ejus ſunt omnia, quæ intra oras ejus incluſa ſunt.* [33] M. Acilius Conſul in oratione ad milites, quæ apud Livium: *Oceano*, inquit, + *qui orbem terrarum amplexu finit.* In Senecæ [f] + ſuaſoriis dicitur oceanus totius orbis vinculum terrarumque cuſtodia: Lucano [g] + unda mundum coercens. [34] + Nec fingenda diviſio: nam cum primum terræ diviſæ ſunt, incognitum erat mare ſui maxima parte: atque ex eo + nullus fingi modus poteſt, quo gentes adeo diſſitæ de diviſione convenirent.

3. + Ideo, + quæ communia omnium fuerunt, + & in prima diviſione diviſa non ſunt, + ea non jam diviſione, + ſed occupatione tranſeunt in jus proprium, + nec dividuntur niſi poſtquam propria eſſe cœperunt.

IV. + Veniamus ad ea, quæ propria fieri poſſunt, ſed nondum facta ſunt propria. + Talia ſunt [a] loca multa inculta adhuc, + [b] inſulæ in mari, + feræ, piſces, aves. + Sed duo notanda ſunt: + duplicem eſſe occupationem, unam [35] per

a *Lib.* 1. c. 139.
b *Paneg.* p. 48. A. *Ed. II. Stephan.*
c *De gener. lib.* II. c. 2.
d *Vit. Apoll. Lib.* VII. c. 26. *Ed. Olear.*
e *Lib.* XII. *Cap.* 13.
f *Suaſ.* I.
g *Pharſ.* v. 619.

GRONOVII.

29 *Syrtibus*] Magna & minore in ora Africæ. *Lucan.* 9, 303. *Salluſt.* Jugurth. 78.

30 *In re terminata*] Quæ fines certos habeat.

31 Τὸ ὑγρὸν] Quod fluit vel liquidum eſt, non finitur proprio & ſui generis termino.

32 *Citra oceanum*] Error *Sulpicii Apollinaris*, qui putavit *citra* idem eſſe quod *extra*. At *citra* oceanum eſt *intra* oceanum. Sic Gallia citerior Romanis, quæ intra Alpes, Hiſpania citerior, quæ intra Iberum flumen.

33 *M.*] *Liv.* 36, 17.

34 *Nec fingenda*] Nec inducere in animum debemus, oceanum perinde ac terras a gentibus aliquando diviſum eſſe.

35 *Per univerſitatem*] Quum ex illa generis humani communitate partem ſibi eximit gens, vel civitas, vel regnum, & publicam facit.

GROTII.

x *Ad aucupia*] Et habitandi jus. Tam ſoli quam cœli menſura facienda eſt, ait *Pomponius* l. *ſi opus.* 21. §. 2. D. *quod vi aut clam.* Adde legem 83. ſeu penultimam. D. *pro ſocio.*

y *Niſi in re terminata*] Ideo jugera quæ poſſeſſorem non habent immetata dixit *Horatius.* (Lib. III. Od. XXIV, 12.)

z *Terra majus*] Ita de oceano ſenſit *Jarchas* apud Philoſtratum III, XI. (Cap. 37. *Ed. Olear.*)

a *Loca inculta adhuc*] Vide *Bembum* hiſtoriæ VI.

b *Inſulæ in mari*] Ut Echinades, quas occupando ſuas fecit Alcmæon. *Thucyd.* II. in fine. (Non *Echinades* occupavit *Alcmæon*, ſed loca circum *Oeniadas* urbem ſita, τοὺς περὶ Οἰνιάδας τόπους, adeoque in continenti; quamquam nata olim ex Inſulis quibuſdam vicinis. Inſpice locum, §. 102. *Ed. Oxon. J. B.*)

(ee) Vide contra, præter SELDENUM, in opere jam laudato, *Lib. I. Cap.* 22. Ampliſſim. BYNCKERSHOEK. Diſſ. *de Dominio Maris*, Cap. IX. *J. B.*

Digitized by Google

per univerſitatem, alteram [36] per fundos. + Prior ſolet fieri per populum, + aut eum, qui populo imperat: + altera deinde per ſingulos, + magis tamen [37] aſſignatione quam [38] libera occupatione. Quod ſi quid + univerſim occupatum in ſingulos dominos deſcriptum non eſt, + [39] non ideo vacuum cenſeri debet. + Manet enim in dominio primi occupatoris, puta, populi aut regis. + Talia eſſe ſolent flumina, + lacus, ſtagna, + ſilvæ, + montes aſperi.

V. De + feris, piſcibus, avibus illud notandum eſt: [a] qui imperium habet in terras & aquas, (ff) ejus lege impediri poſſe aliquos, ne feras, piſces, aves capere, & capiendo acquirere eis liceat: + atque hac lege teneri etiam exteros. Ratio eſt, quia ad gubernationem populi [40] moraliter neceſſarium eſt, ut qui ei vel ad tempus ſe admiſcent, quod fit intrando territorium, + ii conformes ſe reddant ejus populi inſtitutis. Nec obſtat, + quod ſæpe in jure Romano legimus, + jure naturæ, aut gentium, liberum eſſe talia animalia venari: + hoc enim verum eſt, quamdiu lex civilis nulla intercedit; + ſicut lex Romana res multas relinquebat [41] in illo primævo ſtatu, de quibus aliæ gentes aliud conſtituerunt. + Cum autem lex civilis aliud conſtituit, + eam obſervari debere jus ipſum naturæ dictat. + Lex enim civilis quanquam nihil poteſt præcipere, quod jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, + poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, + & vetare, quod naturaliter licebat, + [42] atque etiam ipſum dominium naturaliter acquirendum vi ſua antevertere.

[a] *Covarr. c. peccatum par. II. §. 8. Dd. in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trin. Innoc. & Panorm. in c. a nobis 1. de ſent. excommun. Covarr. dict. loc.*

VI. 1. + Videamus porro, + ecquod jus communiter hominibus competat in eas res, quæ jam propriæ aliquorum factæ ſunt. + Quod quæri mirum forte aliquis putet, cum proprietas [43] videatur abſorbſiſſe jus illud omne, quod e rerum communi ſtatu naſcebatur. Sed non ita eſt. + Spectandum enim eſt quæ mens eorum fuerit, qui primi dominia ſingularia introduxerunt: quæ credenda eſt talis fuiſſe, + ut quam minimum ab æquitate naturali receſſerit. + Nam ſi ſcriptæ etiam leges in eum ſenſum trahendæ ſunt quatenus fieri poteſt, + multo magis mores, qui ſcriptorum vinculis non tenentur.

2. + Hinc primo ſequitur, + in graviſſima neceſſitate reviviſcere (gg) jus illud priſtinum rebus utendi, + tanquam ſi communes manſiſſent: + quia in omnibus

GRONOVII.

36 *Per fundos*] Quum certas portiones privati conſequuntur.

37 *Aſſignatione*] Attributione, quæ fit per electos, aut præfectos ei rei, ut apud Romanos per Triumviros coloniis deducendis.

38 *Libera occupatione*] Cujuſque privati.

39 *Non ideo vacuum*] Exemplum apud *Tacitum* 13. annal. 54.

40 *Moraliter neceſſarium*] non quidem neceſſitate abſoluta & naturali, ſed introducta gentium inſtitutis.

41 *In illo primævo ſtatu*] Sic olim in Hiſpania quilibet è vulgo rei metallicæ, prout libuiſſet, operam dabat. *Diod.* 5, 36.

42 *Atque etiam ipſum*] Et eximere aliquid promiſſæ occupationi, naturali jure conceſſa erat.

43 *Videatur abſorbſiſſe*] Suſtuliſſe omnem poteſtatem aliorum in re, quæ propria ex communi facta eſt.

(ff) Animalia illa, non minus quàm res aliæ, quæcumque in dominio ſingulorum non ſunt, manſerunt re verà in dominio populi, aut Regis, aut Senatus; adeo ut nequaquam neceſſarium ſit fingere, adquiſitionem dominii in ejuſmodi rebus lege anteverti. Vide quæ diximus in PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. VI. §. 3, 4. & *De Officio Hom. & Civ.* Lib. I. Cap. XII. §. 6. ultimarum Editionum. *J. B.*

(gg) Confer. PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. VI. §. 5, 6, 7. ubi argumentum iſtud adcuratius pertractatur. *J. B.*

omnibus legibus humanis, + ac proinde & in lege dominii, ſumma illa neceſſitas videtur excepta.

3. + Hinc illud, + ut in navigatione, [a] ſi quando defecerint cibaria, quod quiſque habet, in commune conferri debeat. + Sic & defendendi mei cauſa vicini ædificium [b] orto incendio [44] diſſipare poſſum: + & funes aut retia diſcindere, [c] in quæ navis mea impulſa eſt, [e] ſi aliter explicari nequit. + Quæ omnia [45] lege civili non introducta, ſed expoſita ſunt.

4. + Nam & inter [d] Theologos recepta ſententia eſt, in tali neceſſitate, ſi quis quod ad vitam ſuam neceſſarium eſt, ſumat aliunde, eum furtum non committere: + cujus [46] definitionis non hæc cauſa eſt, quam nonnulli adferunt, + quod rei dominus ex caritatis regula rem egenti dare tenetur, + ſed quod res omnes in dominos diſtinctæ, [47] cum benigna quadam receptione primitivi juris videantur. + Nam ſi primi diviſores interrogati fuiſſent quid de ea re ſentirent, reſpondiſſent quod dicimus. *Neceſſitas*, inquit pater Seneca, [e] *magnum humanæ imbecillitatis patrocinium*, + [d] *omnem legem* + (humanam ſcilicet, + aut ad humanæ modum factam) *frangit*. + [f] Cicero Philippica XI. *Caſſius in Syriam profectus eſt*, + *alienam provinciam*, [48] *ſi homines legibus ſcriptis uterentur*: + *his vero oppreſſis*, [49] *ſuam lege naturæ*. + Apud Curtium [g] eſt: *In communi calamitate* + [50] *ſuam quemque habere fortunam*.

VII. Sed cautiones adhibendæ ſunt, + [h] ne evagetur hæc licentia: quarum prima ſit, omni modo primum tentandum, + an alia ratione neceſſitas evadi poſſit, + puta adeundo magiſtratum, aut etiam tentando, + an rei uſus a domino poſſit precibus obtineri. + Plato [i] ex vicini puteo aquam peti ita demum permittit, ſi quis in ſuo [51] ad cretam uſque foderit ad aquam exquirendam: + & Solon, ſi in ſuo foderit + ad quadraginta cubitos: ubi addit [k] Plutarchus: ἀπορίᾳ γὰρ ᾤετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν· *arbitrabatur ſubveniendum*

a L. 2. §. 2. D. de l. Rhod.
b L. 3. §. 7. D. de incend.
c L. 29. §. 3 D. ad leg. Aquiliam.
d Thom. 2, 2. 66, 7. Covar. cap. peccatum. p. 2. §. 1. Soto lib. v. q. 3. art. 4.
e Controv. IV. 27.
f Cap. 12.
g Lib. VI. c. 4.
h Leſſ. lib. II. c. 12. dub. 12. n. 70.
i De Legg. Lib. VIII. p. 844. B.
k Vit. Sol. p. 91.

GROTII.

e *Si aliter explicari nequit*] Talia non procedunt niſi ex magna & ſatis neceſſaria cauſa. *Ulpianus* l. *Si aliter*. §. 4. D. *quod vi aut clam*: ubi ſequitur exemplum illud de ædibus interciſis arcendi incendii cauſa.

d *Omnem legem frangit*] *Quicquid coëgit, defendit*. lib. IV. contr. XXVII. Exemplis idem *Seneca* illuſtrat in excerptis controverſiæ IV. (*Lib. IV.*) *Neceſſitas eſt, quæ navigia jactu exonerat: neceſſitas eſt, quæ ruinis incendia opprimit: neceſſitas eſt lex temporis*. *Theodorus Priſcianus* vetus medicus: *Expedit prægnantibus in vitæ diſcrimine conſtitutis ſub unius partus ſæpe jactura ſalutem mercari certiſſimam, ſicut arboribus creſcentium ramorum accommodatur ſalutaris abſciſſio, & naves preſſæ onere cum gravi tempeſtate jactantur, ſolum habent ex damno remedium*. Prima verba illa ad ἐμβρυοθλάστην pertinent, cujus inſtrumenti deſcriptio apud *Galenum* & *Celſum*, ac proinde eadem vox reſtituenda apud *Tertullianum* de anima. (Locus *Tertulliani* legitur Cap. 25. Sed emendatio, quam Auctor heic proponit, ab aliis jam occupata fuerat, etiam ante H. STEPHANUM, qui illam probat, in *Theſauro*, ſuo, Tom. I. pag. 796. *J. B.*)

GRONOVII.

44 *Diſſipare poſſum*] Quod eſt incendium ruina extinguere: quod de ſuis fortunis dicebat Catilina.

45 *Lege civili*] Pandectas quoque juris civilis Romani ſanxit; non tamen, ut propriam ejus juris partem, aut illius civitatis populive conſtitutionem, ſed ut a naturæ æquitate comparatam legem.

46 *Definitionis*] Regulæ, ſententiæ, pronuntiati.

47 *Cum benigna receptione*] Ea cum conditione atque exceptione, ut, ubi noxæ & damno eſt diſtinctio dominiorum, ibi valeat priſtina communitas.

48 *Si homines legibus*] Niſi bellum civile juris ordinarii ſtrictam obſervationem ſuſtuliſſet.

49 *Suam lege naturæ*] Quæ bono civi præcipit eam provinciam ſuam putare, in qua ſervire patriæ poſſit, etſi publica auctoritate ob turbas careat.

50 *Suam quemque*] Unumquemque conſulere ſibi, ut poteſt. 6, 4.

51 *Ad cretam*] Ad ſiccum & ſolidum, ut deſinat eſſe ſpes aquæ inveniendæ. *Plinius* nat. hiſt. 31, 3. 1341. *Plutarchus* περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, p. 827.

52 *Tabu-*

Digitized by Google

dum neceſſitati, + *non inſtruendam pigritiam.* Xenophon [a] in reſponſo ad + Sino- a *Exped.*
penſes: ὅποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν οὐκ ἔχωμεν, ἄν τε εἰς βάρβαρον γῆν, ἄν *Cyri* v. c. 5.
τε εἰς Ἑλληνίδα, οὐχ ὕβρει, ἀλλ' ἀνάγκῃ, λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια· + *ubi*
jus emendi nobis non conceditur, ſive in Barbarico, ſive in Græcanico ſolo, ibi quæ
opus eſt ſumimus, non per proterviam, ſed ex neceſſitate.

VIII. Secundo, + non concedendum hoc ſi pari neceſſitate ipſe poſſeſſor te-
neatur. + Nam in pari cauſa poſſidentis melior eſt conditio. *Stultus non eſt*, ait
[b] Lactantius, *qui* [52] *tabula naufragum, ne ſalutis quidem propriæ cauſa, nec equo* b *Inſt. Lib.*
ſaucium dejecerit: + *quia ſe abſtinuit a nocendo, quod eſt peccatum, & hoc pecca-* v. c. 17.
tum vitare ſit ſapientia. Cicero dixerat [c] Officiorum III. (hh) *Nonne igitur ſa-* c *Cap.* 6.
piens, ſi fame ipſe conficiatur, abſtulerit cibum alteri, homini ad nullam rem utili?
Minime vero. Non enim mihi eſt vita mea utilior quam [53] *animi talis affectio*, + *ne-*
minem ut violem commodi mei gratia. Apud [d] Curtium legitur: *Melior eſt cauſa* d *Lib.* VII.
ſuum non tradentis, + *quam poſcentis alienum.* c. 1.

IX. Tertio + ubi fieri poterit, [54] faciendam reſtitutionem. Sunt quidam, [e] qui e *Adr.*
aliter cenſent hoc argumento, + quod qui jure ſuo uſus eſt, ad reſtitutionem *quodlib.* 1.
non obligetur. Sed verius eſt, + [f] jus hic non fuiſſe plenum, ſed reſtrictum *art.* 2. *col.* 3
cum onere reſtituendi ubi neceſſitas ceſſaret. + Tale enim jus ſufficit [55] ad f *Covarr.*
ſervandam naturalem æquitatem contra rigorem dominii. *dict. loc. num.* 4.

X. Hinc + colligere eſt, quomodo ei, qui + bellum pium gerit, + liceat lo-
cum occupare, qui ſitus ſit [56] in ſolo pacato: nimirum ſi non imaginarium,
+ ſed certum ſit periculum, ne hoſtis eum locum invadat, & inde irreparabilia
damna det: deinde, + ſi nihil ſumatur, quod non ad cautionem ſit neceſſarium,
puta, nuda loci cuſtodia, + relicta domino vero juriſdictione & fructibus: po-
ſtremo, + ſi id fiat animo reddendæ cuſtodiæ ſimulatque neceſſitas illa ceſſaverit.
+ *Enna aut malo, aut neceſſario facinore retenta*, (ii) ait [g] Livius: + quia ma- g *Lib.*
lum hic, quicquid vel minimum abit a neceſſitate. Græci, qui cum [h] Xeno- xxv. c. 39.
phonte erant, cum navibus omnino opus haberent, ipſius Xenophontis conſi- h *De Exped. Cyri*
lio + ceperunt tranſeuntes, + ſed ita ut merces dominis intactas conſervarent, *lib.* v. c. 1.
nautis vero & alimenta darent, & pretium perſolverent. + Primum ergo quod poſt
dominia ex veteri communione reſtat jus, eſt id quod jam diximus neceſſitatis.

+ XI. + Alterum eſt + [57] utilitatis innoxiæ. *Quidni enim*, inquit [i] Cicero +, i *De Off.*
quando I. c. 16.

GRONOVII.

52 *Tabula*] Quavis materia, aſſere, ligno fractæ navis.

53 *Animi talis*] Propoſitum non recedendi ab eo, quod juſtum eſt.

54 *Faciendam reſtitutionem*] Si aliena re, tanquam communi in neceſſitate uſus fueris, mutatis in melius temporibus, id quod conſumſeris, reſtitui oportere.

55 *Ad ſervandam*] Ad fruendum ex antiquiſſima communione, quibus introducta dominia uti ſevere prohibent.

56 *In ſolo pacato*] Terris eorum, qui non ſunt hoſtes noſtri, ut Ordines Belgii liberi fecerunt in Trajectu Moſæ, Rhenoberga, Orſavia, Embrica, Veſalia, quas hoſtis Hiſpanus occupatas præſidiis tenebat, & inde ſocios eorum infeſtabat.

57 *Utilitatis innoxiæ*] Per quam meum commodum ſine damno alterius quæro. Inde actio pauperis adverſus divitem, qui flores ſuos, unde pauperis apes mella legebant, veneno infecit, apud *Quinctilianum* declam. 13.

(hh) Non agit *Cicero* de caſu, in quo par eſt utrinſque neceſſitas: adeoque & locus ille malè aptatur, & ſententia ejus, in ſe ſpectata, rigida eſt ultra modum. *J. B.*

(ii) Non congruit hoc exemplum, ut patebit locum inſpicienti. *J. B.*

Digitized by Google

quando ſine detrimento ſuo poteſt, [58] *alteri communicet in iis, quæ ſunt accipienti utilia, danti non moleſta?* Ideo Seneca + [a] beneficium negat dici poſſe ignis accendendi poteſtatem. Apud + [b] Plutarchum legimus Sympoſiacon VII. ὔτε γὰρ τροφὴν ἀφανίζειν ὅσιον αὐτοὺς ἄδην ἔχοντας, ὔτε νάματος ἐμφορηθέντας, πηγὴν ἀποτυφλῦν καὶ ἀποκρύπτειν, ὔτε πλῦ σημεῖα καὶ ὁδοῦ διαφθείρειν χρησαμένυς, ἀλλ' ἐᾶν καὶ ἀπολείπειν τὰ χρήσιμα τοῖς δεησομένοις μεθ' ἡμᾶς· *Nam neque alimenta nobis fas eſt perdere, ubi ipſi plus ſatis habemus, neque fontem, poſtquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare,* + *neque* [59] *ſigna navigationis aut itineris abolere, quæ nobis uſui fuerint.* [*Sed relinquenda iſta ſunt, ut aliis etiam poſt nos uſui eſſe poſſint.*]

a IV. de Beneſ. c. 29.
b Quæſt. 4.

XII. Sic + flumen, + [60] qua flumen dicitur, + proprium eſt populi, cujus intra fines fluit, + vel ejus, cujus in ditione eſt populus: + atque ei licet [61] molem in flumen injicere: & + quæ in flumine naſcuntur, ejus ſunt. + At idem flumen, [62] qua aqua profluens vocatur, + [c] commune manſit, + nimirum ut bibi hauririque poſſit.

c L. Quædam 2. D. de rer. div. §. 1.

Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi;
Atque cavum vaſtas in mare ſervet aquas?

Inquit [63] Ovidius [d]: apud quem [e] & Lycios Latona ſic alloquitur:

d Art. am. III, 93.
e Metam. VI, 349.

Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt:

Ubi & undas vocat [64] munera publica, + id eſt, hominibus communia, vocis publicæ acceptione + minus propria: + quo ſenſu res quædam publicæ juris gentium dicuntur. + Virgilius [f] undam eodem ſenſu dixit cunctis patentem.

f Æn. VII, 230.

+ XIII. 1. [65] Sic & terræ, + & flumina, & + [66] ſiqua pars maris in proprietatem

GRONOVII.

58 *Alteri communicet*] Hoc Latinum non eſt. Itaque non potuit *Cicero* dicere, qui ſemper, communicare quid cum aliquo, non communicare alicui. Fraus huic loco facta eſt. Sic enim *Cicero* 1. Off. 16. *Una ex re ſatis præcipit, ut quicquid ſine detrimento accomodari poſſit, id tribuatur vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente, pati ab igne ignem capere, ſi quis velit conſilium fidele deliberanti dare: quæ ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non moleſta.*

59 *Signa navigationis aut itineris*] Exemplum nobile præbet Darius Codomannus Perſarum rex in ponte Lyci. *Juſtin.* 11, 14.

60 *Qua flumen dicitur*] Si omne corpus intelligas parti territorii incluſum.

61 *Molem injicere*] Hujuſmodi molis mentio apud *Tacit.* 5. hiſt. 19.

62 *Qua aqua profluens*] Si in flumine manantes & momento temporis mutatas undas intelligas, neque enim propriæ ſiunt, niſi a quo hauriuntur.

63 *Ovidius*] 6. Metam. 350.

64 *Munera publica*] Inf. num. 17. & cap. ſeq. num. 2.

65 *Sic & terræ &c.*] Verum putat tranſituro cum exercitu alienos fines poſtulandum prius tranſitum, ſed ſi negetur, vindicari poſſe. Sane ſi jus eſt ei vindicandi, jus etiam alteri eſt negandi. Etenim ſi principi vel populo licet prohibere ipſis indigenis, ne ſint armati intra fines, quamvis pauci, quamvis ſinguli, multo magis ei licet hoc non concedere exteris: ab his enim major metus. Sic apud *Petronium* miles Encolpium paganum ponere jubet arma, & malo cavere. Sic *Cicero* in Sicilia, poſtquam domitis fugitivis inde Man. Aquilius deceſſit, omnium inſtituta atque edicta prætorum fuiſſe ejuſmodi teſtatur, ut ne quis cum telo ſervus eſſet. lib. V. Verr. 3. Præterea ſi privatus prohibere poteſt, ne quis ingrediatur fundum ſuum venandi vel aucupandi gratia, multo magis princeps vel populus, ne exercitus aut multitudo armata ipſius tranſeat fines. At verum prius facit §. 12. *Inſtitution.* de R. D. Hinc eum Philippus Macedo prætextu ponendæ Herculi in oſtio Iſtri ſtatuæ pacatum acceſſum ad religionem Dei per Scythiam petiſſet, rex Atheas armatum exercitum fines ingredi negavit ſe paſſurum. *Juſtin.* 9, 2. Et Cæſar, cum in Galliam tenderent Helvetii, dicerentque ſibi eſſe in animo ſine ullo maleſi-

Digitized by Google

tatem populi alicujus venit, + patere debet his [67] qui tranſitu opus habent + ad cauſas juſtas; + [a] puta, quia ſuis finibus expulſi quærunt terras vacuas, + aut quia commercium expetunt cum gente ſepoſita, aut etiam quia quod ſuum eſt + juſto

a Bal. III. *conſ.* 193.

maleficio per provinciam Romanam iter facere, rogarentque ut ejus voluntate ſibi facere liceret, reſpondit, ſe more & exemplo populi Romani non poſſe iter ulli per provinciam dare, &, ſi vim facere conentur, prohibiturum oſtendit. lib. I. bell. Gall. 8. Dicit more & inſtituto populi Romani, ut ſignificet Romanos hoc naturæ jus eſſe non putaſſe, ut neceſſario daretur. Sic cum de exercitu Romano in Aſiam adverſus Antiochum per Macedoniam ducendo deliberaretur, Publius Africanus ad fratrem, *Iter, quod inſiſtis*, ait, *L. Scipio, ego quoque approbo, ſed totum id vertitur in voluntate Philippi*. Liv. 37, 7. Judicans poſſe illum jure ſuo prohibere. Caſus, quo hic traditur, propria aliqua, ut communia, poſſe vindicari, non eſt utilitatis innoxiæ, & ob damna præſentia, & ob pericula graviora. Etenim ſi ne amica quidem & patria tranſeuntes exercitus ſancta & inviolata habent, quid facient in externis? Vide Othonianorum & Vitellianorum per pacatiſſima, per ipſam Italiam tranſitus apud *Tacit.* 2. hiſtor. 12. & 87. *Plin.* Panegyr. 20. *Quam diſſimilis nuper alterius principis tranſitus, ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cum abactus hoſpitium exerceret, omniaque dextra lævaque perusta & attrita, ut ſi vis aliqua vel ipſi illi barbari, quos fugiebat, inciderent.* Tales hodie omnes tranſitus nulla diſciplina Germania & Gallia experiuntur. *Cominæus* lib. 6. cap. 12. *Regnum ſub mortem Ludovici XI. utcunque patens & amplum exhauſtum erat & egenum, cum aliis rebus, tum maxime per traductos & commeantes hinc inde exercitus.* Ne dicam de annona, quam neceſſe eſt ingraveſcere incolis, majore hominum, quam tueri terrarum copiæ ſeu naturales ſeu adventitiæ ſolent, numero admiſſo. Pericula & metus longe graviores. Cæſar homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria & maleficio non exiſtimabat lib. 1. bell. Gall. 7. arma per ſe faciunt exſertos promtoſque in injurias, præſertim ubi numerus adeſt, & occaſio & pretium ſceleris. Notum illud *Homeri*: αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, & Valerii Flacci: *Namque virum trahit ipſe chalybs.* Non cogitaverint de maleficio cum adventarent: Occaſio furem facit: in peregrino quaſi exules ſunt, quibus *mille in dies nova conſilia aut fortuna ſua aut ingenium poſſit facere*, verbis *Livii* 35, 42. Quam facile venit alicui in mentem: *Videmus terram opulentam & uberem: nolite negligere, nolite ceſſare: eamus & poſſideamus illam: nullus erit labor.* Judic. 18, 10. Quam præſens eſt dici a tranſeuntibus privato de injuria facta conquerenti: *Cave ne ultra loquaris ad nos, & veniant viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereat.* ibidem v, 18. Quis neſcit toties ſubſidio vocatos & intra finem admiſſos externos, auxilium in perniciem vertiſſe, neque ullis pactis, ullis exſecrationibus deterreri potuiſſe a facinore, ut fidem datam ſervarent? Athenienſes claſſe in Siciliam navigarunt, *ut ſub ſpecie ferendi Catinienſibus auxilii tentarent inſulæ imperium*, inquit *Juſtinus* 4, 3. Philippus bello ſacro civitates, quarum paulo ante dux fuerat, quæ ſub illius auſpiciis militaverant, quæ gratulatæ illi ſibique victoriam fuerant, hoſtiliter occupatas diripuit: non Diis publicis privatiſque, ad quos paulo ante ingreſſus hoſpitaliter fuerat, pepercit. 8, 3. Et plenus iſtorum ille Romanus miles Capuæ in hibernis locatus ſecum exigebat ita: *Cur autem potius Campani Italiæ agrum uberrimum, dignam agro urbem, qui nec ſe nec ſua tutari poſſent, quam victor exercitus haberet, qui ſuo ſudore & ſanguine Samnites inde depuliſſet, &c.* Livius lib. 7, 38. Anglo-Saxones ut viderunt terram latam ac fertilem, & incolarum manus ad bellandum pigras, ſe vero & maximam partem Saxonum ſine certis ſedibus; mittunt ad evocandum majorem exercitum, & pace cum Scotis & Pictis firmata, in commune contra Brettos (i. e. Britannos, qui eos trans mare in auxilium vocaverant contra Scotos & Pictos, ut a *Claudiano* & vetuſtioribus hoc auctore appellantur) conſurgunt, eoſque regione propellunt, & ſuæ ditioni regimen diſtribuunt, ut narrat *Wittichind.* lib. 1. annal. Quid ab illis exſpectandum, qui in minus obligati ſunt, qui non promiſerunt etiam tueri, ſed tantum non offendere. Super hæc omnium fere imperiorum hoc vitium eſt, ut quo longius ab limite in interiora proceditur, eo imbecilliora invenias. Sic Pœnos foris invictos Agathocles & Scipio prope Carthaginem vicerunt. Sic Hannibal negabat Romanos niſi in Italia poſſe vinci. Ut in animantium corporibus infirmiſſima & periculis oportuniſſima ſunt vitalia. Ad hæc igitur myſteria intuenda admitti quaſi profanos & invidos oculos externæ, & magnæ multitudinis armatæ, in tanta hominum invadendi & poſſidendi libidine, res aleæ plena eſt. Quid quod in omnibus imperiis reperiuntur homines rerum novarum cupidi, qui tales hoſpites aut adverſus cives ſuos aut adverſus ſuperiores aut vicinos ultro incitent. Galli, in expeditione in Neapolitanum regnum, tranſitum per terras Florentinorum impetraverunt. Erant ſub horum imperio Piſani, quam urbem cum ingreſſus eſſet Carolus VIII. rex, plebs circumfuſa dominorum in ſe crudelitate expoſita orare regem cœpit, ut in libertatem avitam aſſereretur. Regis familiares poſtulationem juſtiſſimam eſſe dixerunt, & ille pactorum conventorum cum Florentinis immemor, nec quanti ea res momenti eſſet, expendens, liberos eſſe juſſit, ut ſcribit *Belcarius* commentariis rerum Gallicarum lib. 5. cap. 34. & ante illum *Cominæus* lib. 7. cap. 7. Sic apud *Tacitum* Lugdunenſes exſtimulabant ſingulos militum Vitellianorum tranſeuntium, & in everſionem Viennenſium impel-

Digitized by Google

† juſto bello petunt. † Ratio hic eadem quæ ſupra, † quia dominium introduci potuit [68] cum receptione talis [e] uſus, qui prodeſt his, illis non nocet: † ideoque dominii auctores id potius cenſendi ſunt voluiſſe.

b Num. XX. & XXI.

2. Exemplum habemus inſigne in Moſis hiſtoria, [b] qui cum transeundum haberet per alienos fines, primum † Idumæo, deinde † Emoræo [69] has tulit leges, † iturum ſe via regia, nec deflexurum ad poſſeſſiones privatas. Si qua re ipſorum haberet opus, † juſtum pretium eis perſoluturum. Quæ conditiones cum repudiarentur, † [f] juſtum eo nomine bellum intulit Emoræo. *Innoxius enim tranſitus denegabatur*, inquit [c] Auguſtinus, † *qui jure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.*

c Lib. qu. XLIV. ſuper Num. ad cap. 20.

d Apud Xenoph. De Exped. Cyr. Lib. II. cap. III. §. 12.

3. [70] Græci, qui cum Clearcho: [d] *πορευοίμεθα δὲ ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη ἀδικοῦντα μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς Θεοῖς ἀμύνασθαι. Domum ibimus, ſi nemo moleſtus ſit: ſi quis injuriam faciat, eum Deorum ope arcere conabimur.*

impellebant ob municipalem invidiam, 1. hiſtor.

65. Exempla, quæ auctor adducit, facti ſunt potentiorum, non juris. Quod autem Iſraelitis licuit bellare in Emorræos tranſitum negantes, non conceſſum, quia jus gentium negabant, ſed quia erant inter damnatos ſeptem populos, quorum terras Iſraelitis donaverat Deus, *Joſuæ* 3. verſu 10. Itaque hæc tantum fuit *πρόφασις* & *ἀφορμὴ*, non *αἰτία*, *prætextus* & *occaſio*, non *cauſa* belli. Itaque Edomitis idem negantibus abſtinuerunt, quia non erant ex damnatis donatiſque. Longe autem graviora obduci exempla poſſunt illorum, qui peſſimam mercedem ſuæ bonitatis tranſitum concedendo, tulerunt. Poſt pacem Antalcidæ, conquieſcente tota Græcia, Phœbidas Lacedæmonius exercitum auxilio Amynthæ Macedonis adverſus Olynthios ducebat per pacatos & amicos Thebanos: quibus nihil mali ſuſpicantibus, pellectus occaſione Cadmæam urbis arcem occupavit. Lacedæmonii querentibus Thebanis fœdus eſſe violatum, mulctam irrogarunt Phæbidæ, præſidium tamen in arce, & per illud urbem obnoxiam tenuerunt; donec conſilio Epaminondæ, virtute Pelopidæ liberaretur. *Diodor. Sicul.* l. 45, 20. Campani de exercitu Agathoclis Meſſanam ſpecie hoſpitum ingreſſi, ut inde conſcendentes in Italiam navigarent, ut viderunt pulcherrimam & copioſam urbem ſecure haberi, occiſis civibus uxores filiaſque eorum, domos & agros forte inter ſe diviſerunt. *Polyb.* 1. Unum exemplum addam, quod ſi hæc doctrina valeret, cum totius Europæ periculo vidiſſemus: ſed id ne ſinat Deus. Turcæ hodie petunt innoxium tranſitum a Cæſare per terras ejus ad oppugnandos Venetos: an quiſquam erit tam ſtultus aut malus conſiliarius, ut audeat dicere Cæſari, petere illos jus, quod noſtro metu non tollatur, petere quod eſt juris naturæ, quodque nullo, etiam religionis, prætextu poſſit negari. Quod ad cautiones, utantur illis, qui aliter non poſſunt: at cui ad negandum vires ſunt, eum ego memorem eſſe jubeo, ſæpe cautorem quoque captum eſſe: memorem nullo jure quenquam cogi, qui liber ſit, ut invitus dominum accipiat: ubi dominus, parem: qui autem armatum intra fines recipit, eum vel dominum vel parem accipere. Multo minus conceſſerim tranſitum jure non negari, ſi etiam ab eo, in quem bellum ſive juſtum ſive injuſtum (nihil enim horum præſtat altero magis a noxa ſecurum) movet is, qui tranſitum petit, metus accedat. Quomodo enim hæc petentis utilitas mihi, a quo tranſitus petitur, eſſe poteſt innoxia? Si nihil aliud ſequatur, commercia meis erunt ſublata cum eo, cujus hoſtem receperim. Deinde ille, in quem bellum movetur, ſi ſapiet, ad fines occurret venienti hoſti; quod ſi fiat, ego fecerim meas terras ſedem belli. Scire velim, quòd jus quenquam ad hoc incommodum patiendum, ſi vitare poteſt, obliget. Taceo de fine, ſi repellatur, quamvis juſtus aggreſſor.

66 *Si qua pars maris*] Quam terræ acceſſionem vocat *num.* 14. quæ proxima terræ eſt, aut anguſto ſinu, vel laxiore portu anguſti oris a reliquo mari ſecluditur.

67 *Qui tranſitu*] Ad ſtationem temporariam.

68 *Cum receptione*] Ita ut retineretur in commune facultas hæc iſtis utendi damnoſa nemini, nec domino adimere illam uſurpare volentibus liceret. *Receptio* eſt exceptio: ut num. 6. & *recepticium ſervum* apud *Gell.* 17. c. 6.

69 *Has tulit leges*] Propoſuit conditiones.

70 *Græci, qui cum Clearcho*] Reliquiæ decem millium, quæ Cyro minori, adverſus fratrem Artaxerxem Macrochira bellanti, auxilio miſerant Lacedæmonii.

GROTII.

e *Uſus qui prodeſt his, illis non nocet*] *Servius* ad VII. Æneidos: *littuſque rogamus innocuum: cujus vindicatio*, ait, *nulli poſſit nocere.* (Verſ. 230.)

f *Juſtum eo nomine bellum*] *Juſta bella gerebantur a filiis Iſraël contra Amorræos*, ait indicato hic loco *Auguſtinus*. Sic Amyntorem Orchomeni regem ob negatum tranſitum interfecit Hercules, notante id *Apollodoro*. (*Bibl.* Lib. II. c. 7. §. 7. *Ed. Th. Gal.*) Græci Telephum bello petiere, quod eos per fines ſuos tranſire paſſus non eſſet: notat Scholiaſtes ad *Horatii* carmen (*Epod.* XVII, 8.) in Canidiam. Adde *legem Longobardicam* lib. II. tit. LIII. Cap. 2.

g *Ageſ-*

Digitized by Google

bimur. Nec multo aliter [g] Ageſilaus, [a] cum ex Aſia rediens ad Troadem veniſſet, interrogavit, + ut amicum ſe an ut hoſtem tranſire vellent: Et [h] Lyſander [b] Bæotios, [71] rectis ſe haſtis tranſire vellent, an [72] inclinatis. Batavi apud Tacitum [c] Bonnenſibus nuntiant: *Si nemo obſiſteret, innoxium iter fore: ſin arma occurrant, ferro viam inventuros.* [d] Cimon quondam Lacedæmoniis ſuppetias laturus per agrum Corinthium traduxerat copias. Reprehenſus a Corinthiis quod non prius civitatem compellaſſet: nam & qui fores alienas pulſet, non intrare niſi domini permiſſu: *At vos*, inquit, *Cleonæorum & Megarenſium fores non pulſaſtis, ſed perfregiſtis, cenſentes omnia patere debere plus valentibus.* Media ſententia vera eſt, + [i] poſtulandum prius tranſitum; ſed ſi negetur, vindicari poſſe. [k] Ita Ageſilaus ex Aſia rediens cum a + rege Macedonum tranſitum poſtulaſſet, atque is conſultaturum ſe dixiſſet: *Conſultet*, inquit, *nos interea tranſibimus.*

a *Plut. Apop.* p. 211. C.
b *Ibid.* p. 229. C.
c *Hiſt.* IV. c. 20.
d *Plut. Cimo.* p. 489. C.

4. Neque recte incipiet aliquis + metuere ſe multitudinem tranſeuntium. [73] Jus enim meum metu tuo non tollitur: eoque minus, quia ſunt rationes cavendi, + ut ſi [74] diviſis manibus tranſmittantur copiæ, [l] ſi inermes, quod [e] Agrippinenſes Germanis dicebant: quem morem antiquitus in Eleorum regione obſervatum notavit [f] Strabo: + ſi [75] impenſa tranſeuntis, is qui tranſitum concedit, ſibi præſidia idonea conducat: [m] ſi obſides dentur, quod [76] a Demetrio Seleucus poſtulabat, ut eum intra ſui imperii fines ſubſiſtere ſineret.

Sic

e *Tac.* IV. *hiſtoriar.* c. 65.
f *Lib.* VIII. p. 358.

GROTII.

g *Ageſilaus*] Vide etiam in ejus vita hac de re *Plutarchum.* (*pag.* 604.)

h *Lyſander*] Et in hujus vita eundem. (*pag.* 445. D.)

i *Poſtulandum prius tranſitum*] *Ariſtophanes* Avibus: (*verſ.* 188.)

Εἶθ' ὥσπερ ἡμεῖς ἢν ἰέναι βουλώμεθα,
Πυθῶδε Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.

Ut nos, cum nobis Delphos ſumendum eſt iter,
Prius Bœotos tranſitum depoſcimus.

Ubi Scholiaſtes: τότε μόνον δίοδον ζητοῦσιν, ὅταν στράτευμα διάγῃ, *tunc demum iter poſcitur, ubi exercitus traducitur.* Veneti & Germanis, & Gallis de Marano certantibus iter præbuere. *Paruta* XI. Iidem Germanis conquerentibus de tranſitu hoſtibus dato, oſtendunt id niſi armis impediri non potuiſſe, quibus uti non mos ſibi, niſi in hoſtes manifeſtos. eodem libro. Sic & Pontifex ſe excuſat, libro ejuſdem XII.

k *Ita Ageſilaus ex Aſia rediens a rege Macedonum*] Etiam hac de re *Plutarchum* in ejus vita inſpice. (*Pag.* 604.)

l *Si inermes*] Exemplum in excerpto legationum XII. & apud *Bembum* L. VII. hiſtoriæ *Italicæ.* [Immo *Venetæ*, Fol. 104. *Ed. Ven.* 1551.] Vide & notabilia pacta de tranſitu inter Fredericum Barbaroſſam & Iſacium Angelum apud *Nicetam* libro 11. (Cap. 4. & 7.) de vita ejuſdem Iſacii aliquot locis. In imperio Germanico tranſitum poſtulans de damno reſarciendo cavet. vide & *Crantzium* Saxonicorum X. & *Mendoſam* in Belgicis. *Cæſar* Helvetiis iter per provinciam noluit concedere, quod homines inimico animo exiſtimabat non temperaturos ab injuriis & maleficio. *de bello Gallico* lib. 1. (Cap. 7. 8. Ex quo Auctore ſit *Excerptum Legat.* initio iſtius notæ indicatum, omiſit Auctor, aut Typographus, in omnibus Edit. nec in ullâ Collectione ejuſmodi *Excerptorum* invenire potui.)

m *Si obſides dentur*] Exemplum habes Procopii Perſicorum 11.

GRONOVII.

71 *Rectis ſe haſtis*] Pacatos & non minantibus armis.

72 *Inclinatis*] Prætentis, infeſtis, intentatis. Sic ponere haſtas. *Livius* lib. 35, 36.

73 *Jus meum metu*] Sed nec jure petendi, quod habet alter, jus prohibendi tollitur ei, qui poteſt prohibere: eum dominum recipere in regnum nemo cogatur. Sic Philippo jure negavit Atheas. *Juſtin.* 9, 2. Cæſar Helvetiis, 1. bell. Gall. 8.

74 *Diviſis manibus*] non uno continenti agmine, ſed inter ſingulas legiones aut cohortes intervallo facto.

75 *Impenſa tranſeuntis*] Si qui per alienos fines exercitum traducit, numeret pecuniam, qua princeps vel dominus eorum finium cogat militem, ne quid violent tranſeuntes, prohibiturum.

76 *A Demetrio*] Plutarchus p. 912.

Sic etiam + metus ab eo in quem bellum juſtum movet is qui tranſit, ad negandum tranſitum non valet. Neque magis admittendum + ſi dicas, & aliâ poſſe tranſiri: tantundem enim quivis diceret, atque eo modo jus tranſeundi plane interimeretur: ſed ſatis eſt ſi ſine dolo malo tranſitus poſtuletur, + qua proximum ac commodiſſimum eſt. + Plane ſi injuſtum moveat bellum, qui tranſire vult, + n ſi hoſtes meos ſecum ducat, negare tranſitum potero: + nam & in ſuo ipſius ſolo ei occurrere atque iter impedire fas eſſet.

5. Neque vero perſonis tantum, + ſed & mercibus tranſitus debetur. (kk) Nam [77] quominus [78] gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, + impediendi nemini jus eſt: + id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ, + nec quicquam damno id eſt: nam etiam ſi cui lucrum ſperatum, ſed non debitum, decedat, + id damni vice reputari non debet. Teſtimoniis, quæ ad hanc rem produximus + alibi, addemus unum o ex Philone: *πᾶσα δὲ θάλαττα φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, κατὰ τὰς ἀντιδόσεις ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν ἀντεκτίνουσιν αἱ χῶραι κοινωνίας ἱμέρῳ, τὰ μὲν ἐνδέοντα λαμβάνουσαι, ὧν δὲ ἄγουσι περιουσίαν ἀντιπέμπουσαι. Φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκράτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς ἀποτομάς·* *Mare omne navibus onerariis tuto ſatis navigatur,* + p *eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio*

G R O N O V I I.

77 *Quominus gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, impediendi nemini jus eſt: id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ &c.*] Nimis hoc laxe nimiſque liberaliter pronuntiatum. Intereſt ſocietatis humanæ eſſe commercia ut plurimum libera, nec ulli genti omnino præcludi: ſed hanc vel illam gentem excludi a commerciis certarum gentium, quæ tamen aliunde habeant, non eſt iniquum. Ipſe infra num. 20. dicit ad ſua vendenda non æquum jus eſſe omnibus, quum cuilibet liberum ſit ſtatuere, quid velit acquirere, vel non. Et ſequenti cap. num. XV. refert in fœdere quodam Pœnorum tum Romanis cautum, ne hi ultra Pulchrum promontorium, Maſtiam & Tarſejum prædas agerent, mercatumve irent: neque id reprehendit. Sic rege Amaſi ſolum Ægyptiis emporium fuiſſe Naucratem teſtatur *Herodotus*: quod ſi quis ad aliud oſtium Nili applicuiſſet, ei jurandum fuiſſe eo ſe veniſſe invitum ventis compellentibus: eo jurejurando dato licuiſſe ad Canopicum oſtium navigare; ſi non poſſet onera fluvialibus navigiis, Delta luſtrando, Naucratim portare. *Euterpe* cap. 188. Sic inter leges, quas L. Æmilius Paulus Macedonibus dedit, quum in quatuor regiones Macedoniam diſtribuiſſet, hæc eſt, ne connubium neve commercium agrorum ædificiorumque cuiquam extra ſuæ regionis fines eſſet, neve ſale invecto uterentur. *Livius* 45, 30. Sic rex Hiſpaniarum etiam ſuorum ſubjectorum parti negat commercia cum Peruanis: neque Belgicæ ſocietates iis, qui extra ſocietatem ſunt, in Indiis omnia permittunt. Quod Mairii illius, qui fretum ſui nominis (*Straat Le Maire* vulgo vocant) primus perrupit, claſſis experta eſt.

78 *Gens quæque*] *Livius* lib. 45, 29.

(kk) Vide P U F E N D O R F I U M, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 6. cum Notis noſtris. *J. B.*

G R O T I I.

n *Si hoſtes meos ſecum ducat*] Hoc dicebant Franci, qui in Venetia erant, Narſeti Longobardos ſecum ducenti. Gotthicorum IV. (ſeu *Hiſt. Miſc.* c. 26.) Alia negati itineris exempla habes apud *Bembum* libro VII. Italicorum (*Hiſt. Venet.* eodem loco, qui in Notâ antepenultimâ indicatus eſt) apud *Parutam* libro hiſtoriæ Venetæ V. & VI.

o *Ex Philone*] In legatione ad Cajum. (*Pag.* 998. 999. *Ed. Pariſ.*)

p *Eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio inter nationes intercedit*] *Servius* ad eclogam IV. (*verſ.* 37.) *navigatio ex mercimonii ratione deſcendit.* Idem ad Georgicon 1. (*verſ.* 137.) *ſignificat, neceſſitate quærendarum rerum homines navigandi peritiam ac ſtudium reperiſſe: commune bonum erat patere commercium maris.* [Ultima verba, *Commune bonum* &c. non ſunt *Servii*, ſed *Senecæ*, De Benef. 1, 8. *J. B.*] *Ambroſius* in opere de Creatione: (ſeu *Hexaëmer.* Lib. III. Cap. 5.) *Bonum mare tanquam hoſpitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatuum, quo ſibi diſtantes populi copulantur:* quæ ex *Baſilio* ſumta Hexaëmeri IV. (*pag.* 45, 46. Tom. I. *Ed. Pariſ.* 1638.) Mare forum mundi, inſulas ſtationes in mari eleganter dixit de providentia 11. *Theodoretus*. Adjungam his *Chryſoſtomi* ad Stelechium verba: *τί ἄν τις εἴποι τὴν πρὸς τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν γενομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τῆς ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποτροπὴ γίγνοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτομωτέραν ὁδὸν τὴν θάλατταν ἀνῆκε πανταχῆ τῆς*

γῆς

deſiderio inter nationes intercedit, dum mutuo aliarum copia aliarum inopiæ ſuccurrit. Nam invidia nunquam aut orbem univerſum, aut magnas ejus partes invaſit. Alterum ex Plutarcho, [a] qui de mari ſic loquitur: ἄγριον ὄντα καὶ ἀσύμβολον τὸν βίον τῦτο τὸ ςοιχεῖον συνῆψε καὶ τέλειον ἐποίησε, διορθȣ́μενον ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικȣρίαις, καὶ ἀντιδόσεσι κοινωνίαν ἐργαζόμενον καὶ φιλίαν· *Vitam noſtram feram alioqui & commerciorum exſortem,* + *hoc elementum ſociavit atque perfecit, ſuppleus quod deerat ope mutua, & permutatione rerum ſocietatem amicitiamque concilians.* + Quicum convenit Libanii illud: ὀυ μέν τοι πάντα γε πᾶσιν ἔνειμε μέρεσιν, ἀλλὰ διῄρει τὰ δῶρα κατὰ τοὺς χώρȣς, εἰς κοινωνίαν τοὺς ἀνθρώπȣς ἄγων τῇ παρ' ἀλλήλων χρείᾳ. καὶ φαίνει δὴ τὰς ἐμπορίας, ὅπως τῶν παρ' ἐνίοις φυομένων κοινὴν εἰς ἅπαντας ἐνέγκῃ τὴν ἀπόλαυσιν· *Deus non omnia omnibus terræ partibus conceſſit, ſed per regiones dona ſua diſtribuit, quo homines alii aliorum indigentes ope ſocietatem colerent. Itaque mercaturam excitavit, ut quæ uſquam nata ſunt, iis communiter frui omnes poſſent.* Euripides quoque Supplicibus Theſea inducens loquentem, his quæ humana ratio in commune bonum reperit, navigationem annumerat, his verbis: (*verſ.* 210.)

> Πόντȣ τε ναυςολήμαθ', ὡς διαλλαγὰς
> Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.
>
> *Et cuique terræ, quæ ſuum ingenium negat,*
> *Supplere ratium pelagiis diſcurſibus.*

+ Apud Florum [b] eſt: *Sublatis commerciis,* [79] *rupto fœdere generis humani.* *b Lib.* III. *c.* 6.

XIV. 1. Sed quæritur, an ita tranſeuntibus mercibus terra, aut amne, + aut parte maris, [80] quæ terræ acceſſio dici poſſit, + vectigalia imponi poſſint ab eo, + qui in terra imperium habet. ([11]) Certe + [81] quæcunque onera ad illas merces nullum habent reſpectum, ea mercibus iſtis imponi nulla æquitas patitur.

a Aqu. & Ign. compar. pag. 957.

γῆς ὁ Θεός, ἵνα ὥσπερ οἶκον ἕνα, τὴν οἰκȣμένην οἰκȣ̃ντες, ὅτω θαμινὰ πρὸς ἀλλήλους βαδίζωμεν, καὶ τῶν παρ' αὐτῷ ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδȣ̀ς εὐκόλως ἀντιλαμβάνῃ τὰ παρ' ἐκείνου, καὶ μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων ὥσπερ ἁπάσης κύριος ὤν, τῶν πανταχȣ̃ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ νῦν ἔξεστι καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλουσίας, ἕκαστον τῶν δαιτυμόνων τὸ παρατεθειμένον αὐτῷ δόντα τῷ πόῤῥωθεν κατακειμένῳ, τὸ παρακείμενον ἀντιλαβεῖν, τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα. *Quomodo autem ſatis digne quis explicet facilitatem ad mutua commercia nobis datam? ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeantibus adferret, breviorem viam, mare ſcilicet, ubique terrarum diſpoſuit Deus, ut mundum tanquam unam domum communiter inhabitantes, crebro nos invicem viſeremus, & apud ſe nata quiſque alteri communicans viciſſim commode acciperet res apud illum abundantes, ac ſic exiguam tenens terræ partem, ita tanquam ſi teneret univerſam, frueretur cunctis, quæ ubivis ſunt, bonis. Licet itaque nunc tanquam in communi menſa convivarum unicuique ea quæ ſibi oppoſita dare alteri longius accumbenti, ac contra quæ apud ipſum ſunt, accipere manu tantum extenta.* (Tom. VI. pag. 157. *Edit. Savil.*)

G R O N O V I I.

79 *Rupto fœdere*] Jure gentium. Vide ad *Senecæ* Herc. Fur. v, 49.

80 *Quæ terræ acceſſio*] Quam jure credi poſſit poſſeſſor terræ adjacentis, quaſi oram, laciniam, &, ut ita dicam, pomœrium ipſius terræ occupaſſe, & ſub dominio vel imperio habere.

81 *Quæ onera*] Suſtinentur nullo uſu aut commodo mercium hominumve tranſeuntium, eorum in partem illos vel hos vocari injuſtum eſt.

(11) Propter tranſitum ſolum poteſt omnino aliquid exigi, eodem jure, quo rei ſuæ uſu quivis alios arcet. Dicemus in Notis Gallicis. Interim vide quæ ſcripſimus in Pufendorf. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 7. ultimæ Editionis. *J. B.*

Digitized by Google

tur. + Sic nec [82] capitatio, civibus impoſita ad ſuſtentanda reipublicæ onera, ab exteris tranſeuntibus exigi poteſt.

2. Sed ſi aut + ad præſtandam ſecuritatem mercibus, + aut inter cætera etiam ob hoc onera ſuſtinentur, ad ea compenſanda vectigal aliquod imponi mercibus poteſt, + dum [83] modus cauſæ non excedatur. + [q] Inde enim pendet juſtitia, [84] ut tributi ita & vectigalis. + Sic vectigal equorum & + [85] neti, [a] quæ [86] Iſthmum Syriacum tranſibant, [87] accepit rex Solomo. De thure Plinius: [b] *Evehi non poteſt*, + *niſi per Gebanitas.* [r] *Itaque & horum regi penditur vectigal.* + Sic ditati Maſſilienſes ex foſſa quam ex Rhodano in mare Marius duxerat, *πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους*· [s] *vectigal exigentes ab iis, qui navibus aſcenderent aut deſcenderent*, ut Strabo [c] narrat libro quarto. Idem libro octavo nos docet, [d] Corinthios ab antiquiſſimis uſque temporibus vectigal percepiſſe de mercibus, quæ [88] ad vitandum Maleæ flexum, terra [89] de mari in mare transferebantur. Sic pro [e] Rheni tranſitu pretium accipiebant Romani. + *Etiam in pontibus pro tranſitu datur*, inquit [f] Seneca. + Et de fluminum tranſitu pleni ſunt [g] juriſconſultorum libri.

3. + Sed frequens eſt ut æquus modus non ſervetur, + cujus rei Phylarchos Arabum incuſat Strabo, [h] hoc addito: *χαλεπὸν γὰρ ἐν τοῖς τοσούτοις καὶ τοῖς αὐθάδεσι κοινὸν ἀφορισθῆναι μέτρον τὸ τῷ ἐμπόρῳ λυσιτελές*· *Difficile enim eſt, ut inter validos & feroces definiatur modus mercatori non gravis.*

XV. 1. Morari + quoque aliquantiſper prætervehentibus aut prætereuntibus, valetudinis, aut alia qua juſta de cauſa, licere debet. + [i] Nam eſt & hoc inter utilitates innoxias. [t] Itaque Ilioneus apud Virgilium, [k] cum Trojani in terra Africa conſiſtere vetarentur, + Deos judices audet invocare: & probata Græcis querela Megarenſium adverſus Athenienſes, qui eos portubus ſuis arce-

a 1 *Reg.* x, 28.
b xii, 14. *Hiſt. Nat.*
c *Pag.* 183.
d *Pag.* 378.
e *Tac. hiſt.* iv. c. 65. n. 6.
f *De conſt. ſapient.* c. 14.
g *Chop de Do. lib.* 1. *tit.* 9. *Pereg. l.* 1. *de jure fiſci* c. 1. n. 22. *Aug. conſ.* 199. *Zabar. conſ.* 38. *Firm. in tr. de gabell.*
h *Lib.* xvi. pag. 748.
i *Vict. de Indis, Relect.* 2. n. 1.
k *Æn.* 1. 543. & *ſeqq.*

GRONOVII.

82 *Capitatio*] Cenſus, ſtipendium in capita hominum deſcriptum.

83 *Dum modus cauſæ*] Dum non plus petatur, quam exigunt illa onera, quæ præſtat.

84 *Ut tributi, ita & vectigalis*] *Tributa* propriè, quæ pro cenſus i. e. pro prædiorum & patrimonii modo imponuntur. *Vectigalia*, portoria, decumæ, ſcriptura, centeſimæ, viceſimæ, quadrageſimæ &c.

85 *Neti*] Fili lintei, telæ, byſſi.

86 *Iſthmum Syriacum*] Quæ *clauſtra Ægypti* vocat *Tacitus* 2. hiſtor. 82.

87 *Accepit rex Solomo*] Videntur ſacræ tabulæ dicere, per negotiatores ea in Ægypto emiſſe Salomonem, & Syris per eoſdem vendidiſſe.

88 *Ad vitandum*] Ne circumeunda eſſet Peloponneſus, & pericula circa Malcum promontorium Laconices ſubeunda.

89 *De mari in mare*] Ægeo in Ionium, & viciſſim. *Traductionem* vocant Latini, quod Hollandi inter Amſtelædamum & Harlemum *Overtoom*. *Jul. Hyginus* in Cinnæ propemptico: *Ab Actio navigantes ſtadia XL. veniunt ad Iſthmum Leucadienſium, ibi ſolent iteris minuendi cauſa remulco, quem Græce πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Idem, *quærunt etiam nonnulli, quamobrem ejus cura jubeat Actio navigare, quod eſt e regione traductionis Leucadienſis, & rurſus ab Actio circa inſulam moneat ire caris.* Soſip. lib. 1. in voce Iteris.

GROTII.

q *Inde enim pendet juſtitia, ut tributi ita & vectigalis*] Vide *legem Longobardicam* libro III. titulo I. Cap. 31. 33. & epiſtolam Epiſcoporum ad Ludovicum regem, quæ inter capitula legitur *Caroli Calvi* cap. 14.

r *Itaque & horum regi penditur vectigal*] Simile apud *Leonem Afrum* non longe ab initio. (Forte *pag.* 47. *Ed. Elzevir.* 1632.)

s *Vectigal exigentes ab iis, qui navibus aſcenderent aut deſcenderent*] Huc alludens *Ariſtophanes* in Avibus vult interſtrui aërem, ut Dii cogantur de victimarum nidore vectigal pendere. (*Verſ.* 190. & *ſeqq.*)

t *Itaque Ilioneus*] *Servius* ad eum locum: *Occupantis enim eſt poſſeſſio littoris: unde oſtenduntur crudeles, qui etiam a communibus prohibeant*, Laomedon ab Hercule occiſus quod eum Trojæ portu pelleret, *Servio* ibidem narrante. [Non, ſed ad *verſ.* 619.]

90 *Nu-*

Digitized by Google

arcebant, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια, + *contra jus commune*, ut Plutarchus [l] loquitur: + ita ut Lacedæmoniis [90] nulla [m] belli cauſa juſtior viſa fuerit. ([mm])

2. + Cui & hoc conſequens eſt, + ut tugurium momentaneum ponere liceat, puta in littore, + etiam ſi littus a populo occupatum concedamus. Nam quod [91] decretum prætoris adhibendum dixit + Pomponius, ut in littore publico vel mari exſtruere quid liceat, + ad permanentia ædificia pertinet: [92] quo & illud [n] Poëtæ:

Contracta piſces æquora ſentiunt
+ *Jactis in altum molibus* —

l Pericles c. 53. pag. 168. B.
m Diod. lib. XII. p. 306. *Ed. Steph. Thuc.* L. 1. c. 67.
n Horat. I. *Od.* 1. 33.

XVI. Sed + & perpetua habitatio his, qui ſedibus ſuis expulſi receptum quærunt, ([nn]) + deneganda non eſt externis, + dum & imperium, quod conſtitutum eſt, ſubeant, + & quæ alia ad vitandas ſeditiones ſunt neceſſaria. Quam æquitatem recte obſervavit divinus poeta, cum Æneam inducit has ferentem conditiones: (*Æn.* XII, 192.)

— *ſocer arma Latinus habeto,*
+ *Imperium ſolenne ſocer.* —

Et apud Halicarnaſſenſem [o] Latinus ipſe + æquam eſſe dicit Æneæ cauſam, ſi ſedium inopia compulſus eo adveniſſet. + Barbarorum eſt hoſpites pellere, ait ex Eratoſthene [p] Strabo: nec probati hac in parte [93] Spartani. Ambroſio [q] quoque judice illi, qui [94] peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi. + Sic [r] Æoles Colophonios, Rhodii Phorbantem [s] ejuſque ſocios Cares Melios, Lacedæmonii [t] Minyas, Cumæi [u] alios ad ſe adventantes exceperunt. At de iiſdem Minyis recte + Herodotus, cum recepti partem imperii poſcerent, [x] ait eos ἐξυβρίσαι καὶ ποιῆσαι οὐχ ὅσια, *injurioſos fuiſſe & feciſſe quæ facere fas non erat*: beneficium ab illis in injuriam verſum dixit [y] Valerius Maximus.

XVII. Sed + & ſi quid intra territorium populi eſt deſerti ac ſterilis ſoli, id quoque advenis poſtulantibus concedendum eſt, + aut etiam ab illis recte occupatur, + quia occupatum cenſeri non debet, quod non excolitur, + [95] niſi imperium quod attinet, + quod populo veteri ſalvum manet. + Trojanis data a Latinis

o Ant. Rom. Lib. I. c. 58.
p Lib. XVII. *pag.* 802.
q De officiis III. c. 7.
r Herod. l. 1. c. 150.
Pauſ. lib. VII.
s Diod. lib. V. p. 228.
t Herod. IV. 45.
u Oroſ. lib. VII.
x Lib. IV. c. 146.
y Lib. IV. c. 6. *ext.* 3.

GRONOVII.

90 *Nulla belli juſtior*] Quum pax a Cimone facta rumperetur, auctore Pericle, ne quid poſtulatis Lacedæmoniorum & conjunctorum his ſociorum concederent. *Juſtin.* 3, 7.

91 *Decretum prætoris adhibendum*] A magiſtratu veniam impetrandam. l. 50. *de acquir. rer. domin.* Et ſunt, qui velint legi *decretum principis.*

92 *Quo & illud*] Intellige, aut ad moles jaciendas in mare.

93 *Spartani*] *Cragius* de republ. Lacedæm. p. 125. libr. 3. tab. 3. Inſtit. 3. p. 210.

94 *Peregrinos urbe*] Cic. 3. Offic. 11. *Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoſque exterminant, ut Pennus apud patres noſtros, Papius nuper; nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere; quam legem tulerunt ſapientiſſimi Coſſ. Craſſus & Scævola: uſu vero urbis prohibere peregrinos ſane inhumanum eſt.*

95 *Niſi imperium quod*] Niſi quatenus ſub juriſdictione eſt.

(mm) Hoc erat contra fœdera. Deinde libertatem commerciorum, non verò facultatem tantum aliquantiſper morandi, de quâ agitur heic, *Megarenſibus Athenienſes* denegabant. Inſpice Auctorum loca in margine à me diſtinctiùs deſignata. *J. B.*

(nn) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 10. *& ſeqq.* ubi hæc quæſtio, & ſequentes accuratius expenduntur. *J. B.*

Digitized by Google

z *Ad lib.* XI. *Æneid.* verſ. 316.
a *Pag.* 105. C. *Edit. Morell.*
b *Tacit. Ann. lib.* XIII. c. 55.

tinis Aboriginibus jugera duri atque aſperrimi agri ſeptingenta, [u] ut [z] Servius notat. Apud Dionem Pruſicenſem [a] oratione VII. legimus: *οὐδὲν ἀδικοῦσιν οἱ τὴν ἀργὴν τῆς χώρας ἐργαζόμενοι*: + *nihil peccant qui partem terræ incultam colunt.* Clamabant olim [b] Anſibarii: *ſicut cælum Diis, ita terras generi mortalium datas,* + *quæque ſint vacuæ, eas publicas eſſe: Solem, quin etiam & ſidera reſpicientes quaſi coram interrogabant, vellentne contueri inane ſolum: potius mare ſuperfunderent adverſus terrarum ereptores.* Sed male dicta hæc generalia rei præſenti aptabant. Nam terræ illæ + non omnino erant vacuæ, ſed paſcendis pecoribus & armentis militum ſerviebant: quæ juſta Romanis negandi cauſa. Nec minus juſte jam olim [c] Romani + ex Gallis Senonibus quærebant: *quod jus eſſet agrum a poſſeſſoribus petere, aut minari arma?*

c *Liv. lib.* X. c. 36.

XVIII. Poſt + jus commune ad res + ſequitur jus commune ad actus: + quod datur [96] aut ſimpliciter, + aut [97] ex ſuppoſitione. Simpliciter datur hoc jus + ad actus tales, quibus ea comparantur, ſine quibus [98] vita commode duci nequit. + Non enim par hic neceſſitas requiritur ut in re aliena arripienda: + quia hic non agitur de eo, quod fiat domino invito, + ſed de modo acquirendi dominis volentibus: + tantum ne id aut [99] lege lata, aut [100] conſpiratione impedire liceat. + Eſt enim tale impedimentum + naturæ ſocietatis contrarium + in his, quas dixi, rebus. Hoc eſt, quod Ambroſius [d] vocat, [x] *ſeparare a commerciis communis parentis*, [1] *fuſos omnibus partus negare, conſortia vivendi* [2] *averruncare.* + Nam de ſupervacuis & mere voluptariis non agimus, + ſed de his quæ vita deſiderat, puta alimentis, veſtimentis, medicamentis.

d *De Offic. lib.* III. c. 7.

XIX. Ad + hæc igitur + æquo pretio comparanda + jus eſſe omnibus hominibus aſſeveramus: + [e] demto, ſi a quibus petitur ipſi ejus rei indigeant: [y] quomodo + in ſumma penuria frumenti [3] venditio prohibetur. Et tamen + ne in tali quidem neceſſitate + [4] expelli poſſe admiſſos ſemel peregrinos, + ſed commune malum communiter tolerandum oſtendit indicato jam loco Ambroſius.

e *Covarr. var. reſ. lib.* III. c. 14. *ibi: Tertio.* p. 270. *Ed. Francof.*

XX.

GRONOVII.

96 *Aut ſimpliciter*] In permiſſa omnibus & ubique.

97 *Ex ſuppoſitione*] In permiſſa certis populis. Aut, ſi mavis, citra reſpectum aliorum, vel aliorum intuitu.

98 *Vita commode*] Jus commune ad res poſſeſſas vel invitis dominis non redit, niſi ad eas res, ſine quibus omnino vivere non eſt: jus commune ad actiones ſubjectam habet materiam. *Vitam quæ faciunt beatiorem*, ut *Martialis* canit, & a volentibus conceduntur.

99 *Lege lata*] Per ſummam poteſtatem.

100 *Conſpiratione*] Per conſenſum & coitionem improbam privatorum.

1 *Fuſos omnibus*] Natos in utilitatem omnium viventium terræ proventus.

2 *Averruncare*] Putavit *averruncare* dici ab *eruncare*, & eſſe idem quod tollere & eradicare, eruere cum radicibus; at *averruncare* eſt avertere, depellere.

3 *Venditio*] Puta ad exteros vel exportatio vendendi cauſa.

4 *Expelli poſſe*] Quod fecit Auguſtus. *Sueton.* 42.

GROTII.

u *Ut Servius notat*] Ex *Catone*, *Siſenna*, aliiſque veterum.

x *Separare a commerciis communis parentis*] *Plutarchus* Pericle de Megarenſibus: (*Pag.* 168. B.) *αἰτιώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων, ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν εἴργεσθαι, καὶ ἀπελαύνεσθαι παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια*· *Dequerebantur omni ſe mercatu, omni portu, quem tenerent Athenienſes, arceri depellique contra gentium jura.* *Seneca* epiſtola LXXXVII. recitato *Virgilii* loco: (*Georg.* 1, 53.)

Et quid quæque ferat regio & quid quæque recuſet.

Iſta in regiones deſcripta ſunt, ut neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos commercium, ſi invicem alius ab alio aliquid peteret. Idem naturalium V, 18. *Quid quod omnibus inter ſe populis commercium dedit, & gentes diſſipatas locis, miſcuit?* Vide Anglorum querelas de Hiſpanis apud *Thuanum* libro LXXI. in hiſtoria anni CIƆ IƆLXXX.

y *Quomodo in ſumma penuria frumenti venditio prohibetur*] *Caſſiodorus* 1. epiſtola XXXIV. *Copia frumentorum debet provinciæ primum prodeſſe, ubi naſcitur.*

z *Im-*

Digitized by Google

XX. + [5] Ad ſua autem vendenda non æquum jus eſt. + [f] Nam cuilibet liberum eſt ſtatuere, quid velit acquirere aut non. + Ita vinum & alias merces exoticas olim non [g] recipiebant Belgæ. Et de Arabibus Nabatæis Strabo [h], εἰσαγώγιμα δ᾽ ἐςὶ τὰ μὲν τελέως, τὰ δ᾽ ȣ̓ παντελῶς: [z] *importare merces quaſdam licet, quaſdam non item.*

f Molina diſput. 105. *Ægi. Reg. de act. ſupernat. diſp.* 31. *dub.* 2. *n.* 52. *g Cæſ.* II. *bell. Gall. c.* 15. *h Lib.* XVI. *p.* 784.

XXI. 1. + In hoc jure, quod diximus, + ineſſe cenſemus etiam libertatem matrimonia ambiendi & contrahendi apud vicinas gentes. Puta, ſi [6] virorum populus aliunde expulſus alio advenerit (oo) nam ſine femina ætatem agere + etſi humanæ naturæ non omnino repugnat, + repugnat tamen naturæ plerorumque hominum. + Cœlibatus enim [7] non niſi excellentibus animis convenit. + Quare facultas comparandi uxores adimi viris non debet. Romulus apud + Livium [i] vicinos + rogat, ne graventur homines cum hominibus ſanguinem & genus miſcere. + Canulejus apud [k] eundem: *Connubium petimus, quod finitimis externiſque dari ſolet.* + *Jure belli injuſte negatas nuptias juſte victor auferret*, Auguſtino [l] judice.

i Lib. I. *c.* 9. *k Lib.* IV. *c.* 3. *l De Civ. Dei l.* 11. *c.* 17.

2. Leges autem civiles aliquorum populorum, quæ connubia exteris negant, aut ea ratione nituntur, + quod temporibus, quibus ſunt conditæ, nulli erant populi, quibus non feminarum copia ſuppeteret, aut non de quibuſvis connubiis agunt, + ſed de iis, [8] quæ juſta ſunt, hoc eſt, quæ ſpeciales quoſdam juris civilis effectus producunt.

+ XXII. + Ex ſuppoſitione jus commune eſt ad actus, [m] quos populus aliquis externis promiſcue permittit. + Nam tunc ſi [9] unus populus excludatur, ei fit injuria. Sic, ſi externis alicubi venari, piſcari, aucupari, margaritas legere licet, ſi ex teſtamento capere, ſi res vendere, ſi etiam extra penuriam feminarum conjugia contrahere, + uni populo id negari non poteſt; + niſi delictum præceſſerit: + qua de cauſa Benjaminitis [n] Hebræi cæteri ademerunt connubii facultatem.

m Vict. de rel. 2. *n.* 2. 3. *n Jud.* XX.

+ XXIII. + Sed de permiſſis quod diximus, + intelligendum eſt de his, quæ permiſſa ſunt, tanquam [10] ex vi naturalis libertatis nulla lege ſublatæ: + non ſi permiſſa ſint [11] per beneficium, relaxando legem. + Nam [12] in beneficii negatione nulla eſt injuria. + Atque ita arbitramur conciliari poſſe, quod poſt Franciſcum Victoriam quaſi ei contrarius notavit [o] Molina.

o Diſp. 105.

+ XXIV. Quæſitum memini, an populo alicui liceat cum alio populo paciſci, + ut is populus certi generis fructus, qui alibi non naſcuntur, ſibi ſoli vendat.

+ Licere

GROTII.

z *Importare meres quaſdam licet, quaſdam non item*] Vide *Crantzium* Saxonicorum XI. (*Cap.* 3.)

GRONOVII.

5 *Ad ſua vendenda*] Hinc excuſatur edictum ſenatus Anglici temporibus tyrannicis, quo vetabantur apportari merces, quæ in cujuſque naviculatoris patria non naſcerentur.

6 *Virorum populus*] Ex *Floro* 1, 1.

7 *Non niſi excellentibus*] Qui donum habent continentiæ, & aſceticam vitam exercere poſſunt.

8 *Quæ juſta ſunt*] Lib. I. cap. 3. num. 4.

9 *Unus populus*] Ut quum arcentur Judæi.

10 *Ex vi naturalis*] Sine pactione.

11 *Per beneficium*] Privilegio dato.

12 *In beneficii*] Sic Romani Boccho Mauritaniæ regi fœdus & ſocietatem petenti reſponderunt: cum meruerit. cap. 104. *Salluſtii* Bell. Jug.

(oo) At vero neceſſe non eſt, ut Populus, ſive virorum, ſive utriuſque ſexus, unquam intereat. Plura diximus in Notis Gallicis. *J. B.*

13 *Lucrum*

quando ſine detrimento ſuo poteſt, [58] *alteri communicet in iis, quæ ſunt accipienti utilia, danti non moleſta?* Ideo Seneca + [a] beneficium negat dici poſſe ignis accendendi poteſtatem. Apud + [b] Plutarchum legimus Sympoſiacon VII. οὔτε γὰρ τροφὴν ἀφανίζειν ὅσιον αὐτοὺς ἄδην ἔχοντας, οὔτε νάματος ἐμφορηθέντας, πηγὴν ἀποτυφλοῦν καὶ ἀποκρύπτειν, οὔτε πλοῦ σημεῖα καὶ ὁδοῦ διαφθείρειν χρησαμένους, ἀλλ' ἐᾶν καὶ ἀπολείπειν τὰ χρήσιμα τοῖς δεησομένοις μεθ' ἡμᾶς· *Nam neque alimenta nobis fas eſt perdere, ubi ipſi plus ſatis habemus, neque fontem, poſtquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare,* + *neque* [59] *ſigna navigationis aut itineris abolere, quæ nobis uſui fuerint.* [*Sed relinquenda iſta ſunt, ut aliis etiam poſt nos uſui eſſe poſſint.*]

a IV. de Benef. c. 29.
b Quæſt. 4.

XII. Sic + flumen, + [60] qua flumen dicitur, + proprium eſt populi, cujus intra fines fluit, + vel ejus, cujus in ditione eſt populus: + atque ei licet [61] molem in flumen injicere: & + quæ in flumine naſcuntur, ejus ſunt. + At idem flumen, [62] qua aqua profluens vocatur, + [c] commune manſit, + nimirum ut bibi hauririque poſſit.

c L. Quædam 2. D. de rer. div. §. 1.

Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi;
Atque cavum vaſtas in mare ſervet aquas?

Inquit [63] Ovidius [d]: apud quem [e] & Lycios Latona ſic alloquitur:

d Art. am. III, 93.

Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt:

e Metam. VI, 349.

Ubi & undas vocat [64] munera publica, + id eſt, hominibus communia, vocis publicæ acceptione + minus propria: + quo ſenſu res quædam publicæ juris gentium dicuntur. + Virgilius [f] undam eodem ſenſu dixit cunctis patentem.

f Æn. VII, 230.

+ XIII. 1. [65] Sic & terræ, + & flumina, & + [66] ſiqua pars maris in proprietatem.

GRONOVII.

58 *Alteri communicet*] Hoc Latinum non eſt. Itaque non potuit *Cicero* dicere, qui ſemper, communicare quid cum aliquo, non communicare alicui. Fraus huic loco facta eſt. Sic enim *Cicero* 1. Off. 16. *Una ex re ſatis præcipit, ut quicquid ſine detrimento accomodari poſſit, id tribuatur vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente, pati ab igne ignem capere, ſi quis velit conſilium fidele deliberanti dare: quæ ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non moleſta.*

59 *Signa navigationis aut itineris*] Exemplum nobile præbet Darius Codomannus Perſarum rex in ponte Lyci. *Juſtin.* 11, 14.

60 *Qua flumen dicitur*] Si omne corpus intelligas parti territorii incluſum.

61 *Molem injicere*] Hujuſmodi molis mentio apud *Tacit.* 5. hiſt. 19.

62 *Qua aqua profluens*] Si in flumine manantes & momento temporis mutatas undas intelligas, neque enim propriæ ſunt, niſi a quo hauriuntur.

63 *Ovidius*] 6. Metam. 350.

64 *Munera publica*] Inf. num. 17. & cap. ſeq. num. 2.

65 *Sic & terræ &c.*] Verum putat tranſituro cum exercitu alienos fines poſtulandum prius tranſitum, ſed ſi negetur, vindicari poſſe. Sane ſi jus eſt ei vindicandi, jus etiam alteri eſt negandi. Etenim ſi principi vel populo licet prohibere ipſis indigenis, ne ſint armati intra fines, quamvis pauci, quamvis ſinguli, multo magis ei licet hoc non concedere exteris: ab his enim major metus. Sic apud *Petronium* miles Encolpium paganum ponere jubet arma, & malo cavere. Sic *Cicero* in Sicilia, poſtquam domitis fugitivis inde Man. Aquilius deceſſit, omnium inſtituta atque edicta prætorum fuiſſe ejuſmodi teſtatur, ut ne quis cum telo ſervus eſſet. lib. V. Verr. 3. Præterea ſi privatus prohibere poteſt, ne quis ingrediatur fundum ſuum venandi vel aucupandi gratia, multo magis princeps vel populus, ne exercitus aut multitudo armata ipſius tranſeat fines. At verum prius facit §. 12. *Inſtitution.* de R. D. Hinc cum Philippus Macedo prætextu ponendæ Herculi in oſtio Iſtri ſtatuæ pacatum acceſſum ad religionem Dei per Scythiam petiſſet, rex Atheas armatum exercitum fines ingredi negavit ſe paſſurum. *Juſtin.* 9, 2. Et Cæſar, cum in Galliam tenderent Helvetii, dicerentque ſibi eſſe in animo ſine ullo maleſi-

Digitized by Google

tatem populi alicujus venit, + patere debet his [*7] qui tranſitu opus habent + ad cauſas juſtas; + [a] puta, quia ſuis finibus expulſi quærunt terras vacuas, + aut quia commercium expetunt cum gente ſepoſita, aut etiam quia quod ſuum eſt + juſto *a Bel. III. conſ. 193.*

maleficio per provinciam Romanam iter facere, rogarentque ut ejus voluntate ſibi facere liceret, reſpondit, ſe more & exemplo populi Romani non poſſe iter ulli per provinciam dare, &, ſi vim facere conentur, prohibiturum oſtendit. lib. I. bell. Gall. 8. Dicit more & inſtituto populi Romani, ut ſignificet Romanos hoc naturæ jus eſſe non putaſſe, ut neceſſario daretur. Sic cum de exercitu Romano in Aſiam adverſus Antiochum per Macedoniam ducendo deliberaretur, Publius Africanus ad fratrem, *Iter, quod inſiſtis*, ait, *L. Scipio, ego quoque approbo, ſed totum id vertitur in voluntate Philippi.* Liv. 37, 7. Judicans poſſe illum jure ſuo prohibere. Caſus, quo hic traditur, propria aliqua, ut communia, poſſe vindicari, non eſt utilitatis innoxiæ, & ob damna præſentia, & ob pericula graviora. Etenim ſi ne amica quidem & patria tranſeuntes exercitus ſancta & inviolata habent, quid facient in externis? Vide Othonianorum & Vitellianorum per pacatiſſima, per ipſam Italiam tranſitus apud *Tacit.* 2. hiſtor. 12. & 87. *Plin.* Panegyr. 20. *Quam diſſimilis nuper alterius principis tranſitus, ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cum abactus hoſpitium exerceret, omniaque dextra lævaque peruſta & attrita, ut ſi vis aliqua vel ipſi illi barbari, quos fugiebat, inciderent.* Tales hodie omnes tranſitus nulla diſciplina Germania & Gallia experiuntur. *Cominæus* lib. 6. cap. 12. *Regnum ſub mortem Ludovici XI. utcunque patens & amplum exhauſtum erat & egenum, cum aliis rebus, tum maxime per traductos & commeantes hinc inde exercitus.* Ne dicam de annona, quam neceſſe eſt ingraveſcere incolis, majore hominum, quam tueri terrarum copiæ ſeu naturales ſeu adventitiæ ſolent, numero admiſſo. Pericula & metus longe graviores. Cæſar homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria & maleficio non exiſtimabat lib. 1. bell. Gall. 7. arma per ſe faciunt exſertos promtoſque in injurias, præſertim ubi numerus adeſt, & occaſio & pretium ſceleris. Notum illud *Homeri:* αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, & Valerii Flacci: *Namque virum trahit ipſe chalybs.* Non cogitaverint de maleficio cum adventarent: Occaſio furem facit: in peregrino quaſi exules ſunt, quibus *mille in dies nova conſilia aut fortuna ſua aut ingenium poſſit facere*, verbis *Livii* 35, 42. Quam facile venit alicui in mentem: *Videmus terram opulentam & uberem: nolite negligere, nolite ceſſare: eamus & poſſideamus illam: nullus erit labor.* Judic. 18, 10. Quam præſens eſt dici a tranſeuntibus privato de injuria facta conquerenti: *Cave ne ultra loquaris ad nos, & veniant viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereat.* ibidem v, 18. Quis neſcit toties ſubſidio vocatos & intra finem admiſſos externos, auxilium in perniciem vertiſſe, neque ullis pactis, ullis exſecrationibus deterreri potuiſſe a facinore, ut fidem datam ſervarent? Athenienſes claſſe in Siciliam navigarunt, *ut ſub ſpecie ferendi Catinienſibus auxilii tentarent inſulæ imperium*, inquit *Juſtinus* 4, 3. Philippus bello ſacro civitates, quarum paulo ante dux fuerat, quæ ſub illius auſpiciis militaverant, quæ gratulatæ illi ſibique victoriam fuerant, hoſtiliter occupatas diripuit: non Diis publicis privatiſque, ad quos paulo ante ingreſſus hoſpitaliter fuerat, pepercit. 8, 3. Et plenus iſtorum ille Romanus miles Capuæ in hibernis locatus ſecum exigebat ita: *Cur autem potius Campani Italiæ agrum uberrimum, dignam agro urbem, qui nec ſe nec ſua tutari poſſent, quam victor exercitus haberet, qui ſuo ſudore & ſanguine Samnites inde depuliſſet, &c.* Livius lib. 7, 38. Anglo-Saxones ut viderunt terram latam ac fertilem, & incolarum manus ad bellandum pigras, ſe vero & maximam partem Saxonum ſine certis ſedibus; mittunt ad evocandum majorem exercitum, & pace cum Scotis & Pictis firmata, in commune contra Brettos (i. e. Britannos, qui eos trans mare in auxilium vocaverant contra Scotos & Pictos, ut a *Claudiano* & vetuſtioribus hoc auctore appellantur) conſurgunt, eoſque regione propellunt, & ſuæ ditioni regimen diſtribuunt, ut narrat *Wittichind.* lib. 1. annal. Quid ab illis exſpectandum, qui in minus obligati ſunt, qui non promiſerunt etiam tueri, ſed tantum non offendere. Super hæc omnium fere imperiorum hoc vitium eſt, ut quo longius ab limite in interiora proceditur, eo imbecilliora invenias. Sic Pœnos foris invictos Agathocles & Scipio prope Carthaginem vicerunt. Sic Hannibal negabat Romanos niſi in Italia poſſe vinci. Ut in animantium corporibus infirmiſſima & periculis opportuniſſima ſunt vitalia. Ad hæc igitur myſteria intuenda admitti quaſi profanos & invidos oculos externæ, & magnæ multitudinis armatæ, in tanta hominum invadendi & poſſidendi libidine, res aleæ plena eſt. Quid quod in omnibus imperiis reperiuntur homines rerum novarum cupidi, qui tales hoſpites aut adverſus cives ſuos aut adverſus ſuperiores aut vicinos ultro incitent. Galli, in expeditione in Neapolitanum regnum, tranſitum per terras Florentinorum impetraverunt. Erant ſub horum imperio Piſani, quam urbem cum ingreſſus eſſet Carolus VIII. rex, plebs circumfuſa dominorum in ſe crudelitate expoſita orare regem cœpit, ut in libertatem avitam aſſereretur. Regis familiares poſtulationem juſtiſſimam eſſe dixerunt, & ille pactorum conventorum cum Florentinis immemor, nec quanti ea res momenti eſſet, expendens, liberos eſſe juſſit, ut ſcribit *Belcarius* commentariis rerum Gallicarum lib. 5. cap. 34. & ante illum *Cominæus* lib. 7. cap. 7. Sic apud *Tacitum* Lugdunenſes exſtimulabant ſingulos militum Vitellianorum tranſeuntium, & in everſionem Vienneuſium impel-

\+ juſto bello petunt. + Ratio hic eadem quæ ſupra, + quia dominium introduci potuit [68] cum receptione talis [e] uſus, qui prodeſt his, illis non nocet: + ideoque dominii auctores id potius cenſendi ſunt voluiſſe.

b Num. xx. & xxi. 2. Exemplum habemus inſigne in Moſis hiſtoria, [b] qui cum transeundum haberet per alienos fines, primum + Idumæo, deinde + Emoræo [69] has tulit leges, + iturum ſe via regia, nec deflexurum ad poſſeſſiones privatas. Si qua re ipſorum haberet opus, + juſtum pretium eis perſoluturum. Quæ conditiones cum repudiarentur, + [f] juſtum eo nomine bellum intulit Emoræo. *Innoxius*

c Lib. qu. XLIV. ſuper Num. ad cap. 20. *enim tranſitus denegabatur*, inquit [c] Auguſtinus, + *qui jure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.*

d Apud Xenoph. De Exped. Cyr. Lib. II. cap. III. §. 12. 3. [70] Græci, qui cum Clearcho: [d] πορευοίμεθα δὲ ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη ἀδικοῦντα μέντοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς Θεοῖς ἀμύνασθαι. *Domum ibimus, ſi nemo moleſtus ſit: ſi quis injuriam faciat, eum Deorum ope arcere conabimur.*

impellebant ob municipalem invidiam, 1. hiſtor. 65. Exempla, quæ auctor adducit, facti ſunt potentiorum, non juris. Quod autem Iſraelitis licuit bellare in Emorræos tranſitum negantes, non conceſſum, quia jus gentium negabant, ſed quia erant inter damnatos ſeptem populos, quorum terras Iſraelitis donaverat Deus, *Joſuæ* 3. verſu 10. Itaque hæc tantum fuit πρόφασις & ἀφορμή, non αἰτία, *prætextus* & *occaſio*, non *cauſa* belli. Itaque Edomitis idem negantibus abſtinuerunt, quia non erant ex damnatis donatiſque. Longe autem graviora obduci exempla poſſunt illorum, qui peſſimam mercedem ſuæ bonitatis tranſitum concedendo, tulerunt. Poſt pacem Antalcidæ, conquieſcente tota Græcia, Phœbidas Lacedæmonius exercitum auxilio Amynthæ Macedonis adverſus Olynthios ducebat per pacatos & amicos Thebanos: quibus nihil mali ſuſpicantibus, pellectus occaſione Cadmæam urbis arcem occupavit. Lacedæmonii querentibus Thebanis fœdus eſſe violatum, mulctam irrogarunt Phæbidæ, præſidium tamen in arce, & per illud urbem obnoxiam tenuerunt; donec conſilio Epaminondæ, virtute Pelopidæ liberaretur. *Diodor. Sicul.* l. 45, 20. Campani de exercitu Agathoclis Meſſanam ſpecie hoſpitum ingreſſi, ut inde conſcendentes in Italiam navigarent, ut viderunt pulcherrimam & copioſam urbem ſecure haberi, occiſis civibus uxores filiaſque eorum, domos & agros forte inter ſe diviſerunt. *Polyb.* 1. Unum exemplum addam, quod ſi hæc doctrina valeret, cum totius Europæ periculo vidiſſemus: ſed id ne ſinat Deus. Turcæ hodie petunt innoxium tranſitum a Cæſare per terras ejus ad oppugnandos Venetos: an quiſquam erit tam ſtultus aut malus conſiliarius, ut audeat dicere Cæſari, petere illos jus, quod noſtro metu non tollatur, petere quod eſt juris naturæ, quodque nullo, etiam religionis, prætextu poſſit negari. Quod ad cautiones, utantur illis, qui aliter non poſſunt: at cui ad negandum vires ſunt, eum ego memorem eſſe jubeo, ſæpe cautorem quoque captum eſſe: memorem nullo jure quenquam cogi, qui liber ſit, ut invitus dominum accipiat: ubi dominus, parem: qui autem armatum intra fines recipit, eum vel dominum vel parem accipere. Multo minus conceſſerim tranſitum jure non negari, ſi etiam ab eo, in quem bellum ſive juſtum ſive injuſtum (nihil enim horum præſtat altero magis a noxa ſecurum) movet is, qui tranſitum petit, metus accedat. Quomodo enim hæc petentis utilitas mihi, a quo tranſitus petitur, eſſe poteſt innoxia? Si nihil aliud ſequatur, commercia meis erunt ſublata cum eo, cujus hoſtem receperim. Deinde ille, in quem bellum movetur, ſi ſapiet, ad fines occurret venienti hoſti; quod ſi fiat, ego fecerim meas terras ſedem belli. Scire velim, quod jus quenquam ad hoc incommodum patiendum, ſi vitare poteſt, obliget. Taceo de fine, ſi repellatur, quamvis juſtus aggreſſor.

66 *Si qua pars maris*] Quam terræ acceſſionem vocat *num.* 14. quæ proxima terræ eſt, aut anguſto ſinu, vel laxiore portu anguſti oris a reliquo mari ſecluditur.

67 *Qui tranſitu*] Ad ſtationem temporariam.

68 *Cum receptione*] Ita ut retineretur in commune facultas hæc iſtis utendi damnoſa nemini, nec domino adimere illam uſurpare volentibus liceret. *Receptio* eſt exceptio: ut num. 6. & *recepticius ſervus* apud *Gell.* 17. c. 6.

69 *Has tulit leges*] Propoſuit conditiones.

70 *Græci, qui cum Clearcho*] Reliquiæ decem millium, quæ Cyro minori, adverſus fratrem Artaxerxem Macrochira bellanti, auxilio miſerant Lacedæmonii.

GROTII.

e *Uſus qui prodeſt his, illis non nocet*] *Servius* ad VII. Æneidos: *littuſque rogamus innocuum: cujus vindicatio*, ait, *nulli poſſit nocere.* (Verſ. 230.)

f *Juſtum eo nomine bellum*] *Juſta bella gerebantur a filiis Iſraël contra Amorræos*, ait indicato hic loco *Auguſtinus*. Sic Amyntorem Orchomeni regem ob negatum tranſitum interfecit Hercules, notante id *Apollodoro*. (*Bibl.* Lib. II. c. 7. §. 7. *Ed. Th. Gal.*) Græci Telephum bello petiere, quod eos per fines ſuos tranſire paſſus non eſſet: notat Scholiaſtes ad *Horatii* carmen (*Epod.* XVII, 8.) in Canidiam. Adde *legem Longobardicam* lib. II. tit. LIII. Cap. 2.

g *Ageſi-*

Digitized by Google

bimur. Nec multo aliter [g] Ageſilaus, [a] cum ex Aſia rediens ad Troadem veniſſet, interrogavit, + ut amicum ſe an ut hoſtem tranſire vellent: Et [h] Lyſander [b] Bæotios, [71] rectis ſe haſtis tranſire vellent, an [72] inclinatis. Batavi apud Tacitum [c] Bonnenſibus nuntiant: *Si nemo obſiſteret, innoxium iter fore: ſin arma occurrant, ferro viam inventuros.* [d] Cimon quondam Lacedæmoniis ſuppetias laturus per agrum Corinthium traduxerat copias. Reprehenſus a Corinthiis quod non prius civitatem compellaſſet: nam & qui fores alienas pulſet, non intrare niſi domini permiſſu: *At vos*, inquit, *Cleonæorum & Megarenſium fores non pulſaſtis, ſed perfregiſtis, cenſentes omnia patere debere plus valentibus.* Media ſententia vera eſt, + [i] poſtulandum prius tranſitum; ſed ſi negetur, vindicari poſſe. [k] Ita Ageſilaus ex Aſia rediens cum a + rege Macedonum tranſitum poſtulaſſet, atque is conſultaturum ſe dixiſſet: *Conſultet*, inquit, *nos interea tranſibimus.*

a Plut. Apop. p. 211. C.
b Ibid. p. 229. C.
c Hiſt. IV. c. 20.
d Plut. Cimo. p. 489. C.

4. Neque recte incipiet aliquis + metuere ſe multitudinem transeuntium. [73] Jus enim meum metu tuo non tollitur: eoque minus, quia ſunt rationes cavendi, + ut ſi [74] diviſis manibus transmittantur copiæ, [l] ſi inermes, quod [e] Agrippinenſes Germanis dicebant: quem morem antiquitus in Eleorum regione obſervatum notavit [f] Strabo: + ſi [75] impenſa tranſeuntis, is qui tranſitum concedit, ſibi præſidia idonea conducat: [m] ſi obſides dentur, quod [76] a Demetrio Seleucus poſtulabat, ut eum intra ſui imperii fines ſubſiſtere ſineret. Sic

e Tac. IV. hiſtoriar. c. 65.
f Lib. VIII. p. 358.

GROTII.

g *Ageſilaus*] Vide etiam in ejus vita hac de re *Plutarchum.* (*pag.* 604.)

h *Lyſander*] Et in hujus vita eundem. (*pag.* 445. D.)

i *Poſtulandum prius tranſitum*] *Ariſtophanes* Avibus: (*verſ.* 188.)

Εἶθ᾽ ὥσπερ ἡμεῖς ἢν ἰέναι βουλώμεθα,
Πυθῶδε Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.

Ut nos, cum nobis Delphos ſumendum eſt iter,
Prius Bœotos tranſitum depoſcimus.

Ubi Scholiaſtes: *τότε μόνον δίοδον ζητοῦσιν, ὅταν στράτευμα διάγῃ, tunc demum iter poſcitur, ubi exercitus traducitur.* Veneti & Germanis, & Gallis de Marano certantibus iter præbuere. *Paruta* XI. Iidem Germanis conquerentibus de tranſitu hoſtibus dato, oſtendunt id niſi armis impediri non potuiſſe, quibus uti non mos ſibi, niſi in hoſtes manifeſtos. eodem libro. Sic & Pontifex ſe excuſat, libro ejuſdem XII.

k *Ita Ageſilaus ex Aſia rediens a rege Macedonum*] Etiam hac de re *Plutarchum* in ejus vita inſpice. (*Pag.* 604.)

l *Si inermes*] Exemplum in excerpto legationum XII. & apud *Bembum* L. VII. hiſtoriæ *Italicæ.* [Immo *Venetæ*, Fol. 104. *Ed. Ven.* 1551.] Vide & notabilia pacta de tranſitu inter Fridericum Barbaroſſam & Iſacium Angelum apud *Nicetam* libro 11. (Cap. 4. & 7.) de vita ejuſdem Iſacii aliquot locis. In imperio Germanico tranſitum poſtulans de damno reſarciendo cavet. vide & *Crantzium* Saxonicorum X. & *Mendoſam* in Belgicis. *Cæſar* Helvetiis iter per provinciam noluit concedere, quod homines inimico animo exiſtimabat non temperaturos ab injuriis & maleficio. *de bello Gallico* lib. 1. (Cap. 7. 8. Ex quo Auctore ſit *Excerptum Legat.* initio iſtius notæ indicatum, omiſit Auctor, aut Typographus, in omnibus Edit. nec in ullâ Collectione ejuſmodi *Excerptorum* invenire potui.)

m *Si obſides dentur*] Exemplum habes Procopii Perſicorum 11.

GRONOVII.

71 *Rectis ſe haſtis*] Pacatos & non minantibus armis.

72 *Inclinatis*] Prætentis, infeſtis, intentatis. Sic ponere haſtas. *Livius* lib. 35, 36.

73 *Jus meum metu*] Sed nec jure petendi, quod habet alter, jus prohibendi tollitur ei, qui poteſt prohibere: cum dominum recipere in regnum nemo cogatur. Sic Philippo jure negavit Atheas. *Juſtin.* 9, 2. Cæſar Helvetiis, 1. bell. Gall. 8.

74 *Diviſis manibus*] non uno continenti agmine, ſed inter ſingulas legiones aut cohortes intervallo facto.

75 *Impenſa tranſeuntis*] Si qui per alienos fines exercitum traducit, numeret pecuniam, qua princeps vel dominus eorum finium cogat militem, ne quid violent tranſeuntes, prohibiturum.

76 *A Demetrio*] Plutarchus p. 912.

Sic etiam + metus ab eo in quem bellum juſtum movet is qui tranſit, ad negandum tranſitum non valet. Neque magis admittendum + ſi dicas, & aliâ poſſe tranſiri: tantundem enim quivis diceret, atque eo modo jus tranſeundi plane interimeretur: ſed ſatis eſt ſi ſine dolo malo tranſitus poſtuletur, + quà proximum ac commodiſſimum eſt. + Plane ſi injuſtum moveat bellum, qui tranſire vult, + n ſi hoſtes meos ſecum ducat, negare tranſitum potero: + nam & in ſuo ipſius ſolo ei occurrere atque iter impedire fas eſſet.

5. Neque vero perſonis tantum, + ſed & mercibus tranſitus debetur. (kk) Nam 77 quominus 78 gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, + impediendi nemini jus eſt: + id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ, + nec quicquam damno id eſt: nam etiam ſi cui lucrum ſperatum, ſed non debitum, decedat, + id damni vice reputari non debet. Teſtimoniis, quæ ad hanc rem produximus + alibi, addemus unum o ex Philone: *πᾶσα δὲ θάλαττα φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, κατὰ τὰς ἀντιδόσεις ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν ἀντεκτίνουσιν αἱ χῶραι κοινωνίας ἱμέρῳ, τὰ μὲν ἐνδέοντα λαμβάνουσαι, ὧν δὲ ἄγουσι περιουσίαν ἀντιπέμπουσαι. Φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκράτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς ἀποτομάς·* *Mare omne navibus onerariis tuto ſatis navigatur,* + p *eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio*

GRONOVII.

77 *Quominus gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, impediendi nemini jus eſt: id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ &c.*] Nimis hoc laxe nimiſque liberaliter pronuntiatum. Intereſt ſocietatis humanæ eſſe commercia ut plurimum libera, nec ulli genti omnino præcludi: ſed hanc vel illam gentem excludi a commerciis certarum gentium, quæ tamen aliunde habeant, non eſt iniquum. Ipſe infra num. 20. dicit ad ſua vendenda non æquum jus eſſe omnibus, quum cuilibet liberum ſit ſtatuere, quid velit acquirere, vel non. Et ſequenti cap. num. XV. refert in fœdere quodam Pœnorum tum Romanis cautum, ne hi ultra Pulchrum promontorium, Maſtiam & Tarſejum prædas agerent, mercatumve irent: neque id reprehendit. Sic rege Amaſi ſolum Ægyptiis emporium fuiſſe Naucratem teſtatur *Herodotus*: quod ſi quis ad aliud oſtium Nili applicuiſſet, ei jurandum fuiſſe eo ſe veniſſe invitum ventis compellentibus: eo jurejurando dato licuiſſe ad Canopicum oſtium navigare; ſi non poſſet onera fluvialibus navigiis, Delta luſtrando, Naucratim portare. *Euterpe* cap. 188. Sic inter leges, quas L. Æmilius Paulus Macedonibus dedit, quum in quatuor regiones Macedoniam diſtribuiſſet, hæc eſt, ne connubium neve commercium agrorum ædificiorumque cuiquam extra ſuæ regionis fines eſſet, neve ſale invecto uterentur. *Livius* 45, 30. Sic rex Hiſpaniarum etiam ſuorum ſubjectorum parti negat commercia cum Peruanis: neque Belgicæ ſocietates iis, qui extra ſocietatem ſunt, in Indiis omnia permittunt. Quod Mairii illius, qui fretum ſui nominis (*Straat Le Maire* vulgo vocant) primus perrupit, claſſis experta eſt.

78 *Gens quæque*] *Livius* lib. 45, 29.

(kk) Vide PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 6. cum Notis noſtris. *J. B.*

GROTII.

n *Si hoſtes meos ſecum ducat*] Hoc dicebant Franci, qui in Venetia erant, Narſeti Longobardos ſecum ducenti. Gotthicorum IV. (ſeu *Hiſt. Miſc.* c. 26.) Alia negati itineris exempla habes apud *Bembum* libro VII. Italicorum (*Hiſt. Venet.* eodem loco, qui in Notâ antepenultimâ indicatus eſt) apud *Parutam* libro hiſtoriæ Venetæ V. & VI.

o *Ex Philone*] In legatione ad Cajum. (*Pag.* 998. 999. *Ed. Pariſ.*)

p *Eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio inter nationes intercedit*] *Servius* ad eclogam IV. (*verſ.* 37.) *navigatio ex mercimonii ratione deſcendit.* Idem ad Georgicon 1. (*verſ.* 137.) *ſignificat, neceſſitate quærendarum rerum homines navigandi peritiam ac ſtudium reperiſſe: commune bonum erat patere commercium maris.* [Ultima verba, *Commune bonum* &c. non ſunt *Servii*, ſed *Senecæ*, De Benef. 1, 8. *J. B.*] *Ambroſius* in opere de Creatione: (ſeu *Hexaëmer.* Lib. III. Cap. 5.) *Bonum mare tanquam hoſpitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatuum, quo ſibi diſtantes populi copulantur*: quæ ex *Baſilio* ſumta Hexaëmeri IV. (*pag.* 45, 46. Tom. I. *Ed. Pariſ.* 1638.) Mare forum mundi, inſulas ſtationes in mari eleganter dixit de providentia 11. *Theodoretus.* Adjungam his *Chryſoſtomi* ad Stelechium verba: *τί ἂν τις εἴποι τὴν πρὸς τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν γενομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τῆς ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποτροπὴ γίγνοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτομωτέραν ὁδὸν τὴν θαλαττίαν ἀνῆκε πανταχοῦ τῆς* γῆς

Digitized by Google

deſiderio inter nationes intercedit, dum mutuo aliarum copia aliarum inopiæ ſuccurrit. Nam invidia nunquam aut orbem univerſum, aut magnas eius partes invaſit. Alterum ex Plutarcho, [a] qui de mari ſic loquitur: ἄγριον ὄντα καὶ ἀσύμβολον τὸν βίον τῦτο τὸ ϛοιχεῖον συνῆψε καὶ τέλειον ἐποίησε, διορθύμενον ταῖς παρ᾽ ἀλλήλων ἐπικυρίαις, καὶ ἀντιδόσεσι κοινωνίαν ἐργαζόμενον καὶ φιλίαν· *Vitam noſtram feram alioqui & commerciorum exſortem,* + *hoc elementum ſociavit atque perfecit, ſupplens quod deerat ope mutua, & permutatione rerum ſocietatem amicitiamque concilians.* + Quicum convenit Libanii illud: οὐ μέν τοι πάντα γε πᾶσιν ἔνειμε μέρεσιν, ἀλλὰ διῄρει τὰ δῶρα κατὰ τοὺς χώρυς, εἰς κοινωνίαν τοὺς ἀνθρώπυς ἄγων τῇ παρ᾽ ἀλλήλων χρείᾳ. καὶ φαίνει δὴ τὰς ἐμπορίας, ὅπως τῶν παρ᾽ ἐνίοις φυομένων κοινὴν εἰς ἅπαντας ἐνέγκη τὴν ἀπόλαυσιν· *Deus non omnia omnibus terræ partibus conceſſit, ſed per regiones dona ſua diſtribuit, quo homines alii aliorum indigentes ope ſocietatem colerent. Itaque mercaturam excitavit, ut quæ uſquam nata ſunt, iis communiter frui omnes poſſent.* Euripides quoque Supplicibus Theſea inducens loquentem, his quæ humana ratio in commune bonum reperit, navigationem annumerat, his verbis: (*verſ.* 210.)

[a] *Aqu. & Ign. compar.* pag. 957.

> Πόντυ τε ναυϛολήμαθ᾽, ὡς διαλλαγὰς
> Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.

> *Et cuique terræ, quæ ſuum ingenium negat,*
> *Supplere ratium pelagiis diſcurſibus.*

• Apud Florum [b] eſt: *Sublatis commerciis,* [79] *rupto fœdere generis humani.*

[b] *Lib.* III. c. 6.

XIV. 1. Sed quæritur, an iis tranſeuntibus mercibus terra, aut amne, + aut parte maris, [80] quæ terræ acceſſio dici poſſit, + vectigalia imponi poſſint ab eo, + qui in terra imperium habet. ([11]) Certe + [81] quæcunque onera ad illas merces nullum habent reſpectum, ea mercibus iſtis imponi nulla æquitas patitur.

γῆς ὁ Θεὸς ἵνα ὥσπερ οἰκίαν μίαν, τὴν οἰκυμένην οἰκῦντες, ἔτω θαμινὰ πρὸς ἀλλήλυς βαδίζωμεν, καὶ τῶν παρ᾽ ἑαυτῷ ἕκαϛος τῷ πλησίον μεταδιδὺς εὐκόλως ἀντιλαμβάνῃ τὰ παρ᾽ ἐκείνυ, καὶ μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων ὥσπερ ἁπάσης κύριος ὤν, τῶν πανταχῦ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ νῦν ἔξεϛι καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλυσίας, ἕκαϛον τῶν δαιτυμόνων τὸ παρατιθέμενον αὐτῷ δόντα τῷ πόῤῥωθεν κατακειμένῳ, τὸ παρακείμενον ἀντιλαβεῖν, τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα. *Quomodo autem ſatis digne quis explicet facilitatem ad mutua commercia nobis datam? ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeantibus adferret, breviorem viam, mare ſcilicet, ubique terrarum diſpoſuit Deus, ut mundum tanquam unam domum communiter inhabitantes, crebro nos invicem viſeremus, & apud ſe nata quiſque alteri communicans viciſſim commode acciperet res apud illum abundantes, ac ſic exiguam tenens terræ partem, ita tanquam ſi teneret univerſam, frueretur ejus, quæ ubivis ſunt, bonis. Licet itaque nunc tanquam in communi menſa convivarum unicuique ea quæ ſibi oppoſita dare alteri longius accumbenti, ac contra quæ apud ipſum ſunt, accipere manu tantum extenta.* (Tom. VI. pag. 157. *Edit. Savil.*)

GRONOVII.

79 *Rupto fœdere*] Jure gentium. Vide ad *Senecæ* Herc. Fur. v, 49.

80 *Quæ terræ acceſſio*] Quam jure credi poſſit poſſeſſor terræ adjacentis, quaſi oram, laciniam, &, ut ita dicam, pomœrium ipſius terræ occupaſſe, & ſub dominio vel imperio habere.

81 *Quæ onera*] Suſtinentur nullo uſu aut commodo mercium hominumve tranſeuntium, eorum in partem illos vel hos vocari injuſtum eſt.

. (11) Propter tranſitum ſolum poteſt omnino aliquid exigi, eodem jure, quo rei ſuæ uſu quivis alios arcet. Dicemus in Notis Gallicis. Interim vide quæ ſcripſimus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 7. ultimæ Editionis. *J. B.*

tur. + Sic nec [82] capitatio, civibus impoſita ad ſuſtentanda reipublicæ onera, ab exteris tranſeuntibus exigi poteſt.

2. Sed ſi aut + ad præſtandam ſecuritatem mercibus, + aut inter cætera etiam ob hoc onera ſuſtinentur, ad ea compenſanda vectigal aliquod imponi mercibus poteſt, + dum [83] modus cauſæ non excedatur. + [q] Inde enim pendet juſtitia, [84] ut tributi ita & vectigalis. + Sic vectigal equorum & + [85] neti, [a] quæ [86] Iſthmum Syriacum tranſibant, [87] accepit rex Solomo. De thure Plinius: [b] *Evehi non poteſt*, + *niſi per Gebanitas.* [r] *Itaque & horum regi penditur vectigal.* + Sic ditati Maſſilienſes ex foſſa quam ex Rhodano in mare Marius duxerat, *κρατούμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους·* [s] *vectigal exigentes ab iis, qui navibus aſcenderent aut deſcenderent*, ut Strabo [c] narrat libro quarto. Idem libro octavo nos docet, [d] Corinthios ab antiquiſſimis uſque temporibus vectigal percepiſſe de mercibus, quæ [88] ad vitandum Maleæ flexum, terra [89] de mari in mare transferebantur. Sic pro [e] Rheni tranſitu pretium accipiebant Romani. + *Etiam in pontibus pro tranſitu datur*, inquit [f] Seneca. + Et de fluminum tranſitu pleni ſunt [g] juriſconſultorum libri.

3. + Sed frequens eſt ut æquus modus non ſervetur, + cujus rei Phylarchos Arabum incuſat Strabo, [h] hoc addito: *χαλεπὸν γὰρ ἐν τοῖς τοσούτοις καὶ τοῖς αὐθάδεσι κοινὸν ἀφορισθῆναι μέτρον τὸ τῷ ἐμπόρῳ λυσιτελές·* *Difficile enim eſt, ut inter validos & feroces definiatur modus mercatori non gravis.*

XV. 1. Morari + quoque aliquantiſper prætervehentibus aut prætereuntibus, valetudinis, aut alia qua juſta de cauſa, licere debet. + [i] Nam eſt & hoc inter utilitates innoxias. [t] Itaque Ilioneus apud Virgilium, [k] cum Trojani in terra Africa conſiſtere vetarentur, + Deos judices audet invocare: & probata Græcis querela Megarenſium adverſus Athenienſes, qui eos portubus ſuis arce-

[a] 1 Reg. x, 28. [b] xii, 14. Hiſt. Nat. [c] Pag. 183. [d] Pag. 378. [e] Tac. hiſt. iv. c. 65. n. 6. [f] De conſt. ſapient. c. 14. [g] Chop. de Do. lib. 1. tit. 9. Pereg. l. 1. de jure fiſci c. 1. n. 22. Aug. conſ. 199. Zabar. conſ. 38. Firm. in tr. de gabell. [h] Lib. xvi. pag. 748. [i] Vict. de Indis, Relect. 2. n. 1. [k] Æn. 1. 543. & ſeqq.

GRONOVII.

82 *Capitatio*] Cenſus, ſtipendium in capita hominum deſcriptum.

83 *Dum modus cauſæ*] Dum non plus petatur, quam exigunt illa onera, quæ præſtat.

84 *Ut tributi, ita & vectigalis*] *Tributa* propriè, quæ pro cenſus i. e. pro prædiorum & patrimonii modo imponuntur. *Vectigalia*, portoria, decumæ, ſcriptura, centeſimæ, viceſimæ, quadrageſimæ &c.

85 *Neti*] Fili lintei, telæ, byſſi.

86 *Iſthmum Syriacum*] Quæ *clauſtra Ægypti* vocat *Tacitus* 2. hiſtor. 82.

87 *Accepit rex Solomo*] Videntur ſacræ tabulæ dicere, per negotiatores ea in Ægypto emiſſe Salomonem, & Syris per eoſdem vendidiſſe.

88 *Ad vitandum*] Ne circumeunda eſſet Peloponneſus, & pericula circa Maleum promontorium Laconices ſubeunda.

89 *De mari in mare*] Ægeo in Ionium, & viciſſim. *Traductionem* vocant Latini, quod Hollandi inter Amſtelædamum & Harlemum *Overtoom.* *Jul. Hyginus* in Cinnæ propemptico: *Ab Actio navigantes ſtadia XL. veniunt ad Iſthmum Leucadienſium, ibi ſolent iteris minuendi cauſa remulco, quem Græce πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Idem, *quærunt etiam nonnulli, quamobrem ejus cura jubeat Actio navigare, quod eſt e regione traductionis Leucadienſis, & rurſus ab Actio circa inſulam moneat ire caris.* Soſip. lib. 1. in voce Iteris.

GROTII.

q *Inde enim pendet juſtitia, ut tributi ita & vectigalis*] Vide *legem Longobardicam* libro III. titulo I. Cap. 31. 33. & epiſtolam Epiſcoporum ad Ludovicum regem, quæ inter capitula legitur *Caroli Calvi* cap. 14.

r *Itaque & horum regi penditur vectigal*] Simile apud *Leonem Afrum* non longe ab initio. (Forte *pag.* 47. *Ed. Elzevir.* 1632.)

s *Vectigal exigentes ab iis, qui navibus aſcenderent aut deſcenderent*] Huc alludens *Ariſtophanes* in Avibus vult interſtrui aërem, ut Dii cogantur de victimarum nidore vectigal pendere. (*Verſ.* 190. *& ſeqq.*)

t *Itaque Ilioneus*] *Servius* ad eum locum: *Occupantis enim eſt poſſeſſio littoris: unde oſtenduntur crudeles, qui etiam a communibus prohibeant*, Laomedon ab Hercule occiſus quod eum Trojæ portu pelleret, *Servio* ibidem narrante. [Non, ſed ad *verſ.* 619.]

90 *Nu-*

Digitized by Google

arcebant, *παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια*, + *contra jus commune*, ut Plutarchus [l] loquitur: + ita ut Lacedæmoniis [90] nulla [m] belli cauſa juſtior viſa fuerit. (mm)

2. + Cui & hoc conſequens eſt, + ut tugurium momentaneum ponere liceat, puta in littore, + etiam ſi littus a populo occupatum concedamus. Nam quod [91] decretum prætoris adhibendum dixit + Pomponius, ut in littore publico vel mari exſtruere quid liceat, + ad permanentia ædificia pertinet: [92] quo & illud [n] Poëtæ:

Contracta piſces æquora ſentiunt
+ *Jactis in altum molibus* —

l Pericles c. 53. pag. 168. B.
m Diod. lib. XII. p. 306. Ed. Steph. Thuc. L. I. c. 67.
n Horat. I. Od. 1. 33.

XVI. Sed + & perpetua habitatio his, qui ſedibus ſuis expulſi receptum quærunt, (nn) + deneganda non eſt externis, + dum & imperium, quod conſtitutum eſt, ſubeant, + & quæ alia ad vitandas ſeditiones ſunt neceſſaria. Quam æquitatem recte obſervavit divinus poeta, cum Æneam inducit has ferentem conditiones: (*Æn.* XII, 192.)

— *ſocer arma Latinus habeto,*
+ *Imperium ſolenne ſocer.* —

Et apud Halicarnaſſenſem [o] Latinus ipſe + æquam eſſe dicit Æneæ cauſam, ſi ſedium inopia compulſus eo adveniſſet. + Barbarorum eſt hoſpites pellere, ait ex Eratoſthene [p] Strabo: nec probati hac in parte [93] Spartani. Ambroſio [q] quoque judice illi, qui [94] peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi. + Sic [r] Æoles Colophonios, Rhodii Phorbantem [s] ejuſque ſocios Cares Melios, Lacedæmonii [t] Minyas, Cumæi [u] alios ad ſe adventantes exceperunt. At de iiſdem Minyis recte + Herodotus, cum recepti partem imperii poſcerent, [x] ait eos *ἐξυβρίσαι καὶ ποιῆσαι οὐχ' ὅσια*, *injurioſos fuiſſe & feciſſe quæ facere fas non erat*: beneficium ab illis in injuriam verſum dixit [y] Valerius Maximus.

XVII. Sed + & ſi quid intra territorium populi eſt deſerti ac ſterilis ſoli, id quoque advenis poſtulantibus concedendum eſt, + aut etiam ab illis recte occupatur, + quia occupatum cenſeri non debet, quod non excolitur, + [95] niſi imperium quod attinet, + quod populo veteri ſalvum manet. + Trojanis data a Latinis

o Ant. Rom. Lib. I. c. 58.
p Lib. XVII. pag. 802.
q De officiis III. c. 7.
r Herod. l. I. c. 150.
s Diod. lib. V. p. 228.
t Heorod. IV. 45.
u Oroſ. lib. VII.
x Lib. IV. c. 146.
y Lib. IV. c. 6. ext. 3.

G r o n o v i i.

90 *Nulla belli juſtior*] Quum pax a Cimone facta rumperetur, auctore Pericle, ne quid poſtulatis Lacedæmoniorum & conjunctorum his ſociorum concederent. *Juſtin.* 3, 7.

91 *Decretum prætoris adhibendum*] A magiſtratu veniam impetrandam. l. 50. *de acquir. rer. domin.* Et ſunt, qui velint legi *decretum principis.*

92 *Quo & illud*] Intellige, aut ad moles jaciendas in mare.

93 *Spartani*] *Cragius* de republ. Lacedæm. p. 125. libr. 3. tab. 3. Inſtit. 3. p. 210.

94 *Peregrinos urbe*] Cic. 3. Offic. 11. *Male etiam, qui peregrinos urbibus uti probibent, eoſque exterminant, ut Pennus apud patres noſtros, Papius nuper; nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere; quam legem tulerunt ſapientiſſimi Coſſ. Craſſus & Scævola: uſu vero urbis prohibere peregrinos ſane inhumanum eſt.*

95 *Niſi imperium quod*] Niſi quatenus ſub juriſdictione eſt.

(mm) Hoc erat contra fœdera. Deinde libertatem commerciorum, non verò facultatem tantum aliquantiſper morandi, de quâ agitur heic, *Megarenſibus Athenienſes* denegabant. Inſpice Auctorum loca in margine à me diſtinctiùs deſignata. *J. B.*

(nn) Vide Pufendorf. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 10. *& ſeqq.* ubi hæc quæſtio, & ſequentes accuratius expenduntur. *J. B.*

XX. + [5] Ad ſua autem vendenda non æquum jus eſt. + [f] Nam cuilibet li- *f Molina*
berum eſt ſtatuere, quid velit acquirere aut non. + Ita vinum & alias merces *diſput.* 105.
exoticas olim non [g] recipiebant Belgæ. Et de Arabibus Nabatæis Strabo [h], εἰσα- *Ægi. Reg. de act. ſu-*
γώγιμα δ' ἐςὶ τὰ μὲν τελέως, τὰ δ' ὀ παντελῶς: [z] *importare merces quaſdam* *pernat.*
licet, quaſdam non item. *diſp.* 31. *dub.* 2. *n.*

XXI. 1. + In hoc jure, quod diximus, + ineſſe cenſemus etiam libertatem 52.
matrimonia ambiendi & contrahendi apud vicinas gentes. Puta, ſi [6] virorum *g Caſ.* 11. *bell. Gall.*
populus aliunde expulſus alio advenerit (oo) nam ſine femina ætatem agere + c. 15.
etſi humanæ naturæ non omnino repugnat, + repugnat tamen naturæ plerorum- *h Lib.* XVI.
que hominum. + Cœlibatus enim [7] non niſi excellentibus animis convenit. p. 784.
+ Quare facultas comparandi uxores adimi viris non debet. Romulus apud + Li-
vium [i] vicinos + rogat, ne graventur homines cum hominibus ſanguinem & *i Lib.* 1.
genus miſcere. + Canulejus apud [k] eundem: *Connubium petimus, quod finitimis* c. 9.
externiſque dari ſolet. + *Jure belli injuſte negatas nuptias juſte victor auferret*, Au- *k Lib.* IV. c. 3.
guſtino [l] judice. *l De Civ. Dei l.* 11.

2. Leges autem civiles aliquorum populorum, quæ connubia exteris negant, c. 17.
aut ea ratione nituntur, + quod temporibus, quibus ſunt conditæ, nulli erant
populi, quibus non feminarum copia ſuppeteret, aut non de quibuſvis connu-
biis agunt, + ſed de iis, [8] quæ juſta ſunt, hoc eſt, quæ ſpeciales quoſdam
juris civilis effectus producunt.

+ XXII. + Ex ſuppoſitione jus commune eſt ad actus, [m] quos populus aliquis *m Vict. de*
externis promiſcue permittit. + Nam tunc ſi [9] unus populus excludatur, ei fit *rel.* 2. *n.* 2. 3.
injuria. Sic, ſi externis alicubi venari, piſcari, aucupari, margaritas legere
licet, ſi ex teſtamento capere, ſi res vendere, ſi etiam extra penuriam femina-
rum conjugia contrahere, + uni populo id negari non poteſt; + niſi delictum præ-
ceſſerit: + qua de cauſa Benjaminitis [n] Hebræi cæteri ademerunt connubii fa- *n Jud.* XX.
cultatem.

+ XXIII. + Sed de permiſſis quod diximus, + intelligendum eſt de his, quæ
permiſſa ſunt, tanquam [10] ex vi naturalis libertatis nulla lege ſublatæ: + non
ſi permiſſa ſint [11] per beneficium, relaxando legem. + Nam [12] in beneficii ne-
gatione nulla eſt injuria. + Atque ita arbitramur conciliari poſſe, quod poſt
Franciſcum Victoriam quaſi ei contrarius notavit [o] Molina. *o Diſp.* 105.

+ XXIV. Quæſitum memini, an populo alicui liceat cum alio populo paciſci,
+ ut is populus certi generis fructus, qui alibi non naſcuntur, ſibi ſoli vendat.
+ Licere

GROTII.

z *Importare meres quaſdam licet, quaſdam non item*] Vide *Crantzium* Saxonicorum XI. (*Cap.* 3.)

GRONOVII.

5 *Ad ſua vendenda*] Hinc excuſatur edictum Senatus Anglici temporibus tyrannicis, quo vetabantur apportari merces, quæ in cujuſque naviculatoris patria non naſcerentur.

6 *Virorum populus*] Ex *Floro* 1, 1.

7 *Non niſi excellentibus*] Qui donum habent continentiæ, & aſceticam vitam exercere poſſunt.

8 *Quæ juſta ſunt*] Lib. I. cap. 3. num. 4.

9 *Unus populus*] Ut quum arcentur Judæi.

10 *Ex vi naturalis*] Sine pactione.

11 *Per beneficium*] Privilegio dato.

12 *In beneficii*] Sic Romani Boccho Mauritaniæ regi fœdus & ſocietatem petenti reſponderunt: cum meruerit. cap. 104. *Salluſtii* Bell. Jug.

(oo) At vero neceſſe non eſt, ut Populus, ſive virorum, ſive utriuſque ſexus, nunquam intereat. Plura diximus in Notis Gallicis. *J. B.*

13 *Lucrum*

+ Licere cenſeo, ſi is, qui emit populus paratus ſit aliis vendere æquo pretio. + Nam aliarum gentium non intereſt, a quo emant quod ad deſideria naturæ attinet. + [13] Lucrum autem alter alteri prævertere licite poteſt, + maxime ſi cauſa ſubſit, + ut ſi qui id [14] ſtipulatus eſt populus alterum populum in ſuam tutelam receperit, ſumtuſque eo nomine faciendos habeat. Talis autem coemtio, + eo quo dixi animo facta, + juri naturæ non repugnat, quanquam [15] ſolet interdum + ob utilitatem publicam legibus civilibus prohiberi.

GRONOVII.

13 *Lucrum alter alteri*] Quod compendio vel lucro eſt, in eo occupare alium & prævenire induſtria vigilantiaque ſua nemo prohibetur.

14 *Stipulatus eſt*] Curavit ſibi promitti.

15 *Solet interdum prohiberi*] Quaſi monopolium.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. II.

§. I.

SEQUITUR *inter belli cauſas injuria facta*] Auctor, belli cauſas expoſiturus, in capite præcedenti egit de actionibus quæ dantur ob injuriam *non factam*: hinc jam agit de actionibus quæ dantur ob injuriam *factam*.

Jus, quod auctor hoc capite tractat, totum continetur in noſtris poſitionibus. Ait enim, injuriam fieri adverſus *id quod noſtrum eſt:* Noſtrum autem eſſe aut *jure communi hominum*, aut *jure ſingulari*. Prius continetur in *Poſitione V. n.* 1. hoc *in Poſitione V. n.* 2.

Additio.

„ Quæ circa ordinem Auctoris in tractando jure naturæ, præcipue autem circa objecta juris, ſeu cauſas ex quibus bellum juſte geri poſſit, notanda ſunt, expoſuimus ſupra *l.* 2. *c.* 1. §. 2.

„ Cæterum Grotius per *injuriam non factam* eam intelligit, quæ certo ſecutura eſt: nam ex ea quæ ſaltem metuitur actionem non dari diximus *ibidem:* adde *infra* §. 17.

Et primum adverſus id quod noſtrum eſt] „ Nam de injuria adverſus id quod alterius eſt agit *infra L.* 2. *cap.* 25. *per tot.* Auctor enim ſupponit unumquemque naturali jure non tantum eſſe ſui juris executorem, ſed & alieni. *d. c.* 25. §. 1.

Eſt autem noſtrum aliud communi hominum jure] „ Fingit enim Auctor ab initio „ omnia fuiſſe communia: Homines vero „ ab ea communione receſſiſſe tum tacite „ tum expreſſe, quædam autem communia „ manſiſſe: atque de hoc jure communi „ hominum Auctor agit hoc capite ſecundo, illudque in eo conſiſtere ait, quod „ homines impediri ab uſu & exercitio ejuſmodi juris communis a nemine poſſint.

Aliud noſtro ſingulari] „ Quod nimirum „ noſtrum fit per acquiſitionem, ſive originariam, ſive derivativam, vide *cap.* 3. „ *& ſeqq.*

Ab eo, quod hominibus commune eſt, incipiamus] „ Etſi enim primæva communio (quam Auctor ſupponit) non diu „ ſubſtiterit, tamen adhuc quædam res „ communes inter homines ſupereſſe ſtatuit.

Hoc jus aut directe eſt in rem corporalem] „ Supponit enim Auctor reviviſcere primævam communionem in *rebus* occupatis ex „ neceſſitate graviſſima, & ob innoxiam utilitatem. Atque de hoc communi hominum „ jure *in res* auctor agit uſque *ad* §. 18.

Aut ad actus aliquos] „ Auctor porro „ ſupponit primævam communionem reviviſcere in quibuſdam *actibus*, nimirum in „ jure

,, in jure emendi, nubendi &c. de quo
,, jure communi §. 18. *& ſeqq.* agetur.

Res corporales aut vacuæ ſunt a poſſeſſione] ,, Quia vel ſua natura occupari non
,, poſſunt, vel poſſunt quidem, at occupatæ
,, nondum, indeque nullius ſunt.

Aut jam aliquorum propriæ] ,, Sed in
,, quibus jus aliquod commune remanſit.

Res, quæ a proprietate vacant, aut tales ſunt, ut propriæ fieri nequeant] ,, v. g.
,, mare, aër, ſyrtes &c. vide §. 3.

Aut ut poſſint] ,, Sed nondum factæ
,, ſunt propriæ: vide §. 4.

Quo rectius hoc intelligatur] ,, Ex ipſa
,, inſpectione hujus ordinis apparet, non
,, immerito Auctorem a nobis paſſim ob-
,, ſcuritatis argui: Vid. *l.* 2. *c.* 1. §. 2. JCti
,, Romani jus rerum ex ſimpliciſſimis de-
,, ducunt principiis. Nam 1. res omnes ipſis
,, naturali jure ſunt nullius, i. e. in nullius
,, bonis & proprietate: 2. Harum rerum
,, quædam natura occupari non poſſunt,
,, ut res communes &c. quædam poſſunt.
,, 3. Quæ acquiri poſſunt noſtræ demum
,, fiunt, vel facto noſtro, vel jure rei no-
,, ſtræ, vel per ſucceſſionem: *Vid. Diſſert. Prooem. VI.* §. 66. *& Diſſert.* XII. §. 243.
,, *ſeqq.*

,, Sententiam Grotii de exordio domi-
,, nii explicavimus in *Diſſert. Prooem. VI.*
,, §. 8. Add. *Diſſert. I.* §. 79. *& Diſ-*
,, *ſert. V.* §. 40. Eamque late refutavimus
,, *d. Diſſert. VI.* §. 68. *ſeqq.* Syſtema B.
,, parentis exhibuimus in *Diſſert. prooem.*
,, *X.* §. 8. *lit. o.* Quod illuſtravimus in *Diſ-*
,, *ſert. Prooem. XII.* §. 243. *ſeqq.*

Proprietatis, quod dominium JCti vocant, exordium] ,, Hæc enim ſunt ſynonima: quia
,, *dominium* eſt facultas re utendi & abuten-
,, di: hæc autem facultas ſupponit *proprie-*
,, *tatem.*

Ad §. II.

1 Originem dominiorum explicavimus in *Poſit. jur. gent. V.* Creator enim ſingulis hominibus facultatem conceſſit res hujus terræ occupandi, & in ſuos uſus convertendi: hæc igitur facultas tam diu licita eſt, donec probetur prohibita: Non autem apparet ulla prohibitio, ſi res quæ nullius eſt occupatur, quia nemini fit injuria. Atque ex hac facultate occupandi res nullius dominia oriuntur, & per occupationem res in noſtram poteſtatem rediguntur. Quod nunc plenius explicabimus.

Propositio I.

Jus a natura humano generi conceſſum eſt in terram.

Demonstratio.

Præter revelationem id ipſa ratio naturalis probat, quia humanum genus facultatem a ſuo Creatore accepit de rebus terræ pro lubitu diſponendi: ea igitur tam diu licita erit, donec reſtricta appareat. Idque omnes gentes communi conſenſu aſſerunt: Stoici mundum hominis cauſa factum ajunt. *Cic. Lib.* 1. *de Offic. c.* 22. *& de nat. Deor. infra.* JCti Romani id quoque ſtatuunt in *L.* 28. §. 1. *ff. Uſufr.* Anſibarii apud Tacitum allegant: rerum naturam omnes fructus cauſa hominis comparaſſe *L.* 13. *Annal.* 55. *add. Struv. Syntag. J. Civ. Exerc.* 41. *Theſ.* 1. *& Synt. J. Feud. c.* 1. §. 1. *Term. in not. ad l.* 2. *c.* 18. *lit. e.* Egregie Ovidius.

Sanctius his animal, mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera poſſet.

Hinc Cicero *l.* 1. *de offic. c.* 21. ait, nulla privata eſſe a natura, ſed ex occupatione eorum quæ vacua fuere. Et ex eadem ratione JCti Romani tradunt res ab initio nullas fuiſſe: *l.* 3. *pr. A. R. D* §. 11. *Inſt. R. D.* dominia autem a poſſeſſione demum initium cepiſſe *l.* 1. §. 1. *A. P.*

Propositio II.

Jus illud conceſſum eſt humano generi in terram vel qua tali, vel ut ſingulis.

Demonstratio.

Humanum ergo genus ſpectatur vel ut *univerſum*, quatenus ſc. non ſingulis, ſed toti corpori aliquod jus competit, v. g. jus Imperii; (*Vid. Poſit. jur. gent. XIII. lit. e.*) vel ut *ſinguli*, quatenus ſcl. ſinguli ex toto corpore juris participes ſunt: quo pertinet jus occupandi res terræ, earumque fructus,

Additio.

,, B. Parens ſtatuit imperium ab initio to-
,, ti humano generi competiiſſe, illudque
,, diviſis gentibus demum diviſum eſſe: at
,, jura quædam individua manſiſſe ad eum
,, effectum, ut humanum genus ea quæ ad
,, omnium injuriam pertinent vi illius imperii
,, univerſalis propulſare poſſit. Quam ſen-
,, tentiam latius exponit in *Exercit.* 2. *ad*
,, *Grot.* §. 27. *& in additione ad d. Exerc.*
,, 2. Circa quæ principia quædam monuimus

„ *in Diſſert. Prooemiali VIII.* §. 14. *&.* *Diſſ.* „ *X.* §. 26.

PROPOSITIO III.

Jus ſingulis in hanc terram conceſſum iis competit vel communiter, vel ſeorſim.

DEMONSTRATIO.

Communiter ſingulis competit jus occupandi res & fructus hujus terræ, neque hic uni magis quam alteri natura proſpexit, ſed omnibus communiter. At eandem natura unicuique *ſeorſim* ;facultatem agendi dedit, adeo, ut ſuo jure ſibi occupare poſſit, neque hæc actio communis eſt cum actione reliquorum hominum.

PROPOSITIO IV.

Jus hoc hominibus communiter conceſſum non poteſt ſtare cum ea, quam Grotius fingit, rerum communione.

DEMONSTRATIO.

Duplex igitur notanda communio 1. *proprietatis*, quando ſcl. dominium rei pluribus commune eſt: 2. communio *facultatis agendi*, quando ſcl. pluribus libertas æqualis agendi competit.

Priori ſenſu natura res terræ communes eſſe ſtatuit Auctor, & late urget *Puſendorf. L.* 4. *c.* 4 §. 13. At merito dicimus, talem communionem rerum, cum jure humano generi communiter conceſſo, ſtare non poſſe. Si enim 1. res ipſa pluribus communis eſſet, ſingulis non amplius competeret facultas rebus terræ pro lubitu utendi: ſed 2. per concurſum ſocii reſtricta foret illa facultas, cum in re communi melior ſit conditio prohibentis: unde 3. ſequeretur abſurdum illud, quod res occupari non poſſet niſi conſenſu reliquorum qui commune jus in illa re habent. Sequeretur 4. quod in occupata re reliquorum jus ſemper ſalvum maneret, indeque occupans de eorem parte nunquam diſponere poſſet. Quin 5. pauperes hodieque cum divitibus communi dividundo agere poſſent. Sed & 6. certum eſt, & in eo conſentiunt omnes, dari natura res nullius: falſum autem id eſſet ſi omnes res natura primæva eſſent communes; repugnat enim res *nullius*, & tamen *communes* i. e. *omnium* eſſe.

Poſteriori ſenſu communio quædam, etſi improprie, admitti poteſt, quia omnes homines promiſcue, adeoque unuſquiſque hominum pro indiviſo hoc jus habet: Dum enim homo facultatibus naturalibus, quibus omnia occupare & in uſum ſuum convertere poteſt, a natura inſtructus, & ſic in medio omnium poſitus eſt, hoc ipſo conceſſum ipſi eſt jus in omnia; nam, qui ſufficientem alicui, cum jure poſſit, concedit occupandi omnia facultatem, hoc ipſo jus occupandi concedit, utpote quod nihil aliud eſt quam libera occupandi facultas jure alicui competens: jure autem competit quod conceſſum eſt ab eo qui concedendi jus habet, v. g. ab Auctore naturæ. Quod ſi ergo alius præterea iiſdem facultatibus inſtructus ipſi adjungatur, is idem etiam jus habebit: Adeoque hactenus commune jus humani generis admitti poteſt, ita, ut omnibus hominibus non ſimul ſeu conjunctim unum idemque jus competat, ſed quod omnes homines ſigillatim, ſeu unuſquiſque hominum, jus ita agendi in ſolidum habeat.

PROPOSITIO V.

Vi hujus facultatis a natura ſingulis hominibus conceſſæ, unicuique jus eſt occupandi res nullius: unde dominiorum origo.

DEMONSTRATIO.

Demonſtravimus hactenus, humanum genus jus habere in hanc terram, & ſingulis quoque facultatem naturaliter conceſſam eſſe res terræ occupandi.

Hæc facultas autem ſaltem obtinet in rebus quæ nullius ſunt, i. e. quæ ab alio nondum ſunt occupatæ: nam ſi vacuæ non ſunt, alter ex eadem facultate ipſi conceſſa jam jus quæſitum habet, adeoque mea facultas occupandi concurſu alterius facultatis, quæ prævenit, ceſſat. Hinc nervoſe Imperator *in* §. 14. *Inſtit. de Rer. Div.* ait: *Quod ante nullius eſt, naturaliter occupanti conceditur.* Et Juriſconſultus *in L.* 1. §. 1. *de acquir. poſſ.* ait, *dominia rerum ex naturali poſſeſſione i. e. ex occupatione demum cœpiſſe.* A ICtis id didicit Cicero, *qui Lib. I. Offic.* 7. ait, *privata nulla natura eſſe, ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt &c.*

Atque ex hac occupatione rerum quæ nullius ſunt dominia orta ſunt, i. e. res per occupationem in noſtram poteſtatem redactæ, eoque propriæ nobis factæ ſunt.

PROPOSITIO VI.

Unde patet, verum non eſſe omnium rerum dominium Adamo a natura conceſſum eſſe.

DEMONSTRATIO.

Recentiores quidam exiſtimant, dominia non ex diviſione rerum communium, uti Auctor putat, neque ex occupatione rerum nullius, (quæ noſtra ſententia eſt) orta eſſe, ſed ex conceſſione divina primo hominum Adamo, facta: Ex hac conceſſione Adamum verum

Digitized by Google

verum jus dominii in terram, totumque orbem accepiſſe ajunt, eumque id jure hæreditario ad poſteros ſuos tranſmiſiſſe contentendunt, qui poſtea hereditatem paternam inter ſe diviſerunt. *Vid. Kulp. Colleg. Grot. L. 2. c. 2. §. 1. Lit. G. ſeq. Strauch. de Imp. Mar. c. 1. §. 12. Obrecht in Diſp. ſacra termini* §. 27. *Ziglerus, Oſiander, & Boecler in not. ad Grot. h. l.*

At falſiſſima hæc eſt ſententia, 1. quia totus orbis nunquam fuit in poteſtate Adami: Natura enim dominii in eo conſiſtit quod quis re ſua abuti, ac pro lubitu de ea ſtatuere poſſit. *L. 21. C. Mand.* hoc autem fieri non poteſt, niſi quis rem in ſua poteſtate habeat; non autem habet niſi per occupationem: at Adamus nunquam omnia occupavit, ſed minimam ſaltem terræ partem tenuit. Non ergo poteſt dominus fuiſſe, cum nec facultatem naturalem de univerſa terra diſponendi habuerit, nedum mentem. 2. Præterea vidimus Deum non in unius hominis uſum creaſſe terram, ſed in uſum humani generis; eumque ſingulis hominibus æqualem facultatem dediſſe terræ rebus utendi: adeoque ſolus Adamus, qui ordine vivendi ſaltem ab aliis hominibus diſtat, ſibi ſoli eandem facultatem arrogare, ac facultatem reliquorum hominum impedire non potuit. Sane 3. Deus non unum hominem condidit ſed duos, utrique Deus jus dominandi in res hujus terræ conceſſit, ita enim ait, *dedi vobis &c. dominamini. Gen. I. pr.* 28. Adeoque uxor, æque ac maritus, domina declarata fuit, quia uterque eandem facultatem occupandi a naturâ accepit. 4. Si uni Adamo dominium in terram datum fuiſſet, potuiſſet ille dum vixit excludere ab ejus uſu & uxorem & liberos, quia ſolus jus in terram habuiſſet; ſi vero eos excludere non potuit, neceſſario quoque illis jus in res terræ lege naturæ conceſſum eſt. Sed & 5. falſiſſimum eſt, poſteros Adami ſucceſſione demum acquirere dominium in res terræ. Jure naturæ enim nulla eſt ſucceſſio; omne jus Adami morte ejus extinctum fuit, & res ab eo occupatæ iterum nullius fiebant: unde ſequitur, poſteros illos, vi facultatis a natura conceſſæ, occupaſſe res quæ in nullius poteſtatem adhuc venerunt. Denique & 6. ex ſententia illa ſequeretur, hodie, ſi terra aliqua vacaret, eam non cedere poſſe occupanti, ſed dividi debere inter omnes homines, æque heredes ejuſdem Adami: Merito igitur 7. Pufendorfius de *jur. nat. L. 4. C. 4. §. 13.* impugnat domnium Adami.

Additio.

„ Præterea alias rationes allegavimus in
„ *Exerc. proœm. VI.* §. 68.

PROPOSITIO VII.

Hujus juris occupandi lex eſt: Meliorem eſſe conditionem occupantis, & rem occupatam ab alio eripi non poſſe.

DEMONSTRATIO.

Is enim, qui occupat rem nullius, eam occupando ſuam facit; hactenus enim legitima eſt facultas, jure ſuo a natura conceſſo utitur, neminique fit injuria: At hæc ipſa res jam occupata ab alio occupari non poteſt, quia non amplius eſt res nullius, ſed ejus qui vi facultatis a Creatore conceſſæ rem in ſuam poteſtatem redegit, adeoque alterius facultatem præveniendo excluſit. Melior igitur eſt conditio occupantis, & ſic injuria fieret ei, cui dominium, quod ſemel legitime acquiſivit, ab alio aufferretur.

PROPOSITIO VIII.

Jus occupandi ceſſat in iis quæ dividi non poſſunt, quæ inexhauſta ſunt, & omnibus neceſſaria.

DEMONSTRATIO.

Occupare eſt in noſtram poteſtatem & cuſtodiam redigere, indeque ceſſat occupatio in iis quæ dividi non poſſunt: occupando enim id quod occupatur dividitur & ſeparatur ab aliis rebus; ſi ergo dividi res nequit, nec in noſtram poteſtatem redigi per occupationem poteſt. Dividi autem res non poteſt vel *natura*, ut aër, lumen, omneſque res, quæ inexhauſtæ ſunt, vel *jure*, ſi ſcl. ad omnium neceſſitatem pertinent, ut navigatio, piſcatio, tranſitus.

Occupato igitur territorio, mari, vel flumine, non occupata cenſentur ea, quæ ad uſum juris gentium pertinent, neque aliquid jure dominii ibi fieri poteſt quo uſus juris gentium impediatur. *L. 3. ne quid in loco publ.* Si tamen dominus uſum illum juris communem ipſe exercet; ab alio quam diu utitur impediri non poteſt. *L. 7. ff. de diverſ. præſcript.*

Deus humano generi generaliter contulit jus in res hujus inferioris naturæ] „ Quod ap-
„ paret ex facultate naturali quam Deus ho-
„ minibus communiter dedit res illas occu-
„ pandi, ac de illis diſponendi.

Statim a mundo condito] „ Nam Crea-
„ tor homines creatos cum tali facultate ex-

„ ſtare voluit: & præterea fidem huic aſſer-„ to facit ſacra pagina. Deus enim ita al-„ loquitur humanum genus: *Dedi vobis &c.* „ *dominamini.*

Atque iterum mundo poſt diluvium reparato] „ Ita enim ſummum numen volun-„ tatem ſuam Noacho ejuſque liberis expli-„ cat. *Geneſ.* 9. *v.* 2. *ſeqq. Et terror veſter* „ *ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ,* „ *& ſuper omnes volucres cœli, cum uni-* „ *verſis quæ moventur ſuper terram: om-* „ *nes piſces maris manui veſtræ traditi* „ *ſunt; & omne quod movetur & vivit erit* „ *vobis in cibum, quaſi olera virentia tra-* „ *didi vobis omnia.*

Erant, ut Juſtinus loquitur, omnia communia & indiviſa omnibus] „ Erant omnia „ communia non quoad *proprietatem*, ſed „ quoad *facultatem occupandi:* unuſquiſque „ enim hominum pro indiviſo jus habebat „ rebus terræ utendi. *Vid. ſupra lib.* 1. *c.* 1. „ §. 10. *fin.* Sane apud cultioris ſtyli aucto-„ res *res communes* idem ſunt quod *res nullius*, quæ ſcilicet in nullius bonis & pro-„ prietate ſunt, & occupari aliquando poſ-„ ſunt, ac occupatæ cedunt occupanti. *Vid.* „ *Diſſert.* XII. §. 216.

Hinc] Scil. quia omnia communia & indiviſa omnibus fuere.

Arripere poſſet, quod vellet] Imo id non ſequitur ex vera rerum communione, ſed contrarium: ſane non poteſt occupari id quod commune eſt abſque conſenſu totius communitatis; quia in re communi melior eſt conditio prohibentis.

Et, quæ conſumi poterant, conſumere] „ Imo nec hoc ſequitur, quia conſumendo „ rem communem conſumeret rem pro par-„ te alienam.

Ac talis uſus univerſalis juris erat tum vice proprietatis] Parum apte dicitur uſum univerſalem fuiſſe vice proprietatis, cum ad id, ut quis proprietatem habeat, requiratur uſus particularis.

Nam, quod quiſque ſic arripuerat, id ei eripere alter, niſi per injuriam non poterat] Imo poſita rerum communione potuiſſet ſine injuria eripi, quia in re communi melior eſt conditio prohibentis; vel ſaltem pars illius rei, utpote aliena, eripi potuiſſet. Vera igitur ratio eſt, quod homines utendo & arripiendo res nullius dominium acquirant, quod eis eripi ab aliis nequit.

Similitudine hoc intelligi poteſt] Imo diſſimillimum. Nam 1. in theatro occupanti nihil proprietatis & dominii, nec jus perpetuum acquiritur, ſed uſus momentaneus: 2. theatrum non natura, ſed lege civitatis res communis facta eſt civium: Occupato enim territorio locus ille in ſingulos non fuit diſtributus, ſed uſus ejus communis civibus relictus eſt: adeoque 3. locus theatri quem quiſque occupavit, ejus eſt quoad ſolum uſum, & quamdiu utitur, hinc abuti eo non poteſt uti poteſt conſumere res occupatas.

Neque is ſtatus durare non potuit] Imo, ſi poneretur veram rerum communionem ab initio fuiſſe, non potuiſſet durare ſtatus ille aucto adeo hominum numero, ut non omnibus abundare poſſent terræ incultæ indeque nati fructus, niſi accedente induſtria cultura & opera, ex qua neceſſario unuſquiſque ſibi acquireret. Non ergo per univerſum orbem talis ſtatus durare potuiſſet, ſed ſaltem inter paucos, uti Eſſenos, vel in aliqua terræ parte, ut in America nondum occupata.

Si aut in magna quadam ſimplicitate perſtitiſſent homines] Allegari ſolet exemplum Scytharum, apud quos agri communes, nulla divitiarum cupido, nulluſque earum uſus erat. *Juſtin.* 2. *c.* 2. At communio hæc non fuit ex ſtatu naturæ, ſed quia conſenſu ſuo communiter rebus uti voluere. Sed & negari nequit, ſingulos in eo quoque ſtatu propria quædam ſibi habuiſſe, ut arma, pecudem. &c.

Aut vixiſſent inter ſe in mutua quadam eximia caritate] „ Quod in ſtatu hominum „ corrupto vix ſperari poteſt: communio „ enim eſt mater rixarum.

Videre licet in quibuſdam Americæ populis, qui per ſecula multa ſine incommodo in eo more perſtiterunt] Populi illi ex paucis collecti fuere familiis, quibus victus communi opera quæſitus ſufficiebat. Sed ea communio non ad alia pertinebat, cuique enim jus in ſua arma, pecudem, aliaque bello quæſita permanebat.

Exhibuerunt olim Eſſeni] Dixi modo in paucis talem ſtatum durare potuiſſe. Eſſeni erant ſocietas hominum qui ſine conjugio monachorum inſtar vivebant, ubi facilis erat victus: Nam & ante Eſſenos Epicuræi in communione vivebant eximia, ſed fuerunt hæ ſocietates particulares, nulla ibi cura familiæ, liberorum, &c. nullum ibi cum extraneis erat negotium.

Eſſeni] „ De Eſſenis egimus ſupra *L.* 1. *c.* 3. §. 3.

Chriſtiani, qui Hieroſolymis primi extiterunt]

Digitized by Google

runt] ,, De quibus vide *Act.* 4 *v.* 32. *Au-*
,, *guſt. de Civit. Dei.* 5. 18.

Aſceticam] ,, I. e. qui exercent & caſti-
,, gant corpus ut animus magis vacet Phi-
,, loſophiæ. De inſtituto eorum ita loquitur
,, *Euſebius Hiſtor.* 2. 17. *Poſtquam tempe-*
,, *rantiam tanquam fundamentum aliquod*
,, *in animis ſuis jecerunt, reliquas deinde*
,, *virtutes ſuperſtruunt. Cibum enim potum-*
,, *que nemo illorum ante ſolis occaſum nun-*
,, *quam ſumſerit, quippe Philoſophiæ ſtudium*
,, *luci convenire, curam autem corporis te-*
,, *nebris dignam eſſe exiſtimant. Itaque illi*
,, *quidem ſtudio totum diem, corporis au-*
,, *tem neceſſitatibus exiguam noctis partem*
,, *deputarunt. Nonnulli eorum toto triduo*
,, *cibum capere omittunt, dum ardentiori*
,, *dicendi cupiditate rapiuntur: Quidam ve-*
,, *ro tam incredibili voluptate tantiſque de-*
,, *liciis perfunduntur, dum paſcuntur epulis*
,, *ſapientiæ, quæ ſalubria ipſis præcepta opi-*
,, *parum convivium apponit, ut duplo diu-*
,, *tius famem perferant, ac vix ſexto die ne-*
,, *ceſſarium cibum deguſtent.* Ad horum ex-
,, emplum Monaſteria ἀσκητήρια vocantur.
,, Atque hi monachi itidem communionem
,, bonorum habent, quam deſcribit *Eva-*
,, *grius Hiſtor. I. c.* 21. Johannes Lugdunen-
,, ſis communionem illam primævam fana-
,, tico auſu reducere voluit. *vid. Thuan.*
,, *Lib. I. p. m.* 18. & *L.* 50. *p. m.* 1041.

Argumentum præbuit nuditas] Nam ho-
dieque gentes, quæ juxta ſolius naturæ re-
gulas vivunt, ſine lege nudæ incedunt,
certiſſimo indicio, nuditatem eſſe ſimplicita-
tis primævæ indicium.

*Erat illis ignoratio magis vitiorum, quam
cognitio virtutis*] Cognitio alia eſt ſenſuum,
alia rationis. Hanc Scythæ æque ac aliæ
Gentes habebant; cognitum ipſis ex naturæ
lumine erat, mala eſſe vitanda; nec lici-
tum contra Dei præcepta agere: Atque hæc
dicitur cognitio theoretica. At practicam
vitiorum cognitionem non habebant, i. e.
non percipiebant motus in contrarium & ſic
neſciebant motus malos, ſeu vitia.

Additio.

,, Primos homines rationalem cognitio-
,, nem vitiorum & virtutum habuiſſe, ex-
,, tra omne dubium eſt. Eva enim ſerpenti
,, vetitum fructum offerenti, oppoſuit pro-
,, hibitionem legis, quod Adamum quoque,
,, cum uxor eum ad comedendum invita-
,, ret, feciſſe legimus. Sane regulæ æqui
,, & boni ab ipſa natura hominum animis
,, inſculptæ ſunt, neque igitur primi homi-
,, nes eas ignorare potuerunt Scythæ im-
,, primis, de quibus hæc prædicat Auctor,
,, commendantur a ſingulari prudentia, &
,, acutiſſimo ingenio ad cognoſcendam ve-
,, ritatem, falſitatemque refellendam, *Theo-*
,, *doret. Colloq.* 5. Græcos multa ab iis ac-
,, cepiſſe refert. *Clem. Alex. L.* 1. & *Plato*
,, *in Cratylo ſuo.* Orpheus Trax Scytha
,, fuit. Zamolxides eorum fuit Legislator,
,, & primus immortalitatem docuiſſe fer-
,, tur: *Confer. Plutarch. in Convivio.* Fur-
,, tum graviſſime puniebant Scythæ, *Juſtin.*
,, *L.* 2. *c.* 2. Adeoque vitia apud eos cogni-
,, ta erant, quia pœnam in illa ſtatuebant.
,, Sed & practicam cognitionem vitiorum
,, primos homines habuiſſe, vel ex ipſo A-
,, dami & Evæ exemplo apparet, qui ma-
,, xime motus in contrarium percipiebant.

Nulla adhuc mala libidine] ,, Contrarium
,, teſtantur exempla primorum parentum,
,, qui præcepta divina violarunt comeden-
,, do ab arbore vetita. Cain, primus eo-
,, rum qui geniti ſunt, fratrem occidit:
,, Poſteri ejus in eum gradum mali exſtitere,
,, ut Deus conſilium inde ceperit humanum
,, genus diluvio delendi.

Eoque ſine pœna aut coërcitione agebant]
,, Imo non omnes pœnæ aut coërcitiones
,, ceſſabant, nam ubi crimina committun-
,, tur, uti a primis hominibus commiſſa eſſe
,, certum eſt, ibi etiam pœnæ locum ha-
,, bent. Sacra pagina nos docet, in pecca-
,, ta Adæ, Evæ, & Caini pœnas ſat gra-
,, ves a Deo ſtatutas fuiſſe. Id igitur ſolum
,, in favorem hominum primorum dici po-
,, teſt, non adeo frequentia crimina, adeo-
,, que pœnas quoque rariores fuiſſe, quia,
,, quamdiu omnia omnibus ſuffecerunt, oc-
,, caſio delinquendi tanta non fuit.

Apud Macrobium eſt] ,, De integritate
,, ſeculi aurei omnes Gentiles Philoſophi,
,, Poëtæ imprimis, multa fabulati ſunt. *Ju-*
,, *venal. Satyr.* 13. *ait.*
,, *Improbitas illo fuit admirabilis ævo.*
,, quo pertinent omnia loca ſupra *in Pro-*
,, *leg.* §. 8. allegata. *Conſ. Grot. de verit. rel.*
,, *L.* 1. *c.* 16.

Ἀφθαρσία *videtur dici ſapienti Hebræo*]
,, Per ἀφθαρσίαν intelligunt integritatem,
,, quæ ſequitur ſimplicitatem rei, quæ, cum
,, compoſita non ſit, corrumpi non poteſt.

Ἁπλότης] ,, Proprie ſimplicitas animi.

Vafræ calliditati] ,, I. e. moribus com-
,, poſitis.

Cujus ſymbolum arbor vitæ] Tota diſciplina moralis in duplici arbore latet: Deus enim homines quidem condidit inſtructos libertate agendi quidquid lubet, ſed non veluti bruta indefinita quadam libertate, ſed cum libertate limitata, ita, ut actiones ſuas ad normam voluntatis divinæ metiri teneantur. Solus quippe homo inter animantia conditus eſt cum tali facultate cognoſcendi voluntatem ſui creatoris, & concludendi quid ei conveniat, quid adverſe tur. Ratio igitur hæc, hominibus ſolis propria, docet homines voluntati illi parendum eſſe, alias vindictam numinis incurſuros.

Hæc igitur voluntas, vel præcipiens vel permittens, animis primorum parentum ipſo opere Creationis a ſummo numine indita & inſculpta fuit; ſed, cum ea quæ ſola contemplatione percipiuntur facile excidere hominibus ſoleant, Deus genuino ſymbolo, quod ſemper ob oculos & in conſpectu eſſet, firmavit & expoſuit voluntatem tum permittentem tum præcipientem. Symbolum *juris permiſſivi* erat arbor vitæ, unde promiſſio præmii ſi ea faceret homo quæ permiſſa & non vetita ſunt. Symbolum *juris præceptivi* arbor ſcientiæ boni & mali, unde pœna mortis ſi ea quæ vetita ſunt faceret. Hæc arbor deſcribitur, quod fuerit pulchra & plena illecebris, quia conveniebat luxuriæ, libidini & ambitioni hominis. Atque adeo per hæc ſymbola primi parentes ſemper duo oppoſita ante oculos habebant, optionem cupidinis & rei caducæ; vel æterni boni vitæque.

Optima autem ſymbola erant arbores, cum ageretur de fructibus vitæ æternæ. Atque ideo in ſacris bona & mala ſemper comparantur arboribus: Unde Salomon ait, *ſapientiam eſſe lignum vitæ, quod qui tenuerint beatos prædicat. Prov.* III. *v.* 18. Et Johannes regnum Dei deſcribens, ait: *In medio plateæ, & ex utraque fluminis parte, lignum vitæ eſſe, reddens fructum ſuum & folia ad ſanitatem Gentium. Apocal.* XXII. *v.* 2.

Ut Hebræi veteres explicant] „ Quod ex „ Solomone jam didicimus. Quamquam alii „ opinentur non ſymbolum ſaltem cultus di„ vini per arborem proponi, ſed arborem „ illam vere virtute naturali præditam fuiſſe „ conſervandi vitam primi hominis. *Oſiand.* „ *b. l. Obſerv.* 3.

Quæ ſine induſtria ſponte ſua terra proferebat] Unde facile quoque ignorabant ea vitia quorum fons eſt concupiſcentia, cujus tres partes ſunt, avaritia, voluptas, & ambitio.

Verum in hac vita ſimplice & innocente non perſtiterunt homines] Auctor jam explicat quomodo a communione, id eſt a primæva illa innocentia, receſſum, indeque ſtatus corruptus fuerit. Nimirum per artes varias, (quarum ſymbolum fuiſſe, ait, arborem ſcientiæ boni & mali,) & quæ cauſam rumpendi concordiam paulatim dederunt.

Additio.

„ Naturam humanam corruptam eſſe non „ tantum ſacra pagina nos docet, ſed magis „ ipſa experientia. Quilibet homo fatebitur, „ ſe ſummam totius legis de colendo. Deo, „ & amando proximo in pauciſſimis attinge„ re. Quivis experietur in ſe motus ali„ quando involuntarios, qui voluntati divi„ næ repugnant: Præterea, quod maximum „ eſt, omnes gentes ex lumine rationis id „ agnoverunt; cauſamque ejus fabulis invol„ vunt, dum fingunt juſtitiam ab orbe re„ ceſſiſſe. *Ovid. L.* 1. *Metam.* 5. *& Catull.* „ *in Argonaut. in f.* Idque quatuor gradi„ bus factum ajunt per quatuor ætates, „ quarum ultimam, ſeu ferream corruptiſ„ ſimam & feram prædicant. *Seneca in* „ *Conſolat. ad Helvid. c.* 5. *Ovid. d. l.*

Ad artes varias] Imo artes nec tollunt ſimplicitatem, nec eam corrumpunt, ſed potius perficiunt mentem, & abuſus eas aliquando reddit malas.

Arbor ſcientiæ boni & mali] Uti Arbor vitæ erat ſymbolum præmii ſeu vitæ æternæ, quam Deus promittit iis qui legem naturæ ſequuntur. Ita arbor ſcientiæ boni & mali erat ſymbolum pœnarum, quas minabatur iis qui leges naturæ transgrederentur. Cur autem vocatur arbor ſcientiæ boni & mali? anne ante jam cognitum ipſis fuit quid bonum, quid malum ſit? Reſp. omnino id cognitum ipſis fuit, ſed ſenſum mali non habuerunt, poſt lapſum enim ſentiebant malum quod ante non perpetrarunt. Arbor itaque hæc non poteſt ad artes applicari, quas per ſe indifferentes eſſe diximus, & quæ ſua natura nullam pœnam merentur.

Id eſt earum rerum, quibus tum bene tum male uti licet] „ Scientia harum rerum, „ adeoque uſus artium, non poteſt haberi „ pro ſymbolo arboris boni & mali: hoc „ enim arbore uti ſemper malum erat. *Quoties ab ea comederis, morte morieris.*

„ Hu-

Digitized by Google

Huc reſpiciens Salómo] „ No[illegible] reſpexit Salomo ad varias artes, quaſi earum ſymbolum ſuerit arbor ſcientiæ boni & mali, neque hanc cauſam allegat mutati ſtatus perfectionis: ſed de incertitudine queritur Salomo, varias ſibi de rebus ignotis format quæſtiones, ſe veritatem quærere, ait, at invenire eam non poſſe, & tandem concludit, ſe illud ſolummodo inveniſſe, quod Deus homines rectos & ſimplices creaverit, ſed hos, ait, ſibi quæſiviſſe cogitationes multas, i. e. multis inutilibus ſe immiſcuiſſe quæſtionibus, uti vulgata vertit. *Eccleſ. c.* 7. *v.* 1. 11. 16. 24. 26. 29. & 30.

Variaque ad vitam reperta] „ Dion Pruſæenſis ſequitur ſabulam illam, quam Poetæ & gentilium Philoſophi ſibi de ſæculo aureo finxerunt, ubi omnia crimina incognita ſuiſſe ajunt.

Antiquiſſimæ artes] Abuſive artes dicuntur: Nam terræ uſus naturalis duplex eſt, agricultura & pecorum paſtus: Ars vero eſt quæ ingenio hominum invenitur.

Additio.

„ Auctor cauſas hic recenſet ob quas a communione homines receſſerint: Scl. 1. quia ſe ad varias artes applicuerunt, & quidem 2. ad artes colendi agrum, & paſcendi pecus, unde 3. inter primos fratres æmulationem ortam eſſe ait, indeque 4. cædes: acceſſiſſe 5. conſortium malorum hominum: tum 6. vitæ genus giganteum, ſeu violentum poſt diluvium, item 7. cupidinem voluptatis, cui vinum illicitique amores inſerviiſſent: præcipue vero 8. rupiſſe concordiam vitium ambitionis, unde 9. terrarum partitio orta inter gentes: tandem vero 10. in familias dividi terras cœpiſſe. At confundit auctor cauſam & effectus corruptionis: Cauſa corruptionis ex ſacris nobis obvia eſt, ſcl. tranſgreſſio legis divinæ, quam tunc vitia ſecuta ſunt tanquam effectus. Cum enim primi fratres eas quas Auctor ſtatuit artes eligerent, ſtatus jam corruptus fuit, adeoque lapſi ſunt primi parentes antequam ulla ars cognita fuerit. Lapſus ergo vere conſiſtit in commeſſatione ab arbore vetita, quia hoc ipſo homo juſtitiam violavit, cujus ſymbolum erat illa arbor ſcientiæ boni & mali, eoque pœnam huic ſymbolo junctam jure meritus eſt. Atque hanc cauſam ex lumine rationis gentiles agnoverunt: Fingunt enim juſtitiam Jovis filiam a primis mortalibus læſam in cœlum ſe recepiſſe, indeque Jovem varias calamitates variaque pœnarum genera in humanum genus decreviſſe. *Heſiod. in* Ἔργων *p. m.* 18. Ut proinde verum 1. non ſit, artes eſſe cauſas corruptionis, & per eas a communione, eoque a ſtatu innocentiæ receſſum eſſe: neque 2. verum eſt, agriculturam & vitam paſtoritiam artes dici poſſe, cum in iis uſus naturalis terræ conſiſtat. Omnium minime 3. verum eſt, corruptionem per artes pedetentim irrepſiſſe, nam ex eo momento, quo contra mandatum Dei de arbore vetita, (quæ ſymbolum erat juris præceptivi,) comediſſent primi parentes, corruptio generis humani ſecuta eſt.

Agricultura & paſtura] „ Gentiles finxerunt agriculturam a tellure & Cerere ſuiſſe repertam. *Ovid.* 1. *Faſt. v.* 675. Antea autem homines ex glande vixiſſe. *Iuven. Satyra* 6. *v.* 10. *Iuſtin. L.* 2. *c.* 6. *Servius ad Virgil. Ecl.* 1. *pr. Cic. ad Brut.* 9. *Diacon. Miſcel.* 1. *c.* 1.

In primis fratribus] Quorum alter agriculturæ, alter arti paſtoritiæ ſtudebat.

Non ſine aliqua rerum diſtributione] Nam ex eo ipſo, quod portionem terræ ſibi elegerit alter fratrum, quod ſua opera eam coluerit inſtrumentis forte a ſe confectis, Auctor concludit, per pactum primorum hominum adeoque diviſione quæſitam fuiſſe illam portionem Abeli.

At dictum jam eſt 1. non dari communionem rerum, adeoque non opus eſſe pacto diviſionis; Indeque 2. Abelem vi facultatis a natura conceſſæ portionem illam terræ quæ nullius, i. e. in nullius bonis & proprietate fuit, occupaſſe, atque opera & induſtria ſua coluiſſe, indeque proprietatem ſibi acquiſiviſſe.

Ex ſtudiorum diverſitate æmulatio] „ Imo æmulatio non ex diverſitate artis quam uterque fratrum profitebatur orta eſt, ſed ex eo quod Deo ſacrificium Abelis magis placuerit.

Etiam cædes] „ Abel enim interemtus eſt a Caino.

Cum boni malorum conſortio contaminantur] „ Ita explicat Auctor quod *Geneſ.* 6. *v.* 2. traditur. *Videntes filii Dei filias hominum quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant.*

Vita

Vitæ genus giganteum] „ Ita enim res traditur *Geneſ. VI. v. 4. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis; poſtquam enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes a ſeculo viri famoſi.* Unde apparet, per gigantes non itelligi viros proceritate corporis enimentes, ſed potentes, ac ſacra humanaque violantes.

Χειροδίκας] „ Violenti, quibus jus in manibus. Vide *Gronov. h. l.* Unde Gigantes vim intuliſſe Diis dicuntur; i. e. leges & vindictam divinam vilipendiſſe. Quod ex exemplo Lycaonis apparet, qui Iovem Hoſpitem, divinitatem ejus ludibrio habens, occidere voluit *Ovid. Metam.* 1. *eleg.* 2. Hinc Polyphemus apud Euripidem *pr.* 113. *Jovis ego fulmen non metuo, hoſpes; Nec ſcio quod Jupiter ſit me potentior Deus.*

Pro ferina illa vita ſucceſſit cupido voluptatis] Adeoque Auctor putat poſt diluvium deſiiſſe feritatem, cum tamen ibi demum inceperit. *Vid. Orat. noſtra de progreſſu juris Europæi.*

Additio.

„ Auctor ſupponit ante diluvium, gigantum ætate, promiſcuam invaluiſſe cædium licentiam, quam poſt diluvium Deum ſeverius lege Noachidis data prohibuiſſe fingit. Vide *L.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 5. Hic jam addit, in locum iſtius vitæ violentæ ſucceſſiſſe cupidinem voluptatis. Verum talem cædium licentiam non obtinuiſſe demonſtravi allegato loco : Sed & voluptatum cupidinem jam ante diluvium fuiſſe, imo eam cauſam ſubſecuti diluvii allegari, patet ex *Gen.* 6. *v.* 2. *ſeq.*

Cui inſerviit vinum, unde & illiciti amores] Equidem uvas jam ante diluvium fuiſſe omni dubio caret, quia vites initio cum cæteris fructibus creatæ ſunt; at forte modus vini parandi ante diluvium cognitus non fuit, illumque primus invenit Noach: Quanquam veroſimile ſit Adamum, qui virtutes lapidum, & vim aquarum herbarumque cognitas habuit, naturam vini perſpectam quoque habuiſſe. Quando igitur ſacra pagina refert, Noachum coepiſſe agrum colere, & plantare vineam, *Gen. IX. v.* 20. voluit indicare Scriptor, Noachum continuaſſe uti agriculturam, (quæ ante diluvium jam cognita & a Caino exercita fuit) ita & vinearum plantationem, quæ pars eſt agriculturæ.

Additio.

„ *Van der Hardt in Ephemerid Phil.* 2. autumat, Noachum primum fuiſſe qui humorem & calorem vini amaret, ſeque inebriaſſet. Unde *Manaſſe Ben Iſrael in Diſſertat. de Fragil. hum. p.* 64. ait: *Noachum ſe iſta actione profanaſſe, indeque virum terræ appellari, d. Gen. IX. v.* 20. *ut, qui hoc ipſo valde terrenum & mundanum ſe oſtendit.*

Unde & illiciti amores] „ Notum eſt illud: vinum parat animos Veneri. Ideo & Judæos vino abſtinere ait Teſmarus h. atque ideo Romanorum quoque fœminis uſum vini interdictum fuiſſe patet ex *Gell. Noct. Att.* 10. 15. *Ælian.* 2. *var.* 38. At illicitos amores jam ante diluvium fuiſſe, patet ex *Gen. VI. v.* 2.

Concordiam rupit] „ I. e. communionem rerum primævam turbavit.

Generoſius vitium ambitio] „ Unde Cicero ait: *Eſt autem in hoc genere moleſtum quod in maximis animis ſplendiſſimiſque ingeniis plerumque exiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates. L.* 1. *Offic. cap.* 8. *Et cap.* 19. ita pergit, *Sed illud odioſum eſt, quod in hac elatione & magnitudine animi facillime pertinacia & nimia cupiditas principatus innaſcatur.* Confer. *Teſm. h. l.*

Cujus ſignum turris Babylonica] Verum eſt terras ac provincias partitas fuiſſe poſt confuſionem linguarum, at hoc non inde eſt quod omnes res antea communes fuerint, ſed quod jure ſuo occupandi non uſi ſint, cum omnia omnibus ſufficerent. Aucto hominum numero Deus voluit totum inhabitari orbem, ac in eum finem totam illam molem creavit; vidit autem ſibi repugnare humanum genus, vidit ſtructuram turris quæ hominum copiam continere non poterat, indeque mira providentia linguas confudit, eoque diſſipationi familiarum cauſam dedit. Hæ igitur familiæ ſibi quaſdam terrarum portiones elegerunt, eaſque non per diviſionem, ſed occupatione ſuas fecerunt, quia terræ illæ nullius, i. e. in nullius bonis & proprietate erant. Joſephus *Antiq. Iud. I. c.* 5. id confirmat, dum ait, Deum juſſiſſe ut homines aucto admodum numero ſe diſpergerent, orbemque inhabitarent colonias conſtituendo, at noluiſſe id humanum genus inſtigante Nimrode Chami nepote, & quia metuebant ne diluvio perirent, turrim exſtruxiſſe in contemtum vindictæ divinæ.

Additio.

Digitized by Google

Additio.

,, Novam ſententiam foret van der Hardt
,, *in Ephem. Phil.* 2. & 3. atque rem ita
,, explicat. Poſtquam Cham nuditatem pa-
,, tris ſui detexiſſet (i. e. cum matre vel
,, noverca, cujus nuditas eſt ipſa nuditas
,, patris, *Lev.* XVIII. *v.* 6. & *c.* 20. coha-
,, bitaſſet) eoque patris thorum violaſſet,
,, merito, ait, ob hoc crimen maledictum
,, ei a patre, & ſervum reliquorum fratrum
,, declaratum fuiſſe, tum, quia inceſtum
,, commiſit, tum ob partum ex illo inceſtu
,, natum.

,, Hanc maledictionem ac ſervitutem ægre
,, ferentes Chami & Canaani poſteri, ſub
,, Nimrodo (qui erat Chami nepos *Gen.* X.
,, *v.* 8.) conſpirare cœpiſſe contra Semi &
,, Iapheti nepotes, urbemque Babel, mo-
,, numentum tum defenſionis ſuæ, tum Im-
,, perii arrogati, exſtruxiſſe. *Gen.* X. *v.* 10.
,, Deum vero, qui Semi maledictionem non
,, ſine effectu eſſe voluit, vinculum illud
,, ſolvendum ſtatuiſſe, atque ideo linguas
,, eorum confudiſſe, i. e. conſilium com-
,, mune, quod magno conſenſu ceperant,
,, turbaſſe, diſſidium inter auctores illius
,, operis excitando, animoſque divellendo,
,, ne in illo negotio ferali amplius conſen-
,, tiant omnes. Atque hoc modo, ait, lites
,, & ſeditiones inter eos ortas fuiſſe in di-
,, verſa euntibus ſingulis: quo effectum, ut
,, pars una poſt aliam abierit, ac alio ſe
,, contulerit, quo ipſo a cœpto munimento
,, deſiſtere coacti fuerint, unde fatale nomen
,, urbi tandem impoſitum fuiſſe Babelis, i.
,, e. ſeditionis.

,, De hac arce certatim gentiles ſcriptores
,, teſtantur, & loca collegit *Grotius de veri-*
,, *tate relig. Chriſt.* 1. *c.* 16. De altitudine
,, & ſitu hujus turris *vide Bochart. Geograph.*
,, *ſacr. L.* 1. *c.* 9. & 10.

Partito poſſederunt] ,, Hactenus enim ge-
,, nus humanum in communione rerum man-
,, ſiſſe putat; at per ſeceſſum hunc gentes
,, ſibi terræ portiones appropriaſſe, eaſque
,, partito poſſediſſe.

Sed poſtea quoque inter homines vicinos manſit non pecorum, ſed terrarum paſcuarum communio] ,, Mens auctoris eſt, gen-
,, tes ſecedentes quidem proprias ſibi quæſi-
,, viſſe terras, attamen paſcua manſiſſe inter
,, vicinos communia, quia omnibus ſuffi-
,, cerent.

Ut ſine incommodo ad multorum uſus ſufficerent] ,, Adeoque putat, homines vicinos in
,, communione primæva quoad *terras paſcuas*
,, remanſiſſe, non quoad *terras cultas*, *pe-*
,, *cora* &c. quod ad multorum uſum ſine in-
,, commodo non ſufficerent.

Ne ſignare quidem &c.] ,, Citat hunc
,, verſum Lactantius *L.* 5. *c.* 5. Sed optime
,, addit, *Poëta dictum ſic accipi debere, non*
,, *ut exiſtimemus nihil tum fuiſſe privati,*
,, *ſed modo poëtico figuratum. Teſtm. h. l.*

Donec aucto, ut hominum, ita pecudum numero] Cum res omnibus ſufficerent, ex mente auctoris non adeo curata fuit rerum proprietas, ſed, aucto hominum numero, ſingulos magis de proprietate rei occupatæ ſollicitos fuiſſe ait.

Paſſim terra non in gentes, ut ante, ſed in familias dividi coeperunt] ,, Gradus igitur
,, hic ultimus eſt ſeparationis, qui opi-
,, nante auctore nihil amplius communioni
,, rerum primævæ reliquit. (vid. tamen §. 3.
,, 6. 13. 17.) Gentes enim diviſas invicem
,, fuiſſe dixit ſeditione orta, eoque ipſo pe-
,, cora cuique genti propria facta fuiſſe. Au-
,, cto autem in unaquaque gente numero
,, hominum, inter ſingulas ejuſdem gentis
,, familias etiam paſcua & puteos diviſos
,, eſſe fingit, idque exemplo Jacobi docet,
,, qui cum Loth & paſcua & puteos parti-
,, tus eſt.

Hæc ſunt, quæ ex ſacra hiſtoria docemur]
,, Equidem verum eſt 1. in ſacris ſtatum in-
,, nocentiæ & lapſus accurate deſcribi: 2.
,, diſſidia inter primos fratres fuiſſe: 3. vitæ
,, genus violentum præceſſiſſe diluvium: 4.
,, vinum & turrim Babylonicam cauſam
,, diſſidiis dediſſe. 5. Abrahamum cum fratre
,, Loth puteos & paſcua diviſiſſe. At, nulla
,, inde probatur præcedens rerum communio;
,, neque ullibi in ſacris dicitur talem un-
,, quam communionem fuiſſe, illamque de-
,, ſiiſſe cum ſtatu innocentiæ. Negavimus
,, corruptionem demum per artium ſtudium
,, ortam eſſe, ſed eam originem ex com-
,, meſſatione de arbore vetita, eique con-
,, juncta violatione legis divinæ, cepiſſe
,, probavimus.

Satis convenientia cum his quæ philoſophi & poëtæ de primo ſtatu dixerunt] ,, Imo nec
,, Philoſophi nec Poëtæ talem rerum com-
,, munionem ſtatuerunt.

Et poſtea ſecuta rerum diſtributione] ,, Cum
,, nulla fuerit unquam rerum communio na-
,, turalis, fruſtra de diviſione & rerum di-
,, ſtributione quæritur.

Quorum teſtimonia alibi a nobis producta ſunt]

ſunt] ,, In libro de veritate religionis
,, Chriſtianæ *L. 1. c. 16. n. 32. ſeqq.*

4 *Hinc diſcimus quæ fuerit cauſa ob quam a primæva communione receſſum ſit*] Imo, hæ ſunt cauſæ ob quas non a primæva communione, utpote quæ nunquam fuit, receſſum ſit, ſed ob quas jus occupandi fere deſiit; quia aucto hominum numero omnia fere privata facta ſunt; unaquæque enim familia ſibi portionem terræ occupavit, illamque coluit, & ex ſua induſtria ſibi quæſivit, non aliis.

Primo mobilium deinde & immobilium]
,, At dictum jam eſt, nunquam fuiſſe re-
,, rum communionem nec mobilium nec im-
,, mobilium : adeoque fabulam eſſe quæ de
,, rerum earumdiviſione finguntur.

Antra habitare, corpore aut nudo agere]
,, Atque hunc ſtatum vocare ſolent ætatem
,, auream. *Eurypid. in Cyclop. v. 121. Ovid.*
,, *I. Metam. v. 10.*

Induſtria opus fuit, quam ſinguli ſingulis rebus adhiberent] ,, Diviſionem ergo rerum
,, immobilium inde ortam ait Auctor, quod
,, exquiſitiori victu & habitu quidam uti vo-
,, lentes, id non niſi ex ſua induſtria &
,, opera habere potuerint, unde neceſſario
,, ſequi putat, rem illam debuiſſe propriam
,, fieri agentis, nec alii jus ex opera & in-
,, duſtria alterius competere potuiſſe.

Quo minus autem fructus in commune conferrentur, primum obſtitit &c.] ,, Por-
,, ro occaſionem refert Auctor, quomodo a
,, communione fructuum receſſerint homi-
,, nes : quia ſcl. gentes per totum orbem
,, ſparſæ iis ſimul uti non poterant, inde-
,, que probabile eſſe putat, remotiores vi-
,, cinioribus eos reliquiſſe, quia circa ope-
,, ram & circa diviſionem fructuum perpetuæ
,, lites futuræ fuiſſent. Quæ omnia vana &
,, vaga ſunt, nec ulla ratione nituntur.

Locorum, in quæ homines diſceſſerunt diſtantia] ,, Unde remotæ illæ gentes uti
,, communibus illis fructibus non potuerunt.

Ut nec in labore] ,, Vix enim eſt, ut
,, operæ æqualis ubique proportio haberi
,, poſſit.

Nec in conſumtione fructuum] ,, Aliæ
,, enim familiæ aliis ſunt numeroſiores, adeo-
,, que hæ pro aliis operam præſtarent.

5 *Simul diſcimus, quomodo res in proprietatem venierint*] Imo id ex primæva rerum communione earumque diviſione non diſcimus : ſed id ſequitur ex facultate hominibus a natura conceſſa occupandi res in alterius poteſtatem nondum redactas. Sane, poſita communione naturali non daretur dominium, quia non potuiſſent homines a communione recedere, ſed melior, hodieque, foret conditio prohibentis.

Non animi actu ſolo] ,, Sed corporalis
,, poſſeſſio requiritur. *vid. L. 2. c. 7. §. 3. c.*
,, *8. §. 3. 4. 6.*

Neque enim ſcire alii poterant quid alii ſuum eſſe vellent; & idem velle plures poterant] ,, Hæc ratio ſupponit rerum commu-
,, nionem, quæ nunquam fuit. Vera ratio
,, hæc eſt, quod dominium acquirere nihil
,, aliud ſit, quam rem nullius in poteſta-
,, tem noſtram redigere, ita, ut pro lubitu
,, de ea diſponere poſſimus; at res nondum
,, in noſtra poteſtate conſtituta dici poteſt,
,, cujus habendæ animus ſaltem nobis eſt.

Sed pacto quodam expreſſo, ut per diviſionem] ,, Cum nunquam fuerit rerum com-
,, munio, fruſtra fingitur homines pacto &
,, per diviſionem ab ea receſſiſſe : Neque
,, enim per rei naturam tale pactum diviſio-
,, nis probari poteſt. Præterea diviſio illa
,, tantum obtinebit inter eos qui diviſere,
,, adeoque qui ita pacti ſunt, cæteri igitur
,, adhuc in communione perſiſterent: Unde
,, ſequeretur illos hodieque ad diviſionem
,, agere poſſe, quæ omnia ratione carent.

Aut tacito, ut per occupationem] ,, Au-
,, cto hominum numero, cum dividi con-
,, ſenſu expreſſo terræ non potuerint, cui-
,, que tacite permiſſum fuiſſe fingit, ut oc-
,, cupet quidquid velit : At, unde quæſo
,, tacitus ille conſenſus probabitur? Quinam
,, ſunt illi actus unde talis voluntas elici po-
,, terit. Supra probavimus, occupandi jus
,, non oriri ex tacito conſenſu eorum qui-
,, bus res communis eſt, ſed ex facultate
,, naturali humano generi conceſſa appre-
,, hendendi, & in ſuos uſus vertendi quid-
,, quid nullius eſt; idque jus ex conceſſione
,, divina ſingulis hominibus competit, etſi
,, omnes reliqui homines diſſentirent.

Simulatque enim communio diſplicuit, nec inſtituta eſt diviſio, cenſeri debet inter omnes conveniſſe, ut quod quiſque occupaſſet &c.]
,, Si jus naturæ ex ejuſmodi conjecturis,
,, & tacitis pactis elicere liceret, quid non
,, inde deduci poſſet! Verum non eſt com-
,, munionem rerum fuiſſe, eamque humano
,, generi diſplicuiſſe : verum non eſt divi-
,, ſionem unquam inter homines de rebus
,, illis communibus interveniſſe : verum
,, non eſt inter homines aliquid de hac re
,, conventum eſſe ; verum non eſt conve-

I ,, niſſe

„ niſſe inter homines, ut quod quiſque ex
„ re communi occupaſſet id proprium ha-
„ beret. Dictum jam ſæpius eſt res origina-
„ rie eſſe nullius, & vi facultatis a natura
„ humano generi conceſſæ occupari poſſe,
„ atque hinc ſequi dominium, quia quod
„ quiſque ita occupat ſuum facit. Adeoque
„ non opus eſt in re tam facili & tam cla-
„ ra ad præſumta pacta, quæ per rationem
„ nec concipi poſſunt, confugere.

Conceſſum ſibi ut quiſque mallet] „ Cice-
„ ro non ait, unumquemque malle ſibi oc-
„ cupare ex pacto aliquo tacito, ſed id con-
„ ceſſum eſſe a natura.

*Profecto quidquid jure poſſidetur injuria au-
fertur*] „ Ratio hujus aſſerti non in pacto
„ aliquo aut expreſſo aut tacito conſiſtit,
„ ſed ipſa ratio naturæ id dictat, cum enim
„ omnibus hominibus æqualiter facultas da-
„ ta fuerit occupandi res terrenas, is jure
„ ſuo uſus eſt qui prior occupavit; hoc jus
„ ergo, ex naturæ conceſſione ipſi quæſitum,
„ ſine injuria ei auferri nequit.

*Et veteres cum Cererem legiferam &c. di-
xerunt, hoc ſignificabant*] Ceres legifera dicitur, quia frugum producendarum opera hominum inventrix dicitur: Cum enim fructus ſponte nati non ſufficerent, indeque perpetuæ lites inter homines orirentur, ajunt Cererem invento tritico & hordeo, aliiſque frugibus opera humana producendis, lites iſtas ſuſtuliſſe, legemque ſtatuiſſe, ut cuique quod ſua opera & induſtria quæſiviſſet proprium eſſet. *Diodor. Sic. Lib. 5. cap. 2. Orat. mea de progreſſu juris Europ. p. 6.* Quæ lex non nova ſed ipſa natura prodita, & a Cerere ſaltem renovata eſt.

Additio.

„ Ceres Saturni & Opis filia dicitur, &
„ ideo inter Deas relata eſt quia docuit mo-
„ lere frumentum, indeque panem confice-
„ re, cum antea homines glande veſceren-
„ tur. *Plin. L. 7. c. 5. Ovid. L. 5. Metam.*
„ Unde frugifera quoque vocata eſt. At
„ θεσμόφορος ſeu legifera quo jure appellari
„ poſſit non video. Nullæ enim leges ab ea
„ latæ extant, neque ea, quam tuliſſe fer-
„ tur, (quod tamen nulla ratione proba-
„ tur) utilitatem aliquam habet; ſatis enim
„ natura nos docuit, unumquemque ex ſua
„ opera & induſtria ſibi ſoli acquirere. Ve-
„ rius ergo eſt, per legem hic non intelligi
„ legem juſtitiæ, quæ νόμος proprie dicitur,
„ ſed *inſtitutum.* Vox enim θεσμὸς inſtitutum
„ quoque denotat. Quando igitur Ceres
„ θεσμόφορος Græcis vocatur, nihil aliud in-
„ dicare voluerunt, quam eam agriculturæ
„ legem & modum inveniſſe. Atque hoc evi-
„ denter apparet ex eo, quod ſacrum Ce-
„ reris θεσμοφορεῖον, & feſta in honorem Ce-
„ reris inſtituta θεσμοφόρια appellentur. Hæc
„ igitur feſta non propter leges latas, ſed
„ propter agriculturam inſtituta fuiſſe, vel
„ ex ipſo ſacrificio Cereri oblato apparet,
„ nam id conſiſtebat in thure, vino, & co-
„ rona ſpicea quæ ante templi fores pende-
„ batur. *Guther. de vet. jure pontif. L. 4. c.*
„ *3. & late Thomaſiu. de Donariis veterum*
„ *c. 26. ubi ex Virgilii Georg. Lib. 1. v. 338.*
„ *ſequentia refert.*

„ *Inprimis venerare Deos, atque annua*
„ *magnæ*
„ *Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.*

„ & *Eclog. 5. v. 69.*

„ *Ut Baccho, Cererique tibi ſic vota quot-*
„ *annis*
„ *Agricolæ facient.* ———

„ Item Tibullus *Lib. I. Eleg. I.*

Flava Ceres tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.

„ Præter meſſem agricolæ etiam Cereri om-
„ nia inſtrumenta ruſtica dicabant, & poſt
„ meſſem primitias frugum offerebant, con-
„ vivia inſuper celebrabantur: *Thomaſiu.*
„ *d. l.* ubi cauſam hujus venerationis ex Fir-
„ mico hanc refert. *Tum ipſa diſpenſatio,*
„ *quod attulerat frumenta; tum, quod col-*
„ *ligendarum frugum tradiderat diſciplinam,*
„ *poſt mortem ob beneficium, quod ex fru-*
„ *gum copia naſcebatur, pariter & conſecra-*
„ *ta;* certiſſimo indicio, non coli hic me-
„ moriam legum latarum, ſed quod colli-
„ gendarum frugum tradiderit diſciplinam.
„ Univerſam hujus ſacri formam oſtendit *Ca-*
„ *to de re ruſtica c. 124.*

*Ex agrorum diviſione exſtitiſſe novi cujuſ-
dam juris originem*] Imo diviſio illa non eſt origo novi juris, ſed ipſum jus naturæ: nam cum quiſque habeat facultatem occupandi res terræ, neceſſario ſequitur, rem occupatam, omnemque quæ ex ea oritur utilitatem, meam eſſe, quæ proinde ab alio, qui nullum jus in illa re habet, auferri nequit.

Additio.

„ Dixi Cererem jus non conſtituiſſe: ſa-
„ ne non opus fuiſſet ub leges ſatis a natura
„ cognitas (nimirum ne id quod quiſque
„ occupavit ab alio auferatur:) tanta eam
„ proſequi veneratione: Neque *obſtat*, le-
„ giferam paſſim apud auctores audire. vi-

,, de *Virgil.* 4. *Æneid.* 58. *Ovid. Metam.* 5.
,, *pr.* 3. *v. Athenæus* 1. 12. Imo Diodorus
,, Siculus rationem addit, quod leges hone-
,, ſte vivendi dederit. *L.* 5. *c.* 2. ibi: *Nam*
,, *præter ab ea repertum frumentum leges e-*
,, *tiam edidit, quibus juſte pieque homines*
,, *vivere adſueſcerent, ex quo & legiferam*
,, *dixerunt, quibus inventis haud facile quis*
,, *majora reperire poſſet, cum in his ſita ſit*
,, *non vivendi tantum ſed bene honeſteque vi-*
,, *vendi inſtitutio.* Verum cum ſacra ipſios
,, nullam faciant legum latarum mentionem,
,, ſed ſolius beneficii quod ex agricultura
,, ſequitur, inde conjecturari licet impro-
,, prie legiferam vocari: quod in præceden-
,, tibus probavimus, & magis inde confir-
,, matur, quia non ſubditis illas leges de-
,, diſſe fertur, ſed illis orbis incolis, [illegible]
,, eam, filiam Proſerpinam quærentem, gra-
,, te ſuſceperant. *Diodor. Sic. d. l.* Certum
,, autem eſt, jus leges condendi Cereri in
,, illos populos non competiiſſe: verius igi-
,, tur eſt eam a Græcis ideo θεσμόφορον di-
,, ctam eſſe, quod diſciplinam agros colen-
,, di tradiderit; quam rationem Firmicus an-
,, te allegatus affert.

Ad §. III.

1 His *poſitis dicimus, mare in proprium jus abire non poſſe*] Grotius ſuppoſuit ſublata primæva rerum communione cuique hominum, ex tacito gentium conſenſu, conceſſum eſſe res olim communes occupando ſuas facere: At ab hac occupandi facultate hic eximit *Mare:* Idque tum ex ratione *morali*, quia cauſa, ob quam humanum genus a communione receſſit, hic ceſſat, mare enim inexhauſtum eſſe & omnibus ſufficere. Tum ex ratione *naturali*, quia mare eſt indeterminatum; liquida enim terminari non poſſe niſi quatenus in re alia continentur, mare vero, par terræ aut terra majus non contineri in terra. Cum hæc quæſtio, an mare occupari poſſit, ex profeſſo ab auctore tractetur in *cap. ſeq.* §. 8. eo deciſionem remittimus: Hic pauca ſaltem ad intellectum §§. ſequentium notabimus.

Propositio I.

Occupare eſt rem in poteſtatem ac cuſtodiam noſtram redigere.

Dsmonstratio.

Occupatio enim definitur actus, quo rem in noſtram poteſtatem & cuſtodiam animo ejus habendæ redigimus. *l.* 55. *ff. A. R. D.* Tunc enim demum res noſtra fit, i. e. facultatem de ea pro lubitu diſponendi acquirimus.

Propositio II.

Proprietas ſubſtantiæ maris occupari poteſt. Uſus ejus non poteſt, ſed communis eſt:

Demonstratio.

Grotius tradit mare occupari non poſſe 1. ex ratione morali, quia cauſa ob quam a communione receſſum eſt, indigentia nimirum, hic ceſſat, cum uſus maris omnibus ſufficiat. *Vid. n.* 1. 2. ex ratione naturali, quia occupatio non eſt niſi in re terminata: mare autem eſſe indeterminatum.

At neutra ratio concludit: non prior, quia rerum communio nunquam fuit, adeoque in mari illa remanere non potuit: non poſterior, quia mare omnino eſt res terminata; nam per claſſes mare ad certum uſque terminum ita in poteſtatem noſtram redigere, illudque occupare poſſumus, ut alios inde arcere valeamus: Sed & portubus, aliiſque anguſtiis occupatis, alii populi ab ingreſſu prohiberi poterunt. Imo occupatis littoribus, ibique fortalitiis exſtructis, præcipuam maris partem occupari poſſe conſtat. Idque exemplis marium occupatorum alibi probavimus.

Propositio III.

Hinc verum non eſt 1. *mare ipſum commune eſſe.* 2. *Eſſe rem liquidam.* 3. *Natura occupari non poſſe.* 4. *Mare eſſe terra par aut majus. Et* 5. *ideo non contineri terra.*

Demonstratio.

Has opiniones Grotii ſtatim in ipſa explicatione textus examinabimus.

Propositio IV.

Occupandi jus ceſſat in iis 1. *quæ dividi, vel natura occupari non poſſunt:* 2. *quæ ſunt inexhauſta & omnibus neceſſaria. Hæc igitur non continentur occupatione facta.*

Demonstratio.

Ceſſat jus occupandi in *rebus individuis*, quia per occupationem pars rei ab altera dividitur: Hæc ratio eſt cur jus tranſeundi commune ſit, quia de loco in locum competit in infinitum.

Præterea natura aliquando obſtat quo minus res occupari poſſit; tale quid eſt lumen, quod conſiſtit in perceptione radium ſolarium, aër, &c.

Porro ceſſat jus occupandi in illis rebus quæ *inexhauſtæ* ſunt, & ad omnium neceſſitatem conditæ ſunt, ut aër, aqua profluens: Harum igitur rerum uſus communis eſt, quia omni-

Digitized by Google

omnibus ſufficit, & omnibus neceſſarius eſt. Ovidius canit:

Quid prohibetis aquas, uſus communis aquarum eſt.

Sic *uſus maris*, qui conſiſtit in piſcatione & navigatione, communis eſt, quia hic uſus inexhauſtus eſt, & omnibus ſufficit.

Quando igitur populus aliquis occupat terræ partem, ſub ea occupatione non continentur ea quæ dividi non poſſunt, quæ inexhauſta ſunt & omnibus neceſſaria, & quæ natura occupari non poſſunt.

Additio.

„ Celebris hæc eſt quæſtio, ſcriptis & ar-
„ mis ventilata, *an mare occupari poſſit?*
„ Rationes quæ a Doctoribus hactenus alla-
„ tæ ſunt, mihi non ſatisfaciunt. Ex aliis
„ igitur naturæ principiis, quæ jus Roma-
„ num ſuppeditat, res decidenda eſt: Præ-
„ mittendum autem eſt.

„ I. Ab initio omnes res terræ fuiſſe nul-
„ lius, i. e. in nullius bonis & proprietate.
„ *Diſſert. Prooem. XII.* §. 245. Non vero
„ communes. *Diſſert. Prooem. VI.* §. 68.

„ II. Cuique hominum jus eſſe res quæ
„ nullius ſunt occupandi, i. e. ſuas facien-
„ di, quia cum in nullius bonis ſint, nemo
„ jus prohibendi ſibi arrogare, aut occu-
„ pantem impedire poteſt: *Diſſert. Prooem.*
„ *XII.* §. 245. *ſeq.* §. 253. *ſeqq.* §. 260.

„ III. Occupare, eſſe rem quæ nullius
„ eſt ita in poteſtatem noſtram redigere, ut
„ res ipſa noſtra ſit. *l.* 55. *A. R. D. junct.*
„ § 11. *Inſt. Rer. div.*

„ IV. In poteſtatem autem noſtram res
„ tantum redigi per poſſeſſionem, ſeu talem
„ actum quo res a nobis tenetur: Atque hoc
„ eſt quod JCtus ait in *l.* 1. §. 1. *A. P.* do-
„ minia rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe.

„ V. Hinc jam conſtat, occupari non poſſe
„ res quæ natura ſua in corporalem noſtram
„ poteſtatem venire non poſſunt: *Diſſert.*
„ *Prooem.* XII. §. 215. *ſeqq.* 261. *ſeqq.*

„ Tales res ſunt 1. AER. *dict. diſſert. XII.*
„ §. 217. 2. AQUA PROFLUENS. *ibid.* §. 218.
„ & conſequenter ALVEUS FLUMINIS, ejuſ-
„ que RIPA *ibid.* §. 222. §. 223. 3. MARE
„ *ibid.* §. 219. § 262. Non tantum quod ad
„ AQUAM MARINAM, *ibid.* §. 219. *n.* 1. §.
„ 262. *n.* 1. ſed & quod ALVEUM MARIS
„ *ibid.* §. 220. §. 262. *n.* 1. & quod ad
„ LITTORA, quatenus ſunt pars maris, at-
„ tinet. *ibid.* §. 221. §. 262.

„ VI. Omnes reliquæ res nullius in cu-
„ ſtodiam noſtram naturalem venire poſſunt.

„ VII. At impediri lege Imperantis cives
„ poſſunt ne hanc vel illam rem occupent:
„ *ibid.* §. 223. Ita Romani legislatores in-
„ ſulas in flumine publico natas, alveos de-
„ relictos, &c. aliquando aſſignarunt vici-
„ nis prædiis, nimirum in agris arcifiniis;
„ eoque prohibuerunt ne cedant occupan-
„ ti: idque ex ſuppoſito, quod ripæ & al-
„ veus fluminis olim fuerint vicinorum præ-
„ diorum. §. 223. & §. 204. *n.* 3. Econtra-
„ rio in agris limitatis manent hæ res nul-
„ lius, ceduntque occupanti. *ibid.*

„ VIII. Hinc jam facile deciditur quæſtio,
„ *an mare occupari poſſit?* Nos illud nec in
„ totum, nec pro parte occupari poſſe,
„ nunc demonſtrabimus: (*Conf. Diſſert.*
„ *prooem. XII.* §. 226.) Mare enim 1.
„ conſtat tribus, uti diximus, partibus,
„ *aqua marina*, *alveo*, & *littoribus*: Neutra
„ autem harum partium, quatenus mare con-
„ ſtituunt, in corporalem noſtram poteſta-
„ tem venire poteſt: *d.* §. 262.

„ De *aqua marina* id 2. in aprico eſt, ipſa
„ natura obſtat quo minus complexus ille
„ aquarum in cuſtodiam noſtram redigi poſ-
„ ſit: Sed & ratio naturæ id impedit, jus
„ enim tranſeundi, ſeu navigandi per ma-
„ re, toti humano generi commune eſt,
„ quod verum non eſſet ſi maris dominium
„ acquiri, adeoque alii inde arceri poſſent.
„ *Dict. Diſſert. XII.* §. 219.

„ Quia igitur aqua marina nemini pro-
„ pria eſt, neceſſario ſequitur, uſum illius
„ aquæ omnibus communem eſſe; §. 1. *Inſt.*
„ *R. D. l.* 2. §. 1. *ff. Eod. l.* 50. *ff. A. R. D.*
„ *l.* 13. §. *f. injur. l.* 3. §. 1. *ne quid in loc. pu-*
„ *blic.* adeoque omnibus hominibus patere, *l.*
„ 13. *pr. Comm. præd.* & publicum eſſe jure
„ gentium. §. 5. *Inſt. R. D.* Hinc (*a*) cuilibet
„ jus eſt in ea navigandi & piſcandi, *l.*
„ 4. §. 1. *ff. rer. div.* §. 1. *Inſt. Eod. l.* 13.
„ §. *f. injur. l.* 1. §. 1. *Acq. rer. dom. l.* 2.
„ §. 9. *ne quid in loco publ.* (etiam ante
„ alterius prætorium. *d. l.* 2. §. 9. *l.* 13.
„ *Comm. præd.*) adeo, ut ſi quis me pro-
„ hibeat, actione injuriarum conveniri poſſit.
„ *l.* 14. *ff. Injur. l.* 13. *pr. Comm. præd.* (*b*)
„ Privata lege mari ſervitus imponi nequit;
„ *d. l.* 13. *Comm. præd.* ſervitus enim non
„ niſi a domino conſtituitur, nemo autem
„ maris dominus eſt. (*c*) Quidquid mari capi-
„ tur fit capientis, *l.* 1 *in f. ff. Acq. rer. dom.*
„ nemo enim jus prohibendi habet, & id quod
„ capitur nullius eſt. *Dict. diſſ. VI.* §. 219.

,, Sed & 3. *Alveus maris* quamdiu aqua
,, tegitur, ſua natura in noſtram poteſtatem
,, venire nequit. Alveus enim ejuſdem juris
,, eſſe dicitur cujus eſt mare; §. 5. *Inſt. Rer.*
,, *div.* mare autem refertur inter res com-
,, munes. *l.* 2. §. 1. *ff. rer. div.* Sane, cum
,, aqua marina ſit res communis, neceſſario
,, quoque alveus, qui aqua marina perpetuo
,, tegitur, communis eſt, *arg. l.* 1. §. 7.
,, *de flumin. l. p. ff. Rer. div.* Atque hæc
,, ratio eſt cur alveus maris nullius, i. e. in
,, nullius bonis & proprietate eſſe dicatur *l.*
,, 30. §. *f. A. R. D.* §. 5. *Inſt. Rer. div.* Imo
,, dominium fundi, quem mare novo conſe-
,, cto alveo inundat, eo ipſo interire dicitur.
,, *l. p. ff. Rer. div. l.* 3. §. 17. *l.* 30. §. 3. *Acq.*
,, *poſſ. arg. l.* 1. §. 7. *Flum.*

,, Cum igitur alveus maris in nullius do-
,, minio ſit, adeoque nemini jus impediendi
,, alios ab ejus uſu competat, conſequens
,, eſt ut alvei uſus ſit communis, §. 5. *Inſt.*
,, *rer. div.* publicus jure gentium, & omnibus
,, hominibus pateat. *l.p.ff.rer.div.* Hinc *a*) pi-
,, læ in mate jactæ, item molæ, cedunt ei
,, qui injecit, *l.* 2. §. 8. *l.* 3. §. 1. *ne quid in*
,, *loco publico* & quidquid deſuper ædificatum
,, eſt acquiritur ædificanti, *l.* 30. §. *f. A. R.*
,, *D. l.* 50. *Eod.* idque ſuum facere dicitur,
,, etſi non in ſuo ædificet. *l.* 1. §. 18. *Nov.*
,, *op. nunc. d. l.* 50. *b*) Inſulæ ex alveo ma-
,, ris natæ (adeoque quæ pars alvei ſunt)
,, nullius eſſe intelliguntur, *l.* 30. §. 1. §. 3. *A.*
,, *R. D. l.* 1. §. 6. *flum.* ac cedunt occupanti.
,, *l.* 7. §. 3. *A. R. D. l.* 1. §. 1. *Acq. poſſ.*
,, Conſ. *Diſſert. Prooem. VI.* §. 220. §. 262.

,, Hinc jam conſtat 4. qua ratione *littora*
,, quoque *communia* dicantur: *L.* 2. §. 1. *ff.*
,, *Rer. div.* Si enim uſus maris & alvei com-
,, munis eſt natura, neceſſario quoque litto-
,, ra ſunt communia, quia ſunt pars maris:
,, Hinc JCti Romani, dum mare commune
,, dixere, notanter addiderunt. *& per hoc*
,, *littora maris.* Cum igitur littora nemini
,, propria ſint, nullius vere eſſe dicuntur,
,, §. 5. *Inſt. Rer. div. l.* 15. *ff. contr. emt. l.*
,, 14. *pr. Acq. rer. dom.* eorumque uſus,
,, cum nemo jus prohibendi ſibi arrogare
,, poſſit, communis. Unde JCtis Romanis
,, littora ejuſdem juris eſſe dicuntur cujus eſt
,, mare, quod eſt commune. §. 5. *Inſtit. Rer.*
,, *div.* Eſt igitur littorum uſus omnibus ho-
,, minibus communis, *l.* 3. *Ne quid in flum.*
,, *publ. l.* 13. §. *f. Injur. l.* 24. *pr. Damn. inf.*
,, omnibus vacat, §. 3. *Inſt. rer. div.* omni-
,, bus patet, eoque eſt publicus jure gen-
,, tium. *l.* 14. *l.* 65. §. 1. *A. R. D.* §. 5. *Inſt.*
,, *Rer. div.* Sed & JCti Romani in genere
,, tradunt, in *littoribus* idem obtinere quod
,, in uſu aëris, maris, fluminis, & viarum
,, publicarum. *l.* 3. *ne quid in loc. publ. l.* 13.
,, §. *f. injur.* Cujus doctrinæ effectus vide in
,, *Diſſert. Prooem. XII.* §. 221.

,, Etſi autem proprietas maris occupari non
,, poſſit, id tamen non impedit quo minus
,, mare, quod ad imperium attinet, occupari
,, poſſit: hactenus enim tantum quæritur de
,, jure imperandi, i. e. leges dandi navigan-
,, tibus, quæ ſemper ſalvum ſupponunt uſum
,, juris gentium. *Grot. l.* 2. *c.* 3. §. 13. *Vide*
,, *Diſſert. prooem. XII.* §. 228. §. 238. §.
,, 263. *n.* 6.

*Sub ratione integri, aut ſub ratione præci-
puarum partium*] ,, Ut grandes ſinus, aut
,, freta, propriique nominis tractus: *Gron.*
,, *h.* Adeoque Auctor ſub ratione partium mi-
,, nus præcipuarum mare occupari poſſe pu-
,, tat. *Vid. cap.* 3. §. 9. *ſeq.* At dictum jam
,, eſt, mare plane occupari non poſſe.

In proprium jus abire non poſſe] ,, Di-
,, xit enim Auctor ſupra §. 1. quaſdam res
,, occupatas non eſſe, vel quia non poſſunt
,, occupari, quo refert mare: § 3. vel quia
,, poſſunt ſed nondum ſunt, de quibus agit
,, §. 4. *ſeq.*

Quod, quia de privatis quidam concedunt]
,, Ut nimirum privati mare occupando ſuum
,, facere non poſſint.

Non de populis] ,, Quæ diſtinctio ratione
,, caret: Si enim populus natura occupare
,, poteſt mare etiam ſinguli poterunt. Cæ-
,, terum illi qui mare pro parte a *populis* oc-
,, cupari poſſe aſſerunt, loquuntur de impe-
,, rio, de quo Infra agemus.

Ex morali primum ratione] ,, Quam di-
,, ſtinguit a ratione naturali; vide *n.* 2. quia
,, ſcl. per rationem naturalem ibi intelligit im-
,, poſſibilitatem facti. Alias enim omnis ra-
,, tio naturalis eſt moralis, & contra.

*Quia cauſa ob quam a communione receſ-
ſum eſt, hic ceſſat*] Dixi jam rerum, adeo-
que & maris communionem primævam non
dari, indeque fruſtra quæri an inde receſ-
ſum ſit.

*Eſt enim tanta maris magnitudo ut ad
quemvis uſum omnibus ſufficiat* &c:] Cauſa
cur mare occupari nequeat non pendet ab
illa fabula quaſi primi homines, a primæva
communione recedentes, ideo exemerint ma-
re, quod ratio ſeparationis, nimirum indi-
gentia, ceſſet, & quod uſus maris omnibus
ſuffi-

ſufficiat: vera ratio eſt, quod complexus ille aquarum ſua natura in ſingulorum proprietatem, i. e. poteſtatem ac cuſtodiam, venire nequeat, indeque uſus maris omnibus hominibus neceſſario communis ſit.

Ad aquam hauriendam, ad piſcatum, ad navigationem] Uſus maris naturalis duplex eſt: 1. piſcatio, & 2. navigatio: hic igitur uſus omnibus communis eſt, eoque poſito omnia ea licita ſunt ſine quibus uſus ille exerceri non poteſt; adeoque haurire aquam, caſas ponere, retia exſiccare &c.

Idem dicendum eſſet de aëre ſi quis ejus uſus eſſe poſſet] Male Auctor comparat mari aërem. Mare enim res eſt ubi ſubſtantia ab uſu ſeparari poteſt, adeoque aliud ibi jus eſt ratione ſubſtantiæ, aliud ratione uſus: aër autem in abuſu conſiſtit, i. e. ipſa ſubſtantia per uſum conſumitur: tales igitur res non poſſunt dici occupatæ, niſiquatenus iis utimur. Præterea male Auctor ait, aëris per ſe uſum non eſſe; nam inſignes juris aërei effectus eleganter expoſuit B. Stryk. *in Diſput. de jure principis aëreo.*

Ut eſt ad aucupia] „ Mens Auctoris, ſatis obſcura, hæc eſſe videtur: Uti *mare* ita & *aërem* nec in totum, nec pro parte occupari poſſe, ſi abſque terræ auxilio uſus aëris eſſe poſſet, i. e. ſi homines abſque tactu terræ in aëre agere poſſent. Cum autem uſus aëris ſine terræ auxilio vix detur, inde concludit Auctor, aërem ſequi jus terræ, adeoque aërem poſſe occupari non per ſe, ſed jure terræ. Illuſtrat id exemplo aucupii; Aves enim qui in aëre volitant revera ſunt nullius, & hactenus a quolibet capi poſſunt, aër enim communis eſt, uti mare. At, qui agrum occupavit prohibere alterum poſſe, ait, quo minus fundum ingrediatur, adeoque jus utendi aëre per indirectum jure terræ impedire: Atque huc quoque Auctor in notis refert jus habitandi: per poſitionem enim ædificii occupatur aër, quæ proinde occupatio itidem fit jure terræ.

„ At hæc ſubtiliter magis quam vere diſputantur. Aër enim ſua natura neque per ſe, neque jure terræ occupari poteſt, quia non eſt talis res, quæ occupari, i. e. in poteſtatem noſtram redigi poteſt. Quia igitur aër in nullius proprietate eſt, quilibet eo uti, nec quiſquam ab ejus uſu excludi poteſt. Exemplum aucupii plane huc non pertinet: aucupium enim non eſt uſus aëris ſed terræ, neque uſus aëris in capiendis avibus, ſed in ſpirando & hauriendo aëre conſiſtit. Conf. *Diſſ. procem. XII.* §. 217.

Unde illa legem accipiunt ab eo qui in terra imperium habet] „ Cujus effectus eſt ut aucupia lege civili prohiberi poſſint. Atque hoc eſt, quod Grotius paſſim ait, dominium anteverti poſſe lege civili. *Diſſert. Prooem. VI.* §. 18. *n.* 1. Imo privati quoque, in quos dominia diſtributa ſunt, prohibere poſſunt alios, ne prædia ſua ingrediantur venandi cauſa: non quidem ad eum effectum ne avis capta fiat capientis, (nam ea res nullius eſt, ceditque occupanti) ſed ut actione injuriarum teneatur qui prædium alienum invito domino ingreditur.

Nec aliud cenſendum de ſyrtibus] quis aſſeret Siciliæ arenas Scythiæ populis eſſe communes? Rectius itaque dicimus, loca iſta nullius eſſe, nec in ſingulorum proprietatem venire poſſe: Quidquid igitur arenarum inde ſumitur, id unuſquiſque jure occupationis ſibi acquirit. 2

Additio.

„ Quid ſint ſyrtes, explicat Faber *in Theſauro Erudit. ſchol. voce Syrtis*: abditi ſcilicet arenarum cumuli alluvionis vehementia congeſti, qui neque prehendi ob incertas vices, neque caveri poſſunt. Ex ea deſcriptione apparet, ſyrtes ſua natura occupari & in poteſtatem noſtram redigi non poſſe.

Ubi nihil eſt, quod cultum ferat] „ Hoc non impediret jus occupandi Syrtes.

Et uſus unicus petendarum arenarum exhauriri nequit] „ Dictum eſt Syrtes non ideo eſſe communes, quia arena exhauriri nequit, ſed quia in poteſtatem & cuſtodiam noſtram redigi non poſſunt, eodem enim modo, quo aqua marina, ſingulis momentis mutatur.

Eſt & naturalis ratio qua mare &c. proprium fieri vetat] „ Morali ratione mare in jus proprium abire non poſſe, demonſtravit ſupra *n.* 1.

Conſideratum, ut diximus] „ I. e. ſumtum aut ſub ratione integri, aut ſub ratione præcipuarum partium.

Quia occupatio non procedit, niſi in re terminata] Mare eſſe rem terminatam ſupra in propoſitione III. demonſtravimus: adeoque ratio, quæ maris occupationem impedire debet, ceſſat.

Additio.

„ Nos ex alia ratione demonſtravimus ma- „ re

Digitized by Google

„ re occupari, i. e. in cuſtodiam & poteſta-
„ tem ſingulorum venire non poſſe, quia
„ ſcl. aqua ſingulis momentis mutatur. Al-
„ veus autem ejuſdem eſt juris cujus eſt
„ aqua: & littora quoque ad uſum maris
„ pertinent.

'Αόριςον] Quaſi terra quæ termino caret.

Liquida vero] Mare male dicitur res liquida: nam mare eſt totum aliquod compoſitum ex littoribus, alveo, & aqua marina: eodem modo, quo flumen conſtat ex ripis, alveo, & aqua profluente. Proinde aqua eſt tantum pars quædam maris & fluminis; quod ipſe Auctor quoque aſſeruit *L.* 2. *c.* 3. §. 17.

Quia per ſe non terminantur, occupari non poſſunt] Mare, etiam quatenus ut res liquida conſideratur, terminari poſſe ſupra propoſitione III. probavimus. Nam per claſſes, per fortalitia in littoribus, portubus, aliiſque locis anguſtis exſtructa, ita in noſtram poteſtatem & cuſtodiam redigi poteſt, ut omnes alios inde arcere poſſimus. Atque ita Luſitaniæ rex mare Indicum: Veneti mare Adriaticum ſibi vindicant. Alia exempla refert Teſmarus in nor. *b.* §. *lit. a. lit. d.* & *Grotius infra c.* 3. §. 13. Xerxes victor maris dicitur *Juſtin. l.* 3. *c.* 13. Adde *Florum lib.* 3. *c.* 6. *pr.* Imo fines quoque & terminos in mari conſtitui poſſe probat *Teſmarus h.* §. *lit. m.* Sane ſi mare, ut Grotius concedit, per partes occupari poteſt, etiam totum poterit. Et cum mare ſit pars terræ, uti hæc ita & ejus pars occupari poterit. Præterea ſi imperium acquiritur in mari, uti fatetur *Grotius c.* 3. §. 3. etiam ejus proprietatem occupare poſſumus, quia omnia jura ſub imperio continentur.

Additio.

„ Diximus mare, quatenus ex aqua marina
„ & alveo conſtat occupari ſua natura ne-
„ que in totum neque pro parte poſſe, quia
„ impoſſibile eſt ut aqua, & qui aqua te-
„ gitur alveus, in noſtra poteſtate & cu-
„ ſtodia conſtituatur: Etſi autem imperium
„ in mari acquiri poſſit, non tamen ſub
„ eo continetur dominium, utpote quod
„ toto cœlo ab imperio differt: quod late
„ demonſtravimus in *Diſſert. Prooem. XII.*
„ §. 236. *ſeq.*

Niſi ut contenta in re alia] „ Tunc enim
„ non terminari putat ut rem liquidam, ſed
„ v. g. per latera, per ripas &c.

Quo modo lacus & *ſtagna occupata ſunt*]
„ Quæ ubique lateribus clauduntur, & intra
„ fines agri continentur: adeoque in ſingu-
„ los diſtribui poſſunt. Verum diſpar eſt
„ ratio maris: aqua enim marina, ejuſque
„ alveus, per naturam in cuſtodiam & po-
„ teſtatem redigi nequeunt, ſecus ac in la-
„ cubus & ſtagnis.

Item flumina, quia ripis tenentur] „ At
„ nec flumina ut in ripis contenta occupari
„ poſſunt, non magis quam mare: Flumen
„ enim itidem in poteſtatem & cuſtodiam
„ noſtram redigi nequit, quia aqua pro-
„ fluens ſingulis momentis mutatur, & al-
„ veus perpetuo aqua tegitur: Atque hæc
„ ratio eſt cur aqua profluens inter res na-
„ tura communes referatur; §. 1. *Inſt. rer.*
„ *div.* cur flumen dicatur publicum jure gen-
„ tium, *l.* 4. §. 1. *R. D. l.* 3. *pr. ff. Flum.*
„ cujus uſus ad omnes pertinet; §. 2. *Inſt.*
„ *R. D. l.* 24. *pr. damn. infect.* & denique,
„ cur in flumine publico cuique navigare &
„ piſcari liceat. *l.* 48. *pr. ff. Uſurp. l.* 7. *ff.*
„ *de diverſ. temp. præſcr.* §. 2. *Inſt. R. D.*
„ Conf. *Diſſert. Prooem. XII.* §. 222. §.
„ 263. *ſeqq.*

Mare vero terra non continetur, par terra, aut terra majus] Mare non conſiſtit in ſola aqua, ejuſque ſuperficie, quæ omnino major eſt terra, ſed præterea in alveo & littoribus, quæ cum reliqua terra juncta in infinitum excedunt maris magnitudinem. Sed & falſum eſt mare, etſi majus ſit terra, non ſub ea contineri; aquæ enim, quæ in vitro eſt, major quidem copia eſt, quam vitri, ſed in vitro tamen continetur, & occupato vitro occupatur etiam aqua. Adeoque eadem ratione occupatis littoribus & alveo, occupatum quoque cenſetur id quod littoribus continetur.

Unde terram mari contineri dixere veteres] Auctores illi quæſtionem phyſicam tractant, an aqua cum aëre ſit cauſa naturalis, quæ terram contineat & ſolidet ne dilabatur? quæ phyſicorum communis eſt ſententia: non autem negant maris extrema littore aliquo contineri, & terræ includi, quod Gellius in allegato loco ipſe fatetur. Cæterum certum eſt, quod mare contineatur alveo & ejus littoribus tanquam in vaſe, de cujus, non de ſolius aquæ marinæ occupatione quærimus.

Additio.

„ Verior ratio hujus rei eſt, quod veteres
„ finem orbis eſſe crediderint ubi Oceanus
„ incipit, & hinc in columnis Herculeis illud
„ *non plus ultra* poſuerunt. Si igitur om-
„ nis reliqua pars orbis nil niſi Oceanum
„ contineret, dici omnino poſſet, terram
„ includi

Digitized by Google

„ includi & circumdari Oceano; at expe- „ rientia nos docet Oceanum ipſum littori- „ bus includi, indeque non eſſe infinitum, „ nedum majorem terra dici poſſe, nec quoad „ ſuperficiem.

Cum undique oceanus circumſcribat omnes terras] „ Oceanus potius circumſcribitur per „ remotiſſimas, veteribus plane, & partim „ nobis adhuc incognitas terras.

In medio ejus ſunt omnia, quæ intra oras ejus incluſa ſunt] „ Oceanus intra terras ac „ littora novi æque ac antiqui orbis inclu- „ ſus eſt, atque de eo hodie conſtat.

Qui orbem terrarum amplexu fuit] „ Hic „ vetus ille eſt error, quem nobis expe- „ rientia detecto novo orbe exemit.

In Senecæ ſuaſoriis dicitur oceanus totius orbis vinculum, terrarumque cuſtodia] „ Idem „ Seneca Suaſ. I. pr. dixit, *Nihil infinitum* „ *eſſe, niſi Oceanum.* Quod tamen verum „ non eſſe inter omnes conſtat.

Unda mundum coërcens] „ Imo certum „ jam eſt, mundum undam coercere.

Nec fingenda diviſio] „ Argumentum Au- „ ctoris hoc eſt: Primos homines, aucto „ humano genere, ob indigentiam res ter- „ ræ tum expreſſe tum tacite diviſiſſe, eo- „ que a primæva rerum communione re- „ ceſſiſſe; ſub hac autem diviſione *maria* „ nec per fictionem comprehendi potuiſſe, „ quia maria illis cognita non fuere: At „ diximus & rerum communionem, & di- „ viſionem illam præſumtam, & exceptio- „ nes ab illa diviſione, fabolam ſapere.

Atque ex eo] „ Quia mare ſui maxima „ parte tunc incognitum fuit.

Nullus modus fingi poteſt] „ De incogni- „ tis enim cogitare paciſcentes non potue- „ runt.

Ideo] „ Quia ſimulac communio diſpli- „ cuit, nec inſtituta eſt diviſio, cenſeri de- „ bet inter omnes conveniſſe, ot quod quiſ- „ que occuparet id proprium haberet *vid.* „ *n.* 1. Ut proinde hic *n.* 3. non cum nu- „ mero præcedenti, ſed cum *n.* 1. cohæreat.

Quæ communia omnium fuerunt] „ Nam „ omnes res terræ humano generi genera- „ liter commones fuiſſe dixit ſupra *n.* 1.

Et in prima diviſione diviſa non ſunt] „ Cum enim homines in prima illa ſim- „ plicitate non perſtiterint, fingit eos plu- „ rimas res inter ſe diviſiſſe. *ſup.* §. 2. *n.* „ 2. *ſeq.* At illa diviſione ſemel facta, „ ulterius diviſionem fieri non potuiſſe. *d.* „ §. 2. *n.* 4.

Ea jam non diviſione] „ Quia nullus mo- „ dus fingi poteſt, quo gentes adeo diſſitæ „ de diviſione convenirent: quæ ſunt verba „ auctoris præcedentia.

Sed occupatione tranſeunt in jus proprium] „ Ex tacito ſcl. illo pacto, & præſumto con- „ ſenſu, ut quod quiſque occupaſſet id pro- „ prium haberet. *d.* §. 2. *n.* 1. Atqoe hinc „ hodie ſolam occupationem eſſe acquiſitio- „ nem originariam ſtatuit *infra c.* 3. §. 1.

Nec dividuntur, niſi poſtquam propria eſſe cœperunt] „ Quæ igitur diviſione tranſeunt „ in jos proprium, non propria eſſe inci- „ piunt niſi diviſio præceſſerit: In genere „ hic repetendum quod toties dictum eſt, „ communionem rerum natura non exiſte- „ re, adeoque ea, quæ de diviſione & oc- „ cupatione hic afferuntur, meram fictio- „ nem eſſe.

Ad §. IV.

Veniamus *ad ea quæ propria fieri poſſunt, ſed nondum facta ſunt propria*] Hæ res non ſunt natura communes, ſed nullius, & ita nullius ot cedant occupanti: Loca enim inculta ſunt quæ a nemine ſunt occupata: inſulæ in mari natæ ſunt res nullius, quæ propriæ nondum factæ ſunt; Piſces & aves in nullius dominium adhuc pervenerunt.

Additio.

„ Hactenus Grotius expoſuit res quæ pro- „ priæ fieri non poſſunt, adeoque ubi ficta „ illa communio naturalis ſubſiſtit: Sequi- „ tur nunc tractatio de rebus quæ propriæ „ fieri poſſunt, (poſtquam nimirum ſublata „ primæva rerum communione ſingulis fa- „ cultas conceſſa eſt eas occupandi) & quæ „ per occupationem fiunt occupantis.

Talia &c.] „ Quæ ſcilicet occupata non- „ dum ſunt, etſi poſſint occopari.

Inſulæ in mari] „ Inſulæ hæ nollius eſſe „ dicuntur, & cedunt occopanti, *l.* 30. §. 1. „ §. 1. *A. R. D. l.* 1. §. 6. *Flumin. l.* 7. §. 3. „ *A. R. D. l.* 1. §. 1. *A. P.* Vid. *Diſſert.* „ *Prooem. XII.* §. 221. §. 276. *in fin.*

Feræ, piſces, aves] „ Hæ itidem nullius „ dicontur, quia etſi propriæ fieri poſſint „ nondum tamen propriæ factæ ſunt. *l.* 14. „ *A. R. D. l.* 1. §. 1. *l.* 3. *A. P. l.* 2. *l.* 3. *ff.* „ *rer. div.* §. 18. *Inſt. Eod.* Vid. *Diſſert.* „ *Prooem. XII.* 226. §. 263.

Sed duo notanda ſunt &c.] „ Alterum

Digitized by Google

„ ad flumina, lacus, aliaſque loca inculta „ pertinet: §. *h.* alterum ad feras, piſces & „ aves §. *ſeqq.*

Duplicem eſſe occupationem, unam per univerſitatem, alteram per ſingulos] Recte Auctor diſtinguit inter occupationem publicam univerſi territorii, & inter occupationem privatam, ſeu rei certæ. Dixi enim toti humano generi imperium in univerſam terram competere, idque jus humani generis, facta poſtea diviſione, (quæ auctis hominibus, quibus una poteſtas non ſufficiebat, neceſſario fieri debuit) in ſingulos populos tranſlatum fuiſſe. Secuta itaque diviſione, cuique civitati idem jus imperii in ſuos cives intra fines territorii occupati competit, quod antea toti humano generi in totum orbem.

Occupatio igitur illa publica continet complexum omnium jurium publicorum; adeo, ut quidquid intra fines illius civitatis continetur, cenſeatur occupatum licet inter ſingulos nondum diſtributum ſit: Idque probatur 1. quia ipſum territorium eſt nullius, adeoque ex regula naturæ cedit occupanti cum omni jure quod ei competit. 2. Victor occupando territorium omnia ejus jura acquirit, cur non & populus occupans terram vacuam? Et cum 3. ab initio jura illa publica toti humano generi competierint, nullam video rationem, cur diviſo imperio non ſingulis civitatibus idem jus competeret.

Ab hac autem publica occupatione differt occupatio privata, ſeu rei certæ: quæ nihil aliud eſt quam diſtributio territorii, & jurium in illo comprehenſorum, in ſingulos; unde cives nihil juris publici, ſed ſolam facultatem de rebus ſuis diſponendi acquirunt.

Adeoque 1. imperium occupari a civibus nequit, quia id inter ſingulos non diſtributum eſt, nec diſtribui poteſt; 2. occupari non poſſunt res quæ aliis jam diſtributæ ſunt; 3. quidquid inter ſingulos diſtributum non eſt, manet ſub occupatione publica. Atque hæc ratio eſt cur jura venandi, item flumina, & ſylvæ, regulariter ad regalia pertineant; cur theſauri, bona vacantia &c. fiſco vi generalis illius occupationis cedant.

Additio.

„ Auctor fingit, populum qui territorium „ occupat præter imperium (quod domini„ um eminens vocat) acquirere dominium „ aliquod generale & privatum. §. *h.* & *cap.* „ *ſeq.* §. 19.

„ Ejuſque effectum hunc eſſe ait 1. ut ſi „ quid univerſaliter occupatum in ſingulos „ deſcriptum non eſt, non ideo vacuum „ cenſendum ſit, ſed in dominio generali „ primi occupatoris, puta populi aut regis, „ maneat: *h.* §. Unde concludit flumina, „ lacus, ſtagna, ſyrtes, ſylvas, montes aſ„ peros, inſulas, alveos, derelictos &c. „ non eſſe nullius, ſed ſub dominio illo ge„ nerali contineri. §. *h.* & *cap.* 5. §. 19. *c.* „ 8. §. 9. &c.

„ 2. Sed ea quoque quæ in ſingulos deſ„ cripta fuere, at poſtea particulari domino „ carere incipiunt, non fieri nullius ait, ſed „ vi dominii generalis redire ad univerſita„ tem. *c. ſeq.* §. 19. *n.* 3.

„ 3. Addit dominium hoc generale poſtea „ particulatim ita in privatos diſtribui poſſe, „ ut tamen eorum dominium penderet ab illo „ dominio generali: atque hinc oriri, ait, „ dominia minus plena, ut ſervitutes, pig„ nus, emphyteuſes &c. quæ proinde, ſi „ deſinunt, conſolidari cum dominio illo „ generali putat. *c. ſeq.* §. 19. *n.* 3. *junct.* „ *eod. cap.* §. 2.

„ Nos negamus populum per occupatio„ nem generalem, præter imperium, ac„ quirere *dominium* aliquod *generale* & *pri*„ *vatum*: Natura dominii requirit ut res „ mea, i. e. in cuſtodia mea corporali con„ ſtituta, ſit, quod non niſi prehenſa actu „ corporali poſſeſſione fieri poteſt: cum igi„ tur talis prehenſio in occupatione genera„ li deficiat, certiſſimum eſt, fabulam eſſe „ quæ de dominio generali & privato tra„ duntur.

„ JCti Romani, optimi jurium naturalium „ interpretes, omnes res, quæ a populo oc„ cupatore in ſingulos deſcriptæ non ſunt, „ inter res nullius, quæ occupanti cedunt, re„ ferunt: idque diſerte de inſula in flumine „ publico nata, de alveo derelicto, de the„ ſauro, de captis in aëre, aqua, & mari, „ tradunt. *Vid. Diſſ. Prooem.* XII. §. 226. „ 227. 230. 253. *ſeq.* Certiſſimo indicio, „ occupationem a populo factam præter im„ perium, non tribuere dominium aliquod „ generale & privatum. Sane littora occu„ pata ſub imperio populi Romani fuerunt. „ *l.* 3. *ff. ne quid in loc. publ. l.* 50. *ff. A. R.* „ *D.* nihilominus tamen proprietas eorum „ nullius eſſe dicitur. §. 5. *Inſt. R. D. l.* 51. „ *ff. contr. emt.* indeque referuntur inter res „ quæ in nullius dominium adhuc pervene„ runt. *l.* 14. *ff. A. R. D.* Cujus effectus eſt, „ ut quilibet in littore ædificare poſſit, & „ ædificando ſubito ædificium ſuum faciat:

„ *l.* 2.

Digitized by Google

„ *l.* 2. §. 8. *l.* 3. *l.* 4. *Ne quid in loco publ. l.* „ 30. *A. R. D.* & ratio additur, quia res „ nullius cedit occupanti: *l.* 14. *pr. A. R.* „ *D.* quod falſum eſſet, ſi litora ſub occupa- „ tione generali comprehenderentur.

„ Iidem JCti adeſpota, ſeu hero carentia, „ inter res nullius referunt quæ jure gentium „ occupanti cedunt: nimirum derelicta, §. „ 46. *Inſt. R. D.* theſaurus &c. *l.* 31. §. 1. *A.* „ *R. D.* §. 12. *inſt. rer. div. &c.* Quod verum „ non eſſet ſi ea ad populum vi dominii ge- „ neralis reverterentur.

„ Hinc facile apparet, tertium effectum, qui „ dominio huic generali tribuitur, ſponte cor- „ ruere: Nam 1. non dari jure naturæ do- „ minia minus plena alibi probavimus: *Vid.* „ *cap. ſeq.* §. 2. *&* §. 19. Add. *diſſ. prooem.* „ XII. §. 310. *ſeq.* fruſtra igitur quæritur an „ ea pendeant a dominio generali. Sane om- „ nia illa *jura in re* ex jure Romano origi- „ nem traxiſſe, & ſua natura ex obligatione „ ſaltem perſonæ deſcendere vidimus. *d.* §. „ 310. *ſeq.* Sed & 2. ſi talia jura darentur, „ ea non penderent a dominio populi ge- „ nerali, ſed ſingulari; ſupponi enim ne- „ ceſſario deberet, populum præter impe- „ rium *corporali quoque apprehenſione* certas „ terræ portiones primum occupaſſe, eaſque „ deinde reſervato dominio directo aliis con- „ ceſſiſſe: Si enim id non ſupponeretur, po- „ pulus transferret jus in re quod ipſe non „ habuit.

„ Neque his *obſtat*: quod univerſitas terri- „ torium occupatum diſtribuere ſingulis, ac „ eis aſſignare ſoleat, quod ſupponere vide- „ tur dominium generale: Reſp. Univerſitas „ non aſſignat vi dominii generalis, ſed vi „ imperii, i. e. permittit ut ſinguli domi- „ nium rei vacuæ occupare, & actu corpo- „ rali eam prehendere poſſint: ſi poſtea pri- „ vatus ille derelinquit iterum portionem oc- „ cupatam, dominium hoc ſingulare non „ redit ad univerſitatem, quæ nunquam do- „ minium habuit, ſed iterum fit nullius, „ ceditque occupanti:

„ Equidem Princeps prohibere poteſt ne „ ſinguli res nondum diſtributas, vel quæ „ domino particulari nunc carent, occupent, „ i. e. ſibi proprias faciant: At hoc jus prohi- „ bendi non ſequitur ex dominio aliquo ge- „ nerali & privato, ſed ex jure imperii, vi „ cujus princeps antevertere poteſt domi- „ nium ſingulorum. *Vid. l.* 2. *c.* 5. §. 6. *c.* 3. „ §. 9. *n.* 1. *c.* 8. §. 5. *&* *c.* 2. §. 5. Per hanc „ autem prohibitionem res illæ non de- „ ſinunt eſſe nullius, (nam non obſtante „ prohibitione cedunt occupanti tanquam res „ nullius, quæ in nullius ſunt bonis & pro- „ prietate. *Vid. diſſ. prooem.* XII. §. 217. §. „ 263.) at transgreſſores propter inju- „ riam puniri, ac res occupatæ in pœnam „ iis adimi poſſunt. *ibid.* §. 217. §. 263. *n.* 1.

„ Hinc quoties res quæ nullius ſunt, ut „ littora, &c. populi eſſe dicuntur, *L.* 50. „ *ff. ne quid in loc. publ.* id quoad imperium „ ſaltem intelligi debet, *ibid.* proprietas e- „ nim littorum nullius eſt. §. 5. *Inſt. rer. div.* „ *l.* 51. *ff. contr. emt. l.* 14. *pr. A. R. D.* „ *Diſſ. prooem.* XII. §. 221.

Prior ſolet fieri per populum] „ Scilicet in „ ſtatu Democratico ſeu populari.

„ *Aut eum, qui populo imperat*] „ Ut in „ ſtatu regio, vel medio inter popularem & „ regium.

„ *Altera deinde per ſingulos*] „ Quæ pri- „ vata eſt, nec jura publica tribuit, ſed ſo- „ lum jus de re ſua pro lubitu diſponendi.

Magis tamen aſſignatione, quam libera oc- cupatione] „ Recte, nam communi conſen- „ ſu civitatis totum territorium communiter „ occupatum eſt, adeoque in cauſa hac com- „ muni nemo rem ſibi propriam facere po- „ teſt per occupationem, ſed id per aſſigna- „ tionem adeoque per diſtributionem fieri de- „ bet. Sunt tamen quædam etiam in terris „ aſſignatis, quæ, quamdiu a ſingulis oc- „ cupatæ non ſunt, nullius manent, uti the- „ ſauri, aliaque adeſpota. Atque hoc ſenſu aves „ & piſces etiam in territorio occupato nullius „ eſſe dicuntur in *L.* 1. §. 1. *L.* 3. *ff. de A.* „ *Rer. Dom.* §. 12. *Rer. Div.* Sic feræ quoque „ manent res nullius *L.* 1. §. *f. L.* 3. *pr. A. Rer.* „ *Dom.* etſi terra ſit occupata & in ſingulos „ diſtributa. *d. l.* 3. §. 1. *l.* 12. §. 7. *ff. injur.* „ *L.* 16. *Servit. ruſt. l.* 5. §. 3. *ff. A. R. D.* „ *l.* 3. §. 14. *A. P.*

Univerſum occupatum] i. e. per occupatio- nem generalem.

Non ideo vacuum cenſeri debet] „ Imo „ eſt vacuum ratione dominii, ſed non ra- „ tione imperii.

Manet enim in dominio primi occupato- ris] „ Dictum jam eſt primum occupato- „ rem ſolum imperium ſibi acquirere, non „ dominium, nec generale: Hoc enim non „ niſi prævia apprehenſione corporali, & „ animo ſibi habendi, acquiri poteſt.

Talia eſſe ſolent flumina] „ Alibi proba- „ vimus flumina conſtare ex aqua profluen- „ te, alveo, & ripis: Flumen quoad *aquam*

Digitized by Google

,, *profluentem* occupari non poſſe conſtat, at-
,, que hinc inter res natura communes refer-
,, tur: *Alveus* itidem, quamdiu aqua ibi fluit,
,, in poteſtatem noſtram corporalem redigi
,, nequit: *Ripæ* quoque, quatenus ad uſum
,, fluminis publici pertinent, pariter occu-
,, pari non poſſunt: Adeoque verum non
,, eſt flumina eſſe in dominio generali pri-
,, mi occupatoris:

Lacus, *ſtagna*] ,, Hæ Synonima ſunt,
,, *Iſidor. Orig. c. 19. pr. & fin.* Per ſtagnum
,, enim denotatur locus ubi aqua ſtat nec
,, decurrit. *Iſidor. orig. l. 13. c. 19. in f.* La-
,, cus lacunam magnam denotat ubi aqua
,, contineri poteſt: *Varro. de ling. lat. l. 4.*
,, *p. m.* 8. receptaculum in quo aqua reti-
,, netur, nec miſcetur fluctibus. *Iſidor. d. l pr.*

,, Equidem diverſa hæc videntur, quia
,, jure Romano piſces in lacubus videntur
,, occupati, *l. 13. in fin. ff. de Injur.* non in
,, ſtagnis. *l. 3. §. 14. ff. A. P.* Reſp. prior
,, textus diſerte loquitur de lacubus qui in
,, ſingulorum dominio ſunt; poſterior autem
,, loquitur de ſtagnis in ſingulos non diſtri-
,, butis: In prioribus enim piſces ſunt in
,, poteſtate & cuſtodia domini, non in po-
,, ſterioribus.

,, *Sylvæ*] ,, Sylvæ vel diſtributæ ſunt in
,, ſingulos vel non ſunt: *priori* caſu ſunt
,, propriæ domini; *hoc* caſu cedunt occu-
,, panti, niſi lege imperantis prohibita ſit ſyl-
,, varum occupatio, vel fiſco fuerint addi-
,, ctæ, vel uſui publico relictæ: Certiſſimo
,, indicio ſub occupatione dominii generalis
,, ſylvas non contineri.

Montes aſperi] ,, Eadem hic ratio eſt
,, quæ in ſylvis. Si enim ſingulis non aſſi-
,, gnantur manent quidem ſub imperio po-
,, puli, ſed quoad proprietatem ſunt nullius.

AD §. V.

De *feris*, *piſcibus*, *avibus illud notandum eſt*] Grotius videtur innuere has res non quidem contineri ſub occupatione generali, principem tamen lege impedire poſſe tum tum ſubditos extraneos ne feras &c. capiant. At verius eſt, etiam jus venandi comprehendi ſub generali occupatione, indeque jus illud populo, æque ut loca publica in ſingulos nondum diſtributa, proprium eſſe.

Additio.

,, Diximus, non dari dominium generale
,, quod occupatione, quæ fit per univerſi-
,, tatem, populo acquiratur; Dominium e-
,, nim, qualecunque ſit, non niſi per cor-
,, poralem rei apprehenſionem acquiritur:
,, Populus igitur occupando terram nil niſi
,, imperium acquirit, ſingulæ autem res,
,, imo terra ipſa, manent nullius, i. e. in
,, nullius bonis & proprietate ſunt, donec
,, in ſingulos diſtribuantur & in corporali
,, noſtra poteſtate conſtituantur.

,, Quod magis eſt, quædam res nullius
,, manent etſi diſtributio terrarum in ſingu-
,, los facta ſit. Ita enim feræ in ſylvis, piſ-
,, ces in ſtagnis, theſauri &c non ſunt in
,, dominio ejus qui prædium poſſidet, quia
,, hæ res nunquam in corporalem ejus po-
,, teſtatem pervenerunt; indeque cedunt oc-
,, cupanti. *l. 3. §. 1. A. R. D.*

,, Supra autem vidimus effectum illius im-
,, perii eſſe, ut imperans prohibere poſſit
,, ne res in ſingulos non diſtributæ occupa-
,, re, adeoque ne venari in ſylvis, piſcari
,, in fluminibus, &c. liceat; indeque ſtatue-
,, re poſſit ut vel fiſco reſerventur, vel uſui
,, publico relinquantur. Si quis igitur in tali
,, loco publico feram capit, ea quidem ce-
,, dit occupanti, quia eſt nullius: at quia
,, lege prohibente venatus eſt, ideo puniri
,, poteſt. Exemplum JCti afferunt in litto-
,, ribus, de quibus Prætor legem dedit ne
,, abſque ejus decreto ibi ædificium pona-
,, tur: Si quis igitur abſque Prætoris con-
,, ſenſu ibi ædificet, ædificatum jure domi-
,, nii acquiritur ædificanti, quia in littore,
,, adeoque in re quæ nullius in proprietate
,, eſt, ædificium exſtruxit, ſalva cæterum
,, Prætori actione. *l. 50. ff. de acq. rer. dom.*

,, Pari ratione is qui venandi cauſa fun-
,, dum privatum prohibente domino ingre-
,, ditur, feram quam cepit ſibi acquirit, ſed
,, quia invito domino ingreditur fundum,
,, ideo injuriarum tenetur *l. 13. in fin. de injur.*

Idque in terminis ita traditur a Gajo in *L. 1. §. 1. L. 3. §. 1. A. R. D.* Verba ejus hæc ſunt. *Feræ capientium fiunt, quod enim nullius eſt naturali ratione occupanti conceditur; nec intereſt quoad feras, utrum in ſuo fundo quiſque capiat an in alieno: plane, qui alienum fundum ingreditur venandi aucupandive gratia, poterit a domino prohiberi ne ingrederetur, &, ſi invito eo ingreditur, injuriarum tenetur. L. 13. §. fin. ff. de Injur.*

Atque hac lege teneri etiam exteros], Ex-
,, teri igitur jure naturali id quod capiunt
,, in alieno territorio ſuum faciunt, ſed,
,, quia lege prohibente id fecere, ideo te-
,, nen-

Digitized by Google

,, dentur ad id , quod intereſt. Nam occu-
,, pato territorio extranei legibus illius ter-
,, ritorii ſubſunt.

Conformes ſe reddant ejus populi inſtitutis] ,, Ex principiis juris gentium id demon-
,, ſtravit. B. Parens ſupra ad *L.* 1. *c.* 3. §. 6.
,, *Propoſ.* 7.

Quod ſæpe in jure Romano legimus , liberum eſſe talia animalia venari] ,, Poſtquam
,, enim Nerva filius dixit : *Dominium rerum*
,, *ex naturali poſſeſſione cœpiſſe* , addit , *ejus*
,, *rei veſtigium remanere de his quæ terra ,*
,, *cœlo , marique capiuntur ; nam hæc pro-*
,, *tinus eorum fiunt qui primi eorum poſſeſ-*
,, *ſionem apprehenderint. Leg.* 1. §. 1. *Acqu.*
,, *Poſſeſſ.* Hinc jus piſcandi omnibus com-
,, mune eſſe dicitur in portu , fluminibuſque.
,, §. 2. *I. de Rer. div.* Gajus ait, feras beſtias,
,, volucres & piſces , & omnia animalia quæ
,, cœlo , terra , & mari naſcuntur , ſimul
,, atque ab aliquo capta fuerint jure gen-
,, tium ſtatim illius eſſe incipere : *L.* 1. §. 1.
,, *A. R. D. L.* 2. *ff. pro ſuo.* §. 12. *Inſt. de*
,, *R. D.* idque juri gentium , quod cum ipſo
,, humano genere prodiit , tribuitur in *d.*
,, *L.* 1. §. 1. & ratio additur , *quod enim*
,, *nullius eſt , naturali ratione occupanti con-*
,, *ceditur. L.* 3. *pr. eod.* Unde qui in mari
,, piſcari prohibetur , injuriarum actionem
,, habet. *L.* 2 §. 9. *ne quid in loco publ.*

Jure naturæ aut gentium] ,, JCti Roma-
,, ni nunquam diſtinxere hæc jura, ſed idem
,, eis eſt jus gentium quod jus naturæ.

Hoc enim verum eſt quam diu lex civilis nulla intercedit] Dictum in præcedentibus eſt, leges civiles poſſe quidem aliquem impedire quo minus alienum ingrediatur fundum venandi cauſa ; at non poſſe impedire quo minus res , quæ nullius eſt , cedat occupanti. Adeoque *alia quæſtio* eſt , an fera capta , etiam in alieno prædio , fiat capientis ? Quod omnino ex ratione naturali ſequitur ; quia fera quæ capitur nunquam fuit occupata , nec continetur ſub occupatione prædii , quia ipſa fera nondum eſt in noſtra poteſtate ac cuſtodia. *Alia* , an is , qui lege prohibente alienum territorium venandi cauſa ingreſſus eſt , ideo teneatur ? Quod omnino affirmandum eſt. Nam ſæpius occurrit, jure naturæ quoque , dominium rei nobis acquiri , at actione ad id quod intereſt nos teneri ei , cui præjudicium fit. Sic enim per ſpecificationem , per fructuum perceptionem ex fundo alieno , &c. materia & fructus mihi acquiruntur , ſalvo domino materiæ & fundi actione.

Sicut lex Romana res multas relinquebat in illo primævo ſtatu , de quibus aliæ gentes aliud ſtatuerunt] ,, Senſus eſt. Romanos
,, ſæpius a ſtatu primævo receſſiſſe , cum
,, aliæ gentes in ſtatu communionis rem
,, reliquerint : & contra , Romanos ſæpius
,, communionis ſtatum conſervaſſe in rebus
,, de quibus Gentes aliud conſtituerunt. Un-
,, de concludit , legem , qua prohibemur ta-
,, lia animalia venari , eſſe legem Romano-
,, rum , qui hactenus a primævo illo ſtatu ,
,, quo cuique liberum erat talia animalia ve-
,, nari , receſſerunt. Fruſtra autem hæc di-
,, cuntur , quia rerum communio nunquam
,, fuit. Neque gentes unquam jus aliquod
,, ſtatuerunt.

Cum autem lex civilis aliud conſtituit]
,, Et libertatem illam naturalem venandi
,, prohibet.

Eam obſervari debere jus ipſum naturæ dictat] ,, Jus enim civile in conſcientia obli-
,, gare , & propter conſenſum , alibi proba-
,, vimus. *Vid. Proleg.* §. 16. & *Diſſ. Pro-*
,, *oem.* XII. §. 55.

Lex enim civilis , quanquam nihil poteſt præcipere quod jus naturæ prohibet , aut prohibere quod præcipit] ,, Humana enim jura
,, multa conſtituere poſſunt præter naturam,
,, contra naturam nihil. *L.* 2. *c.* 3 §. 6. Quia
,, jus Dei , ejuſque præceptum violaretur.

Poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere] ,, I. e. Jus ſubditis quæſitum ob
,, utilitatem publicam tollere , quia id fit
,, conſenſu ſubditorum , qui , in civitatem
,, coeuntes , facultatem hanc in Principem
,, contulerunt : adeoque iis non fit injuria.
,, Conf. *l.* 2. *c.* 14 §. 7. & 8.

Et vetare , quod naturaliter licebat] ,, A-
,, deoque & prohibere venationem in alie-
,, no territorio.

Atque etiam ipſum Dominium naturaliter acquirendum vi ſua antevertere] ,, I. e. efficere
,, ne dominium rerum acquiri poſſit. Imo lex
,, civilis id efficere non poteſt ut dominium
,, naturali ratione quæſitum non ſit ; ſed id
,, ſaltem efficere poteſt ut effectus civiles non
,, habeat , v. g. actionem. Lex igitur civilis,
,, dum prohibet ingredi fundum alienum ve-
,, nandi cauſa,non impedit acquiſitionem do-
,, minii. *L.* 3. §. 1. *ff. de A. R. D.* Cæterum
,, jus illud quod legibus civilibus facultatem
,, tribuit *dominium naturaliter acquirendum*

Digitized by Google

„ *antevertendi*, paſſim in Auctore occurrit.
„ *Vid. diſſert. prooem. VI.* §. 18. *n.* 1.

Ad §. VI.

1 Videamus *porro*] Auctor putat, in rebus quæ propriæ factæ ſunt quibuſdam in caſibus reviviſcere priſtinam illam communionem: idque 1. contingere ait in caſu neceſſitatis ſummæ. 2. ubi mihi commodum, & alteri nullum incommodum aut damnum ex ea oritur: Atque his caſibus cuique hominum jus rebus tanquam communibus utendi competere. At eum dictum ſit, veram rerum communionem natura nullam eſſe, fruſtra quæritur an aliqua communio in rebus occupatis remanſerit. Res natura ſunt nullius, hæ ſolæ occupari poſſunt, iiſque occupatis nemini alii jus in eas competit: adeoque verum non eſt, in duobus allegatis caſibus jus aliquod commune hominibus ſupereſſe, quod in ſequentibus plenius demonſtrabimus.

Et quod jus communiter hominibus competat in eas res, quæ jam propria aliquorum facta ſunt] „ Hactenus Auctor egit de rebus „ quæ vacuæ sunt a proprietate, et propriæ fieri nequeunt. *Vid. ſup.* §. 1. & 4. easque „ communes natura eſſe ſtatuit §. 2. & *ſeqq.* „ Hic agit de rebus quæ propria fieri possunt, et factæ sunt „ propriæ, in quibus tamen jus communiter hominibus competere, adeoque „ ubi veſtigium priſtinæ communionis adhue remanere putat. Verum bene obſervavit B. Parens re ſemel occupata neminem jus in illam rem, adeoque nec jus „ aliquod commune ſibi in ea arrogare poſſe: Jus igitur, occupanti ſemel in re quæ „ nullius eſt quæſitum, ei neque ex neceſſitate, neque ex innoxia utilitate auferri „ poteſt. *L.* 11. *ff. de R. Jur.*

Quod quæri mirum forte aliquis poteſt] „ Mirum omnino & merito videri poteſt: „ rem in proprietate alicujus eſſe, & tamen jus commune hominibus in eam competere.

Spectandum enim eſt, quæ mens eorum fuerit qui primi dominia ſingularia introduxerunt] Ex his apparet *jus illud commune ad res* meris figmentis & conjecturis inniti: *Primo* enim fingit, homines tacite renunciaſſe primævæ communioni, permittendo, ut cuique liceat res communes proprias ſibi facere: *Secundo* fingit homines illos excepiſſe caſum neceſſitatis, & innoxiæ utilitatis. Idque *Tertio* ex conjectura maxime vaga probat, quia homines qui primi ſingularia dominia introduxerunt, quæſiti, reſponſuri fuiſſent: *Se voluiſſe, ut quam minime ab æquitate naturali recederetur.* Et hinc jam concludit æquitatis naturalis eſſe, ut communio rerum tempore neceſſitatis, vel in caſu innoxiæ utilitatis obtineat. Quæ omnia bonæ menti & rationi repugnant. Quid non ex variis & vagis ejuſmodi conjecturis, de voluntate primorum hominum effictis, inferri poſſet?

Ut quam minimum ab æquitate naturali receſſerit] „ Cum nulla natura ſit rerum communio, adeoque nunquam homines ab ea „ receſſerint, fruſtra quæritur quid illi hominibus communiter reſervare voluerint.

Nam ſi ſcriptæ etiam leges in eum ſenſum trahendæ ſunt quatenus fieri poteſt] In legibus civilibus aliquando admittitur interpretatio, licet non conſtet de voluntate legiſlatoris, ſed hoc eſt meri juris poſitivi, quo regulæ certæ interpretationum ſtatutæ ſunt, ut eo certior ſit negotiorum deciſio. Atque hoc principio nituntur fideicommiſſa, jura accreſcendi, omneſque diſpoſitiones dubiæ. At jure naturæ, ubi jura non niſi ex certa & clara voluntate vel legiſlatoris, vel diſponentium ſaltem tacita demonſtrari debent, tota interpretationis ratio *ex conjecturis* deſumta ceſſat.

Multo magis mores, qui ſcriptorum vinculis non tenentur] „ Per mores intelligit tacitum illum conſenſum, quo primi homines certo modo a primæva communione „ receſſiſſe dixit ſupra §. 2. *n.* 5.

Hinc primo ſequitur] „ Sc. ex eo, quod 2
„ mens eorum, qui primi dominia ſingularia „ introduxerunt, talis credenda ſit, ut quam „ minime ab æquitate naturali receſſerit.

In graviſſima neceſſitate reviviſcere jus illud priſtinum utendi] Putat igitur Auctor in caſu neceſſitatis omnia eſſe communia, & ſic tempore neceſſitatis redire illum primævum communionis ſtatum, perindeque eſſe ac ſi homines per diviſionem, aut tacitum de occupandis rebus conſenſum, nunquam ab illo ſtatu receſſiſſent. Sed ſæpius jam dictum eſt, nullam communionem rerum primævam exſtitiſſe, & ſic verum non eſſe, per diviſionem aut tacito pacto homines inde receſſiſſe: Unde ſponte ſequitur, primos homines reſervare non potuiſſe communionem quæ nunquam fuit, indeque nec eam reviviſcere poſſe propter

Digitized by Google

pter neceſſitatem. Sed & porro probavimus res a natura nullius eſſe, cedereque occupanti; cui proinde res ita, concedente natura, propria facta eſt, ei a nemine abſque injuria auferri, nec ex neceſſitate poteſt, quæ regula extat in *L.* 11. *ff. R. I.* Sane neceſſitas alii jus in res meas nullum tribuit, nec enim quod antea in re nullius non habuit, ex ſupervenienté neceſſitate ſibi arrogare poteſt. Sed & ex hac doctrina ſequeretur, unumquemque egenum in neceſſitate conſtitutum jus commune habere in omnium hominum bonis, & inſtituta actione de communi dividundo agere per totum terrarum orbem pro ſua rata poſſe. Quæ omnia cum ratione pugnant.

At alia quæſtio eſt, anne excuſandus ſit ille qui ſumma neceſſitate inductus ea quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent abſtulerit? Equidem verum furtum hic eſt, furtum enim Cicero fieri dixit, etiam quod ex neceſſitate committitur. *Cic. L.* 3. *Offic. c.* 28. Unde etiam eſuriens, ſi furtum committit, ſeptuplum reſtituere tenetur, juxta effatum Salomonis in *Proverb. c.* 6. §. 30. *ſeqq.* At legibus civilibus plerumque a pœna, quæ malitiæ infligi ſolet, in tantum liberatur, non a reſtitutione rei.

Anne vero iniquum eſt pauperes excludi a jure terræ citra culpam ſuam? Certum quippe eſt, fructus & commoda terræ omnium hominum cauſa produci, indeque videtur hactenus eis, qui citra culpam egeni ſunt, injuria fieri ut ab illis commodis penitus excluderentur? Reſp. ſi ex juris naturæ principiis res examinanda eſt, 1. certum eſt cuique hominum facultatem occupandi competere res terræ in infinitum: Rebus igitur omnibus occupatis, illi qui occuparunt jure ſuo uſi ſunt, neque illis qui nihil occuparunt injuriam fecere. Cum enim 2. res terræ nullius ſint, eoque nihil juris egenis in illis competat, non poteſt dici jus aliquod eis auferri per occupationem ab aliis factam. Neque 3. jus occupandi illis aufertur, jus enim ipſis omnino competit, ſed defectus eſt in rebus, quæ omnes occupatæ ſunt. Occupare ergo amplius non poſſunt, non, quia jus deficit, ſed quia nihil eſt quod occupari poſſit, cum omnia jam ab aliis, qui eodem jure gaudent, occupata ſint. Accedit 4. quod, poſito illo principio, *egeno jus aliquod commune in res terræ competere*, res exitum habere non poſſit; quia non niſi pro rata ſua communi dividundo judicio agere poſſet: quomodo vero probabit illam ratam? Unde conſtabit quænam ejus portio in re tot hominum miriadibus communi futura ſit? Idque 5. multo magis obtinet ſi illa neceſſitas, uti plerumque fit, oritur, vel ex ignavia, vel ſi eam homines extendunt ad luxum, aliaque quæ neceſſaria vere non ſunt.

Equidem negari non poteſt, homines plura quam quæ ad vitæ neceſſitatem pertinent occupaſſe, indeque univerſitatis luxum in cauſa eſſe ut quidam ab uſu rerum terreſtrium excludantur. Sed cum jure ſuo utantur, & res illæ occupatæ nullius fuerint, prætextu luxus egenis nullum jus in eorum bonis competit. Et cum hoc vitium omnium divitum commune ſit, nulla ratio dari poſſet cur unus magis quam alter ad ſuſtentationem egenorum contribuere teneatur.

Quid ergo de egenis faciendum, an fame potius perire debent? Reſp. vix eſt ut homo eo neceſſitatis perveniat ut vivere non poſſit, modo iis quæ natura neceſſaria ſunt contentus eſſe velit. Sed & ſi talis egenus exiſtat, magiſtratus officium eſt, illis proſpicere, publicas collectas indicendo, vel alio modo: exemplo legis divinæ, quæ inſignia privilegia paupertati tribuit: nimirum 1. decimas tertii anni. *Deut.* 14. *v.* 18. 2. Angulus agri relinquendus. *Lev.* 19. *v.* 9. *& c.* 23. *v.* 22. 3. Spicilegium, ſi una alterave ſpica extra manipulos deciderit. *d. c.* 23. *v.* 22. 4. Racemationem, qua relinquendi ſunt recamuli, quotquot nec ſcapulos denſiores, nec uvas conjunctiores habent. *Deuter.* 24. *v.* 21. 5. Acinos deciduos, qui ſcil. in vindemia inter colligendum a racemis deciderent. *Lev.* 19. *v.* 10. 6. Quod per oblivionem relinquitur. *Deut.* 24. *v.* 19. *ſeqq.* id enim relinqui debet advenæ, pupillo & viduæ. *Ibid.* vid. *Selden. de J. Nat. L.* 6. *c.* 6. *pr.* Atque hinc Valentinianus & Martianus humanitatis ſuæ eſſe ajunt, egenis proſpicere, & dare operam ut pauperibus alimenta non deſint. *L.* 12. §. 2. *C. S. S. Eccleſ.*

Neque *obſtat* quod aliter conſervare vitam non poſſit, is qui in neceſſitate tali conſtitutus eſt, indeque ex naturæ lege omnia homini licita videantur, ſine quibus vita ſalva eſſe non poteſt. Reſp. Regula illa ceſſat ſi medium ſervandi vitam conſiſtat in auferendo alteri ſuo jure, tunc enim eodem modo alter jus ſuum defendere contra turbantem poſſet; & ſic in neceſſitate conſtitutus non tam jus ſuum defenderet, quam alienum raperet.

Sed,

Digitized by Google

Sed & neceſſitas illa incidit plerumque per
culpam, debet enim egenus operas addiſce-
re ne egeat: Natura igitur non deficit aliud
medium. Etſi autem nulla egeni concurrat
culpa, non tamen ſequitur Titii vel Caji
bona ad id neceſſaria eſſe, cum alterius bo-
na occupare poſſet.

Neque porro *obſtat*, lege divina præce-
ptum eſſe ut quædam ex bonis pauperibus
relinquerentur. Reſp. hoc non eſt ex jure
communionis, ſed ex diſpoſitione legis fo-
renſis, adeoque ex lege civili.

Denique *obſtant* exempla Auctoris, ſed
nec ea nobis contraria eſſe, ſtatim videbi-
mus.

Additio.

„ Auctor cuique hominum jus commune
„ in res ab aliis occupatas competere ait, ſi
„ in graviſſima neceſſitate ſit conſtitutus:
„ Rationem hanc fingit, quod tempore ne-
„ ceſſitatis priſtina rerum communio quaſi
„ reviviſcat, & quod in prima diviſione caſus
„ neceſſitatis exceptus videatur: idque inde
„ præſumi, quia homines credendi ſunt æ-
„ quitatem naturalem in illa diviſione ante
„ oculos habuiſſe. *Vid. n.* 1. Addit, quod
„ primi diviſores, interrogati quid de ea
„ re ſentirent, reſponſuri fuiſſent, *res cum*
„ *benigna quadam receptione juris primitivi*
„ *in dominos diſtinctas fuiſſe. Vid. n.* 4. in-
„ deque etiam legem Dei habere exceptio-
„ nem ſummæ neceſſitatis ait, *L.* 1. *c.* 4.
„ §. 7. *n.* 1.

„ Ex hoc *jure neceſſitatis* (ita enim il-
„ lud vocat Auctor *infra* §. 10. *in fin.*) va-
„ ria deducit jura, quæ ſingula recenſuimus
„ in *diſſert. prooem.* VI. §. 19. Ex hac ra-
„ tione quoque provinciam imperii ſe in al-
„ terius ditionem dare poſſe ſtatuit, ſi ali-
„ ter ſervare ſe non poteſt. *L.* 2. *c.* 6. §. 5.
„ quia neceſſitas rem reducit ad merum jus
„ naturæ. *d.* §. 5.

„ Atque hoc jus neceſſitatis eo extendit
„ Ziglerus *in not. ad h. c.* §. 7. ut ſtatuat,
„ dominum rei qui uſum illum communem
„ impedire vult, tuto occidi poſſe, ac al-
„ terum intra fines neceſſariæ defenſionis
„ conſtitutum eſſe. *Confer. Pufend. L.* 2.
„ *c.* 6. *pr. Selden. de jur. nat. L.* 6. *c.* 6. *per*
„ *tot.* De indulgentia circa actus qui neceſ-
„ ſario fiunt late auctoritates collegit *Teſ-*
„ *marus in not. h.* §. *lit. f. & lit. n.* Cæte-
„ rum Grotius plures limitationes affert, in
„ quibus juri neceſſitatis locum non eſſe
„ ait: Vid. *diſſert. prooem.* VI. §. 19. At
„ optime probavit B. Parens, ſolam ne-
„ ceſſitatem nemini jus in res alterius dare.

Tanquam ſi communes manſiſſent] „ Quo-
„ modo communes manere potuerunt, cum
„ nulla unquam rerum communio exſtiterit?

Quia in omnibus legibus humanis] „ Alibi
„ etiam id aſſerit de legibus divinis, *L.* 1.
„ *c.* 4. §. 7. *n.* 1. At in neutris neceſſitas
„ jus aliquod in res alterius concedit. *Vid.*
„ *infra lit. y.*

Ac proinde & in lege dominii] „ Domi-
„ nia non ex facto humano, ſeu ex tacito
„ conſenſu hominum orta eſſe, vidimus *ſu-*
„ *pra* §. 2. *n.* 5.

Hinc] Auctor hic affert exempla ubi com- 3
munio primæva reviviſcere videtur: Si nimi-
rum cibaria in navi deficiant, ſi incendio cor-
ruptæ ædes diruantur, &c. Reſp. nihil horum
eſt ex communione, ſed ex mero jure civi-
li, quod ſummam in utroque caſu æquita-
tem continet. Si enim unus cibaria ſibi ſoli
reſervaret, reliquis fame interemtis ipſi quoque
pereundum eſſet; quia ſolus navem guber-
nare nequit. *Arg. L.* 7. *quod vi aut clam.*
Ita, ſi domus diruitur, æque tamen peri-
tura eſſet, quia igne jam correpta ſupponi-
tur: adeoque ex hac ratione civili damnum
dari non videtur, æque perituris ædibus;
ut dicitur in *L.* 7. §. 4. *quod vi aut clam.*

Ut in navigatione, &c. quod quiſque ha-
bet in commune conferre debeat] „ Legibus
„ Romanis id ſtatutum legimus in *L.* 2. *ad*
„ *L. Rhod.* Id autem non eſt ex jure pri-
„ mævæ communionis, quaſi hæc in caſu
„ neceſſitatis adhuc ſubſiſtat; ſed ex ra-
„ tione naturali, quia domino cibariorum,
„ ſi reliqui fame perirent, æque pereundum
„ eſſet: adeoque non fit injuria domino
„ arg. *L.* 7. §. 4. *quod vi aut clam.*

Sic & defendendi mei cauſa vicini ædifi-
cium orto incendio diſſipare poſſum] „ Hæc
„ ſunt verba *legis* 3. §. 7. *de incendio:* in-
„ telligendum autem id eſt, ſi incendium eo
„ pervenerit. *L.* 7. §. 4. *Quod vi aut clam.*
„ Tunc enim diſſipare ædes vicini poſſum
„ non ex jure aliquo primævæ communio-
„ nis, ſed ex ratione naturali: quia *nulla*
„ *injuria aut damnum dari videtur æque*
„ *perituris ædibus. d. l.* 7. §. 4.

Et funes aut retia diſcindere in quæ na-
vis mea impulſa eſt] „ Traditur id in *L.*
„ 29. §. 3. *ff. ad L. Aquil.* cum enim extri-
„ care nauta ſe non poſſit niſi diſciſſis fu-
„ nibus, damnum hoc caſu, (nam vi ven-
„ torum navis impulſa eſt in funes & retia)
„ non

Digitized by Google

„ non culpa videtur datum : caſum autem „ ſolus dominus præſtat. Adeoque hic quo- „ que non ex jure primævæ communionis jus „ oritur, ſed ex ratione naturali modo allegata.

Quæ omnia lege civili non introducta ſed expoſita ſunt] „ Verum omnino eſt omnes „ hos caſus niti æquitate naturali ; at illa „ æquitas non conſiſtit in fictione Auctoris, „ quaſi homines res natura communes divi- „ ſerint, & caſum neceſſitatis exceperint, „ primævamque communionem eo caſu ſub- „ ſiſtere voluerint.

Nam & inter theologos recepta ſententia eſt &c. eum furtum non committere] „ *Vi-* „ *de Oſiand. in Obſerv. h. l. Amet. de Con-* „ *ſcient. L.* 5. *c.* 50. *in f.* Jure naturæ id ve- „ rum non eſſe jam vidimus, neceſſitas enim „ nullum jus in rem alienam tribuit.

„ Atqui homo homini in neceſſitate con- „ ſtituto ſuccurrere debet. *Diſt.*47.*cap.*8. *Ba-* „ *ſil. ad Luc.* 12. *v.* 18. Hinc cum diſcipuli „ Chriſti ſpicas alienas ſuſtulerunt famis ſe- „ dandæ cauſa, Chriſtus eos excuſat neceſ- „ ſitate famis: Reſp. 1. ſuccurrere homo „ homini egeno debet non ex regulis juris „ ſed caritatis : Adeoque ſi non ſuccurrit, „ egeno non ſit injuria, neque illi jus com- „ petit homini rem auferendi invito: Reſp. „ 2. Chriſtus non defendit illud factum con- „ tra dominum ſpicarum, utpote qui que- „ ſtus non eſt, ſed contra Phariſæos, qui Sab- „ bathum hoc facto violatum eſſe crediderunt.

„ Equidem negari nequit, excuſationem „ mereri eos qui neceſſitate coacti furtum „ faciunt : Hinc nec ordinaria pœna ipſis „ infligi ſolet, quia leges pœnales feruntur „ cum ſenſu imbecillitatis humanæ. *Grot. l.* „ 1. *c.* 4. §. 7. Idque exemplis gentium pro- „ bat *Teſmarus in not. lit. n. ex Thuano L.* „ 2. *p.* 37. *Appiano Bell. Punico n.* 28. *Ar-* „ *riano L.* 6. *p.* 423. Unde hodieque is qui „ neceſſitate coactus furtum committit extra „ ordinem punitur. *Cap.* 3. *X. furt. Conſtit.* „ *crim. Art.* 166. *Cz. Part.* 2. *Quæſt.* 83. *n.* „ 40. *Anton. Math. ad L.* 47. *ff. tit.* 1. §. 7.

Cujus definitionis] „ I. e. ſententiæ inter „ Theologos receptæ.

Quod rei Dominus ex caritatis regula rem egenti dare tenetur] „ Verum eſt, ex hac „ ratione non probari me alii rem neceſſi- „ tate urgente auferre poſſe : Ex caritatis „ enim regula non jus aut obligatio inter „ homines ſequitur: adeoque jus, per occu- „ pationem mihi a natura quæſitum, ab alio „ caritatis prætextu auferri nequit.

Sed quod res omnes in Dominos] „ At „ nec ex hac ratione id probatur, quia nun- „ quam fuit rerum communio, adeoque ea „ reviviſcere non poteſt: Certiſſimum igitur „ eſt, neceſſitatem nemini jus in res alte- „ rius dare.

Nam ſi primi diviſores interrogati fuiſſent, quid de ea re ſentirent, reſpondiſſent, quod dicimus] „ Quia juxta auctorem credendum „ eſt, ipſos quam minimum ab æquitate na- „ turali recedere voluiſſe. *vid. ſup. n.* 1. At „ ex ejuſmodi vagis conjecturis jus inferri „ nequit.

Omnem legem frangit] „ Hoc admitti non „ poteſt ſi tertio jus aliquod auferretur.

Humanam ſcl.] „ Imo & leges quaſdam „ divinas tacitam habere exceptionem ſum- „ mæ neceſſitatis, docuit ſupra. *L.* 1. *c.* 4. „ §. 7. *n.* 1. At in neutris id verum eſſe pro- „ bavimus. *Vid. ſupra lit. l.*

Aut ad humana modum factam] „ I. e. „ cum ſenſu imbecillitatis humanæ. *L.* 1.*c.*4. „ §. 7. *n.* 2. *Lib.* 3. *c.* 23. §. 5. *n.* 3. *Lib.* 2. „ *c.* 14. §. 12. *n.* 2. Idem quoque ex princi- „ piis Auctoris dicendum ſi Deus humanam „ legem probat, nam tunc cenſetur eam pro- „ bare ut humanam & humano modo .*vid.* „ *ſupra Lib.* 1. *c.* 4. §. 7. *n.* 3. Ubi hoc aſſer- „ tum refutavimus.

Cicero Philippica XI.] „ Ubi defendit fa- „ ctum Caſſii, qui inconſulto Senatu ex Ita- „ lia profectus erat, ut prohiberet Syria „ Dolabellam.

Alienam provinciam ſi homines legibus ſcriptis uterentur] „ Juxta legem ſcriptam enim „ i. e. jure Romano, Caſſius inconſulto Se- „ natu ex Italia proficiſci, & Dolabellam „ bello proſequi non potuit.

His vero oppreſſis, ſuam, lege naturæ] „ Do- „ labella enim Syriam petebat, eamque im- „ perio Romano eximere cupiebat: Caſſius „ ex Italia profectus defenſionem provinciæ „ ſuæ curæ non commiſſæ ſuſcipiebat, quo „ jure? Cicero ait, *eo jure quod Jupiter ipſe* „ *ſanxit, ut omnia quæ reipublicæ ſalutaria* „ *eſſent, legitima & juſta haberentur*: SUAM „ ergo PROVINCIAM dicitur defendiſſe, „ quia jure naturæ quilibet civis ea quæ rei- „ publicæ ſalutaria ſunt, non tantum face- „ re poteſt, ſed etiam tenetur: neque opus „ fuit exſpectare decreta, eam enim ſemper „ intentionem Senatus præſumi ait. *Cicero* *Phil. XI. p. m.* 915.

Apud Curtium eſt] Leguntur hæc in lite- ris Nabarzanis apud *Curt. Lib.* 6. *c.* 4.

Suam quemque habere fortunam] *Quinćtilianus Decl.* 5. ait. *in aliena fame ſui quiſque miſeretur.*

Ad §. VII.

Ne *evagetur licentia*] Auctor putat neceſſitatem tunc demum jus in res alienas dare. 1°. Si evitari aliter neceſſitas non poteſt. §. 7. 2°. Si poſſeſſor non pari neceſſitate prematur. §. 8. 3°. Alibi addit, ſi non ultra ſumit, quam neceſſitas exigit. *L.* 3. *c.* 17. §. 1. Et denique 4°. requirit, ut ubi fieri poteſt reſtituat. §. 9. At diximus neceſſitatem nec juxta hæc ſuppoſita jus in res alienas dare.

An alia ratione neceſſitas evadi poſſit] „ Adeoque Auctori non ſufficit neceſſitas quæ „ ex culpa oritur.

Puta adeundo magiſtratum] „ Cujus officium eſt aſſiſtere egenis. *Vid. not. ad* §. *præc.*

An rei uſus a domino precibus poſſit obtineri] „ V. g. Eleemoſinam rogando.

Plato ex vicini puteo aquam peti, ita demum permittit] „ *Lib.* 8. *de Leg. p. m.* 844. „ At hoc jus mere civile eſt, quod tamen „ maxima æquitate nititur.

Et Solon] „ *Apud Plutarch. in Solone p. m.* 90. & *Meurs. de Solone c.* 19. Verba „ legis hæc ſunt. *Ubi puteus publicus eſſet* „ *intra curriculi equeſtris ſpatium* (quod eſt „ quatuor ſtadiorum) *eo ut uterentur : Ubi* „ *longius abeſſet, ibi aquam propriam quærerent. Sed ſi poſtquam ad X. paſſuum altitudinem effodiſſent, minime eam inveniſſent, tum, ut peterent ex proximo,* & „ *quotidie hydriam ſex congiorum bis implerent.*

Ad quadraginta cubitos] „ Ab aliis vertitur, ad X. paſſuum altitudinem. *Stanlej. Hiſt. Phil. part.* 1. *c.* 6. *p.* 41.

Non inſtruendam pigritiam) „ Apparet „ ergo, rationem hujus legis non eſſe naturalem, ſed mere civilem.

Ad Sinopenſes) „ Qui ægre ferebant quod „ a Græcis, qui Cyro minori militaverant, „ premerentur.

Ubi jus emendi nobis non conceditur] „ Ibi non ſola neceſſitas actum licitum reddidit, ſed injuria Græcorum, qui vendere tranſeuntibus neceſſaria nolebant. Hoc „ enim jure naturæ negari tranſeuntibus nequit. Vid. *infra* §. 13. & ſic belli jure ea „ ſumere poterant. Xenophon igitur non „ allegat pro titulo neceſſitatem, ſed quod „ injuria negaverint neceſſaria. Bene hoc „ jus explicat Tiſſaphernes *apud Xenophontem in Cyrop. L.* 2. *p. m.* 302. *Sic ubi forum non ſuppeditaverimus, poteſtatem vobis faciemus, commeatum ex regione noſtra ſumendi. Vos viciſſim jurejurando ſanctiſſime nobis pollicebimini, tanquam per regionem amicorum, ſine ullo damno iter facturos : Ac ſi forum non præbuerimus, eſculenta & potulenta ſumturos, ſin forum inſtituatur, commeatum pretio numerato redemturos.*

Ad §. VIII.

Non *concedendum boc, ſi pari neceſſitate ipſe poſſeſſor teneatur*] „ Auctor id repetit *Libro* 3. *c.* 17. §. 1. At dictum eſt, neceſſitatem nullum jus dare in res alterius, etſi „ dominus rebus illis non indigeat.

Nam in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis] „ Imo hæc vera ratio non eſt, „ ſed ea, quam dixi: quia neceſſitas nullum jus dat in res alienas, etſi poſſeſſor „ non teneatur pari neceſſitate.

Quia ſe abſtinuit a nocendo] „ Adeoque „ ex hac ipſa ratione apparet, quod nec „ ob neceſſitatem aliquid fieri debeat in „ tertii præjudicium.

Neminem ut violem commodi mei gratia] „ Cicero adeo non probat opinionem „ Auctoris, ut potius contrarium afferat : „ ſcl. me in neceſſitate conſtitutum alii nihil auferre poſſe, non ideo, quia uterque „ in pari neceſſitate conſtitutus eſt, id enim „ ex eo loco non apparet : ſed, quia nefas „ judicat commodi ſui cauſa alium violare.

Quam poſcentis alienum] „ Locus hic plane huc non quadrat: non enim de eo loquitur, qui ex neceſſitate alienum poſcit, „ nedum loquitur de caſu ubi uterque in „ pari neceſſitate eſt conſtitutus.

Ad §. IX.

Ubi *fieri poteſt faciendam reſtitutionem*] „ Imo reſtitutio ſemper fieri poteſt & debet, „ ſaltem per tantundem.

Quod qui ſuo jure uſus eſt ad reſtitutionem non obligetur] „ Regula vera eſt, at negamus eum, qui in neceſſitate conſtitutus „ aliquid aufert, jure ſuo uti.

Jus bic non fuiſſe plenum, ſed reſtrictum] „ Imo

Digitized by Google

„ Imo neceſſitas nec plenum nec reſtrictum
„ jus dat: & ſi jus verum daret plenum
„ daret, non reſtrictum.

Tale enim jus ſufficit ad ſervandam æquitatem naturalem contra rigorem domini]
„ I. e. ad fruendum ex antiquiſſima com-
„ munione, quibus introducta dominia uti
„ ſevere prohibent: Ita mentem Grotii ex-
„ plicat *Gronovius in not. h. l.* At non recte
„ mentem ejus & vim argumenti aſſequi-
„ tur. Auctor dixit, in prima diviſione re-
„ rum communium exceptum fuiſſe caſum
„ neceſſitatis, quia credendum eſt dividentes
„ quam minime a naturali æquitate recedere
„ voluiſſe: *ſup.* §. 6. *n.* 1. adeoque dominium
„ rerum in ſingulos ſub conditione quadam
„ priſtinæ communionis (in caſum ſcl. ne-
„ ceſſitatis) tranſiiſſe. *d.* §. 6. *n.* 4. Hinc jam
„ concludit *h.* §. prædictam æquitatem ſuffi-
„ cere ad temperandum & reſtringendum
„ dominii rigorem, ſi facultas egeno tantum
„ concedatur re aliena utendi *quamdiu neceſ-*
„ *ſitas durat*: ea igitur ceſſante domino rem
„ ablatam reſtituendam eſſe: utpote cum to-
„ ta illa recepti primitivi juris, adeoque tota
„ æquitatis allegatæ ratio, tunc ceſſet. Sæpius
„ jam monui hæc omnia vana, vaga, me-
„ reque cerebrina eſſe, & ex ejuſmodi con-
„ jecturis, fictiſque rationibus, nihil certi
„ nedum jus definiri poſſe. Regula naturæ
„ certa & perpetua eſt, neceſſitatem jus in
„ res alienas plane non dare.

Ad §. X.

Hinc *colligere eſt*] „ Scil. ex eo, quod
„ primæva rerum communio tempore neceſ-
„ ſitatis reviviſcat. At cum verum non ſit
„ communionem rerum unquam fuiſſe, adeo-
„ que fruſtra de ejus reviviſcentia quæratur,
„ facile conſtat hanc quæſtionem exinde de-
„ cidi non poſſe, ſed ex aliis principiis de-
„ cidendam eſſe.

Bellum pium] „ I. e. juſtum. *vid. Proleg.*
„ §. 26.

Liceat locum occupare qui ſitus ſit in ſolo pacato] Quæritur, an ſalva amicitia loca pacata, urbes, arces, & terræ amicorum, jure belli occupari poſſint? Et ſpecies quidem, de qua dubitari poſſet, eſt, cum quis metuit ne hoſtis urbem, aut aliqua loca amici principis vel civitatis occupet, indeque forte ſibi noceat atque incommodet; & vel ex hoc metu vel etſi metus non ſit, hoſtem prævertit, & locum occupat. Quod ſi igitur probabiliter tibi conſtet, de hoſtis tui conſilio locum eum occupandi, nec de eventu ob loci infirmitatem dubitari poſſit, dicimus, locum hunc, etſi pacatum & amicum, jure belli & gentium a te occupari poſſe, eaque occupatione tibi idem acquiri, quod hoſtis habiturus fuiſſet.

Et quidem licitam eſſe hanc occupationem his rationibus oſtendimus. 1. Nullum civitati pacatæ damnum datur hac occupatione, ſed hoſti: non enim civitas hoc facto damnum ejus rei patitur, quam æque perditura eſſet ceſſante hoc facto. Ita deciſum eſt in ſpecie, qua quis tempore incendii deſtruit ædificium, ad quod ignis jam pervenerat; abſolvitur enim ab omni actione, quia nullam injuriam vel damnum dare videtur æque perituris ædibus, ut dicitur in *L.* 7. §. 4. *ff. quod vi aut clam.* hoſti vero damnum inferre licet. 2. In ſumma hujus rei nihil refert an hoſtis jam occupaverit, an certo occupaturus ſit, quia utroque caſu nulli niſi hoſti, & nihil niſi quod hoſtis eſt, vel futurum eſt, aufertur. Quin 3. cum hoſti belli jure eripi poſſit quod jam quæſitum habet, multo magis quod necdum quæſivit, ſed acquiſiturus eſt. Neque vero 4. quiſquam dubitat, ſi hoſtis tuus locum pacatum bello jam occupaſſet, te ei jure belli eundem viciſſim extorquere poſſe, quia tunc non domino aufertur ſed hoſti: quod legati Theodorici regis, qui victo Odoacro Italiam occupaverat, oratione ad regem Francorum ita exponunt. *Nihil prorſus ademit* (*Theodoricus*) *Romanis, quippe qui Italiam jam perdiderint; ſed Odoacro Tyranno debellato, quæ illius fuerant, belli jure obtinuit. Agath. de bello Gothico L.* 1. cum tamen conſtaret, & faterentur, Odoacro nihil juris in Italiam fuiſſe. Fruſtra vero exſpectat dum hoſtis occupaverit eum locum, ſi occupaturum eum fuiſſe certum ſit.

Atque hoc inter gentes receptum videtur: nam, ut vetera illa prætereamus, Franci Italiam jure belli occuparent, quam Longobardi & Saraceni occupaturi erant: recens memoria eſt in bello inter Hiſpanos & Belgas geſto occupatorum urbium in pacato Imperii ſolo ad Rhenum ſitarum. Initium factum ab Hiſpanis tentata primum, tum capta anno 1590. Rheinberga Oppido Colonienſi, quod Belgii Ordines ſequeſtro tenebant. *Grot. de Reb. Belg. Lib.* 1. *p.* 185. Et deinde hoc pacati principis & imperii Oppidum, quinquies adhuc ultro citroque a Belgis & Hiſpanis bello captum fuit. *Meteran. Contin. Hiſt. Belg.*

Belg. P. 3. *L.* 51. *ad ann.* 1633. Quod exemplo deinde cum Hiſpani alia quoque imperii & pacatorum urbes vicinas, uti Trajectum ad Moſam, Orſoviam, Emricum, Veſaliam occupare vellent, vel cepiſſent, Belgæ eas occuparunt. *Grœnweg in Not. ad Grotium de J. B. & P. L.* 2. *c.* 2. §. 10. Idemque accidit, cum Tillius Embdum ſollicitaret. *Meter. d. P.* 3. *L.* 40. *ad ann.* 1623. Alia vero cauſa Caleti fuit, quod oppidum Anglorum Galli in bello cum Hiſpanis, cum nullum periculum eſſet, occuparunt, nec, etſi pace id cautum eſſet, reſtituerunt, de quo *Cambdenus in vit. Eliſ. P.* 1. *ad ann.* 1559.

Sed quo effectu occupatio ejuſmodi valeat, &, num plenum jus belli tribuat, an vero periculo ceſſante reſtitui debeat, diſquiritur? Equidem, ſi vere amicorum ſeu ſociorum is locus ſit, eos jure poſtliminii eum recipere conſtat. Sed de eo non agitur, verum de caſu quo ceſſat jus poſtliminii, uti ſi locus mediorum ſit: quo caſu id jus occupanti acquiri dicendum eſt, quod hoſtis, qui occupare volebat, habiturus eo facto fuiſſet; adeoque & priſtino loci iſtius domino pacato jus quod habuit contra priorem, qui capere voluit, vel prior cepit, contra alterum quoque occupatorem integrum eſt, idque bello quoque tueri poteſt, cum poſterior non ſuccedat in jus domini, cum quo bellum non fuit, ſed in jus hoſtis qui occupavit, vel occupaturus fuit. Igitur, ſi notorium eſt hoſti nihil juris in eum locum pacatum eſſe, ſed tantum commodi ſui cauſa invaſionem moliri, ut Hiſpani prædictas imperii urbes, alter quidem prævenire poteſt, & jure occupabit quod alter injuria feciſſet; ſed ceſſante periculo reſtituenda res eſt domino refuſis quæ in cuſtodiam loci impenſa ſunt: Si vero hoſtis noſter aliquid juris in locum prætendit, & ideo occupare voluit, in eandem contentionem alter qui deinde occupavit ſuccedet, & contra loci quoque dominum idem jus armis aſſerere poterit.

Plane vero a quæſtionis momento abeunt *Pufendorf. de J. Nat. L.* 2. *c. ult.* §. *ult. Baclerus, aliique interpretes ad Grot. h. l.* qui id vel negant, vel addunt, dominum loci prius monendum, oblatis quoque ſumtibus, ut ipſe locum cuſtodiat, nec refundendos ſumtus niſi quos ipſe dominus facturus fuiſſet. Verum quæſtio eſt de caſu, quo probabiliter conſtat dominum loci imparem eſſe tuendo loco, & ceſſurum potentiæ hoſtili; quod ab armorum & munimentorum peritis haud difficulter diſcernitur, & religioni principis, qui judicem non habet, relinquendum eſt. Ubi fruſtra eſt illa admonitio, &, quod non tantum monere, ſed & ſumtus ei offerre debeat, ab omni ratione juris plane abhorret, atque hæc mere cerebrina ſunt.

Nihil vero huc pertinet, quod de Cyro refert Xenophon *L.* 3. *Cyropæd.* qui munitos montium vertices, de quibus Chaldæi & Armenii contendebant, non reſtituit, ſed retinuit. Fuere enim illi montes, unde Chaldæi prædandi cauſa decurrere ſolebant, quos cum Cyrus victis Chaldæis occupaſſet, iis jure belli & victoriæ legem dicere potuit, quod nihil commune habet cum occupatione loci pacati.

Eadem, quæ de terris aut urbibus pacatis, quas hoſtis occupaturus erat, diximus, pari ratione applicanda ſunt ad caſum quo jam occupavit, per rationes & exempla præmiſſa. Sive enim nihil juris, ſive aliquod in eas ſibi arrogaverit, eadem erit hactenus deciſio. Quæ & ipſa, cum miſſi ad Belgas legati occupatas urbes aliaque Bruxellis repeterent, prolixe ſimilibus prope rationibus demonſtrant, & loca iſta non dominis, ſed communi hoſti erepta fuiſſe oſtendunt apologeticis illis literis die 13 Auguſti 1590. ſcriptis, quas exhibet Meteran. *Hiſtor. Belg. L.* 16. *ad ann.* 1590. Alia vero quæſtio eſt, an hoſtis locum pacatum ideo, quod eo neceſſario utatur, ad ſui defenſionem occupare, & defenſionis neceſſitate tueri ſe poſſit? Quod plane negandum: cum jus naturalis defenſionis intelligendum ſit ſine alterius pacati & inſontis injuria, nec quiſquam jure alteri pacato injuriam facere, & quod aliter jus ſuum tueri nequeat, cauſari poteſt. Nam contra pacatus eadem defenſionis neceſſariæ ratione alterum repellere, omniaque ſine quibus ſe tueri nequit, jure facere poteſt, ac longe quidem juſtius is injuriam illatam propulſare, quam alter inferre ex regulis naturalis defenſionis poſſet. Etſi igitur hanc quoque cauſam allegent Belgæ apud *Meteranum d. l.* iſta tamen ſola non ſufficit, & tamtum inter cætera adducitur. Vide Diſſertationem noſtram *de jure belli in amicos* §. 37. *uſque ad* §. 46.

Sed certum ſit periculum] „ Nam tunc eſt „ ſpecies neceſſariæ defenſionis.

Si nihil ſumatur, quod non ad cautionem ſit neceſſarium] „ Adeoque intra fines ne„ ceſſariæ defenſionis.

Relicta

Digitized by Google

Relicta vero Domino juriſdictione & fructibus] ,, Nam defendere me debeo meis, non ,, alienis impenſis.

Si id fiat animo reddendæ cuſtodiæ ſimul atque neceſſitas illa ceſſaverit] ,, Injuria enim ,, eſſet, citra defenſionis neceſſitatem rem al- ,, terius retinere.

Emta aut malo] ,, Hoc factum examina- ,, vimus ſupra *Lib.* 1. *c.* 3. §. 4.

Quia malum hic quidquid vel minimum abit a neceſſitate] ,, Non a neceſſitate quo ſenſu ,, Auctor eam ſumit, ſed a neceſſaria de- ,, fenſione.

Ceperunt tranſeuntes] ,, Non defenditur ,, hoc factum a ſola neceſſitate, ſed juſtum ,, id fuit ex jure tranſitus.

Sed ita, ut merces Dominis intactas conſervarent &c.] ,, Alias enim non eſſet tran- ,, ſitus innoxius.

Primum ergo, quod poſt Dominia ex veteri communione reſtat jus] ,, Dictum jam eſt 1. ,, natura non eſſe rerum communionem: 2. ,, nullam rerum diviſionem factam eſſe: adeo- ,, que 3. dominia non eſſe ex facto hominum ,, introducta: 4. in ficta illa rerum commu- ,, nium diviſione nullum jus in caſu neceſſi- ,, tatis reſervatum eſſe, adeoque 5. male aſ- ,, ſeri, ex neceſſitate jus aliquod oriri, quod ,, poſt dominia ex veteri communione ſu- ,, perſit; cum certum ſit neceſſitatem nun- ,, quam jus in res alterius dare.

Ad §. XI.

ALTERUM jus, quod *communiter* hominibus in res jam occupatas competere Auctor ait, eſt CASUS INNOXIÆ UTILITATIS: ubi commodum meum ſine damno alterius quærere mihi licet. Verum ex tali utilitate innoxia mihi nullum jus in rem alienam competere, non magis quam ex neceſſitate ſtatuo. Nam 1. natura res omnes nullius ſunt, & cedunt occupanti; adeoque per occupationem res adeo redigitur in poteſtatem occupantis, ut aliis nullum jus, nec ex innoxia utilitate, in illa re remaneat: cum enim 2. per occupationem jus pro lubitu de re occupata diſponendi quæſitum mihi ſit, *L.* 120. *V. S.* illud prætextu innoxiæ utilitatis auferri mihi nequit. *L.* 11. *R. I.* Sane 3. ex eo, quod alteri id utile ſit, is jus aliquod in re mea acquirere non poteſt. Neque 4. ergo jus in re mea perdo ideo quod utilitatem inde non percipio. Add. *Cicero de Offic. Lib.* 3. *c.* 51. *ſeqq.* Atque hinc 5. male hoc prætextu bello tricennali derelicta templa ſibi Pontificii arrogarunt in Palatinatu, quia ita extranei quoque ſibi id jus arrogare potuiſſent. Male quoque ex hoc argumento Brennus cogere voluit Cluſios, ut darent agros quibus ipſi non indigerent. *Liv. Lib.* 5. *c.* 36.

Obſtat I. regula illa juris Romani, quod æquitas permittat facere id quod tibi non nocet, & mihi prodeſt. *L.* 2. §. 5. *ff. Aqua pluv.* Reſp. ex illo edicto potius contrarium apparet, expreſſe enim additur *d.* §. 5. Prætorem id ex æquitate ita conſtituiſſe, *etſi jus deficiat;* idque in caſu illo ſingulari & unico, ubi agger in ſuperiori fundo jam fuit, iſque vi aquæ dirutus eſt, neque domino inde præjudicium fit: quæ rationes utilitatis meri ſunt juris civilis & poſitivi.

Obſtat II. auctoritas Ciceronis qui *in Lib.* 1. *Offic. c.* 16. ita diſſerit: ,, *Una ex re ſatis* ,, *præcipit, ut, quidquid ſine detrimento ac-* ,, *commodari poſſit, id tribuatur vel ignoto.* ,, *Ex quo ſunt illa communia, non prohibere* ,, *aquam profluentem, pati ab igne ignem ca-* ,, *pere, ſi quis velit conſilium fidele deliberanti* ,, *dare: quæ ſunt iis utilia qui acquirunt,* ,, *danti non ſunt moleſta.* ,, Et alibi ait: *Apud Athenienſes ejuſmodi negantem executione puniri Lib.* 3. *Offic. c.* 22. Reſp. Cicero loquitur de officiis, adeoque de eo quod humanitatis & virtutis eſt: ſane humanitati repugnat non præſtare alteri quod ſine damno noſtro præſtari poteſt, & contra officiorum regulas peccaret, qui leviſſima iſta officia denegaret. Non ergo loquitur Cicero de jure inter homines, & quod juxta regulas alter alteri facere debeat. Eadem quoque ratione paulo ante dixerat: *Amicorum omnia eſſe communia;* id enim verum eſt juxta perfectionis regulas, non vero juxta regulas juris.

Obſtat III. auctoritas Senecæ, qui *Lib.* 4. *de Benefic. c.* 26. ait: *Non eſſe beneficium, lumen de lumine accendere.* Reſp. hoc non ideo aſſerit, quaſi jure communionis alteri debeatur, ſed (uti ipſe rationem addit) quia tam exiguum eſt ut beneficii nomen non mereatur.

Alterum eſt] ,, Primum enim jus, quod ,, poſt dominia ex veteri communione ſuper- ,, eſſe fingit, eſt graviſſima neceſſitas. *Vid.* ,, §. 10. *in f.*

Innoxia utilitas] ,, Putat igitur Auctor ,, primævam communionem reviviſcere, quo- ,, ties aliquid in re aliena ago quod mihi

„ prodeſt, & alii non nocet. At cum nulla communio primæva fuerit, non poteſt dici eam reviviſcere ſive ex neceſſitate, ſive ex innoxia utilitate.

Cicero] „ *L.* 4. *de Offic. c.* 16. Verba ejus initio h. §. allegavimus.

Seneca] *L.* 4. *de benef. c.* 29. Quem locum jam explicavimus.

Plutarchum] *Sympos.* 7. *quæſt.* 4. Plutarchus itidem non loquitur de eo quod neceſſitatis, ſed imperfecti animi indicium eſſe ait, alimenta, quibus plus ſatis habemus, perdere, quod non niſi ex invidia fieri poteſt.

Neque ſigna navigationis, aut itineris abolere] Gronovius huc quoque refert exemplum Darii Codomanni Perſarum regis in Ponte Lyci, (rectius Cydni,) quem noluit ad iter hoſtium impediendum intercludere, ajens, *non ita ſe ſaluti ſuæ conſultum velle, ut tot millia ſociorum hoſti objiciat. Juſtin. l.* 11. *c.* 14.

Ad. §. XII.

Sic *flumen*] Auctor exemplum innoxiæ utilitatis affert in flumine, quatenus pro aqua profluente ſumitur. Ubi duplicem errorem committit: Nam 1. aqua profluens nullo modo nec ullo ſenſu flumen eſt, aut dici poteſt; ſed eſt pars fluminis, quod totum conſiſtit in ripis, alveo & aqua profluente. Sed & 2. aqua profluente quiſque uti poteſt non ex innoxia aliqua utilitate, ſed quia inexhauſtus ejus eſt uſus, eoque indiviſibilis: unde jus hauriendæ aquæ omnibus hominibus competit. Atque ideo JCti Romani aquam profluentem communem, & flumen jure gentium publicum dixere. §. 4. *R. D. L.* 5. *ff. eodem.*

Neque obſtat *Num. XX. v.* 19. Ubi Moſes promittit ſe pro aqua, quam bibituri Iſraëlitæ eorumque pecudes eſſent, pretium ſoluturum: Nam non loquitur de aqua fluvii publici, ſed de aqua propria Edomitarum, quam inſigni opera & ſumtu in fontibus, puteis, aut ciſternis collegerant. vid. *Num.* 20. *v.* 17. Aqua enim in illa regione ſiticuloſa venalis eſt. *L.* 14. §. 3. *ff. Alim. leg.*

Additio.

„ Quod nemo a flumine, i. e. ab aqua haurienda impediri poſſit, non ex innoxia aliqua utilitate ſequitur, ſed ex ipſa natura fluminis: Aqua enim profluens per rei naturam in ſingulorum poteſtatem redigi nequit, quia ſingulis momentis mutatur: cum igitur aqua illa in nullius bonis ſit, & nemo jus prohibendi ſibi arrogare poſſit, neceſſario ſequitur, cuique hominum liberum eſſe aqua uti eamque haurire.

Qua flumen dicitur] „ Quatenus nimirum conſtat ex ripis, alveo, & aqua profluente.

Proprium eſt populi] „ Non vi dominii privati & generalis, ſed vi imperii: de quo egimus *ſup.* §. 4.

Vel ejus cujus in ditione eſt populus] „ V. g. Regis, ſi forte ſtatus eſt monarchicus.

Atque ei licet molem in flumen injicere] „ Non tantum id licet populo, ſed cuique privato, modo inde non impediatur uſus juris gentium. *L.* 24. *ff. damn. inf.* Ex eadem ratione quoque inſulæ in flumine publico natæ publicæ ſunt. *L. pen.* §. *f. Acq. rer. dom.* i. e. omnibus patent, & cedunt occupanti. *L.* 1. 1. 6. *ff. Flum.*

Quæ in flumine naſcuntur, ejus ſunt] „ Scl. quoad imperium; ſupponimus enim proprietatem in ſingulos nondum eſſe diſtributam.

At idem flumen, qua aqua profluens vocatur] „ Ita enim aliquando a JCtis Romanis flumen ſumitur. *L.* 1. §. 11. *ff. de Flumin.* Ibi, *in flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fit, nam ſi quid extra factum ſit, non eſt in flumine factum, & quod in ripa fit, non videtur in flumine factum.* Hinc flumen diſtinguitur a ripa. *L.* 3. *pr. ff. Flumin.* & ab alveo fluminis. §. 5. *I. R. Div.*

Commune manſit] „ Non ex innoxia aliqua utilitate, ſed quia in poteſtatem redigi nequit. *Vid.* §. 2. *I. rer. div. L.* 24. *pr. damn. inf.*

Nimirum ut bibi hauririque poſſit] „ Adde, ut & navigare ac piſcari &c. ibi liceat.

Id eſt hominibus] „ Non ſolis civibus.

Minus propria], „ Publicum enim proprie dicitur quaſi populicum, quod uni populo competit.

Quo ſenſu quædam res publicæ juris gentium dicuntur] „ JCtis Romanis quædam publica dicuntur jure gentium, quædam vero jure populi: Ita enim diſerte JCtus diſtinguit in *l.* 14. *A. R. D.* ibi: *Nam littora non ita publica ſunt ut ea quæ in patrimonio ſunt populi, ſed ut ea quæ primum a natura prodita ſunt, & in nullius adhuc poteſtatem pervenerunt.*

Vir.

Digitized by Google

Virgilius] „ Æneid. 7. pr. 230.
„ *Littuſque rogamus*
„ *Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem.*

Ad §. XIII.

1 Aliud exemplum innoxiæ utilitatis ab Auctore in hoc §. proponitur TRANSITUS nimirum INNOXIUS per terras, maria & flumina occupata. At jus tranſeundi ex ea ratione deduci non poſſe jam demonſtrabo. Nam 1. non ita innoxius eſt tranſitus quin & onera multa, incommodaque inde ſequantur: Viæ enim conculcantur, angariari naves, & plauſtra ſubditorum alienorum poſſunt, alimentaque tranſeuntibus pro pretio ſuppeditare tenentur &c. unde potius concludendum eſſet, jus tranſeundi non competere, quia innoxia non eſt utilitas. Adeoque 2. ex alia cauſa jus illud deducendum eſt, licet incommodum neceſſarium accedat; quia ſcl. uſus ille tranſeundi per vias publicas, & navigandi per maria & flumina occupata quoque, eſt jure naturæ communis omnium hominum. Id jam 1. evidenter demonſtratur a medii neceſſitate: inter homines enim omnes etiam remotiſſimos conſtituta eſt ſocietas; atqui ejus totum jus & exercitium neceſſario tollitur, ſublato adeundi alias gentes jure: 2. Jura commerciorum quoque inter homines a natura ſunt: atqui & illa omnino tollerentur ſublato tranſitu: Nam cum terræ fructus hominum cauſa nati & producti ſint, quo uti homines ſine jure adeundi non poſſunt, excluderentur ab hoc naturæ jure utendi fructibus, qui, cum quædam terræ non ſufficiant alimentis humanis, aliquando neceſſario ab aliis petendi ſunt. 3. Homines naturali facultate inſtructi commeare ante occupationem terræ pnucrunt per totum terrarum orbem; hæc ergo facultas, quia communis omnium hominum, terra occupata auferri humano generi non poteſt. Sane 4. individuum eſt hoc jus naturæ, quod vero dividi non poteſt id commune neceſſario manet. Sed & 5. alia ratione id probatur. Jure naturæ juſtum bellum contra eum qui vicinus immediate non eſt movere poſſum: Non poſſem autem, ſi immediate vicinus tranſitum prohibere poſſet. Unde merito ita licet argumentari: Sine quo princeps jus ſuum defendere non poteſt, id juris naturalis eſt; at ſine tranſitu non poteſt: Ergo &c. Atque hoc jus tranſeundi 6. communi omnium gentium conſenſu probatur, qui infinitis exemplis tum ab auctore, tum ab eius commentatoribus congeſtis firmatur. Edomitæ negarunt tranſitum, eaque juſta belli cauſa viſa fuit Moſi, ſed noluit gerere quia frater eſſet. *Num.* 20. *v.* 19. Ammorithæ, qui tranſitum denegarunt, bello victi ſunt. *Num.* 21. *v.* 22. Cum Romani a Gallis peterent, ne darent tranſitum Pœnis hoſtibus, tantus cum fremitu riſus ortus dicitur, ut ſedari vix potuerit. *Liv.* 21. *c.* 20. *adeo*, ait Livius, *ſtolida impudenſque poſtulatio viſa eſt, cenſere, ne in Italiam Pœni tranſmittant bellum, Gallos ipſos illud avertere in ſe, agroſque ſuos pro alienis populandos objicere.* Cenſet ergo Livius, non potuiſſe eos tranſitum negare niſi hoſtes ſe declarando. Id ipſi Galli exponunt adhuc clarius in concilio hac Oratione. *Neque Romanorum in ſe meritum eſſe, neque Carthaginenſium injuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut adverſus Pœnos ſumant arma.* Adeo putabant non poſſe tranſitum negari, niſi ob injuriam illatam hoſtium loco habeantur. Ludovicus XIII. anno 1629. tranſitum, cum negaretur per Sabaudiam, vi petiit, ac obtinuit, & pacto denique Sabaudus conceſſit. *Grammond. Lib.* 18. *ad ann.* 1629. Joſias rex piiſſimus Pharaoni Necho tranſitum negans bello victus periit. *Joſeph. Antiq. Lib.* 10. *c.* 6. Judas Maccabæus petens tranſitum per Oppidum Ephron, eo negato oppidum excidit. *Joſeph. Ant. L.* 12. *c.* 10. Batavi Bonnenſibus innoxium iter ſpondebant, quo negato vi obtinuere, *Tacit.* 4. *Hiſtor.* 20. Eliſabetha per legatos expoſuit, natura liberum eſſe Anglis per Oceanum Septentrionalem in Moſcoviam navigare, & hunc, ut aëris uſum, eſſe communem. *Cambd ad ann.* 1602. *p.* 893. alia exempla vide *apud Cambdenum P.* 1. *p.* 53. *Add. Grot. ſupra* §. 7. *Temm. in not. b.* §. *n.* 1. & 4.

Equidem non deſunt exempla in contrarium, quæ collegit Gronovius in *not. b. l.* quibus adde *Polyb. L.* 4. *c.* 2. *f.* 285. *Thuan. Lib.* 1. *pr. L.* 2. *f.* 36. *L.* 4. *f.* 80. Sane legimus per pacta demum, quin & pretio aliquando impetrari tranſitum debuiſſe, uti exemplum de Haſſis refert *Thuan d. l. f.* 80. De Perſis, qui ab Uxiis pretio emerunt, & idem ab Alexandro petierunt. Vide *Arrian.* 3 *p.* 199. de Trib..llis, qui, niſi prædæ partem acciperent, tranſitum concedere noluerunt, vide *Juſtin. L.* 9. *c.* 3. At omnibus his exemplis mox ſatisfaciemus.

Eadem

Digitized by Google

Eadem quoque ratio eſt in jure navigandi; navigare enim eſt ſpecies tranſitus. Neque movere debet, quod in navigando ceſſet neceſſitas, quia terra iri poteſt; nam tantundem de terra dici poſſet. Atque hinc Angliæ reginam ex jure hoc gentium communi jus navigandi in Moſcoviam ſibi arrogaſſe, ante dictum eſt. *vide late infra L. 2. c. 3. §. 12. ſeq.*

Debet autem hic *tranſitus* eſſe *innoxius*, quia tranſire eſt juris naturæ, at lædere alium contra jus naturæ. Neque enim tranſeuntes jus in res incolarum ſibi arrogare poſſunt, & Plinius ait, alias populationem eſſe non tranſitum, in *Panegyr. c.* 20. Exempla vide infra §. 7. *ibique not.* Hinc obſides aliquando dari ſolent, ut inter Helvetios & Sequanos factum refert *Cæſar. B. Gall. L. 1. p. m.* 7.

Non ergo innoxius eſt, ſi tranſitus poſtuletur 1. ut ſociis meis bellum inferatur. 2. Si communi gentium, aut Chriſtianorum ſocietati, indeque quæſito juri præjudicium fiat: ut ſi Turcæ Chriſtiano principi bellum inferenti aut minitanti concederetur. 3. Si periculum rerum ab hoſte tranſeunte immineret, forte, quod alibi damnum tranſeuntes dederint, nec tranſeuntes cavere velint. 4. Si certa eſt injuria, uti, ſi latro vel prædo tranſire velit.

Si lis ſit, an tranſitus plane ſit innoxius an non, quæritur quis ſit judex? Reſp. Nemo: duæ enim gentes ſunt quæ ſuperiorem non agnoſcunt; inde, ſi de ratione & modo tranſeundi convenire nequeant, per bellum & arma litem decidere debent. Diſſentit Gronovius *in not. ad h.* §. 13. & putat jus negandi tranſitum cuique competere; verum ex rationibus ab eo allegatis inferri non poteſt ad tranſitum extraneorum innoxium per vias publicas. Nam 1. & 2. agit de armis & fundis privatorum, 3. & 4. de non innoxia. Scipio, quæ *quinta* eſt ratio, non illicitum ſed difficilem putat tranſitum. Reliqua exempla de abuſu loquuntur.

Primo igitur Gronovius hoc argumento utitur: ſi princeps vel populus poteſt prohibere ſingulis indigenis, ne intra fines ſint armati, (quod probat ex Petronio & Cicerone ac ipſo jure Romano *in L. 1. ad L. Jul. de vi & Nov.* 17. *c.* 17.) multo magis id exteris prohibere poterit, quia major ab his metus eſt? Reſp. falſa eſt illatio: indigenæ legibus a principe latis tenentur, exteri tantum jure gentium. Plus igitur juris principi eſt in ſubditum, quam in extraneum: horum enim juribus nihil derogare princeps poteſt, civium ſuorum juribus poteſt. Neque metus allegatus jus aliquod principi in extraneum tribuit: nam vel juſtus metus eſt, & tunc cautio ab eo peti poteſt; vel injuſtus, tunc allegari nequit; ſi dubia eſt cauſa, armis diſceptari debet.

Secundo opponit, quod privatus poſſit prohibere ne quis intret fundum ſuum venandi cauſa. §. 12. *Inſt. Rer. div.* ergo multo magis putat principem extraneum impediri poſſe, quo minus armatus intret territorium alterius &c. Reſp. Natura non conceſſit ſingulis jus eundi per fundos privatos ab alio occupatos, ſed per vias ſaltem publicas, hæ ſolæ omnium communes ſunt, fundi non ſunt. Supra enim jam diximus, occupato territorio non videri occupata ea quæ omnium communia ſunt, adeo nec vias publicas ſeu jus tranſeundi.

Tertio opponit exempla denegati gentibus tranſitus. Ita enim 1°. Atheas Scytha petenti Philippo religionis ergo tranſitum negavit, *Juſt. L. 9. c.* 2. Reſp. non fuiſſe innoxium; nam magna & ſumma offenſa contracta erat inter reges remiſſis militibus, negata mercede, & promiſſa adoptione. Facile ergo ſuboluit Atheæ, Philippum id fingere, & id petere ultum injurias. *d. l.* Doloſe ergo cum id ageret Philippus non tranſeundi ſed populandi gratia, merito id negavit Atheas. Equidem victi ſunt Scythæ, ſed propter præcedentes injurias Philippo illatas, non propter denegatum tranſitum. 2°. Cæſar Helvetiis innoxium iter promittentibus, negavit ſe poſſe more & exemplo populi Romani iter ulli per Provinciam dare. *L. 1. B. Gall. p.* 4. Reſp. Tranſitus non fuit innoxius, quia ſociis Romanorum bellum inferre volebant, quos defendere Cæſar tenebatur. Sed & hoſtes erant Helvetii, qui jam ante hoſtili animo L. Caſſium Conſulem occiderant, exercitumque ejus ſub jugum miſerant. *d. p.* 4. Atque hinc, cum per Sequanorum agrum tranſire vellent, Cæſar per legatos his denunciavit, ne homines bellicoſos, populi Romani inimicos, tranſire permitterent. *ibid. p. m.* 5. Atque ex ſimili ratione rex Navarræ negabat Hiſpanis tranſitum, quod eum peterent ad lædendum Gallum ſocium. *Thuan. Lib. 1. pr.* Allegat porro & 3°. decretum Scipionis, qui fratri ſuo ſcribit, iter ſe per Macedoniam probare, ſed totum id verti in voluntate Philippi. *Liv. Lib.* 37. *Cap.* 7. unde concludit, potuiſſe Philippum denegare tranſitum. Reſp. de jure tranſeundi non dubitat,

Digitized by Google

dubitat, ſed de eo dubitat, an Philippus id quod juris gentium eſt permiſſurus fuerit, vel anne potius injuria negare tranſitum voluerit; in eo enim caſu iter per Thraciam non ſatis tutum putabat, & merito: Nam dubia erat Philippi fides, & ſuſpectus novandæ armis rei, quod vel exinde patet, quia poſtea (ubi Gracchus legatus eum in convivio ebrium inveniſſet) ea ipſa remiſſio animi ſuſpicionem demſiſſe dicitur *novare eum quidquam velle*. Præterea non tantum poſtulabat tranſitum per Macedoniam, ſed & commeatum, & auxilium per Thraciam, terram feram, deſertam, ac barbaram, ad quæ non tenebatur Philippus, niſi ultro vellet. *d. c.* 7. Accedit, quod Philippus potuiſſet allegare tranſitum ſibi eſſe noxium, unde periculum belli ſibi immineret; Adeoque rationes dubitandi Scipionis politicæ fuere non juris.

Quarto opponit, vix dari tranſitum innoxium Tacito teſte, qui de Ottonis & Vitellii exercitu ait, quod ne amica quidem, & patria habeant ſancta. 2. *Hiſtor.* 12. & 87. Reſp. Hic abuſus eſt belli civilis, in quo nec exercitum conſcribendi, nec tranſeundi jus eſt.

Quinto opponit morem omnium fere exercituum tranſeuntium, qui graſſari in incolas ſolent. Reſp. abuſus hic eſt, qui diligentia & cautione præſtita præcaveri poteſt, quia abuſus nequit tollere uſum.

Sexto opponit, annonam ingraveſcere, adeoque hactenus quoque tranſitum non eſſe innoxium. Reſp. aliqua incommoditas, quæ occaſione tranſitus oritur, non poteſt ipſum jus tollere: Sed & compenſatur illud incommodum per augmentationem pretii, quod tranſeuntes ſolvere tenentur.

Septimo opponit, occaſionem facere furem, adeoque periculoſum eſſe extraneos armatos in viſcera imperii admittere, quod multis exemplis probat. Reſp. loquimur de tranſitu non ſuſpecto, ob ſolum enim metum ille negari nequit, alias nec tolerandi eſſent cives potentiores ob metum abuſus.

Octavo opponit, rerum novarum cupidos facile ſeditionem movere poſſe opem tranſeuntium implorando, quod itidem exemplis probat. Reſp. 1. ſi id metuitur, ſaltem probabiliter, nec ſufficiens cautio offeratur, non eſt tranſitus innoxius. Si vero 2. metus probabilis non ſit, impediri tranſitus nequit; quia etſi per abuſum tale quid aliquando acciderit, id tamen uſum tollere nequit.

Nono opponit, alterum pariter tranſitum petere, eoque duos exercitus in terra pacata ſibi occurrere, ac ſedem belli in ea figere poſſe, quo ipſo impedirentur commercia. Reſp. tunc non eſt tranſitus innoxius, adeoque denegari omnino poteſt: at quia ob injuriam vicinorum ſibi relicti non eſſe ſolent, videmus ſæpius ejuſmodi civitates potentioris partes ſequi, vel ſolere, vel teneri.

Decimo opponit, Turcas ita poſſe tranſitum poſtulare, & poſtulaſſe per terras Imperatoris ad expugnandos Venetos. Reſp. 1. Turcæ ſunt hoſtes perpetui Chriſtiani nominis, in iis ergo ſingulare eſt. 2. Veneti ſunt ſocii Imperatoris, adeoque ex eo quoque capite negari tranſitus potuit.

Denique ad exempla contraria reſpondet, ea eſſe facta potentiorum, non juris: Amorrhæorum exemplum huc non pertinere, quia ex alia cauſa bellum in eos licitum fuerit, ſcl. quod ad populos damnatos pertinerent, tranſitus igitur denegationem ſaltem prætextum fuiſſe. At ex Naturæ quoque rationibus demonſtravi, exempla illa non vi, ſed jure niti.

Additio.

„ Materiam hanc de jure tranſeundi nervoſe explicavit *B. Parens in diſput. de Regali viarum publicarum jure.* §. 9. *ſequ.* Cujus verba hæc ſunt. *Etſi autem ſolum via publica ſit populi, uſus tamen eundi omnibus hominibus patet, perinde ac in fluminibus publicis navigandi* §. 4. *de Rer. div. l.* 5. *Verb.* cuique liberum eſt per ipſum flumen navigare &c. *ff. Eodem. Hoc enim jure negato, corruet neceſſario omne humani commercii vinculum, quod conſiſtere nequit ſine publica invicem adeundi licentia: diviſiſque territoriis id actum, ut dominia, non vero jus tranſeundi, (quod ſua quoque natura individuum eſt L.* 17. *ff. ſervit.) divideretur; non ut ſecluderentur a ſe invicem homines, ſed ut quiſque re ſua frueretur, & denique ſtabiliendi, non deſtituendi humani commercii gratia: manſit ergo omnium quod nec diviſum eſt, nec dividi potuit.*

„ Ego aliis quoque naturæ rationibus jus tranſeundi demonſtravi *in Diſſertatione proœmiali* XII. §. 225.

Et flumina &c.] „ Atqui in fluminibus neceſſitas ceſſat, quia per terram tranſitus patet. Reſp. ita a contrario argumentari licere, in terris ceſſare tranſitum, quia per flumina tranſire licet.

Si qua pars maris in proprietatem populi alicujus venit] „ Nam partem maris occu-
„ pari poſſe docuit Auctor ſupra §. 3. quod
„ refutavimus *ibidem.*

Patere debet his, qui tranſitu opus habent]
„ Quia enim mare eſt res natura communis,
„ i. e. talis, quæ propria fieri non poteſt,
„ ſponte ſequitur, uſum ejus, adeoque &
„ navigationem, ſeu jus tranſeundi, ad omnes
„ pertinere: nemini enim hominum jus com-
„ petit alios ab uſu rei communis arcendi.

Ad cauſas juſtas] „ Imo tranſitum po-
„ ſtulans non tenetur cauſam tranſeundi ex-
„ ponere.

Puta, quia ſuis finibus expulſi quærunt terras vacuas] „ Helvetios ob anguſtiam fi-
„ nium novas ſedes quæſiviſſe, teſtis eſt *Cæ-*
„ *ſar lib. I. de B. Gall. p. m.* 2. & 3. Cim-
„ bri, Teutones atque Tigurini, cum ter-
„ ras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſe-
„ des toto orbe quærebant. *Flor. L.* 3. *c.* 3.
„ Conf. *l.* 2. *c.* 9. §. 7.

Aut quia commercium expetunt] „ Cele-
„ bris hanc in rem eſt legatio Ducis Holſatiæ
„ ad regem Perſarum, quæ tranſitum per
„ Moſcovitarum terras ideo poſtulavit. *vid.*
„ *Olear. Perſiſche Reiſebeſchreibung.*

Juſto bello petunt] „ Ex eo capite rex
„ Hiſpaniæ poſtulabat tranſitum, ut bellum
„ inſerret regi Galliæ. *Thuan. L. I. pr.*

Ratio hic eadem quæ ſupra] „ In caſu
„ ſcilicet innoxiæ utilitatis. *Vid.* §. 11. *ſeq.*

Quia dominium introduci poteſt cum receptione talis uſus, qui prodeſt his, illis non nocet] „ Senſus eſt, quod illi qui a primæva
„ rerum communione receſſerunt, inſtituta
„ diviſione ſingulis ita tribuiſſe dominium
„ cenſeantur, ut in caſu, ubi mihi aliquid
„ prodeſt, & alteri non nocet, jus aliquod
„ communiter hominibus reſervatum voluiſſe
„ videantur. *Vid.* §. 11. At dictum jam eſt,
„ nullam unquam factam fuiſſe diviſionem,
„ adeoque fabulam eſſe quod de tacita illa
„ reſervatione fingitur. Veram rationem,
„ cur jus tranſeundi commune ſit humano
„ generi, explicavimus initio hujus §.

Ideoque dominii auctores id potius cenſendi ſunt voluiſſe] „ Quid non ex vaga, & ce-
„ rebrina ejuſmodi ſuppoſitione voluntatis
„ primorum hominum deduci poſſet? Tran-
„ ſitus innoxius jure naturæ debetur, etſi il-
„ li, qui dominia diviſiſſe finguntur, con-
„ trarium voluiſſent: jus enim humano ge-
„ neri quæſitum dividentes ſua voluntate
„ auferre non potuiſſent.

Idumæo] „ *Numer.* XX. 14. & *Iudic.* XI. 2
Emoræo] „ *Numer.* 21. *v.* 22.

Iturum ſe via regia] „ Nam fundum al-
„ terius invito domino ingredi nec jure na-
„ turæ licet. §. 12. *I. Rer. Div.*

Juſtum pretium eis perſoluturum] „ Alias
„ enim non eſſet tranſitus innoxius.

Juſtum eo nomine bellum intulit Emoræo]
„ Præter exempla ante jam allegata notan-
„ dum eſt, Alexandrum Tyriis bellum intu-
„ liſſe ob tranſitus denegationem. *Curt. Lib.*
„ 4. *c.* 2. *Grot. Lib.* 3. *c.* 17. §. 2. Doctores
„ juris naturæ admodum hic variant. Nam
„ cum Grotio facit *Textor in Synopſi juris*
„ *gentium c.* 17. §. 37. *B. Parens Vol.* 1. *Diſ-*
„ *ſert. p.* 375. 756. 927. & *Vol.* 2. *p.* 25. Diſ-
„ ſentiunt *Gronovius h. Oſiand. h. Zigler h. l.*
„ *Felbing. Diſp. de Bello. Th.* 25. *ſeq. Pu-*
„ *fend. de jur. nat.* & *G. L.* 3. *c.* 3. §. 5. *p.*
„ 2881.

Qui jure humanæ ſocietatis] „ Talem ſo-
„ cietatem non dari dictum eſt in notis ad
„ *Proleg.* §. 8. Adeoque alia ejus ratio natura-
„ lis dari debet.

Ut amicum ſe, an ut hoſtem] „ Illud, 3
„ ſi tranſitum innoxium concederent, hoc,
„ ſi negarent.

Poſtulandum prius tranſitum] Quæritur, an tranſiturus prius debeat compellare territorii dominum? Auctor id affirmat, ſed verius eſt, compellationem non requiri de jure, ſed ex ſola humanitate. Nam 1. ex lege naturæ quiſque ſuo jure uti poteſt, nec opus habet venia, aut conſenſu alterius, nemini igitur per tranſitum fit injuria. 2. Privatus tranſiens neminem tenetur compellare, nedum ergo princeps. 3. Cum impedire alter tranſitum non poſſit, fruſtra ejus conſenſus requireretur. Hinc cum Athenienſes quererentur, tranſiiſſe Cimonem ipſis non compellatis; reſpondet Cimon retorquendo, ipſos quoque non tantum per terras Cleonæorum, & Megarenſium abſque compellatione intraſſe, (quod licitum erat) ſed & fores eorum perfregiſſe, i. e. vim ipſis intuliſſe. *Plutarch. in Cimone. p.* 489.

Additio.

„ Verius eſt veniam tranſeundi petendam
„ eſſe: cum enim innoxius eſſe debeat, domi-
„ nus territorii examinare debet an innoxius
„ ſit, & anne prius cautio præſtari debeat:
„ Sed & ratione modi tranſeundi cum domino
„ territorii, ob victus forte penuriam, &c.
„ convenire tranſeuntes debent.

Rege Macedonum] „ Philippo.

Metuere ſe multitudinem tranſeuntium] 4
Recte

Digitized by Google

Recte Auctor aït metum multitudinis jus naturæ tranſeunti quæſitum auferre non poſſe, quia cavere ſibi contra hunc metum poteſt, idque exemplis probat.

Additio.

,, Equidem Gronovius *in not. b.* putat cautionem non ſufficere, quod etiam cautiſſimi decipiantur. At inter principes abſque ,, evidentibus indiciis id non præſumendum, ,, & ſi talia exempla contigerint, abuſum indigitant, qui uſum tollere non debet.

Ut ſi diviſis manibus] ,, Per partes enim ,, eo magis obſervari exercitus poteſt.

Si impenſa tranſeuntis is &c. præſidia idonea conducat] ,, Quis vero tranſiturus talem pecuniæ ſummam, quæ ad cogendum ,, exercitum ſufficit, erogabit?

Metus ab eo, in quem juſtum bellum movet, ad negandum tranſitum non valet] Neque enim hic metus jus natura alii quæſitum auferre poteſt. Et ſi alter ideo litem movet permittenti tranſitum, damnum hoc oritur non ex tranſitu, ſed ex injuria vicini, qui ſi injuriam inferre vult, poterit id facere etſi tranſitus denegetur. Atque hinc etiam per modum conſilii & precum demum id poſtulari ſolet: Imperator Venetos hortatur ne militibus Pontificis tranſitum concedat. *Thuan. Lib* 2. *p. m.* 34. Idem ad Helvetios ſcripſit. *ibidem.* Legati Romanorum in armato Gallico conſilio petunt, ne Pœno bellum Italiæ inferenti tranſitum darent. *Liv. L.* 21. *c.* 20.

Equidem, ſi antequam is, qui vicino meo bellum inferre vult tranſeat, vicinus me prohibeat ne concedam tranſitum, bellum alias illaturus; negari nequit injuria illum agere, ſed quia revera tranſitus tum mihi non eſſet innoxius, jure neceſſariæ defenſionis prohibere petentem poſſum, ne tranſeat: nihil enim intereſt an damnum ex tranſitu ipſo detur, an tranſitum neceſſario ſequatur. Igitur hoc damnum imminens quilibet arcere a ſe poteſt, donec de damno futuro alter caverit. Si tamen is, qui tranſitum parat jure ſuo uti, & tranſire velit, in hoc concurſu duorum jurium cauſa inter ſummas poteſtates non niſi bello decidi poteſt. Exempla vide in notis Grotii, & Teſmari *b.* §. *l. g.*

Si dicas, & alio poſſe tranſiri] ,, Cui ,, jus tranſeundi in genere competit, ei ſimul competit electio qua via uti velit; ,, nam in omnes vias natura ei facultas conceſſa eſt, & verum omnino eſt quod ,, Grotius reſpondet, unumquemque tantundem dicere poſſe.

Qua proximum & commodiſſimum eſt] ,, Diximus jam, optionem eſſe ejus cui jus ,, æquale in omnes vias publicas competit.

Plane ſi injuſtum moveat bellum qui tranſire vult, &c. negare tranſitum potero] Quis judicabit an juſtum moveat bellum? Sane mihi hæc facultas non competit judicandi de juſtitia cauſæ inter duas ſummas poteſtates: Imo per tale judicium accederem alterutrius cauſæ, eoque ipſo fierem alterius hoſtis: Adeoque tranſitus debetur, ſive juſtum moveatur bellum, ſive injuſtum.

Si hoſtes meos ſecum ducat] Ratio eſt, quia tunc non eſſet tranſitus innoxius, ſed is qui tranſit, & hoſtes meos ſecum ducit, cauſam hoſtis mei defendit, ejuſque judicium ſequitur. Idem eſt ſi bannitos & proſcriptos ſecum ducat: Nam injuria nobis fit ſi tranſiens contra leges noſtras in territorio noſtro aliquid agit. Denique denegari etiam tranſitus poteſt, ſi veniat ad lædendos ſocios; quod exemplo Cæſaris & regis Navarræ ſupra probavi.

Nam & in ſuo ipſius ſolo ei occurrere atque iter impedire fas eſt] ,, Grotius ſupponit cuique hominum jus eſſe non tantum ,, ſuam, ſed etiam alienam injuriam vindicandi: adeoque & ei, qui injuſtum bellum ,, gerit tranſitum impediendi, & in proprio ,, ejus territorio eum prohibendi: quod paſſim refutavimus.

Sed & mercibus tranſitus debetur] Conceſſo enim jure tranſitus, omnia illa quoque conceſſa a natura videntur, ſine quibus commode illud perfici nequit: adeoque & cum ſuppellectili, mercibus, armis tranſire licet.

Impediendi nemini jus eſt] ,, Quod examinabimus infra §. 22. Aliquando certis ,, pactis definiri facultas commerciorum ſolet, de quo caſu loquuntur exempla Gronovii hic allegata. Conf. *l.* 3. §. 15.

Id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ] ,, Non datur ſocietas humana, adeoque fruſtra quæritur an ejus interſit.

Nec cuiquam damno id eſt] ,, Et nemini fit injuria; nam is, qui tranſit cum ,, mercibus jure ſuo naturæ utitur: niſi commercii cauſa merces ſecum ducat contra legem provinciæ. *Vid.* §. 22.

Digitized by Google

Id damni vice reputari non debet] „ Re-
„ ſpondet hic Auctor ad objectionem: quod
„ non videatur tranſitus innoxius, quia ci-
„ vibus illius civitatis per illationem, & in-
„ vectionem mercium extranearum aliquid
„ lucri decedit.

Alibi] „ Vide infra §. 18. 19. & 20. &
„ libellum Grotii de *Mari libero*, & *in not.*
„ *ad h.* §. 13.

Eo Commercio, quod ex naturalis ſocietatis deſiderio inter nationes intercedit] „ Male jus
„ commerciorum deducitur ex cuſtodia ſo-
„ cietatis humanæ, talis enim non exiſtit:
„ Sed id ſequitur ex facultate naturali de
„ rebus ſuis pro lubitu diſponendi, & ex ju-
„ re tranſeundi per orbem.

Hoc elementum ſociavit] „ In ſimili vide
„ *Senec. in L.* 4. *de Benef. c.* 28. & *Sen. in*
„ *Medea v.* 334.

Qui cum conveniat Libanii illud] „ Similia
„ leguntur apud *Thucyd. L.* 2. *p.* 102.

Apud Florum] „ *L.* 3. *c.* 6. Add. *Seneca*
„ *Hercules Furioſus.* Quod Mercatores Ro-
„ mani læſi fuerunt, cauſam belli dedit
„ Tullio *Liv. L.* 1. *c.* 30.

Ad §. XIV.

1 Aut *parte maris, quæ terræ acceſſio dici poſſit*] Imo totum mare eſſe acceſſionem terræ vidimus ſupra §. 3.

Additio.

„Vide tamen ea quæ *ad d.* §. 3. notavimus.

Vectigalia imponi poſſint ab eo, qui in terra imperium habet] Celebris hæc quæſtio eſt, an tranſeuntibus vectigalia imponi poſſint? Nos merito illam affirmamus: idque duplici jure: 1. jure territorii generali, quo is qui imperium habet intra fines territorii leges ob utilitatem publicam ferre poteſt, quæ omnes, qui in territorio deprehenduntur, obligant. Neque enim imperium perſonarum numero, ſed finibus territorii circumſcribitur: modo ea quæ juris gentium ſunt, uti jus tranſitus, libera maneant, uti liberum manet jus tranſitus ſoluto vectigali. 2. Jure ſingulari, & in vicem ſecuritatis, quam dominus territorii tranſeuntibus præſtat, nec non in compenſationem ſumtuum, quos ad reparationem viarum, pontium, &c. impendit, & cujus utilitas omnibus tranſeuntibus communis eſt. *Confer. Alex. ab Alex. Gen. dier. L.* 4. *c.* 10. & *Diſputatio noſtra de Juſtitia Regn. Portug. Sect. II. q.* 3.

Equidem, *objici* ſolet exemplum Eliſabethæ; quæ, alias ſatis juris gentium gnara, acerrime vectigali a rege Daniæ impoſito contradixit apud *Cambden ad ann.* 1602. *p.* 892. Sed contrarium potius ex illo exemplo apparet, concedit enim imponi poſſe, ſed queſta eſt quod nimia ſint, & pactis antiquis contraria.

Quæri ſolet, *an exercitus tranſiens navibus loci uti ex neceſſitate poſſit?* Affirmatur: quia tranſitu a natura conceſſo omnia ſimul conceſſa videntur, ſine quibus commode expediri nequit. Ita Græci conſilio Xenophontis navibus Trapezuntiis uſi ſunt. *Lib.* 5. *Expedit. Cyri. p.* 371. Eadem fere ratione Annibal tranſmiſit cum exercitu Rhodanum. *Polyb.* 3. 42.

Porro quæritur, *an princeps, per cujus territorium vicini tranſeunt, navibus tranſeuntium ex neceſſitate uti poſſit?* Quod itidem affirmamus: Idque legibus Romanis quoque ſtatutum eſt. *L. un. c. Naut. Tiber. L.* 4. §. *ſ. ff. veter*: Quamdiu ergo naves ibi commorantur tamdiu ſunt in poteſtate principis, & legibus illius territorii ſubjectæ: ſi vero abitum parant, reſtituenda ſunt omnia. Exemplum vide apud *Caſſiodor.* 2 *Var.* 20.

Cujus ergo periculum eſt, ſi durante ancharia navis pereat? Reſp. Res perit ſuo domino, quia princeps ſuo jure utitur: ſed hoc verum tantum eſt ſi intra tempus, quo commorari in loco debuit, impoſitæ ſunt ancharia: Secus ſi tranſiturus invitus retinetur, & a jure tranſeundi impeditur, tunc enim etſi factum excuſetur neceſſitate, tamen injuria eſt: adeoque Princeps non tantum caſum, ſed & damnum, omneque, quod ejus intereſt, impeditum non eſſe, præſtare tenetur. Idque magiſtratus ejus, qui tranſit, jure poſtulare poteſt: ſi reparatio negatur, juſta cum eo belli cauſa eſt.

Qui in terra imperium habet] „ Adeoque
„ qui jure terræ partem maris occupavit:
„ Rectius qui imperium maris (dominium
„ enim maris nec pro parte occupari poteſt)
„ quæſivit.

Quæcunque onera ad illas merces nullum habent reſpectum] „ I. e. quoties onera non
„ pro commodo viarum &c. imponuntur.
„ Vid. *Klock. de contrib. c.* 3. *n.* 113. & *Pu-*
„ *fendorf. de jure nat.* & *gent. L.* 3. *c.* 3. § 7.
„ *Georg. de Cabedo. P.* 2. *dec.* 49.

Sic nec capitatio] „ Quia hæc imponitur
„ pro defenſione civitatis, quæ ratio ceſſat
„ in extraneis, qui commodis illius civitatis

non

Digitized by Google

„ non gaudent, adeoque ad ejus defenſionem „ contribuere non tenentur.

6 *Ad præſtandam ſecuritatem mercibus*], „ Etſi igitur jus eundi gratis omnibus commune ſit, id tamen non impedit quo minus „ dominus territorii, qui viam illam præſtat, „ munit, ſecuramque reddit, tum pro iſtis „ oneribus, tum jure ſui dominii ac territorii aliquid exigere poſſit. *B. Parens in diſſert. de Regali viar. publ. jure.* §. 14.

Aut inter cætera etiam ob hoc onera ſuſtinentur], „ Etſi enim principes pro ſecuritate „ viæ publicæ ordinario modo proſpiciant, „ id tamen ſæpius non ſufficit; ſed aliquando, præter illam vulgarem viæ publicæ ſecuritatem, armata manu atrocior violentia „ removenda eſt. *L.* 3. §. 3. *pr. Offic. Præf. urb.* Hinc igitur alium cenſum princeps, „ qui militem in eum finem alit, jure merito exigit, inprimis cum reſarcire quoque teneatur damnum a prædonibus illatum. *vid. d. diſſert.* §. 15.

Dum modus cauſa non excedatur], „ Belgas apud Eliſabetham queſtos eſſe, *vectigalia ſolito majora mercimoniis in Anglia eſſe impoſita*, teſtis eſt *Cambdenus part.* 1. „ *p.* 82. Sic eandem vectigali novo a Daniæ rege tranſeuntibus impoſito contradixiſſe vidimus ex eodem *Cambdeno ad ann.* „ 1602. *f.* 892.

Inde enim pendet juſtitia, ut tributi ita & vectigalis], „ *Tributa* enim ideo a ſubditis „ præſtantur, ut Princeps tutam & ſecuram „ reddat civitatem contra vim extraneorum, „ quod ſine ſubſidiis fieri nequit, adeoque „ pro cauſæ & ſecuritatis modo exigenda ſaltem ſunt. *Vectigalia* præcipue pro ſecuritate viarum contra prædones, & pro reparatione viarum præſtari ſolent, adeoque „ itidem ultra modum extendi, & pro lubitu ſtatui non debent: Idque in Imperio „ inprimis publicis legibus cautum eſt. vid. „ B. Parent. *jur. publ. prud. c.* 23. §. 44.

Sic vectigal equorum], „ Pendendi enim „ erant pro quadriga ex Ægypto 600. Sicli argentei, pro equo 150. i. e. 60. coronati ſecundum Martyrem: quare nonnulli „ putant integrum currus & equi pretium „ illud fuiſſe. vide *Teſmar. h.* §. *lit. m.* Qui „ ipſe exiſtimat, vectigal hic intelligendum „ eſſe de curru & equo mercibus onuſto: „ hic enim mos hodieque in Oriente adhuc „ obtinet, ut pro numero Camelorum & „ equorum, non reſpectu habito mercium, „ vectigalia ſolvantur. *Teſm. d. l.*

Neti], „ Fili, lintei, telæ, byſſi: *Gron. h.* „ Angli & Belgæ vocem Hebraicam vertunt „ telam byſſinam, quæ magno tunc temporis in pretio fuit. Bochartus eam vocem generalem eſſe putat, ac pro omni tributi „ genere ſumit. vide *Teſm. d. l.*

Niſi per Gebanitas], „ Non ergo thus crevit „ apud Gebanitas, uti putat *Strabo Lib.* 16. „ ſed deductum tantum per terram Catabanam fuit, uti Plinius bene hic obſervat. „ Thuris enim vera patria eſt Saba, quam „ in rem plures auctoritates colligit *Teſmar. h. l. vide Bochart.* 6. *Phal.* 18. 18.

Sic ditati Maſſilienſes ex foſſa], „ Hic caſus plane ad hanc materiam non pertinet, „ nam per foſſam iſtam ire non licebat jure „ tranſitus; utpote cum natura hic viam non „ fecerit, ſed induſtria humana: adeoque „ pro lubitu vectigal, etiam quod cauſæ „ modum excederet, dominus foſſæ imponere potuit.

Etiam in pontibus], „ Ibi multo magis aliquid ſolvendum eſt, quia ſtructura & conſervatio pontis ſumtus & operam requirit, „ atque hoc Pontaticum in veteribus formulis appellari ſolet, quas collegit *Boecler. in not. ad h. l.*

Et de fluminum tranſitu pleni ſunt Jctorum libri], „ Quod nimirum pro tranſitu illo certa quædam onera ſolvi debeant, quo pertinent anchoragia, ripatica, telonia, pedagia, aliæque præſtationes pro ſignis, quæ „ viam navibus monſtrant. vid. *B. Parens in jure publ. c.* 23. §. 39. *ſeqq.* Alia exempla „ gentium, quæ vectigalia tranſeuntibus impoſuere, collegit *Alex. ab Alexand. Gen. dier. L.* 4. *c.* 10. & *Bodin. Lib.* 6. *de Republ. n.* 655. Demoſthenes refert Athenienſium „ vectigalia ad 130. talenta evaſiſſe. *Philipp.* 4.

Sed frequens eſt ut æquus modus non ſervetur], „ Unde inter gentes ſæpius lites ortæ, quæ aliquando bello quoque cauſam „ dedere. 3

Cujus rei Phylarchos], „ Exempla Belgarum „ & Anglorum attulimus *ſupra n.* 2.

Ad §. XV.

1 Morari *quoque aliquantiſper*] Quæritur, an is qui tranſit poſſit aliquandiu in territorio commorari? Auctor recte id affirmat, ſed ex falſa Innoxiæ utilitatis ratione: Vera ratio eſt, quia poſito jure tranſeundi omnia natura licita ſunt, ſine quibus homo tranſitum

tum illum commode perficere non poteſt. Non autem poteſt tranſitus commode perfici, niſi commorari ibi liceat forte propter valetudinem, vel quia veredaria reparatione indigent, vel quia ad tranſitum neceſſaria comparanda: ſic navis in flumine reparatione ſæpius indiget. Conf. diſputatio noſtra *de jure belli in amicos* §. 26. Atque hinc jure Romano quoque cuilibet licitum eſt caſam in ripa ponere. *L.* 50. *ff. A. R. D.* §. 2. 5. 6. *Inſt. Rer. div.*

Nam eſt hoc inter utilitates innoxias] „ Quæ juxta principia auctoris in primæva „ diviſione exceptæ, & communioni primæ„ væ reſervatæ cenſentur. *Vid. ſupra* §. 6. „ *&* 11. At dictum eſt, ex eo quod alii non „ noxium, & mihi utile eſt, jus mihi in rem „ alterius non competere. Vera ratio jam al„ legata eſt.

„ Aliquando tempus, quam diu commo„ rari liceat, definiri ſolet: uti in fœdere pri„ mo & ſecundo inter Pœnos & Romanos „ factum legimus apud *Polyb. III. c.* 22. *&* „ 24. *vid. Teſm. b. l. Pufendorf J. Nat. L.* „ 3. *c.* 3. §. 8.

Deos judices audet invocare] „ Verba apud „ *Virgil. Æneid. I. v.* 543. *hæc ſunt:*

„ *Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem*
„ *Permittit patria? Hoſpitio prohibemur arenæ?*
„ *Si genus humanum, & mortalia temnitis arma;*
„ *At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.*

Contra jus commune] „ Omnium ſc. ho„ minum: i. e. contra jus naturæ.

Ita ut Lacedæmoniis nulla belli cauſa juſtior viſa fuerit] „ Improbat tamen bellum hoc „ *Juſtinus L.* 3. *c.* 7. ibi. *Inducias* 50. *an*„ *norum, quas proprio nomine condixerant,* „ *ex ſociorum perſona rumpebant, quippe* „ *quaſi minus perjurii contraherent, ſi feren*„ *tes ſociis auxilia potius, quam ſi aperto* „ *bello dimicaſſent.*

2 *Cui & hoc conſequens eſt*] „ Nam & hoc „ inter utilitates innoxias eſſe putat.

Ut tugurium momentaneum ponere liceat] „ Ut ſe eo recipiant tranſeuntes, §. 6. *J. Rer.* „ *div.* id enim ad jus tranſeundi pertinet. „ At a villis, monumentis ac ædificiis abſti„ nendum eſt. *l.* 4. *ff. Rer. div.* i. e in ædi„ ficia &c. ſe recipere non poſſunt, quia „ ædificia non pertinent ad uſum juris gen„ tium, uti mare. *d. l.* 4.

Etiamſi littus a populo occupatum conceda„ *tur*] „ Littus, quatenus ad uſum maris per„ tinet, occupari quoad proprietatem ne„ quit: Adeoque littora nec ſub dominio ge„ nerali, nec ſub ſpeciali continentur: Sed „ ideo omnibus patent, quia ad uſum maris „ pertinent, mare autem in proprietatem „ venire nequit.

Pomponius] „ In *L.* 50. *ff. Acq. rer. dom.*

Ad permanentia ædificia pertinet] „ Quæ „ eo animo quis exſtruit, ut ibi perpetuo „ habitet: Jure Romano cuique ædificare li„ cuit in littoribus, quia littora non inter „ ſingulos diſtributa, ſed jure gentium pu„ blica fuerunt, omnibuſque patuerunt: Ta„ le igitur ædificium acquirebatur ædifican„ ti, in re enim nullius poſitum erat Cum „ vero hæc littora imperio Romano ſubeſ„ ſent, Prætor autem prohibuerit ne abſque „ ejus decreto in littore ædificaretur, ædi„ ficium quidem ædificanti cedebat, ſed quia „ prohibente lege id fecit, ideo puniri po„ terat. *d. l.* 50.

Jactis in altum molibus] „ Seu pilis, in „ quibus ædificia poni ſolent. *L.* 2. §. 8. *L.* 1. „ §. 1. *Ne quid in loco publ. L.* 30. *in ſ. A.* „ *R. Dom.* Vide *Virg. Æneid.* 2. *v.* 17.

Ad §. XVI.

Sed *& perpetua habitatio*] Quæritur an advenis forte alibi expulſis, vel populis migrantibus, ſedes concedi debeant, inprimis ſi forte loca ſterilia & inculta in territorio occupato exſtent: Auctor id affirmat *ex innoxia utilitate*, ſalvo tamen imperio priſtini poſſeſſoris: At ex præcedentibus apparet, innoxiam utilitatem mihi nullum jus in re aliena dare: Adeoque verum non eſt, dominum territorii advenis ſedes quærentibus eas concedere neceſſario debere Nam 1. Populus territorii occupati illud ſibi totum tanquam rem nullius acquiſivit, adeoque pro lubitu de illo diſponere poteſt. Unde 2. ſequitur nullum aliis jus in territorium illud competere, ſed eos a populo occupante arceri poſſe; territorium enim a terrendis aliis dictum legimus. Neque 3. jure tranſitus id poſtulare poſſunt advenæ, quia non tranſit, qui perpetuo commorare ibi vult. Neque 4. innoxia hic ſemper eſt utilitas, utpote cum periculoſum ſit tantum armatorum multitudinem intra fines territorii recipere: Unde ſæpius abuſos eſſe hoc beneficio illi, qui

Digitized by Google

qui recepti ex humanitate fuerunt, experientia docet. De Anglo-Saxonibus *vide jus noſtrum publ. c.* 3. §. 28. de Slavis *ibidem* §. 62. & *Helmold. L.* 1. *c.* 7. de Vandalis *Vopiſcum in Probo*; de Gothis. *Ammian. Marcell. L.* 31. *c.* 9. Ita Brutii Lucanos auctores ſuos expulerunt. *Juſtin. l.* 23. *c.* 1. de Alanis, ſeu Maſſagetis. *vid. Niceph. Hiſtor. L.* 6. *Confer. Grot. & Teſmar. in not. h. l.* & *Latium de Migrationibus gentium. Puſend. J. Nat. L.* 3. *c.* 10. Denique & 5. accedit praxis gentium; caſus enim petitarum, & denegatarum terrarum *videſis apud Teſm. in not. h. lit. a. &c*: *Puſendorf. d. l.* Cæſar Tenchtonibus & Uſipetis ſedes poſtulantibus reſpondet, nullos agros in Gallia vacare, qui ſine injuria dari poſſent. *de bello Gall. L.* 4. *c.* 4. Et legati Romani Gallis, (qui, ſe indigere agro, quem Cluſini latius poſſiderent quam colerent, cauſabantur,) reſpondebant, *quodnam id jus eſſet, agrum a poſſeſſoribus petere, aut minari arma. Liv. Lib.* 5. *c.* 36.

Cæterum inhumanum eſt repellere eos, qui in extrema neceſſitate conſtituti ſedes quærunt. Faunus benigne terras adjudicaſſe Arcadiis traditur apud Juſtinum. *Lib.* 43. *c.* 1. Æneas precibus petiit a Latinis, ut novam urbem condere permitterent, & obtinuit. *Halicarn. L.* 1. *c.* 57. Siculi ob Ægeſti cognationem ſocios ejus receperunt. *Halicarn. d. L.* 1. *c.* 52. Alia exempla Auctor allegat.

Deneganda non eſt extraneis] „ Imo denegari jure poteſt, uti id rationibus jam „ probatum eſt.

Dum & imperium quod conſtitutum eſt ſubeant] „ I. e. dum ſe ſubjiciant imperio „ ejus, qui territorium illud occupavit. At „ nemo ſubditos recipere tenetur.

Et quæ alia ad vitandas ſeditiones] „ Ex „ allegatis antea exemplis conſtat, ſæpius „ conceſſas eſſe novas ſedes cum ruina im- „ perii. Auctor ait, advenas illos ideo ca- „ vere debere, & ſubire omnia, quæ ad vi- „ tandas ſeditiones ſunt neceſſaria. Nos jam „ probavimus, advenis plane nullum jus „ in terras alienas competere, etſi cavere „ velint.

Imperium ſolemne ſocer] „ At hoc ipſum „ exemplum maxime probat vi ſedes novas „ quæri non poſſe. Cum enim Trojani no- „ vam urbem molirentur, exprobrat Latinus „ Æneæ quod violato communi hominum ju- „ re, turpius quam honeſtius urbem uſurpet. „ Æneas id agnoſcit, & preces adhibet.

Æquam eſſe dicit Æneas cauſam] „ Æqua „ omnino eſt, & humanitati convenit, at „ nos de jure quærimus: Atque hinc ipſe „ Æneas precibus non tantum ſedes poſtula- „ tas, ſed & partem imperii impetravit
——— ——— *& fœderis æquas*
„ *Dicamus leges, ſociosque in regna vocemus.*
„ *Virgil. d. l.*

Barbarorum eſt hoſpites pellere] Græci Barbaros vocant omnes alias gentes: quia virtutes non colebant, quarum præcipua eſt hoſpitalitas.

Additio.

„ Aliud eſt hoſpitem recipere; aliud ar- „ matæ multitudini ſedes in noſtro imperio „ concedere: ad illud jure naturæ tenetur „ princeps, non ad hoc.

Sic Æoles Colophonios] „ Omnia hæc ex- „ empla probant ultro exceptos fuiſſe, non „ vero jure recipi debuiſſe.

Herodotum] „ *Lib.* 4. *p. m.* 119. Quo no- „ mine Lacedæmonii eos morte mulctandos „ cenſuerunt, ſed aſtutia uxorum a ſuppli- „ cio liberati ſunt. *Herod. d. l.*

Ad §. XVII.

Sed *& ſi quid intra territorium populi eſt deſerti ac ſterilis ſoli*] „ In præcedenti §. „ demonſtratum eſt, extraneis nullum jus „ in territorium ab aliis jam occupatum „ competere.

Aut etiam ab illis recte occupatur] „ Quia „ eſt res nullius. At jure imperii prohiberi „ poteſt ne ibi commoretur

Quia occupatum cenſeri non debet, quod non excolitur] „ Falſa hæc ratio eſt, & con- „ trariatur ei, quod ipſe auctor §. 4. aſſeruit: „ *Quod ſi quid univerſim occupatum in ſingulos deſcriptum non eſt, non ideo vacuum* „ *cenſeri debet; manet enim in dominio pri-* „ *mi occupatoris, puta populi ac regis, quo pertinent ſylvæ, montes aſperi &c.* Vera ratio „ eſt, quod populo vi imperii competat facul- „ tas de illis locis diſponendi, adeoque & im- „ pediendi ne extranei ibi habitent.

Niſi imperium quod attinet] „ At imperii „ effectus eſt ut imperans arcere alios, ne „ in territorio habitent, poſſit.

Quod populo veteri ſalvum manet] „ At „ populus invitus cives recipere non tenetur.

Trojanis data a Latinis] „ Id ultro per pa- „ cta factum eſt: Nam expreſſe additur, & ſo- „ cios in regnum vocatos eſſe. *Virgil. Æneid.* „ 11. *v.* 316. *Nihil*

Nihil peccant, qui partem terræ incultam colunt] „ Oratorio more id dicitur; quæ autem Oratoribus in tractatione juris naturæ fides debeatur, Auctor ipſe nos docuit in *Proleg.* §. 47.

Quæque ſint vacua, eas publicas eſſe] „ I. e. publicas jure gentium, quarum uſus omnibus patet.

Non omnino erant vacua, ſed paſcendis pecoribus] „ Imo, licet non ſerviiſſent paſcendis pecoribus, licet nullum uſum habuiſſent, invitis imperantibus eas occupare non potuerunt. Sane triſtem tandem eventum hæc Anſibariorum gens ſortita eſt, nam errore longo hoſpites, egeni, hoſtes in alieno, quod juventutis erat cæditur, imbellis ætas in prædam diviſa eſt. *Tacit. Lib.* 13. *Annal. p.* 305.

Ex Gallis Senonibus quærebant, quod jus eſſet agrum a poſſeſſoribus petere] „ *Lib.* 5. *c.* 36. Atqui rationem ante allegaverunt. *Quod Cluſini agrum latius poſſideant, quam colant:* Ex principiis ergo Auctoris minus juſte id quæſiviſſent, & advenis terras illas incultas concedere Romani debuiſſent. Quod vero Galli Senones nullo jure terras iſtas poſtulaverint, ex ipſa reſponſione eorum ad Romanorum quæſtionem apparet: Non enim provocabant ad jus aliquod gentium, quod jus occupandi terras incultas permittat, ſed ad jus, quod in armis ferant; omnia enim fortium virorum eſſe, ferociter dicebant. *Liv. d. L.* 5. *c.* 36.

A D §. XVIII.

P O S T *Jus commune ad res*] „ I. e. poſtquam Auctor explicavit jus, quod hominibus etiam finita primæva communione communiter competit *in res*, quæ aliquorum propriæ factæ ſunt. *Vide ſupra* §. 6. *n.* 1. & quod obtinere dixit in graviſſima neceſſitate *ibid. n.* 2. & ex innoxia utilitate. *ſupra* §. 8.

Sequitur Jus commune ad actus] „ I. e. jus, quod hominibus communiter ad quoſdam *actus* circa res ab aliis occupatas competit: Idque vel *ſimpliciter*, vel ex *ſuppoſitione*; eoque refert 1°. jus *emendi* & comparandi neceſſaria vitæ æquo pretio: §. 18. §. 19. Non autem jus *vendendi* §. 20. 2°. jus ad nuptias contrahendas cum vicinis §. 21. 3°. Jus ad petenda ea, quæ populus promiſcue exteris permiſit §. 22. At repetendum hic eſt quod toties notavi, Grotium diſciplinam juris naturalis per ſe ſimpliciſſimam, inventis novis terminis, diſtinctionibus, & fictionibus, adeo ſæpe obſcuram reddere, ut vix quid ſentiret intelligi poſſit. Provoco ad totum hoc caput, inprimis ad ea quæ circa primævam rerum communionem, circa renunciationem illius communionis, & circa ejus reviviſcentiam ex neceſſitate & innoxia utilitate, monuimus; magis autem veritas obſervationis noſtræ patebit ex *communi hominum jure ad actus*, quod examinandum ſupereſt.

Quod aut ſimpliciter datur] „ Citra ſuppoſitionem: adeoque hoc jus in genere cuique hominum competere ait, quoties comparare vult juſto pretio ea, quæ ad vitæ commoda pertinent.

Aut ex ſuppoſitione] „ I. e. ubi ſupponitur jura quædam omnibus aliis gentibus, una excluſa, permitti §. 22.

Ad actus tales, quibus ea comparantur, ſine quibus vita commode duci nequit] Auctor ſtatuit extraneos ad vendendum cogi poſſe, modo illis offeratur juſtum pretium: Quod juri naturæ repugnat: Quia 1. quilibet de ſua re diſponere, eamque vendere, vel non vendere poteſt. Sane 2. aliis nullum jus in res venditoris competit, neque igitur fas eſt rem venditori, etſi juſto oblato pretio, extorquere. 3 Naturali ratione emptio non niſi utriuſque conſenſu perficitur; non autem conſentit qui ad vendendum cogitur. Hinc 4. regula naturæ eſt, *quod noſtrum eſt ſine facto noſtro in alium transferri non poſſe l.* 11. *ff. reg. jur.*

Certiſſimum igitur eſt, nullum dari jus commune hominum, vi cujus ea, quæ ad vitam commode ducendam pertinent, emi poſſunt. Dicendum potius eſt, unicuique hominum jus eſſe pro lubitu de re ſua diſponendi, adeoque rem ſuam aliis vendendi, vel non vendendi, aut quo vult pretio vendendi.

Additio.

„ Grotius non ſtatuit cuique hominum jus eſſe emendi ab extraneis, eis invitis: Id enim ipſe negat in verbis ſequentibus. Imo in §. 22. diſerte docet, neminem ad vendendum extraneo cogi poſſe. Mens igitur Grotii hæc eſt: Cuique hominum jus eſſe accedendi ad extraneos, eiſque pretium pro rebus eorum offerendi, ſalva illis libertate nolendi. Hoc jus, ait, impedi-

ri

Digitized by Google

,, ri, aut lege publica prohiberi non poſſe: At
,, aliud dicendum ſi vendendi cauſa accedunt,
,, a jure enim vendendi excludi poſſe. §. 20.

,, Si dicendum quod res eſt, plane inanis
,, eſt quæ hoc ſenſu de jure emendi movetur
,, quæſtio: Non enim dubitatur quin cuique
,, extraneo, ſaltem jure tranſitus, liberum
,, ſit frequentare oras maritimas, & res ne-
,, ceſſarias comparare: At id non eſt in quæ-
,, ſtione, ſed id quæritur, *an civitas com-*
,, *mercii cauſa lege publica ſtatuere poſſit ne*
,, *extraneis mercatoribus res vendantur?*
,, Quod omnino affirmandum eſt. Nam 1.
,, cuique hominum naturali jure competit fa-
,, cultas de rebus ſuis pro lubitu diſponendi,
,, adeoque eas alii pro pretio relinquendi, vel
,, non relinquendi. 2. Si quis proinde decla-
,, rat ſe nolle res ſuas pro pretio alii relin-
,, quere, de jure ſuo diſponit, neque alteri,
,, qui nullum jus in res illius domini habet,
,, fit injuria. 3. Hinc jus, quod cuique homi-
,, num competit, etiam genti & populo ne-
,, gari nequit. 4. Populus igitur lege pu-
,, blica extraneos a commerciis excludere,
,, i. e. declarare poteſt, ſe nolle cum extra-
,, neo commercia habere, vel, quod idem
,, eſt, ab eis emere vel eis vendere: ſane nul-
,, la eis fit injuria, quia extraneis ſaltem jus eſt
,, contrahendi cum dominis volentibus, non
,, autem volunt ſi lege publica id declarant.
,, 5. Imo injuria agerent extranei, qui con-
,, tra legem populi commercia in alieno ter-
,, ritorio agere cum ſubditis tentarent; ex-
,, tranei enim legibus cujuſque loci ſubja-
,, cent. 6. Hæc igitur prohibitio licita eſt 1°.
,, etſi extraneis res illæ maxime ſint neceſſa-
,, riæ. *Diſſentit Grot.* §. 18. §. 19. (Niſi jure
,, tranſitus neceſſaria comparentur) 2°. Etſi
,, populus, qui commercium denegat, eis pla-
,, ne non indigeat. *Diſſentit id.* §. 19. 3°. Etſi
,, odio quodam ſingulari populus ille extra-
,, neos prohibeat: cum enim cuique liberum
,, ſit odio habere hunc, diligere alium, odio
,, meo jus alterius non læditur. Neque alle-
,, gari poteſt contemtum ſubeſſe; odium enim
,, per ſe non infert contemtum, odiſſe quip-
,, pe poſſum hominem cujus merita magni fa-
,, cio: Niſi cauſa contumelioſa allegetur. 4°.
,, Etſi ſubditi prohibentis cum extraneis con-
,, trahere velint: Subditi enim nihil velle
,, poſſunt quod lege prohibetur.

,, Infinita extant exempla, ubi gentes a
,, commerciis excluſæ ſunt. Apud *Cambden.*
,, *P. 1. p.* 82. Gubernatrix Belgii edicit: Ne
,, quis Belga commercium cum Anglis Em-
,, bdæ, aut alibi exerceat, aut merces ab iis
,, emtas in Belgium ſub confiſcationis pœna
,, importet: idem repetitum eſſe legimus a
,, Duce Albano *apud Thuan. L.* 46. *p.* 944.
,, Apud Plutarchum in Pericle, Athenienſes
,, omne commercium tollunt cum Megarenſi-
,, bus. *Neque obſtat*, quod Plutarchus addit, id
,, contra jus commune factum eſſe: nam ibi
,, non ſolum a commerciis, ſed etiam a porta,
,, adeoque a jure tranſitus arcebantur, depel-
,, lebanturque, id omnino contra jura gentium
,, eſt. *Plutarch. d. l.* Legati Romanorum a Sam-
,, nitibus, qui Capuam tenebant, Cumaſque,
,, prohibiti ſunt commercio, etiam in ſumma
,, famis neceſſitate. *Liv. Lib.* 4. *c.* 52. Maritimæ
,, oræ civitates decreto communi Narvenſem
,, navigationem ita ſuſtulerunt, ut pro infa-
,, mibus omnes haberent, qui eo merces ſuas
,, importarent, juri denique omni navigatio-
,, nis interdicerent, & res eo importandas,
,, aut ibi comparatas auctionibus publicari,
,, fiſcoque addici debere pronuntiarent. *Thu-*
,, *an. L.* 36. *p. m.* 721. Scoti prohibiti olim
,, fuere a commercio Gallorum & Anglo-
,, rum. *Cambden. P.* 1. *p.* 115. *Thuan. Lib.*
,, 41. *ad ann.* 1567. Antiquitus Angli ſoli
,, excluſis aliis in terris Moſcorum commer-
,, cia exercebant. *Cambden. P.* 3. *p.* 365.
,, *Teſinar. in not. ad* §. 24. Etſi Moſcorum
,, princeps id poſtea mutaverit, omnibuſque
,, patere commercia voluerit. *ibid.* In Anglia
,, hodieque omnes extranei excluduntur a
,, commercio lanarum, equorum, monetæ
,, &c. Apud Romanos ſeveriſſimis pœnis cau-
,, tum erat, ne aurum, argentum, & pur-
,, pura eveherentur. *Liv. l.* 43. *c.* 5. Conf. *Ref.*
,, *pol.* 1577. *tit.* 21. *ſeqq.*

,, *Non enim par hic neceſſitas ut in re aliena*
arripienda] ,, Auctor in jure *quod hominibus*
,, *communiter ad res* alterius arripiendas com-
,, petit, requiſivit neceſſitatem graviſſimam
,, *vid.* §. 6. *n.* 1. Aliud obtinere, ait, in hoc
,, *jure communi ad actus*, id enim locum ha-
,, bere ait ex qualibet neceſſitate, quæ ad
,, vitam commode ducendam pertinet.

Quia hic non agitur de eo, quod fiat invito
Domino] ,, Quaſi is qui jus emendi habet,
,, cogere poſſit dominum ad vendendum.

Sed de modo acquirendi Dominis volenti-
bus] ,, Accedente ſcilicet utriuſque conſenſu,
,, & ejus qui jus emendi habet, & ejus qui
,, rei dominus eſt.

Tantum ne id aut lege lata, aut conſpi-
ratione impedire liceat] ,, Apparet ergo Gro-
,, tium per jus emendi intelligere facultatem

„ comparandi res extraneorum conſenſu dominorum: Addit, hoc jus impediri, i. e. acceſſum ad populum, & facultatem res comparandi prohiberi non poſſe: neque *lege* lata, qua gentes excluduntur a commercio, neque *conſpiratione*, i. e. per conſenſum, & coactionem improbam privatorum.

„ At jam probavi, extraneos omnino lege aut conſpiratione excludi, non ab aditu, ſed a commercio poſſe, quia gens quæ aliam gentem excludit declarat ſe nolle emere, vel vendere; & cum ad id nullo jure obligari poſſit hactenus ſuo jure utitur, quin potius injuriam faceret gens excluſa, ſi jus aliquod in res, vel actiones alterius ſibi arrogare vellet. Neque dici poteſt, excludi hanc gentem a jure utendi rebus hujus terræ: nam jus hoc utendi ceſſat in rebus ab aliis jam occupatis, qui per occupationem pleniſſimum jus in res illas acquiſiverunt; de quo proinde pro lubitu diſponere, adeoque & alios ab earum commercio excludere poſſunt.

Eſt enim tale impedimentum] „ Quale? Si lege lata, aut conſpiratione facultas emendi impediatur.

Naturæ ſocietatis contrarium] „ Dictum jam ſæpius eſt, 1. non dari ſocietatem humanam; adeoque ex eo, quod illud impedimentum ſocietati ſit contrarium, ratio prohibitionis deſumi non poteſt. Præterea 2. verum non eſt impedimentum illud contrariari ſocietati; nam ſocietas humana ſalva maneret, etſi nulla commercia inter gentes obtinerent.

In his, quas dixi, rebus] „ Sc. ſine quibus vita commode duci nequit.

Nam de ſupervacuis, & mere voluptuariis non agimus] „ Auctor concedit extraneos impediri a comparatione ejuſmodi rerum, aut lege lata, aut conſpiratione poſſe: verum eandem rationem etiam in neceſſariis ſubeſſe dixi.

Sed de his, quæ vita deſiderat] „ Dictum jam eſt, extraneos in has quoque res ab aliis occupatas jus nullum habere, adeoque tuto excludi poſſe.

Ad §. XIX.

Ad hæc igitur] Quæ ſc. vita deſiderat.

Æquo pretio] „ Si nemo hominum excludi poteſt a comparatione eorum, quæ ad vitam ſunt neceſſaria, qualecunque pretium æquum eſt, de quo inter partes convenit: adeoque in infinitum conſtitui poteſt, quia emptor de ſuo jure diſponit, modo dolus abſit; volenti enim non fit injuria. Hoc eſt, quod JCti Romani docent, naturaliter ſeſe circumvenire licitum eſſe. *l.* 16. §. 4. *Minor.* Scilicet petendo majus pretium.

Jus eſſe omnibus hominibus] „ Sc. hactenus, ne id aut lege lata, aut conſpiratione impedire liceat. *Vid.* §. *præced.* At tale jus non competere hominibus probavimus; qui enim pacto, aut lege lata inter ſe conveniunt, ſe aliis non vendituros, declarant hoc ipſo ſe nolle aliis rem ſuam æquo pretio relinquere. Ipſe autem Auctor fatetur, acquiri rem alterius non niſi domino volente poſſe. §. *præced.*

Dempto, ſi a quibus petitur ipſi ejus rei indigeant] „ Imo etſi non indigeant, declarare lege publica poſſunt ſe nolle aliis res ſuas vendere.

Quomodo in ſumma penuria frumenti venditio prohibetur] „ Hæc prohibitio fieri poſſet etſi frumentum abundet: At ex ratione politica id fieri non ſolet.

Ne in tali quidem neceſſitate expelli poſſe peregrinos] „ Imo expelli jure poſſunt, ut conſerventur cives, qui onera publica ſuſtinent.

Sed commune malum communiter tolerandum] „ Valet hoc Brocardicum, ſi omnium par eſt conditio. Non autem par eſt conditio civium & peregrinorum.

Ad §. XX.

Ad ſua autem vendenda non æquum jus eſt] „ Adeoque ex ſententia Auctoris, lege lata, aut conſpiratione impediri poſſunt extranei, ne merces quaſdam ad vendendum inferant.

Nam cuilibet liberum eſt ſtatuere quid velit acquirere, aut non] „ Anne eadem ratio eſt in emptione? Anne populus, a quo extranei emere volunt, ſtatuere, & lege generali declarare poteſt ſe nolle vendere, nec juſto pretio; eoque prohibere extraneos, ne accedant ad territorium emendi cauſa.

Ita vinum & alias merces exoticas] „ Sic apud Anglos panni, *Cambden. ad ann.* 1564. apud alios ferrum, cereviſiæ exoticæ, &c. inferri prohibentur. Conf. *Carpz. Reſp.* 42. *n.* 15. *Menoch. Conſil.* 901. *Pufend. de jure nat. L.* 3. *c.* 3. §. 12.

A D

Ad §. XXI.

1 In *hoc jure, quod diximus*] „ Scl. in jure „ communi, quod hominibus competit ad „ actus, ſeu ad facultatem agendi; ad eum „ effectum ne impediri lege publica poſſit.

Ineſſe cenſemus etiam libertatem matrimonia contrahendi] Hæc libertas non ex jure aliquo communi hominum ad actus oritur; ſed ex jure, quod cuique hominum Deus conceſſit in ſuum corpus & in ſuas actiones. Creator enim ſingulis facultatem dedit cohabitandi, hoc jus naturali ratione cuique quæſitum eſt: At ad effectum illud deduci nequit, niſi altera pars conſentiat. Si proinde, v. g. fœmina conſentire nolit, invita cogi nequit, quia æque jus habet diſponendi de ſuis actionibus, adeoque & jus nolendi: Sane is, qui eam in matrimonium rogat, jus in ejus corpus non habet.

Quod igitur ſingulis filiabus licitum eſt, id univerſis filiabus totius gentis quoque licitum erit, quia unaquæque proprium jus diſſentiendi habet.

An vero magiſtratus lege publica extraneos a connubiis excludere poteſt? Regulariter hoc negatur: quia magiſtratus jus nubendi ſingulis filiabus quæſitum auferre ſine juſta cauſa nequit: juſta autem cauſa eſt ſi in pœnam id fiat, quo pertinet exemplum Iſraëlitarum, qui connubia cum Benjamitis jurejurando prohibuerunt: *Judic.* XXI. Romanorum, qui Latinis ob rebellionem jus nubendi inter ſe ademerunt. *Liv. l.* 8. *c.* 14. Item ſi connubia prohibentur ob metum ſeductionis, quæ ratio in Hebræis allegatur *Genes* XIX. 31. *Num.* XXV, 6. Item ſi copia ſit unius, & inopia alterius ſexus &c.

Non autem juſta cauſa eſt odium in populum, cui connubia denegantur. Hinc facile conſtat quid de duplici raptu Sabinarum, & Siloitarum ſtatuendum ſit: In raptu SABINARUM duo ſunt actus 1. denegatio connubiorum a parte Sabinarum, qui actus eſt injuſtus, & nitebatur odio novi populi, indeque Romanis hactenus juſta belli cauſa fuit. 2. Raptus, qui jure defendi poteſt, quia Romani bello potuiſſent proſequi injuriam ſibi illatam, multo magis igitur filias lædentium rapere: Quidquid ſit, conſenſu filiarum, & pace ſecuta matrimonia illa confirmata ſunt. In *Siloitarum* raptu eadem ratio obtinet. Siloitæ negabant Benjamitis rogantibus filias, idque odio & in contemtum: Atque hunc recte Iſraëlitæ Siloitis de facto hoc querentibus regerebant, eorum eſſe culpam quod negaverint connubia rogantibus: Præterea hæ quoque nuptiæ juſtæ poſtea factæ ſunt conſenſu virginum.

Additio.

„ Noſtram ſententiam de duplici hoc raptu „ ſtatim explicabimus.

Etſi humanæ naturæ non repugnet] „ Sed „ potius motus univerſalis humano generi a „ natura inditus ſit ad jungenda corpora.

Repugnat tamen naturæ plerorumque hominum] „ Major enim eſt numerus eorum qui „ motum naturæ ſequuntur.

Cœlibatus enim non niſi excellentibus animis convenit] Apoſtolus quidem commendat maxime cœlibatum: ſed hoc de temporibus primæ Eccleſiæ intelligendum eſt, ubi ſatius erat propagandæ Eccleſiæ ſtudere, quam propagandæ proli. Cæterum matrimonium naturæ magis conveniens eſſe quam cœlibatum, ex ipſo inſtinctu naturæ prubatur.

Quare facultas comparandi uxores adimi non debet] Neque adimitur illa facultas, quia aliunde uxores quærere poſſunt: ſed & illa ipſa facultas ad effectum deduci naturali ratione non poteſt, niſi accedente alterius conſenſu.

Additio.

„ Celebris hæc, & armis aliquando agi- „ tata quæſtio eſt, *an civitas excludere ex-* „ *traneos a connubiis poſſit?* Recte eam „ affirmat B. Parens: Nuptiæ enim non „ contrahuntur ſine utriuſque conſenſu; ſi „ autem populus declarat filias ſuæ civita- „ tis nolle extraneis nubere, eo ipſo decla- „ rat eas nolle conſentire. Populus autem „ talem legem intra fines ſui territorii jure „ ſtatuere poteſt, cui etiam extranei te- „ nentur.

„ Exempla gentium hanc regulam probant: „ Hebræi nunquam miſcere ſanguinem vo- „ luere cum extraneis. *vid.* §. 21. Ruſcionen- „ ſes promiſerunt Gallo ſe filias ſuas in Nea- „ polim, aut Angliam, aut Flandriam nuptiis „ non collocaturos. *Comminæ. de bello Nea-* „ *pol. l.* 5. *p. m.* 652. Ipſi Romani exclude- „ bant extraneos a juribus legitimarum nup- „ tiarum. *Heinecc. Elem. Pand.*

„ Equidem Romani rapuerunt Sabinarum „ filias, quas antea in uxorem dare Romanis „ negaverant *Liv. l.* 1. *c.* 9. *ſeq.* Siloitæ noluere „ filias ſuas in uxores dare Benjamitis. *Judic.* „ *c.* 21. §. 19. *ſeq.* qui conſilio Iſraëlitarum eas vi

Digitized by Google

„ rapiebant : At hæc exempla non probant civitatem extraneos a connubiis excludere non poſſe. Raptus Sabinarum enim licitus fuit, uti mox videbimus. Raptum Siloitarum Iſraelitæ ipſi pro jure non habuerunt, ſed ſaltem excuſabant, *miſeremini eorum*, ajunt, *non enim rapuerunt eas jure belli, ſed rogantibus ut acciperent non dediſtis, & a veſtra parte peccatum eſt. d. c.* 21. *v.* 22. Imo tuto aſſerimus, a parte Siloitarum peccatum non fuiſſe, neque enim Iſraëlitæ in aliis improbare potuere quod in ſe probabant, ipſi autem extraneis filias ſuas in matrimonium non collocabant. Adeoque actus hic pertinet ad illa tempora, de quibus auctor libri Judicum ait: *in diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed unuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat. ibid. v.* 25.

„ At ſi per contemtum quædam gens, aliis admiſſis, a nuptiis excluditur, hæc vera eſt injuria, quæ bello vindicari poteſt: injuria autem illa non in eo conſiſtit, quod nuptiæ denegentur, ſed quia aliquid fit in ejus gentis contumeliam, ob quam indigna juris contrahendi matrimonii judicatur, quod infamiæ ſpeciem infert: per contemtum autem denegata fuiſſe connubia apparet ex Livio: *Nuſquam enim*, ait, *benigne legatio audita eſt, adeo ſimul ſpernebant &c. a pleriſque rogantibus dimiſſi, eo quod fœminis quoque aſylum aperuiſſent? id enim demum compar connubium fore. Liv. l. c. 9. ſeq.*

„ Omnium minime igitur juſta belli cauſa eſt, ſi rex fœminam principi connubium roganti negat. Hinc male Demetrius Ariarathi Cappadociæ regi propter faſtiditas ſororis nuptias bellum intulit. *Juſtin. l.* 35. *c.* 1. Male Rex Danorum bello petitus eſt, quod filiam roganti negaverit. *Crantz. Dan. l.* 1. *c.* 7. Alia vide apud *Bongars. in not. ad Juſt. d. l.*

„ At hic quoque excipitur caſus, niſi denegatio cum contumelia juncta ſit. Rhegini Dionyſio Siciliæ tyranno, petenti ut ex magnatum virginibus uxorem ſibi darent, reſponſum dederunt, quod ei non liceat niſi plebeji (vel ut *Strabo l.* 6. *p. m.* 149. ait, *lictoris*) filiam ducere: Propter hanc contumeliam eos bello petiit, & urbem ſolo æquavit. *Diod. Sic. l.* 14. *p. m.* 440. *pr. Strabo d. l.* Tartariæ populus, qui Abyſſinorum regi tributarius erat, regem ſibi elegit Chingis: hic Abyſſinorum regis, Vutcham, filiam uxorem per legatos poſtulavit; at reſponſum tulit, ſe potius filiam igni quam ſervo ſuo dare velle, & ne voti compos unquam fieret, filiam mortem ſubituram eſſe. Sed bello victus, & regno privatus eſt. *Paul. Venet. l.* 1. *c.* 52. & 53.

„ Neque obſtat locus *Livii Lib.* 4. *c.* 4. *An eſſe ulla major, aut inſignior contumelia poteſt, quam partem Civitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi.* Et *Lib.* 34. *c.* 4. *Quod alii licet tibi non licere, aliquid naturalis pudoris, aut indignationis habet.* Et Seneca *in Octavia*, *v.* 574.

„ *Prohibeor facere, quod cunctis licet.*

„ Reſpondetur: Livium *in d. l.* 4. *c.* 4. non loqui de excluſione extraneorum a conjugiis, ſed de prohibitione, ne patres e plebe ſibi uxores jungerent; quod inter cives communes tolerari non debet. Reliqua loca caſum ſupponunt, ubi ei, qui prohibetur ne faciat id quod omnes faciunt, aliquid injuria ſuccenſetur; hoc merito improbatur, unde ſupra dictum eſt, ſi nuptiæ negantur ex comtemtu juſtam inde belli cauſam oriri.

„ *Obſtant* exempla, ubi ad jus gentium provocatum eſt ab iis, qui a connubiis excluſi ſunt. Canulejus apud *Liv. l.* 4. *c.* 3. *Connubium petimus, quod finitimis, externiſque dari ſolet.* Romulus vicinos rogat, *ne graventur homines cum hominibus ſanguinem miſcere Liv. L.* 1. *c.* 9. *Flor. L.* 1. *c.* 1. Reſp. Canulejus non contendit exteros præciſe ad conjugia admitti debere, ſed ita argumentatur: extraneos non prohiberia, deoque nec cives prohiberi debere. Et cum Romulus per modum precum admitti ad vicinorum connubia contenderit, eo ipſo ſatis conſtat, eum de jure id expoſcere non potuiſſe.

„ Equidem Jus Canonicum in *Part.* 1. *Diſt.* 1. *c.* 9. prohibitionem connubiorum cum alienigenis *juri gentium* tribuit: ſed inepte admodum. Conjunctiones maris & fœminæ deſcendunt ex eo jure, quod natura omnia animalia docuit, & matrimonia ad illud jus gentium referuntur, quod ratio naturalis inter omnes homines conſtituit: Præterea alibi jam obſervavimus, compilatoribus illis vix cognitam fuiſſe ſcientiam juris gentium, ſeu naturæ; adeoque canonum auctoritatem in diſciplina juris naturalis haud magni momenti eſſe. *Prol.* §. 54.

Livium] „ *L.* 1. *c.* 9. *Flor. Lib.* 1. *c.* 1.

Rogat, ne graventur] „ Non opus fuiſſet rogare,

„ rogare, ſi jus aliquod commune natura
„ Romani habuiſſent. Hinc factum hoc excu-
„ ſari ſolet prætextu mandati divini, nimi-
„ rum Martis, apud *Ovid. de Faſt.*

Canulejus apud eundem] „ *Liv. L.* 4. *c.* 3.
„ *vid. Puſend. J. Nat. Lib.* 3. *c.* 3. §. 13. Di-
„ ximus Canulejum non loqui de negatione
„ connubii cum exteris; ſed de lege, qua
„ permittebatur plebi paribus nubere patri-
„ bus repugnantibus, qui confundi hoc mo-
„ do jura gentium cauſabantur. *Liv. d. l.* 4.*c.*1.

Jure belli injuſte negatas nuptias juſte victor auferret] „ Injuſte negatæ non fuere, & Au-
„ guſtinus ironice loquitur: quod bene obſer-
„ vavit etiam Commentator *Thomas Valois.*
„ *in not. ibid.*

2 *Quod temporibus, quibus ſunt condita, nulli erant populi, quibus non fœminarum copia ſuppeteret*] „ Imo ex ea ratione leges illæ civi-
„ les validæ eſſe non poſſent. Si enim jus
„ commune hominibus competeret ad obti-
„ nenda connubia, illud ex momentanea ta-
„ li ratione eis auferri non poſſet. Vera natu-
„ ræ & legum civilium ratio eſt, quod non
„ adimatur facultas comparandi uxores apud
„ alias gentes; & quod populus ſuo jure uta-
„ tur, dum declarat ſe nunquam in ejuſmodi
„ nuptias conſenſurum, quod in ejus pote-
„ ſtate eſt.

Sed de iis quæ juſta ſunt, hoc eſt, quæ ſpeciales juris effectus producunt] „ Vide *ſup. L.* 1.
„ *c.* 3. *n.* 4. Ita apud Romanos non ſimpli-
„ citer prohibebantur nuptiæ cum extraneis,
„ ſed nuptiæ ita contractæ deſtituebantur pri-
„ vilegiis & prærogativis juris civilis: Ceſſant
„ jura dotium, patriæ poteſtatis, tutelarum,
„ teſtamentorum, &c.

Ad §. XXII.

Quæritur, an extranei a juribus quibusdam excludi poſſint, quæ omnibus promiſcue permittuntur. Negat id Grotius, quia populus quidem diſponere de ſuo jure poteſt, non autem contemnere alios, niſi delictum præceſſerit.

Additio.

„ Noſtram ſententiam in præcedentibus la-
„ te expoſuimus. Diximus, excludi extrane-
„ os uti a commerciis, ita ab aliis juribus poſ-
„ ſe, etſi id odio fiat ejus populi qui exclu-
„ ditur, niſi fiat in ejus contumeliam.

Ex ſuppoſitione] „ Hactenus Auctor egit de
„ juribus quæ communiter hominibus compe-
„ tunt ad actus *ſimpliciter*: jam agit de iis quæ
„ competunt ad actus ex *ſuppoſitione*, i. e. u-
„ bi ſupponitur populum omnibus promiſcue
„ aliquid permittere, uno ſaltem excluſo,
„ *Vid. ſupr.* §. 18.

Nam tunc ſi unus populus excluditur, ei fit injuria] „ In quo quæſo illa injuria conſiſtit?
„ Anne jure meo utor, & de jure meo diſpo-
„ no? Jus igitur alterius non læditur, neque
„ excluſio hæc contemtum infert, inprimis ſi
„ alter proteſtetur ſe id non animo contem-
„ nendi facere.

Uni populo id negari non poteſt] „ Si ego
„ beneficium omnibus civibus do, uno ex-
„ cluſo, an illi injuria fit? Si mercator cum
„ omnibus e civitate commercium habet, una
„ familia excluſa, an hæc de injuria queri po-
„ teſt? Minime: Multo minus erit injuria in-
„ ter gentes ipſas.

Niſi delictum præceſſerit] „ Imo negari u-
„ ni populo connubia, & commercia poſſunt
„ etiam citra ejus delictum.

Qua de cauſa Benjaminitis Hebræi cæteri ademerunt connubii facultatem] „ Præterea
„ juramento ſe ad id adſtrinxerunt.

Ad §. XXIII.

„ Auctor *in* §. *præcedenti* regulam po-
„ ſuit: uni populo negari non poſſe, quod
„ omnibus aliis permittitur. Hic jam limitat
„ illam regulam, ut vera tantum ſit *ſi id,*
„ *quod aliis permittitur, vi naturalis libertatis*
„ *lege non ſublata permittitur.* Non autem *ſi*
„ *libertas naturalis lege ſublata fuit, & popu-*
„ *lus, relaxando legem, aliis aliquid permittit*
„ *uno excluſo. Priori* enim caſu injuriam fieri
„ ait ei qui excluditur: *præced.* §. non hoc,
„ quia nulla eſt injuria in negatione beneficii.

„ At omnia hæc gratis dicuntur. *Primo* e-
„ nim certum eſt, jure naturæ uni citra inju-
„ riam negari poſſe, quod omnibus aliis per-
„ mittitur, etſi tanquam ex vi naturalis li-
„ bertatis lege non ſublatæ permittatur; quia
„ de ſua re, & de ſuo jure diſponit.

„ *Secundo*, limitatio quoque Auctoris vana
„ & inanis eſt: ſi enim populus beneficium
„ externis promiſcue permittit, & unum ex-
„ cludit, ſimiliter excluſus de injuria queri
„ poſſet, quia in ejus contemtum vergit. Sed
„ & pari ratione in priori caſu allegari poſſet,
„ beneficium eſſe huic vel illi vendere, hunc
„ vel illum præferre, indeque injuriam non
„ eſſe aliis beneficium dare, eoſque præferre,
„ uni negare. Denique, facile eſſet hoc modo

,, evitare illam prætenſam injuriam: conſule-
,, rem enim tali populo,ut primo actus,qui tan-
,, quam ex vi libertatis naturalis permittuntur,
,, lege publica prohibeat, i. e. omnes ab acti-
,, bus illis excludat; poſtea autem a lege illa
,, diſpenſet, ac per beneficium alios admit-
,, tat, unum vero excludat; tunc enim ex hy-
,, potheſi Auctoris excluſus de injuria queri
,, non poſſet.

Sed de permiſſis quod diximus] ,, Nimi-
,, rum, quod unus excludi non poſſit ab eo,
,, quod omnibus permittitur.

Intelligendum eſt de his, quæ permiſſa ſunt tanquam ex vi naturalis libertatis nulla lege ſublata] ,, Mens Auctoris ex exemplis in §. præ-
,, cedenti allatis illuſtranda eſt: omnibus vena-
,, ri, piſcari, margaritas legere, vi naturalis
,, libertatis licet, nec lege illa libertas ſublata
,, eſt: adeoque ſi unus populus excluditur,
,, ei fieri injuriam putat.

Non ſi permiſſa ſunt per beneficium relaxando legem] ,, Ut priori exemplo utar: pona-
,, mus omnes a jure piſcandi, venandi, &
,, margaritas legendi prohiberi lege publica,
,, populum autem poſtea (relaxando legem)
,, omnes, uno excluſo, admittere; hoc caſu
,, ex mente Auctoris excluſo non fieret injuria.

Nam in beneficii negatione nulla eſt injuria]
,, In priori ergo caſu, quando aliis aliquid per-
,, mittitur vi libertatis naturalis, non eſſe be-
,, neficium, indeque ſi unus populus exclu-
,, datur, ei injuriam fieri putat.

Atque ita arbitramur conciliari poſſe, quod poſt Franciſcum Victoriam, quaſi ei contrarius notavit Molina] ,, Victoria in *Relect.* 5. *Sect.* 3.
,, ſtatuit, Hiſpanos a Barbaris non potuiſſe ex-
,, cludi a participatione illorum jurium, quæ
,, civibus ac extraneis permittunt, ut aurum
,, fodere &c. Molina id negat in *Diſp.* 105.
,, Grotius diſſenſum hunc conciliari poſſe pu-
,, tat, poſita illa diſtinctione: ut prior ſenten-
,, tia vera ſit, ſi Barbari aliis permittunt actus
,, vi libertatis naturalis nulla lege ſublatæ; Po-
,, ſterior, ſi Barbari actus qui lege prohibiti e-
,, rant permittunt aliis per beneficium, rela-
,, xando legem, uno excluſo. Quæ omnia ſatis
,, refutavimus.

Ad §. XXIV.

Quæri ſolet, *an monopolia juri naturæ repugnent?* Reſp. jure naturæ monopolia licita ſunt; *non tantum ea*, quæ ex ipſa natura rei ſequuntur, uti ſi merces in una ſaltem provincia producuntur, quo pertinent aromata quædam in Inſulis Moluccorum, Thus in Arabia, alumen apud Lipardos. *Diodor. Sic.* 5. 10. Vel ſi propter ſitum ex una civitate omnia comparari debent, uti olim omnes merces ex portu Alexandrino quærebantur; *ſed etiam ea* quæ pacto conſtituuntur: ſi nimirum plures gentes coëmunt merces, & conſtituunt ſe non infra certam ſummam eas venditurros; vel ſi gens quædam promittit ſe non niſi uni populo merces vendere velle. Nam unuſquiſque de ſuo jure prout lubet diſponere, adeoque & merces coëmere, & coëmtas eo quo ſtatuit pretio, vel cui vult, vendere poteſt. Quanquam ex ratione politica id inter cives prohiberi ſoleat. *vid. tot. tit. Cod. de Monopoliis. & Reform. polit. de ann.* 1577.

Ut is populus certi generis fructus, qui alibi non naſcuntur, ſibi ſoli vendat] ,, Exempla
,, ſunt in Ruſſia, ubi Anglis ſolis jus erat ad
,, littora Septentrionalia appellendi, & mer-
,, caturam exercendi. Cum igitur Dux Theo-
,, dorus omnibus promiſcue extraneis libe-
,, rum aditum aperiret, ideo conqueſta eſt Re-
,, gina Angliæ apud *Cambdenum P.* 3. *p.* 365.
,, Simile pactum eſt apud *Menoch. Conſil.* 901.

Licere cenſeo, ſi is qui emit populus paratus ſit aliis vendere æquo pretio] ,, Imo ſimpliciter
,, id licet, quia quiſque de re ſua diſponere
,, poteſt prout lubet, adeoque & uni ſoli ven-
,, dere: Hic emtor autem itidem jus habet de
,, ſua re diſponendi, & pretium rei ſuæ pro
,, lubitu conſtituendi.

Nam aliarum gentium non intereſt, a quo emant quod ad deſideria naturæ attinet] ,, I-
,, mo hæc vera ratio non eſt; ſed quia aliæ
,, gentes jus in illas res non habent, adeo-
,, que nec venditorem cogere poſſunt ut ipſis
,, quoque vendat, nec emtorem ut ipſis juſto
,, pretio iterum vendat.

Lucrum autem alter alteri prævertere licite poteſt] ,, Alteri plane non fit injuria, nullum
,, enim jus ei aufertur.

Maxime ſi cauſa ſubſit] ,, At dictum jam
,, eſt, excludi alios poſſe etiam ſine cauſa;
,, ſufficit enim quod alter cum iis contrahere
,, nolit.

Ut ſi qui id ſtipulatus eſt &c.] ,, Imo etſi
,, nihil promiſerit, nec ullos ſumtus fecerit.

Eo quo dixi animo] ,, Scl. an paratus ſit ali-
,, is æquo pretio vendere, quod jam rejecimus.

Juri naturæ non repugnat] ,, Non repu-
,, gnat juri naturæ, etſi non eo animo facta ſit
,, coëmtio ut aliis æquo pretio vendat; nam
,, prout partes de jure ſuo natura quæſito
,, diſponunt, ita jus eſt.

Digitized by Google

Ob utilitatem publicam legibus civilibus prohiberi] „ Intereſt enim reipublicæ ut inter „ plures cives lucra dividantur, adeoque „ commune ſit commodum, uti communia „ ſunt onera. Atque hinc in omni bene ordinata Republica ſevere admodum prohiberi „ ſolent monopolia. Conf. *Struv. ſyntag. jur. civ. exerc.* 23. §. 67.

CAPUT III.

De acquiſitione originaria rerum, ubi de Mari, & Fluminibus.

I. *Originariam acquiſitionem fieri per diviſionem, aut occupationem.*
II. *Rejiciuntur hic alii modi, ut conceſſio juris incorporalis.*
III. *Item ſpecificatio.*
IV. *Occupatio duplex, ad imperium, ad dominium: quæ diſtinctio explicatur.*
V. *Occupationem mobilium lege poſſe anteverti.*
VI. *Quo jure nitatur dominium infantium & amentium.*
VII. *Flumina occupari poſſe.*
VIII. *An & mare?*
IX. *Olim in partibus Romani imperii id non licuiſſe.*
X. *Naturæ tamen jus non obſtare in parte maris, quæ terris quaſi clauſa ſit.*
XI. *Quomodo talis occupatio fiat, & quamdiu duret.*
XII. *Talem occupationem jus non dare impediendi tranſitus innoxii.*
XIII. *Imperium in partem maris occupari poſſe, & quomodo.*
XIV. *Vectigal navigantibus mari ex certis cauſis imponi poſſe.*
XV. *De pactionibus, quæ populum aliquem ultra certos terminos vetant navigare.*
XVI. *Fluminis curſus mutatus an territorium immutet, cum diſtinctione explicatur.*
XVII. *Quid ſentiendum ſi alveus plane mutatus ſit?*
XVIII. *Flumen interdum totum accedere territorio.*
XIX. *Res derelictas occupanti cedere, niſi populus dominium quoddam generale occupaverit.*

I. Singulari + jure aliquid noſtrum fit + acquiſitione [1] originaria, aut [2] derivativa. + Originaria acquiſitio olim, cum [3] genus humanum coire poſſet, fieri potuit etiam per diviſionem, + ut diximus, + (aa) nunc per occupationem tantum.

II. Dicat + forte aliquis, etiam conceſſione [4] ſervitutis, + [5] conſtitutione pignoris aliquid originarii acquiri: + ſed recte expendenti apparebit id jus novum non eſſe + [6] niſi modo. + Nam [7] virtute ipſa inerat in dominio domini.

+ III.

GRONOVII.

1 *Originaria*] Quam incipimus ipſi, nec ab alio traditam habemus.

2 *Derivativa*] Quæ ab alio ad nos tranſit.

3 *Genus humanum coire*] Civitates facere, & de omnibus in proprietatem addicendis, quod placuiſſet, conſtituere.

4 *Servitutis*] Prædiorum, quæ pactionibus & ſtipulationibus conſtituitur. §. 4. *Inſt.* de Servit.

5 *Conſtitutione pignoris*] Cum creditor accipit a debitore pignus vel hypothecam in ſecuritatem crediti.

6 *Niſi modo*] Titulo poſſidendi.

7 *Virtute ipſa*] Simulac dominium earum rerum acceperunt, & jus eas hac ratione obligandi.

(aa) Poteſt adhuc hodie per diviſionem, ut oſtendimus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

a L. Poſſideri. 3. §. Genera, 21. D. de acq. poſſ. + III. Paulus juriſconſultus + acquirendi cauſis a & + hanc annumerat, quæ maxime videtur naturalis, + ſi quid ipſi, ut in rerum natura eſſet, fecimus. Sed cum naturaliter nihil fiat niſi ex materia prius exiſtente, + ea ſi noſtra fuerit, continuabitur dominium [8] ſpecie introducta: + ſi nullius, ad occupationis genus hæc acquiſitio pertinebit: + ſin aliena, jam naturaliter [9] nobis ſolis eam non acquiri + infra apparebit.

IV. 1. De occupatione ergo, + quæ poſt prima illa tempora ſolus eſt naturalis + & originarius modus, videndum eſt nobis. In his autem, quæ proprie nullius ſunt, + duo ſunt occupabilia, [10] imperium, & [11] dominium, + quatenus ab imperio diſtinguitur. Seneca b ita hæc duo expreſſit: + a *Ad reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas.* Dion Pruſæenſis hoc modo: c ἡ χώρα τῆς πόλεως ἀλλ᾽ οὐδὲν ἧτῖον τῶν κεκτημένων ἕκαστος κύριός ἐςι τῶν ἑαυτοῦ. *Regio civitatis eſt: at non eo minus in ea ſuum quiſque poſſidet.* + Imperium duas ſolet habere materias ſibi ſubjacentes, primariam perſonas, + quæ materia ſola interdum ſufficit, + ut in exercitu virorum, mulierum, puerorum, quærente novas ſedes; & ſecundariam + locum, qui territorium dicitur.

b De Benef. VII. 4.
c Orat. XXXI. pag. 324. D.

2. + Quamquam autem plerumque uno actu quæri ſolent imperium & dominium, + b ſunt tamen diſtincta: + ideoque dominium non in cives tantum, ſed & [12] in extraneos tranſit, + manente penes quem fuit imperio. + Siculus libro de conditionibus agrorum: *Auctores aſſignationis, diviſioniſque, non ſufficientibus agris coloniarum, quos ex vicinis territoriis ſumſiſſent, aſſignaverunt quidem futuris civibus coloniarum; Sed juriſdictio in agris,* (bb) *qui aſſignati ſunt, penes eos remanſit, ex quorum territorio ſumti ſunt.* + Demoſthenes oratione de Haloneſo, agros, qui eorum ſunt, quorum eſt territorium, vocat + ἐγκτήματα, (cc) qui in alieno κτήματα.

V. In

GROTII.

a *Ad reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas*] Locus eſt libro VII. de beneficiis c. IV. ſequitur. c. V. *Omnia rex imperio poſſidet, ſinguli dominio.* & c. VI. *Cæſar omnia habet: fiſcus ejus privata tantum, ac ſua.* Symmachus X. epiſt. 54. *Omnia regitis, ſed ſuum cuique ſervatis.* Philo libro περὶ φυτουργίας· οἱ βασιλεῖς ϗ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἁπάντων ὄντες κτημάτων δεσπόται, ϗ ὅσων ἐπικρατεῖν οἱ ἰδιῶται δοκοῦσι, μόνα ταῦτα ἔχειν νομίζονται ἅπερ ἐπιτρόποις ϗ ἐπιμεληταῖς ἐγχειρίσωσιν, ἀφ᾽ ὧν ϗ τὰς ἐτησίους προσόδους ἐκλέγουσιν· *Reges cum ſint domini omnium, quæ in ipſorum ſunt ditione, etiam eorum quæ a privatis poſſidentur; tamen videntur ea tantum habere, quæ procuratoribus, & rationalibus ſuis diſpenſanda committunt, a quibus annuos recipiunt proventus.* (Pag. 222. B. *Ed. Pariſ.*) Plinius Panegyrico: *tandem imperium principis quam patrimonium majus eſt.* (Cap. 50.)

b *Sunt tamen diſtincta*] Itaque & apud Apollodorum videas, tum Arcadiæ, tum Atticæ terras diviſas, uno retinente πᾶν τὸ κράτος omne imperium. (*Biblioth.* Lib. III. Cap. IX. §. 1. & Cap. XIV. §. 6. *Ed. Gal.*)

GRONOVII.

8 *Specie introducta*] Opere ex ea materia facto.

9 *Nobis ſolis*] De qua quæſtione certamen Sabinianorum & Proculianorum: §. 25. Inſtit. de R. D.

10 *Imperium*] Juriſdictio.

11 *Dominium*] Proprietas.

12 *In extraneos*] In inquilinos, qui nobiſcum habitant, etſi non ſint cives. (Minimè. Agit omnino Auctor de Extraneis in ſuâ ipſorum regione manentibus, ut patet ex iis quæ ſequuntur. Deinde *Inquilini* ſubſunt imperio, non minus quàm Cives; adeo ut, ſi quid adquirant intra fines territorii, imperium tunc cadat, & in rem, & in perſonam. *J. B.*

(bb) Ampliſſ. GOESIUS legit heic rectè *cis agros*, ex veſtigio lectionis Mſſ. & Edd. *eis agris.* Locus eſt *pag.* 25. *in fin.* Editionis, quam curavit idem Vir Doctiſſimus: qui etiam optimè oſtendit, quod diviſum fuerat, ſed non aſſignatum futuris civibus Coloniarum, manſiſſe illorum, quorum antea fuerat. Quod autem adſignatum fuerat, id omnino accedebat juriſdictioni Coloniæ. Vid. *Antiq. Agrar.* in eodem Volumine, pag. 114. *& ſeqq.* Adeoque locus nil ad rem facit. *J. B.*

(cc) Permutat heic Auctor ſenſum vocum Græcarum. Vide locum Oratoris Græci, *pag.* 34. B. *J. B.*

Digitized by Google

V. In loco + autem, cujus imperium jam occupatum eſt, + jus occupandi [13] + res mobiles anteverti poſſe lege civili [14] ſupra diximus. + Eſt enim hoc jus [15] ex jure naturæ permittente, non + [16] præcipiente, + ut liceat ſemper. + Neque enim id requirit humana ſocietas. Quod ſi quis dicat + videri jus gentium eſſe, ut id liceat: + reſpondebo, etiamſi in aliqua parte orbis id communiter ita receptum ſit, aut fuerit, + non tamen habere vim pacti inter gentes, + ſed eſſe [17] jus civile plurium gentium diſtributim, + quod a ſingulis tolli poteſt. + Et talia multa ſunt, quæ juris gentium vocant juriſconſulti, + ubi de rerum diviſione + & acquirendo dominio agitur.

+ VI. Notandum & hoc, + ſi ſolum jus naturale ſpectamus, + dominium non dari niſi in eo, [18] qui ratione utitur. + Sed jus gentium ob utilitatem communem introduxit, ut & infantes, & furioſi dominia accipere & retinere poſſent, + [19] perſonam illorum interim quaſi ſuſtinente humano genere. Sed nimirum humana jura + multa conſtituere poſſunt [20] præter naturam: contra naturam nihil. + Ideo dominium hoc, + quod favore infantium + & his ſimilium, + conſenſu gentium + humanius viventium introductum eſt, ſtat intra + [21] actum primum, nec ad + [22] actum ſecundum, ut loquuntur ſcholæ, poteſt pertingere, id eſt, + ad habendi, non ad per ſe utendi jus pertinet. + Nam alienatio, + & ſi qua huic ſunt ſimilia, in ipſa ſui natura includunt actum utentis ratione voluntatis, quæ in talibus exiſtere non poteſt. + Quo non male referas illud [d] Pauli Apoſtoli, pupillum quanquam rerum paternarum dominum, *d Gal.*
dum ejus eſt ætatis, nihil differre a ſervis, exercitio dominii ſcilicet. + De IV, 1.
mari cœpimus ſupra aliquid dicere, quod nunc abſolvendum eſt.

VII. Flumina + occupari potuerunt, quanquam nec [23] ſupra, nec [24] infra includuntur territorio, + ſed cum aqua ſuperiori, & cum [25] inferiori, aut cum mari cohærent. + Sufficit enim quod major pars, id eſt, latera clauſa ſunt ripis, + & quod [26] comparatione terrarum exiguum quid eſt flumen.

VIII. Ad hoc exemplum videtur + & mare occupari potuiſſe ab eo, qui terras ad latus utrumque poſſideat, etiamſi [27] aut ſupra pateat ut [28] ſinus, [29] aut ſupra

GRONOVII.

13 *Res mobiles*] Quæ nullius ſunt, ut feras, aves, piſces.

14 *Supra*] 2, 2. 5.

15 *Ex jure naturæ permittente*] Quod veniam dat faciendi aliquid, ubi mos vel lex civilis non adverſatur.

16 *Præcipiente*] Quod utique jubet ſic facere, & non aliter.

17 *Jus civile plurium*] Et hujus, & illius, & iſtius, & vel decem civitatum ex cujuſque placito; non jus gentium, neque ex communi & immutabili ſenſu omnium, aut moratiorum. Itaque poteſt, qui vult, id ſequi; qui non vult, repudiare.

18 *Qui ratione*] Quia ad dominium actus animi requiritur agnoſcentis aliquid pro ſuo, & habendi voluntas. §. 40. 43. 46. Inſt. de R. D. Adde infra 2, 22. 10.

19 *Perſonam illorum*] Conſiderati in genere, non in individuis: ut Fabius infans vel furioſus eſt dominus rerum patrimonii ſui, qua homo, & qua Fabius, non qua infans vel furioſus.

20 *Præter naturam*] Addendo naturæ, quod illa non facit quidem, fert tamen; non autem invertendo naturam.

21 *Actum primum*] Potentiam.

22 *Actum ſecundum*] Operationem.

23 *Supra*] A fonte & longo ſpatio deinceps.

24 *Infra*] In exitu & aliquanto ſpatio ante exitum.

25 *Inferiori*] Vel alieni territorii, vel nullius.

26 *Comparatione terrarum*] Quæ circumjacent & ſunt in territorio.

27 *Aut ſupra*] Unde terram intrat.

28 *Sinus*] Sinus patet vel aperturam habet tantummodo ſupra, ab alto ſcilicet mari, unde pars ejus terram intrat; non vero infra, hic enim objicitur terræ gremium.

29 *Aut ſupra*] Unde decurrit.

Digitized by Google

ſupra [30] & infra [31] ut fretum, + [32] dummodo non ita magna ſit pars maris, ut non cum terris comparata portio earum videri poſſit. + Et quod uni populo aut regi licet, idem licere videtur & duobus aut tribus, + ſi pariter mare interſitum occupare voluerint: + nam ſic flumina, quæ duos populos interluunt, ab utroque occupata ſunt, + ac deinde diviſa.

IX. 1. + Fatendum eſt, + in [33] partibus + cognitis Romano imperio + a primis temporibus ad Juſtinianum uſque, + juris gentium fuiſſe, ne mare a populis occuparetur, + etiam quod jus piſcandi attinet. + Nec audiendi ſunt qui exiſtimant, + cum in jure Romano [e] mare omnium commune dicitur, [34] commune civium Romanorum intelligi. + Nam primum voces ita ſunt univerſales, ut hanc reſtrictionem non ferant. Nam quod Latine mare + omnium commune dicitur, explicat Theophilus, + *κοινὸν* [35] *πάντων ἀνθρώπων.* [f] Ulpianus mare omnibus natura patere dixit, + & ita omnium eſſe ſicut aër. + Celſus, [g] maris communem eſſe uſum omnibus hominibus. Præterea manifeſte (dd) + diſtinguunt juriſconſulti publica populi, + in quibus & flumina, ab his communibus. Ita in + Inſtitutionibus legimus [h]: *Quædam naturali jure* [o] *communia ſunt omnium, quædam publica: Naturali jure communia ſunt omnium hæc, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Flumina autem omnia, & portus publica ſunt.* Et apud Theophil. *Φυσικῷ μὲν οὖν δικαίῳ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων ἐστι ταῦτα, ὁ ἀὴρ, τὸ ὕδωρ τὸ ἀένναον, θάλασσα.* Mox: *ποταμοὶ δὲ πάντες καὶ λιμένες πουβλικοί εἰσι, τοῦτ᾽ ἐστι τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ.*

e L. 2. §. 1. D. de rer. diviſ. §. 1. Inſtit. de rer. div.
f L. Vendit. 13. Comm. præd.
g L. 3. ne quid in loco publico. §. 1.
h De rer. diviſ. §. 1.

2. Sed & [d] de littoribus dixit Neratius [i] non ita eſſe publica, + ut quæ in patrimonio ſunt populi, ſed ut ea, + quæ primum a natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, id eſt, + ne populi quidem ullius: cum quo reſponſo pugnare videtur, quod Celſus ſcripſit: [k] *Littora, in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani eſſe arbitror: maris autem uſum communem omnibus hominibus.* + Sed conciliari videntur ita hæc poſſe, ſi dicamus Neratium de littore loqui, + quatenus uſus ejus navigantibus, aut [36] prætervehentibus eſt neceſſarius. + Celſum vero quatenus ad utilitatem perpetuam (ee) aſſumitur, puta

i L. Quod in littore. D. de acq. rer. dom.
k d. l. littora. D. Ne quid in loco publ.

G R O T I I.

e *Communia ſunt omnium*] Michaël Attaliates: *τινὰ δὲ πάντων εἰσὶν, οἷον ὁ ἀὴρ, τὸ ῥέον ὕδωρ, ἡ θάλασσα, ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης. quædam ſunt omnium, ut aër, ut aqua profluens, ut mare, & littus maris.* (Tit. II. Pragm.)

d *De littoribus*] In Baſilicorum eclogis lib. 1. tit. 1. c. 13. *οἱ αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξουσίᾳ εἰσί littora in omnium ſunt poteſtate.* vide & libro LIII. tit. VI.

G R O N O V I I.

30 *Et infra*] Ubi anguſtiis exit.

31 *Ut fretum*] Fretum patet, vel tranſitum habet, & ſupra, unde anguſtias intrat mare, & infra, ubi ex anguſtiis evadit.

32 *Dummodo non*] Modo terræ, quæ circa ſinum aut fretum in territorio ſunt, & mare incluſum habent, ſpatio longe id ſuperent, ut hæ merito una cum interveniente mari rationem totius, mare interveniens rationem partis habere videantur.

33 *Partibus*] Orbis terrarum.

34 *Commune civium*] Per vocabulum *Omnium* intelligi ſolummodo eorum, qui cives Romani cenſebantur, & a Latinis, Italicis, Fœderatis, externis, ſive alienigenis, qui in eodem verſarentur imperio, diſtinguebantur.

35 *Πάντων ἀνθρώπων*] Ergo non tantum *πολιτῶν Ῥωμαϊκῶν.*

36 *Prætervehentibus eſt*] Ut nemo, qui non ſit hoſtis, eorum uſu ad tempus prohiberi poſſit.

(dd) *Communia* hæc *omnium*, dicuntur etiam *Publica* a priſcis Ictis. Vide Clariſſ. N O O D T. *Probab. Jur.* Lib. I. Cap. VII. VIII. Quoad rem ipſam, vel non ſatis inter ſe conſenſiſſe, vel non ſatis accuratas habuiſſe notiones videntur Veteres illi Sapientes. Sed de eo non eſt heic agendi locus. *J. B.*

(ee) Vocem *perpetuam* addidi, quæ excidit in omnibus Editionibus, & quam deeſſe manifeſto patet ex oppoſitione. *J. B.*

puta ad ædificium permanens : + quod a prætore impetrari ſolere [l] Pomponius nos docet, + ut & jus ædificandi in mari, + id eſt, in parte littori proxima, & quæ littori quaſi accenſetur.

X. 1. + Hæc quanquam vera ſunt, tamen [e] ex inſtituto, non ex naturali ratione provenit, + quod mare eo quo diximus ſenſu occupatum non eſt, aut occupari jure non potuit. + Nam & flumen publicum eſt, ut ſcimus, + & tamen jus piſcandi [37] in diverticulo [m] fluminis occupari a privato poteſt. Sed & de mari dictum a Paulo [n] eſt, + ſi maris proprium jus ad aliquem pertineat, [38] uti poſſidetis interdictum ei competere; + quoniam ad privatam jam cauſam pertinet non ad publicam hæc res, + utpote cum de [39] jure fruendi agatur, quod ex privata cauſa contingit, + non ex publica : + ubi haud dubie [f] de exigua agit maris portione, + quæ in fundum privatum admittitur : + quod [g] a [40] Lucullo & aliis factum legimus. Valerius Maximus [o] de C. Sergio Orata : *peculiaria ſibi maria excogitavit*, [41] *æſtuariis intercipiendo fluctus*. Sed idem poſtea + contra veterum [p] Juriſconſultorum reſponſa ad [h] προθυρα, id eſt, veſtibula in Boſphoro Thracico produxit Leo Imperator, + ut ea quoque [42] ſeptis quibuſdam, quas + ἐποχὰς vocabant, includi + & privatim vindicari poſſent.

2. + Quod

l L. Quamvis. 50. D. de acquir. dom.
m L. Si quiſquam. 7. D. de diverſ. temp. præſcr.
n L. Sane 14. D. de injuriis.
o Lib. IX. c. 1.
p L. Injuriarum. circa finem. 13. §. 7. D. de injuriis.

G r o t i i.

e *Ex inſtituto*] Quo ipſo inſtituto uſi & Angli contra Danos : vide optimum *Camdenum* in reguo Eliſabethæ anno M DC.

f *De exigua agit maris portione, quæ in fundum privatum admittitur*] Salluſtius : (*Bell. Catil.* c. 13.) *a privatis compluribus ſubverſos montes, maria conſtructa.* Horatius Lyricorum libro II. carmine XVIII. (*verſ.* 20.)

Mariſque Bajis obſtrepentis urges
Summovere littora :

Et libro III. carmine I. (*verſ.* 33.)

Contracta piſces æquora ſentiunt
Jactis in altum molibus —

Vellejus Paterculus : (*Lib. II.* c. 33.) *Injectas moles mari, & receptum ſuffoſſis montibus mare.* Seneca in excerptis controverſiarum libro V. controv. V. *Maria ſubmoventur projectis molibus.* Plinius de terra lib. II. c. LXIII. *Ut freta admittamus, eroditur aquis.* Stagna ſtupenda admiſſo mari dixit *Lampridius* Severo. (*Cap.* 26.) *Caſſiodorus* IX. c. VI. *Quantis ibi molibus marini termini decenter invaſi ſunt, quantis in viſceribus æquoris terra promota eſt?* Tibullus :

Claudit & indomitum moles mare, lentus ut intra
Negligat hibernas piſcis abeſſe minas.

(Lib. II. Eclog. VI, 27.) De talibus piſcinis maritimis agit *Plinius* libro XXXI. Cap. VI. *Columella* rei ruſticæ libro VIII. c. XVI. & XVII. ubi hoc inter alia : *lautitias locupletum maria ipſa, Neptunumque clauſiſſe.* Similia habet *Ambroſius* Hexaemero V. c. X. & de Nabuthe cap. III. & *Martialis* aliquot locis. (Exempli gratia, libro X. Epigr. 30. verſ. 19. *& ſeqq.*)

g *A Lucullo*] Varro de eo : *Ad Neapolim L. Lucullus, poſteaquam perfodiſſet montem, & maritima flumina immiſiſſet in piſcinas, quæ reciproca fluerent, ipſe Neptuno non cederet eo piſcatu.* (De Re Ruſt. *Lib. III. Cap.* 17.) Plutarchus in ejus vita : καὶ τροχὰς θαλάσσης καὶ διαδρομὰς ἰχθυοτρόφους τοῖς οἰκητηρίοις περιελίσσοντος, καὶ διαίτας ἐναλίους κτίζοντος· (Pag. 518. C.) *Cum ipſe maris alveos, & plenos piſcibus euripos villis ſuis circumdaret, inque ipſo mari cœnacula fabricaret.* Plinius libro IX. c. LIV. *Lucullus exciſo monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, euripum & maria admiſit : qua de cauſa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat.*

h Πρόθυρα] Vide *Leonis* Novellas LVII. CII. CIII. CIV. *Attaliaten* pragmaticorum tit. XCV. *Harmenopulum* lib. 11. tit. 1. §. περὶ προθύρων. Vide & ſummum virum *Jacobum Cujacium* Obſervat. XIV, 1.

G r o n o v i i.

37 *In diverticulo fluminis*] Lacu, qui ex flumine in noſtrum agrum intrat, & ibi ſinum facit.

38 *Uti poſſidetis*] quo retinet poſſeſſionem, qui nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſedit.

39 *Jure fruendi*] Fructum, commoditatem, utilitatem percipiendi.

40 *Lucullo*] *Varro* de Re Ruſt. 3, 17.

41 *Æſtuariis*] Effoſſis lacubus, in quos admitteret mare; dein cataracta, vel emiſſario, quoties libuiſſet, clauderet.

42 *Septis quibuſdam*] Quales ſunt cetariæ. *Plinius* 9, 15.

2. + Quod ſi privatorum fundis aliquid maris poteſt accedere, + quatenus incluſum nempe eſt, + & ita exiguum, ut fundi portio cenſeri poſſit, + nec quo minus id fiat repugnat jus naturæ; + quidni & portio maris incluſa littoribus ejus fiat populi, eorumve populorum, cujus, quorumve ſunt littora, + dum ea pars maris ad territorium comparata non major ſit quam diverticulum maris comparatum ad magnitudinem fundi privati? + Nec obſtare, quod mare non undique includatur, exemplo fluminis intelligi poteſt, + & exemplo maris ad villam admiſſi.

3. Sed + multa, quæ natura permittit, jus gentium ex communi quodam conſenſu potuit prohibere. + Quare quibus in locis tale jus gentium viguit, + neque communi conſenſu ſublatum eſt, maris portio + quamvis exigua, & maxima ſui parte incluſa littoribus, in jus proprium populi alicujus non concedet.

XI. Verum notandum etiam, ſi quibus in locis + jus illud gentium de mari receptum non eſſet, + aut ſublatum, + tamen ex eo ſolo, quod terras populus occuparit, mare occupatum colligi non poſſe: + 43 nec animi actum ſufficere, + ſed 44 actu externo eſſe opus, + unde occupatio poſſit intelligi. Deinde vero + ſi 45 deſeratur poſſeſſio ex occupatione nata, jam mare redire ad veterem naturam, id eſt, ad uſum communem: + quod de inædificato littore reſpondit q Papinianus, + & de piſcatione in fluminis diverticulo.

q *L. præſcriptio. 45. D. de uſurp. & uſuc.*

+ XII. Illud certum eſt etiam, qui mare occupaverit navigationem impedire non poſſe + inermem & innoxiam, + quando nec per terram talis tranſitus prohiberi poteſt, + qui & minus eſſe ſolet neceſſarius + & magis noxius.

XIII. 1. + Ut autem ſolum i imperium (ff) in maris partem ſine alia proprietate occupetur, facilius potuit procedere: + neque arbitror jus illud gentium, + de

GRONOVII.

43 *Nec animi actum*] Quo quis forte apud ſe ſtatuerit, mare velle pro occupato ab ſeſe haberi, aut dominum maris ſe profiteri.

44 *Actu externo*] Nempe claſſe præſenti.

45 *Deſeratur poſſeſſio*] Si ea claſſis ex loco, quem obtinet, diſcedat.

(ff) Non poteſt heic diſtingui *imperium* à *dominio*; ut in Notis noſtris Gallicis, Deo dante, oſtendemus. Vide interim, circa totam hanc quæſtionem de Dominio Maris, Diſſertationem ſingularem Ampliſſ. BYNCKERSHOECKII; & quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. V. *J. B.*

GROTII.

i *Imperium in maris partem*] Philo (*plantat. Noæ*, p. 223. E. *Ed. Pariſ.*) ubi agit de regibus: καὶ τὰ ἄπειρα πλήθει καὶ μεγέθει πελάγη προσεκτήσαντο· *etiam maria numero infinita, immenſa magnitudine, ad terras adjecere.* Lycophron: (pag. 84. verſ. 4. *Edit. Meurſ.*)

Τῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν·

Terræ mariſque ſceptra, regnorumque opes.

(Habebunt ſcil. *Romani*) Virgilius: (Georg. 1. 31.)

Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

Julius Firmicus: (*Matheſ.* Lib. VI. c. 1.) *maris ac terræ dominia poſſidentes.* Nonnus: (Dionyſ. Lib. XLIII. pag. 1106, verſ. 14. *Ed. Wech.*)

Βερόη κράτος ἔσχε θαλάσσης.

Beroe pelagus ditione tenebat.

Termini regnorum Suetiæ in medio freti Ore ſunt. Johannes Magnus in Archiepiſcopis Upſalenſibus cap. XV. De Tyro Curtius: (Lib. IV. c. 4.) *Mare non vicinum modo, ſed quodcumque claſſes ejus adierunt, ditionis ſuæ fecit.* Unde proverbium: *Tyria maria* apud Feſtum. *Iſocrates* de Lacedæmoniis & Athenienſibus: (In *Panath.* p. 243. C. *Ed. Steph.*) συνέβη ἑκατέραν κυρίαν γενέσθαι τῆς κατὰ θάλατταν· ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν, ὑπηκόους ἔχειν τὰς πλείστας τῶν πόλεων· *Sic evenit, ut civitas utraque terram adipiſceretur eam, quæ mari ab ipſis poſſeſſo adjaceret, plurimaſque urbes haberet ſibi obſequentes.* Demoſthenes de Lacedæmoniis in Philippica III. (pag. 49. C.) θαλάττης ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης. *Et mare omne, & terras tenebant.* Scriptor vitæ Timothei: *quo facto Lacedæmonii de diuturna contentione deſtiterunt, & ſua ſponte*

Digitized by Google

r † de quo diximus, obſtare. Argivi olim cum Athenienſibus expoſtularunt, s † quod ſuo mari Spartanos Argivorum hoſtes tranſire ſiviſſent: † quaſi violato fœdere, quo cautum erat, ne alter populus hoſtes alterius ſineret ire *διὰ τῆς ἑαυτῶν*, *per ſui imperii loca.* Et in induciis annalibus belli Peloponneſiaci t permittitur

r *Boſſius tit. de aquis n. 36. allegans Bal. Cepoll. & alios. Vide L. unicam c. de claſſicis. lib. VI.*

s *Thucyd. lib. V. c. 56.*

t *Idem Lib. IV. c. 118.*

† *Sponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt.* (Corn. Nepos c. 2.) Scriptor orationis de Haloneſo, quæ eſt inter Demoſthenicas, de Philippo loquens Macedone: *οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ἀξιῶν ὑφ' ὑμῶν εἰς τὴν θάλατταν κατασταθῆναι, ϗ ὁμολογῆται ὑμᾶς ὡς οὐκ ἄνευ Φιλίππου οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάττῃ φυλακὴν δυνατοί ἐστε φυλάττειν*· (Pag. 31. B.) *Nihil ille quærit aliud, quam à nobis in poſſeſſione conſtitui maris, & a nobis confeſſionem exprimere, nos abſque ipſo nec maris cuſtodiam poſſe retinere.* Julianus Imperator de Alexandro, molitum eum eſſe bellum hoc animo: *ὅπως γῆς τε ἁπάσης ϗ θαλάττης κύριος γένοιτο*· *ut terræ mariſque totius dominus fieret.* (Orat. III. p. 107. C. *Edit. Spanh.*) Hujus ſucceſſor Antiochus Epiphanes apud Gorioniden: *Nonne terra & mare mea ſunt?* De alio ejuſdem ſucceſſore Ptolemæo *Theocritus*: (*Idyll.* XVII, 76.)

Πολλᾶς δὲ κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας.

Lateque imperitat terris, lateque profundo.

Item: (*Ibid.* verſ. 91.)

— θάλασσα δὲ πᾶσα ϗ αἶα,

Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ.

— *omnis telluſque fretumque*

Altiſonique omnes ſub rege jacent Ptolemæo.

Tempus eſt ad Romanos veniamus. Scipioni majori ſic Annibal in Livio: (*Lib.* XXX. c. 30.) *Carthaginenſes incluſi Africæ littoribus, vos, quando Diis ita placuit, externa etiam terra marique videamus regere imperia.* De minore Scipione *Claudianus*: (*De ſec. Conſ. Stilicon.* Præf. verſ. 7. 8.)

— *patriis primo cum manibus ultor*
Subderet Hiſpanum legibus Oceanum.

Itaque mare internum paſſim ſuum vocant Romani, *Salluſtius*, *Florus*, *Mela*, alii. Sed plus adjicit *Dionyſius Halicarnaſſenſis*: (*Antiq. Rom.* L. I. c. 3.) *πάσης κρατεῖ θαλάσσης οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ ϗ τῆς ὠκεανίτιδος ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι*· *Populus Romanus omni mari imperat, non modo ei, quod inter columnas eſt Herculis, ſed & oceani, in quantum navigatur.* De iiſdem *Dion Caſſius*: *πάσης σχεδὸν βασιλεύοντες γῆς ϗ θαλάσσης*· *omni ferme imperant terræ marique.* *Appianus* in præfatione deſcribens Romani imperii magnitudinem, ſub eo ponit mare Euxinum, Propontidem, Helleſpontum, Ægæum, Pamphylium, & Ægyptium mare. Pompejo datum imperium in omne id mare, quod intra Herculeas eſt columnas. ita *Plutarchus* & *Appianus*. *Philo* in Flaccum: (*Pag.* 980. B.) *ἀφ' οὗ τὴν ἡγεμονίαν ὁ Σεβαστὸς οἶκος ἀνήψατο γῆς ϗ θαλάσσης*· *ex quo Cæſarum domus terræ mariſque imperium adepta eſt.* De Auguſto *Ovidius*: (*Metam.* XV, 831.)

—— *pontus quoque ſerviet illi.*

Inſcriptio in ejus honorem: (Apud *Gruter.* p. 194. num. 4. Edit. prim.) *Orbe, terra & mari pacato. Auguſtus Janum Quirinum terra marique pace parta ter clauſit*, teſte *Suetonio*: (*Aug.* c.22.) qui de eodem; (*Cap.* 49.) *Claſſem Miſeni & alteram Ravennæ ad tutelam ſuperi & inferi maris collocavit.* Ad Tiberium Valerius Maximus: (*Præfat.* p. 2.) *Penes te hominum Deorumque conſenſus maris & terræ regimen eſſe voluit.* De eodem *Philo*: (*De legat. ad Cajum*, pag. 1012. C.) *γῆς ϗ θαλάσσης ἀνειλημμένον κατὰ κράτος*· *qui imperio terram ac mare complectebatur.* Idem de Cajo Tiberii ſucceſſore· *Γάϊον μετὰ τὴν Τιβερίου τελευτὴν παρειληφότα τὴν ἡγεμονίαν πάσης γῆς ϗ θαλάττης.* (Ibid. pag. 993. C.) *Cajum qui poſt mortem Tiberii imperium omne terræ mariſque ſuſcepit.* Veſpaſianum *Joſephus* vocat, (*De Bell. Jud.* Lib.III. Cap. 8. §. 9. *Ed. Hudſon.*) *δεσπότην ϗ γῆς ϗ θαλάσσης*· *terræ mariſque dominum*: idem jus Antonino multis in locis *Ariſtides* tribuit. *Procopius* Imperatoris ſtatuas effictas narrat orbem tenentes, *ὅτι γῆ τε αὐτῷ ϗ θάλασσα δεδούλωται*· *quod ei ſubjecta eſſet terra & mare.* (De ædific. Juſtin. Cap. 2. *de Auguſtæo.*) Niectas Patricius Adriatici littoris ſervator memoratur in literis Ludovici II. (Apud Goldast. *Conſtit. Imperial.* Tom. I. pag. 118.) Conſtantinus Monomachus in hiſtoria dicitur *γῆς ϗ θαλάσσης κύριος ϗ δεσπότης*· *terræ mariſque Imperator ac dominus.* Et inter themata, id eſt, provincias Romani imperii, ponitur mare Ægæum. (apud *Conſtantin. Porphyrogen.* L. I. Them. 17.) Francos mari ad Maſſiliam, & circum imperaſſe narrat *Procopius* Gotthicorum III. [*Cap.* 33.] De jure Venetæ reipublicæ vide *Parutam* libro VII., & ſpecialem hiſtoriam de Uſcochis. Addi his poſſunt juriſconſulti recentiores ad c. ubi periculum, 3. de electione in VI. *Bartolus*, *Angelus*, *Felinus* in c. ad liberandum, 17. in principio: de Judæis. *Baldus* ad titulum digeſtorum de rerum diviſione col. 2. Afflictus in tit. quæ ſint regalia. *Cacheranus* deciſione Pedemontana 155. num. 4. ubi ex *Baldo* dicit totum mundum hoc jure uti. *Albericus Gentilis* advocationis Hiſpanicæ 1, 8. [In loco, quem Auctor adfert, tamquam ex *Dione Caſſio*, videtur memoriâ lapſus hunc Scriptorem laudaſſe pro Themistio, apud quem ſaltem totidem verbis reperies verba adducta, *Orat.* V. pag. 137. *in fin. Edit. Petav.* 1618.]

mittitur Megarenſibus navigare mari, + quod ad ipſorum ſociorumque terram pertineat, *τῇ θαλάσσῃ ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν.* Sic *θάλασσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων πᾶσαν*, mare omne, quod Romani eſt imperii, dixit Dion Caſſius [u] libro XLII. Themiſtius de Romano Imperatore: *τὴν γῆν καὶ θάλασσαν ὑπήκοον ἔχων*: *habens ſibi ſubditam terram & mare.* Oppianus ad Imperatorem. [*Halieut.* III, 4.]

u *Pag.* 211. A. *Ed. H. Steph.*

—— *σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα*
Εἱλεῖται —— ——

—— *tuis etenim ſub legibus æquor*
Volvitur —— ——

Et Dion Pruſæenſis, [x] in altera ad Tarſenſes, multa ei civitati ab Auguſto ait conceſſa, inter alia *ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῆς θαλάττης τῆς κατ' αὐτήν*: *jus in amnem Cydnum, & proximam maris partem*: Et apud Virgilium legimus: (*Æn.* I. 236.)

x *Pag.* 415. D.

Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Apud [y] Gellium: *Fluminum quæ in mare, qua Imperium Romanum eſt, fluunt.* Notat Strabo [z] Maſſilienſes multa cepiſſe ſpolia cum prœliis navalibus viciſſent *τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάσσης ἀδίκως*: *eos, qui injuſte de mari controverſiam moverent.* Idem Sinopen [a] ait imperitaſſe mâri in Cyaneas.

y *Lib.* X. c. 7.
z *Lib.* IV. p. 180.
a *Lib.* XII. p. 545.

2. Videtur autem imperium in maris portionem + eadem ratione acquiri, qua imperia alia, id eſt, + ut ſupra diximus, [46] ratione perſonarum, & ratione territorii. Ratione perſonarum, + ut ſi claſſis, qui maritimus eſt exercitus, aliquo in loco maris ſe habeat: ratione territorii, + quatenus ex terra cogi poſſunt, qui in proxima maris parte verſantur, + nec minus quam ſi in ipſa terra reperirentur.

XIV. Quare + nec contra jus naturæ +, aut gentium faciet, qui + recepto in ſe onere tuendæ navigationis, juvandæque per [47] ignes nocturnos, & [48] brevium ſigna, [k] vectigal æquum impoſuerit navigantibus, quale fuit Romanum + vectigal

G R O T I I.

k *Vectigal æquum*] Rhodii olim portorium de inſulis exegere, etiam de Pharo apud Alexandriam, teſte *Ammiano* lib. XXII. [Cap. 16. p. 373.] De Venetis, qui in Gallia, Cæſar: *In magno impetu maris, atque aperto, paucis portubus interjectis, quos tenent ipſi, omnes fere qui eodem mari uti conſueverunt, habent vectigales.* (Bell. Gall. III. 8.) *Florus* de Romanis: *Pudebat nobilem populum ablato mari, raptis inſulis, dare tributa, quæ jubere conſueverat.* (Lib. II. c. 6.) *Plinius* VI. c. XXII. Annii Plocami meminit, qui maris rubri vectigal a fiſco redemerat. Idem capite ſequenti de mari agens, quo in Indiam navigatur: *Omnibus annis navigatur ſagittariorum cohortibus impoſitis. Etenim piratæ maxime infeſtant.* Diſputationes egregias de modo vectigalis vide in Eliſabetha *Camdeni* Anno M D LXXXII. & M D C I I.

G R O N O V I I.

46 *Ratione perſonarum*] Imperio temporario: ut Hannibal interpretabatur ſolum eſſe ſuum, quod captum bello poſſideret, haberetque caſtris ad urbem poſitis. *Liv.* 26, 11. Cæterum hæc claſſium auctoritas inde agnoſcitur, quod claſſem prætervehens una navis vela ſubmittere compellitur.

47 *Ignes nocturnos*] Pharos. *Sueton.* Calig. 46. Claud. 20.

48 *Brevium*] Vadoſorum & minus profundorum locorum. *Virgil.* 1. Æn. 115. *Tres Eurus ab alto In brevia & Syrtes urget.* lib. 10, 289. *multi ſervare recurſus Languentis pelagi & brevibus ſe credere ſaltu.*

tigal [b] Erythræum, (gg) ob ſumtus exercitus maritimi adverſus piraticas excurſiones: & [l] quod in ponto Bizantini exigebant διαγώγιον, & quod jam olim Athenienſes occupata [49] Chryſopoli exegerant in ponto eodem, memorante utrumque [50] Polybio: [c] & quod in Helleſponto olim Athenienſes eoſdem exegiſſe oſtendit [m] Demoſthenes [d] in Leptinen; ſuo autem tempore Romanos Imperatores in arcana hiſtoria memorat Procopius.

XV. 1. Inveniuntur exempla fœderum, quibus populus alter alteri populo ſe obſtringit, + ne ultra certum terminum naviget. Sic inter reges accolas rubri maris & Ægyptios [e] convenerat olim, ne Ægyptii in id mare venirent ulla navi longa, oneraria non plus una. Sic inter [f] Athenienſes & Perſas [n] Cimonis ætate placuerat, ne qua navis Medica armata [51] intra Cyaneas & Chelidonia navigaret; [52] intra Cyaneas & Phaſelidem + poſt prælium ad Salaminem: in annalibus induciis [g] belli Peloponneſiaci, ne Lacedæmonii navigarent longis navibus, ſed aliis navigiis, quæ ferrent ponderis non amplius quingentis talentis: + & primo fœdere, quod ſtatim ab exactis [h] regibus [o] Romani cum Carthaginienſibus fecerant,

b Plinius lib. XIX, 4. *Strabo lib.* XVII. p. 798.
c Lib. IV, c. 44.
d Pag. 369. A. B.
e Philoſtr. de vita Apoll. l. III. c. XI. (c. 35. *Ed. Olear.*)
f Plut. Cim. p. 487. A. *Diod. l.* XI. c. 61. *Ariſtid. in Panath.* p. 294. Tom. I. *Ed. Paul. Steph.*
g Thucyd. Lib. IV. c. 118.
h Polyb. III, 22.

GROTII.

l *Quod in ponto Byzantini exigebant*] Meminit Byzantini vectigalis *Herodianus* Severo. (*Lib.* III. c. 1.) *Procopius*, tum in vulgata, tum in arcana hiſtoria, (*cap.* 25.) etiam veteris vectigalis in Helleſponto meminit, novi autem ad fauces maris Euxini, & in freto Byzantino. Byzantini exactionem fuiſſe ad ædem Blachernianam, Helleſpontiacum Abydi docet *Theophanes*. Abydi illud δεκατευτήριον, id eſt, vectigalarium decimæ, vocat *Agathias* libro V. (*cap.* 5.) minuit id Irene. Emmanuel Comnenus Imperator monaſteriis aliquibus conceſſit θαλάσσια δίκαια, *obventiones e mari*. Docet *Balſamo* in Concilii Chalcedonenſis canonem IV. & Synodi VII. canonem XII.

m *Demoſthenes in Leptinen*] Idem ibidem accepta Byzantio dominos maris factos ait Athenienſes. *Ulpianus* Scholiaſtes ſolutam ibi ait decimam. [Pag. 134. C. Tom. II. *Ed. Baſil.* 1572.]

n *Cimonis ætate*] Hæc eſt illa εἰρήνη περιβόητος, *nobiliſſima pax*, Plutarcho, qua & hoc convenerat, ut Perſæ a mari tantum ſpatii abſiſterent quantum ferret equi curſus, id eſt, XL. ſtadia. Meminit & *Iſocrates* Panathenaico. (Locus eſt *pag.* 244. E. *Ed. H. Steph.* Sed Auctor noſter dixit *quadraginta ſtadia*, pro *quadringentis*: nam totidem continebat ἵππου δρόμος, ut exponitur à *Plutarcho*, pag. 491. τετρακοσίων σταδίων ἐντός. Et res ipſa clamat: quadraginta enim ſtadia conficiunt tantum unum *miliare* vulgare, ſeu ter mille paſſuum Geometricorum, cum duabus tertiis: quis autem Equus, per unum diem, non longè majus ſpatium itineris abſolveret? Vide DEMOSTHEN. *Orat. de falſ. legat.* pag. 273. A DIOD. SICUL. Lib. XII. Cap. 4. & ARISTID. *Orat. in laudem Rom.* p. 349. Tom. I. Aliud eſt ἱππικὸν, de quo alibi PLUTARCHUS, *Vit. Solon.* pag. 91. C. nimirum ſpatium, quod emetitur Equus in Agonibus, & *quatuor* erat *ſtadiorum*, ut ipſe ſtatim exponit. Hæc duo tamen confudit J. CASPAR EISENSCHMID, in libro ceteroquin utiliſſimo *De Ponderibus & Menſuris Veterum* &c. p. 113. *J. B.*)

GRONOVII.

49 *Chryſopoli*] Quod nunc *Scutari* vocatur, e regione Conſtantinopoleos.

50 *Polybio*] 4. p. 312.

51 *Intra Cyaneas & Chelid.*] Eadem eſt hiſtoria, idemque fœdus: nam Chelidoniæ ſunt inſulæ tres in mari Pamphylio contra Phaſelidem, quæ eſt in continenti. Nec placuit horum quicquam poſt prælium ad Salaminem: tunc enim nullum fœdus factum eſt, cum proxime ſucceſſerint ad Plateas & Mycalem pugnæ: ſed ad Eurymedontem amnem a Cimone victi Perſæ hanc conditionem acceperant. De Chelidoniis *Strabo* 14, 666. (In prima Editione Auctor dixerat ſimpliciter: *ne qua navis Medica armata extra Cyaneas navigaret*. Poſtea in Edit. 1632. hæc addidit. *Ne qua* &c. . . *Cyaneas & Chalidonia navigaret: extra Cyaneas & Phaſidem poſt prælium ad Salaminem*. Unde patet, quam parum accuratè & emendatè, vitio memoriæ, hæc omnia ſcripſerat. *J. B.*)

52 *Intra Cyaneas & Phaſelidem*] *Iſocrat.* Panathen. p. 580.

(gg) Qui in ora libri heic laudatur, *Plinius*, nil tale habet; niſi quod refertur ab auctore, in Notâ, de *Annio Plocamo*, ex *Lib.* VI, 22. *J. B.*

GROTII.

o *Romani cum Carthaginienſibus*] *Servius* ad illud IV. Æneidos:

Littora littoribus contraria.

Quia in fœdere cautum fuit, ut neque Romani ad littora Carthaginenſium accederent, neque Carthaginenſes

rant, convenerant ne Romani, Romanorumve ſocii ultra [53] Pulchrum promontorium navigarent, extra quam ſi tempeſtatis aut hoſtium vi compulſi eſſent: qui vi compulſi adveniſſent, nihil ſumerent præter neceſſaria, & intra diem quintum abſcederent. Et [p] in ſecundo fœdere, ne Romani ultra Pulchrum promontorium, Maſtiam & Tarſejum prædas agerent mercatumve irent. In pace cum Illyriis, [i] ne Illyrii ultra Liſſum (hh) pluribus quam duobus lembis, iiſque inermibus navigarent. In pace cum Antiocho, [k] ne citra [54] Calycadnum & Sarpedonem promontoria navigaret, extra naves [55] quæ ſtipendium, legatos, aut obſides portarent.

i App. Illyr. p. 760. Ed. H. Steph.
k Livius l. XXXVIII. c. 38.

2. + Sed hæc non docent occupationem maris, aut juris navigandi. + Poſſunt enim ut ſinguli, ita & populi pactis, non tantum [56] + de jure quod proprie ſibi competit, + ſed & de eo quod cum omnibus hominibus commune habent, in gratiam ejus cujus id intereſt decedere: quod cum ſit, dicendum eſt quod dixit [l] + Ulpianus in ea facti ſpecie, qua fundus erat venditus hac lege, ne contra venditorem [57] piſcatio thynnaria exerceretur, mari ſervitutem imponi non potuiſſe, ſed + bonam fidem contractus expoſcere, ut lex venditionis ſervetur. + Itaque perſonas poſſidentium & in jus eorum ſuccedentium obligari.

l L. Venditor. 13. D. Comm. præd.

XVI. 1. [58] + Frequens eſt inter vicinos populos contentio, quoties flumen curſum

ginenſes ad littora Romanorum. Simile fœdus Romanorum cum Tarentinis: μὴ πλεῖν Ῥωμαίους πρόσω Λακινίας ἄκρας· *ne Romani ultra promontorium Lacinium navigarent;* eſt hoc in excerptis ad legationes ex *Appiano.* (Excerpt. *Fulvii Urſini*, num. 5. *pag.* 444. *init.*) merſos a Pœnis externos, qui in Sardiniam vel ultra columnas navigarent, tradit *Strabo* libro XVII.

p *In ſecundo fœdere*] Erat & hoc in eo, ne Romani in Africam aut Sardiniam appellerent, niſi commeatus accipiendi aut naves reficiendi cauſa. Poſt bellum Punicum tertium caſtigatus Senatus Carthaginenſis, quod contra fœdus exercitum & navalem materiam haberet. Teſtis *Livius* Epit. lib. XLVIII. & XLIX. Simile eſt quod Sultanus Ægypti, pacto cum Græcis facto, impetravit, ut ei ſemel anno duas naves trans Boſphorum mittere liceret. Eſt id apud *Gregoram* libro IV. Antiochi olim pax & hoc continebat, ne is armatas naves haberet plures XII. *Appianus* Syriaco. (*pag.* 112. *Ed. Steph.*) Naves armatæ Adriaticum ſinum ingredi per Venetos vetantur ex pactis. Vide *Thuanum* libro LXXX. in anno M D LXXXIV.

(hh) Repoſui *Liſſum*, pro *Leſſum*, quod habent omnes Editiones. Nulla eſt urbs *Leſſus*: & ἔξω τοῦ Λισσοῦ ait POLYBIUS, *Hiſt.* Lib. II. Cap. 12. unde has fœderis leges ſumſit Auctor noſter, quamquam in orâ libri ſolum *Appianum* indicet, qui paullum alio modo eas refert. Sic in præcedentibus edidi *Maſtiam* pro *Maſſiam*, quod perperam legitur in omnibus Editionibus. Ceterum de veteribus illis urbibus *Maſtia* & *Tarſeio*, quas ſilentio prætermittit CELLARIUS in Geographia Antiqua, vide BOCHARTUM, *Phaleg.* Lib. III. Cap. 7. *J. B.*

GRONOVII.

53 *Pulchrum promontorium*] In Africa. *Liv.* 29, 27.

54 *Calycadnum & Sarpedonem*] In Cilicia.

55 *Quæ ſtipendium*] Quod ei pendendum erat ex fœdere Romanis. *Liv.* 38, 38.

56 *De jure decedere*] Ut ſi quis paciſcatur, ne in aream alterius lumen e ſua domo habeat, non eo aer ſit proximi poſſidentis, ſed alter de jure ſuo remittit.

57 *Piſcatio thynnaria*] Thynnorum piſcium. *Hor.* 2. ſat. 3. *Plures annabunt thynni & cetaria creſcent.*

58 *Frequens &c.*] Hæc quidem docta ſunt, ſi recte tradantur, ſed ad præſentem quæſtionem parum faciunt. Videtur autem vir ſummus auctores finium regundorum valde defunctorie legiſſe. *Limitatus* ager appellatur, qui & diviſus aſſignatuſque, non quod manufactos limites pro finibus haberet, ſed quia conciſus erat limitibus factis (*decumanos* & *cardines* vocabant: illos, qui orientem & occidentem ſpectabant, hos, qui meridiem & ſeptentrionem) per centurias perque partes, quæ privatis poſſeſſoribus dono principis eſſent adſignatæ, ita ut certus numerus centuriarum & jugerum limitibus includeretur. Quum ſecundum genus nominavit *aſſignatos & menſura comprehenſos*, fruſtra addit, *per centurias & jugera:* nam horum ratio habetur in limitato. At hujus tantummodo modus univerſus per extremitatem menſuræ comprehendebatur. Ideo non *limitatus*, non *diviſus*, ſed *aſſignatus* tantum, & *menſura comprehenſus* vocabatur. *Arcifinius* quoque dictus, non quod fines hoſtibus arcendis idoneos haberet, ſed quod arcuerat fines, vel non haberet

Digitized by Google

curſum mutavit, + an ſimul & imperii terminus mutetur, & an quæ flumen adjecit + eis cedant, quibus adjecta ſunt: quæ controverſiæ + ex natura & modo acquiſitionis definiendæ ſunt. + Docent nos [m] menſores tria eſſe agrorum genera: + [59] diviſum, & aſſignatum, + quem limitatum vocat [n] Florentinus Juriſconſultus, + quia manufactos limites pro finibus habet; + [60] aſſignatum per univerſitatem, ſive [q] menſura comprehenſum, + puta per centurias ac jugera; + & arcifinium, qui inde dictus, + docente [o] Varrone, + quod [61] fines habeat arcendis hoſtibus idoneos, id eſt naturales: + ut ſunt [62] flumina & + [r] montes. Hos [63] occupatorios dicit Aggenus [p] Urbicus, quia plerumque tales ſunt

[m] *Jul. Frontin. De agror. qualit.* p. 38. *Ed. Goeſ.*

[n] *L. in agris limitatis, 16. D. de acq. rer. dom.*

[o] *Apud Frontin. ubi ſupra.*

[p] *De limit. Agr. p. 45.*

haberet fines menſoria ratione comprehenſos. Frontinus: *Ager eſt arcifinius, qui nulla menſura continetur.* Eoſdem propterea *Siculus Flaccus*, ait, *ſolutos* vocari. Iidem teſtantur nihil *ſubſecivorum* intervenire, nempe quæ a menſuris decempeda reſtabant. Appellabantur & *occupatorii*, quia eorum unuſquiſque privato arbitrio occupaverat ſine adſignatione, non modo tantum quantum colere poterat, ſed quantum in ſpe colendi habebat. Nec vero hic ager neceſſario terminos habebat naturales: poterat enim occupator ſibi terminos ſtatuere, quos voluerat, vel ſepimento, vel foſſa manufacta.

In duobus primis agrorum generibus, ſi flumen curſum mutet, nihil, ait, de territorio mutari. Non eſt perpetuum. Poterat enim tam limitatus, quam menſura comprehenſus ager ad fines territorii eſſe, & vel hic, vel ille fluvio imperia terminante includi; quod ſi eſſet, haud dubie, quod decedebat agris decedebat territorio: quod alteri ripæ accedebat, ſub aliam juriſdictionem veniebat. Rurſus, ait, in arcifiniis flumen mutato curſu mutaſſe territorii fines &c. Ne hoc quidem perpetuo verum. Nam arcifinius ager eſſe poterat & in medio territorio, utpote ſi quis loca deſerta, vaſta, inculta occupaverat: qualia magnis regnis & imperiis frequentia interveniunt. Ibi ſi flumen eſſet, quicquid ageret, manebat, quod erat, territorium.

Illud prorſus mirum, quod in dubio imperia, quæ ad flumen pertinent, arcifinia putanda eſſe ait, & ut limitata, aut menſura comprehenſa ſint, rarius accidere. Primo inauditus eſt ſermo, *imperium arcifinium*, *imperium limitatum*, *imperium menſura comprehenſum.* Agrorum hæc vocabula ſunt, non imperiorum. Dein dubium tale nobis eſſe non poteſt, quia nulli nobis ejuſmodi agri. Tertio quomodo poteſt eſſe dubium, ſi vera eſt Auctoris ſententia, omnes agros limitatos & adſignatos eſſe in meditullio imperii, omnes in extremo arcifinios. Minime igitur hic ſervit hypotheſi ſuæ. Denique apud Romanos, quibus ſolis iſtæ agrorum varietates notæ, ſi dubium hujuſmodi incidiſſet, adibatur ſcrinium Imperatoris, in quo erant omnium limitatorum & aſſignatorum agrorum formæ: ſi de quo quærebatur, ejus nulla extaret forma, pro arcifinio erat. Meminerunt hujus rei ſæpe dicti auctores finium regundorum. [Non deſunt tamen, quæ pro Auctore noſtro adverſus hanc criſin, & alterius Viri Eruditiſſimi *Wilhelmi Goeſii*, in animadverſionibus ad Rei Agrariæ Auctores, dici queant; ut patet ex noſtris ad hunc locum Gallicis Notis. *J. B.*]

59 *Diviſum & aſſignatum*] Qui veteranis & colonis per centurias, & jugera modo certo adſcripto datus eſt.

60 *Aſſignatum per univerſitatem*] Quum modus univerſus & indiviſus civitati tribuebatur: hic tantum per extremitatem menſura comprehendebatur, non per centurias & jugera, ut perperam Auctor. Centuriæ & jugera ſunt limitati, vel diviſi & adſignati. Centuria modus eſt agri CC. vel CCL. jugerum. Jugerum in longitudinem numerat pedes CCXL. in latitudinem pedes CXX. *Colum.* 5, 1. Quidam tamen voluerunt menſuram per extremitatem comprehenſam eſſe centuriam.

61 *Fines hoſtibus arcendis*] Imo quod fines arcuit, & poſſeſſor ejus liberum ſibi reliquit, quouſque colere aut poſſidere velit.

62 *Ut flumina & montes*] Immo & aquarum divortia & manufactas vias, foſſas, arbores antemiſſas, nec menſura continetur. Sic F. p. 4.

63 *Occupatorios*] Quia non ex menſuris actis modum acceperunt, ſed patent quatenus excoluit, aut quantum eorum ſpe colendi occupavit poſſeſſor. Primi habent limites inter ſingulas centurias, duo poſteriora genera non limites, ſed terminos. Sic 18, 22.

GROTII.

q *Menſura comprehenſum*] Exemplum vide apud *Servium* ad eclogam IX. [Sed agitur ibi de *agris limitatis*. Vide ad *verſ.* 7. & 28. *J. B.*]

r *Montes*] *Tacitus* de Germania: *a Sarmatis Daciſque mutuo metu aut montibus ſeparatur.* c. 1. *Plinius* libro XXXVI. *Evehimus ea, quæ ſeparandis gentibus pro terminis conſtituta erant*, de Alpibus loquens. [Locus eſt *Cap.* 1. ubi ſuſpicor pro *Evehimus*, legendum *Evellimus*, quæ vox aptiſſima ad *terminos* motos ſignificandos. Et de *evectione* in ſequentibus agitur: *Naveſque marmorum cauſſa fiunt, ac per fluctus. . . . . huc illucque portantur juga montium* &c. Tota ſeries orationis mihi videtur favere huic facillimæ emendationi. Peritiores judicent. *J. B.*]

Digitized by Google

ſunt agri, + qui aut eo quod vacui ſunt, + aut etiam bello occupantur. + In duobus primis agrorum generibus + etiamſi flumen curſum mutet, [64] nihil de territorio mutatur: & + [65] ſi quid alluvio adjecit, + id occupantium imperio accedit.

2. In arcifiniis + [s] flumen mutato paulatim curſu + mutat & territorii fines, & quicquid flumen parti alteri adjecit, ſub ejus imperio eſt, cui adjectum eſt: + quia ſcilicet eo animo populus uterque imperium occupaſſe primitus creditur, + [t] ut flumen ſui [66] medietate eos dirimeret, + tanquam naturalis [67] terminus. + Tacitus dixit: [q] *Certum jam alveo Rhenum*, [u] *quique terminus eſſe ſufficiat.* + Diodorus Siculus, [r] ubi controverſiam narrat, quæ inter Egeſtanos & Selinuntios fuit, ποταμοῦ, ait, τὴν χώραν ὁρίζοντος, *amne fines diſcriminante.* Et Xenophon [s] talem amnem ſimpliciter τὸν ὁρίζοντα, id eſt, + *finitorem*, vocat.

3. + Narrant veteres Acheloum amnem, incerto curſu, modo ſectum in partes, modo circumactum obliquo agmine (unde [68] tauri & ſerpentis formam induiſſe dicitur) diu de agro adjacente belli cauſam Ætolis & Acarnanibus præbuiſſe, [t] donec + eum Hercules aggeribus [69] domuit, eoque beneficio Oenei Ætolorum regis [70] filiam in matrimonium impetravit.

q *De Moribus Germ.* c. 32.
r *Lib.* XII. c. 82. pag. 328. *Ed. H. Steph.*
s *Lib.* IV. *Exp. Cyri*, c. 8. §. 1.
t *Strabo l.* X. p. 458.

+ XVII. 1. + Sed hoc ita demum locum habebit, + ſi non alveum mutaverit amnis. + Nam flumen, + etiam qua [71] imperia diſterminat, non conſideratur nude qua aqua eſt; + ſed qua aqua alveo tali fluens, ripiſque talibus incluſa. + Quare particularum adjectio, [u] deceſſio, aut talis immutatio, [72] quæ toti ſpeciem veterem relinquat, rem ſinit eandem videri. + At ſi totius ſpecies ſimul mutetur, res erit alia. Atque ideo + ſicut interit flumen, quod in loco ſuperiore molibus obſtructum eſt, novumque naſcitur facta manu foſſa, in quam aqua immittitur: ita [x] ſi deſerto alveo veteri alià irruperit flumen, + non idem erit quod fuit ante, ſed novum vetere extincto: + & ſicut ſi exaruiſſet flumen, + imperii terminus maneret medietas alvei, qui proxime fuiſſet: + quia mens ea populorum fuiſſe cenſenda eſt, ut flumine quidem naturaliter dirimi vellent; quod ſi flumen eſſe deſiiſſet, + ut tum teneret quiſque [73] quod tenuiſſet: + [x] ita mutato alveo idem obſervandum erit.

u *L. Proponebatur*, 76. *D. de judiciis.*
x *L.* 3. §. 2. *ff. de aq. quot. & æſtiva.*

2. + In

s *Flumen mutato paulatim curſu*] Vide *Johannem Andreæ*, & alios citatos à *Reinkingio* libro I. claſſe V. c. 1.

t *Ut flumen ſui medietate eos dirimeret*] Exemplum in Vedaſo amne apud *Marianam* libro XXIX. (Cap. 23.)

u *Quique terminus eſſe ſufficiat*] Spartianus Adriano: (*Cap.* 12.) *in plurimis locis, in quibus barbari non fluminibus, ſed limitibus dividuntur.* Phaſim amnem σύνορον, id eſt, confinem vocat *Conſtantinus Porphyrogenneta*, c. XLV.

x *Si deſerto alveo veteri*] Ut Bardarus amnis apud *Annam Comnenam.* libro I. (*cap.* 5.)

GRONOVII.

64 *Nihil de territorio*] Quaſi centuria non potuerit finiri flumine.

65 *Si quid alluvio*] Si parvum quid eſſet, contemtum: ſi magna pars, ad ſubſeciva pertinuiſſe cenſeo in diviſo & adſignato.

66 *Medietate*] Quaſi linea ducta per medium alveum.

67 *Terminus*] Non tam vagum & ſtagnantem ſuper minus profundo, ſed alveo profundiſſimo collectum & incluſum, ut pro territorio & munimento imperii eſſe poſſit.

68 *Tauri & ſerpentis formam*] In fabula luctæ cum Hercule *Ovidius* 9. Metam. 63. & 80.

69 *Domuit*] In certum alveum incluſit.

70 *Filiam*] Deianiram.

71 *Imperia diſterminat*] Ut Romanum a Germanis Rhenus, a Marcomannis & Dacis Danubius, a Parthis Euphrates.

72 *Quæ toti ſpeciem*] Non avertat in aliam regionem, ſed priſtinum alveum retinere ſinat.

73 *Quod tenuiſſet*] Si ſcilicet nullum ibi flumen fuiſſet, nempe uſque ad illam lineam, quæ medium alveum ſecat.

Digitized by Google

2. + In dubio autem [74] imperia, quæ ad flumen [75] pertingunt, arcifinia putanda ſunt, + quia imperiis diſtinguendis nihil eſt aptius quam id [76] quod non facile tranſitur. + Ut autem limitata, aut menſura comprehenſa ſint, + rarius accidit; neque tam ex acquiſitione primæva, + quam ex aliena conceſſione.

XVIII. Quanquam vero in dubio, ut diximus y, imperia + ad medietatem fluminis utrinque pertingunt, + fieri tamen potuit, & contigiſſe alicubi videmus, ut flumen totum [77] parti uni accederet, + quia ſcilicet ripæ alterius imperium ſerius occupato jam flumine cœpiſſet: + aut quia eum in modum res pactionibus eſſet definita. y §. præced. n. 2.

XIX. 1. Illud quoque obſervatu non indignum, + originariam acquiſitionem cenſendam etiam rerum earum, quæ dominum habuerunt, ſed habere deſierunt: + puta quia derelictæ ſunt, + aut quia [78] defecerunt domini: + nam hæc [79] redierunt in eum ſtatum, in quo primum res fuerant.

2. Sed illud ſimul notandum eſt, + interdum primas acquiſitiones a populo, aut populi capite ita factas, + ut non tantum imperium, + in quo ineſt [80] jus illud eminens, de quo alibi egimus, + ſed & privatum plenumque dominium generaliter [81] primum populo, + aut ejus capiti quæreretur: + atque ut deinde particulatim in privatos ita fieret diſtributio, + ut tamen eorum dominium ab illo priore dominio penderet, ſi non + ut jus [82] vaſalli a jure [83] ſenioris, aut + jus emphyteuticarii a jure proprietarii, + tamen alio quodam tenuiore modo, + ut multæ ſunt ſpecies juris in rem, + quas inter eſt & jus ejus, qui [84] ſub conditione fideicommiſſum exſpectat. Seneca: y *Non eſt argumentum, ideo aliquid tuum non eſſe, quia vendere non potes, quia conſumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. + Tuum enim eſt etiam quod ſub certa lege tuum eſt.* Dion Pruſæenſis z Rhodiaca: *μυρίους γὰρ εὑρήσετε τρόπους καθ' οὓς ἑκάστου τι φαμὲν εἶναι· καὶ πλεῖστον διαφέρονται· ὧν οὔτε ἀποδόσθαι τι ἔξεστι τοῖς ἔχουσιν,* z Pag. 325. D. Edit. Morell.

GROTII.

y *Non eſt argumentum*] Locus eſt de beneficiis VII, 12. Idem libro ejuſdem argumenti octavo, c. 12. *quædam quorundam ſub certa conditione ſunt.* [At vero ſunt tantum ſeptem Libri *De Beneficiis.* Locus eſt eodem libro & capite, quo ille, cujus verba in textu adferuntur. *J. B.*]

GRONOVII.

74 *Imperia*] i. e. Agri, quibus terminantur imperia per flumen.

75 *Pertingunt*] Pertinent.

76 *Quod non facile*] Ut munitiones naturales.

77 *Parti uni accederet*] Ut in illis terminis imperii Romani factum: nam cum barbari naves nullas haberent, Romani eos amnes navibus occuparunt, quas dicebant luſorias.

78 *Defecerunt domini*] Juſtin. 19, 3. *Prædam, quam relictis a ſe caſtris abſtulerint, non eſſe talem, quam velut ſpolium victi hoſtis oſtentent, ſed quam poſſeſſione vacua fortuitis dominorum mortibus, ſicuti caduca, occuparint.*

79 *Redierunt in eum ſtatum*] Rurſus factæ ſunt communes.

80 *Jus eminens*] 1, 3. 6.

81 *Primum populo*] *Siculus Flaccus* de cond. agrorum. *Poſtquam ergo majores regiones ex hoſte captæ vacare cœperunt, alios agros diviſerunt, aſſignaverunt, & ita remanſerunt, ut tamen populi Rom. eſſent.: ut eſt in Piceno, in regione Reatina, in quibus regionibus montes Romani appellantur; nam ſunt P. R. quorum vectigal ad ærarium pertinet.*

82 *Vaſalli*] Qui habet emphyteuſin vel fundum a domino in perpetuum, aut in certos annos ea lege conceſſum, ut eum colat melioremque reddat, conſtituta penſione annua.

83 *Senioris*] Hoc vocabulo uſa eſt inferior Latini ſermonis ætas pro domino: unde Italicum *Signore*, Gallicum *Seigneur*, *Sieur*, ſive *Monſieur*, *Meſſire.* Bignon. ad Marcul. 1. cap. 7. p. 485.

84 *Sub conditione fideicommiſſum*] Nam & ſub conditione relinquitur fideicommiſſum, vel ex certo die. §. 2. Inſtit. *de fideicom. her.*

Digitized by Google

ἔχουσιν, οὔτε ὅπως ἂν θέλοι χρῆσθαι. + *Plurimi ſunt modi, quibus quid cujuſque eſſe dicitur, & quidem valde inter ſe differentes: interdum ut nec vendere, nec pro arbitrio uti liceat.* Apud Strabonem (ii) invenio: κύριος ἦν πλὴν τοῦ πιπράσκειν· + *dominus erat demto vendendi jure.* + Exemplum ejus, quod diximus a De morib. Germ. c. 26. in Germanis ponit [a] + Tacitus: *Agri pro numero cultorum + ab univerſis occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur.*

3. Hoc igitur modo + cum diſtributa dominia pendent a [85] dominio generali, + ſi quid [86] domino particulari carere incipit, + non fit occupantis, ſed [z] ad univerſitatem, + aut ad dominum ſuperiorem redit. + Cui juri + jus ſimile etiam per legem civilem + extra hanc cauſam, + ut jam notare cœpimus, introduci potuit.

GROTII.

z *Ad univerſitatem, aut ad dominum ſuperiorem redit*] Sic ex libro ſecundo Odyſſeæ in fine colligas, bona ejus qui ſine liberis decederet ad populum perveniſſe, & ſic interpretatur *Euſtatius* illud *Homeri* Iliados E. (verſ. 158.)

Χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο,

Patiebantur opes rectores urbis.

Nam χηρωστὰς magiſtratum fuiſſe dicit, qui bona ſine liberis decedentium adminiſtrabat. Simile aliquid uſurpatum olim in regno Mexicano docent nos hiſtoriæ. (In loco ex *Odyſſea* Poeta hoc tantum innuit, inter Procos *Penelopæ* conveniſſe, ſi forte *Telemachus* interiiſſet, ſeſe bona ejus æquis partibus occupaturos, ut ſolatii loco id eſſet illis, quos *Penelope*, uno electo in virum, excluſura eſſet; ut optimè obſervavit Doctiſſima Matrona *Anna T. Fabri.* Adeoque inde quod Auctor noſter colligit, minimè inferri poteſt. Neque certius eſt, quod de χηρωσταῖς, poſt *Euſtathium*, adfirmat. Vocem enim illam interpretantur *Pollux* & *Heſychius* non de magiſtratibus, bona ſine liberis decedentium adminiſtrantibus, ſed de propinquis remotis in hereditatem ſuccedentibus. *J. B.*)

GRONOVII.

85 *Dominio generali*] Ejus, cujus eſt territorium, ſive principis ſive populi.

86 *Domino particulari*] Cujus fuit ea privata poſſeſſio.

(ii) Locum forte inveni *Lib.* XII. ubi agitur de miniſtris ſacrorum, quorum *Archelaus* Pontifex, Rex *Comanæ* à *Pompejo* conſtitutus, dominus erat, ita tamen ut eos vendere non poſſet: Καὶ τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων ἱεροδούλων κύριος πλὴν τοῦ πιπράσκειν. Pag. 558. Ed. Caſaub. Pariſ. *J. B.*

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. III.

§. I.

SINGULARI *jure aliquid noſtrum fit*] „ Nam de eo, quod noſtrum fit communi „ hominum jure, capite præcedenti egit; at „ quam infeliciter notavimus ibidem.

Acquiſitione originaria aut derivativa] *Originaria* dicitur quia prima eſt, cum res ante in nullius fuerint poteſtate: quæ acquiſitio explicatur in *Poſitione noſtra jur. gent.* 5. *Derivativa* dicitur, quia res jam in poteſtate cujuſdam fuit, & ex ea in alterius poteſtatem derivatur: quæ continetur in *Poſit. jur. gent.* 17.

Originaria acquiſitio olim, cum genus humanum coire poſſet, fieri potuit etiam per diviſionem]

Digitized by Google

viſionem] Figmentum hoc jam præcedenti capite reſutavimus; diximus enim communionem rerum nunquam fuiſſe, adeoque nec diviſionem earum inſtitui potuiſſe: unicus igitur, & originarius modus acquirendi dominii eſt occupatio rei nullius, omnes reliqui acquirendi modi ſunt derivativi.

Additio.

„ Auctor ſupponit, natura res omnes hujus terræ eſſe communes, ita ut quilibet eas ad ſuos uſus arripere, & conſumere potuerit. *Lib. 2. c. 2. §. 2.* Tum fingit homines in illa communione non perſtitiſſe, ſed diviſionem rerum, & primo quidem mobilium, poſtea immobilium inſtituiſſe: *d. §. 2. n. 2. 3. & 4.* unde concludit, originarie acquiſitionem fieri olim potuiſſe, & factam eſſe per diviſionem. At in capite præcedenti obſervavimus, 1. non dari communionem rerum, adeoque fruſtra de earum diviſione quæri. 2. Verum non eſſe, humanum genus unquam aliquid diviſiſſe, & in eum finem coiviſſe. 3. Verum igitur non eſt, diviſionem eſſe modum acquirendi dominii originarium.

Ut Diximus] „ *Cap. præced. §. 2.*

Nunc per occupationem tantum] „ Quia enim humanum genus coire, & expreſſo conſenſu diviſionem inſtituere hodie amplius non poteſt, Auctor putat tacito pacto gentes conveniſſe, ut cuique occupare res terræ nondum diviſas liceret, indeque hodie inter gentes acquiri dominium originarie per occupationem. *Simul atque enim communio diſplicuit*, (ſunt verba Auctoris in *cap. præced. §. 2. n. 5.*) *nec inſtituta eſt diviſio* (ſc. a genere humano) *cenſeri debet inter omnes conveniſſe, ut, quod quiſque occupaſſet, id proprium haberet.* At hanc quoque conjecturam ex tacito conſenſu humani generis deſumtam, fabulam eſſe, nec ex ejuſmodi fictionibus certi aliquid, nedum jus naturæ, elici poſſe diximus. Certiſſimum igitur eſt, OCCUPATIONEM eſſe unicum & originarium acquirendi dominii modum, idque non ex aliquo tacito conſenſu gentium, ſed ex ipſo jure naturæ: Probavimus enim 1. res terræ eſſe nullius. 2. Humano generi conceſſam eſſe facultatem res illas occupandi. 3. Ex occupatione acquiri dominium occupanti. 4. Vi hujus dominii unumquemque de jure ſuo diſponere poſſe. *Diſſ. prooem. XII.*

Ad §. II.

DICAT *forte aliquis, etiam conceſſione ſervitutis aliquid originarii acquiri*] „ Quia is, qui ſervitutem acquirit, utilitatem aliquam acquirit in re aliena, quod jus antea nemini proprium fuit.

Conſtitutione pignoris]. „ Quia creditor ſecuritatem, adeoque jus aliquod in re aliena acquirit, quod itidem antea non exſtitit.

Sed recte expendenti apparebit, id jus novum non eſſe] Auctor ſibi format objectionem contra theſin a ſe propoſitam. *Originariam* ſcl. *acquiſitionem tantum fieri per occupationem.* Inſtat, inquam, acquiſitionem ſervitutis & pignoris videri quoque originariam, quia ſervitus & pignus novum jus indigitant, quod antea non extitit. Reſp. Conſtitutio ſive ſervitutis ſive pignoris, non eſt acquiſitio originaria; Dominus enim rei, qui conſtituit ſervitutem vel pignus, id facit jure dominii per occupationem quæſiti; vi hujus dominii omnia jura in re exercet, adeoque & facultas de re illa diſponendi ſub originario jure occupandi continetur.

Unde apparet, his caſibus jus domino competens nomen ſaltem mutare, rem eandem manere. Si proinde dominus poſſeſſionem rei ſuæ ſecuritatis cauſa in alterum transfert, hic effectus dominii pignus dicitur: ſi jus utendi, quod domini erat, vicino prædio communicatur, hoc jus a dominio ſeparatum, & ſeorſim ſpectatum, dicitur ſervitus.

Quæſtio hic moveri poteſt, *An ſervitutes naturales dentur?* Equidem regulariter id negamus: quia natura nemo jus in re aliena habet, ſed tantum in ſua, adeoque omnes ſervitutes demum oriuntur ex diſpoſitione hominum. Una tamen ſpecies ſervitutis natura conſtituta eſt, quæ originaria vocari poteſt, ſcl. quando inferius prædium tenetur recipere aquam e ſuperiori. *L. 2. pr. ff. Aqua pluv.* ibi: *Tria ſunt, per quæ inferior locus ſuperiori ſervit, Lex, natura, loci vetuſtas.* Hæc ergo ſervitus naturalis dicitur *in L. 1. §. pr. ff. de aqua pluvia:* ibi, *ſemper enim hanc eſſe ſervitutem prædiorum inferiorum, ut natura profluentem aquam recipiant. Et in §. ult. Eod.* ibi: *ſi tamen non ſit lex dicta agro, agri naturam eſſe ſervandam, & ſemper inferiorem ſervire ſuperiori.* Idque probatur ex

ex *Poſit. Juris Gent. IV. n.* 2. & 3. ideo enim alveos, littora, & ripas natura conſtituit, ut intra eas decurrat aqua, nec inundetur terra; hic ergo finis riparum naturalis eſt, cujus effectus in eo conſiſtit, ut inferior ſerviens nihil, neque in ſuo, neque in alieno, facere poſſit, quo curſus illi in præjudicium ſuperioris vel impediatur, vel mutetur. Hinc princeps territorii inferioris non poteſt extra ſuos fines aliquid facere, ne flumen e ſuperiori territorio ad ſuum defluat, eoque ſuperioris territorium inundet, aut ut aliter cum noxa fluat ac natura duxit, de quo plenius *infr. c.* XI. agitur. Et hoc fundamento nititur interdictum in toto titulo. *Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter fluat aqua.*

Additio.

„ De his ſervitutibus naturalibus theſes
„ quaſdam publici juris fecit B. Parens (vid
„ *Vol. I. Diſp. p.* 177.) quas hic inſerere
„ licebit.

DE SERVITUTIBUS NATURALIBUS.

„ Non tantum jus & libera facultas homi-
„ nis in res ſuas a natura eſt, ſed & juris & li-
„ bertatis illius inter vicinos quædam pri-
„ vatio; quæ nihil aliud eſt quam ſervitus.

„ Natura enim, vicinorum conſuetudines
„ ac officia devinctura, commoda eorum
„ mutuis neceſſitatibus ita junxit, ut ſæpe,
„ quam uni commoditatem negavit, eam al-
„ ter ex neceſſitate, ac natura prædii ſui,
„ præſtare alteri cogeretur. Eſt igitur *ſervi-*
„ *tus naturalis*, *qua prædium ex neceſſitate*
„ *naturæ ſuæ a prædio vicino aliquid pati &*
„ *excipere cogitur*; neque ea tantum inter
„ vicinos privatos, ſed & inter territoria &
„ populos vicinos locum habet, ut ſcl. vi-
„ cini vicinorum commodis *inſervire per na-*
„ *turam cogantur*, adeoque natura ipſa ſer-
„ vitutem iis imponat.

„ Talis initio ſervitus eſt fluminis in alicu-
„ jus fundo vel territorio orti, aut illac tran-
„ ſeuntis ad vicinum decurſus; hactenus e-
„ nim inferior vicinus naturaliter ſervit ſupe-
„ riori, ut ab ipſo flumen, qua illud natu-
„ ralem ſuum curſum continuat, fundo ſuo
„ excipere cogatur, quod incommodum com-
„ penſatur populo piſcatione, aliiſque uſibus.

„ Non igitur poteſt vicinus inferior agge-
„ ribus, aut aliis obſtaculis cum damno ſu-
„ perioris naturalem fluminis impedire cur-
„ ſum: adeo ut talis contra naturæ inſti-
„ tutum tentata obſtructio omnino juſtam
„ belli cauſam præbeat.

„ Hinc eſt, quod mutato naturali fluminis
„ curſu prior alveus ad vicinos dominos re-
„ deat: quia ſcl. ejus uſus, ſublata ſervi-
„ tute, iterum cum proprietate conſolidatur.

„ Hinc eſt, quod inſula in flumine nata
„ iiſdem vicinis pro rata cedat, quia ſc. libe-
„ rata illa eſt a ſervitute fluminis ferendi,
„ adeoque ad proprietatem pleno jure redit.
„ Hinc quoque intelligitur, quantum ſæpe
„ JCti Romani a juris naturalis diſpoſitione
„ receſſerint. Etſi enim & illi agnoverint ſer-
„ vitutes naturales, cum tamen naturæ vim,
„ auctore ejus non congnito, haud intelle-
„ xerint, non mirum ſæpius eos in deter-
„ minandis naturæ inſtitutis ac juribus hallu-
„ cinatos eſſe. Male igitur inſularum & al-
„ veorum jura ad modos acquirendi dominii
„ retulere, vel vicinis acquiri dixere, quia
„ nunquam dominium a vicinis abiit, ſed
„ ſalva proprietate ſolus uſus ſervitute abla-
„ tus fuit, qua ſublata uſus proprietatis ite-
„ rum coaluit; eſt enim alveus pars vicini
„ prædii, qua curſu naturali fluminis abre-
„ pta prædium ea parte ſervit.

„ Male JCti Cajus & Alphenus agrum a
„ flumine totum occupatum, & poſtea reli-
„ ctum addicunt vicinis prædiis, cum pro-
„ prietas non abierit a veteri domino, ſed uſus
„ & poſſeſſio. Unde difficultas illa Caji, qui
„ ex vitioſa ſua ratione vitioſum jus dedu-
„ cens, illud uſu non obtinere confeſſus eſt.

„ Male Proculus in caſu *L.* 56. §. 1. *A.*
„ *Rer. dom.* novum alveum a flumine reli-
„ ctum æqualiter utrique vicino tribuit:)
„ Quia in illo caſu conſtat, utrique prædium
„ non æqualibus alvei ſpatiis ſervire, ſed
„ alveum, qua parte antea inſula enata erat,
„ jam tunc ad alterum vicinum rediiſſe: a-
„ deoque ea parte jam ante conſolidatio fa-
„ cta fuit.

„ Æqualiter autem tunc demum videtur u-
„ trique reſtituendus alveus, quando propter
„ antiquitatem fluminis ſciri non poteſt, cui
„ prædio, & quouſque alvei uſus per flumen
„ ablatus ſit: in dubio ergo æqualiter divi-
„ dendus videtur, quod & JCti ſtatuunt.

„ Sed nec hoc rationi convenit. Nam ſuc-
„ ceſſoribus ejus domini, cui primum flumen
„ partem fundi abſtulit, (ſive per ſucceſſio-
„ nem, ſive per emtionem, aut alio titulo
„ fundus ille ad ipſos perveniat) nunquam
„ æſtimatur ille fundus pro magnitudine,
„ quæ continet partem alvei, nec quiſquam
„ volet fundum flumini, inprimis majo-
„ ri, proximum ſub hac æſtimatione ſibi ad-
judicari,

„ judicari, ſed tantum uſque ad ripam. Fun-
„ do ergo ab alveo ſeparato, alveus a pri-
„ vatorum dominio eximitur, & cum inſulis
„ naſcentibus ad populum, aut Principem,
„ qui vice populi eſt, jure pertinet. *Hacle-*
„ *nus B. Par.*

„ Si dicendum quod res eſt: ego ſervitu-
„ tem naturalem facto naturæ conſtitutam
„ non dari, ſed jure Romano demum conſti-
„ tutum eſſe exiſtimo, ut inferius prædium
„ recipere teneatur aquam pluviam ex præ-
„ dio ſuperiori, nec curſum aquæ mutare
„ poſſit. Sane ipſi JCti Romani hanc regu-
„ lam ſtatuunt: *non exiſtimari operis mei vi-*
„ *tio damnum tibi dari in ea re, in qua jure*
„ *meo uſus ſum. l. 24. §. fin. ff. damn. inf. l. 55.*
„ *Reg. jur.* Si igitur manu mea in fundo meo
„ aliquid facio, quo aliter aqua pluvia flue-
„ ret ac natura ſoleret, indeque damnum
„ ſuperiori prædio contingit, injuria ei non
„ fit, quia jure meo utor.

„ Neque obſtat effatum Ulpiani in *l.* 1. §.
„ 22. *de Aqua pluvia &c. Semper hanc eſſe*
„ *ſervitutem inferiorum prædiorum, ut na-*
„ *tura profluentem aquam excipiant.* Et in §.
„ 23. *eod. Agri naturam eſſe ut inferior ſupe-*
„ *riori ſerviat.* Hinc in *l.* 2. *pr. eod.* locum
„ inferiorem ſervire ſuperiori, ait, non tan-
„ tum lege, & vetuſtate, ſed etiam *natura*:
„ Reſp. JCtus innuit ſaltem inferiorum præ-
„ diorum hanc eſſe naturam, i. e. ſitum, ut
„ ſuperioribus ſerviant, & aquam inde pro-
„ fluentem excipiant: Non vero ut poſſeſſor
„ loci præciſe eam excipere teneatur, nam
„ ex ſolo ſitu ſuperiori nullum jus competit
„ prohibendi inferiorem, quo minus in ſuo
„ fundo curſum aquæ mutare poſſit, hic enim
„ jure ſuo utitur. *d. L.* 55. Sed & ratio, quam
„ JCtus allegat, (*quod ſcl. hoc incommo-*
„ *dum naturaliter pati inferior ager a ſupe-*
„ *riori, compenſarique debeat cum alio com-*
„ *modo: Sicut enim omnis pinguedo terræ ad*
„ *eum decurrat, ita etiam incommodum aquæ*
„ *ad eum defluat*:) ſatis indigitat, hanc con-
„ ſtitutionem mere civilem eſſe, & ex illa
„ æquitate oriri, quod qui commodum ha-
„ bet etiam incommodum ſuſcipere tenea-
„ tur: Denique vel ex exceptionibus JCto-
„ rum apparet, ſervitutem hanc a ſitu loci,
„ adeoque improprie naturalem dictam, jus
„ non dare ſuperiori in inferiorem. Illi enim
„ curſum aquæ, etiam cum damno ſuperioris
„ mutari poſſe, ajunt, 1°. ſi agri colendi cau-
„ ſa id fiat. *L.* 1. §. 3. 12. *&* 15. *L.* 24. *ff.*
„ *Aqua pluv.* 2°. Si non damnum ſuperiori
„ infertur, ſed utilitas ſaltem ei detrahitur.
„ *L.* 1. §. 21. *Aqua pluv. L.* 26. *ff. Damni*
„ *inf.* Si vero ſitus ille loci ſuperiori veram
„ ſervitutem daret, inferior nunquam aliquid
„ facere poſſet, quo utilitas ſuperioris minue-
„ retur. Unde apparet, tunc demum actio-
„ nem aquæ pluviæ arcendæ locum habere,
„ cum dolo, & ex mera malitia aquæ curſus
„ mutatur. *L.* 1. §. 11. *&* 12. *Aqua pluv.*
„ quæ pœna ex jure ſtatutario oritur.

„ Cæterum B. Parens notat JCtos Romanos,
„ quod acquiſitiones per inſulam, alveum
„ derelictum, &c. inter modos acquirendi
„ dominii referant; cum inſulæ & alvei jam
„ ante ad vicinos pertinuerint, & uſus ſal-
„ tem per curſum aquæ impeditus fuerit:
„ Indeque has res non noviter acquiri, ſed
„ proprietatem vicinorum manere putat. At
„ notandum eſt, nec JCtos Romanos ſtatuiſ-
„ ſe ea loca, quæ vicinis ſemel aſſignata
„ fuere, noviter acquiri: Incrementa enim
„ fluvialia ceſſant in agris limitatis, & domi-
„ nium ſaltem acquiritur in inſulas, alveos,
„ &c. ſi agri ſunt arcifinii, adeoque ſi flumen
„ ipſum aſſignatum eſt: Quod plenius exa-
„ minavimus in *Diſſert. Prooem. XII.* §. 80.
„ *ſeqq.* Sane B. Parens in poſterioribus me-
„ ditationibus ipſe mutavit ſententiam. *Vid.*
„ *infr. c.* 8. §. 8.

Niſi modo] Rectius, niſi nomine: nam
„ eſt ipſum jus dominii, quod ex diſpoſitio-
„ ne domini aliud & ſeparatum nomen ac-
„ cepit.

Nam virtute ipſa inerat dominio domini]
„ Quia qui dominus eſt rei omnia jura rei co-
„ hærentia tenet, quæ proinde mediante ſua
„ diſpoſitione in alium transferre poteſt. Ple-
„ nius Auctor hoc explicat infra § 19 *n.* 2.

Additio.

„ Grotius *ſervitutem* & *pignus* non eſſe
„ modum *acquirendi jus* quoddam *in re origi-*
„ *narium*, imo nec novum jus eſſe, niſi mo-
„ do, inde probat: *quia virtute ipſa in do-*
„ *minio domini ineſſent.* Hinc *jura illa* re-
„ fert inter modos acquirendi derivativos,
„ ubi plenus dominus partem ſui dominii in
„ alium transfert. *vid. infr. c.* 6. §. 1. *n.* 1.
„ Atque hæc ratio eſt cur *ſervitutes & pigno-*
„ *ra* inter dominia minus plena referat. *L.*
„ 1. *c.* 1. §. 5. *l.* 2. *c.* 3 §. 19.

„ At alibi probavimus, *ſervitutem & pi-*
„ *gnus* naturali ratione non ad jura in re,
„ nedum ad dominia minus plena referri poſ-
„ ſe: adeoque dominium minus plenum,
„ ſeu jus in re, nec originarie, nec derivative

per

„ per conſtitutionem ſervitutis & pignoris „ acquiri: *Diſſert. Prooem. XII.* §. 302. *ſeq.* „ 306. *ſeq.* indeque Grotium male jura illa „ referre ad id *quod noſtrum eſt. Vid. ſupr.* „ §. 1.

„ Rectius igitur ea referuntur ad id *quod* „ *nobis debetur* (*Vid. l.* 2. *c.* 1. §. 2. *n.* 1. „ *junct. c.* 11. §. 1.) ex obligatione ſcl. per„ ſonæ: utpote cum jure naturæ prædio vi„ cino per *ſervitutem* ſola utilitas quæ ex „ vicinia oritur, & per *pignus* ſola poſſeſſio „ rei in ſecuritatem debiti, NB. pacto con„ cedatur: Hoc jus igitur non magis reale „ eſt quam commodatum, quo pariter uſus „ rei alienæ nobis permittitur.

„ Certiſſimum igitur eſt, *jus* quidem *no*„ *vum* hic eſſe intuitu prædii dominantis & „ creditoris, ſed perſonale, non reale: quod „ ſcl. dominus rei, cui facultas competit „ de re ſua diſponendi, pacto & conſenſu „ in alium transfert.

Ad §. III.

Auctor recte ait, ſpecificationem, acceſſionem, confuſionem, commixtionem non eſſe modos acquirendi ordinarios: nam ſubſtantia rei non mutatur, ſed qualitas ſaltem & forma, adeoque mutatio ſaltem eſt accidentalis. *vid. infra c.* 8. Romanorum hoc dogma ex erroneo illo principio Philoſophorum originem traxit, quod forma det eſſe rei, utpote cum id, quod nunc factum eſt, antea nullius videatur fuiſſe. Atque in hac ſententia erant Proculiani, & præcipue Peripatetici, qui formam ſubſtantialem finxerunt. At Sabiniani contrarium ſtatuebant, & merito, aſſerentes rei ſubſtantiam non in forma, ſed in corpore conſiſtere, quod Democritus quoque ſtatuit, & a Carteſio revocatum eſt, de quo plenius infra *cap. VIII.* agemus.

Additio.

„ Nos alibi probavimus, omnes hos mo„ dos eſſe modos acquirendi originarios, „ (quia ſunt ſpecies occupationis) non qui„ dem ratione materiæ, ſed ratione formæ, „ quæ, cum nova ſit, & nunquam domino „ rei propria fuerit, merito cedit occupanti, „ ſeu facienti: ea tamen lege, ut pretium „ materiæ domino reſtituat. *vid. Diſſert.* „ *Prooem. XII.* §. 264.

Acquirendi cauſis] „ Scl. originariis.

Hanc annumerat] „ Adeoque occupatio „ non videtur eſſe unicus acquirendi modus „ originarius, in quo conſiſtit tota objectio„ nis vis.

Si quid ipſi, ut in rerum natura eſſet, fecimus] „ Nam nunc fit aliquid, quod an„ tea nullius fuiſſe videtur. *L.* 3. §. 1. *Ac*„ *quir. poſſeſſ.*

Ea ſi noſtra fuerit continuabitur] „ Sen„ ſus eſt, quod is, qui ex materia aliena „ novam ſpeciem conficit, qualitatem ſaltem „ rei mutet (ſubſtantia enim eadem eſt) „ indeque non novam videri acquiſitionem, „ ſed primæ acquiſitionis continuationem; „ quin ipſam formam jam fuiſſe partem do„ minii ait, eaque mutata alio ſaltem nomi„ ne rem vocari.

Si nullius, ad occupationis genus hæc acquiſitio pertinebit] „ Si ex re, quæ in nul„ lius dominio eſt, ſpeciem facio, jure oc„ cupationis & materiam mihi acquiro, & „ ſpeciem, quam jure dominii inde confeci.

Sin aliena, jam naturaliter nobis ſolis eam non acquiri] „ Imo, ſi nova ſpecies fit, quæ „ ad priſtinam formam redire nequit, hæc „ ipſa ſpecies nova res eſt, quæ nunquam „ materiæ domino fuit propria. Sane muta„ ta ſpecie rem interire ipſe Auctor ſtatuit „ *Lib.* 2. *c.* 9. §. 6. & *cap.* 21. §. 7. *n.* 2.

Infra apparebit] „ *Cap.* 8. §. 19. ubi ex „ profeſſo hæc materia tractatur. *Confer.* „ *Diſſert. Prooem. XII.* §. 264.

Ad §. IV.

Quæ *poſt prima illa tempora ſolus eſt naturalis*] I. e. poſt diviſionem primævam: ſed ſæpius dictum eſt, nullam fuiſſe primævam communionem, adeoque nec diviſionem. Præter occupationem ergo alius acquirendi dominii modus naturalis non exiſtit. 1

Additio.

„ Ex hypotheſi Auctoris originarie ſola „ *diviſio* erat modus acquirendi dominii, quia „ res communis, non niſi communi con„ ſenſu in unius poteſtatem redigi poteſt. „ At, quia homines hodie amplius conve„ nire, adeoque nec dividere res commu„ nes poſſunt, ipſe per conjecturam cenſet „ tacito pacto inter homines conveniſſe, ut „ quod quiſque occupaſſet jure proprio ha„ beret. *vid. c.* 2. §. 2. *per tot.* & *ſupr. not.* „ *ad* §. 1. Atque hinc concludit, hodie „ *occupationem* unicum & ſolum modum ac-

quirendi

Digitized by Google

„ quirendi dominii eſſe. *Vid. ſupra* §. 1. *Add. Diſſ. prooem. VI.* §. 9. *uſque ad* §. 13.

„ At figmentum hoc plenius refutavimus in capite præcedenti, & *ſupra* §. 1. ubi ſimul demonſtravimus, jus occupandi res terræ non demum ex diviſione rerum, nec poſtea ex tacito humani generis pacto, ſed ex ipſa naturæ conceſſione originem ſumſiſſe. *Vid. Diſſ. proœm. XII.* §. 552. *ſeq.*

Et originarius modus] Auctor concedit eſſe modum originarium, ſed non primævum: nam putat occupationem *diviſioni* eſſe ſurrogatam, indeque *hodie* ſaltem eſſe modum originarium. Quod jam refutavimus.

Duo ſunt occupabilia, imperium & dominium] Auctor id jam ſupra explicavit. *L.* 2. *c.* 2. §. 4. Duplicem nimirum eſſe occupationem, aliam per *univerſitatem*, aliam per *fundos*; vel quod idem eſt, aliam *publicam*, aliam *privatam*. Sub *illa* continentur omnia jura publica (i. e. imperium) intra fines territorii occupati, etiam in perſonas, & ſingulas res intra illos fines comprehenſas. Quando autem ſingulæ hæ res deſcribuntur inter privatos, hæc occupatio *privata* dicitur. Unde quod in ſingulos non eſt deſcriptum, manet ſub occupatione univerſali.

Additio.

„ Imo juxta principia Grotii tria ſunt occupabilia: 1. imperium, 2. dominium generale & privatum, quod populo competere, ait, (*vid. ſupra c.* 2. §. 4.) 3. dominium ſingulorum: At tale dominium generale non dari probavimus. *dict. loc.* Differentiam autem Imperii & dominii explicavimus in *Diſſert. prooem. XII.* §. 236.

Quatenus ab imperio diſtinguitur] Auctor enim etiam Imperium dominii ſpeciem facit, illudque vocat dominium eminens: ſed optime monet, non confundi debere cum dominio privato. Ego ſupra notavi, ab ejuſmodi vocibus, quæ facile abuſum inferre poſſunt, abſtinendum.

Ad Reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas] Rectius: ad civitatem totam proprietas totius territorii pertinet, ad privatos proprietas ſingularum rerum, quatenus in privatos diſtributæ ſunt: quod Dio Pruſæenſis in allegato ab Auctore loco recte explicavit.

Additio.

„ Nec Seneca, nec Dio Pruſæenſis ſtatuunt, per occupationem populi etiam dominium aliquod generale acquiri, ad eum effectum, ut ea quæ populus ſingulis non aſſignat, in dominio populi maneant: Populus enim per occupationem territorii nil niſi imperium acquirit, ipſa terra, & res ibi comprehenſæ, nullius ſunt, i. e. in nullius proprietate: Si proinde quædam res a privatis occupantur, illæ quidem deſinunt eſſe nullius; at quæ non occupantur manent nullius, donec vel ipſe populus, vel privati res illas in corporalem poteſtatem redigant, eoque ſuas faciant. Dixi autem imperantem poſſe prohibere, ne abſque ejus conſenſu res quæ nullius ſunt occupentur.

Imperium duas ſolet habere materias ſibi ſubjacentes] „ Sc. perſonas, quibus imperamus; & aliquando territorium, intra cujus fines imperamus. Illas Auctor *ſupra Lib.* 1. *c.* 3. §. 7. vocavit ſubjectum commune; hoc ſubjectum proprium. Quam diſtinctionem plenius ibidem examinavimus.

Quæ materia ſola interdum ſufficit] „ Adeoque imperium poteſt eſſe ſine territorio, at non ſine perſonis. Imperium enim juris tuendi cauſa eſt conſtitutum, jus autem non obtinet niſi inter homines.

Ut in exercitu virorum, mulierum, puerorum, quærente novas ſedes] „ De qua re plenius infra *L.* 2. *c.* 9. §. 7. agemus.

Locum, qui territorium dicitur] „ Et quaſi domus illius populi, quæ tamen abeſſe poteſt, ut ante diximus.

Quanquam autem plerumque uno actu quæri 2
ſolent imperium & dominium] „ Dependet hoc ab animo occupantis. Si enim occupantes præter imperium etiam ſingulas terræ partes occupant, & in corporalem poteſtatem redigunt, hoc caſu omnino uno actu & dominium quæritur, & imperium. Si vero populus per occupationem generalem ſaltem certos ſibi imperii fines conſtituit, & quaſdam res intra hos fines in ſingulos diſtribuit, quaſdam incultas relinquit, hoc caſu dominium, ſeu proprietas illarum rerum, quæ in ſingulos diſtributæ non ſunt, nullius eſt, eoque cedit occupanti: Hinc apud Romanos adeſpota, feræ, inventa in littore &c. nullius i. e. in nullius bonis eſſe dicuntur. *Vid. Diſſert. Prooem. XII.* §. 165.

Sunt tamen diſtincta] „ Aliud enim jus oritur ex occupatione imperii, aliud ex occupatione proprietatis, de quo ſtatim.

Ideoque dominium non in cives tantum, ſed & in extraneos tranſit] ,, Ita, ut do-
,, minium rerum adſcribi poſſit aliis, qui ſub
,, imperio noſtro non degunt.

Manente penes quem fuit imperio] ,, In
,, illam ſcilicet rem, quæ extraneis adſcri-
,, pta eſt.

Siculus libro de conditionibus agrorum]
,, Similia leguntur apud *Hyginum de Limi-*
,, *tib. conſtit p. m.* 206. & 208.

,, Romani novam Coloniam conſtituen-
,, tes, non ſufficientibus agris ex vicinis
,, territoriis agros ſumebant, eoſque colonis
,, aſſignabant: hoc caſu proprietas erat colo-
,, norum, juriſdictio in agros vero manebat
,, penes eos, ex quorum territorio deſumti
,, ſunt agri.

Demoſthenes oratione] ,, Imo ea non eſſe
,, Demoſthenis, ſed Hegeſippi creditur. vid.
,, *Oeuvres de Tourreil. P.* 2. *p.* 389.

Ἐγκτήματα] ,, à κτάομαι poſſideo.

Ad §. V.

In *loco autem, cujus imperium occupatum jam eſt*] ,, Adeoque ubi imperans jus legem
,, dandi habet.

Jus occupandi lege civili anteverti poſſe] Mens Auctoris eſt, quod lege civili impediri poſſit ne ſingulæ res, etſi in nullius proprietate ſint, in ſingulorum tranſeant poteſtatem: quia omnes, qui intra fines territorii imperantis ſunt, legibus ejus parere tenentur.

Res mobiles] ,, Imo etiam res immobiles:
,, Ita enim abſque Prætoris conſenſu nemi-
,, ni licet ædificium exſtruere in littore. *l.* 50.
,, *ff. A. R. D.*

Eſt enim hoc jus ex jure natura permittente] ,, Ea autem, quæ natura permittit,
,, lege civili ſubditis prohiberi poſſunt, ne
,, liceant. *Lib.* 1. *c.* 2. §. 5. *n.* 1.

Non præcipiente] ,, Jura enim naturæ
,, præceptiva ſunt immutabilia. *vid. ſupra L.*
,, 1. *c.* 1. §. 10. & *c.* 2. §. 5. *n.* 1.

Ut liceat ſemper] ,, I. e. ut impediri ne-
,, queat.

Neque enim id requirit ſocietas humana]
,, Mens eſt, non contrariari ſocietati huma-
,, næ, ſi lex civilis prohibet occupationem
,, rerum. At 1. ratio hæc nihil probat,
,, cum ſæpius jam dictum ſit non dari ſo-
,, cietatem humanam, adeoque 2. fruſtra
,, quæri, an talis lex civilis ei contrarietur.
,, Vera ratio eſt 3. quod effectus imperii
,, ſit, ut liceat intra fines territorii occupati
,, leges dicere tum civibus, tum extraneis;
,, adeoque etiam talem legem, ne abſque
,, ſuperioris auctoritate & decreto res, quæ
,, in ſingulos diſtributæ non ſunt, occupentur.

Videri jus gentium eſſe, ut id liceat] I. e. videri inte gentes communi conſenſu decretum eſſe, ut quilibet venari poſſit: adeoque hactenus non eſſe jus permiſſivum, ſed præceptivum, quod impediri nequeat.

Reſpondebo] ,, Objectio ipſa inanis eſt,
,, quia jus gentium, quale Auctor hic in-
,, nuit, non datur: adeoque fruſtra quis di-
,, ceret jure gentium prohiberi, quod non
,, exiſtit. Sed magis inanis eſt reſponſio:
,, Quaſi licentia venandi non ſit ex jure gen-
,, tium latius patente, quod vim pacti in-
,, ter gentes habet, ſed ex jure gentium ar-
,, ctiori, ſeu jure civili plurium gentium.

,, Negamus enim dari jus gentium volun-
,, tarium, ſive latius patens, ſive arctius.
,, *Vid. Diſſert. prooem. IV.* Dicendum po-
,, tius eſt, jus capiendi feras eſſe ex vero
,, jure naturali, & rem ita captam, quia
,, nullius eſt, fieri capientis: imperantem
,, autem vi imperii prohibere hanc liberta-
,, tem poſſe.

Non tamen habere vim pacti inter gentes]
,, Id enim demum verum jus gentium eſſe, ait,
,, quod tanquam ex condicto, & cum mu-
,, tua obligatione, inter gentes receptum
,, eſt: *Diſſert. prooem. IV.* § o. & quod
,, Auctori voce *juris gentium latius patentis*
,, venire diximus *ibidem.*

Sed eſſe jus civile plurium gentium] ,, Quod
,, *jus gentium arctius* vocat, quia non ex
,, condicto, nec cum mutua obligatione re-
,, ceptum eſt; nec reſpicit utilitatem magnæ
,, illius civitatis, ſed cœtus ſingulorum. *Dict.*
,, *Diſſ. prooem. XII.* §. 24. *ſeqq.*

,, Cæterum hæc jura gentium confundi
,, ſæpius, ait, *dict. Diſſert. XII.* §. 25. in-
,, deque rite diſtinguenda eſſe paſſim mo-
,, net. *vid. Grot. L.* 1. *c.* 1. §. 14. *l.* 2. *c.* 8.
,, §. 1. *n.* 2. & § 26. *Proleg.* 53. *L.* 3. *c.* 1.
,, §. 8. *n.* 2 Quæ omnia gratis dicuntur.

Quod a ſingulis tolli poteſt] ,, Etiam in-
,, conſultis aliis populis. *L.* 2. *c.* 8 §. 1. *n* 2.
,, Rationem Grotius hanc reddit, quod ſit
,, merum jus civile ſingulorum populorum:
,, *Vid. dict. diſſ. IV.* §. 26.

Et alia multa fiunt, quæ juris gentium vocant JCti] ,, I. e. juris gentium latius pa-
,, tentis, quæ tantum eſſe juris gentium ar-
,, ctioris Grotius exiſtimat, atque ideo mu-
tari

„ tari poſſe putat. Auctor id jam *in prole-*
„ *gomenis* §. 53. monuit, & repetit infra *l.*
„ *2. c.* 8. §. 1. *n.* 1. idque inprimis circa *re-*
„ *rum diviſiones*, & *acquiſitiones dominio-*
„ *rum* contigiſſe. ait: At mox demonſtra-
„ bimus, & rerum diviſiones, & modos ac-
„ quirendi dominia, qui a JCtis juri gen-
„ tium tribuuntur, nullatenus ad jus gen-
„ tium voluntarium, neque latius patens, ne-
„ que arctius, referri poſſe, ſed verum eſſe
„ jus naturæ.

Ubi de rerum diviſione &c.] „ Impera-
„ tor poſtquam res dividit in *communes*,
„ *publicas*, (*jure gentium*) *univerſitatis*, &
„ *nullius. pr. Inſt. Rer. Div.* ad publicas jure
„ gentium refert mare, §. 4. *Inſt. Rer. Div.* flu-
„ mina, *l.* 30. §. 1. *ff. A. R. D. l.* 3. *ff. Flum.*
„ §. 2. §. 3. *Inſt. R. D. l.* 4. §. 1. *R. D.* ri-
„ pas, *l.* 5. *ff. Rer. Div.* & littora. *L.* 24.
„ *pr. ff. A. R. D.* Atque ideo omnibus gen-
„ tibus ea patere, ait. *l.* 4. §. 1. *l.* 5. *ff. de rer.*
„ *div. l.* 24. *pr. damn. inf. l.* 1. §. 18. *op.*
„ *nov. nunc.*

„ Auctor exiſtimat, JCtos hic loqui de
„ *jure gentium arctiori*, ſeu de jure civili
„ plurium gentium: quod verum non eſſe
„ demonſtrabimus *infra* §. 9. & *ſeqq.* Sane
„ uſum maris, fluminum, & littorum, com-
„ munem, & jure gentium publicum eſſe,
„ ac omnibus patere, naturæ rationibus
„ probavimus *in Diſſert. Prooem. XII.* §.
„ 218. *ſeqq.*

„ Certiſſimum igitur eſt, *res jure gentium*
„ *publicas* neque eſſe ex jure gentium latius
„ patente, neque ex jure gentium arctiori,
„ ſed ex ipſo jure naturæ: indeque injuria
„ vapulare JCtos Romanos.

„ Cæterum alibi probavimus, Tribonia-
„ num male diſtinguere inter res *communes*
„ & *publicas:* Nam JCti res publicas jure
„ gentium ſub rebus communibus compre-
„ henderunt. *Vid. Diſſert. Prooem. XII.* §.
„ 215.

Et acquirendo rerum dominio agitur]
„ JCti Romani inter modos acquirendi *juris*
„ *gentium* referunt occupationem ferarum,
„ inventionem theſauri, aliarumque rerum
„ hero carentium, alluvionem, cruſtam,
„ inſulam, alveum, ſpecificationem, ac-
„ ceſſionem, commixtionem. *tot. tit. Inſtit.*
„ & *ff. de Rer. div. tot. tit. ff. de A. rer.*
„ *dom.* Auctor negat hos eſſe modos ac-
„ quirendi juris gentium proprie ſic dicti,
„ ſeu juris gentium voluntarii latius paten-
„ tis; ſed, ait, hos modos, vel eſſe juris na-
„ turalis pro certo rerum ſtatu, quod demum
„ ſequitur introductum dominium; vel eſſe
„ juris gentium arctioris. *Lib.* 2. *c.* 8. §. 1.
„ *ſeqq.* At omnes hos acquirendi modos
„ eſſe ex ipſo jure naturæ, vidimus in *Diſ-*
„ *ſert. prooem. XII.* §. 243. & *ſeqq.* &
„ porro probabimus *d. c.* 8. §. 1. *ſeqq.* Si-
„ mulque demonſtrabimus Romanos per jus
„ gentium intelligere ipſum jus naturæ.

Ad §. VI.

Cum de modis acquirendi dominii naturalis hoc capite agatur, merito quæritur, *quinam natura acquirere dominium poſſint?* Et generaliter dicimus, omnes homines. An ergo infantes quoque, & furioſi? Negat hoc Auctor, & jure gentium demum voluntario ſtatutum eſſe fingit, ut acquirere dominium poſſint, humanum genus autem interim ſuſtineat eorum perſonam. Quæ ſententia omni ratione caret: Confundit Auctor *dominium* cum ejus *adminiſtratione*. Dominium conſiſtit in facultate occupandi res nullius, & iis utendi: hæc autem facultas omnino etiam infantibus, & furioſis competit, nam & illi quoque uti rebus poſſunt. Sane res omnes hominum cauſa, & in humani generis uſum productæ ſunt; infantes autem & furioſi ſunt pars generis humani. Neque enim ſocietas humana conſervari poteſt, niſi infantibus competeret jus utendi rebus terræ; unde enim vivere, & ad maturitatem educari poſſent, niſi jus naturale in res hujus terræ haberent: Cum igitur id maxime a natura ſit, ut infans vivat, & ad maturitatem perveniat, dominia quoque eorum a natura ſunt, ſine quibus id obtineri nequit. *Poſit. IV. n.* 4. Sed & jus ſuccedendi, (unde dominium acquiritur hæredi,) liberis competit natura, hoc jus natura quæſitum ob immaturitatem ætatis ipſis auferri nequit. Præterea de furioſo negari nequit eum ante furorem dominum fuiſſe, nulla vero ratio dari poteſt cur ob ſupervenientem calamitatem furioſus id jus amittere debeat.

Objicitur 1. dominium eſſe vocem juris, infantes vero & furioſos jurium eſſe incapaces. *Reſp.* jurium permiſſivorum omnino ſunt capaces, quo pertinet facultas acquirendi.

Objicitur 2. Quod etiam brutis hoc modo dominium tribuendum ſit, quia illa quoque facultatem occupandi habent. *Reſp.* Bruta

juris & injuriæ natura ſunt incapacia, adeoque & dominii; quod objectum requirit in quod jus cadere poteſt, quale ſolus eſt homo, licet ratio ejus vitioſa ſit.

At *adminiſtratio* dominii in infantibus & furioſis ceſſat, adeoque effectus ille dominii, qui in facultate diſponendi conſiſtit, per ætatem ac furorem tollitur. Hæc enim facultas ſupponit uſum rationis, quæ in infantibus & furioſis non eſt. Adminiſtratio autem non pertinet ad ſubſtantiam dominii, nec ad uſum dominii ſubſtantialem, ſed ad accidentalem; atque hinc per alios quoque ſalvo dominio, & uſu dominii, peragi poteſt. Natura igitur officium hoc parentibus, iiſque mortuis magiſtratui commiſit, qui nomine infantis occupare res nullius, & ejus jure de occupatis diſponere poſſunt.

Additio.

„ Auctor ſibi ipſi contrarius eſt: nam cum „ de imperio ageret ſupra *Lib.* 1. *c.* 3. §. 24. „ diſtinxit inter jus *dominii* & ejus *uſum*, „ priuſque etiam infantibus & furioſis competere aſſeruit, *d. l.* adeoque dicto loco „ jus dominii iis tribuit, ejus uſum vero „ illis negat. At hæc quoque diſtinctio in „ genere admitti non poteſt. Nam infantibus non tantum jus dominii, ſed & ejus „ uſus ſubſtantialis, qui in utendo & conſumendo conſiſtit, competit; ſoluſque accidentalis ejus uſus, qui in facultate diſponendi & adminiſtrandi conſiſtit, ac rationem ſupponit, impeditur: quem naturalis ratio alio modo ſupplet, per parentes ſcilicet, & iis deficientibus, per familiam, & magiſtratum.

Si ſolum jus naturale ſpectamus] „ Quod „ ex dictamine rectæ rationis fluit.

Dominium non dari, niſi in eo qui ratione utitur] Non admittendum eſt, 1. quod ait, dominium non dari niſi in eo qui ratione utitur, cum jam demonſtratum ſit, jus dominii competere etiam infanti & furioſo. 2. Quod putat gentes moratiores ſaltem introduxiſſe, ut infantes & furioſi dominia accipere poſſint, repræſentante eos humano genere: Fabulam enim hanc jam exploſimus, & probavimus non jure gentium demum, ſed ipſa natura dictante infantes & dominium, & uſum ejus, excepta adminiſtratione, habere poſſe. 3. Quod ait, dominium hoc tantum in actu primo conſiſtere, de quo mox. 4. Quod confundit dominium, ejuſque adminiſtrationem, cum illud etiam citra rationis uſum effectum habere poſſit, uti antea dictum eſt.

Sed jus gentium ob utilitatem communem introduxit] „ Tale jus gentium non datur, „ adeoque verum non eſt, jure gentium demum dominium infantium introductum „ eſſe.

Perſonam illorum quaſi ſuſtinente genere humano] Dixi, naturam non fingere, ſed fictiones omnes ex jure poſitivo originem ducere. Si ex beneficio gentium id eſſet, iterum a gentibus auferri dominium poſſet. Sed nec opus eſt illa fictione, cum ipſa natura verum infantibus dederit dominium.

Multa conſtituere poſſunt præter naturam, ſed non contra naturam] „ Ex hoc axiomate „ probat Auctor, non contrariari juri naturæ ſi gentes infantibus dominium concedunt, ſed id ſaltem eſſe præter naturam, „ i. e. addi aliquid naturæ. At dictum eſt, „ dominium infantium ab ipſa natura, non „ a jure aliquo gentium eſſe, quale non „ dari certum eſt.

Ideo dominium hoc &c. ſtat intra actum primum] Actus *primus* Philoſophis dicitur potentia, quæ nondum in actum eſt deducta. Actus *ſecundus* vero exercitium illius potentiæ. His præmiſſis dicimus, verum non eſſe hoc dominium intra actum primum ſtare, i. e. nominatas perſonas potentiam ſaltem dominii habere; infantes enim exercitium dominii quoque habent, adeoque & in actu ſecundo; illi enim quoque re utuntur, eamque conſumunt, in quo uſus ſubſtantialis dominii conſiſtit. Præterea 2. Auctor male actum ſecundum, i. e. uſum dominii, ejuſque exercitium in facultate adminiſtrandi conſiſtere, ait, hæc enim adminiſtratio quidem pertinet ad uſum dominii, ſed is uſus ſaltem eſt accidentalis, cum ſubſtantialis conſiſtat in conſumtione rei, qui uſus etiam infantibus proprius eſt.

Quod favore infantium] „ Nam naturali „ jure non dari dominium dixit, niſi in iis, „ qui ratione utuntur: adeoque gentes demum ex favore pupillorum tale introduxiſſe fingit.

Et his ſimilium] „ Ut furioſorum. *L.* 1. „ *c.* 3. §. 24.

Conſenſu gentium] „ Fingit enim, gentes „ voluiſſe ut perſonam eorum interim ſuſtineat humanum genus.

Humanius viventium] „ Nam jus gentium Auctori eſt, quod gentes *moratiores* „ inter ſe conſtituerunt. *Proleg.* §. 17. *l.* 1. „ *c.* 1. §. 14.

Intra actum primum] „ I. e. intra potentiam,

Digitized by Google

„ tentiam, ita ut jus dominii ex conſenſu „ demum gentium ipſis competat.

Nec ad actum ſecundum &c. poteſt pertingere] „ I. e. ad exercitium dominii, quod „ verum non eſſe vidimus; nam actu utitur „ dominio infans dum rem conſumit.

Ad habendi, non per ſe utendi jus pertinet] „ Imo & per ſe utendi jus habent in- „ fantes; actu enim infantes quoque rebus „ ſuis utuntur, eaſque conſumunt; dum e- „ dunt, bibunt, etſi adminiſtrare non poſſint.

Nam alienatio &c. in ipſa ſui natura includunt actum utentis ratione voluntatis] Auctor recte ait, uſum dominii non competere infanti quoad effectum alienationis, quia alienatio pertinet ad adminiſtrationem, quæ rationem requirit. At in eo errat Auctor, quod uſum dominii, adeoque ejus actum ſecundum, in ſola adminiſtratione conſtituat, cum dictum jam ſit, præcipuum & ſubſtantialem dominii uſum conſiſtere in percipiendo & conſumendo; quoad hunc autem effectum omnino dominium, etiam in actu ſecundo, ad infantes pertingit. Neque enim edere & bibere ſunt actus intellectus, ſed inſtinctus.

Et ſi qua huic ſunt ſimilia] Sc. pignoratio, commodatum, quin in genere omnes actus qui intellectum ſupponunt.

Quo non male referas illud Pauli Apoſtoli] Imo Apoſtolus contrariatur ſententiæ Auctoris, is enim pupillo tribuit dominium, his verbis: *cum ſit dominus omnium.* Equidem porro ait, *eum nihil differre a ſervo.* Sed hoc explicat ipſe Apoſtolus ad *Galat. IV.* 2. ratione adminiſtrationis, non ratione uſus dominii in genere: ibi, *ſed ſub tutoribus & actoribus eſt.* i. e. ſub poteſtate tutoris, quæ vero non impedit, quo minus rei ſuæ dominio uti poſſit conſumendo.

De mari cœpimus ſupra aliquid dicere, quod nunc abſolvendum eſt] In capite præcedenti Auctor expoſuit originem dominiorum: ſuppoſuit res omnes natura eſſe communes, & illam communionem hodieque conſiſtere, & ſupereſſe in mari, utpote re indeterminata, ſtatuit. Hinc ex profeſſo nunc examinat quæſtionem, *An mare occupari poſſit?* Res ita ſe habet.

PROPOSITIO I.

Rerum terreſtrium quædam ſunt, ubi ſeparari ſubſtantia rei, & uſus poſſunt; quædam, ubi non poſſunt. Vid. noſtra Hypomn. Inſt. de Rer. div. §. 3.

DEMONSTRATIO.

Talis res, ubi ſubſtantia ſeparari ab uſu poteſt, adeoque *ubi aliud eſt res ipſa, aliud ejus uſus*, & unde proinde commoda percipi poſſunt ſalva ſubſtantia, eſt v. g. *ovis*, cujus ſubſtantia conſiſtit in carne, uſus autem in lana & lacte. Sic *fruges* ſalva ſubſtantia ſeparari poſſunt a fundo. *Domus* ſalva eſt etſi inhabitetur. *Operas* e ſervo percipere poſſum, nec ideo ſubſtantia ſervi imminuitur. Talis quoque res eſt *mare*; ubi piſcari, & navigare poſſumus ſalva ſubſtantia. *vid. Prop.* 3.

Ad res autem, *in quibus ſubſtantia ſeparari ab uſu non poteſt*, ſed quarum naturalis uſus conſiſtit in abuſu, i. e. in conſumtione ipſius ſubſtantiæ, referri poſſunt *vinum*, *oleum*, *frumentum*; eoque pertinent *aër*, *aqua*, *lumen*, *ventus*, quorum ſubſtantia ipſo uſu hauritur.

PROPOSITIO II.

In rebus prioribus *alii proprietas, alii uſus competere poteſt*; *non in* poſterioribus.

DEMONSTRATIO.

Quando enim res ab uſu ſeparari poteſt, *alii* poteſt ſubſtantia rei, i. e. rei proprietas competere, *alii* vero uſus & commoda rei, quia diverſa & ſeparata ſunt. Exemplum eſt in *uſufructu*, ubi alii competit *dominium* fundi, alii *uſusfructus* ejus: ille rei proprietatem habet, & ſubſtantiæ dominus eſt; hic ſola commoda rei percipit. Idque non tantum inter privatos, ſed etiam inter populos, quin inter privatos & populos uſum habet, uti mox videbimus.

In illis autem rebus, quarum ſuſtantia ab uſu ſeparari non poteſt, neceſſario is qui utitur ſubſtantiæ dominus fit, quia res ipſa in abuſu conſiſtit, nec diſtincta aut ſeparata ſunt rei ſubſtantia, ejuſque uſus. Ita enim qui *vino* utitur, illud conſumit utendo: & *frumenti* uſus naturalis conſiſtit in conſumtione ipſius ſubſtantiæ.

PROPOSITIO III.

Mare & flumina tales res ſunt, ubi ſubſtantia ab uſu ſeparari poteſt.

DEMONSTRATIO.

Subſtantia enim maris conſiſtit in alveo, littoribus, & aqua marina: ita enim tres hæ partes recenſentur a JCtis Romanis *in* §. 5. *Inſt. de Rer. diviſ. L.* 3 *pr. Ne quid in loco publ.* qui proinde has partes in ſua habet poteſtate, ipſam ſubſtantiam ſeu proprietatem maris tenet. Uſus autem maris conſiſtit in navigando & piſcando, quæ abeſſe, & alii competere ſalva ſubſtantia poſſunt. *vid. d.* §. 5.

PROPOSITIO IV.

Uſus maris vel ei eſt proprius & naturalis,

vel ſaltem accidentalis.

DEMONETRATIO.

Uſus naturalis maiis conſiſtit in navigando, piſcando, & ſine quibus uſus hic exerceri nequit: ut navem alligare, retia ſiccare, caſam ponere. Omnes reliqui oſus ſunt accidentales, qui mari proprii non ſunt: quo pertinet ſalia coquere, ædificia in littoribus ponere, gemmas ibi legere. &c.

PROPOSITIO V.

Ex præmiſſis jam ſequitur, mare quoad ſubſtantiam & proprietatem occupari poſſe; quoad uſum autem occupari non poſſe, ſed manere publicum jure gentium.

DEMONSTRATIO.

Hæc eſt celebris quæſtio, an mare proprium alicui populo fieri poſſit? Auctor negat mare vel totum, vel quoad præcipuam ejus partem occupari poſſe; idqoe ex morali & naturali ratione probat (quanquam concedat, non tantum quoad partes minores noſtrum fieri, ſed & imperium maris quæri poſſe. *Confer. L.* 2. *c.* 3. §. 8. *ſeqq.*) Imo in favorem Belgarum, qui mare propriom fieri poſſe negabant, libellum edidit ſub titulo: *Mare liberum.* Contrarium aſſeruit Seldenus in alio libello, qoem pro tuendo jure Anglorum edi curavit, ſub titulo *mare clauſum*: ubi ſtatuit, mare ita fieri noſtrum poſſe, ut nulli alii genti aditus ad illud ulterius pateat. Atque in hanc duplicem ſententiam omnes Auctores communi conſenſu iverunt, teſte *Puſendorfio de jure nat. & gent. Lib. IV.* At neutram ſententiam veram eſſe nunc demonſtrabo.

Sane, SUBSTANTIAM MARIS, ejuſque PROPRIETATEM omnino occupari poſſe, & actu occupatam eſſe, negari nequit. Nam 1. occupatio eſt actus, quo res in poteſtatem noſtram & cuſtodiam redigitur. In poteſtate autem noſtra eſt id, quo ipſe uri, & unde alios arcere & ſubmovere poſſumus. At in mari id poſſumus vel ope claſſis, vel occupatis littoribus, ex quibus prohiberi ab ingreſſu maris reliqui poſſunt. 2. Tota terra occupari natura ſua poteſt; creator enim hominibus jus dedit in univerſam terram, & facultatem quoqoe id perficiendi. Si ergo tota terra occupari poteſt, etiam mare poterit, quæ eſt pars terræ. Quod ſi ob imbecillitatem humanam, ob defectum mediorum, &c. occupata tota nondum ſit, jus tamen non defecit. Sed & 3. fatetur ipſe Auctor, maria non adeo magna occupari poſſe: *L.* 2. *c.* 3. §. 9. & 13. ergo natura occupari mare poteſt, & cum Auctor magnitudine ea tantum diſtinguat, id ſaltem inde infertur, difficiliorem eorum eſſe occupationem, non vero natura impoſſibilem, neque defectum eſſe in mari, quod id non poſſit occopari, ſed in hominibus, quod media eis deficiant. Imo 4. fatetur Auctor, imperia maris poſſe occupari; *L.* 2. *c.* 3. §. 13. &. *in not.* ergo in poteſtate eſſe poteſt mare: nam per imperium acquiritur complexus omnium jurium publicorum. Denique & 5. omnium gentium exempla probant maria occupata eſſe: qoæ late congeſſit *Seldenus de mari clauſo*, & *Grotius Lib.* 2. *c.* 3. §. 9. & 13. *Confer. Puſend. L.* 4. *c.* 5. §. 5. Sic Diodorus Siculus ait, Tyrrhenos maris imperium adeptos mare Tyrrhenum dixiſſe *L.* 5. *c.* 20. & 40. Seneca in Octavia, v. 39.

Paruit liber diu
Oceanus, & recepit invitus rates.

Jupiter prædicit Veneri de Cæſare.

Imperium Oceano famam, qua terminet aſtris.

Veneti ſe dominos maris Adriatici prædicant. Mare Indicum ſibi Hiſpani, & Portugalli vindicant. Antiochos claſſe victus dicitur poſſeſſione maris pulſus. *Liv. Lib.* 37. *c.* 26. & 31. Rhodii dicuntur domini maris. *L.* 9. *ff. ad L. Rhod.* Item Athenienſes, apud *Polyb. Hiſt. L.* 1. *c.* 2. & 6. *pr.* & *in med.* Romani dicuntur pelago dominari. *ibid. c.* 7. *in f.* Xerxes trajecto ponte dicitur maris victor. *Juſtin. lib.* 2. *c.* 13. Adde eundem *lib.* 8. *c.* 2. & *lib.* 12. *c.* 10. Atque hinc imperium maris magni momenti dicitur apud *Polyb.* 3. *c.* 20. *p.* 257. & Romani metuebant, ne Athenienſes id acquirerent. *Ibid. lib.* 3. *c.* 21. *pr.*

USUS autem MARIS proprius fieri unius populi non poteſt. Atque hinc, licet dominium proprietaſque maris occupata ſit, ea tamen, quæ ad oſum juris gentium pertinent, omnibus patent. Hinc omnes homines navigare, & piſcari in mari etiam occupato poſſunt.

Atque ita JCti Romani quoque rem deciderunt. Nam Imperator in §. 6. *Inſtit. de Rer. div.* accurate diſtinguit inter *proprietatem* maris & littorum, ac eorum *uſum*: *illam* nullius eſſe ait, *hunc* publicum jure gentium, i. e. communem. *Add. L.* 3. §. 1. *ne quid in loco publ.*

Hinc vi PROPRIETATIS is qui occupavit mare, ejuſque littus, imperium in ea habet, *L.* 3. *ne quid in loco publ.* & alios, ne ibi exſtruant ædificia, prohibere poteſt. §. 2. *Inſt. de rer. div.* quia ædificia non pertinent ad uſum juris gentium: unde decreto Prætoris ad id opus eſſe dicitur. *l.* 50. *A. rer. dom.*

Equi-

Equidem occupans ibi ædificare poteſt, *L.* 14. *A. rer. dom. L. pen. Rer. div.* ſed diruto ædificio res redit ad priſtinam cauſam, i. e. fit iterum nullius, *d. L.* 14. *l.* 6. *pr. Rer. div.* ita ut nec præſcriptio locum habeat. *L.* 45. *ff. uſurp. d. l.* 14. *l. pen. Rer. divis. l.* 6. *pr. de Diverſ. temp. præſcript.* Atque hæc quoque ratio eſt cur inſulæ in mari natæ cedant occupanti. *L.* 7. §. 3. *A. rer. dom.*

Obſtat §. 2. *Inſt. de Rer. div.* Ubi mare & littora dicuntur res communes. *Add. L.* 2. §. 1. *Rer. div. l.* 13. *pr. Comm. præd.* Reſp. ex ſubjectis exemplis apparet, agi ibi de uſu maris: nam poſtquam Imperator *d.* §. 2. dixerat, commune eſſe mare, & per hoc littora maris, ſtatim addit, nemo igitur ad littus accedere prohibetur. Idque in §. 6. *Inſt.* & *l.* 4. *ff. eod.* expreſſis verbis ita declaratur, ac littorum & maris *uſum* publicum, & juris gentium eſſe ibi aſſeritur.

Obſtat porro *L.* 14. *A. rer. dom.* ubi littora dicuntur nullius eſſe, uti feræ. Reſp. loquitur JCtus de *proprietate* littorum, quæ omnino nullius ſunt, indeque occupanti cedunt. Quæ vero ad uſum littorum pertinent ea omnibus communia ſunt. Nemo igitur ad littus accedere prohibetur. §. 2. *Inſt. R. D.*

Quilibet in littore caſam ponere, retia ſiccare, & aquam ducere poteſt, §. 5. *Rer. div.* quia mare eſt publicum jure gentium: *L.* 4. *pr.* & §. 1. *Rer. div.* & *L.* 2. §. 2. *Ne quid in loco publ.* adeo ut actio injuriarum competat contra eum, qui alium ab uſu maris impediret *l.* 2. §. 9. *Ne quid in loc. publ. l.* 13. §. *fin. de injur.* Sed & porro jus navigandi omnibus hominibus commune eſt. *L.* 5. *ff. rer. div.* portum intrare omnibus licet, portus enim pene omnes ſunt publici, (ſc. jure gentium) *L.* 4. *ff. rer. div.*

Notanter autem in propoſitione hac dicitur, *uſum maris* occupari non poſſe *quatenus eſt juris gentium*: i. e. quatenus eſt mari proprius. Nam ex propoſitione IV. conſtat, alios præterea maris eſſe uſus, aliaque commoda, quæ ſequuntur proprietatem, adeoque ad occupantem pertinent. Unde JCtus *in L.* 4. §. 1. *ff. Rer. div.* notat, cuique licere natura ad littus accedere, dum tamen villis, ædificiis, & monumentis abſtineat, *quia non ſunt juris gentium, ſicut eſt mare.* Adeoque commoda, quæ non ad uſum juris gentium communem pertinent, occupari omnino poſſunt.

Additio.

„ Noſtram ſententiam de occupatione maris expoſuimus in *Diſſ. procem. XII.* §. 262.

P R O P O S I T I O VI.

In uſu maris jure gentium communi præventioni locus eſt.

D E M O N S T R A T I O.

Omnes igitur homines habent jus mari utendi: non quod omnes homines poſſint ſimul in eodem loco piſcari, retia locare, caſas ponere; naturæ enim id repugnat: ſed ut ſi unus prævenerit & actu utatur, reliqui expectare debeant donec uſus finitus fuerit, neque alii hunc, qui jure ſuo gentium utitur, expellere poſſint. Uti igitur quilibet privatus locum aliquem eligere ad uſum ſuum poteſt, ſi & animum habet intra certos fines utendi, & locum in poteſtate habeat, *L.* 3. §. 1. & 2. *Acquir. poſſ.* ita & populus poteſt occupare locum in vicino mari ad uſum communem populi, eoque occupato alii populi inde arceri poſſunt; quia locus, cujus uſum occuparunt, nullius eſt. Atque ita rem decidit JCtus *in L.* 7. *ff. de diverſ. Præſcribi, ſi quiſquam in fluminis publici diverticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem jure uti prohibet*, ſc. quamdiu utitur: nam ſi deſerit uſum res redit ad priſtinam cauſam, adeo ut præſcriptio longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca jure gentium publica non obtineat. *L.* 45. *pr. Uſurpat.*

Hinc concludo 1°. uti privatus in locis quorum uſus jure gentium omnibus patet, non poteſt eo pelli, ita etiam ſi populus diſtrictu aliquo maris, etiam amplo, utatur, illo expelli nequit. *d. l.* 7. 2°. Si ergo eo tempore, quo mare ejuſque imperium occupatur a populo, alterius populi ſubditi ſoliti fuere piſcari in eo mari, ab hoc uſu impediri non poſſunt, quia mare tantum occupatur quatenus vacuum eſt ab alterius uſu. 3°. Contra, ſi mare vacuum eſt ab alterius uſu, is qui occupat mare vi proprietatis prohibere alios poteſt, ne piſcentur, & ſic ab ingreſſu piſcandi cauſa arcere. Neque enim tunc a jure piſcandi arcetur, ſed ab ingreſſu in rem quæ ſub alterius imperio eſt.

Hinc jam facile conſtat deciſio duplicis illius controverſiæ inter Anglos & Belgas 1. in mari Britannico de captu halecum: 2. in mari Spitzbergico de captu balenarum. In priori negari nequit, Anglos in uſu & exercitio piſcandi ſolos per plures annos fuiſſe, indeque merito excludere Belgas potuiſſe; unde & cauſa cecidere Belgæ, & victi non niſi inæquali fœdere admiſſi fuere. In poſteriori controverſia nunquam in uſu & exercitio fuere Angli, neque enim ex eo quod una vel altera navis eo pervenerit, uſus totius maris

maris occupatus cenſeri poteſt. Unde Angli victi Belgis liberum uſum piſcandi cedere coacti ſunt

PROPOSITIO VII.

In fluminibus idem obtinet, quod in mari: ut ſc. proprietas *nullius ſit, & occupari poſſit;* uſus *vero jure gentium eſt communis, adeoque non occupabilis.*

DEMONSTRATIO.

Flumen conſiſtit ex ripis, alveo, & aqua profluente. Horum omnium *ſubſtantia* natura nullius ſit, indeque cedit occupanti. At *uſus* riparum, uſus aquæ profluentis, uſus alveorum, quatenus flumini eſt proprius, omnibus patet, adeoque occupata licet proprietate alii inde excludi non poſſunt. Atque hæc diſtinctio diſertis verbis traditur *in* §. 4. *Inſt. Rer. div. & l.* 5. *ff. Eod. Riparum quoque uſus publicus eſt jure gentium, ſicut ipſius fluminis; ſed proprietas earum illorum eſt, quorum prædiis hærent.*

Effectus PROPRIETATIS in eo conſiſtit, ut ſoli domino in ripa ædificare liceat; ut fructus & arbores ſequantur proprietatem. &c. §. 4. *inſt. Rer. div. d. l.* 5. USUS autem jure gentium communis in eo conſiſtit, ut quilibet poſſit in flumine publico piſcari, §. 2. *Inſt. Rer. div. L.* 7. *de diverſ. præſcript. l.* 45. *Uſurp.* ut cuique liberum ſit per flumen navigare, *d.* §. 4. *d. l.* 5. portum ingredi &c. *l.* 4. §. 1. *rer. div.* Atque vi hujus juris communis licet navem ad ripam appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia exſiccare, & ex mari reducere. *d.* §. 4. *d. l.* 5.

De *alveo* ſpeciatim traditur, ejuſdem eum eſſe juris, cujus & flumen, i. e. publicum jure gentium: *L.* 7. §. 5. *A. rer. dom.* cujus ſc. ſubſtantia nullius eſt, uſus vero ad omnes pertinet. *L.* 14 *ff. eodem.*

PROPOSITIO VIII.

Occupato igitur territorio, ripæ, alvei, adeoque & inſulæ, nec non portus quoad proprietatem *ſunt populi, qui tamen ſingulis quoque eam concedere, ac permittere poteſt.*

DEMONSTRATIO.

Flumina continentur ſub occupatione generali, quam diu in ſingulos non ſunt deſcripta. Atque adeo ſub hac generali occupatione continentur 1. alvei, ſine quibus flumen eſſe non poteſt. §. 23. *Inſtit. Rer. div. L.* 30. §. 3. *Acq. rer dom.* 2. Ripæ, quæ intelliguntur cum aliqua latitudine, quouſque nimirum flumen excurrere poteſt ut ne inundet, *arg.* §. 3. *I. Rer. div.* adeoque quæ continent flumen pleniſſimum. *L.* 3. §. 1. *Flumin.* 3. Portus, quia itidem ſunt pars alvei, indeque publici. *L.* 4. *de R. div.* Sed & 4. inſulæ publicæ ſunt, quia ſunt pars alvei, vel riparum *L.* 55. §. 4. *A. rer. dom.* Unde hodieque flumina ad regalia pertinent, ut & pleraque incrementa fluvialia, ut inſulæ, alvei, inventa in littore &c. At apud Romanos, ubi ſtatus erat popularis, pleraque permiſſa fuere ſingulis: illi proinde acquirebant ſibi ripas, §. 4. *de Rer. div.* inſulas in flumine publico natas, §. 22. *eodem & l.* 30. §. 2. *Acqu. rer. dom.* alveos deſertos. §. 23. *Rer. Div. d. l.* 30. §. 3.

PROPOSITIO IX.

At uſus juris gentium *riparum, alvei, portuum &c. manet communis, etiam occupato territorio: unde uſus aquæ, & uſus navigandi omnibus patet. Reliqui autem uſus, qui flumini proprii non ſunt, ut jus piſcandi, venandi, legendi uniones, ſalia coquendi &c. manent ſub occupatione generali.*

DEMONSTRATIO.

Dixi, flumen eſſe rem ubi ſubſtantia ab uſu ſeparari poteſt, adeoque aliud jus ibi eſſe in ſubſtantia, aliud in uſu: *ſubſtantia* ante occupationem eſt nullius, poſt occupationem publica: at *uſus* naturalis fluminis & ante, & poſt occupationem eſt communis, quia per naturam in poteſtatem, ſeu jus proprium redigi non poteſt. Idque 1. de aqua extra omne dubium eſt: hujus enim uſus in hauriendo conſiſtit, qui uſus omnibus ſufficit, adeoque, uti aër, omnibus communis eſt. *L.* 2. *Rer. div.* Hoc jus commune hominum ad uſum ſalvum eſt etiam occupato flumine.

Atqui hoc modo aqua ipſa acquiritur occupatione. Reſp. Imo ſolus uſus aquæ per hauſtum acquiritur, qui in conſumendo conſiſtit. Neque igitur hic rei quædam communio eſt, ſed ſaltem juris utendi. 2. Uſus navigandi quoque omnibus patet, quia eſt tranſitus, a quo nemo impediri debet. *vid. ſupr. c.* 2. §. 13. 3. Piſcandi ergo jus non omnibus patet, uti nec jus venandi, nam hæc ſub occupatione generali continentur; unde is qui occupavit alios inde arcere poteſt intra fines territorii, vel fluminis occupati.

Atque hinc apparet jus Romanum, quod venandi & piſcandi jus omnibus commune facit, & quod a jure legendi uniones, ſalia coquendi, & occupandi inventa in littore neminem excludit, eſſe partem juris gentium ſecundarii.

PROPOSITIO X.

Uſus juris gentium in flumine intelligitur 1.

ut ea quoque, ſine quibus uti nequimus, licita ſint. 2. *ut, quamdiu unus utitur, alius uti nequeat.* 3. *ut ſit innoxius.*

D e m o n s t r a t i o.

Diximus, uſum fluminis, etiam occupati, quatenus juris gentium eſt omnibus patere, eoque retulimus uſum aquæ & navigationis. Ad hunc uſum juris gentium quoque 1. referuntur, ex medii neceſſitate, omnia ſine quibus uſus ille expediri nequit, uti anchoras jacere, navem alligare, caſam ponere. 2. Natura hujus uſus eſt, ut quamdiu unus utitur alius uti nequeat, unde præventioni locus eſt, uti in mari ſupra Propoſ. VI. vidimus: adeoque non denegatur alteri uſus, ſed impedimentum eſt a concurſu juris alterius utendi, qui proinde arcere extraneos poteſt. *L.* 7. *diverſ. temp. præſcr.* impoſſibile enim eſt, ut tu ſtare poſſis in eo loco quo ego ſto. *L.* 3. §. 5. *Acq. poſſ.* At ceſſante uſu, adeoque ceſſante impedimento, jus utendi reliquorum hominum redit. *L.* 14. *A. rer. dom.* adeo ut is, qui antea uſus eſt, & uti ceſſavit, præſcriptionem allegare non poſſit. *L.* 45. *ff. uſurp.* quia is non jure dominii uſus eſt, ſed jure communi gentium. 3. Uſus ille innoxius eſſe debet: proinde non poteſt aliquid facere in ripa, quo ædificia ibi ædificata, fructus ibi ſati, arbores ibi plantatæ deteriores fiant. §. 4. *Inſt. Rer. div. L.* 1. *pr. Flum. L.* 24. *pr. Damni inf. L.* 3. *L.* 4. *ſi quid in loco publ.*

Additio.

„ Noſtram ſententiam circa occupationem „ maris, & fluminis expoſuimus *in Diſſ. pro-* „ *œm. XII.* §. 262. *n.* 2.

A d §. VII.

Flumina occupari potuerunt] Quia quoad proprietatem nullius ſunt. §. 5. *Inſt. Rer. div.*

Additio.

„ Flumina nullius quidem ſunt, at ita nul- „ lius, ut ſua natura nec in ſingulorum pro- „ prietatem venire poſſint. Unde *aqua pro-* „ *fluens* æque ac aër communis dicitur. §. 1. „ *inſt. rer. div.* Sed & *alveus* ejuſdem eſt ju- „ ris, cujus eſt flumen, *L.* 1. §. 6. & 7. *Flu-* „ *min. l.* 7. §. 5. *l.* 30. §. 3. A. R. D. §. 23. „ *Inſt. Rer. div.* & aqua quæ alveum tegit. „ *l.* 2. §. 1. *ff. rer. div.* cujus effectus eſt ut „ uſus ſit publicus jure gentium. *d.* §. 5.

Sed cum aqua ſuperiori, & cum inferiori, aut cum mari cohærent] „ Aqua igitur pro- „ fluens, quæ ſingulis momentis, & perpetuo „ tranſmittitur, non eſt in noſtra poteſtate, „ adeoque occupari nequit.

Sufficit enim quod major pars, id eſt latera clauſa ſint ripis] „ Sufficit id quidem ad ac- „ quirendum imperium in flumen quod tranſ- „ fluit, non autem ad acquirendam proprie- „ tatem.

Et quod comparatione terrarum exiguum quid eſt flumen] „ Magnitudo nihil ad rem „ facit: in occupatione enim ſolum quæſtio „ eſt, an res in poteſtatem, & cuſtodiam no- „ ſtram redigi poſſit. Diximus autem flumen „ in noſtra corporali poteſtate conſtitui non „ poſſe.

A d §. VIII.

Et mare occupari potuiſſe ab eo, qui terras ad latus utrumque poſſideat] Auctor *ſupra Lib.* 2. *c.* 2. §. 3. dixit, mare ſumtum aut ſub ratione integri, aut ſub ratione præcipuarum partium, in proprium jus abire non poſſe. Secus eſſe ait, ſi exigua quædam maris pars ſit, hanc enim ab eo qui terras ad latus utrumque poſſidet occupari omnino poſſe. Ubi notandus eſt perpetuus Auctoris error, mare occupari non poſſe propter magnitudinem, quando ſc. aut par, aut majus eſt terra: aliud autem eſſe ſi mare ſit minus terra, adeoque ſi conſideratur tanquam parva portio terræ accedens. Nos totum mare quoad ſubſtantiam occupari poſſe: quoad uſum autem maris etiam partem ejus occupari non poſſe, aſſeruimus.

Additio.

„ Mare rem communem, & publicam jure „ gentium eſſe probavimus in *Diſſ. procem.* „ *XII.* §. 219. *ſeq.* Illudque natura quoad „ dominium occupari, i. e. in poteſtatem „ noſtram corporalem redigi non poſſe, na- „ turæ rationibus demonſtravimus, *ibid.* §. „ 260. §. 261. §. 262.

Dummodo non ita magna ſit pars maris, ut non cum terris comparata portio earum videri poſſit] Dictum ſupra eſt, mare ſemper eſſe portionem terræ, neque magnitudinem maris impedire quo minus totum occupari poſſit, uti tota terra. Conf. *l.* 2. *c.* 2. §. 3.

Additio.

„ Mare ſua natura nec totum, nec pro par- „ te in proprietatem venire poſſe, ſæpius „ dictum eſt.

Digitized by Google

Et quod uni populo, aut regi licet, idem & licere videtur duobus, aut tribus] „ Ve-
„ rum id eſt ratione imperii: ita Hiſpani,
„ Luſitani, Angli, Belgæ, maria Indiæ oc-
„ cidentalis occuparunt, ſed tantum quoad
„ imperium.

Si pariter mare interſitum occupare voluerint] „ I. e. ſi terras ad latus utrumque
„ poſſideant.

Nam ſic flumina, quæ duos populos interluunt, ab utroque occupata ſunt] Si non conſtat alterum totum flumen prius occupaſſe, omnino commune debet eſſe imperium: uti de fluvio Vedaſo, qui Galliam & Hiſpaniam dividit in Fontarabia, decidit *Priol. Hiſtor. L.* 10. *Conf. infr. c.* 8. §. 12.

Additio.

„ Verum hoc eſt quoad imperium, nam
„ quoad aquam tum marinam, tum profluen-
„ tem, nec non alveum, littora, & ripas,
„ quatenus ad uſum maris & flumina perti-
„ nent, proprietas occupari nequit. *Diſſ.*
„ *proœm.* XII. §. 219. *ſeq.* §. 260. *ſeq.*

Ac deinde diviſa] „ Ita ſcilicet, ut cui-
„ que ad medietatem fluminis uſque jus im-
„ perii competere debeat.

Ad §. IX.

Fatendum eſt] „ Auctor per partes exi-
3 „ guas mare occupari poſſe aſſeruit §. 8. Ob-
„ ſtare autem ei videtur doctrina JCtorum
„ Romanorum, qui mare inter res commu-
„ nes referunt, adeoque inter res quæ occu-
„ patæ non ſunt, & quarum uſus ad omnes
„ pertinet. Reſpondet Auctor, id ex jure
„ gentium, adeoque ex inſtituto ortum eſſe.
„ *vid.* §. *hunc* & *ſeq.* Verum alibi demon-
„ ſtravimus, ipſam naturam maris obſtare
„ quo minus in proprietatem ſingulorum ve-
„ nire poſſit, *Vid. diſſ. proœm. XII.* §.
„ 260. *ſeq.*

In partibus] „ Nam totum mare occupa-
„ ri non poſſe, ipſe Auctor fatetur.

Cognitus Romano Imperio] „ I. e. intra fi-
„ nes Romani Imperii.

A primis temporibus ad Juſtinianum uſque]
„ I. e. a tempore conditi imperii uſque ad
„ finem fere imperii Romani.

Juris gentium fuiſſe, ne mare a populis occuparetur] „ Imo id non ex jure gentium
„ aliquo voluntario obtinuit, utpote quale
„ non exiſtit; ſed ex ipſo jure naturæ, quia
„ mare, quatenus pro complexu aquarum ſu-
„ mitur, in proprietatem ſingulorum venire
„ nequit. Sane JCti diſerte mare non jure
„ gentium, ſed *jure naturali* commune eſſe
„ dixere. §. 1. *Inſt. Rer. div.*

„ Neque *obſtat* mare dici rem nullius; §. 5. *ff.*
„ *Rer. div.* quod autem nullius eſt cedit occu-
„ panti, *l.* 3. *pr. A. rer. dom.* atque ex hac ra-
„ tione etiam id quod in mari ædificatur cedere
„ ædificanti dicitur. *L.* 3. §. *f. L.* 7. §. 3. *eodem.*
„ Reſp. non omnia ea quæ nullius ſunt ce-
„ dunt occupanti; quædam enim ita nullius
„ ſunt, ut nec occupati ſua natura poſſint:
„ quo etiam pertinet mare. Neque *in d. l.*
„ 30. & *d. l.* 7. dicitur mare occupari poſ-
„ ſe, ſed quod is qui in mari ædificium po-
„ nit, illud ſibi acquirat; ponit enim in lo-
„ co qui nullius eſt, & cujus uſus ad omnes
„ pertinet. Eadem ratione, qui inſulam in
„ mari natam occupat, eam ſuam facit, e-
„ xiſtit enim inſula in re quæ dominum ha-
„ bere nequit, adeoque nullius eſt, cujus
„ proinde uſus omnibus patet. Illuſtratur
„ hoc exemplo aëris, qui occupari, id eſt
„ in proprietatem venire nequit, volucres
„ tamen in aëre captæ dicuntur eſſe nullius,
„ indeque cedunt occupanti.

Etiam quod jus piſcandi attinet] Jus piſcandi in mari eſt idem quod jus venandi in terra: Uti igitur occupata terra nihilominus jus capiendi feras ſalvum manet cuique hominum, ita occupata proprietate maris ſalvum omnibus eſt jus piſcandi. At hoc jus ab eo qui proprietatem maris acquiſivit, ad eum effectum prohiberi poteſt, ne ingrediatur extraneus piſcandi cauſa, uti a domino prædii prohiberi alii poſſunt, ne ingrediantur venandi cauſa.

Additio.

„ Jus illud, *ne jus piſcandi occupari poſſit*,
„ non ex jure aliquo gentium oritur, ſed ex
„ ipſa ratione naturali: quia nec aqua, in
„ qua piſces capiuntur, in ullius hominis
„ poteſtatem venire poteſt; nec piſces qui in
„ aqua natant, in ullius hominis poteſtate
„ conſtituti ſunt. Cum igitur nemini jus pro-
„ hibendi competat, neceſſario ſequitur cui-
„ que jus eſſe piſcandi, & id quod capit ce-
„ dere capienti.

„ At occupato imperio imperans legem
„ mari dicere poteſt, ne quis ingrediatur
„ piſcandi cauſa: Si quis igitur contra hanc
„ legem piſcatur, piſces quidem capti, quia
„ nullius ſunt, cedunt occupanti; ſed inju-
„ riarum tenetur, quod invito imperante
„ id egerit.

Nec

Digitized by Google

Nec audiendi ſunt qui exiſtimant] ,, Illi
,, qui mare occupari poſſe ſtatuunt, (ut e-
,, vitent argumentum ex Juriſprudentia Ro-
,, mana deſumtum,) ajunt, *mare* JCtis Ro-
,, manis *commune* dici intuitu ſaltem civium
,, Romanorum, intuitu extraneorum autem
,, occupari poſſe, & vere occupatum eſſe.
,, Recte id rejicit Auctor, qui ex Theophilo
,, probat mare omnibus hominibus commune
,, dici, quod etiam allegati ab Auctore Ulpia-
,, nus, & Celſus affirmant, & ego late ratio-
,, nibus adſtruxi *in Diſſ. proœm. XII.* §. 219.

*Cum in jure Romano mare omnium commu-
ne dicitur*] ,, Ut *in* §. 2. *Inſtit. Rer. Diviſ.*
,, *L.* 13. §. *fin. de Injur. L.* 4. *pr. Rer. div.*

Nam primum voces ita ſunt univerſales]
,, JCti Romani recenſent mare inter ea NB.
,, quæ *jure naturali* communia ſunt omnium:
,, non ergo demum jure gentium, vel jure
,, Romano. §. 1. *Inſtit. Rer. div.*

Mare omnium commune] ,, Verba latina
,, exſtant *in pr.* & §. 2. *Inſt. Rer. div.* & *in*
,, *L.* 2. *ff. Dod.*

Κοινὸν πάντων ἀνθρώπων] ,, I. e. commune,
,, ſeu promiſcuum omnium hominum: non
,, ergo ſolorum Romanorum.

Et ita omnium eſſe, ſicut aër] ,, Imo hæc
,, non ſunt verba Ulpiani, ſed Celſi: de quo
,, in ſequentibus.

Celſus] ,, *L.* 3. §. 1. *Ne quid in loco publ.*
,, ibi, *maris communem uſum omnibus ho-*
,, *minibus, ut aëris; jactaſque in id pilas ejus*
,, *eſſe qui jecerit.*

Diſtinguunt JCti publica populi &c. *ab his*
,, *communibus*] ,, Imperator (non JCti)
,, diſtinguit res *communes* a *publicis*, (ſc.
,, jure gentium) ſed vapulat hic Tribonia-
,, nus: JCti Romani enim *res jure gentium*
,, *publicas* ſub *communibus* comprehenderunt.
,, Illiſque res *jure gentium publica* nihil aliud
,, ſunt, quam res quæ naturali jure *communes*
,, ſunt. Probatur hoc I. ex diviſione Marcia-
,, ni; ubi nulla mentio fit rerum *publica-*
,, *rum. Quædam enim naturali jure communia*
,, *eſſe*, ait, *omnium*, *quædam univerſitatis*,
,, &c. *quædam nullius*, *quædam ſingulorum:*
,, *l.* 2. *l.* 4. §. 2. *l.* 6. *R. D.* Non autem omiſ-
,, ſurus fuiſſet res publicas, ſi a rebus *com-*
,, *munibus* differrent. Sane II. idem Marcia-
,, nus poſtquam res communes recenſuit,
,, ita pergit, *ſed & flumina penes omnia*,
,, *& portus* PUBLICA *ſunt:* unde duo ſe-
,, quuntur, 1°. *res publicas jure gentium* non
,, incognitas fuiſſe Marciano, 2°. cum *publi-*
,, *ca* ad res *communes* uno contextu referre:
,, III. Idem Marcianus ex eo quod mare *com-*
,, *mune* ſit, concludit, omnes homines in eo
,, piſcari poſſe. *l.* 2. §. 1. *l.* 4. *pr. ff. Rer. div.*
,, At uſus maris, quo pertinet piſcatio, dici-
,, tur eſſe *publicus jure gentium.* §. 4 *Inſt.*
,, *de rer. div.* Sed & IV. alii JCti promiſcue
,, illas voces ſumunt: ajunt enim uſum flu-
,, minis eſſe *jure gentium publicum*, *L.* 30. §.
,, 1. *ff. Acq. rer. dom. l.* 3. *ff. Flumin.* §. 2.
,, §. 3. *Inſt. de Rer. div. d. l.* 4. §. 1. *l.* 5. *ff.*
,, *Rer. div.* at idem uſus fluminis alibi dicitur
,, *communis. L.* 24. *pr. ff. A.* V. Littora di-
,, cuntur *jure gentium publica*, *L.* 14. *pr. ff.*
,, *Acq. rer. dom.* §. 5. *Inſt. Rer. div.* at ea-
,, dem littora ſunt *communia. L.* 2. §. 1. *ff.*
,, *Rer. div.* VI. Maris uſus dicitur *publicus jure*
,, *gentium*, *d.* §. 5. *Inſt. rer. div.* at idem ma-
,, ris uſus eſt *communis*, uti aër. *L.* 2. *ff.*
,, *Ne quid in loc. publ.* VII. Maris, & littorum
,, uſus ideo *communis* dicitur, quia omni-
,, bus hominibus patet, *d. l.* 3. *l.* 13. *pr. ff.*
,, *commun. præd. l.* 2. §. 1. *junct. l.* 4. *pr.*
,, *Rer. div.* at *res publicæ jure gentium* itidem
,, ita dicuntur, quia omnibus gentibus pa-
,, tent. *L.* 4. §. 1. *l.* 5. *ff. Rer. div. l.* 24. *pr.*
,, *Damn. inf. l.* 1. §. 18. *Oper. nov. nunc.* VIII.
,, Omnia licent in *rebus publicis jure genti-*
,, *um*, quæ in rebus *communibus*: Sic enim
,, IX. in mari, quod res *communis* eſt, *L.* 2.
,, §. 1. *rer. div.* nemo prohibere poteſt navi-
,, gare, vel piſcari: *l.* 4. *pr. Eod.* at idem ob-
,, tinet in flumine, quod eſt *jure gentium pu-*
,, *blicum. l.* 5. *pr. rer. div.* X. Ad littora, quæ
,, communia ſunt, *d. l.* 4. cuique hominum
,, accedere, caſam ibi ponere, retia exſic-
,, care, & ex mari deducere licet, *d. l.* 4.
,, *l.* 5. §. 1. *Eod.* §. 5. *Inſt. Eod.* at idem licet
,, in ripis fluminis publici, quarum uſus eſt
,, *publicus jure gentium. d.* §. 4. *Inſt. l.* 5. *pr.*
,, *Inſt. Rer. div.*

,, Denique ex natura, & eſſentia rerum
,, *communium* ſequitur eas eſſe *publicas jure*
,, *gentium*: i. e. omnibus hominibus patere:
,, Cum enim res communes ſua natura in ho-
,, minum proprietatem venire non poſſint,
,, neceſſario ſequitur uſum earum rerum om-
,, nibus eſſe communem, & omnibus genti-
,, bus patere, i. e. eſſe publicum jure gen-
,, tium: quia dominus non exiſtit, qui alios
,, ab uſu earum rerum prohibere poſſit.

,, Cæterum, negari nequit JCtos Roma-
,, nos doctrinam de rebus *communibus*, &
,, *publicis jure gentium*, admodum obſcu-
,, ram reddidiſſe, dum eaſdem res modo *com-*
,, *munes*, modo *publicas*, modo *nullius* de-

„ nominaverunt. Res enim communes a
„ JCtis ſæpius *nullius* vocari apparet 1. ex
„ natura vocis: Ideo enim res *communis* di-
„ citur, quia omnibus patet, *d. l.* 13. & quia
„ quilibet jus habet eam occupandi v. quoad
„ uſum, vel quoad proprietatem: Id autem
„ neceſſario ſupponit rem in *nullius* bonis
„ eſſe; ſi enim in alicujus poteſtate res illa
„ eſſet, prohibere ille poſſet, quo minus
„ alius eam ſuam faciat, adeoque res non eſ-
„ ſet *communis*. 2. Diſſertis verbis Neratius
„ in *l.* 14. *pr. Acq. rer. dom.* tradit, litto-
„ ra, quæ ſunt communia, *L.* 2. §. 1. *ff. rer.*
„ *div.* ita publica eſſe, ut ea quæ primum a
„ natura prodita ſunt, & in *nullius* patrimo-
„ nium adhuc pervenerunt. Unde 3. non diſ-
„ ſimilis eorum (littorum) conditio eſſe
„ dicitur, atque piſcium ac ferarum, *d. L.*
„ 14. *pr.* quæ ſunt *nullius*. *L.* 1. §. 1. *junct.*
„ *l.* 3. *pr. A. R. D.* Atque hæc ratio eſt,
„ cur ea pars littorum in qua ædificium ex-
„ ſtruitur cedat occupanti, etiam quoad pro-
„ prietatem, quia littora nullius ſunt. *d. l.*
„ 14. *pr.* Accedit 4. quod JCti, poſtquam
„ recenſuerunt ea quæ naturali jure omnium
„ communia ſunt, *L.* 2. *pr. de Rer. div.*
„ porro addant *in L.* 2. §. 1. *ff. Rer. div.*
„ *item lapilli*, *gemmæ*, *ceteraque*, *quæ in litto-*
„ *re inveniuntur*, *jure naturali noſtra ſtatim*
„ *fiunt.* At hæ res alibi dicuntur *nullius*. §. 18.
„ *Inſt. Rer. div.* Certiſſimo indicio, res com-
„ munes & res nullius hic conjungi, & pro
„ iiſdem haberi. Sane 5. credendum non
„ eſt, Marcianum, juris peritiſſimum, ob-
„ liturum fuiſſe in generali illa diſtinctione
„ primitivam rerum ſpeciem, (i. e. res na-
„ tura *nullius*, quarum toties in jure civili
„ mentio fit,) ſi eas ſub rebus communibus
„ non comprehendiſſet. 6. Mare *res commu-*
„ *nis* dicitur, *L.* 2. §. 1. *ff. Rer. div.* idem
„ autem dicitur eſſe nullius §. 5. *Inſt. Rer.*
„ *div.* 7. Alveus maris eſt *res nullius*, & ta-
„ men dicitur ejuſdem juris eſſe cujus eſt
„ mare & littora maris, *d.* §. 5. quæ ſunt
„ *communia*. *L.* 2. §. 1. *ff. Rer. div.* 8. Modo
„ probavimus, res *communes* & res *publicas*
„ *jure gentium* eſſe ſynonima, *Add.* §. *ſeq.*
„ at res *publicæ jure gentium* in *nullius* bonis
„ eſſe dicuntur. *L.* 1. *pr. Rer. div. L.* 2. §. 1.
„ *Ne quid in loc. publ.*

„ Equidem Marcianus in rerum diviſione
„ mentionem ſpecialem facit *rerum nullius*;
„ at per eas res, ut cæteri quoque JCti, in-
„ telligit res *divini juris*, ſacras nimirum,
„ ſanctas, & religioſas: quæ itidem in *nul-*
„ *lius* bonis ſunt, ſed alio ſenſu.

In quibus & flumina] „ Male Auctor flu-
„ mina refert inter ea quæ civium Romano-
„ rum ſunt, & male a rebus communibus
„ diſtinguit: Recte Marcianus, poſtquam
„ res communes recenſuit, uno contextu ita
„ pergit, *ſed & flumina*, *& portus publica*
„ *ſunt.* i. e. publica jure gentium, uti id
„ diſerte traditur in *l.* 4. §. 1. *l.* 5. *ff. rer. div.*
„ §. 2. *Inſt. eod. l.* 3. *pr. Flum. l.* 1. §. 1. *R.*
„ *D. l.* 45. *pr. Uſurp.* Conf. *diſſ. proœm.*
„ *XII.* §. 222. Publica autem jure gentium
„ ad ea pertinent, quæ jure naturali commu-
„ nia ſunt; uti modo probavimus.

In Inſtitutionibus] „ Dictum jam eſt Tri-
„ bonianum hic vapulaſſe: In lege 2. ff. R.
„ D. (unde hunc §. depromſit) adeo flumina,
„ & portus non diſtinguuntur a rebus commu-
„ nibus, ut potius cum iis connectantur. Poſt-
„ quam enim res *communes* recenſuit, ita
„ pergit: *Sed &* (non vero *flumina autem*,
„ uti Tribonianus male verba allegat) *flumi-*
„ *na*, *& portus publica ſunt.*

Ut quæ in patrimonio ſunt populi] „ Et 2
„ quæ univerſitatis voce veniunt Marciano
„ in *L.* 2. *pr. Rer. div.*

Quæ primum a natura prodita ſunt, *&*
quæ in nullius dominium pervenerunt] „ Ad-
„ eoque quarum uſus omnibus communis eſt,
„ & publicus jure gentium; ita ut unicui-
„ que jus utendi, uſumque illius rei occu-
„ pandi competat.

Ne populi quidem ullius] „ Adeoque JCti
„ Romani per res *publicas* non intellexere
„ *communes* ſoli populo Romano, ſed
„ publicas jure gentium, quarum uſus om-
„ nibus hominibus patet.

Sed conciliari videntur hæc ita poſſe] Con-
ciliare vult Auctor pugnam inter Neratium
& Celſum, quorum ille littora *nullius*, hic
publica ſeu populi eſſe dixit; & ait, Nerati-
um loqui de uſu littorum neceſſario, Celſum
de uſu eorum utili. Rectius dicimus, illum lo-
qui de littoribus non occupatis, quæ omnino
in nullius ſunt poteſtate: *d. L.* 14. *pr. Acq.*
rer. dom. hunc de occupatis *d. l.* 3.

Additio.

„ Littora dicuntur jure naturali *commu-*
„ *nia*, *quatenus* ſc. *ad uſum maris pertinent*:
„ indeque ſunt publica jure gentium, *l.* 14.
„ *pr. ff. Acq. rer. dom.* i. e. omnibus patent.
„ Hinc cuique hominum accedere ad littora,
„ caſam ibi ponere, retia exſiccare, &
„ ex mari deducere licet. *l.* 4. *l.* 5. §. 1. *rer.*
„ *div.* Ex eadem ratione Neratius ait, cui-
que

Digitized by Google

„ que hominum ædificium ibi ponere permiſ-
„ ſum eſſe, & locum per ædificium occupa-
„ tum cedere capienti, quia nullius eſt,
„ cum littora non ſint in patrimonio populi,
„ *l. 14. pr. Acq. rer. dom.*

„ Neque obſtat, quod Celſus (qui eo-
„ dem cum Neratio tempore vixit) aſſerat,
„ *littora eſſe populi Romani.* Reſp. Sunt po-
„ puli Romani quoad imperium, de quo
„ ſolo loquitur: at id non impedit quo mi-
„ nus littora maneant nullius, i. e. in nul-
„ lius ſint dominio, & proprietate: & quo
„ minus uſus eorum ſit communis, & pu-
„ blicus jure gentium.

Quatenus uſus ejus navigantibus, aut prætervehentibus eſt neceſſarius] „ Imo de tali
„ uſu non loquitur Neratius, ſed de ædificio
„ permanente.

Celſum vero quatenus ad utilitatem perpetuam aſſumitur, puta ad ædificium permanens] Diximus, Neratium de ædificio permanente loqui, non Celſum: adeoque hæc conciliatio admitti nequit. Res ſalva eſt diſtinguendo inter imperium, & proprietatem.

Quod a Prætore imperari ſolere docet nos Pomponius] Quæritur, an quis poſſit ædes ponere in littoribus habitandi cauſa? Diſtinguendum eſt, an occupata ſint littora, an non? *Illo* caſu non licet ædificia ponere ſine conſenſu populi occupantis. *L. 50. ff. A. rer. dom. L. 14. Eod.*

Additio.

„ Mirum videtur, littora dici *communia*,
„ & jure gentium publica, cujus uſus omni-
„ bus pateat, & omnibus hominibus com-
„ munis ſit; & tamen Prætoris decretum re-
„ quiri ad id ut quis in littoribus ædificium
„ exſtruere poſſit. Reſp. Diximus in præce-
„ dentibus imperium maris a populo Roma-
„ no occupatum fuiſſe, adeoque littora po-
„ puli Romani eſſe quoad imperium. Effectus
„ autem imperii eſt, ut imperans prohibe-
„ re ſubditos poſſit ne intra fines imperii æ-
„ dificia abſque decreto exſtruant: nam id
„ ad uſum littorum naturali jure commu-
„ nem non pertinet. Si quis igitur contra
„ hanc prohibitionem ædificat, acquirit qui-
„ dem ædificium, quia locus in quo ædifi-
„ cium ponitur eſt nullius: at, quia prohi-
„ bente lege ædificavit, ob ſpretam legis au-
„ ctoritatem tenetur. *L. 2. §. 6. Ne quid in*
„ *loco publ.* Diſſerte id tradit Pomponius in
„ *l. 50. ff. A. rer. dom. Quamvis, quod in*
„ *littore publico, vel in mari exſtruxerimus*
„ *NB. noſtrum fiat, tamen decretum Prætoris adhibendum eſt, ut id facere liceat.*
„ Pari enim ratione in alieno fundo feram
„ capere licet, & ita capta jure gentium
„ ſit capientis. *L. 1. in l. f. l. 4. pr. ff. A. rer.*
„ *dom.* At dominus prohibere poteſt, ne
„ fundum ingrediatur. *L. 5. §. 3. A. rer. dom.*
„ *l. 3. §. 1. eod. L. 13. §. fin. Injur.* Effectus
„ eſt ut capta fera, etſi prohibente domino
„ capiatur, noſtra fiat, quia rem nullius oc-
„ cupamus: at, quia injuriam alii facimus
„ ingrediendo fundum alienum invito domi-
„ no, ideo tenemur injuriarum. *d. l. 5. §. 3.*
„ *d. l. 3. §. 1. d. l. 13. §. f.*

Ut & jus ædificandi in mari] „ Quod fit
„ injecta mole, & pilis jactis. vid. *L. 2. §.*
„ *9. L. 3. §. 1. & L. 4. ff. Ne quid in loco*
„ *publ. Gothofr. in not. ibid. & Auctor in*
„ *not. ad §. ſeqq.*

Id eſt in parte littori proxima, & quæ littori quaſi accenſetur] „ Auctor hic occurrit
„ objectioni, quæ contra legem Pomponii
„ *in L. 50. ff. A. rer. dom.* formari poſſet:
„ ibi enim dicitur, *quamvis id, quod in lit-*
„ *tore publico, vel in mari exſtruxerimus,*
„ *noſtrum fiat, tamen decretum Prætoris*
„ *adhibendum eſſe.* Objici inquam poſſet,
„ decreto Prætoris opus non videri ſi mare
„ commune eſſet. Auctor reſpondet, per
„ *mare* hic intelligi partem littori proximam,
„ & quæ littori quaſi accenſetur. At violen-
„ ta nimis hæc eſt interpretatio; nam mare
„ hic opponitur littoribus, adeoque mare
„ non poteſt hic pars littorum videri. Nos
„ dicimus, eandem eſſe maris, & littorum
„ rationem: ædificium tam in mari, quam
„ in littore poſitum cedit occupanti, quia
„ & mare, & littora res nullius ſunt: At ſi id
„ prohibente eo fiat, cujus imperium eſt, tene-
„ tur imperanti injuriarum. *vid. quæ diximus*
„ *ſupra h. §. ad* verba: *Quod a Prætore &c.*

AD §. X.

Hæc *quanquam vera ſunt*] „ Nimirum
„ quod, ſi in jure Romano *mare omnium*
„ *commune* dicitur, non commune civium
„ Romanorum intelligatur, ſed commune
„ omnium hominum. *§. præced. n. 1.*

Quod mare eo quo diximus ſenſu occupatum non eſt &c.] „ Juris igitur gentium ci-
„ vilis eſſe ait, quod mare, (etſi per par-
„ tes, occupatis lateribus, jure naturali oc-
„ cupari poſſit,) apud Romanos occupatum
„ non ſit, vel lege occupari non potuerit.

Nam & flumen publicum eſt &c.] „ Au-

„ ctor

,, ctor intelligit hic publicum, non jure gen-
,, tium, ſed jure populi: *§. præced. n.* 1.
,, quod tamen verum non eſſe patet ex. *l.*
,, 5. *ff. Rer. div. junct. l.* 3. *de fluminibus l.*
,, 7. §. 5. *A. R. D. l.* 45. *pr. Uſurp.* §. 4. *Inſt.*
,, *Rer. div.* ubi flumina diſerte dicuntur *pu-*
,, *blica jure gentium*, vel, quod idem eſt, *com-*
,, *munia.*

,, Cæterum Auctor probaturus mare, (etſi
,, commune, ſeu publicum jure gentium JCtis
,, Romanis dicatur,) occupari pro parte
,, poſſe, utitur exemplo fluminis; quod iti-
,, dem publicum eſſe dicitur, & nihilomi-
,, nus pro parte, nimirum quoad jus piſcan-
,, di, a privatis occupari poteſt. Verum ne-
,, gamus mare vel flumen quoad *proprieta-*
,, *tem* occupari poſſe, quamdiu mare vel flu-
,, men eſt, cujus rei rationem naturalem
,, dedimus *ſupra.*

,, At *uſus* & maris, & fluminis occupari
,, poteſt a quibuſcunque privatis, i. e. quili-
,, bet utilitatem ex mari, & flumine percipere
,, poteſt: Atque ad hunc uſum præcipue per-
,, tinent navigatio, & piſcatio. Quilibet igi-
,, tur navigare, vel piſcari in mari, & flumi-
,, ne poteſt, quia cum nemini proprii ſint,
,, nemo eſt qui arcendi, & prohibendi jus
,, habeat.

Et tamen jus piſcandi ex diverticulo fluminis a privato occupari poteſt] Idque ita traditur in *l.* 7. *ff. de diverſ. præſcr.* At bene notandum eſt, privatos occupare poſſe jus piſcandi non tanquam dominos fluminis, quaſi alios jure proprietatis arcere poſſint; ſed tanquam uſuarios, qui re communi utuntur.

Cum enim omnes ſimul uti non poſſint, neceſſario præventioni locus eſt. Hic ergo qui actu utitur, excludit alios, non quaſi hi jus utendi non habeant, ſed quia alter adhuc utitur. Ceſſante vero actuali uſu, alius jure gentium uſum illum ſibi vindicare poteſt. *L.* 7. *ff. Div. præſcr.* Uti in theatro locum, quem unus occupat, alter ſimul occupare, & ubi unus ſtat, alter ſtare non poteſt. *Vid. Cic. L.* 3. *de Finib. & Seneca de Benef. L.* 7. *c.* 12. *Conſ. L.* 3. §. 5. *A. rer. dom. & Gothof. ad d. leg.* 7.

Hinc nec præſcriptione reliqui repelli poſſunt, ceſſante alterius uſu. *L.* 45. *Uſuc.* nec ſervitutes ab eo qui occupavit conſtitui poſſunt, quia dominus non eſt. *L.* 13. *pr. Commun. præd.*

Additio.

,, Occupatio igitur, de qua Auctor loqui-
,, tur, non eſt occupatio *proprietatis* flumi-
,, nis, ſed *uſus* ejus: quod vel exinde pa-
,, tet, quia ceſſante uſu omne jus occupan-
,, tis in flumine ceſſat. Adeoque ſi is, qui
,, longo tempore eodem loco piſcatus eſt de-
,, ſiit piſcari in flumine, alios prohibere non
,, poteſt. *d. l.* 45. Illuſtratur hoc jus exem-
,, plo littorum, quæ æque ac flumina ſunt
,, jure gentium publica, adeoque in proprie-
,, tatem ſingulorum venire non poſſunt, &
,, tamen ædificium in littore poſitum cedit
,, ædificanti. At ædificans eo ipſo non acquirit
,, proprietatem illius partis littoris, ſed tantum
,, quatenus ædificium ſubſiſtit, adeoque qua-
,, tenus littoribus utitur: cujus effectus eſt,
,, ut deficiente ædificio, adeoque ceſſante
,, uſu, locus ille redeat in priſtinum ſtatum.
,, *d. l.* 45. *l.* 14. §. 1. *A. rer. dom. l.* 6. *ff.*
,, *Rer. Div.*

Si maris proprium jus ad aliquem pertineat, uti poſſidetis interdictum competere]
,, Videtur ergo mare etiam in privati pro-
,, prietatem redigi, atque jure dominii ei
,, quæri poſſe, *d. l.* 14. *d. l.* 13. §. *fin. de in-*
,, *jur. Conſ. Nov. Leon.* 56. & occupantem,
,, ſi in exercitio hujus juris turbatur, agere
,, poſſe interdicto uti poſſidetis. *d. l.* 14. *d.*
,, *l.* 2. §. 8. Reſp. Jus proprium maris ad
,, aliquem pertinere dicitur, non intuitu pro-
,, prietatis, ſed intuitu uſus: uti ſi in poſ-
,, ſeſſione juris piſcandi in diverticulo flumi-
,, nis conſtitutus ea deturbatur, *d. l.* 45.
,, vel ſi vicinus juri piſcandi in mari renun-
,, ciaverit, & contra pactum tamen piſcatur.
,, *l.* 13. *pr. Commun. præd.*

Quoniam ad privatam jam cauſam pertinet, non ad publicam] Interdicta enim tantum
,, dantur ad jus privatum, & cuique proprium
,, tuendum: *l.* 8. §. 5. *in fin. ff. ſi ſerv. vind.*
,, *l.* 14. *de injur.* non vero ad tuendum jus
,, publicum. Quia privatus jus, & rem pu-
,, blicam non poſſidet. *vid. l.* 1. § 6. *Uti*
,, *poſſid.* nec res publica propria cujuſque eſt.
,, *l.* 2 §. 1. *Ne quid in loco publ.*

Utpote cum de jure fruendi agatur] ,, Sc.
,, de jure piſcandi in parte maris. *l.* 13. §. *f.*
,, *de Injur. junct. d. l.* 14.

Non ex publica] ,, Uti eſſet ſi ſaltem jure
,, civis re publica uti vellet. *L.* 2. §. 1. *Ne*
,, *quid in loco publ.*

Ubi haud dubie de exigua agit maris portione] ,, Imo JCtus plane non de *proprieta-*
,, *te* maris, nec de ejus exigua parte agit,
,, ſed de ſolo *uſu*: hic uſus eſt jus proprium
,, occupantis, ſeu ejus qui utitur. Si proinde
,, quis in hoc uſu turbatur, interdictum ei da-
,, tur.

Qua

Digitized by Google

Quæ in fundum privatum admittitur]
,, Quæ intra fines prædii privati continetur,
,, & cataractis clauditur, adeoque in domi-
,, nio privatorum eſt.

Quod a Lucullo, & aliis factum legimus]
,, Æſtuaria illa Luculli, & aliorum, fuere
,, privata maria arte facta, de quibus JCtus
,, plane non loquitur: de Lucullo id tradit
,, *Varro de re ruſt.* 3. 17.

*Contra veterum JCtorum reſponſa ad πρό-
θυρα &c. extendit Leo &c.*],, Leo Imperator
,, doctrinam veterum JCtorum, in primis
,, Ulpiani (qui ante ædes meas, vel ante
,, prætorium meum piſcantem non poſſe pro-
,, hiberi, ſed injuriarum actionem contra
,, prohibentem dari putat) abſurditatis ar-
,, guit, quod dominus prædii vel ædium
,, utilitatem rei ſuæ alii, qui jus in ea non
,, habet, relinquere teneatur: iniquum enim
,, videri putat, dominum, qui tributum lo-
,, ci ſolvit, expellere non poſſe eum qui
,, præter ipſius voluntatem locis commodis
,, uti velit. Imo rationem dari non poſſe,
,, cur ipſe dominus aliis orarum emolumen-
,, ta permittere, & vel interim dormire,
,, vel in aliorum oris errabundus piſcari te-
,, neatur, cum in ſuis non poſſit. *Nov.
,, Leon.* 56.

,, At bene notandum, caſum Ulpiani pla-
,, ne diverſum eſſe a caſu, de quo Leo lo-
,, quitur: Ille enim ſupponit locum ante
,, ædes vel prætorium a nemine eſſe occu-
,, patum, adeoque locum naturali jure com-
,, munem, quo quilibet uti poteſt; Leo au-
,, tem ſupponit locum maris, quem inconcuſſo
,, jure dominus ædium poſſidet, & tributum
,, pro eo ſolvit, unde hic locus quaſi veſti-
,, bulum, & atrium prædii dicitur. Sane tex-
,, tus græcus loquitur de piſcantibus παρὰ
,, τοῖς προθύροις, i. e in veſtibulis, quæ, uti
,, Grotius ipſe ſtatim explicat, ſeptis qui-
,, buſdam, quas ἐποχὰς vocabant, includi
,, ſolebant:

,, Jure igitur extranei propelli a jure pi-
,, ſcandi hic poſſunt; non quia pars maris
,, poſſeſſori propria facta eſt, ſed quia uſus
,, (qui communis eſt) a domino ædium
,, ante ædes occupatus eſt. Quamdiu igitur
,, ille utitur, excludere alios poteſt. Atque
,, hæc quoque ratio eſt, cur illi, qui condu-
,, xere ἐποχὰς publicas, alios excludere poſ-
,, ſint, quia ſuo jure utuntur. *l.* 13. §. *f.
,, injur.*

,, Quoties proinde dominus ædium uſum
,, piſcandi ante ædes vel prætorium non oc-
,, cupavit, vera manet ſententia Ulpiani in
,, *d. l.* 13. quod is, qui alium ante ædes pi-
,, ſcari prohibet, injuriarum teneatur, quia
,, uſus maris communis eſt. Quanquam eti-
,, am hoc caſu ſæpius aliud, ſed ſine ullo ju-
,, re, uſurpatum eſſe ipſe fateatur.

Ut ea quoque ſeptis quibuſdam] ,, Per
,, ejuſmodi ſepta non proprietas maris ac-
,, quiritur, ſed ſaltem uſus: atque hoc jus
,, utendi tamdiu manet, quam diu ſepta po-
,, ſita ſunt; quibus ſublatis ceſſat uſus, &
,, alius uſum hujus loci occupare poteſt.

Ἐποχὰς] ,, Quam vocem *Gothofredus ad
,, Novell. Leon.* 57. *lit. f.* deſcribit, *Retia in
,, mari extenſa confixis palis.*

Et privatim vindicari poſſent] ,, Non
,, quoad *proprietatem* maris, ſed quoad *uſum:*
,, & propter hoc jus proprium maris apud
,, veteres JCtos dabatur interdictum uti poſ-
,, ſidetis. *d. l.* 14.

*Quod ſi privatorum fundis aliquid maris
poteſt accedere*] ,, Dictum jam eſt, privato-
,, rum fundis nihil accedere poſſe maris quo-
,, ad proprietatem, ſed ſaltem quoad uſum;
,, & hoc jus proprium privatorum dicitur.

Quatenus incluſum nempe eſt] ,, Imo, etſi
,, littoribus utrinque incluſum ſit, tamen nec
,, aqua, nec alveus eſt in poteſtate, & cu-
,, ſtodia includentis, adeoque nec in pro-
,, prietate.

*Et ita exiguum, ut fundi portio videri
poſſit*] ,, Ratio, cur mare occupari prohi-
,, beatur, non in eo conſiſtit, quod terra
,, ſit portio maris, (nam nec id verum eſſe
,, vidimus) ſed quod aquæ complexus in
,, noſtram proprietatem venire nequeat;
,, quæ ratio etiam in minima maris parte
,, obtinet.

*Nec quo minus id fiat, repugnat jus na-
turæ*] ,, Repugnat omnino jus naturæ, quia
,, natura impoſſibile eſt ut mare,etiam quoad
,, exiguam ejus partem, in proprietatem ve-
,, nire poſſit.

*Quidni & portio maris incluſa littoribus
ejus fiat populi*] ,, Uti antecedens verum
,, non eſt intuitu proprietatis, ita nec con-
,, ſequentia.

*Dum ea pars maris ad territorium com-
parati non major ſit, quam diverticulum*]
,, Gratis hæc dicuntur. Neque enim proty-
,, ron maris, neque diverticulum fluminis,
,, quod ad *proprietatem* attinet, occupari
,, poteſt.

*Nec obſtare, quod mare non undique in-
cludatur*] ,, I. e. ſupra & infra: ſufficere
enim

„ enim putat, quod, uti in flumine fit, ma-
„ jor pars i. e. latera clauſa ſint ripis. *ſupra* §.
„ 7. At licet mare & flumen lateribus clauſa
„ ſint, certum eſt, nec alveum, nec aquam
„ fluminis in noſtra poteſtate eſſe, nec na-
„ tura in corporalem poteſtatem pervenire
„ poſſe.

Et exemplo maris ad villam admiſſi] „ In-
„ nuit Auctor exemplum Luculli, *qui exciſo*
„ *monte juxta Neapolim, majori impendio,*
„ *quam villam ædificaverat, maria admiſit.*
„ *Plin. L.* 9. *c.* 54. At deſiit hoc ipſo eſſe
„ mare, & aqua privata facta, ac median-
„ tibus cataractis in poteſtatem poſſeſſoris
„ redacta eſt.

Multa, quæ natura permittit, jus gentium ex communi quodam conſenſu potuit prohibere] „ Idem Auctor repetit *L.* 3. *c.* 4. §. 15.
„ *n.* 1. At fruſtra 1. hæc auctoritas tribuitur
„ juri gentium voluntario, quale non da-
„ tur: neque enim talis communis gentium
„ conſenſus unquam probari poterit. Sed
„ & 2. ſi tale jus daretur, verum non eſt
„ jure gentium prohibitum apud Romanos
„ fuiſſe ne occupentur maria; id enim ipſa
„ natura prohibet.

Quare quibus in locis tale jus gentium]
„ Dictum jam eſt non exiſtere tale jus gen-
„ tium, adeoque fruſtra quæri, quibus in
„ locis id viguerit.

Neque communi conſenſu ſublatum eſt]
„ Ex hypotheſi enim Auctoris jus gentium,
„ quod cum mutua obligatione receptum
„ eſt, non niſi conſenſu communi mutari
„ poteſt; indeque illud diſtinguit a jure gen-
„ tium improprie ſic dicto. *L.* 3. *c.* 1. §. 8.
„ *Lib.* 2. *c.* 8. §. 26. *L.* 1. *c.* 1. §. 14. At
„ neutro ſenſu jus gentium dari probavimus
„ in *Diſſert.prooem. IV.* §. 29. *ſeq.*

Maris portio &c. in jus proprium populi alicujus non concedet] „ Diximus, hoc non
„ eſſe ex prohibitione ficti illius juris gen-
„ tium, ſed ex ipſa naturæ ratione.

Quamvis exigua, & maxima ſui parte incluſa littoribus] „ Dictum eſt, impedimen-
„ tum, quo minus exigua pars maris oc-
„ cupari poſſit, non eſſe ex jure gentium,
„ ſed ex ipſo jure naturæ. *vid. ſupra* §. 8.

AD §. XI.

Jus illud gentium de mari] „ Ne ſcl. ma-
„ ris portio, etſi exigua, occupari poſſit.

Aut ſublatum] „ Per aliud jus gentium:
„ *vid.* §. *præced. n.* 3.

Tamen ex eo ſolo, quod terras populus occuparit, mare occupatum colligi non poſſe] Occupatio conſiſtit 1. in cuſtodia, adeoque in actu corporali. 2. In animo tenendi. Uno deficiente ceſſat occupatio, adeoque non ſufficit ſolus animus. Diſſentit ab Auctore Zieglerus, & putat terra occupata vicinum quoque mare occupatum cenſeri, ſed male: Ex ſola vicinia non probatur occupatio, requiritur enim ut quis corpore, & animo poſſideat; at qui terram ſaltem corpore tenet, & mare animo, non poſſidet. Alius enim actus eſt quo terra, alius quo mare occupatur: quamdiu igitur quis actu corporali non tenet mare, nondum in ejus eſt poteſtate, nam facultas de mare diſponendi naturalis deficit, Neque enim alios inde arcere poſſumus, niſi claſſe inſtructa. Præterea occupatio facti eſt, & ab allegante probari debet. Zieglerus ad ſtabiliendam ſuam ſententiam perperam allegat legem 9. *ff. de Judic.* ubi inſulæ Italiæ pars Italiæ dicuntur: quia JCtus ibi loquitur de inſulis fluminum occupatorum, flumina enim intra fines territorii comprehenſa ſunt pars ejus, & ſic cum territorio ſimul occupata cenſentur. De inſulis autem fluminum Italiæ, non vero de inſulis maris ibi quæſtionem eſſe, patet tum ex verbis adjectis. *& cujuſque provinciæ*, adeoque loquitur de inſulis in unaquaque Provincia, ſeu fluminibus illius provinciæ natis; tum ex ratione juris, quia inſulæ in mari natæ nullius eſſe jure Romano ſtatuitur.

Additio.

„ Certum eſt occupata terra non intelligi
„ occupatum mare, nec quoad *imperium*,
„ nec quoad *proprietatem*. Nam in acquiſi-
„ tione *imperii* non ſufficit ſolus animi ictus,
„ ſed præterea res ita in noſtra poteſtate eſſe
„ debet ut cum effectu legem ei dicere poſ-
„ ſimus, quod fit ſi claſſe armata mare intra
„ certos fines occupatur. *Proprietas* maris ex
„ rei natura quæri non poteſt, adeoque im-
„ perio maris occupato proprietas ejus occu-
„ pata non cenſetur. Cæterum inſulæ *in d.*
„ *l.* 9. ideo pars Italiæ dicuntur, quia ſub
„ imperio Italiæ continentur.

Nec animi ictum ſufficere] „ Occupare
„ enim eſt in poteſtatem noſtram redigere,
„ non vero in poteſtate noſtra eſt res omnis
„ quam videmus. Atque hinc deciditur cele-
„ bris illa quæſtio, an is, qui rem prior vi-
„ dit, an is, qui prior cepit, occupaſſe cenſe-
„ atur? *vid. Diſſert. Prooem. XII.* §. 257.

Sed

Sed actu externo opus eſt] „ Hinc JCtus „ bene ait, dominia rerum ex naturali poſ- „ ſeſſione cœpiſſe. *L.* 1. §. 1. *ff. poſſ.* Poſſeſſio „ autem naturalis non acquiritur niſi actu cor- „ porali. *L.* 3. §. 1. *ff. poſſ.*

Unde occupatio poſſit intelligi] „ Occu- „ patio enim facti eſt, & probanda.

Si deſeratur poſſeſſio &c. jam mare redire ad veterem naturam, i. e. ad uſum communem] „ Fruſtra hæc dicuntur: Mare *poſſideri* „ plane non poteſt ad effectum *dominii*, ſed „ ſolus *uſus* inde percipi poteſt. Ceſſante uſu, „ mare iterum fit nullius, & redit ad vete- „ rem naturam, i. e. ad uſum communem.

Quod de inædificato littore reſpondit Papinianus] „ *In L.* 45. *pr. Uſurp.* & plenius *Neratius in L.* 14. §. 1. *ff. de A. rer. dom.* „ At ex hac ipſa diſpoſitione juris Romani „ probatur, mare, vel littora quoad illam par- „ tem, quam in uſus noſtros traximus ponen- „ do ædificium, nunquam in dominium no- „ ſtrum perveniſſe. Si enim locus ille pro- „ prius nobis factus fuiſſet, noſter maneret „ etiam diruto ædificio. Conſtat igitur, *ſolum uſum* littorum occupatum eſſe, vi ju- „ ris communis quo omnibus hominibus uti „ illa re licet: unde neceſſario ſequitur, „ ceſſante uſu, i. e. diruto ædificio, omne „ jus utentis deficere, eoque rem ad vete- „ rem naturam, i. e. ad uſus communes redire.

Et de piſcatione in fluminis diverticulo] „ *L.* 7. *ff. diverſ. præſcr.* Ex hoc quoque cer- „ tu apparet proprietatem fluminis occupari „ non poſſe, ſed ſolum uſum.

Ad §. XII.

Auctor recte hic defendit, liberum cuique eſſe jus navigandi per maria, etiam occupata; quia eſt ſpecies tranſitus, qui omnibus jure gentium competit. *vid. Hyp. noſtra Inſtit. tit. de Rer. div.* §. 7. & *Diſp. de juſtitia regn. Portugall. p.* 72.

Additio.

„ Luſitanos & Hiſpanos alios a jure navi- „ gandi prohibuiſſe ſupra vidimus. *Confer. Malcomes. ad ff. Weſenbec. de Rer. Div.* „ Socii Leontinorum ab Athenienſibus auxi- „ lia contra Syracuſanos petebant, quod a „ Syracuſanis & terræ, & maris uſu prohiberen- „ tur. *Thucyd. L.* 3. *n.* 232. Hinc Eliſabe- „ tha Angliæ regina *apud Camd. Eliſ. p.* 2. „ *pag.* 348. Mendozæ Hiſpaniarum Legato „ querenti, Anglos navigare Oceanum Indi- „ cum, reſpondet: Illam non intelligere, „ cur ſui, & aliorum principum ſubditi ab In- „ diis prohibeantur, quas Hiſpanici juris eſſe „ perſuadere ſibi non poſſet ex Pontificis Ro- „ mani donatione, in quo prærogativam in „ ejuſmodi cauſis agnovit nullam; nedum au- „ ctoritatem, ut principes obligaret, qui nul- „ lam ei obedientiam debent; aut Hiſpanum „ novo illo orbe quaſi infeudaret, & poſſeſ- „ ſione inveſtiret: Nec alio quopiam jure, „ quam quod Hiſpani hinc illinc appulerint, „ caſulas poſuerint, flumen, aut promonto- „ rium denominaverint, qua proprietatem „ acquirere non poſſunt; Ut hæc rei alienæ „ donatio, quæ ex jure nihili eſt, & imagi- „ naria hæc proprietas obſtare non debeat, „ quo minus cæteri principes commercia in „ illis regionibus exerceant, & colonias, ubi „ Hiſpani non incolunt, jure gentium nequa- „ quam violato, deducant, (cum præſcri- „ ptio ſine poſſeſſione haud valeat;) nec „ non Oceanum illum vaſtum libere navi- „ gent, cum maris, & aëris uſus omnibus ſit „ communis: Nec jus in Oceanum populo, „ aut privato cuipiam poſſit competere, cum „ nec natura, nec uſus publici ratio occupa- „ tionem permittat.

Inermem, & innoxiam] „ Imo & armatam, „ ſi innoxia ſit. Si autem juſtus metus adſit, „ repelli jure neceſſariæ defenſionis is, qui „ tranſitum petit, poteſt. *Vid. ſup. c.* 1. §. 17.

Quando hoc per terram prohiberi talis tranſitus poteſt] „ Uti naturæ rationibus demon- „ ſtratum eſt ſupra *L.* 2. *c.* 2. §. 13.

Qui & minus ſolet eſſe neceſſarius] „ Quia „ mare trajiciendo via multo brevior, & com- „ modior eſt.

Et magis noxius] „ Vix enim per fundum „ tranſire, inprimis cum multitudine, poſ- „ ſumus, quin damnum aliquod detur. *Vide ſupra c.* 2. §. 13.

Ad §. XIII.

Ut *autem ſolum*] Auctor ait, facilius maris partem occupari poſſe quoad *imperium*, quam quoad *proprietatem*; At imperium nihil aliud eſt quam proprietas publica, per quam res conſtituitur in patrimonio populi occupantis, & quæ ſupponit facultatem diſponendi de juribus publicis æque ac privatis. Qui proinde imperium occupat, etiam proprietatem occupat, & res dicitur eſſe in patrimonio populi. *Vid. l.* 2. *c.* 2. §. 4. & *c.* 3. §. 19. *n.* 2.

Additio.

„ In occupatione imperii non requiritur
„ ut res ſit in corporali noſtra poteſtate, ſed
„ ſufficit legem rei diei poſſe eum effectu.
„ Adeoque certum eſt per occupationem im-
„ perii non acquiri dominium. *Vid. Diſſ. pro-*
„ *œm. VI.* §. 18. & 24. *Diſp. XII.* §. 237.

Neque arbitror jus illud gentium obſtare] Ideo non obſtat, quia tale jus gentium non datur. *Diſſert. proœm. IV.* §. 29.

De quo diximus] Quod ſc. ex hypotheſi Auctoris, prohibet ne mare a populis occupari poſſit, nec quoad jus piſcandi. *Vid.* §. 5. §. 6. §. 9 §. 10. §. 11. *n.* 3.

Quod ſuo mari] „ Mare ergo erat occupa-
„ tum, adeoque ſub imperio Athenienſium.
„ Reſp. erat eorum jure imperii, vi eujus
„ prohibere tranſeuntes potuiſſent.

Quaſi violato fœdere, quo cautum erat &c.] Cum enim per ſui imperii loca tranſitum concedere non debuerint, etiam per mare, quod eorum imperio ſuberat, eum concedere non debuiſſent.

Quod ad ipſorum, ſociorumque terram pertineat] „ Jus navigandi a natura Megarenſi-
„ bus competebat, idque pacto confirmaba-
„ tur: Cæterum exinde non ſequitur, mare
„ hoc fuiſſe in proprietate paciſcentium, ſed
„ ſub eorum imperio.

2 *Eadem ratione acquiri, qua imperia alia*]
„ Se. tam in alveum, & littora maris, quam
„ in perſonas navigantes: hine nec in alveo,
„ nec in littoribus abſque Prætoris decreto a-
„ liquid exſtruere apud Romanos licuit.

Ut ſupra diximus] „ *L.* 2. *c.* 3. §. 4. *n.* 1. *in f.*

Ut ſi claſſis &c. in aliquo loco maris ſe habeat] „ Quidquid enim intra fines imperi
„ maritimi invenitur, imperio occupantis
„ ſubeſt.

Quatenus ex terra cogi poſſunt] „ Uti in
„ tranſitu Seſtii & Abydi, ſeu, ut nunc vo-
„ catur, Dardanellorum; & Freti Haſnien-
„ ſis: vid. *Teſm. b. l.* Nam ex ſententia Grotii
„ mare pro parte occupari poteſt ab eo, qui
„ terras ad utrumque latus poſſidet. *Vid.*
„ *ſupr.* §. 8. Verius eſt, acquiri imperium in
„ mare, non tantum quatenus ex terra alii co-
„ gi poſſunt, ſed etiam quatenus claſſe
„ poſſunt.

Nec minus, quam ſi in ipſa terra reperirentur] „ Salvo cæterum uſu juris gen-
„ tium.

Ad §. XIV.

Quare *nec contra jus naturæ &c. faciet*] Quæritur, *an princeps occupans imperium maris vectigal prætemavigantibus imponere poſſit?* Affirmatur; idque exemplis probant Auctor, & *Teſmarus in not. h. l.* Princeps enim, uti territorium, cujus imperium occupavit, ſecurum præſtare debet, ita & mare; at quia ſuis ſumtibus id facere non tenetur, merito a tranſeuntibus ideo exigere aliquid poteſt. *Conf. ſupr. c.* 2. §. 14.

Aut gentium] „ Contra jus gentium
„ non peccat, quia tale non datur.

Recepto in ſe onere tuendæ navigationis]
„ Ad id enim vi imperii tenetur.

Vectigal Erythræum] „ Simile vectigal eſt,
„ quod Veneti in mari Adriatico exigunt.
„ *Vid. Menoch. Conſil.* 901. *n.* 15. & 16.
„ *Cæpoll. de Servit. præd. ruſtic. c.* 24. *n.* 10.
„ Turcæ a qualibet Chriſtianorum navi exi-
„ gunt 100. *Joh. Bruno ad Cluveri Introd.*
„ *Geogr. c.* 14. *n.* 2. Apud Xenophon-
„ tem *Hiſtor Græcar. Lib.* 1. legitur Decu-
„ mam de venientibus e Ponto navibus exa-
„ ctam fuiſſe. *Vid. Teſm. b. l.*

Ad §. XV.

Ne *ultra certum terminum naviget*] Quæritur, *an populus aliquis paciſci poſſit, ne ultra certum terminum navigetur?* Affirmatur, quia gentes pro lubitu de ſuo jure diſponere, indeque juri navigandi vel in totum, vel in tantum renunciare poſſunt, quod plurimis exemplis probat Auctor. *Add. l.* 2. *c.* 15. §. 7. *n.* 3. 1

Poſt prælium ad Salaminem] „ Notat hic
„ Gronovius, poſt prælium ad Salaminem nul-
„ lum fœdus factum eſſe: adeoque unicum
„ tale fœdus ante illud prælium extat, in quo
„ victi Perſæ eam conditionem acceperunt.
„ Conf. *Iſocrat. Panathen. p.* 580.

Et primo fœdere] „ De fœderibus his vide
„ *Polyb. Hiſt. L.* 3. *c.* 22. & 24.

Sed hæc non docent occupationem maris, aut juris navigandi] „ Nam pacta illa in eum 2
„ ſaltem finem ineuntur, ne per mare bellum
„ inferri queat.

Poſſunt enim ſinguli, ita & populi pactis, &c.] „ De eo non dubitatur: ſed id quæri-
„ tur, quo jure gentes illæ aliis gentibus con-
„ ditiones tales imponere potuerint? Recte ait
„ Auctor, non jure dominii, aut occupationis
„ id gentes poſtulaſſe, ſed vel jure belli, quo
„ victores victis leges dare poſſunt, & ſolent,
vel

„ vel ex pacto, quo altera gens juri ſuo „ natura quæſito renunciat.

De jure, quod proprie ſibi competit] „ Quod vel jure occupationis, vel alio legi- „ timo modo ſibi acquiſiverunt.

Sed & de eo, quod cum omnibus hominibus commune habent], „ Intelligit Auctor jus „ navigandi, piſcandi, &c., quæ jura omni- „ bus hominibus patent: Nam itidem de ju- „ re ſuo diſponunt.

Ulpianus], „ Hic loquitur de caſu, ubi do- „ minus prædii vendit partem prædii ea le- „ ge, ne Thynnos piſces in ora illa maritima „ capiat, *L.* 13. *ff. Comm. præd.* Hoc pactum „ non poteſt valere ut ſervitus, quia ſervi- „ tus a domino conſtituitur. §. *pen. ff. de Rer. div: L.* 5. §. 1. *Serv. ruſt.* poſſeſſor autem „ prædii maritimi non eſt dominus maris, „ utpote quod publicum eſt: Adeoque is, cui „ talis lex dicta eſt, non tenetur ex jure „ ſervitutis, ſed ex pacto venditioni adjecto. „ Hactenus igitur ex Ulpiano confirmatur „ quod Auctor dixit, quod quis juri ſuo, „ quod cum humano genere commune ha- „ bet, renunciare poſſit.

Bonam fidem contractus expoſcere] Recte Auctor ſtatuit pactum de non navigando non fundari in occupatione maris, quia mare occupari nequit; ſed in pacto, quod ſervandum eſſe natura bonæ fidei nos docet.

Itaque perſonas poſſidentium, & in jus eorum ſuccedentium obligari], „ Quia pactum „ hoc eſt reale, quod pertinet non tantum „ ad hæredes. *L.* 40. *pr.* & § *fin. de Pact.* „ ſed etiam ad omnes ſucceſſores ſingulares. „ *L.* 16. *l.* 17. §. 5. *eodem.*

Ad §. XVI.

1 Frequens *eſt inter vicinos populos contentio*] Quæritur, *an termino maris, vel fluminis mutato, etiam imperii fines mutati videantur?* Grotius diſtinguit inter *territoria arcifinia,* & *limitata*: in *his*, ait, manere priorem terminum; adeoque limitem manufactum, vel quantitate comprehenſum, non mutari per ſeceſſum fluminis: indeque quidquid per *alluvionem* accedit, fieri nullius, cedereque occupanti. In *illis* territoriis, quæ terminos naturales habent, ut flumen, &c. priorem imperii terminum mutari putat, ſi aliquid accedit per alluvionem: Quia cum flumen ſit perpetuus finis, & limes, termini territorii ſemper ſequuntur curſum fluminis, & cum eo mutantur: Rationem addit, quia ea intentione ab initio uterque populus occupaſſe territoria præſumitur, ut flumen, ſeu medium fluminis terminus ſit. Unde concludit, ubicumque flumen eſt, ibi ex conjectura illa voluntatis eſſe terminum. *vide* §. 16.

Addit autem, in dubio territorium præſumi arcifinium.

Excipit 1. ſi unus ex populis prior totum flumen occupavit, idque probetur. §. 18. 2. Si populi ita pacti ſunt, ut totum flumen uni proprium eſſe debeat. *d.* §. 18. 3. Si amnis alveum mutaverit, i. e. uno impetu eum deſeruerit. §. 17.

Verum notandum *I.* eſt, diſtinctionem agrorum *arcifiniorum*, & *limitatorum* eſſe meri juris civilis, & pertinere tantum ad agros privatorum, non ad territoria.

Sed & *II.* notandum eſt, diſtinctionem, an per *alluvionem*, an per *deſertionem alvei* aliquid vicino imperio accedat, itidem eſſe juris civilis.

Dico igitur *III.* jure naturæ territorium, etſi flumine clauſum ſit, ſemper eſſe limitatum, indeque id quod vi fluminis alteri territorio adjicitur, ſive per alluvionem, ſive per deſertionem alvei, non mutare fines imperii, ſed medium fluminis priſtini ſemper pro termino haberi. Rationes hæ ſunt: 1. quia fines territorii non ſolum conſiſtunt in ſuperficie aquæ, quæ ſola mutatur, ſed in alveo, & quidem in ejus medio, cujus punctum manet, etiam ſecedente flumine. Sane 2. jus populo in illa terra, in puncto illo alvei, quæſitum per caſum ſupervenientem auferri non poteſt: neque enim ſubſtantia terræ mutatur, ſed forma ſaltem. Alias 3. dicendum eſſet in mari quoque, & lacubus alluvionis jus obtinere; quod tamen JCti Romani negant. *L.* 5. §. 1. *ff. de Flumin.* Neque 4. ratio Auctoris a conjectura voluntatis primorum occupantium deſumta jus alluvionis probat, quia ex conjectura tali nihil certi concludi poteſt.

Quia autem 5. variato pedetentim flumine cognoſci nequit, quid quoque momento accedat unius territorio, adeoque ubinam medietas originaria alvei ſit, *jure gentium* introductum eſt, ut curſus fluminis, etſi mutatus, pro termino perpetuo ſit. Idque in Rheno obtinet, qui etſi mutaverit ſæpe curſum, & integros pagos alterius territorio adjecerit, idem tamen flumen perpetuus terminus manet, adeoque jure gentium prior terminus mutatur.

Additio.

,, Noſtram ſententiam expoſuimus in *Diſſ.*
,, *proœm. XII.* §. 275. *n.* 10. quo lectorem
,, remittimus. Confer ea quæ dicemus §. *ſeq.*
,, 17.

Quoties flumen curſum mutavit] ,, Vel ſe-
,, cedendo paululum a ripa, vel deſerendo
,, totum alveum.

An ſimul & imperii terminus mutetur]
,, Ita, ut ſi ripæ noſtri imperii aliquid acce-
,, dit, per hanc acceſſionem terminus pri-
,, ſtinus Imperii extendatur.

Eis cedant, quibus adjecta ſunt] ,, I.e. an
,, imperium in has acceſſiones ei acquiratur,
,, cujus territorio accedunt.

Ex natura, & modo acquiſitionis definienda ſunt] I. e. diſquirendum eſt *an* Imperans territorium teneat tanquam limitatum, *an* vero tanquam arcifinium, quod ſolos naturales fines habet, v. g. flumen: *illo* caſu non mutari terminum Auctor ait: rationem differentiæ tradit §. *ſeq.* Verum neutro caſu fines imperii mutari puto; non enim flumen, uti in præſens eſt, ſed uti etiam in futurum erit, terminus eſt: etſi igitur ſitus fluminis, & alveus mutetur, non tamen terminus mutatur, ſemper enim idem terminus eſt. Neque dici poteſt, territorium, & Imperium augeri, adeoque & limites extendi, ſeu mutari: nam hoc ipſum augmentum, ex natura limitum arcifiniorum, jam intra fines imperii, quod ſolo flumine clauditur, continetur. Cum enim flumen, quamdiu flumen eſt, perpetuus ſit terminus, quicquid intra illud flumen aut hodie, aut poſt ſæcula comprehenditur, ipſo jure, & citra ullam mutationem finium intra terminum continetur.

Additio.

,, Auctor in quæſtione, *an quoties flumen*
,, *curſum mutavit, ſimul & imperii termi-*
,, *nus mutetur*, diſtinguit inter imperia *li-*
,, *mitata*, & *arcifinia:* In *illis* non mutari
,, fines, nec per alluvionem, nec per alvei
,, derelictionem, ſed id, quod adjicitur ce-
,, dere occupanti, ait. *Vid. n.* 1. *in fin.* In *his*
,, diſtinguit, an *paulatim* curſus aquæ mu-
,, tetur, ut in alluvione; an *uno impetu*, ut
,, ſi alveus derelinquitur: *priori* caſu fines
,, imperii mutari ait, non in caſu poſteriori:

Docent nos menſores] ,, Sc. Romani, &
,, ſpeciatim Julius *Frontinus de agrorum qua-*
,, *litate. p. m.* 38.

Diviſum, & aſſignatum] ,, *Frontin. d. l.*
,, Interpretes rejiciunt, hanc diviſionis ſpe-
,, ciem, vid. *Gœſ. ad d. p.* 38. ſed male:
,, nam ager diviſus, & aſſignatus vocatur, qui
,, per centurias, & jugera aſſignatur coloniæ,
,, at poſtea interciſivis limitibus diſtribuitur
,, *Aggen. Urbic. ad Frontin. de Limit. agror.*
,, *p. m.* 44. Modum aſſignandi vide apud
,, *Hygin. de limit. conſtitut. p. m.* 207.

Quem limitatum vocat] ,, Limitatus ager
,, vocatur, qui certos limites habet a populo
,, aſſignatos: Hi autem limites apud Roma-
,, nos conſtitui ſolebant vel per univerſita-
,, tem, ſi certa quantitas jugerum alicui aſ-
,, ſignabatur; vel per lapides, foſſas, ar-
,, bores &c. In hujuſmodi agris naturale
,, eſt, ut quicquid extra hos limites accedit
,, agro nullius ſit, indeque territorii fines per
,, illam acceſſionem non mutentur. Minus cu-
,, rate igitur ager hic limitatus ab eo, qui per
,, univerſitatem aſſignatur, diſtinguitur: Idem
,, enim eſt an limes manu conſtituatur, an
,, comprehenſa quantitate.

Quia manu factos limites pro finibus habet]
,, I. e. cujus fines certis ſignis & notis, v. g.
,, lapidibus, arboribus, foſſis &c. diſtincti,
,, circumſcripti, ac ſub illis limitibus, taxa-
,, tione menſuræ, mancipati, & conceſſi ſunt.
,, At dictum eſt, etiam quantitate compre-
,, henſos agros limitatos eſſe.

Aſſignatum per univerſitatem] ,, Quando
,, modus indiviſus, & univerſus civitati tribui-
,, tur, ubi per menſuram extremitates com-
,, prehendebantur: *Frontin. d. l. p. m.* 38.
,, adeoque cum per terminos territoriales, &
,, limitum curſus ac titulos, territorium clau-
,, ditur, eoque ab alterius civitatis territorio
,, dividitur. *Aggen. Urb. p. m.* 47. Add. *Hy-*
,, *gin. d. l. p. m.* 192. *Gron. b.*

Puta per centurias, & jugera] ,, Centuriis
,, vocabulum datum eſt ex eo, quod cen-
,, tenis hominibus ducenta jugera dari ſolita
,, fuerint. *Siculus Flaccus p.m.* 15. Centuria
,, igitur eſt menſura per extremitatem com-
,, prehenſa. *Aggen. p. m* 47. indeque differt
,, a prima agrorum qualitate, ubi ager de-
,, cumanis & cardinibus continetur. *Julius*
,, *Front. p.* 38. *Hygin. p. m.* 198. Quid ve-
,, ro per agros decumanos, & Cardines intel-
,, ligatur, *vide apud Rigaltium in Gloſſar.*
,, *Agrimens. voce Decumanus, & Cardo.*

Et arcifinium] Qui alios limites non habet, niſi quos natura conſtituit, & ita dicitur quia aliis arcendis eſt idoneus. Talis ager eſt, qui montibus, vel flumine finitur: Hoc igitur limite mutato, mutari quoque fines territorii Auctor putat, quod initio hujus §. refutavimus.

Addi-

Digitized by Google

Additio.

,, Ager arcifinius, ſeu arcifinialis, a menſoribus Romanis deſcribitur, qui menſura non continetur, ſed eo ſe protendere videtur, quouſque arceri hoſtis potuit, aut natura fines dedit, aut ſolers procuravit antiquitas, puta montes, ſupercilia, ſaltus, foſſas, aquarum intervergia, paludes. *Vid. Sext. Jul. Front. Lib. I. p. m.* 38. *Aggen. Urb. p. m.* 46. 48. & *Struv. Exerc.* 41. *th.* 19. *ibique Appianus*, & *alii.*

Docente Varrone] ,, In libro de Geometria. *Vid. Rigaltii notas ad Frontin.* §. 28.

Quod fines habeat arcendis hoſtibus idoneos] Arcifinios agros alii derivant ab eo, quod arcendis aliis ſint idonei, i. e. quod impetus, & furores hoſtium arceant, ut flumina, paludes. *vid. Varro Lib. I. c.* 10. Unde ab arcendo, ſeu prohibendo nomen accepiſſe, ait *Flaccus de cond. agr. p. m.* 3. & 4. *Rigalt. obſerv. agrim.* voce *arcifiniales* &c. *Iſidor. orig. l.* 15. Alii ita vocari ajunt, quia arcent fines, i.e. quia nullos fines habent, colique poſſunt quouſque poſſeſſor vult. vid. *Gronov. h. l.* Prior ſenſus huic materiæ, mentique JCtorum *in L.* 16 *ff. A. rer. dom.* propior eſt. Atque hinc flumina paſſim munimenta eſſe dicuntur: Rhenus perpetuus limes, & munimentum Imperii vocatur. *Tacit. Lib.* 4. *Hiſt. cap.* 26. Darius apud *Curtium* 4. 14. magna regni munimenta vocat Tygrim, & Euphratem. Ammianus Marcellinus ait, *Accolas ab impetu Romanorum alveo Danubii defendit, a barbaris vero excurſionibus ſuo tutos præſtat obſtaculo. L.* 17. *c.* 28. Si enim nullos fines habet ager, eoque ſenſu arcifinius diceretur, nec alluvio locum habere poſſet, uti locum habet: hæc autem auget, & extendit fines.

Ut ſunt flumina] ,, *Frontin. p. m.* 38. *Aggen. Urb. p. m.* 48. *Struv. Exerc.* 41. *th.* 19. Ita limes Germaniæ occidentalis Rhenus, meridionalis Danubius, orientalis Viſtula olim fuit. *B. Parens jur. publ. proleg.* §. 22. & *cap.* 2. § 3. & *ſeq.* De Rheno id Florus, Claudianus &c. probant *ibidem.* Rubicon limes Galliæ & Italiæ dicitur a *Lucano Lib. I.*

Gallica certus
Limes ab Auſoniis diſterminat arva colonis.

Eidora utriuſque ditionis Danicæ & Saxonicæ limes fuit. *Crantz. Dan. I. c.* 21. De limitibus Scotiæ Fortha & Gelolta vid. *Buchanan. Rer. Scot.* 6. *n.* 70. Achelous terminus fuit inter Ætholos & Acarnanes. *Strabo l.* 10. *p.* 13. Hydaſpes inter Perſas & Indos *Curt. Lib.* 7. *c.* 6. Hymera amnis finis Regni Syracuſani, & Punici Imperii dicitur. *Liv. Lib.* 24. *c.* 6. Alia exempla *vide apud Teſmar. h. l. lit. u.*

Montes] ,, Montes Pyrrhenæi Galliam ab Hiſpania ſeparant. Tauro monte imperium Romanorum in Aſia contra Antiochum finitum erat. Sarmatici, Carpatique montes diſcernunt Germanos a Sarmatis, & Dacis. *Ptolem. Geogr. L.* 2. *c.* 11. Tales quoque limites arcifinii ſunt paludes. Ita *Scythas ab Ægypto paludes prohibuere. Juſtin. Lib.* 2. *c.* 3. Tales quoque ſunt viæ publicæ, foſſæ. &c. *Aggen. Urb. p. m.* 48.

Qui aut eo quod vacui ſunt] ,, Adeoque qui nullius, nec alicui aſſignati fuere. Quia unuſquiſque occupabat non tantum, quantum colere præſenti tempore potuit, ſed quantum in ſpe colendi habuit, ambiebat. Fines igitur hos ſignis inter ſe diſtinguebant, foſſis manufactis, fluminum intervenientium curſu, nec non itineribus, & divergiis aquæ *Aggen. d. p.* 49.

Aut etiam bello occupantur] ,, Territis inde, fugatiſque hoſtibus. *Agg. d. l. pag.* 45.

In duobus primis agrorum generibus] ,, Sc. in diviſis & aſſignatis, & aſſignatis per univerſitatem; quos utroſque limitatos eſſe diximus

Etiamſi flumen curſum mutet, nihil de territorio mutatur] ,, Ubi enim certi ſunt limites vel manufacti, vel quantitate comprehenſi, neceſſario ſequitur, quidquid extra illos limites eſt, non pertinere ad territorium.

Et ſi quid alluvio adjecit] ,, Nam id, quod paulatim pedetentim imperio limitato accedit, eſt extra fines imperii. Eadem ratio quoque obtinet ſi uno impetu aqua recedit. *Diſſ. proœm. XII.* §. 275.

Id occupantium imperio accedet] ,, Cum enim id, quod ultra illos limites accedit, ſit nullius, ejus imperium cedit occupanti.

Flumen mutato paulatim curſu] ,, Paulatim 2
mutatur curſus per *alluvionem*: uno impetu per *alvei derelictionem.*

Mutat & territorii fines] Dixi, jure naturæ nec in his agris terminos imperii mutari, quia fines non ſunt in ſuperficie aquæ, ſed & in alveo, cujus punctum manet etiam ſecedente flumine.

Sed & porro dixi, jure gentium ſecundario, ſeu conſenſu demum gentium moratiorum jus alluvionis introductum eſſe. Cum

enim inſenſibiliter aliquid detrahitur terræ, ſingulis momentis novi conſtituendi eſſent fines. Hoc incommodum fecit, ut gentes non curarent quidquid accedit, ſed ripas haberent pro limitibus: quod magni momenti tractu temporis eſſe ſolet, nam eo jure integra Præfectura Oppenheimenſis, quæ olim paruit Darmſtadienſibus, jure alluvionis acceſſit territorio Palatino. *Vid. quæ dixi ſupra pr. h. §.*

Additio.

„ Verum omnino eſt, in agris arcifiniis nun-
„ quam mutari fines imperii mutato curſu a-
„ quæ: Nam ſi per alluvionem aliquid adjici-
„ tur, id jam continetur ſub imperio, quod
„ uſque ad flumen procedit. Si uno impetu,
„ alveus pro indiviſo limes manet.

Quia ſc. eo animo populus uterque imperium occupaſſe primitus creditur] „ Imo ex tali con-
„ jectura voluntatis primorum occupantium
„ non niſi monſtra produci poſſunt. Vera
„ ratio eſt, quod ſi flumen limitem conſti-
„ tuit, id ubicumque eſt, utrique populo
„ pro termino ſit, indeque utrique quoad
„ imperium ſit commune.

Ut flumen ſui medietate eos dirimeret] Imo flumen utrique pro indiviſo commune natura eſſe videtur.

Tanquam naturalis terminus] „ At natura
„ non medietatem fluminis, ſed totum flu-
„ men pro limite dedit.

Tacitus] „ Intelligit Rhenum Inferiorem,
„ ubi quatuor ſunt Rheni Alvei, de quibus
„ vide B. Parent. *In jure publ. c.* 2. §. 16. *ſeq.*

Diodorus Siculus] „ *L.* 12. *c.* 82. ubi eos qui,
„ ultra amnem (qui civitates diſcernebat) agros
„ occuparant, juris humani violatores vocat.

Finitorem] „ Latinis enim finitor dicitur is,
„ qui fines, terminoſque conſtituit. *Faber in*
„ *Lexico voce Finis.*

3 *Narrant veteres*] „ Vid. *Schævii Mytho-*
„ *log. voce Achelous.*

Donec eum Hercules aggeribus domuit]
„ De hac pugna Herculis & Acheloi quæ-
„ dam tangit *Pauſanias in Lacon. ſeu lib.* 3.
„ *vid. Teſmar. h.*

Ad §. XVII.

Quærit hic Auctor, *an alvei deſertione fines imperii mutentur*? Et mutari negat, priſtinoſque imperii terminos, ſcilicet medietatem alvei, manere ſtatuit: Secus ac in alluvione.

Sed hoc ita demum locum habet] „ Sc. ut 1
„ in imperiis arcifiniis mutato curſu fluminis
„ mutentur fines territorii:

Si non alveum mutaverit amnis] „ Fines
„ enim imperii ſaltem mutari, dixit, mutato
„ *paulatim* curſu fluminis: §. *præc. n.* 2. Secus ſi
„ *suo impetu*, uti fit per alvei derelictionem.

Nam flumen &c. non conſideratur nude qua aqua eſt] „ Flumen enim totum aliquod eſt
„ compoſitum ex ripis, alveo, & aqua pro-
„ fluente. Cæterum auctor cum JCtis Roma-
„ nis ſæpius mare ac flumen pro ſola aqua
„ marina, vel pro flumine ſumit. *vid. Lib.* 2.
„ *c.* 2. §. 3. *n.* 2. & *ſupr.* §. 7.

Etiam qua imperia diſterminat] „ Sane ſo-
„ la aqua non diſterminat imperia, ſed al-
„ veus quoque, qui aqua tegitur, & ripa qua-
„ tenus ad uſum fluminis eſt neceſſaria.

Sed qua aqua alveo tali fluens, ripiſque]
„ Adeoque pro toto compoſito ex tribus al-
„ legatis partibus.

Quare particularum adjectio, deceſſio &c. rem ſinit eandem videri] „ Per alluvionem
„ igitur ſpecies fluminis non interit, ſed hæc
„ immutatio totam veterem ſpeciem relin-
„ quit. Auctor id illuſtrat ex *l. proponebatur*
„ 76. *de judiciis*, ubi judicium non mutatum
„ cenſetur ſi unus, aut alter, quin ſi omnes
„ judices mutati eſſent; & legionem eandem
„ haberi ſtatuitur, ex qua multi deceſſiſſent,
„ quorum in locum alii ſuffecti eſſent, &c.
„ tandemque concludit, *cujus rei ſpecies ea-*
„ *dem conſiſteret, rem quoque eandem exi-*
„ *ſtimari.*

At ſi totius ſpecies ſimul mutetur] „ Uti ſi
„ flumen alveum uno impetu deſerat, tunc
„ enim priſtinum flumen, quod publicum
„ fuit, interit; alveus fit privatus: adeoque
„ flumen non in eadem ſpecie conſiſtit. *l.* 1. §.
„ 7. *flum. l.* 30. §. 3. *A. R. D. L.* 65. §. 1. *leg.* 2.

Sicut interit flumen, quod in ſuperioribus locis mole obſtructum eſt] „ Quia ceſſat curſus
„ fluminis intra ripas ſolitas, adeoque no-
„ vum fit flumen, eoque prior ſpecies interit.

Non idem erit] „ Deſiit enim vetus flu-
„ men, adeoque ſpecies prior fluminis mu-
„ tatur mutato alveo.

Et ſicut ſi exaruiſſet flumen] „ Sc. per al-
„ vei deſertionem. Nam flumen interit, &
„ prior ſpecies fluminis eſſe deſiit.

Imperii terminus maneret medietate alvei, qui proxime fuiſſet] „ Imo totus alveus pro
„ indiviſo manet imperii limes. *Vid. Diſſ.*
„ *proæm. XII.* §. 275. *n.* 10.

Quia

Digitized by Google

Quia mens ea populorum fuiſſe cenſenda eſt]
,, Ex vanis ejuſmodi conjecturis nullum jus
,, deduci poteſt. Vera ratio eſt, quod ſi flu-
,, men pro limite utriuſque territorii conſtitui-
,, tur, totum flumen, quod ex aqua, alveo, &
,, ripis conſiſtit, limitem conſtituat; adeo-
,, que fines hi neceſſario communes ſint,
,, indeque mutato curſu aquæ alveus pro in-
,, diviſo maneat imperii terminus. *d.* §. 275.

Ut tum teneret, quod quiſque tenuiſſet]
,, Atqui neuter tenuit medictatem, ſed flu-
,, men pro indiviſo commune fuit.

,, *Ita mutato alveo idem obſervandum erit*]
,, Si exaruit flumen, JCtus ſupponit id fa-
,, ctum eſſe per alvei derelictionem. *l.* 3. §. 2.
,, *ff. Aq.quot., ibique Goth.* adeoque male di-
,, ſtinguitur exſiccatio fluminis ab alvei de-
,, relictione.

2 *In dubio autem imperia, quæ ad flumen per-*
,, *tingunt, arcifinia putanda ſunt*] ,, Natu-
,, ræ enim hæc cura relicta eſt, nec alii fines
,, conſtituti apparent. Qui proinde imperium
,, præter flumen, alios limites manu factos,
,, vel quantitate comprehenſos, habere aſſe-
,, rit, id probare debet.

Quia imperiis diſtinguendis nihil eſt aptius]
,, Vera ratio eſt, quia limites naturales ſunt
,, flumina, reliqui vero limites ſunt artificia-
,, les, qui proinde tales conſtitutos eſſe aſſe-
,, rit, factum allegat, quod probandum eſt.

Ut autem limitata] ,, I. e. diviſa, vel aſſi-
,, gnata; & aſſignata per univerſitatem. *Vid.*
,, *ſupra* §. 16. *n.* 1.

Rarius accidit] Quia ad terminandum im-
,, perium ſufficit flumen.

Quam ex aliena conceſſione] ,, Adeoque li-
,, mites artificiales ex pacto, & facto hominum
,, ſunt, quæ ab allegante probari debent.

Ad §. XVIII.

Ad *medietatem fluminis utrinque pertin-
gunt*] ,, *Vid.* §. 16. *n.* 2. & §. *praced. n.* 1.
,, Nos flumen pro indiviſo commune eſſe di-
,, ximus.

Fieri tamen potuit, & contigiſſe alicubi videmus] Flumen igitur intermedium ad vicina utrinque territoria pertinet, donec de vetuſtiori occupatione totius fluminis conſtet. Atque hinc in lite, quæ inter Gallos, & Sabaudos fuit, Rhodanus totus Galliæ adjudicatus eſt. *Guido Pap. Dec.* 577. Quia rex Galliæ jam occupaverat Rhodanum antequam Sabaudiæ Comites exiſterent. Ita Polonus fluvium Duna ſibi olim ſoli vindicabat contra Livoniæ Duces, quia cum Livonia occuparetur, flumen illud vacuum amplius non fuit.

Quia ſc. ripæ alterius imperium ſerius, & occupato jam flumine cœpiſſet] ,, Sed animus
,, hic occupandi flumen, ejuſque imperium,
,, probari debet; ſola enim navigatio, & piſ-
,, catio id non probant, quia hæc jure homi-
,, num communi peraguntur. *Vid. ſupr.* §.
,, 15. *n.* 1.

Aut quia eum in modum res pactionibus eſſet definita] ,, Partes enim de ſuo jure diſponere poſſunt, at tum hæc acquiſitio non eſt originaria.

Ad §. XIX.

Originariam *acquiſitionem cenſen-* 1
dam etiam rerum earum, &c.] Quæritur, *an occupatio rerum pro derelictis habitarum ſit acquiſitio originaria, an derivativa?* Reſp. eſt originaria, quia hoc ipſo dum res deſinit eſſe ejus qui occupavit, nullius eſſe incipit, i. e. in nullius bonis & proprietate, adeoque cedit occupanti. vid. §. 46. *Inſt. Rer. div.*

Puta quia derelictæ ſunt] ,, Pro derelicto
,, habetur, quod dominus ea mente abjecit,
,, ut in numero rerum ſuarum eſſe nolit. *d.*
,, §. 46.

,, Tale autem non eſt quod levandæ navis
,, cauſa jactatur, nec quod rheda currente
,, cecidit, aut alias amiſſum eſt. *B. Parens*
,, *in Hypomn. Inſt. tit. de Rer. div.* §. *f.* His
,, enim caſibus nondum apparet, dominum
,, res ita amiſſas nolle in numero rerum ſua-
,, rum eſſe. Atque hinc JCti Romani recte ſta-
,, tuerunt, harum rerum furtum fieri §. *f.*
,, *Inſt. Rer. div.* Duos tamen B. Parens *d. l.*
,, excipit caſus: 1. Si jactus fiat in loco, ubi
,, ſpes recuperandi non eſt. *L.* 43. §. *f. Fur-*
,, *tis.* Uti ſi in medio maris, non prope lit-
,, tora, (ubi res per urinatores extrahi po-
,, teſt,) jactus fiat, 2. Si dominus inveniri
,, non poſſit: *Vid. not. ſeq.*

Aut quia defecerunt domini] ,, I. e. quia
,, inveniri domini non poſſunt, & neſcitur
,, quis dominus ſit: paria enim ſunt non eſſe
,, dominum, aut non apparere. *arg. l.* 31.
,, §. 1. *A. R. D.* exemplum ex Juſtino *l.* 19.
,, *c.* 3. refert. *Grot. h. l.*

Nam hæc redierunt in eum ſtatum, in quo primum res fuerant] ,, I. e. res iterum fiunt
,, nullius, adeoque cedunt occupanti.

Interdum primæ acquiſitiones a populo, aut 2
populi capite ita factæ] Auctor ait, populum origina-

originarie præter imperium etiam rerum proprietatem generaliter occupare, illudque poſtea in ſingulos diſtribuere poſſe. Et hinc deducit originem dominiorum minus plenorum, quia idem populus illam proprietatem in ſingulos ea, qua vult lege, adeoque jure feudi, emphyteuſeos, cenſus &c. diſtribuere poteſt.

Atque hoc eſt, quod toties diximus, 1. per occupationem univerſalem territorii vacantis omnia jura publica, & privata occupanti adquiri: 2. Occupantem res ſingulas in ſingulos diſtribuere poſſe, quæ eſt origo dominiorum privatorum: 3. Deficiente illa diſtributione res redire in priſtinum ſtatum, ac contineri ſub occupatione generali, indeque non fieri nullius.

Additio.

„ Alibi diximus non dari dominium generale & privatum, adeoque verum non eſſe „ vi hujus generalis dominii nihil vacuum „ cenſeri. *Vid. ſupr. c.* 2. §. 4. Probavimus „ *ibidem* omnes res, quæ occupato territorio „ in ſingulos tranſcriptæ non ſunt, nullius manere, & cedere occupanti. Speciatim autem „ refutavimus ſententiam Grotii hoc §. propoſitam, *quaſi populus, occupato primum dominio generali, deinde illud particulatim ita in privatos diſtribuerit, ut eorum dominium a priori dominio generali penderet, & ad illud finito dominio privato reverteretur*: quæ dominia ei minus plena dicuntur. Sane jure naturæ nec dominium generale, nec dominium minus plenum cognitum eſt: Ponamus autem natura dari dominia „ minus plena, tum neceſſario ſupponi debet, populum non ſaltem dominium generale, ſed etiam ſpeciale occupaſſe, i. e. „ rem corporali apprehenſione ſuam feciſſe, „ poſteaque jus in re illa in alium tranſtuliſſe: quia alias non potuiſſet transferre jus in „ re, quod ipſe non habuit.

Ut non tantum imperium] Sine proprietate. *vid. ſup.* §. 13. *n.* 1.

In quo ineſt jus illud eminens] De quo egimus *L.* 1. *c.* 1. §. 6. *c.* 2. §. 6. *n.* 2. *c.* 3. §. 6. Adde indicem, voce *Dominium eminens.*

Sed & privatum plerumque dominium generaliter primum populo quæreretur] „ Diximus, privatum dominium nunquam generaliter, i. e. ſine corporali apprehenſione poſſeſſionis acquiri; adeoque ad id, ut utilitatem rei in alium transferre poſſit, neceſſario requiri ut rem in corporali ſua poteſtate habeat is, qui occupat: Populus igitur, „ qui occupat territorium generaliter, nil niſi „ imperium acquirit, res ſingulæ manent „ nullius. JCti Romani optime rem ita decidunt; Nam etſi littora a populo occupata „ ſint populi, *l.* 3. *Ne quid in loc. publ. l.* 50. „ *A. R. D.* tamen quoad dominium privatum „ ita nullius eſſe dicuntur, *ut ea quæ a natura primum prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt. L.* 14. *pr. ff. A. R. D.*

Aut ejus capiti] i. e. Regi. At occupatione per univerſitatem nec populo, nec regi dominium privatum, & generale acquiri probavimus. *Vid. c.* 2. §. 4.

Atque ut deinde particulatim in privatos ita fieret diſtributio] „ Populus diſtribuere „ in privatos non poteſt quod ipſe non habet; non autem habet jus in re, nedum „ dominium privatum, ſi generaliter ſaltem „ occupavit territorium: præterea enim requiritur ut prædia ſingula actu corporali ab „ eodem populo ſint occupata animo ſibi habendi. Sed & dictum eſt dominia minus „ plena jure naturæ cognita non eſſe, & „ dominum utilitatem rei ſuæ in alium transferre vi pacti: Hæc igitur jura pendent „ quidem a dominio, at non tanquam jura „ in re, ſed tanquam jura ad rem, quia dominus de re ſua pro lubitu diſponere, „ ejuſque utilitatem certa lege in alium „ transferre poteſt; hæc obligatio igitur ex „ pacto eſt.

Ut tamen eorum dominium a priori dependeret] „ Diximus 1. populum occupando „ non acquirere dominium aliquod generale „ & privatum, niſi ſimul res ſingulæ in poteſtate ejus corporali ſint conſtitutæ, & is „ animum habeat rem ſibi tenendi. 2. Jura, „ quæ his caſibus populus in privatos transfert, non eſſe realia, nedum dominia minus plena: adeoque 3. jura illa pendere „ quidem a dominio, ſed non tanquam jura „ in re, ſed tanquam jura perſonæ, quæ „ per diſpoſitionem in privatos transferuntur, & unde actio perſonalis datur.

Ut jus vaſalli a jure ſenioris] „ I. e. a „ jure domini directi. At in datione feudi „ ſupponitur populo, qui rem occupatam alii „ in feudum dat, dominium privatum, & „ ſingulare quæſitum eſſe: Sed nec tum dominus, qui utilitatem rei ſuæ in alium „ transfert ſub lege fidelitatis, transfert jus „ aliquod in re, nedum dominium minus „ plenum, ſed jus perſonale, quod ex pacto oritur, & cui leges civiles vim juris in „ re tribuerunt: *Vid. Diſſert. Proœm. XII.* „ §. 311.

Jus emphyteuticarii a jure proprietarii] „ His

Digitized by Google

„ Hic quoque ſupponitur populum dominium rei quæſiviſſe non generaliter, ſed particulatim: Si populus utilitatem rei ita occupatæ in alium pro certo canone transſert, ideo non deſinit plenus eſſe dominus, ſed alter jus ſaltem perſonale utendi re aliena ex pacto acquirit: *Dict. Diſſ. Proœm. XII.* §. 312. At leges civiles pariter Emphyteuſin jus in re eſſe voluerunt, indeque actionem realem dederunt.

Tamen alio quodam tenuiori modo] „ V. g. Servitutis, pignoris, &c. nam hæc nova jura non eſſe, ſed virtute ipſa ineſſe dominio, Auctor aſſeruit *ſupra* §. 2. Nos alibi diximus, hæc jura naturali ratione non in rem eſſe, ſed pacto demum uſum rei noſtræ, vel nudam poſſeſſionem ob debiti ſecuritatem in alium transſerri, indeque tantum actionem perſonalem oriri. *Diſſert. Proœm*, *XII.* §. 302. *ſeq.* §. 306. *ſeq.*

Ut multæ ſunt ſpecies juris in rem] „ Jure naturæ nulla eſt ſpecies juris in re præter *dominium*: dominus igitur ſolus jus in re habet, omnia reliqua jura in perſonam ſaltem competunt. Atque hinc ſi dominus transfert vel utilitatem aliquam ſuæ rei, (ut in ſervitutibus ſive perſonalibus, ſive realibus,) vel poſſeſſionem ejus, (uti in pignore,) manet dominus, & jus in re nullum in alterum tranſit: ſed ex ratione civili hæc jura inter jura in re relata ſunt. Quod cum plenius explicatum ſit in jure meo controverſo *L. I. rit.* 8. *q.* 1. verba huc tranſcribere liceat.

„ Natura primæva non videtur eſſe jus in re, niſi *dominium*, quo res ipſa, ejuſque ſubſtantia noſtra dicitur: id enim eſt, quod occupatione rei, ſi vel nullius ſit, vel voluntate Domini tradita, naturaliter acquirimus. *L.* 1. §. 1. *ff. de acqu. poſſeſſ.* §. *per tradit.* 40. *de R. Div.*

„ Hoc dominium facto hominum primum in varias ſpecies abit. Vel enim *reſtrictum* ſuit verbis, ut ſi vel aliis commodetur, vel in uſumfructum detur, quo caſu dominium ſalvum manet, ſed interim ſterile, & omne commodum alterius eſt. Vel *diviſum* in diverſa genera, ita ut plurium aliquod dominium in eadem re eſſe poſſit, uti dominium dotis *civile* mariti, & *naturale* uxoris eſt. *L.* 30. *C. de jure dotium* Sed & dominium *directum* domini, *utile* aliorum eſſe poteſt; uti de ſuperficie id traditur *in L.* 73. *Rei vind. L.* 1. §. 6. *de ſuperf.* Vel *fictum* ex juſta cauſa fuit, quod nondum eſt, uti per Publicianam actionem, *tot. tit. de Publ. in rem act.* Quæ proinde dominia omnia ad eandem ſpeciem referri poſſunt, & ſolent.

„ Præter hoc dominium, prout vel natura conſtitutum, vel factis hominum variatum eſt, aliæ ſpecies juris in re nullæ ſunt, quia ex omni pacto, vel negotio, quod inter dominum aliumque de re aliqua intut, tantum jus in perſonam naſcitur, non in rem, etſi traditio ſecuta ſit, *Diſp. B. Parens de Pœnitent. in Contr. cap. ult.* §. 5.

„ Pauciſſima ſunt quæ Juriſprudentia Romana excepit, & unde ſecuta traditione quaſi in rem agi potuit, eoque jus in rem conſtitutum fuit. Uti 1. SERVITUTES, tum *reales*, quæ prædiis ipſis, ceu eorum qualitates, inſunt, eaque ſequuntur *L.* 88. *de V. S.* tum *perſonales* quatuor notiſſimæ *L.* 1. *ff. de Servit. tot. tit. I. de Uſufr. tot. tit. de Uſufr. & hab. tot. tit. de Uſufr. de operis ſerv.* ultra quas, ſi quid utilitatis alicui conceditur, merum jus in perſonam eſt, ut ſi quis concedat ut pomum in ſuo decerpat, ſpatietur, cœnet &c. *L.* 8. §. 2. *de ſervit. L.* 33. §. 1. *de ſervit. præd. ruſt.*

„ His deinde adjectum eſt 2. a Servio Prætore *pignus*: ex quo antea non niſi actio in perſonam ex contractu pignoris inter creditorem, & debitorem data fuit. *tot. tit. ff. de Pign. act.* Servius autem creditori præterea dedit actionem realem in omnes poſſeſſores, quæ inde Serviana dicta, & ſic jus in re quoque conſtitutum fuit. §. 7. *de Act.* Neque id ſolum cavit Prætor, ſed & ſi pacto nudo alicui obligatum prædium eſſet, duo prætor edicta conſtituit; *Alterum*, ut ex pacto illo actio daretur creditori contra debitorem, quod proinde pactum legitimum eſt, unde actio perſonalis oritur. *L.* 17. §. 2. *Pact. Vid. Jus contr. tit. de Pact. q.* 14. *Alterum*, ut idem creditor jus quoque agendi adverſus poſſeſſores, eoque jus in re haberet, quod ex ipſa poteſtate edicti naſcitur. *L.* 18. *C. Pignor. l.* 66. *pr. Evict. d.* §. 6. Ex quo proinde & PIGNUS, & HYPOTHECA quoque ſpecies juris in re conſtituuntur. *d.* §. 7.

„ Sed & 3. ex omnium jurium complexu formatum quoque eſt jus quoddam univerſale, ſc. HEREDITAS, quod pro jure in re habitum, actioque inde in rem, petitio ſc. hereditatis data eſt, etſi jura quo-

,, que ad rem comprehenſa, eoque actio illa
,, mixta ſit. *L. 7. C. Petit. hered.* hæc autem
,, acquiſitio per hereditatem, i. e. per ſucceſ-
,, ſionem in omne jus defuncti, eſt modus
,, acquirendi dominii naturalis, adeoque ad
,, dominium pertinet.

,, Præter ea alia jura in re legibus Romanis
,, conſtituta non apparent. Equidem ſimilis qui-
,, dem complexus omnium jurium eſt UNI-
,, VERSITAS PATRIMONII *L. 1. ff.*
,, *Uſufr. earum rer. L. 15. Excuſ. tutor. Dn.*
,, *Parens in Diſſert. de Obligat. hered. ex de-*
,, *licto. Sect. I. §. 2.* item PECULIUM.
,, *L. 5. §. 3. L. 39. pecul. L. 20. §. 10. hered.*
,, *petit. Laut. tit. de Pecul. in pr. &c.* Sed
,, nulla actio in rem prodita eſt, qua peti illa
,, univerſitas tanquam res una poſſit, ſed ſin-
,, gulæ res petuntur, vel ratione ſingularum
,, agitur; nec adeo jure ex unius rei forma
,, ita coaluit, ut aliqua pro ipſa univerſitate
,, actio detur, non magis quam ſi quis omnia
,, bona, vel prædia vendat, ubi tot
,, ſunt contractus, quot res. Sed & DOS,
,, ſi in eam omnia bona veniant, quædam ju-
,, rium univerſitas, quin & actio dotis inde
,, conſtituta eſt; verum ea non in rem, ſed in
,, perſonam eſt, & hodie ex ſtipulatu agitur.
,, *t. t. C. Rei uxor. act. §. 29. Inſt. de act.*

Quas inter eſt & jus ejus, qui ſub conditione fideicommiſſum expectat] Imo is, qui ſub conditione expectat fideicommiſſum, plane jus in re non habet, quia omne jus ejus demum incipit exiſtente conditione. *L. 5. §. 2. L. 41. ff. Cond. dem.* Magis igitur congruens exemplum allegare potuiſſet in legato, & fideicommiſſo puro, nam fideicommiſſarius talis fit ipſo jure dominus. *l. 80. leg. 2. l. 64. furt. l. 44. §. 1. leg. 1. l. 86. §. 2. eod.* At hoc *jus in re* non pendet ab aliqua diſtributione domini generalis, ſed a lege civili, quod conſtituit fideicommiſſarium dominum ipſo jure ex teſtamentaria diſpuſitione, quæ ipſa meri juris civilis eſt.

Tuum etiam eſt, quod ſub certa lege tuum eſt] ,, Hæc lex, hæc reſtrictio dominii, ex
,, pacto oritur; quam legem traditioni adje-
,, ctam novus dominus ſervare tenetur, ad-
,, eoque hic dominium non pendet a dominio
,, populi generali.

Plurimi ſunt modi, quibus quid cujuſque eſſe dicitur] ,, Imo unicus tantum jure na-
,, turæ modus eſt, quo quis *jus in* re con-
,, ſequitur, *ſc. dominium*; præterea nullum
,, aliud jus in re cognitum natura eſt. At hoc
,, dominium pactis, vel legibus reſtringi po-
,, teſt, & de tali reſtrictione loquitur Pruſæ-
,, enſis. Hæc igitur reſtrictio non pendet ex
,, dominio aliquo priori generali, ſed a lege
,, civili, vel pacto hominum.

Dominus erat demto vendendi jure] ,, Si
,, ea lege dominium in alium transfertur ne
,, eam vendat, hoc dominium non pendet
,, a priori domino, utpote qui omne jus ſuum
,, in emtorem tranſtulit, at ſub certa lege:
,, novus igitur dominus tenetur ex pacto, ne
,, vendat.

Exemplum ejus, quod diximus] ,, Nimi-
,, rum, primas acquiſitiones a populo ita in-
,, terdum fieri, ut privatum plenumque do-
,, minium generaliter primum populo acqui-
,, ratur, & poſtea particulatim in privatos
,, diſtribuatur.

Tacitus] ,, *de Moribus Germ. c. 26. Cæſ.*
,, *de bell. gall. l. 6. c. 5.* & ſpeciatim *de Sue-*
,, *vis l. 4. c. 1.*

Ab univerſis occupantur, quos mox inter ſe partiuntur] ,, Imo nec ex hoc exemplo
,, probatur dominia ſingulorum pendere a do-
,, minio priori generali: Nam nec univerſi-
,, tas, nec ſinguli dominium in hos agros ſibi
,, arrogabant; univerſitas enim ſolum jus
,, imperii occupando ſibi quæſivit, privatis
,, autem, & ſingulis ſolum jus utendi pro illo
,, anno aſſignatum fuit ab univerſitate. In
,, terminis hoc de Suevis aſſerit Cæſar *B. G. l.*
,, *4. c. 1. Sed privati, & ſeparati agri apud eos*
,, *nihil eſt.*

Cum diſtributa dominia pendent a dominio generali] ,, Ex dominio enim generaliter a
,, populo occupato ſingulorum dominia per
,, diſtributionem orta eſſe, aſſeruit. Quod paſ-
,, ſim refutavimus.

Si quid dominio particulari carere incipit]
,, Vel per derelictionem, vel quia dominus
,, inveniri non poteſt. *vid. h. §. n. 1.*

Non fit occupantis, ſed ad univerſitatem redit] ,, Supra *c. 2. §. 4.* diximus univerſi-
,, tatem occupando territorium ſolum jus im-
,, perii, (non vero dominium privatum,
,, nec generale, nec ſingulare) acquirere: Vi
,, hujus imperii autem poteſt ſingulis faculta-
,, tem concedere, ut certam terræ portio-
,, nem occupent, ſibique habeant. Hæc igi-
,, tur dominia ſingularia ſunt originaria, quæ
,, a nullo priori dominio pendent, & ex ap-
,, prehenſione demum poſſeſſionis ſingulis
,, quæruntur: Si proinde dominus dere-
,, linquit illam terram, ea non redit ad
,, univerſitatem, niſi jure imperii; domini-
,, um vero privatum nullius eſt, ceditque
occu-

Digitized by Google

„ occupanti, niſi id lege univerſitatis pro-
„ hibitum ſit.

Aut ad dominum ſuperiorem] „ I. e. ad
„ caput populi. *vid. n. 2. pr.*

Cui juri] „ Quo diſtributa dominia parti-
„ cularia dependent a dominio generali.

*Jus ſimile etiam per legem civilem intro-
duci potuit*] „ Jure civili plurima *jura in re*,
„ & dominia ſpecialia introducta ſunt, quo
„ pertinent dominia utilia, civilia, &c. quæ
„ pendent a dominio priori, non generali,
„ ſed ſpeciali; nam ſupponitur priores do-
„ minos actu corporali rem illam initio quæ-
„ ſiviſſe, ſuamque feciſſe: qui hujus domi-
„ nii utilitates poſtea in alios pacto tranſtu-
„ lerunt, leges autem his pactis effectum
„ juris in re tribuerunt.

Extra hanc cauſam] „ Ubi nimirum prima
„ acquiſitio a populo ita fit, ut dominium
„ generaliter primum populo, & tunc per
„ diſtributionem ſingulis acquiratur.

Ut jam notare cœpimus] „ Sc. in ſpecie
„ illa juris in re, quod ei competit, qui
„ ſub conditione fideicommiſſum expectat,
„ & quod huc non pertinere diximus.

C A P U T IV.

De derelictione præſumta, & eam ſecuta occupatione, & quid ab uſucapione, & præſcriptione differat.

I. *Uſucapio, aut præſcriptio proprie dicta cur locum non habeat inter populos diverſos, eorumve rectores.*

II. *Solere tamen & inter hos allegari longævas poſſeſſiones.*

III. *Cauſa inquiritur ex conjecturis humanæ voluntatis: quæ petuntur non ex verbis tantum:*

IV. *Sed & ex factis:*

V. *Et ex non factis.*

VI. *Quomodo tempus adjunctum non poſſeſſioni, & ſilentio ad conjecturam juris derelicti valeat.*

VII. *Ordinarie ad talem conjecturam ſufficere tempus memoriam excedens, & quale hoc ſit.*

VIII. *Solutio objectionis, neminem præſumendum ſuum jactare.*

IX. *Videri etiam, ſepoſita conjectura, jure gentium ex immemoriali poſſeſſione dominium transferri.*

X. *An nondum natis jus auferri hoc modo poſſit.*

XI. *Etiam ſummæ poteſtatis jus aut populo, aut regi acquiri longæva poſſeſſione.*

XII. *An leges civiles de uſucapione, & præſcriptione teneant eum, qui ſummam poteſtatem habet; cum diſtinctionibus explicatur.*

XIII. *Ea jura, quæ ſeparabiliter, aut communicabiliter adhærent ſummo imperio, uſucapione, aut præſcriptione quæri, & amitti.*

XIV. *Refellitur ſententia ſtatuens ſemper ſubditis licere ſe vindicare in libertatem.*

XV. *Quæ meræ ſunt facultatis nullo tempore amitti: quod explicatur.*

+ I. GRavis hic difficultas oritur de + [1] uſucapiendi jure. + Namque id jus cum [2] lege civili ſit introductum (tempus enim [3] ex ſuapte natura vim nullam effectricem habet: nihil enim fit + a tempore, + quamquam nihil non fit in tempore) + locum habere non poteſt, ut cenſet + [a] Vaſquius, inter duos [a] *Lib. II. c. 51. n. 28.*

GRONOVII.

1 *Uſucapiendi jure*] Per quod res aliena longo tempore fit bona fide poſſidentis.

2 *Lege civili*] Jure Romano.

3 *Ex ſuapte natura*] Sine lege, aut natura.

 a *Nec*

Digitized by Google

duos populos liberos, + aut reges, + populumve liberum, & regem: + imo ne inter regem quidem, & privatum ipſi non ſubditum, + [a] nec inter duos diverſorum regum, aut populorum ſubditos: quod verum videtur, + niſi [4] quatenus res, vel actus tenetur territorii legibus. Atque id ſi ad mittimus, ſequi videtur maximum incommodum, + ut controverſiæ de regnis, regnorumque finibus nullo unquam tempore extinguantur: + quod non tantum ad perturbandos multorum animos, & bella ferenda pertinet, + ſed & communi gentium ſenſui repugnat.

b Judic. xi, 26. II. Nam & in ſacris litteris [b] Jephthes regi Ammonitarum ſibi vindicanti terras inter Arnonem & Jabocum, & ab Arabum deſertis ad Jordanem ſitas, + objicit trecentorum annorum poſſeſſionem, & ab eo quærit, cur ipſe, ejuſque majores tanto tempore ceſſaverint? Et Lacones apud + [c] Iſocratem, tanquam cer-
c Archid. p. 121. A. Edit. H. Steph. tiſſimum, [b] & apud omnes gentes confeſſum ponunt, poſſeſſiones publicas, non minus quam privatas, multo tempore ita firmari, ut revelli nequeant: quo jure repellunt eos, qui Meſſenam repetebant. Verba Græca ſunt: τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινὰς, ἣν ἐπιγένηται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντες εἶναι νομίζουσι. Idem (aa) Iſocrates ad Philippum: κάτοχον καὶ βέβαιον τὴν κτῆσιν πεποιηκότος τοῦ χρόνου. *Cum firmam, ſtabilemque poſſeſſionem longa dies reddidiſſet.* Hoc + jure niſus poſterior [d] Philippus T. Quin-
d Livius lib. XXXII. c. 10. tio dicebat, *civitates quas ipſe cepiſſet ſe liberaturum: quæ ſibi traditæ a majoribus eſſent juſta ac hæreditaria poſſeſſione, ſe non exceſſurum.* Sulpitius + contra Antio-
d Livius lib. XXXV. c. 16. chum [e] diſputans oſtendit iniquum eſſe, ut quod populi Græci in Aſia aliquando ſerviiſſent, id jus poſt aliquot ſæcula eos aſſerendi in ſervitutem faciat. Et
f Tacitus Ann. 6. c. 31. [f] hiſtorici [c] vetera repoſcere vaniloquentiam vocant: μυθικὰς καὶ παλαιὰς ἀποδείξεις Diodorus. Apud Ciceronem eſt de [g] officiis ſecundo: [d] *Quam autem*
g Cap. 22. & 23. *habet æquitatem, ut agrum multis annis, aut etiam ſæculis ante poſſeſſum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat?*

III. Quid + dicemus? + Juris effectus [5] qui ab animo pendent, non poſſunt tamen

Grotii.

a *Nec inter duos diverſorum regum, aut populorum*] In lege XII. tabularum erat: *Æterna auctoritas cum hoſte eſto*, id eſt, cum peregrino. (Apud Ciceron. *De Offic.* Lib. I. Cap. 12.)

b *Et apud omnes gentes confeſſum*] In hunc ſenſum diſſerit pro Gallia dux Nivernenſis apud *Thuanum* libro LIX. in anno M D LXXIV.

c *Vetera repoſcere*] Τὰ πρὸ Εὐκλείδου dicunt Græci ex hiſtoria Attica. uſus inter alios *Nicetas* lib. I. (*cap.* 9.) de Alexio Iſaaci fratre, ubi de Henrico agit Imperatore Friderici filio: καὶ ταῦτα δὴ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἀνυποστόλως ἀνακινῶν· *ita ille velut ante Euclidem geſta movebat inverecunde.* (Vide Lucianum, in *Cataplo*, T. 1. *Edit. Amſt.* p. 426. & *Hermotim.* pag. 563. Locus autem *Diodori Siculi*, qui poſtea ſine ullo indicio adfertur, exſtat *Lib.* XV. *Cap.* 78. pag. 497. *Ed. H. Steph.* Et pag. ſeq. dicitur βίᾳ καὶ ἀδίκως ejuſmodi poſſeſſio haberi. *J. B.*)

d *Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis, aut etiam ſæculis ante poſſeſſum, qui habuit, amittat?*] Florus lib. III. c. 13. *Tamen relictas a majoribus ſedes, ætate, quaſi jure hæreditario poſſidebant.*

Gronovii.

4 *Quatenus res*] Ut qui in alieno territorio, ubi uſucapio valet, rem, vel agendi aliquid jus habet, per legitimum tempus bona fide poſſidere, vel actum illum exercere ſinendo, rem, juſve amittat.

5 *Qui ab animo*] Quod alicui jus naſcitur ex eo, quod quis hoc vel illud decrevit, ſtatuit, in animo habuit (exempli gratia te adoptare, hæredem facere, & ſimilia) id conſtare nequit, & effectum ſortiri ex ſola mentis agitatione, & commentatione: ſed ei, ad quem jus noſtrum referimus, id fuiſſe nobis animi, argumentis quibuſdam externis, & ſymbolis notabilibus demonſtrandum eſt.

(aa) Verba illa non ſunt *Iſocratis*, ſed *Dionyſii Halicarnaſſ.* in *Judicio de Iſocrate*, ubi exhibet ſummam Orationis ipſius *Archidami*, ex qua locus præcedens, Cap. IX. pag. 155. Tom. II. *Edit. Oxon. J. B.*

Digitized by Google

tamen ad ſolum animi actum conſequi, niſi is actus ſignis quibuſdam indicatus ſit: quia nudis animi actibus efficientiam juris tribuere + [6] non fuerat congruum naturæ humanæ, quæ niſi ex ſignis animi actus cognoſcere non poteſt: + qua de cauſa etiam interni actus meri [7] legibus humanis non ſubjacent. + Signa autem nulla de animi actibus certitudinem habent [8] mathematicam, + ſed probabilem tantum: + nam & verbis eloqui aliud poſſunt homines, quam quod volunt & ſentiunt, + & factis ſimulare. + Neque tamen patitur natura humanæ ſocietatis, ut actibus animi ſufficienter indicatis nulla ſit efficacia: Ideo quod ſufficienter indicatum eſt, + pro vero habetur [9] adverſus eum qui in dicavit. + Ac de verbis quidem expedita res.

IV. 1. + Factis intelligitur derelictum, + quod abjicitur, + niſi ea ſit rei circumſtantia, [b] ut temporis cauſa, & + [10] requirendi animo abjectum cenſeri debeat. + Sic chirographi redditione [i] cenſetur remiſſum debitum. + Recuſari hæreditas, inquit Paulus, [k] non tantum verbis, [11] ſed etiam re poteſt, + & quovis indicio voluntatis. Sic ſi is, qui rei alicujus eſt dominus, + ſciens cum altero eam rem poſſidente, tanquam cum domino contrahat, jus ſuum remiſiſſe merito habebitur: + quod cur non & inter reges locum habeat, & populos liberos, nihil cauſæ eſt.

b L. 9. §. ult. D. de acq. rer. dom. L. 8. D. ad leg. Rhod. l. 43. §. 11. D. de furtis.
i L. 2. §. 1. ff. de pactis.

2. Simile eſt + quod ſuperior concedens inferiori, + vel imperans id facere quod facere licite non poteſt, niſi lege ſolvatur [l], [12] lege ſolviſſe eum intelligitur. Venit enim hoc non ex jure civili, + ſed ex jure naturali, quo quiſque ſuum poteſt abdicare, + & ex naturali præſumptione, qua voluiſſe quis creditur quod ſufficienter ſignificavit: + quo ſenſu recte accipi poteſt quod [m] Ulpianus dixit, [13] juris gentium eſſe acceptilationem.

k L. 95. D. de acq. vel omitt. hæred.
l L. 57. D. de re jud. & l. 3. ff. de off. Prætor.
m L. 8. D. de acceptil.

V. 1. Sub factis autem + [14] moraliter + veniunt & [15] non facta, conſiderata cum debitis circumſtantiis. + Sic qui ſciens & præſens tacet, videtur conſentire: + quod & lex Hebræa agnoſcit, Numer. XXX, 4. 5. 11. 12. + niſi circumſtantiæ oſtendant, quominus loquatur, metu eum, + vel alio caſu impediri. Sic amiſſum cenſetur id, [c] cujus recuperandi ſpes projicitur, + ut porcos a lupo raptos, + & quæ naufragio amittimus, noſtra eſſe deſinere, ait Ulpianus, [n] non ſtatim, ſed ubi recipi non poſſunt, id eſt, + ubi non eſt cur credatur aliquis animum domini retinere: + ubi nulla talis voluntatis indicia exſtant. + Nam ſi miſſi eſſent qui rem inquirerent, + ſi promiſſum [16] μήνυτρον, aliud eſſet judicandum. + Sic qui rem ſuam ab alio teneri ſcit, nec quicquam contradicit

n L. 44. D. de acq. rerum dom.

GROTII.

c *Cujus recuperandi ſpes projicitur*] Id יאוש dicitur Hebræis juriſconſultis.

GRONOVII.

6 *Non fuerat congruum*] Non eſt enim hominum pectora ſcrutari.

7 *Legibus humanis*] Cogitationum pœnas nemo patitur. l. 18. D. *de pœn.*

8 *Mathematicam*] Neceſſariam.

9 *Adverſus eum*] Ita ut ei noceat, damnum in re, aut exiſtimatione afferat, ſi poſtea ſe voluiſſe aliter oſtendat, quam indicavit.

10 *Requirendi animo*] Ut, ubi licuerit, repetas, recolligaſque.

11 *Sed etiam re*] Non adeundo, quum ſciat ſe adire debere.

12 *Lege ſolviſſe*] Ut cum Imperator jubet occidere aliquem, ſolvit eum lege Cornelia, vel, *non occides.*

13 *Juris gentium*] Cum ſit revera juris civilis. §. 2. Inſt. *Quib. mod. tol. oblig.*

14 *Moraliter*] Per commodam, & moribus receptam interpretationem, quædam, quæ facta non ſunt, pro factis habentur.

15 *Non facta*] Actus negativi: infra num. 8.

16 *Μήνυτρον*] Indicii præmium.

diçit multo tempore, is niſi cauſa alia manifeſte appareat, non videtur id alio feciſſe animo, quam quod rem illam in ſuarum rerum numero eſſe nollet. Et hoc eſt quod + alicubi dixit Ulpianus, [o] ædes longo ſilentio videri pro derelicto a domino habitas. *Parum juſte* (reſcripſit + Pius [p] Imperator) *præteritas uſuras petis, quas omiſiſſe te + longi temporis intervallum indicat: quia eas a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſti.*

[o] *L.* 15. §. 21. *D. de damno infect.*

[p] *Lib.* 17. §. 1. *D. de uſuris.*

2. + Cui ſimillimum quid in conſuetudine apparet. [q] Nam hæc quoque, + ſemotis legibus civilibus, quæ [17] certo tempore ac modo eam introduci volunt, + a populo ſubdito introduci poteſt ex eo, + quod ab imperium habente toleratur: tempus vero, quo illa conſuetudo effectum juris aceipit, + non eſt definitum, ſed arbitrarium, quantum ſatis eſt ut concurrat ad ſignificandum conſenſum.

[q] *Thom.* 1. 2. *q.* 97. *art.* 3. *Suar. l.* VII. *de legibus, c.* 15.

3. Sed ut ad derelictionem præſumendam valeat ſilentium, + duo requiruntur, ut ſilentium ſit ſcientis, & ut ſit libere volentis. Nam + [f] [18] non agere neſcientis, caret effectu; & + [19] alia cauſa cum apparet, ceſſat conjectura voluntatis.

VI. Ut + hæc igitur duo adfuiſſe cenſeantur, (bb) + valent & aliæ conjecturæ: + ſed temporis in utrumque magna vis eſt. Nam primum + fieri vix poteſt, ut multo tempore res ad aliquem pertinens non aliqua via ad ejus notitiam perveniat, cum multas ejus occaſiones ſubminiſtret tempus. Inter præſentes tamen + minus temporis ſpatium ad hanc conjecturam ſufficit, quam inter abſentes, etiam + [20] ſepoſitâ lege civili. + Sic & [21] incuſſus ſemel metus durare quidem nonnihil creditur, ſed non perpetuo, cum tempus longum multas occaſiones adverſus metum ſibi conſulendi, + per ſe, vel + per alios ſuppeditet, etiam + exeundo fines ejus qui metuitur, + ſaltem ut proteſtatio de jure fiat, aut, + quod potius eſt, ad judices, aut arbitros provocetur.

VII. Quia vero + [g] [22] tempus [r] memoriam excedens quaſi infinitum eſt moraliter, ideo [23] ejus temporis ſilentium ad rei derelictæ conjecturam ſemper ſufficere videbitur, + [h] niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes. Bene autem nota-

[r] *L. Hoc jure,* 3. §. *ductus,* 4. *D. de aqua quot. & æſt.*

GROTII.

f *Non agere neſcientis, caret effectu*] Vide infra hoc libro, cap. XXI. §. 11. Adde ſi vacat *Bart. Soc.* conſilio CLXXXVII. col. 8. *Meiſchnerum* deciſione Camerali IX. n. 113. tomo 111.

g *Tempus memoriam excedens*] *Andreas Knich* in tractatu de jure territorii. *Reinking.* lib. I. claſſe V. cap. 11. n. 5. *Oldendorp.* claſſe 111. art. 2.

h *Niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes*] *Menochius* 1. conſ. XC.

GRONOVII.

17 *Certo tempore*] Interpp. ad §. 12. Inſt. *de j. nat. gent. & civ.* minimum requirunt decennium, & duos actus, aut complures actus minore tempore, præſertim ſi judicio contradictorio probata ſit.

18 *Non agere neſcientis*] Qui ſilet, aut quieſcit ignorans ſibi loquendum, aut agendum eſſe, præjudicium ſibi non facit.

19 *Alia cauſa*] Quoties intelligitur aliud quid, quam neglectum, & conſenſum voluntarium eſſe, quod illum ſilere cogat, non creditur ſilere, quia id, quod diſſimulat, velit, ſed quia loqui non audeat.

20 *Sepoſita lege*] Quæ res immobiles inter præſentes decennio, inter abſentes 20. annis, ſtatuit uſucapi.

21 *Incuſſus ſemel*] Si quis tacuit, aut paſſus eſt quid fieri timore perculſus, eum timorem vim eandem habere per aliquantum temporis ſatis præſumitur.

22 *Tempus memoriam*] Quod quando fuerit, nemo ſupereſt qui meminerit, pro infinito eſt per humanam imbecillitatem, etſi revera fines certos habuerit.

23 *Ejus temporis ſilentium*] Tantum per ſpatium temporis non declaraſſe voluntatem ſuam ad rei dominium tenendum.

(bb) Non tam ex derelictione tacitâ, cujus præſumtio ſatis firma ut plurimum non adeſt, quàm ex jure Poſſeſſoris bonæ fidei, & ipſo ſine Dominii conſtituti, fundamentum juris iſtius deducendum eſſe, oſtendimus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* in Notis alteri Editioni adjectis, Lib. IV. Cap. XII. §. 8. Totum illud Caput in hanc rem conferri poteſt. *J. B.*

Digitized by Google

notatum eſt a prudentioribus Juriſconſultis, + [i] non plane idem eſſe tempus memoriam excedens cum centenario, + quanquam ſæpe hæc non longe abeunt: quia [k] + communis humanæ vitæ terminus ſunt [s] anni centum: quod ſpatium ferme ſolet ætates hominum, aut [l] [24] + γενεὰς tres efficere: + quas Antiocho [t] Romani objiciebant, cum oſtenderent repeti ab eo urbes, quas ipſe, pater, avus nunquam uſurpaſſent.

VIII. 1. + Objiciat aliquis, cum homines + ſe, ſuaque ament, + non debere eos credi quod ſuum eſt [25] jactare, + ac proinde [26] actus negativos, etiam cum magno temporis ſpatio, non ſufficere ad eam quam diximus [27] conjecturam. Sed cogitare rurſum debemus, [28] + bene ſperandum de hominibus; + ac propterea non putandum eos hoc eſſe animo, + ut rei caducæ cauſa hominem alterum [29] velint in perpetuo peccato verſari, quod evitari ſæpe non poterit ſine tali derelictione.

s Euſtath. ad Iliadis a. ✝. 250.
t Liv. lib. XXXIV. c. 58.

2. De imperiis vero, + quamquam ea [30] magni fieri ſolent, ſcire debemus + magna eſſe [u] onera, & quæ non bene adminiſtrata hominem divinæ iræ reddant obnoxium: ac ſicut durum eſſet, + qui ſe tutores dicerent, damno pupilli litigare uter ad tutelam jus habeat, aut, qua ſimilitudine ad hanc rem Plato [x] utitur, + nautas navis periculo certare quis eorum potiſſimum gubernaret: + ita non ſemper laudandos, qui cum ſumma jactura, ſæpe & cum ſanguine innocentis populi diſceptare cupiant, quis ejus populi rem ſit curaturus. Laudatur ab antiquis Antiochi dictum, [y] qui populo Romano gratias egit, quod [m] + nimis magna procuratione liberatus modicis terminis uteretur. Inter multa a Lucano ſapienter dicta illud non poſtremum eſt: (*Lib.* II. ✝. 60.)

u Cicero pro Dejot. c. 13.
x Lib. I. *De Rep.* p. 347. D. *Tom.* II. *Ed. Steph.* & Lib. VI. p. 488.
y Val. Max. lib. IV. c. 1.

——— ——— ——— tantone novorum
Proventu ſcelerum quærunt, uter imperet urbi?
Vix tanti fuerat civilia bella movere,
Ut neuter.

3. Tum

GROTII.

i *Non plane idem eſſe*] *Balbus* de præſcriptionibus id notavit, & in eodem argumento *Covarruvias*. *Reinking* dicto lib. I. claſſe V. c. 11. n. 40. de tempore memoriam excedente. vide eruditiſſimum *Fabrum* in conſilio pro ducatu Montisferratenſi.

k *Communis humanæ vitæ terminus*] Αἰῶνος μᾶλλον ἤπερ χρόνου dixit Juſtinianus in edicto quinto, edito in notis ad arcanam hiſtoriam *Procopii*.

l Γενεὰς *tres*] Nam γενεὰ eſt τριακονταετία, triginta annorum ætas, ut *Porphyrius* notat in Homericis quæſtionibus. (pag. 99. *Edit. Barnes.* tres γενεὰς ſæculum exponit *Herodianus* Severo. (*Lib.* III. *Cap.* 8. *Ed. Boecl.*) in CCC. annis decem in Ægypto fuiſſe reges notat *Philo* in legatione, Lacedæmone annis quingentis reges quatuordecim, *Plutarcho* indicante in Lycurgo. (*Pag.* 58. A.) *Juſtinianus* in novella CLIX. vetat in judicia deduci cauſam, quod jam quatuor γενεαὶ exiiſſent. (*Cap.* 2.)

m *Nimis magna procuratione liberatus*] Ejus animi videtur fuiſſe Jonathan, Saulis filius. (I. *Sam.* XXIII, 17.)

GRONOVII.

24 Γενεὰς *tres*] Nam γενεαὶ triginta annorum.

25 *Jactare*] Ultra projicere, ac per laſciviam alienare.

26 *Actus negativos*] Patientiam ſinendi alios noſtris rebus frui: actus, quibus nihil agendo hoc videmur agere, ut rem noſtram ejuremus, & abnegemus, dum alium pro domino ejus ſe gerentem non appellamus, neque interpellamus.

27 *Conjecturam*] Alienationis.

28 *Bene ſperandum*] Quamdiu contrarium non evidenter pateat & conſtet, putandum inter ſeſe homines eſſe faventes, & quemvis alterius cauſa velle.

29 *Velint in perpetuo*] Quod fiet, ſi retineant animo dominium rei, quam tamen penes alium eſſe tamdiu, & pro ſua ab eo tractari, & teneri, quam ſua non ſit, ſed aliena, patiuntur.

30 *Magni fieri*] Majore cupiditate retinere, & minus facile deſeri, quam res privatæ.

Digitized by Google

3. Tum vero imperia tandem aliquando + in certo, & extra controverſiæ aleam conſtitui, humanæ ſocietatis intereſt; quam [31] + quæ adjuvant conjecturæ, favorabiles putandæ ſunt. Nam ſi durum putavit [n] [32] Aratus Sicyonius privatas quinquaginta annorum poſſeſſiones labefactari, + quanto magis [33] illud Auguſti tenendum eſt, cum virum bonum, ac civem eſſe, qui præſentem reipublicæ ſtatum mutari non vult, + & qui, ut apud [z] Thucydidem Alcibiades loquitur, ὅπερ ἐδέξατο σχῆμα τῆς πολιτείας τȣ̃το ξυνδιασώζει. + Quod τὴν παροῦσαν πολιτείαν διαφυλάττειν dixit (cc) Iſocrates adverſus Callimachum: ſicut & + Cicero oratione ad Quirites contra Rullum, [a] otii & concordiæ patrono convenire, ait, defendere ſtatum reipublicæ, qui quoque tempore ſit: + & Livius, [b] optimum quemque præſenti ſtatu gaudere.

z *Lib.* VI. c. 79.

a *Orat.* III. c. 2.

b *Lib.* XXXV. c. 34.

4. Quod ſi etiam deficerent ea quæ jam diximus, [c] tamen adverſus præſumptionem, qua quiſque ſua ſervare velle creditur, + validior eſt altera, quod credibile non eſt quemquam ejus, quod vult, longo tempore [o] nullam plane edere ſignificationem idoneam.

c *Ang. de Clavaſio in ſumma*, *in verbo Inventa.*

IX. Ac forte + non improbabiliter dici poteſt, non eſſe hanc rem in + ſola præſumtione poſitam, ſed [p] + jure gentium voluntario inductam hanc legem, ut poſſeſſio memoriam excedens, [34] + non interrupta, nec provocatione ad arbitrum interpellata, + omnino dominium transferret. + Credibile eſt enim in id conſenſiſſe gentes, + cum ad pacem communem id vel maxime intereſſet. Merito autem dixi poſſeſſionem + non interruptam, id eſt, ut Sulpitius apud Livium [d] loquitur, *uno, & perpetuo tenore juris ſemper uſurpato, nunquam intermiſſo.* Idem alibi dixit: [e] *perpetuam poſſeſſionem, ac nullo ambigente.* Nam [35] deſultoria poſſeſſio nihil efficit, + quomodo Numidæ excipiebant adverſus Cartha-

d *Lib.* XXXV. c. 16.

e *Ibid.* num. 9.

GROTII.

n *Aratus Sicyonius*] Sic & poſſeſſiones, ut fuerant reliquerat Thraſybulus, pace Athenis conſtituta. (At *Thraſybulus*, expulſis XXX. Tyrannis, tulit tantum legem ἀμνηστίας. De poſſeſſionibus, ut fuerant, relictis, nihil habent, nec XENOPHON. *Hiſt. Græc.* Lib. II. in fine; nec DIODORUS SICULUS, *Lib.* XIV. *Cap.* 34. nec ÆSCHINES, Orat. *de falſa leg.* pag. 271. A. nec JUSTINUS, V, 10. nec VALERIUS MAXIMUS, IV, 1. *num.* 4. *extern.* qui rem narrant. Fallor, an Auctor confudit cum hac pace *Athenis* conſtituta eam, quæ inter *Siculos* facta eſt, & quâ cautum, referente *Thucydide*, ut ſinguli, quæ tum haberent in poteſtate, retinerent: Ἔχοντες ἃ ἕκαστοι ἔχουσι. Lib. IV. c. 65. BONGARSIUS id, tamquam exemplum ſimile, obſervaverat in nota ad laudatum *Juſtini* locum, quod forte anſam dedit errori Auctoris noſtri. *J. B.*

o *Nullam plane edere ſignificationem idoneam*] Crantzius Saxonicorum XI. n. 10. & 13.

p *Jure gentium voluntario inductam hanc legem*] Narrat *Gregoras* cum Catanæ majoribus data eſſet ab Imperatoribus Græcis Phocæa, adjectam legem, ut ſinguli ſucceſſores ſcriptam ederent profeſſionem ſe eam tenere adminiſtratorum titulo, μὴ λάθῃ παρασημειουμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν ἡ μεταξὺ τοῦ χρόνου μακρὰ περίοδος· *ne inobſervatus diuturni temporis lapſus jus imperatoris excluderet.* (Lib. XI. circa init. *pag.* 239. *Ed. Genev.* 1616.)

GRONOVII.

31 *Quæ adjuvant*] Ut hæc, qua qui longo tempore poſſeſſionem non repetivit, eam pro derelicta ſpernere ſtatuitur.

32 *Aratus Sicyonius*] *Cic.* 2. off. 23.

33 *Illud Auguſti*] *Macrobius* 2. Saturn. 4. Sic *Juſtinus* laudat Bacabaſum, qui præſenti ſtatu contentus noluit conſpirare cum Artabano, 3, 1.

34 *Non interrupta*] Per veteris domini apprehenſionem.

35 *Deſultoria poſſeſſio*] Ad breve tempus in poteſtate habuiſſe, vel poſſediſſe. *Deſultores*, genus ſpectaculi, quo aliquis trahens tres, vel quatuor equos in curſu ex uno in alium tranſiliebat. *Manil.* 5, 85. *Flor.* 3, 3. Hinc *deſultoria levitas* eorum, qui nulli rei diu immorantur.

(cc) Eſt apud Oratorem τὴν παροῦσαν τύχην διαφυλάττειν, circa finem Orationis. pag. 383. E. *Ed. H. Steph. J. B.*

Digitized by Google

Carthaginienſes: f *per opportunitates nunc illos, nunc reges Numidarum uſurpaſſe jus, ſemperque penes eum poſſeſſionem fuiſſe, qui plus armis potuiſſet.* *f Apud eundem, L. XXXIV. c. 62.*

X. 1. Sed alia hic, & quidem perdifficilis, ſuboritur quæſtio, + an [36] nondum natis + jus ſuum tacite + tali derelictione poſſit decedere. Si non poſſe dicimus, [37] + nihil ad tranquillitatem imperiorum, + ac dominiorum profecit modo data definitio, [38] + cum pleraque talia ſint, [39] ut poſteris debeantur. + Sin poſſe affirmamus, mirum videbitur quomodo + nocere ſilentium poſſit his, qui loqui non potuerunt, quippe cum nec exiſterent; + aut quomodo aliorum factum + aliis damno eſſe poſſit.

2. Ad hujus nodi ſolutionem ſciendum eſt, ejus qui nondum natus eſt + nullum eſſe jus, + ſicut nec ulla ſunt accidentia rei non exiſtentis. Quare ſi populus, [40] + a cujus voluntate jus regnandi proficiſcitur, + voluntatem mutet, iis qui nondum nati ſunt, ut quibus jus quæſitum nondum eſt, + nullam facit injuriam. + Sicut autem populus expreſſe mutare voluntatem poteſt, + ita & tacite credi mutaſſe. + Mutata igitur populi voluntate, q + neque dum exiſtente eorum jure, qui exſpectari poſſunt; + parentibus autem + e quibus naſci poſſunt, qui jus ſuo tempore eſſent habituri, id ipſum jus derelinquentibus, nihil eſt quod obſtet + quominus illud ut derelictum ab alio occupari poſſit.

3. + Agimus de naturali jure: nam jure civili, + ut aliæ fictiones, ita & hæc introduci poteſt, r ut [41] + eorum, qui nondum ſunt, perſonam lex interim ſuſtineat, + atque ita impediat ne quid adverſum eos occupari poſſit: + quod tamen leges velle non temere cenſendæ ſunt, + quia privata iſta utilitas publicæ valde repugnat. + Unde & illa feuda, + quæ [42] non ex jure proximi poſſeſſoris, + ſed ex vi inveſtituræ primitivæ deferuntur, + longo ſatis tempore acquiri poſſe receptior ſententia eſt; + quod ad [43] jura majoratus, + & ad [44] res

GROTII.

q *Neque dum exiſtente eorum jure expectari poſſunt*] Multa ſunt in hiſtoriis talium derelictionum exempla. Vide unum illuſtre in Ludovico IX. Francorum rege, pro ſe liberiſque abdicante jus, quod per Blancam matrem in Caſtellæ regnum habere poterat, apud *Marianam* libro XIII. c. 18.

r *Ut eorum, qui nondum ſunt, perſonam lex interim ſuſtineat*] Ut lex civilis in hereditate jacente. (*L.* 34. *D. de adquir. rer. domin. L.* 13. §. 5. *Quod vi aut clam.* &c.)

GRONOVII.

36 *Nondum natis*] Si pater priuſquam gignat, ſilentio, & pro derelicto imperium, vel dominium habendo amiſerit, an filius poſtea in ſpem ſucceſſionis genitus idem amiſiſſe cenſendus ſit.

37 *Nihil profecit*] Qua filius ille, poſtquam ſuæ tutelæ factus erit, ſemper turbaturus eſt quod pater conceſſit.

38 *Cum pleraque*] Imperia & dominia.

39 *Ut poſteris*] Succeſſione hereditaria tranſeant.

40 *A cujus voluntate*] Qui regem ſibi, qua conditione voluit, præfecit.

41 *Eorum, qui nondum*] Ut, quod hi non poſſunt acquirere, vel retinere, quia nondum exiſtunt, id acquirant, vel retineant beneficio legis, quæ rationem habuit etiam futurorum, quaſi jam eſſent.

42 *Non ex jure proximi*] Quæ obveniunt tertiis vel quartis, non tanquam ſucceſſoribus & heredibus proximi vaſalli vel feudatarii, ſed tanquam ſimul nominatis & adoptatis, cum primus inveſtiretur, in caſum deficientis ejus.

43 *Jura majoratus*] Prærogativas ſeniorum, ſive majorum natu. Πρωτοτόκια, τὰ πρεσβεῖα τῶν πρωτοτόκων. Hic feuda regalia, emphyteuſes, anniverſaria, ſive capellæ, jus patronatus, fideicommiſſa, & quæ pro indiviſo ab uno ad alium derivantur in familia aliqua. Auctor de majoratu 2, 15. 4. p. 165. Voyage d'Eſpagne cap. 10. p. 62. *La nobleſſe d'Eſpagne a un beau droit, ſi au moins il luy eſt bien conſervé, c'eſt que pour endettée qu'elle ſoit, on ne peut lui ſaiſir que le revenu de ſon bien, parce qu'il eſt tout en majorazgo, c'eſt à dire fideicommis.* Et cap. 11. p. 75. *Quand il les vit engagés de toutes parts, il permit qu'on ſe puſt attaquer*

g *C. poſſeſſor. p. 3. §. 3 Spec. tit. de feud. §. quoniam verſ. 3. quæritur. Chaſſ. de conſ. Burg.* des mains-mortes. §. 6. *verſ.* par an & jour, *n.* 2. *Cravet. de ant. temp. p.* 4. §. *materia. n.* 90.

[44] + res fideicommiſſo obnoxias non infirmis rationibus ſubnixus producit ſummi judicii juriſconſultus Covarruvias g.

4. + Nihil enim prohibet quominus lege civili jus tale introduci poſſit, quod [45] + uno actu alienari licite non poſſit; poſſit tamen ad vitandam dominiorum incertitudinem + certi temporis neglectu amitti: atque ita etiam, + ut exſtituris ſalva ſit actio perſonalis [46] adverſum eos qui neglexerunt, aut eorum hæredes.

XI. Ex + his quæ diximus apparet, + & regi adverſus regem, & + populo libero adverſus populum liberum jus acquiri poſſe, ut expreſſo conſenſu, ita derelictione, + & eam ſecuta, + aut ex ea vim novam capiente apprehenſione. Nam quod dicitur; quæ + ab initio non valent, ex poſt facto [47] convaleſcere non poſſe, hanc habet exceptionem, + niſi [48] cauſa nova jus per ſe parere idonea interceſſerit. Similiter & + alicujus populi rex verus amittere poterit regnum, & [49] populo ſubjici; & qui revera non rex, + ſed princeps erat, s + rex ſummo cum imperio fieri, & ſummum imperium, quod penes populum, aut penes regem in ſolidum erat, + inter eos dividi.

XII. 1. [50] + Illud etiam indagari operæ pretium eſt, + an lex + de uſucapione + aut præſcriptione, + condita ab eo qui habeat ſummum imperium, pertineat etiam

quer à leurs fiefs, & ainſi oſta le privilege de majorazgo, qui eſtoit le plus beau qu'euſt la nobleſſe d'Eſpagne.

GROTII.

s *Rex ſummo cum imperio fieri*] Vide *Vaſquium* controverſiarum illuſtrium lib. I. c. XXIII, 3. Adde eundem libro II. c. LXXXII, 8. 9. & ſequentibus. vide & *Panormitanum* lib. I. conſ. LXXXII. & *Peregrinum* de jure fiſci VI. c. VIII. §. 10.

GRONOVII.

44 *Res fideicommiſſo*] Quas ita tenet heres, vel dominus, ut alienare, aut minuere nequeat, ſed ex inſtituto ejus, unde accepit, compellitur integras ſervare proximo ſucceſſori.

45 *Uno actu*] Traditione, venditione, &c.

46 *Adverſum eos*] Non adverſus eum, qui uſucepit.

47 *Convaleſcere non poſſe*] Quod hic poſſet dici adverſus eum, qui primum aliena invaſit.

48 *Cauſa nova*] Ut hic longum tempus, & veteris domini ſilentium.

49 *Populo ſubjici*] Rex legibus ſolutus poterit legibus ſubjici.

50 *Illud etiam &c.*] In quæſtione, an partes ſummi imperii, ſeu jura majeſtatis poſſint præſcribi, vix auſim repugnare ſententiæ Auctoris, ne crabrones irritem, adeo in eam certatim irruunt politici. Etſi primo ſuſpecta eſt aulicæ adulationis, deinde ferit ipſos principes: nam quum nemo tota Europa principum, aut regum jura illa majeſtatis abſoluta, illud ſummum imperium, quale fingunt, ab ſuo populo acceperit, ſed quicumque illud tenent, uſurpatione, præſcriptione, patientia populorum teneant: ſi ea jura præſcribi non poſſunt, ne ipſi quidem illa præſcribere, & longi temporis uſurpatione acquirere potuerunt: denique eoſdem principes, ſi partes illorum jurium a majoribus neglectas, aut ordinibus conceſſas hac politicorum diſputatione inducti improvide repetant, obnoxios reddit turbis domeſticis, ac ſeditionibus, tanquam libertatis oppreſſores; cujus rei lugubre exemplum in rege cætera optimo præbet Albion. Valeat tamen ipſa, ſed argumenta conſideremus.

Ait affirmare juriſconſultos, qui has quæſtiones tractant ex jure civili Romanorum. Quaſi ex jure civili Romanorum didicerit Lycurgus, ut *legum ſuarum non inventione, quam exemplo eſſet clarior, nec quicquam in alios ſanciret, cujus non ipſe in ſe documentum daret.* Juſtin. 3, 2. Quaſi ex eodem in ſe fuerit ſeverus Charondas, qui lege lata ne quis in concionem veniret armatus, ſeditione orta, dum ipſe ex agro accinctus ferro domum redit ſubito de via in concionem, ſicut erat, progreſſus, dicente quodam, *legem abs te latam ipſe deſtruis*, reſpondit, *minime, ſed ratam faciam*, gladioque ſtricto incubuit. *Diodor.* 17, 9. Quaſi ex jure civili Theodoſius ad filium apud *Claudianum* in IV. conſul. Honorii: (*verſ.* 296. *& ſeqq.*)

In commune jubes ſi quid, cenſeſve tenendum,
Primus juſſa ſubi, tunc obſervantior æqui
Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum
Auctorem parere ſibi. ———

Itaque ſi naturæ jus reſpicimus, quæ ſemper tendit ad optimum, & eum dictitat eſſe legiſlatorem, qui ſit omnium juſtiſſimus, non eſt dubium, quin illa præcipiat: Quod quiſque in alium ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur. Ut quis legibus

Digitized by Google

etiam [51] ad ipſum jus imperii, + & ejus partes neceſſarias, [52] quas alibi explicavimus. + Pertinere arbitrari videntur Juriſconſulti non pauci, [b] + qui quæſtiones de ſummo imperio ex jure tractant civili Romanorum. [t] + Nos aliter arbitramur. + Nam ut quis legibus obligetur, requiritur in legis auctore & poteſtas, & voluntas, + ſaltem præſumpta. [53] + Se per modum legis, id eſt, per modum ſuperioris, obligare nemo poteſt: + & [54] hinc eſt quod legum auctores habent [55] jus leges ſuas mutandi: Poteſt tamen quis obligari ſua lege, + non directe, ſed per reflexionem, [u] qua ſcilicet [56] pars eſt communitatis + ex æquitate naturali, quæ partes vult componi ad rationem integri. + Quod a Saule [57] in regni initiis obſervatum notat ſacra hiſtoria, Sam. XIV, 40. [58] + Sed hoc hic

b Bart. in l. Hoſtes, D. de capt. & in l. 1. D. de aq. pluv. arc. Jaſ. conſ. 70. lib. III. Aymon. de antiq. p. 4. verſic. materia iſta. n. 73. Ant. Corſetus de excell. reg. q. 104. Balb. de præſc. 1. p. princ. & 2. part. q. 2. Caſtal. de Imp. quæſt. 53. & Covar. in c. peccatum de reg. juris in 6. p. 2. §. 9. in fine.

bus obligetur, requiri, ait, in legis auctore voluntatem, ſaltem præſumtam. In bono præſumi quis neget? in malo, qui legum ſuarum lator, & everſor eſt, ut de Pompejo *Tacitus* loquitur, quis ſperet? (At vide, quæ diximus in PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 3. Not. 4. Præterea Vir Doctiſſimus heic mutat ſtatum quæſtionis. Auctor enim noſter agit de *Uſucapione*, aut *Præſcriptione*, qualis à Legibus Civilibus certo quodam annorum numero definitur, & ſub certis quibuſdam conditionibus conſtituitur. Ceteroquin tantum abeſt ut derelictionem tacitam, ſecundum Jus Naturæ, & Gentium, ad jus ipſum Imperii pertinere neget, ut contra ſtatuat paullo poſt, *num.* 2. tantum temporis ſpatium, quantum Leges Civiles poſtulant, non requiri ad adquirendum ſummum imperium, ſi intra id tempus conjecturæ derelictionis ſufficientes adpareant: immo res Summi Imperii certo tempore adquiri poſſe, etiam ubi talis adquiſitio in aliis rebus vetatur Jure Civili. *J. B.*]

GROTII.

t *Nos aliter arbitramur*] Et Don *Garzias Maſtrill.* de magiſtratu lib. III. c. 11, 26. *Joh. Oldendorpius* conſil. Marp. V. n. 47. volum. 1.

u *Qua ſcilicet pars eſt communitatis*] Vide infra hoc libro, cap. XX. §. 24. *Seneca* epiſtola LXXXV. *Dum perſonas habet gubernator: alteram communem cum omnibus qui eandem conſcenderunt navem, qua ipſe quoque vector eſt, alteram propriam qua gubernator eſt.* Tractant hoc *Claud. Seiſſellus* de Rep. Gall. lib. 1. (*cap.* 12.) *Chaſſanæus* de gloria mundi parte V. conſ. 5. *Goillius* lib. II. obſ. LV. num. 7. *Bodinus* de Republica lib. I. c. VIII. *Reinking* 1. c. XII.

GRONOVII.

51 *Ad ipſum jus imperii*] *Bodin.* lib. I. cap. 10.

52 *Quas alibi*] 1, 3. 6.

53 *Se per modum legis*] Id eſt, per modum ſuperioris obligare nemo poteſt. Falſiſſimum: An non populus obligat ſe lege, cum legem jubet? annon legem fecit ſe ſuperiorem? Cur ergo legum imperia Romæ fuiſſe ejectis regibus, ait *Livius*? Si quis ipſum ſeſe obligare poteſt ſponſione, ſi jurejurando, quidni & lege? lex eſt communis ſponſio civium, inquit JC.; lex eſt quaſi ſacramentum civium, unde leges Pythagoreorum collegii *ſodalitii juris ſacramenta*, dicit *Juſtinus.* Sophiſtica cavillatio, quam didicit a *Bodino* 1, 8. 134. (Vide, quæ pro Auctore noſtro diximus in Nota jam indicatâ ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 3. *J. B.*)

54 *Hinc eſt quod legum auctores jus habent leges ſuas mutandi*] Peſſimum principium, & prorſus tyrannicum, mutandæ legis jus eſſe, quia auctor ea obligatus non eſt. Immo hinc auctor legum jus habet mutandi, quod ſalus populi ſuprema lex eſt. Hæc ſalus populi, quæ eſt lex ſumma, quum ejus cauſa comparatæ ſint leges omnes, & ad illam referantur, ſimul atque aliqua lex inferior ei pugnare deprehenditur, abſolvit populum, vel principem ab ea, quam ſe fecit ſuperiorem, lege, & jus ei dat inutilem, & degenerantem dominum exuendi.

Agnoſcit tamen ex æquitate naturali obligari legiſlatorem ſua lege: non tamen directe, ſed per reflexionem, quatenus pars eſt communitatis. Atqui non aliter eſt legiſlator, quam qua caput, qua pars eſt, primaria quidem, pars tamen corporis. Itaque peſſime facit, cum quod voce ædificat, exemplo deſtruit: nec tam ſe ad uſum communitatis, quam illam ad libidinem ſuam aptat. A Saule in regni initiis, ait, hoc obſervatum; Quaſi ſignificet, id non fuiſſe obſervaturum, ſi fuiſſet confirmatior. Poteſt fieri: ſed & fuiſſet tanto pejor, nec jus naturæ, ſed ſuam libidinem eſſet ſecutus.

55 *Jus leges ſuas mutandi*] Falſum: id enim inde, quod ſalus publica ſuprema lex eſt.

56 *Pars eſt communitatis*] infra 2, 20. 24.

57 *In regni initiis*] Hoc eſt, quum retineret mores, nondum a fortuna corruptus.

58 *Sed hoc hic locum non habet, quia legum auctorem hic conſideramus, non ut partem, ſed ut eum, in quo virtus ipſa integri*] Hoc illudere eſt: legis auctor in lege ferenda conſideratur non ut pars communitatis, ſed ut is, in quo virtus ſit integri; ergo ſua lege non tenetur. Negamus etiam conſe-

hic locum non habet, quia legum auctorem hic conſideramus, non ut partem, + ſed ut eum, in quo virtus inſit integri. + Agimus enim de ſummo imperio [59] qua tali. + Sed nec voluntas adfuiſſe præſumitur: quia legum auctores [60] non cenſentur ſe velle comprehendere, + [61] niſi ubi & materia, & ratio legis ſunt univerſales, + ut [62] in æſtimandis rerum pretiis. + At ſummum imperium non eſt paris rationis cum rebus aliis: + imo nobilitate ſua res alias multum excedit. + Neque ullam vidi legem civilem de præſcriptione agentem, quæ ſummum imperium comprehenderet, aut comprehendere voluiſſe probabiliter cenſeri poſſet.

2. + Unde ſequitur, + neque [63] tempus lege definitum + ſufficere ad acquirendum ſummum imperium, aut partem ejus neceſſariam, + ſi deſint [64] conjecturæ naturales, de quibus ſupra [i] egimus: + neque tantum temporis ſpatium requiri, ſi [65] intra id tempus eæ conjecturæ quantum ſatis eſt adſint: + neque legem civilem, quæ acquiri certo tempore res vetat, ad res ſummi imperii pertinere. Poſſet tamen in ipſa imperii delatione populus ſuam exprimere voluntatem; + quo modo ac tempore amitti imperium non utendo poſſet: + quæ voluntas ſequenda haud dubie eſſet: nec infringi poſſet a rege, etiam ſummum imperium obtinente, + quia non ad imperium ipſum, ſed ad ejus habendi modum pertineret: quo de diſcrimine [66] alibi diximus.

i §. 3. *&* *ſeq. hujus Cap.*

XIII. Ea

conſequentiam: diximus enim, quoties integrum, hoc eſt, populus omnis ipſe legem accipit, & jubet, non tantum ſingulis eum, ſed & ſibi jus ponere, non ſingulis tantum, ſed & ſe omni eam legem ſuperiorem, & dominam agnoſcere: ergo multo magis qui repræſentat integrum.

59 *Qua tali*] De ſummi imperii poſſeſſore, quatenus ſummus eſt, & exſtat ſupra omnes, qui agnoſcunt ejus imperium.

60 *Non cenſentur ſe velle comprehendere*] Jam diximus Lycurgum & Charondam eam cenſionem ſibi turpiſſimam, & morte graviorem putaſſe.

61 *Niſi ubi materia, & ratio legis ſint univerſales*] Quidni ſit univerſalis hujus legis ratio? Uſucapio & præſcriptio longi temporis ſunt pœna indiligentium patrumfamilias: a qua ſe eximere illum, qui pro omnibus debet vigilare, quam decorum eſt? Uſucapio & præſcriptio ſunt inventæ, ne dominia rerum in incerto eſſent. Quid ergo indignius, aut magis diſſolvendo imperio, quam jus ſummi imperii inter incertos vagari?

Videtur potius in hac quæſtione inſpiciendum, quid poſſit præſumi de voluntate populi: is enim cum ſummum imperium alicui tribuit, non id ei tanquam privatam poſſeſſionem adſignat, ſed inſtar procurationis: nec jus ſuum & ipſe alienat, ſed fidei committit: eoque dando, & commendando retinet per illum, in quo virtutem eſſe integri voluit. Tantum ſtatuit, neminem illud adminiſtrare, niſi quem ſibi præfecit, & cui perſonam integri impoſuit, quam ſi ille negligat perſonam, non illud jus redditur vacuum & ſine domino, ut poſſit occupari, ſed populi manet. Populum enim intelligimus perfectam ſocietatem, quæ non intelligitur ſe velle in prædam dare, ac patere rapinis occupantium. Itaque juris iſtius æterna auctoritas eſt, non ob perſonam legiſlatoris, qui, ſi Diis placet, omnibus ab ſe latis legibus liber ſit, ſed ex perſona populi, quam legiſlator ille repræſentat, cujuſque æternum jus tuetur. Quemadmodum Cancellarius ille Galliæ regem nunquam dicebat mori, ita ſummum jus numquam ſit vacuum in civitate. Nam aut ejus, cui populus dedit, ſive quaſi procuratori, ſive quaſi (quando ita vult, & loquitur interdum Auctor noſter) fructuario, quo extincto, vel fructum negligente proprietas ſalva eſt populo, qui nunquam moritur. Ita ſemper poſſidetur, nec jure poteſt a quoquam invadi.

Quod autem negat ὁ πάνυ ſe ullam vidiſſe legem civilem de præſcriptione agentem, quæ ſummum imperium comprehenderet, aut comprehendere voluiſſe probabiliter cenſeri poſſet: ejus rei duplex eſt ratio: prior, quod nullus populus jus ſuum minuere voluit, nec juſtiſſimam, certiſſimam, æternam poſſeſſionem ſuam facere dubiam; altera, quod invaſores ac tyranni, præterquam quod bona fide deſtituuntur, armorum vi, &, ſi lubet, populo in obſequia jurare coacto, aut alia ſpecie juris utuntur, ut ad præſcriptionem decurrere illis neceſſe non ſit.

62 *In æſtimandis*] Si lege princeps ſtatuat mercibus pretium, non minoris eas ipſe comparabit.

63 *Tempus lege definitum*] Ad res privatas uſu capiendas.

64 *Conjecturæ naturales*] Quæ voluiſſe interpretantur, quod quis ſatis ſignificavit, *num.* 4.

65 *Intra id tempus*] Citius quam lege definitum.

66 *Alibi*] 1, 3. 11. & 16.

XIII. Ea + vero, quæ de ſummi imperii natura non ſunt, [k] nec ut proprietates naturales ad eam pertinent, ſed aut ſeparari ab ea naturaliter poſſunt, + aut ſaltem cum aliis communicari, + omnino ſubjacent legibus populi cujuſque civilibus, quæ de uſucapione & [67] præſcriptione factæ ſunt. (dd) Sic ſubditos eſſe videmus, + qui præſcriptione acquiſierunt, [68] ut appellari ab iis non poſſit: + ita tamen ut ſemper aliqua ab eis ſit provocatio, per ſupplicationem ſcilicet, vel alium modum. Nam ut ab aliquo nulla ratione poſſit provocari, [69] + cum perſona ſubditi pugnat, + ac proinde ad ſummum imperium, aut partem ejus pertinet, + nec poteſt aliter acquiri quam [70] ſecundum jus naturale, + cui ſumma imperia ſubjacent.

k Covarruv. c. poſſeſſor, part. 2. §. 2. num. 12, 13

XIV. 1. + Ex his apparet, quatenus recipi poſſit [x] quod aiunt nonnulli, ſemper [71] licere ſubditis, ſi poſſint, + in libertatem, eam ſcilicet, [72] quæ populi eſt, + ſe vindicare: + quia quod vi partum eſt imperium, vi poſſit diſſolvi; + quod autem [73] ex voluntate ſit profectum, in eo pœnitere liceat, & mutare voluntatem. + Nam & quæ vi parta primum ſunt imperia, poſſunt ex voluntate tacita jus firmum accipere, + & voluntas + aut ex initio conſtituti imperii, + aut ex poſt facto eſſe poteſt talis, + ut jus det, quod in poſterum a voluntate non pendeat. Agrippa rex apud + Joſephum [l] in oratione ad Judæos, qui ex præpoſtero repetitæ libertatis ſtudio Zelotæ dicti ſunt, ſic ait: *Intempeſtivum eſt nunc libertatem concupiſcere. Olim ne ea amitteretur certatum oportuit. Nam ſervitutis periculum facere durum eſt, & ne id ſubeatur, honeſta certatio. At qui ſemel ſubactus deficit, non libertatis amans dicendus eſt, ſed ſervus contumax.* Atque ipſe [m] Joſephus ad eoſdem: [y] *Honeſtum quidem eſt pugnare pro libertate, ſed id olim factum oportuit. At qui victi ſemel ſunt, & longo tempore paruerunt, ſi jugum excutiant, faciunt quod deſperatorum hominum eſt, non quod libertatem amantium.* Et hoc ipſum Cyrus [n] olim Armenio regi dixerat, + qui rebellioni ſuæ obtendebat libertatis pridem amiſſæ deſiderium.

l De Bell. Jud. Lib. II. c. 16. §. 4. Ed. Hudſon.

m De Bell. Jud. Lib. V. c. 9. §. 3.

n Xenoph. de Cyri inſtit. L. III. c. 1. §. 6, 7.

2. Cæterum + quin & regis longa patientia + talis, qualem ſupra deſcripſimus, poſſit populo ſufficere ad pariendam + libertatem publicam, + ex præſumta imperii derelictione, minime dubitandum arbitror.

+ XV. Jura

GROTII.

x *Quod ajunt nonnulli*] Ut *Vaſquius* dicto libro II. c. LXXXII. n. 3.

y *Honeſtum pugnare pro libertate, ſed id olim factum oportuit*] Eadem ferme verba reperies in oratione comitis Blanderatenſis ad Mediolanenſes apud *Radevicum* 1. c. 40..

GRONOVII.

67 *Præſcriptione*] Longi temporis uſu.

68 *Ut appellari*] Ut res a judicibus eorum deciſa ad aliud, tanquam ſuperius tribunal deferri, & iterum cognoſci nequeat.

69 *Cum ſubditi perſona repugnat*] Aut *pugnat*, aut *ſubditi perſonæ repugnat*, voluit dicere.

70 *Secundum jus naturale*] Quo cujuſque eſt, quod ut eſſet, ipſi fecimus.

71 *Licere ſubditis*] 1, 3. 12.

72 *Quæ populi eſt*] Civilis, non perſonalis.

73 *Ex voluntate*] Contraria voluntate nequeat irritum reddi. Sic *Juſtinus* regem, ait, apud Perſas nonniſi morte mutari.

(dd) Verius eſt, non poſſe à ſubdito plenè adquiri longi temporis poſſeſſione ullum jus, quod ad ſummum imperium pertinet. Dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. Vide interim Diſſertationem Clariſſimi & Celeberrimi JCti *Hallenſis*, CHRISTIANI THOMASII, *De Præſcriptione Regalium ad jura Subditorum non pertinente*, ann. 1696. *Halæ Saxonum* editam. *J. B.*

+ XV. Jura vero, + quæ non habent quotidianum exercitium (ee) ſed ſemel ubi commodum erit, [z] [74] + ut luitio pignoris; item [75] jura libertatis, quibus actus is, qui exercetur, non eſt directe contrarius, + ſed ei ineſt ut pars ſuo integro; velut ſi quis per centum annos + ſocietatem cum uno duntaxat vicino habuerit, cum tamen habere & cum aliis poſſet; + non amittuntur niſi ex quo tempore interceſſit prohibitio, aut coactio, eique paritum eſt cum ſufficienti conſenſus ſignificatione: quod cum non juri civili tantum, + ſed & rationi naturali congruat, merito locum habebit + etiam inter ſummæ fortunæ homines.

GROTII.

z *Ut luitio pignoris*] Vide *Parutam* hiſtoria Veneta VII.

GRONOVII.

74 *Luitio pignoris*] L. 9. C. *de pig. act.* ſi non fuerit conventum de certo tempore, intra quod lui debeat. 3, 20. 60. Adde *Freheri* parerg. 1, 10.

75 *Jura libertatis*] In argumento capitis vocat *jura meræ facultatis*, quæ non alligantur certæ legi, aut pacto, aut conditioni, nec præfixo tempori, aut ſtatuto modo: ſed quæ poſſis uſurpare, & non uſurpare, vel uſurpare quoties libet, & quando libet: ad quæ quis actione cogi non poteſt. Ea non poſſe præſcribi, aut præſcriptione tolli probant Dd. ex l. 2. D. *de via publ. & itinere publico* ref. *Gail.* lib. 2. obſ. 18. n. 4. Tale jus flaminis Dialis in ſenatum veniendi apud *Livium* 27, 9.

(ee) De Juribus illis, qui dicuntur *meræ facultatis*, & inter alia, de *luitione pignoris*, legi digniſſima Diſſertatio ſingularis Collegæ mei Clariſſimi & Juris peritiſſimi *P. de Toullieu*, quæ tertia ordine eſt in *Diſſertationum Juridicarum Triade*, Ultrajecti ann. 1706. edita. De re ipſa dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. IV.

AUCTOR inter modos occupandi quoque refert DERELICTIONEM PRÆSUMTAM, ſeu PRÆSCRIPTIONEM IMMEMORIALEM. Ubi I. refert opiniones eorum, qui negant per ſolum lapſum temporis jus aliquod acquiri, eoſque refutat. §. 1. & 2. II. Suam ſententiam exponit, nimirum, eum, qui longiſſimo tempore rem ſuam non vindicat, ſed eam ab alio uti patitur, rem derelinquere voluiſſe videri. *Rubr.* & §. 3. Indeque III. ait, dependere illam derelictionem ab animo. §. 3. Animum autem IV. exprimi debere ſignis ſaltem probabilibus, uti factis. §. 4. V. Sub factis autem, ait, contineri etiam non facta, ut ſilentium ſcientis, & libere volentis. §. 5. quod ex conjecturis inferri putat, v. g. ex lapſu temporis. §. 6. VI. Tempus immemoriale ſemper inferre derelictionem. §. 7. VII. objectioni reſpondet in §. 8. & cum VIII. perſpectum ſit Auctori omnia hæc ratione naturali carere, tandem in §. 9. ſtatuit hæc jure gentium voluntario ita ſtatuta eſſe:

Equidem quæſtio, *an detur aliqua præſcriptio naturalis, qua controverſiæ inter gentes & imperia finiantur*, magni momenti eſt, & ſæpius armis quoque ventilata fuit: Affirmant eam *Grot. h. Pufend. de Jur. N. & G. l. 4. c. 12.* §. 11. *Carpz. l. 1. Reſp.* 35. *n.* 4. *Cujac. de div. præſcr. c.* 30. Negant eam

Galli,

Digitized by Google

Galli, eamque ſententiam defendit *Bodinus de republ. l. 6. c. 2. pag.* 46. At eum ex principiis Grotii nihil decidi poſſit, ex aliis fontibus deciſio ſumenda eſt. Res ita ſe habet.

Regula eſt, *ex lapſu longi temporis rem ei, cujus non eſt, jure naturali non acquiri*: 1. quia rem alienam tenet, quam ex neceſſitate obligationis ei, cujus eſt, reſtituere tenetur, nec obligatio illa tollitur niſi reſtitutione: Non autem reſtituitur res per ſolum lapſum temporis: 2. Qui rem alienam tenet, eaque utitur ſine voluntate domini, is vitioſe tenet, & injuria ea utitur, adeoque initium ejus poſſeſſionis injuſtum, ac vitioſum eſt: Ex injuria autem ſua nemo jus quærere poteſt: Imo hoc vitium, & hæc injuria, quo longius durat, eo magis augetur, non vero minuitur, vel corrigitur, nedum tollitur. Tantum ergo abeſt ut diuturnitate uſus rei, quæ alterius eſt, jus fiat, & in injuſtum poſſeſſorem tranſeat, ut augeat etiam injuſtitiam, quæ ratio in jure Canonico quoque allegatur *c.* 5. *X. de præſcr.* Injuria enim reparando, non continuando deſinit. Sane 3. in ſolo tempore non eſt vis transferendi juris ab uno in alterum; *Vid. l.* 44. §. 1. *de O. & A* tempus enim nudam durationem ſignificat ejus quod eſt, conſiſtit in nuda appellatione ſpatii, quod neque actionem infert, nedum poteſtatem aliquam transferendi juris: Unde bene Auctor ait, *omnia fieri in tempore, nihil a tempore.* Etſi igitur 4. rem meam longo tempore alterius poteſtati relinquam, inde non ſequitur quod rem ipſam, ſeu jus meum in illa re transferre voluerim; ex mea enim diſpoſitione dependet ad quod uſque tempus alii rem meam relinquere, vel quando eam repetere velim. Regula juris 5. certa eſt, quod noſtrum eſt, id vel noſtra tantum, vel ſuperiuris diſpoſitione a nobis abire, & in alium transferri poteſt. *L.* 11. *ff. præſcr.* quia præter dominum & ſuperiorem nemo mortalium jus in res noſtras habet: Non ergo nudo temporis lapſu jus aliis in res meas acquiritur. 6. Atque hinc rationes, ex quibus jure Romano temporum præſcriptiones introductæ ſunt, mere ſunt poſitivæ, nituntur enim utilitate publica, (ut tandem rerum dominia certa reddantur: *L.* 1. *ff. Uſuc.*) & pœna negligentiæ: *L.* 27. *ff. R. D. pr. Inſt. de Uſuc.* Unde etiam Imperator materiam uſucapionum & præſcriptionum non inter modos acquirendi juris gentium, qui in titulo de Rerum diviſione continentur, ſed inter modos acquirendi juris civilis retulit, & cum acquiſitione, quæ fit per donationem mortis cauſa, & per teſtamentum, conjunxit. 7. Ipſe Auctor hoc fatetur; non tantum enim ſtatim in §. 1. aſſerit tempus non habere vim effectricem, i. e. nullam vim transferendi juris, ſed & totam hujus juris rationem juri gentium voluntario tribuit in §. 9. Sed & 8. theſis noſtra omnium fere gentium conſenſu probatur. Bodinus *in all. loc.* ex Bartolo, Baldo, aliiſque interpretibus juris docet, naturali jure perpetuam vindicandi res injuria nobis ablatas auctoritatem eſſe, idque rebus judicatis curiæ Pariſienſis de anno 1440. 1505. 1538. firmat: Eumque in finem Polonorum, Hungarorum, Anglorum, Hiſpanorum, Venetorum, Helvetiorum, quin & Græcorum, ac Romanorum leges affert.

Galliarum rex ſæpe declaravit, ſe nullam agnoſcere præſcriptionem; & ex hoc capite partes regni Auſtraſiæ vindicare voluit, quæ tamen imperio armis & pactis quæſitæ fuere. In celebri illa ſententia, qua inveſtitura ducatus Neoburgenſis Boruſſiæ regi adjudicata fuit, Status illius ducatus negant juri directo præſcribi potuiſſe: Verbis, *que ces droits* (de jure dominii directi loquitur ſententia) *n'ont pas été preſcrits, mais qu'ils ſont de leur nature impreſcriptibles, de l'aveu même de l'Avocat de ſon Alteſſe Sereniſſime Monſeigneur le Prince de Carignan.* Sed & Artaxerxes Perſa ſubactis Parthis expetiit a Romanis quidquid Alexander Magnus bello eripuerat. *Herod. L. 6. c.* 4. Certum ergo eſt præſcriptionem, i. e. exceptionem lapſus temporis, natura jus non dare.

Duo tamen ſunt caſus, ubi poſt longum tempus dominus rei, ejuſque heredes, repetere rem non poſſunt. *Primo*: Quoties non exſtat memoria poſſeſſionis, nimirum *præſentis*, i. e. ubi neſcitur quo jure, & ex qua cauſa præſens poſſeſſor, ejuſque anteceſſores rem quæſiverint: Etſi igitur forte conſtet, olim alium dominum fuiſſe, eumque ſine cauſa rem amiſiſſe, fieri tamen poteſt, ut poſtea vel pacto, vel ratihabitione, vel armis verum jus poſſeſſoribus quæſitum ſit; Sufficit ergo ſi *præſens* poſſeſſor non poſſit convinci, eum, aut anteceſſores ejus injuria rem cepiſſe, neque ab eo, qui injuria cepit, cauſam habere. Ratio hujus *præſcriptionis*, quam Doctores *immemorialem* vocant, ſeu cujus initii memoria non exſtat, in ipſo jure naturæ fundatur: Nam *I.* dominia re-

rum

rum a natura ſunt, *Poſ. V.*; omnia igitur, ſine quibus dominia rerum exitum habere non poſſunt, ſunt juris naturalis. *Poſ. IV. n. 4.* Negari autem non poteſt, ſublata *præſcriptione immemoriali* nullum amplius certum dominium dari, neque abſque injuria rem acquiri poſſe: In omni enim re contingere potuit, ut a condito orbe aliquando ea res a domino amiſſa, & a non domino poſſeſſa fuerit; quod ſi vel ſemel factum, omnes poſtea in infinitum ſecutæ poſſeſſiones erunt neceſſario injuſtæ, & vitioſæ, etſi per mille manus & ætates continuentur; Semper enim accepiſſet poſſeſſor a non domino, qui non potuit plus juris in alium transferre quam ipſe habuit. *II.* Quia per naturam non poteſt probari præſentem poſſeſſorem, qui immemoriali tempore rem tenet, dominum non eſſe: Etſi enim olim ſine cauſa domino ablata fuerit, inde tamen non ſequitur, præſentem poſſeſſorem injuria tenere, niſi ſimul probetur eum, & anteceſſores ejus cauſam a primo prædone habere: Si id non probetur, deficit probatio, quia deficiente hominum memoria probari nequit quid medio tempore factum ſit: Idque JCti Romani quoque ita ſtatuerunt in *L.* 3. §. 4. *Aq. quot.* ibi: *ductus aquæ, cujus origo memoriam exceſſit, jure conſtituti loco habetur.*

Secundo excipitur caſus, ubi quidem exſtat *talis memoria initii*, ſed ubi conſtat dominum depoſuiſſe ſpem animumque recuperandi; nam pro derelicto habet, qui ſpem recuperandi non habet.

At in eo cardo rei vertitur, quando de animo illo derelinquendi conſtet? Equidem ſi verbis, vel litteris id declaraverit is, qui olim dominus fuit, vel ejus ſucceſſores, dubium non eſt quin jus ejus exſtinguatur. At ex ſignis quoque ejuſmodi animum derelinquendi aliquando elici poſſe, aſſerimus; Uti ſi cum potuiſſet repeti non fuit repetita, nec alia cauſa appareat cur non repetierit: e. g. ſi is qui uſurpavit rem alienam bello vincitur, & dominus rei victorem de re illa reſtituenda non interpellat. Hoc jure nititur Jephta dum Ammonitis reſpondet, cur tunc, i. e. ante 300 annos, ubi jure belli occupavimus has terras, jus veſtrum non repetiviſtis. *Judic. II. v.* 13. 23. & 26. Ibi ergo Jephta non ſe fundat in 300 annorum poſſeſſione, ſed in titulo, in jure victoriæ contra Amorrhæos reportatæ, in quos Ammonitis nullum jus fuit. Jephta igitur allegat Ammonitas vel nunquam fuiſſe dominos, vel ſi fuerunt remiſiſſe jus ſuum; quia tunc, cum Iſraëlitæ terras Ammonitarum occuparent, non repetiverunt.

Ex his principiis decidenda eſt celebris illa controverſia inter Hiſpanos & Luſitanos: Illi anno 1587. vi occuparunt Luſitaniam excluſa domo Bragantina, cujus jus potius erat: Anno 1640. adeoque 53 annis ab occupato regno, Johannes Bragantinus vi recipit regnum, quæritur an jure? Cauſabantur Hiſpani domum Bragantinam remiſiſſe jus ſuum, & tanto temporis ſpatio nihil moviſſe. At merito regerebat domus Bragantina, Antonium multa tentaſſe, ſed fruſtra; tantam fuiſſe Hiſpanorum potentiam, tantamque Bragantinorum infirmitatem, ut utique exſpectanda fuerit occaſio, qua oſtenſa, cum Luſitani nobiles nollent in bellum ſequi, illico eam arripuiſſe Johannem. Accedit, quod filia Eduardi noluerit renunciare juri, cum urgeret Philippus; etſi maritus renunciare cogeretur, ſed ejus jus non erat.

E contrario, in hac ipſa controverſia Catharina de Medicis interveniebat, (quia reges Luſitaniæ ab Alphonſo III. & ejus ſecunda uxore, quam priore viva duxerat, deſcenderent; cum ipſa ex priori genus duxerit) ſed quia temporis longinquitas obſtabat, præſcriptio ei merito opponi potuit, ita opinante *Thuan. L.* 65. *ad ann.* 578. *in fin.* Sane prioris thori liberi nunquam contradixere, nec litem moverunt, nec unquam conſilium cepere vindicandi regnum, &c. Unde eventus quoque belli pro Luſitanis ſtetit.

Ita Sulpitius legatus contra Antiochum jus defendit ex conſtanti, quieto, ac nunquam interrupto uſu, apud Livium *L.* 35. *c.* 16.

Angli obſederant arcem Bervici Scotorum, & re horum afflicta offerebant pacem, ſi promitterent arcem ſe reddituros, retenta arce. Scoti reſpondebant, arcem in ſolo Scotico a Scotis ædificatam ſuæ ditionis eſſe, ac per multa ſecula fuiſſe, eam ſi aliquid Angli interceperint, aut per vim tenuerint, nihil ea injuria jus vetus imminutum fuiſſe. *Buchan. L.* 12. *p. m.* 432. *ad ann.* 1481.

Atque ex eiſdem fundamentis ſequitur Anglis, ſi Galliam armis repetere vellent, nunquam opponi poſſe præſcriptionem, etſi ultra ſeculum poſſeſſione dejecti ſint: quia conſilium expetendi nunquam omiſerunt, quod ex titulo, ſceptroque Galliæ, quo Rex Angliæ adhoc utitur, apparet. Hinc *Comin. Hiſt. l.* 8. ait, *quod Angli redierint quidem domum, ſed certa ſpe redeundi aliquando in Galliam,*

Digitized by Google

Galliam, quod illam ad ſe jure pertinere dicunt. Et in *L. 6. pr.* refert Anglos, cum tractarent cum Gallis de conditionibus pacis, pro ſua perpetua conſuetudine petiiſſe omnem Galliam.

Ex his igitur apparet, nullum unquam jus oriri ex ſolo lapſu temporis, ſeu ex præſcriptione, quæ ſolo tempore nititur: niſi 1. deficiat præſentis poſſeſſionis initii memoria, vel 2. remiſſio, & derelictio juris ex factis appareat. Neutro autem caſu jus acquiritur ex lapſu temporis: ſed *priori* caſu ex defectu probationis, quam alter ſuſcepit; *poſteriori* caſu ex diſpoſitione ejus, qui jus illud amplius in rebus ſuis habere non vult.

Cæterum, quæſtio de præſcriptione non tantum moveri poteſt ſi unus idemque homo diu poſſedit, domino eodem vivente; ſed & inter utriuſque ſucceſſores, & hæredes legitimos: In iis enim eadem obtinet ratio, ut & hæredes, ac ſucceſſores poſſeſſoris ex iis cauſis jus acquirant lapſu temporis, & domini hæredes jus ſuum amittant: cum rationes omnes hic eodem modo militent. Hoc autem verum tantum eſt de illis ſucceſſoribus, qui vere in jus defuncti ſuccedunt. Non ergo hæc obtinent in collateralibus, qui jure naturæ hæredes non ſunt. Hinc *cognati ejus, qui olim dominus fuit, & injuria rem amiſit*, vindicare rem a præſente poſſeſſore nullo tempore poſſunt; ſemper enim repelli poſſunt exceptione, *vobis nec jus competit, nec actio*: Merito autem excipiuntur controverſiæ, quæ de regnis & principatibus oriuntur, quia etiam cognati ex populi diſpoſitione in jura regni ſuccedunt.

Quoties dubium eſt, an immemorialis poſſeſſio adſit, vel an remittendi animus ſatis appareat, altera parte affirmante, altera parte id negante, jure belli res decidi debet, & victoria ultima erit loco ſententiæ.

Poſſeſſor Imperii remittere jus, & derelinquere regnum non poteſt, quia rex alienare regnum neque expreſſe, neque tacite poteſt: ſi tamen jus valde dubium eſt, nec conſultum armis illud vindicare, adminiſtrationis pars eſſe videtur de tali jure dubio tranſigere.

Cum animus ille derelinquendi jure naturæ difficilis ſit probatu, merito leges *in cauſis privatorum* certum præfixere tempus, quo elapſo in pœnam negligentiæ res pro derelicta habetur: idque tempus pro varia æquitate vel reſtrictum, vel ampliatum eſt: unde præſcriptiones annales, quinquennales, longi, & longiſſimi temporis. &c.

Additio.

,, Ego *præſcriptionem immemorialem*, etſi
,, præſentis poſſeſſionis memoria nulla ex-
,, ſtet, natura cognitam non eſſe, nec inter
,, principes allegari poſſe, ſtatuo: ſi proin-
,, de quis rem aliquam familiæ meæ injuria
,, olim ereptam, per plurima ſecula poſſi-
,, det, rem illam (etiam a tertio poſſeſſore)
,, vindicare poſſum; quod late demonſtravi
,, in *Diſſertatione proœmiali XII.* §. 297.
,, *ſeq.* Regula enim naturalis eſt, *injuriam*
,, *tempore non minui, ſed augeri*: & *rem*
,, *noſtram ſine facto noſtro non deſinere no-*
,, *ſtram eſſe.* Jus igitur antiqui domini ſem-
,, per ſalvum eſt: de eo jure enim certo
,, conſtat; an vero præſens poſſeſſor ex de-
,, relictione domini jus acceperit, de eo
,, non conſtat, adeoque is, qui derelictionem
,, allegat, eam probare tenetur.

,, Sane ignorantia eorum, quæ medio tem-
,, pore facta ſunt, ei, cui antiquitus injuria
,, res erepta fuit, jus quæſitum auferre nequit.
,, Hinc Ammonitæ poſt lapſum trecentorum
,, annorum ſedes vindicabant, quas olim ad
,, ſe pertinuiſſe mentiebantur.

,, Hæc igitur non tantum vera ſunt de *re*
,, per injuriam olim mihi ereptam; ſed & ſi
,, *jus* aliquod, quod olim rei meæ inhæſit, a
,, tertio poſſidetur; ut ſi quis ſervitutem in
,, re mea longo tempore exercuit: Nam ra-
,, tione naturali omnia commoda rei ſequun-
,, tur dominum, hæc ratio juris certa eſt;
,, quod vero dominus alii commodum ſuæ
,, rei tacite ſaltem conceſſerit, de eo non
,, conſtat, adeoque is, qui tale quid aſſerit,
,, probare id tenetur. Quod ſi ob ignoran-
,, tiam eorum, quæ medio tempore contige-
,, re fieri non poſſit, jus forte poſſeſſoris non
,, deficit, ſed probatio.

,, Neque allegari poteſt, hoc modo domi-
,, nia rerum exitum habere non poſſe; Nam
,, exitum omnino habent ſi res priſtino do-
,, mino reſtituitur: Si poſſeſſor reſiſtit, is
,, in cauſa eſt quo minus dominia exitum
,, habere poſſint. Cæterum inter *principes*
,, pauciſſimæ hujus modi exiſtunt controver-
,, ſiæ, & ſi tales fuerunt, vel bello, vel
,, pactis deciſæ ſunt: Inter *privatos* verum
,, eſt, perpetuas inter eos futuras eſſe lites,
,, ſi jus antiquum cuique vindicare liceret,
,, tales autem lites, ob frequentiores rerum
,, commutationes, in republica ſæpius acci-
,, dere poſſunt. Atque ideo legibus cujuſ-
,, que civitatis cautum plerumque eſt, ut

„ dominus, ſi certo tempore rem ſuam non
„ vindicet, jure ſuo cadat.
„ Neque admittimus aſſertum Grotii, *quod*
„ *tacita remiſſio ex lapſu longi temporis elici*
„ *poſſit, ſi quædam ſigna concurrunt:* Nega-
„ mus enim ſigna adeo certa, & adeo noto-
„ ria eſſe, ut animus remittendi juris inde
„ apparere poſſit. Nam 1. notorium eſt ei,
„ cui res ablata eſt olim jus competiiſſe,
„ eique rem injuria ablatam eſſe; hoc jus
„ certum domino ex præſumtionibus, & con-
„ jecturis auferri non poteſt. Inprimis cum
„ 2. remiſſio facti ſit, adeoque ab allegan-
„ te probari debeat. Neque enim 3. ex eo,
„ quod data occaſione potuerit occupare rem
„ injuria ablatam, & non occupaverit,
„ inferri poteſt eum renunciaſſe juri ſuo;
„ quid ſi enim declaret ea intentione ſe id
„ non feciſſe? Sane non deficient ipſi ratio-
„ nes moram ſeu ſilentium excuſantes: cau-
„ ſabitur plenam juris ſui rationem cognitam
„ ſibi tunc temporis non fuiſſe, ſe conſiliis
„ & opibus deſtitutum, vel eventum ob
„ alterius potentiam dubium fuiſſe: allega-
„ bit, natura certum vindicationi tempus
„ præſcriptum non eſſe, indeque in arbitrio
„ læſi eſſe quando agere, & rem ſuam repe-
„ tere velit, & reparandi injuriæ obligatio-
„ nem nullo tempore finiri. Sane 4. in im-
„ periis certum eſt, principem non poſſe
„ renunciare juri ſuo ſine conſenſu populi
„ & ſucceſſorum, adeoque nec derelinque-
„ re provinciam injuria ablatam: Adeoque
„ & populus, & ſucceſſores proprio jure
„ vindicare rem imperii in perpetuum poſ-
„ ſunt.
„ Neque exemplum Jephtæ huc pertinet;
„ Is enim non opponit Ammonitis ſilen-
„ tium 300. annorum, nec ex hoc ſigno
„ elicit eos juri ſuo renunciaſſe: ſed con-
„ tendit, male ab ipſis terras vindicari, quæ
„ nunquam eorum fuere; Cauſabatur Jo-
„ ſuam terras eorum intactas reliquiſſe, &
„ circumiviſſe ex latere terram Edom, & ter-
„ ram Moab, *Jud.* 11. *v.* 17. & 18. (quæ
„ erat terra Ammonitarum,) ac tranſitum
„ petiiſſe per *terras Amorrhæorum*, quo ne-
„ gato eum jure belli *terras Amorrhæorum*
„ occupaſſe. *ibid. v.* 21. 22. 23. Unde Jephta
„ miratur, quod Ammonitæ velint repetere
„ terras Amorrhæorum, quas Iſraëlitæ jure
„ belli quæſiviſſent. *ibid. v.* 23. & 24. Ad-
„ dit, reges Moabitarum, prædeceſſores
„ Ammonitarum, in quorum jus ſucceſſiſſent,
„ nunquam ideo litem moviſſe per 300. an-
„ nos. *ibid. v.* 25. & 26. & tandem quærit,
„ *cur tanto tempore nihil ſuper hac repeti-*
„ *tione tentaſſent*, quæ ratio proinde non
„ concludit, ſed adminiculatur.
„ Cæterum præſcriptionem, i. e. tacitam
„ derelictionem, in regnis vi ablatis allegari
„ poſſe negat Catharina de Medicis apud
„ *Thuan. L.* 65. *ad ann.* 1578. Scoti apud
„ *Buchan. in ſupra allegato loco &c.* Galli
„ apud *Bodin. de republ. L.* 9. *c.* 2. Antiochus
„ legatis Romanorum reſpondet: Ptolemæum,
„ & deinde Philippum, occupatis majoribus
„ ſuis rerum alienarum alia cura, quædam
„ quæ ſuæ ditionis eſſent uſurpando occu-
„ paſſe, eaſque ſe nunc recuperare velle:
„ *Liv. L.* 33. *c.* 26. Michael Hoſpitalius,
„ Galliæ Cancellarius, Anglis Caletum re-
„ petentibus reſpondet. *Quamvis Angli* 230.
„ *plus minus annis* (Caletum) *poſſederint*,
„ *jus tamen penes Galliæ reges fuiſſe, non*
„ *minus quam Ducatum Aquitaniæ, & Nor-*
„ *manniæ, quos Angli diu armis detinuerint:*
„ *Gallos Caletum, uti etiam Ducatus illos,*
„ *non bello acquiſiviſſe, ſed recuperaſſe: præ-*
„ *ſcriptionem temporis, quam allegant, inter*
„ *principes locum habere nullum, ſed jus ſem-*
„ *per valere: & ex XII. tab. adverſus ho-*
„ *ſtem æternam eſſe auctoritatem. Camd. in*
„ *Eliſ. p.* 1. *ad ann.* 1567.

Ad §. I.

De *uſucapiendi jure*], I. e. de modo ac-
„ quirendæ rei alienæ per continuationem
„ poſſeſſionis.
Namque id jus cum lege civili ſit introdu-
ctum], Idque ex duplici ratione 1. ob uti-
„ litatem publicam, ut rerum dominia tan-
„ dem ſint certa, 2. in pœnam negligen-
„ tiæ, quod tanto tempore in res ſuas non
„ inquirat dominus.
Tempus enim ex ſuapte natura nullam vim
effectricem habet], I. e. nullam habet vim
„ transferendi juris: niſi accedat vel lex
„ ſuperioris, vel conſenſus, ſeu diſpoſitio
„ partium.
A tempore], Tempus enim definitur, du-
„ ratio ejus quod eſt, adeoque res eſt ina-
„ nimata, quæ per ſe nihil efficere poteſt.
Quamquam nihil non ſit in tempore], Sci-
„ licet per alias cauſas animatas.
Vaſquius], Pro eadem ſententia alios
„ quoque modo allegavimus Auctores.
Locum habere non poteſt inter duos popu-
los

,, *los liberos*] ,, Qui jure civili non tenen-
,, tur: Conf. *L.* 1. *c.* 1, §. 16.

Aut reges] ,, In quos populi jura ſua
,, tranſtulerunt, adeoque qui jure populo-
,, rum liberorum utuntur.

Populumve liberum, *& regem*] ,, Neutri
,, enim juri alicui civili, unde præſcriptio-
,, nes oriuntur, ſubſunt.

Imo ne inter regem quidem, *& privatum
ipſi non ſubditum*] ,, Si ſubditus Anglus lon-
,, go tempore poſſedit rem, quæ regi Galliæ
,, propria eſt, ſubditus ille jure naturæ non
,, acquirit proprietatem, etſi longiſſimo tem-
,, pore eam poſſideat: Niſi res, vel actus te-
,, neatur legibus loci, de qua limitatione ſta-
,, tim agemus *Vid, not. pr. a ſeq.*

*Nec inter duos diverſorum regum aut popu-
lorum ſubditos*] ,, Si ſubditus Anglus longo
,, tempore poſſedit rem, quæ ſubdito regis
,, Galliæ propria eſt, Auctor ait, priori non
,, acquiri dominium præſcriptione: quod ſta-
,, tim examinabimus.

Niſi quatenus res, *vel actus tenetur legibus
territorii*] ,, Regula igitur, quod inter gen-
,, tes præſcriptio locum non habeat, vera
,, tunc demum Auctori videtur, ſi *res*, de
,, cujus præſcriptione agitur, in tali terri-
,, torio ſita eſt, vel ſi *actus*, unde jus peti-
,, tur, in tali provincia geſtus ſit ubi præ-
,, ſcriptio non obtinet; His enim caſibus ve-
,, rum eſt jus naturæ obtinere. At ſi in illo
,, territorio legibus civilibus præſcriptio ſta-
,, tuta eſt, res & actus etiam extraneorum,
,, ſive principum, ſive privatorum, legibus
,, illius loci ſubjacent; adeoque præſcriptione
,, & res alienæ, & jura aliena quæruntur. Adde
,, ea quæ *infra l. 2. c.* 14. §. 1. *ſeq.* tractantur.

*Ut controverſiæ de regnis, regnorumque fini-
bus nullo unquam tempore exſtinguantur*]
,, Concedamus, immortales fore hujuſmodi
,, controverſias; an hoc incommodum jus
,, alii quæſitum auferre poteſt? Sane cauſa
,, incommodi illius non eſt is, qui vindicat
,, rem ſuam, ſed is, qui rem alii injuria abla-
,, tam detinet.

*Quod non tantum ad perturbandos multo-
rum animos*, *& bella ferenda pertinet*] ,, Lu-
,, dovicus Gonzaga in ſcripto regi Galliæ
,, exhibito apud *Thuan. L.* 59. hoc argu-
,, mento utitur: verba ſunt apud *Teſm. fol.*
,, 261. Sed quis ejus rei cauſa, an is, qui
,, alienam rem tenet, an is, qui eam vindicat?
,, Dictum jam eſt, injuriam tempore non
,, minui, ſed augeri.

Sed & communi gentium ſenſui repugnat]
Verum hoc eſſe diximus, ubi de animo te-
mittendi conſtat.

Additio.

,, Verum non eſt communi gentium ſen-
,, ſui repugnare, quod quis rem injuria ſi-
,, bi ablatam vindicare poſſit, etiam longiſ-
,, ſimo tempore elapſo: contrarium potius
,, probatum dedimus.

A D §. II.

O B J I C I T *trecentorum annorum poſſeſ-
ſionem*] ,, Dictum jam eſt, hanc rationem
,, non fuiſſe concludentem, nec qua talem a
,, Jephta allegatam fuiſſe: Vera enim ratio
,, fuit, quod terra nunquam Ammonitarum
,, fuerit, ſed Amorrhæorum; quod Joſua
,, terras priorum circumiverit, adeoque illis
,, nihil eripuerit; & quod terras Amorrhæo-
,, rum ob denegatum tranſitum jure belli
,, quæſiverit, qui titulus etiam apud Ammo-
,, nitas pro juſto haberetur. Huic rationi ad-
,, miniculatur, quod Amorrhæi tanto tempo-
,, re ſiluerint, non facturi, ſi jus ipſis ali-
,, quod in has terras competiiſſet.

Apud Iſocratem] ,, Verba in oratione,
,, quam inſcribit Archidamus, hæc ſunt.
,, *Præterea nec illud vos præterit*, *poſſeſſiones
,, ſive privatas, ſive publicas præſcriptione longi
,, temporis & confirmari*, *& patrimonii lo-
,, co habendas*, *perſuaſum eſſe omnibus. Nos
,, autem Meſſinam cepimus priuſquam Perſæ
,, regno potirentur*, *Aſiamque ſubigerent*, *&
,, priuſquam pleræque Græcæ civitates conde-
,, rentur*; *& quum tanta noſtra cauſæ ſit æqui-
,, tas*, *Thebani Barbaro Aſiam tanquam pa-
,, trimonium adjudiarunt*, *qui nondum du-
,, centos annos poſſiderunt*, *nobis autem Meſ-
,, ſinam*, *quam duplo longius tenuimus*, *ere-
,, ptum eunt.*

Hoc jure niſus poſterior Philippus] ,, apud
,, *Liv. L.* 31. *c.* 10. *& L.* 32. *c.* 34.

Sulpitius contra Antiochum diſputans]
,, Apud *Liv. l.* 35. *c.* 16. *Poteſne tandem di-
,, cere*, *Aſiæ civitates*, *ut ſemel venerunt in
,, majorum Antiochi poteſtatem*, *in perpetua
,, poſſeſſione regni veſtri permanſiſſe? & non
,, alias in Philippi*, *alias in Ptolemai fuiſſe
,, poteſtate? alias per multos annos nullo am-
,, bigente libertatem uſurpaſſe? Nam ſi
,, quod aliquando ſervierunt*, *temporum ini-
,, quitate preſſi*, *jus poſt tot ſecula aſſerendi*

,, *eos in ſervitutem facit, quid abeſt quin*
,, *actum nobis nihil ſit, quod a Philippo li-*
,, *beravimus Græciam, & repetant poſteri*
,, *ejus Corinthum, Chalcidem, Demetriadem,*
,, *& Theſſalorum totam gentem?*
Quam autem habet æquitatem, ut agrum
multis annis, aut etiam ſæculis ante poſſeſſum,
qui habuit, amittat] ,, Ita Pelopidas ait,
,, Phrygiæ, & Cappadociæ ſemper majorum
,, Mithridatis fuiſſe poſſeſſionem ab ejus
,, patre receptam, apud Appianum *bello Mi-*
,, *thrid. n.* 177.

A D §. III.

Q U I D *dicemus*] ,, Auctor contra Vaſ-
,, quium rationibus, & exemplis demonſtra-
,, vit, longævam poſſeſſionem jus dare ex
,, derelictione præſumta. Hic jam limitat
,, quod in genere aſſeruit, & verum id eſſe,
,, ait, ſi animus derelinquendi ſignis ſuffi-
,, cientibus indicatur; talia autem eſſe verba.
Juris effectus, qui ab animo pendent, non poſ-
ſunt ad ſolum animi actum conſequi &c.]
,, Senſus eſt, quod animus derelinquendi
,, probari debeat per ſigna quædam externa,
,, i. e. vel verba, vel facta: Quia animus non
,, declaratus nullum effectum juris tribuere
,, poteſt.
Non fuerat congruum humanæ naturæ]
,, Vera ratio eſt, quod jus noſtrum non de-
,, ſinat eſſe noſtrum, niſi voluntate noſtra,
,, eaque ſufficienter declarata: quod enim
,, res noſtra ſit, id certum eſt; quod vero no-
,, limus eam in numero rerum noſtrarum ha-
,, bere, id incertum eſt, adeoque probari
,, debet.
Qua de cauſa etiam interni actus meri le-
gibus humanis non ſubjacent] ,, Nemo enim
,, de internis actibus judicare poteſt; unde
,, nec cogitationis pœnam quis patitur. *l.* 18.
,, *ff. pœn.* Et ex eadem ratione reſervationes
,, mentales nullum jus tribuere ei, qui aliud
,, loquitur, aliud in mente habet, alibi vidi-
,, mus. *Conf. L.* 2. *c.* 13. §. 2. *&.* 3.
Signa autem nulla de animi actibus certi-
tudinem habent mathematicam] ,, I. e. ne-
,, ceſſariam: quid ſi enim is, qui ſigna hæc de-
,, dit, neget ſe ea intentione dediſſe? quis
,, judex erit inter duas gentes?
Sed probabilem tantum] ,, At alia quæſtio
,, eſt, an ſigna hæc probabilia ſufficiant ad jus
,, alii tribuendum? quod omnino negamus.
Nam & verbis aliud eloqui poſſunt] ,, Cer-
,, tum eſt, verba aliquando dubia eſſe poſſe;
,, at tunc dantur regulæ interpretandi natu-
,, rales: De quibus vide *l.* 2. *c.* 16.
,, *Et factis ſimulare*] ,, JCti ajunt, facti in-
,, terpretationem etiam prudentiſſimos falle-
,, re. *L.* 2. *de ignor. jur. & fact.*
Neque tamen patitur natura humanæ ſocie-
tatis, ut actibus ſufficienter indicatis nulla
ſit efficacia] ,, Sæpius jam dictum eſt, non
,, dari humanam ſocietatem, adeoque fru-
,, ſtra quæri an natura ejus aliquid patiatur;
,, Sed & verum non eſt, ſi talis exiſteret
,, ſocietas, eam non pati ut actibus ſufficien-
,, ter indicatis nulla ſit efficacia, quod ipſa
,, experientia teſtatur. Sane ſtatutum illud
,, juris Romani, ne ex pactis nudis detur a-
,, ctio, nihil derogat naturæ ſocietatis huma-
,, næ, adeoque alia ratio afferri debet cur
,, ex voluntate ſatis declarata jus oriatur:
,, de qua plenius *L.* 2. *c.* 11. *& ſeq.* agemus.
Pro vero habetur adverſus eum, qui indica-
vit] ,, Ad eum effectum, ut per indicatio-
,, nem illam jus in alium transferatur.
Ac de verbis quidem expedita res] ,, Si ſc.
,, verba clara, & non dubia ſunt.

A D §. IV.

F A C T I S *intelligitur derelictum*] ,, Ad- 1
,, eoque non verbis tantum animus agen-
,, tis declaratur, ſed etiam factis: Imo
,, magis aliquando factis, quam verbis, ſi
,, ſcilicet alia ratio facti dari non poteſt.
Quod abjicitur] ,, Quod quis in numero
,, rerum ſuarum amplius eſſe non vult. §.
,, 49. *Inſt. de R. D.*
Niſi ea ſit rei circumſtantia, ut temporis
cauſa, & requirendi animo abjectum &c.]
,, Uti ea, quæ in tempeſtate levandæ navis
,, cauſa ejiciuntur. *Vid.* §. 50. *Inſt. R. D.* u-
,, bi ſimul additur ratio, *quia palam eſt ea*
,, *non eo animo ejici, quod quis ea habere no-*
,, *lit, ſed quo magis cum ipſa navi maris pe-*
,, *riculum effugiat*: Unde is, qui id ſciens eas
,, fluctibus expulſas, vel etiam in ipſo mari
,, nactus, lucrandi animo abſtulit, furtum
,, committit. *ibid.* Secus ſi derelinquendi ani-
,, mo jactantur: *l.* 43. §. *p. Inſt. de furt.* ubi
,, JCtus in dubio credendum eſſe, ait, ani-
,, mo derelinquendi dominum jactaſſe, inde-
,, que furtum non committi.
Requirendi animo] ,, I. e. repetendi, &
,, recuperandi animo.
,, *Sic chirographi redditione cenſetur remiſ-*
ſum

Digitized by Google

ſum debitum] ,, Alia enim ratio redditionis
,, dari nequit: *Vid. l.* 2. §. 1. Hinc JCti a-
,, liud diſpoſuere, ſi pignus tantum reddi-
,, tur *l.* 3 *ff. pact.* ibi enim alia ratio dari po-
,, teſt, quia ſola ſecuritas remiſſa cenſetur:
,, *Conſ. Jus meum controv. Tit. de pact.*
,, *quæſt.* 3. *Carpz. p.* 2. *c* 29. *deſ.* 12. *Struv.*
,, *Tit. de pact.* §. 34. *Schilt. Exerc.* 8. §. 7.

Recuſari hæreditas &c. etiam re poteſt]
,, V. g. ſi hæres teſtamentarius agnoſcit le-
,, gitimum hæredem. *l.* 77. *in f. de Acq. hær.*

Et quovis indicio voluntatis] ,, Sc. ex
,, quo de animo non adeundi certo conſtet.

Sciens cum altero eam rem poſſidente tanquam cum domino contrahat] ,, Notanter
,, Auctor duo hic ſupponit, 1. ut ſciens,
,, i. e. de jure ſuo edoctus contrahat; 2. ut
,, contrahat tanquam cum domino; adeoque
,, ut ſit tale negotium, quod non niſi cum
,, domino geri poteſt: uti ſi is, qui domini-
,, um in ædes olim habuit, id ſciens, ſer-
,, vitutem ſibi a poſſeſſore illarum ædium
,, ſtipuletur, quia enim ſervitus non niſi a
,, domino conſtitui poteſt, hoc facto decla-
,, rat, ſe dominio ſuo renunciaſſe: Eodem
,, modo uti is, qui ſciens compromittit in ſen-
,, tentiam judicis minoris, hoc ipſo renun-
,, ciat exceptioni inidonei judicis, quo ar-
,, gumento Auctor ſuam firmat ſententiam.
,, Vide *L.* 57. *ff. Re jud.* & *L. Barbarus* 3.
,, *ff. de offic. Prætor.* Secus igitur eſt 1. ſi juris
,, ſui ignarus contrahat tanquam cum domi-
,, no: vel 2. ſi non tanquam cum domino,
,, ſed tanquam cum poſſeſſore contrahat;
,, cum enim poſſeſſionis pars ſit adminiſtra-
,, tio, etiam dominus ſalvo ſuo jure hacte-
,, nus contrahere, & v. g. conducere ædes
,, poteſt.

Quod cur non & inter reges locum habeat]
,, Imo inter reges plane alia ratio eſt: domi-
,, nus quidem ſuum jus dominii remittere
,, poteſt, at rex jus imperii non poteſt, quia
,, imperium non ipſius eſt, ſed populi, ſine
,, cujus conſenſu renunciare imperio nequit.
,, Sed & in eo differunt dominus, & rex,
,, quod contrahens cum rege, forte uſur-
,, patore, juri ſuo non renunciaſſe videa-
,, tur: Dominus enim, qui judicis quotidie
,, copiam habet, ſingulis momentis jus ſu-
,, um ab eo, qui injuria rem tenet, vindicare
,, poteſt; ſi proinde, neglecto judice cum
,, adverſario ultro contrahit, & quidem tan-
,, quam cum domino, neceſſario ſequitur,
,, eum ſuo dominio renunciaſſe. Tota hæc
,, ratio ceſſat in regnis, ibi enim lite inter
,, duas gentes exorta, ſuperior non eſt per
,, quem injuria, ut inter privatos, facili via
,, reparari poſſit; cum igitur non niſi armis
,, lis decidi, læſus autem ſubſidiis omnibus
,, deſtitutus jus ſuum vindicare nondum
,, poſſit, neque tamen commercium utriuſ-
,, que gentis rumpi in perpetuum queat, rex,
,, cujus jus eſt, cum altero agit non tanquam
,, cum legitimo rege, ſed tanquam cum poſ-
,, ſeſſore, qui vi adminiſtrationis contrahere
,, in utilitatem regni non tantum poteſt, ſed
,, & debet: *Vid. ſupr. L.* 1. *c.* 4. §. *fin.*

,, Egregie hæc confirmantur ex reſponſione
,, Quintii, qua Nabidis Lacedæmonum Ty-
,, ranni imputationibus occurrit: hic enim
,, objiciebat. Romanis, quod eum nunc Ty-
,, rannum vocarent, cum ipſe Quintius cum
,, eo, tanquam legitimo rege, fœdus con-
,, traxiſſet: Reſpondebat, *inquam*, Quintius,
,, Romanos cum Pelope rege amicitiam contra-
,, xiſſe, Nabidem autem ejus jus, cum Roma-
,, ni aliis bellis occupati eſſent, uſurpaſſe:
,, adeoque Romanos poſſeſſionem interim
,, ſecutos, cum eo tanquam cum poſſeſſore
,, egiſſe: id autem non præjudicare juri, quod
,, ipſis competeret, ſocios in libertatem vindi-
,, candi. *Liv. L.* 34. *c.* 31. & 32. Verba Na-
,, bidis hæc ſunt: *Sicut cæteris Lacedæmoniis*
,, *vobiſcum vetuſtiſſimum fœdus ſit: & meo*
,, *nomine privatim amicitia, ac ſocietas nuper*
,, *Philippi bello renovata: &c. At enim ego*
,, *eam violavi, & everti, quod Argivorum ci-*
,, *vitatem teneo? &c. Cum jam Argos habe-*
,, *rem ſocietas mihi vobiſcum convenit. &c.*
,, *Cæterum nomen tyranni, & facta me pre-*
,, *munt: &c. de nomine hoc reſpondere poſ-*
,, *ſum, me, qualiſcunque ſum, eundem eſſe*
,, *qui fui tunc quum tu ipſe mecum T. Quinti*
,, *ſocietatem pepegiſti, tum me regem appella-*
,, *ri a vobis memini, nunc tyrannum vocari*
,, *video &c.* His regerit Quintius: *amicitia, &*
,, *ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelo-*
,, *pe rege Lacedæmonum juſto, & legitimo*
,, *facta eſt. NB. cujus jus tyranni quoque,*
,, *qui poſtea per vim tenuerunt Lacedæmone*
,, *imperium (quia nos bella nunc Punica,*
,, *nunc Gallica, nunc alia ex aliis occupave-*
,, *runt) uſurparunt, ſicut tu quoque Mace-*
,, *donico bello feciſti; Nam quid minus con-*
,, *veniret, quam nos, qui pro libertate Græ-*
,, *ciæ adverſus Philippum bellum gereremus,*
,, *cum tyranno inſtituere amicitiam. &c.*

,, Sed & hodieque reges Angliæ cum Gal-
,, liæ regibus fœdera pangunt, titulo regis
,, eos honorant, de ſucceſſione ſingulis exi-

,, ſtentibus caſibus iis gratulantur, &c. ne-
,, que tamen juri ſuo ſemel quæſito in re-
,, gnum Galliæ ideo renunciant, ſed tanquam
,, cum poſſeſſore agunt. De quo plenius egi-
,, mus *d. l.* 1. *c.* 4. §. *fin.*

2 *Quod ſuperior concedens inferiori*] ,, Quod
,, fit, cum princeps marito permittit adulte-
,, rum occidere: hoc ipſo enim ſolvit mari-
,, tum a pœna legis Corneliæ.

Vel imperans id facere, quod licite facere non poteſt niſi &c.] ,, Ut ſi imperans ſervum
,, jubeat eſſe judicem, qui lege talis eſſe
,, prohibetur. *L. Barbarus* 3. *ff. de. off. prætor.* & *L.* 57. *ff. Re jud.* qui enim vult
,, antecedens, vult etiam conſequens.

Sed ex jure naturali, quo quiſque ſuum poteſt abdicare] ,, Hic enim eſt effectus do-
,, minii naturalis, ut quis poſſit de jure ſuo
,, diſponere prout lubet.

Et ex naturali præſumtione, qua voluiſſe quis creditur, quod ſufficienter ſignificavit] ,, Si
,, ſufficienter ſignificavit voluntatem remit-
,, tendi jus ſuum, tum non ex præſumtione
,, quadam, & tacita derelictione, ſed ex cer-
,, ta voluntate alter rem acquirit: certitudo
,, autem illa ex medii neceſſitate ſequitur,
,, jure enim aliquo remiſſo, omnia ea re-
,, miſſa cenſentur, ſine quibus intelligi jus il-
,, lud nequit.

Quo ſenſu recte accipi poteſt quod Ulpianus dixit, juris gentium eſſe acceptilationem]
,, Auctor exemplo acceptilationis probare
,, vult, *naturale eſſe ut quis voluiſſe credatur*
,, *quod ſufficienter ſignificavit:* Eam enim
,, ideo juris gentium vocari putat, quia is,
,, qui accepto fert debitori ſufficienter ſuam
,, voluntatem declaravit.

,, At licet regula vera ſit, *quod quis voluiſ-*
,, *ſe credatur quod ſufficienter declaravit*,
,, certum eſt id exemplo acceptilationis non
,, probari, quia plane alio ſenſu, & ex alia
,, ratione, acceptilatio juri gentium adſcri-
,, bitur. Sane id non ideo fieri, *quod creditor*
,, *ſatis declaravit voluntatem*, vel ex eo pa-
,, tet, quod debitor non liberetut ipſo jure,
,, ſed tantum per exceptionem, contra ratio-
,, nem juris gentium. Res ita ſe habet.

,, Quæſtio proponitur ab Ulpiano, *an ſti-*
,, *pulatio inutilis valeat in vim pacti?* i. e.
,, ad effectum exceptionis. Ex ratione juris
,, id negatur, *tot. tit. Inſt. de inut. ſtipul.* at
,, JCtus excipit acceptilationem, in his enim
,, *uſu* (adeoque contra rationem juris) ob-
,, tinuiſſe, ait, ut acceptilatio ſit juris genti-
,, um, i. e. ut in ea obtineat quod in conven-
,, tionibus juris gentium obtinet, nimirum
,, ut exceptio inde detur, *vid. l.* 7. *ff. pact.*
,, & ut creditor, qui filio, aut ſervo id, quod
,, ex nudo promiſſo debebant acceptilatione
,, remittit, ab his exceptione pacti repelli
,, poſſit; *d. l.* 8. §. 4 (cum ex ratione juris
,, id tantum, quod verbis, non ex nudo pro-
,, miſſo debetur, verbis remitti poſſit.) At-
,, que hic verus ſenſus eſt hujus legis hacte-
,, nus non ſatis explicatæ.

,, Inſtas: accepulationem non poſſe *dici*
,, *juris gentium*, cum per acceptilationem
,, obligatio reſolvatur ſaltem civiliter, non
,, naturaliter. *l.* 107. *ff. ſolut.* Reſp. verba
,, *naturaliter*, & *civiliter*, non indigitant reſol-
,, vi obligationem jure naturæ, vel jure civi-
,, li, ſed *naturaliter* dicitur reſolvi, quan-
,, do facto ipſo tollitur obligatio, ut per ſo-
,, lutionem, item ſi res perit. *d. l.* 107. *Civi-*
,, *liter* autem reſolvi dicitur, ſi non interve-
,, niente facto naturali, ſed ex ratione juris
,, reſolvitur, uti per acceptilationem, item
,, per confuſionem. *d. l.* 107. His igitur mo-
,, dis *civiliter* quidem tollitur obligatio, i. e.
,, ſine facto naturali, ex ratione tamen
,, naturæ: *Vid. Jus meum controv. L.* 46.
,, *tit.* 4. *q.* 5. & magis *Diſſ. proœm. XII.* §.
,, 350.

Ad §. V.

Moraliter] ,, I. e. ex interpreta- 1
,, tione juris etiam naturalis.

Veniunt & non facta] ,, Adeoque ex
,, non facto, i. e. ex omiſſione quoque ani-
,, mus remittendi juris apparere poteſt: At
,, diximus id verum non eſſe, niſi vel a fine
,, actionis neceſſario, vel ex medii neceſſita-
,, te probetur, eam intentionem agentis fuiſ-
,, ſe: quod probatu difficillimum eſt.

Sic qui ſciens, & præſens tacet, conſentire videtur] ,, Hinc Auctor ait, ſilentio etiam
,, conveniri poſſe *l.* 3. *c.* 24. §. 1. modo res,
,, aut factum aliquod interveniat. *L.* 2. *c.* 15.
,, §. 17. *n.* 2. Unde ſtatuit, ſilentium etiam
,, non longi temporis inferre conſenſum po-
,, puli in alienationem regni, vel partis. *L.*
,, 2. *c.* 6. §. 8. Integra diſſertatione hanc ma-
,, teriam tractavit B. Parens, cujus contenta
,, *libro* 2. *c.* 15. §. 17. *n.* 2. inſeruimus, no-
,, ſtramque ſimul ſententiam explicavimus.

,, *Quod & lex Hebræa*] ,, Ubi filia obliga-
,, tur ex voto, quod patre ſciente, & tacente
,, facit, *Num.* 30. *v.* 5. idem quoque de
uxore

Digitized by Google

„ uxore, & marito ſtatuitur. *ibid.* §. 12. Qui
„ enim prohibere poteſt, & non prohibet,
„ conſentire videtur.

Niſi circumſtantiæ oſtendant quo minus loquatur metu eum impediri] Quia tunc alia ratio ſilentii dari poteſt.

Vel alio caſu] „ Forte quod juris ſui vel
„ plane non, vel non plene ſit gnarus.

Ut porcos a lupo raptos] „ Modo oculos
„ perſequentis domini effugerit, vel ita ſit in
„ conſpectu, ut difficilis ejus ſit perſecutio.
„ *Arg.* §. 14. *Inſt. de R. D.*

Et quæ naufragio amittimus noſtra eſſe deſinere, ait Ulpianus, non ſtatim, ſed ubi recipi non poſſunt] „ Vid. *L.* 43. §. *p. furt.* ubi
„ plerumque credendum eſſe, ait, pro de-
„ relicto dominum talem rem habere voluiſſe,
„ cum ſciat perituram.

„ Neque *obſtat*, quod Imperator in §. *p.*
„ *Inſt. R. D.* contrarium aſſerat, ac palam
„ eſſe ſtatuat, res eas non eo animo ejici
„ quod quis eas habere nolit, ſed quo magis
„ cum ipſa navi maris periculum effugiat.
„ Nam ſupponit Imperator caſum, ubi ſpem
„ recuperandi habet, uti ſi prope littora ja-
„ ctus fiat, ubi per urinatores res extrahi
„ poteſt, vel ubi alias animus non derelin-
„ quendi apparet.

Ubi non eſt cur credatur aliquis animum domini retinere] „ Uti ſi tempeſtate orta in
„ medio maris levandæ navis cauſa jactus fi-
„ at, ibi enim ſcit rem perituram.

Ubi nulla talis voluntatis indicia exſtant]
„ Secus ergo ſi expreſſe, vel facto ipſo decla-
„ ret ſe animum recuperandi habere. *d. l.* 43.
„ *d.* §. *p.*

Nam ſi miſſi eſſent qui inquirerent] „ Sc.
„ urinatores.

Si promiſſum μήνυτρον] I. e. indicii præmi-
„ um: Ex his enim factis apparet, quod
„ non eo animo abjecerit ut in numero rerum
„ ſuarum habere nolit.

Sic qui rem ſuam ab alio teneri ſcit, nec quicquam contradicit multo tempore] „ Imo
„ ex ſolo ſilentio, & lapſu temporis, etſi lon-
„ giſſimi, non probari animum remittendi
„ juris, ſupra dictum eſt.

Quod alicubi dixit Ulpianus, ædes longo ſilentio videri pro derelicto habitas] „ *L.* 15.
„ §. 2. *ff. damn. inf.* cum enim cavere domi-
„ nus ædium ei, qui immiſſus eſt, debeat, ſi
„ longo tempore, i. e. per decennium inter
„ præſentes, & per vicennium inter abſen-
„ tes id non facit, ex ratione juris civilis
„ jus ſuum amittit: Eodem modo ut is, qui
„ longo tempore uſuras non petit. *L.* 17. §.
„ 1. *ff. Uſur.* Hæc autem in pœnam negli-
„ gentiæ, adeoque ex juris civilis ratione,
„ ſtatuta ſunt, indeque jus naturæ non pro-
„ bant.

Reſcripſit pius Imperator] „ Referente
„ Paulo in *L.* 17. §. 1. *ff. Uſur.*

Longi temporis intervallum] „ Longum
„ autem tempus jure Romano eſt decem an-
„ notum. *l.* 2. *C. Servit. L.* 2. *C. in quib. ceſſ.*
„ *long. temp. præſcr. l.* 10. *Si Serv. vind. Goth.*
„ *ad dict. l.* §. 15. 21.

Cui ſimillimum quid in conſuetudine appa- 2
ret] „ Ubi etiam ex diuturnitate temporis
„ imperans jus a ſe ſtatutum remittere vide-
„ tur. *L.* 32. §. 1. *l.* 35. *ff. de legib.*

Semotis legibus civilibus, quæ certo tempore, ac modo eam introduci volunt] „ Imo
„ certum tempus ad introducendam conſue-
„ tudinem jure civili ſtatutum non eſt; ſuffi-
„ cit enim frequentia actuum: numerus au-
„ tem arbitrio judicis relinquitur. *Lant. comp.*
„ *fol.* 9.

A populo ſubdito introduci poteſt] „ Imo
„ in ſtatu regio populus ſubditus tollere le-
„ gem contraria conſuetudine non poteſt. *L.*
„ 2. *C. Quæ ſit longa conſuet.* nec Princeps
„ conſenſiſſe cenſeri poteſt, niſi probetur
„ eum notitiam habuiſſe conſuetudinis, *ibid.*
„ Secus I. ſi populus ipſe ſummam poteſta-
„ tem habeat, quo pertinet *L.* 32. §. 1. *leg.*
„ tunc enim, ſi contrariam legi conſuetudi-
„ nem introducit, receſſiſſe a priori volun-
„ tate videtur, non ex tolerantia, ſed
„ voluntate factis declarata. II. Si lex
„ dubia ſit. *l.* 38. *Leg.* Quanquam id
„ quoque Imperatores poſteriores mutave-
„ rint. *L.* 2. §. 18. & 21. *l.* 3. §. 18. *C.*
„ *Vet. jur. enucl.* ſibique ſolis interpretandi
„ facultatem reſervarint. *ibid.*

Quod ab imperium habente toleratur]
„ Verum hoc eſt de *ſtatu regio*, ibi enim
„ diximus, legem regis a ſubditis non poſſe
„ contraria conſuetudine tolli, niſi acce-
„ dente tolerantia regis, i. e. niſi probetur
„ cognitam ipſi fuiſſe contrariam conſuetu-
„ dinem. Aliud autem eſt in *ſtatu populari*,
„ ubi diximus, non per tolerantiam, ſed per
„ contrariam voluntatem populi, factis de-
„ claratam, priorem legem mutari.

Non eſt definitum, ſed arbitrarium] „ Di-
„ ximus nec jure civili id definitum eſſe,
„ nec natura definiri poſſe: requiritur enim
„ actuum frequentia, qui actus aliquando
„ paucis, aliquando non niſi pluribus annis
occur-

Digitized by Google

„ occurrere poſſunt. Cæterum is, qui conſuetudinem legi contrariam allegat, probare „ illam (i. e. actus illos, & ſcientiam principis) debet. *Carpz. p. 2. c. 3. def. 22.* „ Conf. *jus meum controverſum tit. de Legib.* „ *q. 12.*

3 *Duo requiruntur, ut ſilentium ſit ſcientis, & ut ſit libere volentis*] „ In omni „ enim diſpoſitione, qua jus in alium transfertur, hæc duo requiruntur: quod explicabimus infra *L. 2. c. 11. §. 1.* Et hactenus bene. Sed quod §. *ſeq.* ait: utrumque præſumi ex multo tempore, id non „ admittimus.

Nam non agere neſcientis caret effectu] „ Scire ergo debet is, qui ſilet, jus ſibi competere, quia ignorantis non eſt conſenſus, nec voluntas. *L. 10. C. Donat. L. 50. ff. Locat. Barboſ. locupl. L. 9. c. 3. ax. 8. & 15.* adeoque is, qui ſilet, & ignorat de ſuo præjudicio agi, ſibi nunquam præjudicat. *Barboſ. d. l. ax. 16. & 17.*

Et alia cauſa cum apparet, ceſſat conjectura voluntatis] „ Si alterum requiſitum deficit, ut ſi metu, vel alio caſu ſiluerit, animus remittendi juris ex illo ſilentio non „ probatur: *Vid. n. praced.*

Ad §. VI.

Ut *hac igitur duo*] „ Sc. ſcientia, & „ libera voluntas.

Valent & alia conjecturæ] „ Rectius alia „ ſigna, ex quibus voluntas remittendi juris „ ſufficienter demonſtratur.

„ *Sed temporis in utrumque magna vis eſt*] „ Imo tempus nullam transferendi in alium „ juris vim habere dictum eſt. Neque ex lapſu temporis, aut ſcientia, aut libera voluntas probatur: Niſi ex factis, vel verbis „ de certa voluntate conſtet.

Fieri vix poteſt, ut multo tempore non aliqua via ad ejus notitiam perveniat] „ Ad „ notitiam ejus veniſſe, eumque voluiſſe, „ facti eſt; adeoque ab allegante probari debet. Præterea aliæ cauſæ eſſe poſſunt cur „ etiam ſciens tacuerit.

Minus temporis ſpatium] „ Imo inter „ præſentes quoque probari debet ſilentem „ & ſciviſſe, & voluiſſe.

Etiam ſepoſita lege civili] „ Quod is, qui „ rem ſuam non repetit, longo tempore ab „ agendi jure excludatur; & quod inter præſentes 10. anni, inter abſentes 20. anni „ præfixi ſint, id meri juris civilis eſt: Illud „ in pœnam negligentiæ ſtatutum eſt; hoc „ ex æquitate, quod difficilior præſumatur „ notitia in abſente, quam in præſente.

Sic & incuſſus ſemel metus durare quidem non nihil creditur, ſed non perpetuo] „ Senſus eſt, quod etſi metu quis forte impediri „ poſſit a juris ſui repetitione, metus hic „ tantum ſit temporarius. Addit contra metum „ quoque conſilium capi poſſe, proteſtando „ de jure ſuo &c. Verum etſi metus ſit temporarius, vel plane nullus, ſilentium tamen non infert remiſſionem juris: quia „ poſſeſſor injuria rem meam tenet, quæ „ injuria tempore augetur, non minuitur: & „ cum jus repetendi res mei arbitrii ſit, tempus quoque repetendi a meo arbitrio dependet; Neque enim certum tempus natura actionibus præſcriptum eſt. At perpetuo „ excipitur caſus, niſi tale factum concurrat, „ ex quo certo, & neceſſario animus remittendi appareat.

Per ſe] „ Sc. per fugam, aut proteſtationem.

Per alios] „ Sc. per judices, vel arbitros.

Exeundo fines ejus, qui metuitur] „ Quid „ ſi tuto exire non poſſit? Quid ſi exeundo „ neceſſaria vitæ perderet? Quid ſi extra fines nulla media recuperandi juris in promtu „ ſint? Sane omnibus his, & ſimilibus caſibus, non cadit jure ſuo, etſi intra fines „ maneat.

Saltem ut proteſtatio de jure fiat] „ Ipſo „ jure ſalvum ei jus eſt, etſi nec metu ſileat, „ nec de eo proteſtetur.

Aut quod potius eſt, ad judices, aut arbitros provocet] „ Imo hoc res arbitrii eſt, & „ ex voluntate læſi dependet quando rem repetere velit, vel adeundo judicem, ſi res „ inter ſubditos agitur; vel bellum inferendo, ſi inter gentes; vel ad arbitros provocando, qui modus & inter privatos, & inter gentes obtinet. Etſi igitur longo tempore „ ad judicem, vel arbitros non provocet, etſi „ abſque metu id negligat, non tamen inde „ ſequitur remiſſio juris.

Tempus memoriam excedens] „ Auctor „ ait, ſcientiam, & voluntatem, adeoque animum derelinquendi in ſilente præſumi „ ſemper ſi initii memoria non exſtet: At hoc „ non eſt ex conjectura voluntatis, ſed ex „ defectu probationis, quia alter jus ſuum, „ quod prætendit, probare non poteſt; adeoque res manet in ſtatu, in quo eſt, i. e. in „ poteſtate ejus, qui eam tenet.

Niſi

Niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes] ,, Quomodo quæſo validæ in contrarium concipi poſſunt rationes, ubi de initii memoria non conſtat ? & quomodo immemorialis dici poteſt, ſi per contrarias rationes memoria exſtat? Atque hinc patet quam inepta ſit quæſtio, an bona fides in immemoriali præſcriptione requiratur? Bona fides enim eſt juſta opinio dominii; at ſemper juſtam dominii opinionem habet qui neſcit quo titulo res ad ſe olim pervenerit.

Non plane idem eſſe tempus cum centenario] Nam aliquando initii memoria breviori tempore exſtinguitur, uti tempore peſtis, & belli; aliquando longiori, ita enim de Iſraëlitarum poſſeſſione poſt lapſum 300. annorum conſtitiſſe exemplo Jephtæ apparet: de quo ſupra egimus.

Quanquam ſæpe hæc non longe abeunt] Hoc verum eſt de memoria, quæ per homines haberi poteſt, vix enim caſus datur, ubi homo de facto ante centum annos geſto teſtari, & ſcientiam profiteri poſſit. At ſecus eſt de memoria, de qua ex documentis, annalibus, &c. conſtat: hæc enim etiam ultra 100. annos haberi poteſt.

Quia communis humanæ vitæ terminus ſunt anni centum] ,, Imo jam Davidis tempore terminus communis humanæ vitæ fuit 70. vel 80. annorum. *Pſ.* 90. Sed & JCtus in *L.* 56. *ff. de Uſufr.* centum annos non communem vitæ terminum, *ſed NB. finem vitæ longævi hominis* eſſe, ait: nam in computando uſufructu reipublicæ relicto leges non communem vitæ terminum ſumſerunt, ſed talem terminum quouſque vivere homo poteſt.

Aut γενεὰς tres efficere] ,, In ſacris generatio continet ſpatium præter propter 100. annorum. Deus prædixit Abræ, poſteros ejus redituros NB. poſt quartam generationem *Gen.* 15. *v.* 16. Redierunt autem elapſis 430. annis. *Exod.* 12. *v.* 40.

Quæ Antiocho Romani objiciebant] ,, *Vid. Liv. L.* 34. *c.* 57. At hic Livius non intelligit tres γενεὰς, ſeu ætates centum annos conſtituentes. Nam Antiochi avus, Seleucus Callinicus, cœpit regnare anno M. 3727. Antiochus autem anno 3749. & obiit anno 3779. adeo ut regnum avi, patris, & filii ſaltem ſpatio 52 annorum duraverit, quæ non ſunt tres γενεαὶ, eo ſenſu, quo Auctor eas ſumit.

Ad §. VIII.

OBJICIAT *aliquis*] Auctor derelictio- 1
ni præſumtæ objicit Brocardicum illud, *quod nemo ſuum jactare velle præſumatur.* At 1. Verum id ſaltem eſt, ubi de voluntate remittendi non conſtat ex ſignis notoriis. Nos autem 2. loquimur de caſu ubi certa eſt voluntas, non ubi præſumitur: uti ſi præſens non contradixit. Denique & 3. jactatio illa non ſemper fit ex liberalitate, quæ non præſumitur, ſed ſæpius ex neceſſitate.

Additio.

,, Grotius huic objectioni reſpondet 1. ſperandum homines rei caducæ cauſa nolle alios in perpetuo peccato verſari, ſed potius cedere velle. 2. Imperia, etſi magni fieri ſoleant, tamen oneroſa eſſe, adeoque durum eſſe diſceptare cum ſanguine innocentis populi, quis rem ejus ſit curaturus. 3. Intereſſe humani generis ut imperia aliquando certa ſint; adeoque omnes conjecturas, quæ finem illum adjuvant, eſſe favorabiles. 4. Alia, & fortiori præſumtione brocardicum illud eludi, quod credibile non ſit quemquam ejus, quod vult longo tempore, nullam plane edere ſignificationem.

,, Equidem, jus naturæ ex vanis hujuſmodi conjecturis deducere, nihil aliud eſt quam exiſtentiam ejus ſuſpectam reddere. *Prima* enim reſponſio plane inanis eſt: quid ſi enim alter, cui res ablata eſt, contrarium afferat, & declaret ſe jus ſuum non remiſiſſe? Sane tota illa conjectura tunc corruit; quod vero alter in peccato ſit, culpa ipſius eſt, quam reparare poteſt, & debet, reſtituendo rem ablatam. Neque ex eo, quod periculum animæ incurrat, jus quæſitum nobis auferri poteſt. Imo nec per remiſſionem noſtram peccatum eſſe deſinit, quia ipſa detentio rei alienæ peccatum eſt, & is, qui remittit jus ſuum, ſaltem injuriam ſibi factam remittit: peccatum autem, quod in Auctorem juris naturæ commiſſum eſt, non tollit. *Secunda* ratio itidem vaga nimis eſt: jus imperandi, quod regi, ejuſque familiæ ex diſpoſitione populi quæſitum eſt, verum jus eſt regi proprium: non ergo durum eſt jus hoc vindicare, & durities eſſet in eo, qui jus alii quæſitum eripit, non in eo, qui illud defendit. Sed & intereſt populi, ne a quolibet invaſore imperia gerantur, adeoque rex hoc jus populi vindicare quo-

,, que poteſt, & debet. Sane hypotheſi Au-
,, ctoris poſita, nulla bella licita forent, quia
,, omnia bella cum ſanguine populi innocen-
,, tis geruntur. *Tertia* ratio plane frivola eſt:
,, quid quæſo ex hujuſmodi præſumtione non
,, inferri poſſet? & quæ certitudo juris na-
,, turæ, ſi ex eo, quod intereſt humani gene-
,, ris, fingere jura liceret? Sed & falſa eſt ra-
,, tio: non enim intereſt generis humani, ſi
,, hoc, vel illud regnum injuria ablatum a
,, vero, & legitimo rege poſt longum tempus
,, vindicetur; Neque caſus ejuſmodi rariſſi-
,, mus, ſi contingit, totum humanum genus
,, vel evertit, vel turbat. Imo etſi interſit ge-
,, neris humani imperia aliquando eſſe certa,
,, magis tamen intereſt generis humani jus
,, ſuum cuique tribui; quæ prima regula ju-
,, ſtitiæ eſt, & cujus conſequens eſt, jus no-
,, ſtrum ſine voluntate noſtra nobis auferri
,, non poſſe. *L. 11. ff. Reg. jur. Quarta* ratio
,, nihil habet in receſſu. Quod enim nemo
,, ſuum jactare præſumatur, non ex præſum-
,, tione aliqua oritur, ſed ex regula naturæ,
,, quod jus noſtrum in alium non transfera-
,, tur, niſi ex voluntate,& diſpoſitione noſtra:
,, *d. l.* 11. Quæ ubi non apparet, ibi ceſſat
,, juris translatio.
,, Adeoque verum non eſt quod Auctor
,, *n* 4. ait, fortiorem eſſe præſumtionem,
,, quod, ſi repetendi animum habuiſſet læ-
,, ſus, tanto tempore taciturus non fuiſſet:
,, nam 1. ſolus læſus de animo ſuo teſtari
,, poteſt, quid ſi igitur contrarium teſtetur?
,, 2. Cum jus rei totum ad eum pertineat,
,, facultas quoque de ea diſponendi, & quo
,, tempore rem ſuam vindicare velit, in
,, ejus arbitrio eſt. Sane jure naturæ certus
,, terminus præſcriptus non apparet. Deni-
,, que 3. in dubio jure naturæ major eſt
,, præſumtio pro domino jus ſuum repeten-
,, te, quam pro prædone, qui rem injuria
,, tenet, eamque injuriam tanto tempore
,, continuavit.
Se, ſuaque ament] ,, Hunc naturæ inſtin-
,, ctum omnes gentes agnoſcunt. Atque ideo
,, quidam hunc amorem pro principio juris
,, naturæ venditarunt. *Vid. diſſ. proœm.* XI.
,, §. 13. *n.* 5. §. 22. *& ſeq.*
Non debere eos credi quod ſuum eſt jactare]
,, Hæc regula continetur in *L.* 25. *pr. ff. pro-*
,, *bat.* & fundatur in ipſa ratione naturali;
,, quia ſine voluntate noſtra id, quod noſtrum
,, eſt in alium non transfertur. *l.* 11. *Reg.*
,, *jur.* Qui proinde contendit nos voluiſſe,
,, probare aſſertum tenetur.

Ac proinde actus negativos non ſufficere ad eam conjecturam &c.] ,, I. e. neminem
,, videri ſinendo alios re noſtra frui, & non
,, repetendo per longum tempus, ejuraſſe
,, rem ſuam: adeoque neminem præſumi,
,, non agendo jus ſuum jactare, i. e. proji-
,, cere. *Vid.* §. 6. § 7.
Bene ſperandum de hominibus] ,, I. e. cre-
,, dendum eos invicem eſſe faventes, nec vel-
,, le aliquid, quod aliis ſit damnoſum. *Gron. b.*
Ac propterea non putandum eſſe] ,, Quid ſi
,, invertamus rationem: ſcilicet ideo, quia
,, faventes inter ſe ſunt homines, non pu-
,, tandum eſſe eum, qui rem meam injuria
,, tenet, perpetuo injuriam continuare velle.
Ut rei caducæ cauſa hominem alterum velint in perpetuo peccato verſari] ,, Dixi jam
,, 1. culpam ſemper eſſe in poſſeſſore rei alie-
,, næ: 2. ob periculum animæ alterius jus
,, mihi quæſitum auferri non poſſe: 3. non
,, deſinere eſſe peccatum, etſi deſinat injuria
,, domino facta.
Quanquam ea magni fieri ſolent] ,, Unde a
,, Eteocles apud Euripidem in Phœniſſ. *v.*
,, 506.

Aſtra aſcenderem ſolis ad ortum
Et ſub terram, ſi poſſem efficere hæc.
Ut haberem regnum Deorum maximum.

,, Et Polynice apud eundem *v.* 560.

—— *Eſt tanti mihi*
Cum regibus facere.

,, Atque huc pertinet illud Cæſaris, *ſi jus vio-*
,, *landum eſt, regnandi cauſa violandum eſt:*
,, *in cæteris pietatem colas.*
Magna onera eſſe, quæ non bene adminiſtrata hominem divinæ iræ reddant obnoxium]
,, Cum principes ſint vicarii divinæ poteſta-
,, tis, & nomine, ac vice Dei voluntatem
,, ejus exequantur, i. e. inter homines jus di-
,, cant, neceſſario ſequitur illos ex minima
,, quoque culpa teneri, & neglecti officii
,, reos fieri; quantum quæſo hoc onus? Alia
,, incommoda paſſim recenſent Auctores. *Vid.*
,, *Xenoph. in libro, quem inſcribit Hiero. Se-*
,, *nec. ad Polyb. c.* 26. *Chorus Argivarum*
,, *apud Sen. in Agam. v.* 57. *Et Jocaſta in*
,, *Phœniſſ. v.* 645. *Add. Teſm. in not. b.*
,, *lit. k.*
Qui ſe tutores dicerent, damno pupilli litigare uter ad tutelam jus habeat] ,, Cur illi,
,, quibus natura jus tutelæ competit, armis
,, illud vindicare non poſſint, non video:
,, ſane ipſius pupilli intereſt, ne a quolibet,
,, qui jus non habet, res ejus admini-
,, ſtrentur. Si proinde aliquod inde pupillo
oriatur

Digitized by Google

„ oriatur damnum, cauſa damni non eſt is, qui „ ſuo jure utitur, ſed is, qui injuria tutelam „ affectat.

Nautas navis periculo certare, quis eorum potiſſimum gubernaret] „ Imo eadem hic „ eſt ratio, jure ſuo utitur nauta qui certat „ cum uſurpatore: Alia autem quæſtio eſt, „ anne utilius, anne generoſius ſit propter „ incommoda prævisa cedere alteri? Hoc ad „ regulas politices, & Ethices pertinet, non „ ad diſciplinam juris naturalis.

Ita non ſemper laudandos] „ Hoc verum „ omnino eſt; at nos quærimus quid juris ſit, „ non quid laudabile.

Quod nimis magna procuratione liberatus terminis modicis uteretur] „ An ſincere id „ dixerit Antiochus, qui pro obtinendo Im„ perio Aſiæ tot graviſſima bella geſſit, dubi„ to. Exſtat quoque illud effatum apud *Cic.* „ *in Dejot. n.* 13.

3 *In certo, & extra controverſiam conſtitui humanæ ſocietatis intereſt*] „ Non dari huma„ nam ſocietatem ſæpius jam dictum eſt, „ adeoque fruſtra de eo, quid ejus interſit „ quæritur. Sed & dictum eſt, revera ſocieta„ tis humanæ, ſi talis daretur, non intereſ„ ſe an uno, vel altero caſu (qui rariſſime „ contingere ſolet) de imperio diſceptetur. „ Porro dictum eſt, magis intereſſe humani „ generis ut jus ſuum cuique tribuatur. De„ nique certum eſt, injuriam non eſſe in eo, „ qui jus ſuum vindicat, etſi poſt longum „ tempus; ſed in eo, qui rei injuria ablatæ „ reſtitutionem negat.

Quam quæ adjuvant conjecturæ favorabiles ſunt] „ Talem autem conjecturam favora„ bilem, quæ dominia certa reddit, hanc „ eſſe putat, quod is, qui longo tempore rem „ ſuam non repetit, eam jactare i. e. derelin„ quere videatur: quæ conjectura fundamen„ to & ratione caret.

Aratus Sicyonius] „ Privatæ quinqua„ ginta annorum poſſeſſiones, inſpecta juris „ ratione, labefactari omnino potuiſſent; „ ſed non e re, nec conſultum id Arato vi„ ſum fuit, quia repetitiones ſine tumultu, „ belloque civili fieri non potuiſſent. *Vid.* „ *Cic.* 2. *off.* 23. *Plut. in Arato.* Unde Bo„ dinus factum hoc Arati ad amneſtiam refert.

Quanto magis illud Auguſti tenendum eſt, eum virum bonum, ac civem eſſe, qui præſentem Reipublicæ ſtatum mutare non vult] „ *Macrob.* 2 *Saturn.* 4. Auguſtus perpetuo „ ſuppoſuit rempublicam præſentem non „ poſſe niſi uni parere, atque ſub eo præ„ textu & Cæſaris necem vindicavit, & ipſe „ imperium vi arripuit. Ejus igitur maximo„ pere intererat ne ſtatus ille mutaretur, „ & ne adminiſtratio popularis reſtitueretur; „ unde mirum non eſt adeo eum commen„ dare ſtatum præſentem.

Et qui, ut apud Thucydidem Alcibiades loquitur] „ Verba in verſione latina hæc „ ſunt, *Ad ſummam ſic ſentio, civitatem* „ *negotioſam in otium mutatam, confeſtim* „ *deſtrui, ac tutiſſimos inter omnes degere* „ *eos homines, qui præſentibus, moribus, ac le*„ *gibus, etiam ſi minus bona ſint, minime* „ *diſcordes utuntur. Thucyd. L.* 6. *p. m.* 248.

Quod τὴν παροῦσαν &c.] „ I. e. præſen„ tem ſtatum cuſtodire, ſeu tueri. *Iſidor. ad*„ *verſus Callimachum p. m.* 751. Loquitur au„ tem de conſervando ſtatu, uti per fœdera, „ iiſque comprehenſam legem de Amneſtia, „ erat ordinatus: non de ſtatu injuria, & „ longo tempore formato.

Et Cicero] „ *Orat.* 17. *fere in pr.* L. „ Flaccus enim legem tulerat de Sylla, *ut* „ *omnia quæcunque ille feciſſet eſſent rata. Cic.* „ *L.* 1. *de leg. & d. orat.* 17. quia ſi id fa„ ctum non eſſet, bellum civile inde oritu„ rum fuiſſe, ait Florus *l.* 3. *c.* 23. Adeoque „ Cicero loquitur de defendendo ſtatu, non „ injuria longo tempore continuato, ſed lege „ publica firmato.

Et Livius] „ *L.* 35. *c.* 34. Alia huc faci„ entia vide apud *Bodin. de republ. L.* 2. *c.* „ 5. *p.* 281. *Clapmar. de arc. dom. L.* 13. *c.* „ 17. *Juſtin.* 3. 2. &c.

Validior eſt altera] „ Imo validior eſt 4 „ prior ratio, quæ non præſumtione nititur, „ ſed regula illa naturæ, quod res noſtra ſine „ voluntate noſtra ſatis, & ſufficienter de„ clarata, in alium transferri non poſſit. *L.* „ 11. *Reg. jur.* Hæc ratio certa eſt; quod „ vero is, qui longo tempore ſilet, voluntatem „ ſufficienter declaraſſe præſumatur, hoc in„ certum, & dubium eſt: adeoque nulla ra„ tione hæc præſumtio fortior dici poteſt.

Ad §. IX.

Non *improbabiliter dici poteſt*] Auctor, cum videret omnia, quæ hactenus pro fundanda præſcriptione naturali attulit argumenta, non niſi meris præſumtionibus, & vagis conjectoris niti, nullumque proinde jus naturæ inde inferri poſſe, ſubſidium ex jure gentium voluntario quærit, atque, cre-

dibile eſſe gentes conſenſiſſe ut poſſeſſio memoriam excedens, nec interrupta, dominium transferret, quia ad pacem communem id vel maxime intereſſet. At non opus eſt ad jus gentium voluntarium confugere; poſitis enim terminis habilibus, præſcriptionum jus ex ipſo jure naturæ originem habere, diximus.

Additio.

„ Jure naturæ ex longa poſſeſſione rei alienæ nunquam jus acquiri poſſeſſori, diximus ſupra §. 1. Nec jus gentium aliquid hac in re mutavit: ſæpius enim notavimus, jus gentium voluntarium non dari. Et ſi exiſteret, falſum eſt ex eo, *quod credibile eſt gentes ſenſiſſe*, jus oriri. Denique verum non eſt, credibile eſſe eas hanc legem dixiſſe, ut is, qui longo tempore non repetit, jus ſuum perdat: Nam credibile potius eſt, eas voluiſſe ut is, qui injuria rem tenet, eam reſtituat, etiam poſt longum tempus.

Sola præſumtione] „ Quam in eo fundat Auctor, quod is, qui rem ſuam ab alio teneri ſcit, nec quicquam contradicit multo tempore, id videatur feciſſe animo derelinquendi: §. 5. *n.* 1. quia credibile non eſſet, quemquam ejus, quod vult, longo tempore nullam plane edere ſignificationem. §. 8. *n.* 4.

Sed jure gentium voluntario] „ Atque hinc inter ea, quæ jure gentium voluntario debentur, Auctor recenſet ea, quæ longo tempore debentur: *Vid. infra c.* 19. §. *f.* At tale jus gentium non exſtare, probavimus ſupra *L.* 1. *c.* 1. §. 14.

Non interrupta, nec provocatione ad arbitrum interpellata] „ Hæc enim remedia ſuppeditavit Auctor ei, cui res injuria ablata eſt: *Vide ſupra* §. 6. iiſque neglectis exceptionem, *quod metu ſiluerit*, opponi non poſſe putat.

Omnino dominium transferret] „ Cum talis lex gentium non exſtet, fruſtra quæritur an dominium ex eo jure transferatur.

Credibile eſt enim in id conſenſiſſe gentes] „ Imo poſito quoque dari jus gentium, credibile potius eſt gentes voluiſſe id, quod juri naturæ convenit, i. e. ut ſuum cuique tribuatur.

Cum ad pacem communem id vel maxime intereſſet] „ Ita nullæ lites, nullaque bella licita eſſent; ſemper enim allegari poſſet, credibile eſſe gentes talem legem dixiſſe ne vindicetur; quia id ad pacem, & tranquillitatem publicam tendit. Ubi repetendum eſt, quod ſæpius jam inculcavi, cauſam diffidii non eſſe in vindicante, adeoque nec peccatum in eo, qui ſuo jure utitur, ſed potius in eo, qui longo tempore rem alienam tenet.

Non interruptam] „ Cum enim tota hæc derelictio præſumta Auctoris in ſilentio diuturno conſiſtat, ultro ſequitur non ſuiſſe eum, qui interrupit.

Quomodo Numidæ] „ De hac contentione vide *Livium L.* 40. *c.* 17. & 34. *L.* 42. *c.* 23.

Ad §. X.

An *nondum natis jus ſuum tacite tali derelictione poſſit decedere*] Quærit hic Auctor, an præſcriptio etiam noceat poſteris? & recte id affirmat: quia naſcituri, novi quippe cives, nullum per ſe jus habent, niſi quod tum civitatis fuit, & quatenus fuit: Atque ita in juribus privatis is, qui naſcitur, tantum ſuccedit in jus præſens, qualecunque id fuit tempore mortis. Si igitur præſcriptione jam deſiit, non poſſunt poſteri ſuccedere in id, quod non eſt. Atque hinc ſi in conditione amittendi juris eſt civitas, vel pater, in eam quoque conditionem ſuccedunt poſteri.

Additio.

„ Grotius non loquitur de juribus, quæ liberi *a patre* habent, cum enim liberis nullum jus in ea bona vivente patre competat, facile conſtat patrem pro lubitu ea derelinquere poſſe, neque liberis fieri injuriam, qui tantum ſuccedunt in jura patris, quæ fuere tempore mortis; adeoque non in ea, quæ tunc per derelictionem ejus eſſe deſierunt.

„ Sed loquitur Auctor de juribus, quæ filio ex diſpoſitione populi, vel domini directi, etſi *per patrem*, competunt, nimirum de imperiis, feudis. &c. Et de his quærit, an *nondum natis jus ſuum derelictione* patris accedente populi conſenſu *decedere poſſit*? Auctor affirmat hanc quæſtionem, & rationem addit, quia alias ſi naſcituri reclamare poſſent ſive imperium, ſive rem ab anteceſſore derelictam, finis præſcriptionis, (ut tandem imperia, & dominia certa reddantur,) ceſſaret. *n.* 2. Equidem mirum videri, ait, ſilentium nocere his, qui loqui nondum poterant. *n.* 1. At ei reſpondet, naſcituris per ſe plane jus nullum

Digitized by Google

„ lum eſſe, ſed eos demum in id jus ſuccedere, quod vel civitas, vel, pater tempore „ nativitatis habuit, adeoque non ſuccedere „ in jus, quod tum civitas, vel pater jam tacite dereliquit. *n.* 2. Atque ex eo principio „ concludit, feuda quoque, majoratus, „ & fideicommiſſa decedere naſcituris ex derelictione patris, quia cum pater nullum „ amplius jus in illis habeat, nec in filium id „ transferre poſſit *n.* 4. Cæterum jure civili „ ſtatui poſſe, ait, ut poſthumi pro natis habeantur quoties de eorum favore agitur, „ adeoque lege impediri patrem poſſe, ne „ tacita ejus derelictio noceat filio, i. e. ne „ contra filium, cui ex illa fictione jus quæſitum eſt, præſcriptio currat. *n.* 3.

„ Antequam ad examen eorum, quæ hic „ proponuntur, procedamus, vera principia „ præmittere operæ pretium erit; Quærit nimirum Auctor, *an nondum natis jus ſuum* „ *tacite per derelictionem patris decedere poſſit?* Vel, ut alibi proponit quæſtionem, „ *an abdicatio imperii, feudi, &c. a patre* „ *facta, liberis nondum natis nocere poſſit?* „ *vid. l.* 2. *c.* 7. §. 26. Merito eam negat „ Grotius: *quia impedire non poteſt, quin ad* „ *illos quoque ſuo tempore jus pertineat ex populi dono: d.* §. 26.

Excipit Auctor caſum, ſi populus, a cujus voluntate jus alienandi proficiſcitur, voluntatem mutat. Rationem hujus exceptionis hanc affert; quod ejus, qui nondum natus eſt nullum jus ſit, ſicut nec ulla ſint accidentia rei non exiſtentis: unde concludit, populum mutando voluntatem iis, qui nondum nati ſunt, ut quibus jus quæſitum nondum eſt, nullam facere injuriam. *L.* 2. *c.* 4. §. 10. *n.* 2. Atque hinc id intereſſe, ait, inter *natos*, & *naſcituros*, quod *naſcituris* nondum quæſitum ſit jus, atque ideo imperium a patre derelinqui poſſit populi voluntate: *L.* 2. *c.* 7. §. 26.

Addit, jure civili demum introductum eſſe, ut lex eorum, qui nondum nati ſunt, perſonam ſuſtineat, atque ita impediat ne factum patris eis noceat. *d.* §. 10. *n.* 3. & 4.

Fatetur igitur Auctor, patrem nec alienando, nec abdicando, nec derelinquendo, nocere poſſe naſcituris. Ratio naturæ evidens eſt, quia his jus ſuccedendi ex diſpoſitione primorum acquirentium, & ex voluntate populi quæſitum eſt ſub conditione, *ſi naſcentur*: quod proinde jus pater poſtea natis auferre nequit: *Vid. B. Parens in diſput. de ſucceſſ. Nepot. ſect.* 1. §. 9.

„ At ex hac ipſa ratione refellitur exceptio „ Auctoris. Sane uti nec pater, ita nec *populus* naſcituris jus hoc eventuale auferre „ poterit: Admitti igitur hactenus non poteſt quod Auctor ait, *nondum natis jus* „ *quæſitum non eſſe*: Nam omnino jus eis „ quæſitum eſt, ſed eventuale *ſi naſcentur*: „ Et cum Grotius fateatur jus eis quæſitum „ eſſe intuitu *patris*, (ad eum effectum, ut „ hic impedire non poſſit, quin ad illos quoque ſuo tempore jus pertineat ex dono populi, *d.* §. 26.) nulla dari poteſt ratio, „ cur non intuitu *populi* quoque jus ipſis quæſitum ſit, qui jus ſuccedendi toti familiæ, „ adeoque & naſcituris detulit. Hoc jus quæſitum igitur populus eis auferre nulla ratione poteſt. Adeoque non ex jure demum „ civili, ſed ex ipſa naturæ ratione eſt, quod „ factum patris, vel populi, naſcituris nocere „ non poſſit. Idque Auſtriacis anno 1741. „ oppoſuit Rex Boruſſiæ, cum jura ſua in „ Sileſiam vindicaret. Vid. *Kurze* Remarquen „ &c. *uber die Kurze Beantwortung &c.* „ *der Chur-Brandenburgiſchen nahern Ausfuhrung &c. cap.* 3. §. 3.

„ Equidem ille, qui in utero eſt, non eſſe in „ rebus humanis dicitur. *L.* 10. §. 1. *de vulg.* „ *ſubſt. l.* 7. *ff. de ventre in poſſ.* At hoc verum tantum eſt quoad jus *actuale*: nam „ quoad jura *eventualia* omnino in rebus humanis eſt, quia ſi conditio exiſtit, ſi naſcitur, omnia jura hominum ad eum naturali quoque jure pertinent.

„ Nec *obſtat*, nondum natos jus ſuccedendi „ in regnis ſibi aſſerere non poſſe: non ex „ facto proprio, quia cum ipſis nihil actum „ eſt, nec ex pacto primorum diſponentium, quia ex pacto tertii jus, & actio „ natura nemini acquiri poteſt. Reſp. Primi „ diſponentes jus non in perſonam imperantis „ tantum, ſed in corpus familiæ, cujus caput eſt imperans, contulerunt. Hoc igitur „ jus perpetuatur cum corpore, & omnibus „ commune eſt, qui partem illius corporis „ conſtituunt.

Jus ſuum] „ Auctor igitur ſupponit liberis *jus* aliquod *ſuum* eſſe, etſi per patrem.

Tali derelictione] „ I. e. per ſilentium „ temporis memoriam excedentis. §. 7.

Nihil ad tranquillitatem imperiorum &c.] „ Diximus, argumentum a tranquillitate imperiorum deſumtum liberis jus quæſitum „ auferre non poſſe. §. 8. *n.* 2.

Ac dominiorum] „ Quæ ſcilicet non a patre, „ etſi per patrem, in liberos devolvuntur, ut „ feuda.

Digitized by Google

Cum pleraque talia ſint ut poſteris debeantur] ,, Quia imperia, & feuda plerumque
,, familiæ deferuntur: Adeoque quilibet na-
,, ſciturorum jus tranquillitatem imperii,
,, vel dominii turbandi habiturus eſſet.

Sin poſſe affirmamus &c.] ,, I. e. ſi ſta-
,, tuimus factum patris nocere naſcituris poſſe.

Nocere ſilentium poſſit his, qui loqui non potuere] ,, I. e. *qui animum non derelinquen-*
,, *di* verbis declarare non potuerunt; *Vid.*
,, *Covarruv. cap. Peccatorum c. 3. §. 3.*
,, *pag. 221.*

Aut quomodo aliorum factum &c.] ,, De-
,, relictio ſcilicet patris.

Aliis damno eſſe poſſit &c.] ,, Naſcituris
,, ſcilicet, quibus jus ſuccedendi ex diſpoſi-
,, tione populi, & pacto primi acquirentis
,, quæſitum eſt.

2 *Nullum eſſe jus &c.*] Jus enim non competit niſi homini, naſciturus autem non eſt homo: Unde ille, qui in utero eſt, ex ſententia JCtorum non eſſe in rebus humanis dicitur. *L.* 10. §. 1. *Vulg. ſubſt. l.* 7. *ff. Ventr. in poſſ.* Sane poſtea natus jus ſibi in res a patre derelictas aſſerere nec ex jure proprio poteſt, nec ex pacto parentis, ſeu anteceſſorum: Non ex jure proprio, quia cum ipſo pactum non interceſſit: nec ex pacto primorum diſponentium, quia ex pacto tertii nemini jus oriri poteſt:

Duo tamen ſunt caſus, ubi etiam in poſteros jus continuatur: I. ſi partes diſponunt ſub conditione, quæ in poſteris demum eſt exſtitura: Vis enim hujus diſpoſitionis conditionatæ eſt, ut eventum exſpectare partes teneantur, nec interim mutare voluntatem poſſint. Adeoque verum jus hic ſubeſt, ſed eventuale, ita ut exiſtente conditione jus cum effectu incipiat. Si proinde primus acquirens feudum a domino accipit *pro ſe, & liberis*, huic diſpoſitioni ineſt conditio, *ſi liberi ſint exſtituri*: exiſtente igitur conditione, feudum ad liberos pertinet ex voluntate domini: Atque hoc jus quæſitum pater ſua derelictione auferre eis nequit. Hæc ratio eſt cur liberi feudum a patre alienatum vindicare poſſint, & cur præſcriptio eis opponi non poſſit. &c.

Continuatur II. jus in poſteros, ſi jus corpori inhæret; tunc enim jus perpetuatur cum corpore. Hæc vera ratio eſt cur id, quod Xenodochio debetur, omnibus pauperibus, etiam futuris, proprium ſit.

Additio.

,, Diximus, nondum natis verum jus,
,, ſed eventuale, competere ex diſpoſitione
,, populi, vel domini directi: Quoties igitur
,, imperium, vel feudum familiæ conceditur,
,, eo ipſo jus ſuccedendi liberis acquiritur *ſi po-*
,, *ſtea naſcuntur*: Diſponentes enim non ſibi
,, tantum paciſci voluerunt, ſed corpori fa-
,, miliæ, cujus alter diſponentium caput
,, eſt: omnibus igitur illius corporis parti-
,, bus, i. e. liberis, verum jus ex tali pa-
,, cto quæritur, quia corpus familiæ in libe-
,, ris continuatur. Cum igitur liberi jus ſuc-
,, cedendi ex diſpoſitione primorum acqui-
,, rentium habeant, id eis nec a patre,
,, nec a populo, nec a domino directo au-
,, ferri poteſt.

Sicut nec ulla ſunt accidentia rei non exiſtentis &c.] ,, Non entis enim nullæ ſunt
,, qualitates.

A cujus voluntate regnum proficiſcitur &c.]
,, I. e. qui ita diſpoſuit, ut regnum etiam po-
,, ſteris debeatur.

Voluntatem mutet &c.] ,, Ne ſcilicet
,, poſteris debeatur.

Nullam facit injuriam] ,, Dictum eſt,
,, nondum natis ex pacto primorum diſpo-
,, nentium verum jus, ſed eventuale, quæ-
,, ſitum, idque exiſtente caſu illis cum effe-
,, ctu tribuendum eſſe: adeoque populum
,, abſque injuria voluntatem mutare non
,, poſſe.

Sicut autem populus expreſſe mutare voluntatem poteſt &c.] ,, Conſentiendo in
,, alienationem patris, &c.; quod verum non
,, eſſe modo diximus.

Ita & tacite credi mutaſſe] ,, Longo ſc.
,, tempore non contradicendo derelictioni a
,, patre factæ.

Mutata igitur populi voluntate &c.]
,, Diximus, populum jus mutandi non habere.

Neque dum exiſtente eorum jure, qui exſpectari poſſunt] ,, Etſi enim cum effectu jus
,, eorum nondum exiſtat, exiſtit tamen jus
,, eventuale, quod verum jus eſt.

,, *Parentibus autem &c. id ipſum jus derelinquentibus &c.*] ,, Diximus, parentes jus
,, naſciturorum eventuale derelinquere non
,, poſſe: Id enim verum jus eſt, etſi actu non-
,, dum exiſtat.

E quibus naſci poſſunt, qui jus ſuo tempore eſſent habituri] ,, Rectius qui jus verum
,, habent, ſed eventuale.

Quo minus illud ut derelictum ab alio occupari poſſit] ,, Supponit igitur regnum a
,, patre abdicatum, accedente populi vo-
,, luntate fieri nullius, & cedere occupan-
,, ti: quod modo refutavimus.

Agimus

Digitized by Google

3 *Agimus de jure naturali*] ,, Eo enim ju-
,, re ſuccedendi jus nondum natis per dereli-
,, ctionem patris, & conſentiente tacite po-
,, pulo, auferri poſſe ſtatuit.

Ut aliæ fictiones] ,, Fictiones ſunt inven-
,, tum juris civilis, fatente hic Auctore. Ni-
,, hilo minus ipſe præcipuas juris naturalis
,, partes ex fictionibus deducit. *Vid. diſſert.*
,, *proœm. I. §. 67.*

Ut eorum, qui nondum ſunt, perſonam lex interim ſuſtineat] ,, Mentem Grotii ita ex-
,, plicat Gronovius *in not. b.* § *Legem ita*
,, *ſuſtinere perſonam, ut quod poſteri ipſi*
,, *non poſſunt acquirere, vel retinere, quia*
,, *nondum exiſtunt, id acquirant, & retine-*
,, *ant beneficio legis, quæ rationem habuit*
,, *etiam futurorum, quaſi jam eſſent.*

,, At quod nondum nati natis comparen-
,, tur, id non demum ex jure civili, nec
,, ex fictione eſt, ſed ex ipſa ratione natu-
,, ræ. Diximus enim nondum natos verum
,, jus habere ex pacto primorum diſponen-
,, tium, qui toti corpori familiæ, adeoque
,, & poſteris, proſpicere voluere: ſed jus
,, hoc tacitam conditionem continet, *ſi na-*
,, *ſcentur.* Cum igitur natura conditionis
,, ſit, ut ejus eventus exſpectari debeat,
,, naturæ quoque regulis conveniens eſt, ne
,, interim aliquid fiat, quo eveniente caſu
,, præjudicium illi juri fieri poſſit, & quo
,, futuris commodis nondum natorum aliquid
,, decedat. Hoc jus eventuale igitur his,
,, qui in utero ſunt, naturali ratione quæſi-
,, tum, nemo turbare, vel intervertere po-
,, teſt, quia ex definitione juſtitiæ jus ſuum
,, cuique tribui debet. Atque hoc eſt, quod
,, JCtus ait, *Qui in utero eſt, perinde ac ſi*
,, *in rebus humanis eſſet, cuſtoditur, quoties*
,, *de commodis ipſius partus agitur. l. 7. ff.*
,, *Stat. hom.* Conf. *l.* 26. *Eod. L.* 30. §. 1.
,, *Acq. hær. l.* 2. §. 6. *ff. Excuſ. tut. l.* 231.
,, *V. S. l. 6. in fin. C. ſolut.* Hinc alius hæ-
,, reditatem adire nequit quamdiu natus non-
,, dum eſt. *d. l.* 30 Venter in poſſeſſionem
,, mittitur. *d. l.* 7. Poſtliminio revertitur. *d.*
,, *l.* 26. &c.

,, Quoties vero de eorum commodo non
,, agitur, adeoque omne jus nondum nato-
,, rum exiſtente caſu ſalvum eſt, exſpecta-
,, ri eventus debet; Et hactenus non compa-
,, rantur natis, nam cum effectu eis ſalva
,, ſunt jura ſi nati ſunt. Hinc hæreditatem
,, non adit niſi natus. *l.* 3, §. 9 *ſuis & legit.*
,, Collatio demum locum habet a die nativi-
,, tatis. *l. ſ. ff. de Collat.* &c.

,, Not. ſi deficit conditio, i. e. ſi non na-
,, ſcuntur, *dict. leg.* vel non vivi, *d. l.* 30.
,, aut non perfecti, *l.* 3. *C. Poſth. hær. inſt.*
,, nunquam jus habuiſſe videntur.

Atque ita impediat ne quid adverſum eos occupari poſſit] ,, Auctor ſupponit nondum
,, natis jus non competere, adeoque popu-
,, lum, & parentes jus eorum nondum exi-
,, ſtens derelinquere: alios vero jus illud
,, derelictum occupare poſſe. *Vid.* §. 10. *n.*
,, 2. *in fin.* Addit hic, lege civili id impedi-
,, ri poſſe. Quæ gratis dicuntur.

Quod tamen leges velle non temere cenſenda ſunt],, Diximus, non legem id velle, ſed
,, ipſam naturæ rationem.

Quia privata iſta utilitas publicæ valde repugnat] ,, Publicam enim utilitatem in eo
,, poſuit ſupra §. 8. *n.* 3. quod ſocietatis hu-
,, manæ interſit imperia, & dominia tandem
,, certa reddi: quam rationem examinavi-
,, mus *ibidem.*

Unde &c.] ,, Quia ſcilicet non creden-
,, dum eſt leges civiles temere aliquid voluiſ-
,, ſe, quod utilitati publicæ, i. e. certitudini
,, imperiorum, & dominiorum repugnat,
,, uti repugnaret, ſi poſteri vindicare poſ-
,, ſent feuda a parentibus derelicta: adeoque
,, hic quoque concludit legem civilem non ſu-
,, ſtinere perſonam eorum, qui nondum ſunt.

Quæ non ex jure proximi poſſeſſoris] ,, Uti
,, feuda nova; de his enim dubium non eſt
,, quin pater ea alienare, adeoque & negli-
,, gere poſſit.

Sed ex vi inveſtituræ primævæ deferuntur]
,, I. e. ex pacto, & pruvidentia primorum diſ-
,, ponentium: adeoque de his ſolis quæ-
,, ſtio eſt.

Longo ſatis tempore acquiri poſſe receptior eſt ſententia &c.] ,, Imo & jure feudali, &
,, receptiori Doctorum ſententia, diſtingui-
,, tur inter *liberos*, & *agnatos*: intuitu *libe-*
,, *rorum* verum omnino eſt feuda amitti præ-
,, ſcriptione, quia hi feudum non niſi cum
,, hæreditate allodiali capere poſſunt, adeo-
,, que factum patris præſtare tenentur: At
,, de *agnatis* contrarium ſtatuitur, illiſque
,, jus eſſe feudum vindicandi aſſeritur *II. F.*
,, 45. 82. Ut proinde in genere verum non
,, ſit quod Auctor ait, *feuda antiqua longa*
,, *poſſeſſione acquiri poſſe.*

,, Cæterum hæc deciſio mere civilis, & ju-
,, re feudali inventa eſt, & videtur niti illa æ-
,, quitate, quod cum reverentia patri debita
pugnet

Digitized by Google

,, pugnet, ſi filius recuſet ſolvere debita pa-
,, terna, cum per patrem media ſolvendi,
,, ex feudo nimirum, habeat. Sane juri natu-
,, ræ magis conveniens eſt ſententia Juriſcon-
,, ſultorum Romanorum, qui circa fideicom-
,, miſſa (eadem autem ratio eſt in feudis)
,, ſtatuunt, *facto patris non auferri poſſe libe-*
,, *ris quæ non a patre, ſed a genere tribuun-*
,, *tur. Non enim hæc pater, ſed majores ejus*
,, *dederunt. L.* 3. *ff. interdict. & releg.* Add.
,, *l.* 67. §. 3. *Legat.* 2.

Quod ad jura majoratus &c. producit &c. Covarruvias] ,, Imo differte contrarium ſtatuit
,, in *agnato* ſucceſſore. *Cap. poſſeſſor c.* 3.
,, *part.* 3. *p. m.* 220. *Col.* 2. *v.* 5. *tertia* &c.
,, Simulque rationem addit, quia ſucceſſor
,, non jus habet ab eo, cui ſuccedit modo,
,, ſed a primis acquirentibus, qui cuique ſuc-
,, ceſſorum jus proprium dedere; adeo ut non
,, ſuccedat in jus ultimi poſſeſſoris, aut in
,, hujus dominium, quod morte exſtinctum
,, fuit, ſed in dominium proprium, & jus
,, peculiare, quod ſucceſſor ex voluntate pri-
,, mi inſtitutoris habet. *Covar. d. l. p.*221. *in*
,, *fin.* Cæterum de majoratu, & quid ſit, ac
,, de ejus juribus, vid. *Bets. de pact. fam. c.*8.
,, §. 50. *Molina de jure primogenituræ*, &
,, *majoratu. Ludolph. de jure primogenit. part.*
,, *ſpec. aph.*1. *n.* 10. & 11. Conf. *Covar. reſ. l.*
,, 3. *c.* 5. & *Grot. l.* 2. *c.* 7. §. 27. *n.* 1.

Et ad res fideicommiſſo obnoxias] Male id producit ad fideicommiſſa, contra expreſſam diſpoſitionem juris in *d. l.* 3.

Nibil enim probibuit &c.] ,, Auctor hic
,, occurrit objectioni, quæ non ſine ratione
,, formatur. Nimirum *feuda, & majoratus alie-*
,, *nari a poſſeſſore non poſſe, adeoque nec de-*
,, *relinqui.* Equidem reſpondet, lege intro-
,, duci poſſe ut quod expreſſo conſenſu alie-
,, nari non poſſit, poſſit tamen per lapſum
,, longi temporis. Idque ex utilitate publica
,, fieri, ait, ne dominia rerum perpetuo ſint
,, incerta, & allegat auctoritatem *Specula-*
,, *toris*, & *Chaſſanæi*, qui aſſerunt multa per
,, præſcriptionem acquiri poſſe, quæ non poſ-
,, ſunt pacto; exemplo *l.* 2. *C. Agric.* &
,, *cenſ.* ubi adſcriptitius pacto fieri non poteſt
,, ſine gleba &c. At negamus talem legem
,, ullibi ſtatutam eſſe, *ut ea quæ expreſſo con-*
,, *ſenſu alienari non poſſint, poſſint per lapſum*
,, *longi temporis.* Sane quidquid lege civili
,, expreſſe alienari prohibetur, prohibetur
,, etiam ne tacite alienetur. Utrobique enim
,, eadem eſt ratio. Neque in *d. l.* 2. contra-
,, rium ſtatuitur.

,, Certiſſimum igitur eſt, feuda, majoratus,
,, &c. longo tempore non poſſe acquiri, &
,, poſteris jus vindicandi ſalvum eſſe, nec
,, aliud lege civili ſtatutum eſſe, niſi filii ſint.
,, *II. F.* 45.

Uno actu] ,, Conſenſu ſcilicet expreſſo.

Certi temporis neglectu] ,, Adeoque per
,, temporis diuturnitatem.

Ut exſtituris ſalva ſit actio perſonalis &c.]
,, Imo talis caſus per rei naturam exiſtere
,, nequit: vel enim *filius* ejus, qui dereli-
,, quit, agit, vel *agnatus. Ille* ad id, quod
,, intereſt, agere non poteſt, quia ſemper te-
,, netur factum patris derelinquentis præſta-
,, re; *Hic* plane non agit ad id, quod intereſt,
,, ſed vindicat ipſum feudum, quod ei ex pa-
,, cto, & providentia primorum diſponentium
,, quæſitum eſt.

Ad §. XI.

Ex *his quæ diximus apparet, &c.*] ,, Poſt-
,, quam Auctor ſuppoſuit lapſum longi tem-
,, poris ad conjecturam juris derelicti valere,
,, §. 5. §. 6. moraliter autem ſemper ſufficere
,, tempus memoriam excedens, §. 7. ſaltem
,, jure gentium voluntario, §. 9. eamque de-
,, relictionem quoque nocere poſteris non-
,, dum natis, §. 10. &c.; hæc principia jam
,, applicat ad imperia, eaque per tacitam de-
,, relictionem etiam poſteris decedere exiſti-
,, mat §. *b.*

,, Cum vero in præcedentibus ſatis proba-
,, tum ſit, nec lapſum temporis, nec con-
,, jecturam derelicti, poſteris jus ex diſpoſi-
,, tione primorum acquirentium quæſitum
,, auferre poſſe, ultro ea corruunt, quæ de
,, amiſſione imperii hic tractantur.

Et regi adverſus regem] ,, Imo nunquam
,, alii regi adverſus regem derelinquentem
,, jus acquiritur: quia ſi rex derelinquit, re-
,, gnum redit ad populum, vel tranſit ad
,, ſucceſſores.

Et populo libero adverſus populum liberum &c.] ,, Si populus liber derelinquit impe-
,, rium, & alius populus id occupat, cer-
,, tum eſt huic jus imperii acquiri. At nega-
,, mus eam derelictionem ex lapſu temporis
,, præſumi.

Et eam ſecuta &c. apprehenſione] ,, Auctor
,, exiſtimat, per derelictionem imperium fieri
,, nullius, & cedere occupanti. *Vid.* §. *præ-*
,, *ced. n.* 3. *in fin.* At fallit hoc in *rege* dere-
,, linquente; uti modo dictum eſt.

Aut

Digitized by Google

Aut ex ea vim novam capiente apprehenſione] „ Supponitur hic caſus, ubi quis, antequam de animo derelinquendi regis conſtet, rem apprehendit. Hoc enim caſu, ſi poſtea derelictio apparet, apprehenſionem ſemel factam vim novam ex derelictione capere, putat.

Quæ ab initio non valent ex poſt facto convaleſcere non poſſe] Auctor theſin hanc poſuit, *populum liberum, vel regem, ex derelictione tacita adverſus populum, vel regem jus acquirere.* Inſtat, ex hac theſi ſequi videri regem, qui injuria rem alienam poſſidet, eam ex vitioſa cauſa tenere, adeoque eam poſſeſſionem ex poſt facto per derelictionem imperantis convaleſcere non poſſe. Sed reſpondet, convaleſcere eam ex nova cauſa, ſc. ex lapſu temporis longiſſimi. Equidem hæc reſponſio in caſu ubi populus liber rem injuria poſſeſſam, & poſtea derelictam acquirit, vera eſt, quia nova cauſa juſta eſt; at in altero caſu, ubi rex rem a rege derelictam acquirit, fallit, quia rex in præjudicium populi, & ſucceſſorum derelinquere non poteſt, adeoque hactenus nova illa cauſa juſta non eſt.

Regula igitur vera hactenus eſt, ut nunquam convaleſcat ex eadem cauſa, quæ ab initio fuit. Secus ſi nova cauſa, quæ juſta, ac legitima eſt, ſuperveniat, quod fit in derelictione; Ita enim pupillus qui vendit domum, nullum jus in emtorem transfert, nec convaleſcit vitium etſi major factus interim ſit, niſi nunc ratihabeat; quo caſu convaleſcit ex nova hac cauſa.

Additio.

„ Regula hæc: *Quæ ab initio nulla ſunt, poſt facto non convaleſcunt*, Catoniana a JCtis Romanis dicitur, & continetur in *L. p. ff. de Rer. jur. ac tot. tit. de Reg. Cat.*

„ Regula hæc triplicem patitur exceptionem: I. ſi negotium vitioſum eſt tantum quoad accidentalia. Quod ita explicat B. Par. *in diſp. II. de arb. bon. vir.* §. 13. Et initio quidem regula Catoniana. *Quæ ab initio nulla ſunt, poſt facto non convaleſcunt, l. pen. R. J. t. t. reg. Cat.* intelligenda eſt de iis, quæ ſimpliciter, & quoad ſubſtantiam ſuam nulla ſunt Si enim illud ſaltem non deeſt, quod ad ſubſtantiam ſufficit, negotium interim ſubſiſtit; reliqua quoque impedimenta, ſi pendente negotio removeantur, ex poſtfacto convaleſcunt: uti fit in conditionibus, ratihabitione, aliiſque negotiis ſuſpenſis. Hic autem omnino diſtinguimus inter id, quod ad ſubſtantiam negotii natura, vel jure requiritur, & quod ad ſubſtantiam actualis executionis negotii, ſc. ut actu fieri per naturam, vel legem poſſit: ita ſi legatum non eſt in commercio, i. e. ſi lege uſibus hominum exemtum, & acquiri prohibitum eſt, nec ex poſtfacto convaleſcere, & ne ſub conditione quidem valere poteſt: quia ad ſubſtantiam omnis diſpoſitionis legitimæ requiritur ut res ſit in commercio, per *L.* 83. §. 5. *V. O. l.* 35. §. 1. *eod.* At ſi ſit quidem in commercio, ſed actualis præſtatio ſaltem fieri nequeat, v. g. quod res jam ſit legatarii, aut quod ædibus juncta ſit, pure quidem non valet, quia in pura obligatione non modo validitas negotii, ſed & actualis præſtatio requiritur, *per* §. 2. *V. O.* adeoque nec ex poſtfacto convaleſcere poteſt, *per l.* 41. §. 2. *leg.* 1. ſed ſub conditione tamen valet, in qua actualis præſtatio non requiritur, *d.* [illegible]1. §. 2.

„ II. Ceſſat in illis cauſis, quæ jam initio ab aliquo eventu pendent, quo deinde exiſtente valent, deficiente deficiunt; idque non tantum quando ſub expreſſa conditione relictum, adeoque in conditionis expreſſæ eventum ſuſpenſum eſt; ſed & qualiſcunque ſit ille eventus. *Vid. B. Par. in diſp. de clauſula rebus ſic ſtantibus. c.* 5. §. 11. Qui magis id illuſtrat in *diſp. de jure circa actus imperfectos,* ubi quæſtionem proponit, an actus imperfectus ex poſtfacto convaleſcere poſſit? Et *in Sect.* 2. §. 9. *ſeq.* ita diſſerit. Quin nec unquam id convaleſcet ex poſtfacto, niſi nova cauſa, quæ per ſe perfectum negotium ſit, ſuperveniat, *l.*83. §. 5. *ff. de V.O.* §. 2. *J. de Inutil. ſtip.* alias enim nec ex initio ſuo valet, quod imperfectum, & nullum eſt, nec ex nova cauſa, ſi & illa perfectum negotium non ſit: uti cum quis pecuniam alienam, vel pupillus ſuam alii mutuam dat, contractus mutui ipſo jure nullus eſt, nec poſtea pecuniâ a debitore conſumtâ convaleſcit, quia nec initio mutuum contractum, nec ſuperveniens conſumtio per ſe mutuum eſt, ſed factum unius, ex quo debitor ſaltem quaſi ex contractu obligatur, *de quo Sect. ſeq.* Cæterum aliud eſt, quod imperfectum, aliud, quod ſuſpenſum eſt, v. g. ſi quid ſub conditione promiſſum, contractum, aut legatum fuerit; id enim perfectum negotium eſt,

„ etſi aliquid agendum, vel expectandum ſuperſit; uti re ſub conditione emta vera emtio eſt, quia de pretio convenerunt, *arg. pr. J. de emt. & vendit*, ſed conditionalis. Nam ita dicitur *in* §. *pen. J. eod.* quod *emtio tam ſub conditione, quam pure contrahi poſſit.* Et ſtipulationem aut pure, aut in diem, aut ſub conditione fieri, docet *Text. in* §. 2. *Inſt. de verb. obl.* quod idem & de legatis, & inſtitutionibus traditur, *in t. t. ff. de Cond. & demonſtr. & t. t. de Cond. Inſtit.*

„ Videri quidem poſſet, quod conditio nihil, ut loquuntur, in actu ponat: pendente enim conditione ne dies quidem cedit; antequam autem dies ceſſerit, nondum jus natum, ſed tum demum incipere dicitur. *l.* 213. *in pr. ff. de vid.* Unde ſi quis ſub conditione emerit, pendente ea nondum eſt cauſa emtionis, adeo ut licet res tradita fuerit, ea tamen traditione non transferatur dominium, nec uſucapiendi conditio, nec emtor fructus acquirat, nec ei res pereat, nec Publiciana agere poſſit, *l.* 8. *pr. ff. de per. & comm. rei vend. l.* 2. §. 1. *l.* 4. *pr. de in diem addict.* quia in his omnibus titulus emtionis requiritur, qui pendente conditione ceſſat.

„ Verumtamen, etſi emtio pura nondum ſit, eſt tamen ſpes emtionis, quæ quidem titulum non facit, ſed ſuis tamen effectibus non deſtituitur; dum non tantum ad hæredes transfertur, §. 4. *J. de V. O.* ſed & aliquam obligationem parit, non quidem ad præſtandum, quod in conventione eſt, ſed ad exſpectandum conditionis eventum, adeo ut neutra pars medio tempore pœnitere, atque a contractu altera invita recedere poſſit; Sed exiſtente deinde conditione, perinde teneatur ac ſi conditio numquam adjecta, ſed emtio in præteritum pure contracta fuiſſet: *d. l.* 8. *pr. ibi*: *quaſi jam contracta emtione in præteritum*; Hactenus itaque in ſuo genere perfectum eſt negotium.

„ Neque hoc accidit tantum conditione expreſſa, ſed & quoties initio negotium ab aliquo quocunque eventu ſuſpenſum eſt: illud enim, etſi jure nullum fuerit, hactenus tamen aliquid perfecti in eo eſt, ut in caſum illum valeat, eoque non obſtante regula Catoniana convaleſcere poſſit, *l. pen. ff. Reg. Cat.* Hoc accidit, cum maritus fundum dotalem alienat, etſi enim lege Julia id prohibitum, adeoque ipſo jure nullum ſit, *l.* 4. *& t. t. ff. de fund. dot.* tamen ſi maritus ejus deinde dominus fiat, convaleſcit alienatio. *l.* 17 *ff. eod. l.* 42. *ff. de uſurp. & uſucap.* Item ſi conjux conjugi donaverit, vel pater filio, quem in poteſtate habet, donatio nulla eſt, *l.* 1. *& t. t. ff. de donat. int. vir. & uxor. l.* 11. *l.* 17. *C. de donat.* at morte deinde utraque confirmatur, atque adeo convaleſcit, *l.* 32. §. 2. *& ſeq ff. de donat. int. vir. & ux. l.* 24. *C. eod. d. l.* 17. Si enim in univerſum alienatio, & donatio illa nulla eſſet, non poſſet ex poſtfacto convaleſcere, per regulam Catonianam: *l.* 1. *ff. de reg. Caton.* Sed cum prohibitio illa ad tempus conjugii, & patriæ poteſtatis pertineat, adeoque impedimentum ſua natura temporarium ſit, ineſt negotio ſtatim in initio eventus ille ceſſantis impedimenti; v. g. Si finito matrimonio maritus lucratus dotem fuerit, vel donator in voluntate donandi uſque ad mortem permanſerit, &c. Tali itaque exiſtente eventu, non videtur retro negotium nullum, vel imperfectum, ſed ſuſpenſum fuiſſe.

Niſi nova cauſa jus per ſe parere idonea interceſſerit] „ Talem autem novam cauſam eſſe, putat, ſi ſciens longo tempore ſilet. §. 5. & 6. quod verum non eſſe, ſupra diximus.

Alicujus populi rex verus amittere poterit regnum, & populo ſubjici] „ Putat Auctor, ex ſtatu regio præſcriptione longi temporis fieri poſſe ſtatum popularem. Quod verum non eſt, niſi rex, ejuſque liberi, cæterique agnati, tacite ſaltem conſentiant: non autem tacite conſentit qui ſilet longo tempore.

Sed princeps erat] „ I. e. qui vi officii imperium tenet, & ſic dignitate ſaltem primus eſt, de quo vide *l.* 1. *c.* 3. §. 10.

Rex ſummo cum imperio fieri] „ Si is, qui principatum in republica tenet, imperium affectat invito populo, eoque ſtatum mutat, & cum adminiſtrandi jus ſaltem habeat, jure proprio imperium exercet, nunquam longo tempore jus acquirit, niſi populi voluntas ſufficienter declarata accedat.

Inter eos dividi] „ Scilicet quoad adminiſtrationem: Nam ſtatum dividi non poſſe, ſupra *l.* 1. *c.* 4. §. 13. diximus. At hæc quoque diviſio non infertur ex tacita derelictione.

AD §. XII.

Ad §. XII.

Illud *etiam indagari &c.*] Quærit Auctor, *an privatus jus ſummi imperii, vel ejus partem acquirere poſſit per præſcriptionem a principe lege publica ſtatutam*? Negatur: Subditus enim ſuo pacto ſubjectus eſt imperio, adeoque violare hoc pactum nequit, arrogando imperium, vel ejus partem. Sane imperium non eſt in ſingulorum commercio, adeoque termini præſcriptionis ceſſant. Sed & vitioſum ſemper foret initium, & ſic perpetua mala fides. Neque leges civiles contra principem allegari poſſunt; utpote qui ipſe legibus ſolutus eſt.

Additio.

,, Quæſtio hæc eſt, *an ſubditi per præſcriptionem jure civili ſtatutam, imperium, vel ejus partem acquirere poſſint?* Recte id negat Auctor, rationes autem obſcuræ ſunt. Ideo enim præſcriptionem ceſſare, ait, I. quia princeps lege ſua ſe ipſum obligare non poteſt, neque per reflexionem, i. e. ut pars communitatis, quia princeps hic conſideratur non ut pars communitatis, ſed ut talis, in quo vis eſt integri. II. Quia deficit voluntas principis; non enim præſumi voluiſſe eum ſe ipſum obligare: III. Quia nunquam ſe vidiſſe, ait, legem civilem, quæ jus imperii præſcriptione acquiri poſſe ſtatuiſſet.

,, Aliud tamen IV. obtinere, ait, ſi in ipſa delatione imperii populus ſuam declarat voluntatem; partes ſcilicet imperii non utendo amitti, & ſubditis cedere debere.

,, Ego quæſtionem hanc, quod ad *imperium* attinet, Domitianam eſſe puto. Quis ſanæ mentis ſtatuet ſubdito, imperium per 30. vel 40. annos adverſus regem ſilentem uſurpanti, jus inde oriri? Solum ſilentium regis, longo tempore continuatum, non eſt modus amittendi juris, nedum imperii. Diximus, regem nec conſenſu expreſſo, nedum derelictione præſumta, imperium alienare poſſe, & ſi derelinquit, regnum redire ad populum: Sed & abſurda foret lex, quæ ſtatueret, *ut ſubditus poſſeſſione longi temporis imperium acquirere poſſit*, quia anſam daret ſubditis in jura regis impune involandi.

,, Quod de *toto imperio* juris eſt, id etiam ad *ejus partes* pertinet. Hinc igitur ſubditus non poteſt jus collectandi ſibi arrogare prætextu tacitæ derelictionis a rege factæ; rex enim nec partes imperii alienare poteſt, & contradictio eſt ſubditum eſſe, & tamen partem imperii jure proprio tenere. Idque in cæteris regalibus majoribus quoque obtinet.

,, Porro quæritur, *an quis libertatem ab oneribus publicis, ad defenſionem civitatis deſtinatis, per præſcriptionem temporariam acquirere poſſit?* Negatur, quia naturali jure quilibet civis ad defenſionem reipublicæ contribuere tenetur, ab hoc igitur jure nemo ſe eximere poteſt, & ſi princeps talem libertatem concedit, diſponit de jure alieno, ſc. de jure populi. *L. 6. C. Præſcr. 30. ann.*

,, Hinc facile deciditur quæſtio, *an quis rem domanialem poſſeſſione longi temporis acquirere poſſit?* Negatur: Princeps enim, qui derelinquit rem domanialem, diſponit de re aliena, quæ in ejus poteſtate non eſt; de re cujus uſumfructum ſaltem habet, non dominium. Hæc igitur res ſemper vindicari poteſt.

,, Dênique quæritur, *an rebus principis privatis præſcribi poſſit?* Merito id affirmamus, quia princeps in his rebus habetur pro privato, & qua talis ſubeſt legibus civilibus. Hinc fundum patrimonialem lapſu temporis acquiri poſſe, traditur in *Tit. C. Fund. patrim. l. ſ. C. Fund. priv. l. 4. C. Præſcr. 30. Conf. infra l. 2. c. 14. §. 1. & 2.*

An lex de uſucapione, aut præſcriptione, condita ab eo, qui habeat ſummum imperium, pertineat etiam ad ipſum jus imperii, & ejus partes neceſſarias] ,, I. e. an ſubditus jus imperii, ejuſque partes eſſentiales, vel per uſucapionem, vel per præſcriptionem temporalem acquirere poſſit?

De uſucapione] ,, Si quis forte jus imperii bona fide, per 10. annos inter præſentes, vel per 20. annos inter abſentes, poſſidet: qualis caſus vix mente concipi poteſt.

Aut præſcriptione] ,, Si ſubditus jus imperii ſpatio 30. vel 40 annorum poſſederit, rege, vel populo ſilente.

Condita ab eo, qui ſummum habeat imperium] ,, Uſucapiones enim, & præſcriptiones ſunt inventum juris Romani.

Et ejus partes neceſſarias] ,, Quæ ſunt, jus legum condendarum, pacis, belli, fœderum faciendorum, vectigalia imponendi, judicia conſtituendi, legatos mittendi, &c. proprio ſc. jure.

Pertinere arbitrari videntur JCti non pauci] ,, Vaſquius *c.* 2. *n.* 14. (ibique infiniti Doctores) item Leſſius , Molinæus &c. apud *Boecl. in not. h. l.* Qui jure Romanorum etiam jus ſuperioritatis præſcribi contra principem , aſſerunt : Arniſæus magnum Doctorum numerum negantium , & affirmantium exhibet : Conf. Menoch. *Conſ.* 2. *n.* 71. *Cravetta de antiq. temp. p.* 4. *n.* 73. *Oldrad conſ.* 69. *Sixtin. de regal. l.* 1. *c.* 5. *n.* 1143.

Qui quæſtiones de ſummo imperio ex jure tractant Civili Romano] ,, Imo non tractant quæſtiones ex jure Romano , ſed aſſerunt ſaltem, jure Romano ſtatutum eſſe ut jus ſuperioritatis præſcribi contra principem poſſit ; quod tamen verum non eſſe, ſtatim videbimus.

Nos aliter arbitramur] ,, Cum Auctore ſentiunt DD. apud Vaſquium & Arniſæum dd. ll. *Roſenth. de feud. c.* 5. *concl.* 16. *&* *loco omnium Thomaſius in Diſp. de præſcriptione regalium ad ſubditos non pertinente &c.*

Nam ut quis legibus obligetur , requiritur in legis auctore & poteſtas, & voluntas] ,, Senſus prolixæ hujus demonſtrationis eſt , quod princeps, qui ſuperiorem non habet, ſibi ipſi legem dicere nec poſſit , nec velit. Nos veram rationem cur imperium præſcribi non poſſit, modo expoſuimus.

Saltem præſumta] ,, Præſumi autem, ait, ſi materia, & ratio ſunt univerſales , uti mox ipſe explicat.

Se per modum legis , i. e. per modum ſuperioris nemo obligare poteſt] ,, Leges enim tantum præſcribuntur inferiori a ſuperiore , *L.* 4. *ff. Recept. arb.* at princeps ſuperiorem non habet. Sed & alius eſſe debet, qui imperat, alius, qui paret; alius, qui cogit , alius , qui cogitur. *L.* 13. §. 4. *ad Sc. Treb.* Idque in terminis ita de principe traditur in *L.* 31. *ff. legib.* Conf. *jus meum Controv. l.* 1. *t.* 3. *q.* 5.

Et hinc eſt, quod legum auctores habent jus leges ſuas mutandi] ,, Mutare autem non poſſent ſi illis obligarentur.

Non directe ; ſed per reflexionem , qua ſcilicet pars eſt communitatis] ,, Aliis verbis id explicat infra *c.* 20. §. 24. *Quatenus auctor legis ut pars civitatis ſpectatur , non qua civitatis ipſius perſonam, atque auctoritatem ſuſtinet.* Hinc Grotius merito diſtinguit inter actus regios , & actus, quos ut privatus peragit. *L.* 2. *c.* 14. §. 1. §. 2. *n.* 1. *&* §. *ſeq.* illi enim jure communitatis peraguntur , hi ut actus partis conſiderantur , qui communem legum regulam ſequuntur. *d.* §. 1. *&* §. 2.

Ex æquitate naturali, quæ vult partes componi ad rationem integri] ,, Ita ut idem jus ſit in parte, quod in integro.

Quod a Saule in regni initiis obſervatum, notat ſacra hiſtoria] ,, Ubi rex ob non ſervatum jejunium ſorti, & conſequenter pœnæ ſe ſubjicit : at ibi non de lege quæſtio erat, ſed de voto Deo facto : maledixit enim Saul ei,qui comederet panem uſque ad veſperam, 1. *Sam. c.* 14. §. 24. & juramentum a populo de ſervando voto præſtitum erat. *ibid. v.* 26. *&* 28. Hic igitur de jure Dei agebatur , quod Rex violare non potuit.

Sed hoc hic locum non habet , quia legum auctorem non hic conſideramus ut partem] ,, I. e. ut privatum , & membrum civitatis.

Sed ut eum in quo virtus inſit integri] ,, I. e. ut talem , qui civitatis ipſius perſonam , atque auctoritatem ſuſtinet.

Agimus enim de ſummo imperio qua tali] ,, I. e. Quatenus ab ipſa communitate exerceri videtur ; in tales autem actus imperii, ſicut leges ab ipſa communitate factæ vim nullam haberent , quia communitas ſe ipſa ſuperior non eſt , ita nec leges regiæ. *Vid. L.* 2. *c.* 14. §. 1.

Sed nec voluntas adfuiſſe præſumitur : quia legum auctores non cenſentur ſe velle comprehendere] ,, Legem enim ſubditis , non ſibi dicere volunt.

Niſi ubi & materia, & ratio legis ſunt univerſales] ,, Ita ut neminem , nec ſe ipſos excipere voluerint.

Ut in æſtimandis rerum pretiis] ,, Valor itaque , quem nummis indit princeps , obtinet etiam intuitu principis.

At ſummum imperium non eſt paris rationis cum rebus aliis] ,, Adeoque materia , & ratio legis nunquam eſt univerſalis ratione imperii.

Imo nobilitate ſua res alias multum excedit] ,, De præſtantia , & ſanctimonia imperii paſſim diſſeruimus. *Vid. ſupr.* §. 8.

Neque ullam vidi legem civilem &c. quæ ſummum imperium comprehenderet] ,, I. e. Quæ obligaret auctorem legis circa jura imperii latæ.

Unde ſequitur] ,, Ex eo ſcilicet , quod 2
præſcriptio temporalis non pertineat ad imperia.

Neque

Digitized by Google

Neque tempus lege definitum] „ Nimirum „ in uſocapione decem anni inter præſentes, „ & viginti inter abſentes; in præſcriptione „ vero 30. vel 40. anni.

Sufficere ad acquirendum ſummum imperium, aut partem ejus neceſſariam] „ Quia „ contra principem, qua principem, nunquam currit præſcriptio.

Si deſint conjectura naturales] „ Quas ex „ verbis, & ex factis colligi, dixit ſupra §. 3. „ *& ſeq.* Nos ex conjecturis imperia nunquam amitti, ſæpius diximus. Imo nec voluntate expreſſa alienari imperium poſſe, „ alibi probavimus.

Neque tantum temporis ſpatium requiri, ſi intra id tempus ea conjectura &c. adſint] „ Quod verum non eſſet, ſi præſcriptio illa civilis pertineret ad jura imperii.

Neque legem civilem, qua acquiri certo tempore res vetat, ad res ſummi imperii pertinere] „ Dixit enim, ſe nullam vidiſſe legem civilem „ de præſcriptione agentem, quæ ſummum „ imperium comprehenderet. *n.* 1. *in fin.*

Quo modo, ac tempore amitti imperium non utendo poſſet] „ Equidem ſi talis lex dicta „ eſſet, ex pacto inde obligaretur; ſed caſus „ talis hactenus non extitit, nec unquam „ extiturus eſt: abſurda enim hæc lex foret, quæ unicuique e populo jus uſurpandi „ imperium permitteret.

Qua voluntas ſequenda haud dubio eſſet] „ Quia ex pacto ſuo, adeoque ex lege naturæ, non ex lege a ſe lata obligatur.

Quia non ad imperium ipſum, ſed ad ejus habendi modum pertinet] „ Quod explicavimus ſupra. *L. I. c.* 3. §. 11. *n.* 1. *&* §. 16. „ *n.* 4. Jus enim imperii pleniſſime eſt penes regem, etſi ſub certis legibus, & conditionibus delatum ſit, quia has leges vi „ conſenſus, & pacti, adeoque ipſo jure naturæ ſervare tenetur.

„ competunt. *d. c.* 21. §. 5. *&* 6.

Omnino ſubjacent legibus populi: &c.] „ Adeoque res principis, res fiſci, & res civitatis acquiri poſſunt, ſi princeps talem legem dixit: uti jure Romano factum. *L. ſ. C. de fund. patr. L.* 4. *C. præſcr.* 30. *ann.*

Qui præſcriptione acquiſierunt ut appellari ab iis non poſſit] „ Subditus enim hic non acquirit partem imperii, ſed privilegium, „ quod princeps concedere expreſſe poteſt, „ adeoque & tacite.

Ita tamen ut ſemper aliqua ab iis ſit provocatio], Hoc dependet ex lege conceſſionis. Sane Electores adeo gaudent illo privilegio, ut „ ſubditis nec ob denegatam juſtitiam provocare ad judicia imperii liceat: uti id præjudiciis probavi in *Jure meo Controv. tit. de appellat. quæſt.* 4. Quanquam alii contrarium ſtatuant. *Vid. Furſten. de ſuprem. c.* 42. *in fin. Menoch. conſ.* 1192. *in fin.* „ *Teſin. in not. b.*

Cum perſona ſubditi pugnat] „ Imo non „ pugnat; etſi enim ex voluntate, & diſpoſitione principis appellatio a ſententia ſubditi „ non obtineat, non tamen ideo ſubditus eſſe definit, quia exemtionem illam non habet jure proprio, ſed ex privilegio principis, in cujus arbitrio eſt certas ſtatuere inſtantias.

Ac proinde ad ſummum imperium, aut partem ejus pertinet] „ Sc. ad jus leges ferendi.

Nec poteſt aliter acquiri, quam ſecundum jus naturæ] „ I. e. ſi adſunt conjecturæ naturales, §. *praced. n.* 2. de quibus conjecturis ſupra egit §. 3. *ſeq.* At diximus ibidem, ex „ conjecturis non amitti imperium; nedum „ id acquiri occupanti ex tacita derelictione, „ cum nec expreſſa poſſit.

Cui imperia ſubjacent] „ Imperia enim ſuperiorem non habent, adeoque cauſæ ejus „ ex ſolo naturæ jure deciduntur.

Ad §. XIII.

Ea *vero, qua de ſummi imperii natura non ſunt &c.*] „ Adeoque quæ ad ſubſtantiam majeſtatis non pertinent; ea enim jure directo „ quoque a majeſtate ſeparari, & in alios transferri poſſunt. *B. Par. jus publ. c.*21. 5. *&* 6.

Aut ſaltem cum aliis communicari] „ Uti „ regalia minora, quæ ad commoda privata, „ vel voluptatem principis pertinent, ut venationes &c., quæ non alio ſenſu regalia dicuntur, quam quia non privatis, ſed principi

Ad §. XIV.

Ex *his apparet quatenus recipi poſſit &c.*] 1 Quærit Auctor, an populus olim vi ſubjugatus, ſe in libertatem recipere poſſit? & reſpondet, poſſe: niſi jus ſuum amiſerit vel deditione, vel ultima victoria, vel naturali præſcriptione, i. e. remiſſione juris vel verbis, vel ſignis facta.

In libertatem, eam ſc. qua populi eſt] „ I. „ e. in libertatem publicam. *Vid. lib. I. c.* 3. „ §. 12. *n.* 1.

Se vindicare] ,, Jure ſcilicet poſtliminii ,
,, ſi vi partum eſt imperium. *Vid. l.* 3. *c.* 9.
,, §. 9. & 12. *l.* 3. *c.* 16. §. 4.

Quia quod vi partum eſt imperium, vi poſſit diſſolvi] ,, Injúria enim longo tempore non
,, corrigi, ſed augeri videtur : adeoque is, qui
,, vi occupat imperium ex vitioſo hoc titulo
,, nunquam jus videtur acquirere poſſe.

Quod autem ex voluntate ſit profectum in eo pœnitere liceat] ,, Rationem addit Vaſquius
,, *d. l. n.* 3. & 4. quod ſubditi ob utilitatem
,, ſuam ſe ſubjecerint regi , unumquemque
,; autem ſuæ utilitati renunciare poſſe.

Nam & quæ vi parta ſunt imperia , poſſunt ex voluntate tacita jus firmum acquirere]
,, Auctor rationem a Vaſquio allegatam, *quod*
,, *regna vi quæſita vi diſſolvi poſſint*, rejicit ;
,, quia voluntate tacita populi victi jus fir-
,, mum acquirere poſſit. At vera ratio eſt ,
,, quod ultima victoria, ſeu deditio , iure
,, gentium ſemper ſit juſtus titulus acquiſitio-
,, nis : civitas igitur bello victa in perpetuum
,, amittit imperium , ſpecies civitatis interit ,
,, eaque dependet ab arbitrio civitatis victri-
,, cis. Adeoque hactenus verum eſt , hunc
,, populum ſe ſe in libertatem amplius vindi-
,, care non poſſe, & merito talia conantes
,, ſervos rebelles vocat Agrippa. Secus igitur
,, ſi bellum nondum finitum eſt, ſed vel pro-
,, ceres civitatis , vel Princeps ipſe victus ,
,, vel ſocii ejus cauſam civitatis adhuc defen-
,, dunt ; tunc enim jure poſtliminii priſtinam
,, libertatem recipere poſſunt. *Vid. L.* 2. *c.*9.
,, §. 9. & 12. *c.* 16. §. 4.

,, Neque *obſtat* , omnes homines natura li-
,, beros eſſe , adeoque eos libertatem ſemper
,, bello vindicari poſſe : at bene reſpondet
,, Grotius *lib.* 2. *c.* 22. §. 11. hoc jus natura
,, quæſitum facto hominum juſta præcedente
,, cauſa auferri poſſe.

Et voluntas &c. eſſe poteſt talis] ,, Refutat
,, Grotius alteram theſin Vaſquii , *quod civi-*
,, *tas, quæ imperium in principem contulit* ,
,, *pœnitere poſſit ;* voluntatem enim jus quo-
,, que poſſe dare non revocabile, ait. At vera
,, ratio eſt , quod imperium pacto delatum
,, utriuſque conſenſu conſtituatur , adeoque
,, mutua quædam ſubſit præſtatio ; unde
,, utrique jus quæritur , quod non niſi mutuo
,, conſenſu tolli poteſt.

Aut ex initio conſtituti imperii] ,, Si po-
,, pulus ultro jus imperii in unum transfert.

Aut ex poſt facto] ,, Si populus imperium
,, vi partum nova voluntate confirmat. *Vid.*
,, *l.* 1. *c.* 4. §. 15. *n.* 1. & §. 16.

Ut jus det , quod in poſterum a voluntate non pendeat] ,, Multa enm ſunt ab initio vo
,, luntatis , quæ poſtea fiunt neceſſitatis.
,, *Conf. l.* 1. *c.* 4. §. 11.

Apud Joſephum] ,, *De bell. jud. L.*2. *c.*16.
,, Notandum eſt , Judæos jure victoriæ Ro-
,, manis paruiſſe , adeoque titulo juſto , qui
,, nec ab initio ex voluntate dependebat ,
,, imperio Romano ſubſuiſſe.

Qui rebellioni ſuæ obtendebat libertatis pridem amiſſæ deſiderium] ,, *Xenoph. Cyrop.* 3.
,, *p. m.* 69. ibi, *Libertatis, inquit* (Armenus,)
,, *cupiditate tenebar. Nam præclarum mihi*
,, *viſum eſt , & me liberum eſſe , & liberta-*
,, *tem liberis meis relinquere. Certe præclarum*
,, *eſt, inquit Cyrus, ita pugnare ne quis unquam*
,, *ſervus fiat. At ſi quis bello victus , vel quo-*
,, *dam alio modo redactus in ſervitutem , id*
,, *moliri deprehendatur , ut dominorum ſe*
,, *poteſtati eximat , huic primus ipſe mihi di-*
,, *cito , utrum ſeu viro bono , & recte ſe ge-*
,, *renti honorem habeas : an eum potius ut*
,, *injuſte agentem plectas.*

Quin & regis longa patientia poſſit populo 2
ſufficere ad pariendam libertatem publicam &c.] ,, Ex ſolo lapſu temporis patientia illa
,, non elicitur.

Talis , qualem ſupra deſcripſimus] ,, Unde
,, ſcilicet animus derelinquendi apparet : at
,, ſolum ſilentium non ſufficere , notavimus
,, *ad* §. 1. & *ſeq.* §. 7.

Libertatem publicam] ,, Ita ut ſtatus jam
,, non amplius ſit regius, ſed popularis.

Ex præſumta imperii derelictione] ,, Ex ſolo
,, ſilentio naturaliter non præſumi derelictio-
,, nem , ſæpius dictum eſt.

Ad §. XV.

Male Auctor ait, præſcribi non poſſe rebus, quæ continens exercitium non habent. Nam certum eſt, ſervitutibus diſcontinuis , *l.* 14. *Servit. l.* 6. *Serv. urb. l. f. in f. C. præſcr. long. temp. L. p. C. Servit. L.* 16. *Uſufr. junct. l.* 35. *de Reg. jur.* juri reluendi pignoris , *l.* 9. *C. pign. act.* aliiſque juribus, quæ continuum exercitium non habent , præſcribi poſſe.

Regula ergo eſt , quod omnibus rebus præſcribi poſſit : quæ regula tamdiu obtinet , donec appareat reſtricta. Reſtricta autem duobus apparet caſibus : 1. ſi is , qui rem per longam poſſeſſionem acquiſiturus eſt , nullum jus intuitu alterius poſſidet : 2. ſi res ab alio acquiri natura non poteſt.

Prior exceptio ſequitur ex natura præſcriptionis, quæ nihil aliud eſt quam exceptio, qua ob negligentiam excluditur jus agendi ejus, qui longo tempore aliom jure illo uti paſſus eſt. Si proinde alter jure illo uſus non eſt, tota præſcriptionis ratio ceſſat. Si quis igitur eodem molendino longo tempore uſus eſt, molitori inde jus nullum quæritur, nec hic cogere alterum poteſt ut continuet, quia res meræ facultatis eſt molere in hoc molendino, vel in alio: nullum ergo jus alienum poſſidet molitor, quod præſcribere poſſet. Secus igitur ſi molitor mutare volentem impediverit, & cum alibi molitum iret, prohibuerit, iſque acquieverit, hoc ipſo molitor jus aliquod in alterius actiones ſibi arrogat, adeoque jus aliquod alienum tenet, quod præſcribere poteſt.

Poſterior exceptio itidem ſequitur ex natura poſſeſſionis, ſi enim ſeparari res a perſona, i. e. alii acquiri natura non poteſt, ceſſat poſſeſſio juris alieni, adeoque termini præſcriptionis non adſunt. Atque huc pertinent jus loquendi, edendi, ridendi &c. hæc per nullam diſpuſitionem, adeoque nec per diſpoſitionem legis in alium transferri poſſunt, unde nemini longo tempore jus acquiri poteſt ne loquar, ne videam &c.

Additio.

„ Res quæ continuum exercitium non habent, jure civili (nam jure naturæ præſcriptionem plane incognitam eſſe diximus,) præſcribi poſſunt, ſi jus aliqood alienum poſſidemus. Atque hinc ſervitutibus diſcontinuis præſcribi poteſt, illæque non oſu amittuntur. *Vide Jus meum controv. L.* 44. *tit.* 3. *q.* 3. Idem de jure exigendi decimas, vel annuos reditus dicendum. Vide tamen de prioribus *Gonzal. ad Jus Can. t.* 3. *p.* 621. *n.* 2. *Beſoldi conſ. Tubing. part. I. conſ.* 19. *per tot.* &c. De poſterioribus *Lynk. diſp. de ann. redit. Carpz. juris pr. for. p.* 2. *c.* 5. *d.* 4.

„ Aliud igitur dicendum, ſi res eſt meræ voluntatis, oti ire, vel non ire. Hinc populus non amittit viam publicam non utendo: *L.* 2. *ff. via publ.* nec is, qui longo tempore ex caupona cereviſiam petiit, impediri prætextu præſcriptionis poteſt alibi cereviſiam emere &c. *Struv. Ex.* 43. §. 22. *Hering. de Mol. q.* 11. *n.* 66. niſi caupo eum prohibuerit, iſque acquieverit, tunc enim jus in alterius actionem quæſivit.

Quæ non habent quotidianum exercitium] „ Uti ſervitus itineris, non enim continuo imus &c.

Ut initio pignoris] „ Equidem cum Auctore plures Doctores negant, juri reluendi pignoris præſcribi poſſe: idque tribus præjudiciis cameræ imperialis probat *Mynſ.* 1. *c.* 16. Add. *Muller. ad Struv. Ex.* 41. *th.* 22. *Hahn ad tit. de Uſurp. n.* 14. *Carpz. p.* 2. *c.* 1. *def.* 3. *Laut. Comp. p.* 135. At rectius cum *Schurfio. cent.* 1. *conſ.* 69. *n.* 25. *Covar.* 1. *var. reſ.* 9. *n.* 1. & *Piſt. O.* 88. aliiſque, ſtatuimus, juri reluendi 30. annis præſcribi. Add. *jus meum controverſum p.* 1. *L.* 13. *tit.* 7. *q.* 19.

Item jura libertatis, quibus actus is, qui exercetur, non eſt directe contrarius] „ Quo pertinent exempla cauponæ, & molendini modo allegata. Idem dicendum ſi quis longo tempore per viam publicam non iverit; hoc enim eſt res meræ voluntatis, unde alius nullum jus prohibendi conſequitur. *Vid. jus meum controv. L.* 44. *t.* 3. *q.* 3.

Sed ei ineſt ut pars ſuo integro] „ Cum enim ubique cereviſiam petere poſſit, etiam in illa caupona poteſt; adeoque per hanc voluntatem non excluditur facultas alibi quoque emendi.

Societatem cum uno duntaxat vicino habuerit], „ Id enim res meri arbitrii eſt; unde ſocio nullum jus competit impediendi, quo minus cum alio ſocietatem contrahere poſſit.

Non amittuntur, niſi ex quo tempore interceſſit prohibitio] „ Adeoque præſcriptio in his juribus negativis tunc demum locum habet, ſi alter jus ſibi arrogat, v. g. ſi is, qui diu ex caupona cereviſiam emit, mutare volens prohibeatur a caupone, ipſeque acquieſcat. *vid. Hering. d. l. n.* 108. *Chaſſan. Conſ. Burg. rubr.* 13. §. 2. *n.* 16. *Roſenth. de feud. c.* 5. *concl.* 25. & *ſeq. Mev. p.* 7. *dec.* 267.

Sed & rationi naturali congruat] „ Sæpios dictum eſt, ſolum ſilentium non eſſe modum amittendi juris naturalem.

Etiam inter ſumma fortunæ homines], „ I. e. inter ſummas poteſtates.

CAPUT

CAPUT V.

De acquiſitione originaria juris in perſonas : ubi de jure parentum : de matrimoniis : de collegiis : de jure in ſubditos : ſervos.

I. *De jure parentum in liberos :*
II. *Diſtinctio temporis infantiæ : & ibi de infantium dominio in res :*
III. *Temporis extra infantiam in familia :*
IV. *Ibi de jure coërcendi liberos :*
V. *De jure vendendi liberos :*
VI. *Temporis extra infantiam, & familiam.*
VII. *Diſtinctio poteſtatis parentum naturalis, & civilis.*
VIII. *De jure mariti in uxorem.*
IX. *Inſolubilitas, & adſtrictio ad unam uxorem, an ſint neceſſariæ ad matrimonium ex lege evangelica.*
X. *Jure naturæ ſolo irrita non eſſe connubia ob defectum conſenſus parentum.*
XI. *Ex lege evangelica irrita eſſe connubia cum alieno viro, & uxore.*
XII. *Illicita, & irrita eſſe jure naturæ connubia parentum cum liberis.*
XIII. *Connubia fratrum cum ſororibus, item novercæ cum privigno, & ſoceri cum nuru, ac ſimilia, illicita, & irrita eſſe jure divino voluntario.*
XIV. *Non idem videri de connubiis cum propinquis ulterioris gradus.*
XV. *Poſſe eſſe quædam connubia & licita, quæ a legibus appellentur nomine concubinatus.*
XVI. *Poſſe quædam connubia illicita contrahi, & tamen rata eſſe.*
XVII. *Jus majoris partis in quibusvis ſocietatibus.*
XVIII. *Pari numero quæ ſententia prævaleat.*
XIX. *Quæ ſententiæ dividendæ, aut conjungendæ.*
XX. *Abſentium jus præſentibus accreſcere.*
XXI. *Ordo quis inter pares, etiam reges.*
XXII. *In ſocietatibus, quæ fundamentum habent in re, ſententias æſtimandas ſecundum partes, quas quisque habet in re.*
XXIII. *Jus civitatis in ſubditos.*
XXIV. *An civibus a civitate diſcedere liceat, per diſtinctionem explicatur.*
XXV. *Jus civitati nullum in exſules.*
XXVI. *Jus ex conſenſu in filium adoptatum.*
XXVII. *Jus in ſervos.*
XXVIII. *Quatenus in hoc jure dicatur ineſſe jus vitæ, ac necis.*
XXIX. *Quid ex jure naturæ ſtatuendum de his, qui ex ſervis naſcuntur.*
XXX. *Servitutis diverſa genera.*
XXXI. *Jus ex conſenſu in populum, qui ſe ſubjicit.*
XXXII. *Jus ex delicto in perſonam.*

I. NON + in res tantum, + ſed & in perſonas jus quoddam acquiritur, + & originarie quidem ex generatione, + conſenſu, + delicto. + Generatione parentibus jus acquiritur in liberos: + utrique inquam parentum, patri, ac matri: a + ſed ſi [1] contendant inter ſe imperia, præfertur patris imperium, ob ſexus præſtantiam. II. I.

GROTII.

a *Sed ſi contendant inter ſe imperia, præfertur patris imperium*] *Seneca* libro III. controverſia XIX. *Primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris.* *Chryſoſtomus* I. ad Cor. XI, 3. εἰκότως ὑποτέτακται τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή· ἡ γὰρ ἰσοτιμία μάχην ποιεῖ· *merito viro femina ſubjicitur, nam æqualitas honoris*

II. 1. + Diſtinguenda autem (aa) ſunt in liberis tria tempora: primum tempus + imperfecti judicii, τῦ βυλευτικοῦ ἀτελοῦς, ut [a] Ariſtoteles loquitur, *a Pol. 1.*
+ dum abeſt προαίρεσις, [2] + vis electrix, ut idem alibi: + ſecundum tempus *c. ult. Nic.*
perfecti judicii, + ſed dum filius pars manet familiæ parentum, ἕως ἂν μὴ *III, 4.*
χωρισθῇ, ut loquitur idem [b] Ariſtoteles: + tertium poſtquam ex ea familia *b Eth. v.*
exceſſit. [b] In primo tempore + omnes liberorum actiones + ſub [3] dominio *c. 10.*
ſunt parentum: + æquum enim eſt, ut qui ſe regere non poteſt, regatur aliunde. Æſchyli dictum eſt: (bb)

—— ætas prima, ceu brutum pecus,
Ut educetur, mentis alienæ indiget.

+ At alius naturaliter inveniri non poteſt, cui regimen competat, quam parentes.

2. Eſt tamen eo quoque tempore filius, aut filia + capax [4] dominii in res ex jure gentium, + ſed exercitium impeditur ob eam, quam [c] diximus, + ju- *c Supra*
dicii [5] imperfectionem. Habent jus, ut de pueris Plutarchus loquitur, [6] + *c. 3. §. 6. De Fort.*
ἐν κτήσει, non ἐν χρήσει. + Quare [7] ut res omnes liberorum parentibus *Alex. 11.*
acquirantur non naturale eſt, + ſed ex quorumdam populorum legibus, + quæ *p. 337. C.*
& patrem a matre in hac re diſtinguunt, + & filios non emancipatos ab emancipatis, + & [8] naturales a legitimis. + Quæ diſcrimina natura ignorat; [9] + excepta ea, quam dixi, ſexus præſtantia, ſi imperia inter ſe contendant.

+ III. In

noris pugnam parit. (Tom. III. pag. 409. *Edit. Savil.*) Idem ad Epheſios capite IV. ἀρχὴ δευτέρα ἐστιν ἡ γυνή· μήτε οὖν αὕτη τὴν ἰσοτιμίαν ἀπαιτείτω (ὑπὸ γὰρ τὴν κεφαλήν ἐστι) μήτε ἐκεῖνος ὡς ὑποτεταγμένης καταφρονείτω· σῶμα γάρ ἐστι· *Secunda poteſtas eſt mulier; neque ergo ipſa æquum ſibi jus vindicet (ſub capite enim eſt) nec eam, quod ſubdita ſibi eſt, contemnat maritus; corpus enim eſt.* (Tom. VI. pag. 865.) Deinde: δευτέρα ἐστὶν ἀρχὴ αὐτή, ἀρχὴν ἔχουσα καὶ πολλὴν τὴν ὁμοτιμίαν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τι πλέον ὁ ἀνήρ· *Altera poteſtas illa eſt, imperium & ipſa habens, multumque in honore conſortii; ſed tamen pluſculum habet vir.* (pag. 867.) *Auguſtinus* epiſt. CXCIX. *Filius ex legitimis nuptiis ſuſceptus magis in patris eſt, quam in matris poteſtate.* (Ep. 262. §. 11. ſecundum diviſionem *Benedictin.*) *Gregoras* libro VII. ubi de Andronico Palæologo & Irene agit: προστιθεμένου δὲ καὶ τοῦ, μείζονα δύνασθαι τῆς μητρὸς τὸν πατέρα, τὸ κωλύειν οὐδὲν τὴν τοῦ πατρὸς τελεσθῆναι βούλησιν ἐπὶ τῷ παιδὶ μᾶλλον ἢ τῆς μητρός· *Addebat ille, plus matre patrem poſſe, nec quicquam intercedere quo minus patris de filio valeret voluntas, etiam præ materna.* (pag. 109. *Edit. Genev.* 1616.) De reverentia matri debita vide L. congruentius. 4. C. *De Patria Poteſtate.*

b *In primo tempore*] Sunt ea ætate ita parentum, ut alia quæ parentes poſſident, ait *Maimonides* canonibus Pœnitentialibus capite VI. §. 2.

GRONOVII.

1 *Contendant inter ſe*] Aliud pater, aliud mater præcipiat, utique in mediis, & in utramque partem permiſſis. *Quintil.* decl. 6. *Poteram quidem fortiter dicere: Pater juſſi &c. Sint ſane jura patria, ſedeatque medius inter duos judex: non comparabo perſonas, quamvis apud omnes gentes plus juris habeat pater.*

2 *Vis electrix*] Delectus ad diſcrimen rerum noxiarum, & utilium.

3 *Dominio*] Regimine, moderatione.

4 *Dominii in res*] Poteſt enim & infantibus donari. *Sueton.* Tib. 6.

5 *Imperfectionem*] Imbecillitatem, débilitatem.

6 Ἐν κτήσει] Poſſeſſione, non uſu.

7 *Ut res liberorum parentibus*] §. 1. Inſtit. *Per quas perſon. cuiq. acq.*

8 *Naturales*] Nothos, ſpurios, extra conjugium ſuſceptos.

9 *Excepta ea*] Niſi quod in diſſenſione parentum, quia virilem ſexum præfert, patris potius judicium ſequendum dictat.

(aa) Confer, de toto iſto argumento, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VI. Cap. 11. *J. B.*

(bb) Græca ita ſe habent:

—— Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ, ὡσπερεὶ βοτόν,
Τρέφειν ἀνάγκη (πῶς γὰρ οὔ;) τρόπῳ φρενός.

Cœphor. pag. 257. *Ed. H. Steph. J. B.*

\+ III. In + ſecundo tempore, + cum jam judicium ætate maturuit, ſubſunt parentum imperiis non aliæ actiones, quam c 10 quæ ad familiæ paternæ, aut maternæ ſtatum aliquid momenti habent. + Æquum enim eſt, ut pars conveniat cum ratione integri. + In cæteris autem actionibus habent tum liberi ἐξουσίαν, id eſt, + facultatem moralem agendi, + ſed tenentur tamen in illis quoque ſtudere ſemper, ut parentibus placeant. Verum hoc debitum cum + non ſit ex vi 11 facultatis moralis, + ut illa ſuperiora, + ſed ex pietate, obſervantia, & gratiæ rependendæ officio, + non efficit ut irritum ſit, ſi quid contra ſit factum, + ſicut nec irrita eſt donatio rei a quocunque domino facta contra parſimoniæ regulas.

IV. In + utroque hoc tempore jus regendi etiam jus coërcendi complectitur, + quatenus nempe vel cogendi ſunt ad officium liberi, vel emendandi. + De gravioribus autem pœnis quid ſit ſentiendum, alibi erit agendi locus.

\+ V. Quanquam vero imperium paternum ita ſequitur ipſam patris perſonam, ac σχέσιν, + ut avelli, transferrique in alium non poſſit, poteſt tamen naturaliter, & ubi lex civilis non impedit, + pater filium oppignorare, d & ſi neceſſe ſit, etiam 12 vendere, ubi alia ratio eum alendi non ſuppetit: quod + ex

d Cap. 7. veteri Thebanorum lege (quam libro ſecundo d recitat Ælianus) + in populos alios videtur fluxiſſe; ipſa autem lex Thebana + a Phœnicibus, + ac porro ab 13 Hebræis veniſſe: quam ipſam obtinuiſſe + & apud Phrygas, docet Apollonius (cc) Epiſtola ad Domitianum. + Cenſetur quippe ipſa natura jus dare ad id omne, ſine quo obtineri non poteſt quod ipſa imperat.

VI. In + tertio tempore filius in omnibus eſt αὐτεξούσιος, + ſuique juris, + manente tamen ſemper illo pietatis, & obſervantiæ debito, + cujus cauſa perpetua eſt. Unde ſequitur, + regum actus irritos dici eo nomine non poſſe, quod parentes habeant.

e Num. XXX. 2. 3. 4. 5. lib. de præceptis legis, præcepto vetante CCXLII.

\+ VII. e Quicquid extra hæc eſt, a lege eſt voluntaria, + quæ alibi eſt alia. Sic jure, quod Deus Hebræis dedit, + poteſtas patris in filium aut filiam, e ad 14 diſſol-

GROTII.

c *Quæ ad familiæ paternæ, aut maternæ ſtatum aliquid momenti habent*] Ita explicat *Maimonides* legem, quæ eſt *Num.* XXX, 6.

d *Et ſi neceſſe ſit, etiam vendere*] *Jornandes* hiſtoria Gotthica: *Haud enim ſecus parentes faciunt, ſalutem ſuorum pignorum providentes, ſatius deliberant ingenuitatem perire, quam vitam, dum miſericorditer alendus quis venditur potius, quam moriturus ſervatur.* (Cap. 26. pag. 75. *Edit. Vulcan.*) Eam legem video & apud Mexicanos fuiſſe.

e *Quicquid extra hæc eſt, a lege eſt voluntaria*] *Seneca* de beneficiis III. C. XI. *quia utile eſt juventuti regi, impoſuimus illi quaſi domeſticos magiſtratus.*

GRONOVII.

10 *Quæ ad familiæ*] Vel patratæ, vel omiſſæ patris, matriſve genus, & neceſſitudines aliqua juvare, aut lædere poſſunt.

11 *Facultatis moralis*] 1, 1. 5. Quum nequeant ſibi vindicare parentes tanquam ſuum, etſi accipiant merito quaſi mercedem curæ, ſtudii, laboris in liberis educandis.

12 *Vendere*] Ut Eriſichthon filiam. *Ovid.* 8. Met. 860.

13 *Hebræis*] Exodi 21, 7. Quam ſecutus etiam Romulus. *Dionyſ. Halic.* 2, 28.

14 *Diſſolvenda vota*] Ad reſcindendum, & irritum faciendum, ſi filiusfamilias voto nuncupato temere ſe obligaſſet ad ſacrum faciendum, dona templis, aut ſacerdotibus danda, &c.

(cc) Dicit in genere ἀποδίδοσθαι τοὺς αὑτῶν: additque καὶ ἀνδραποδισθέντων μὴ ἐπιστρέφεσθαι, *Et ſi forte quis ex ſuis in ſervitutem redigatur, non convertuntur*, ad illos ſcilicet liberandos. Vit. Apoll. Lib. VIII. Cap. 7. pag. 346. *Edit. Olear.* Ubi (quod obiter obſervare liceat) luculentum exemplum eſt loquutionis μὴ ἐπιστρέφεσθαι, pro *non curare*: quod accedere poteſt iis, quæ plenâ manu congeſſit Clariſſimus CLERICUS, ad explicandum τὸ *Oculo irretorto ſpectare* Poetæ Venuſini, *Art. Crit.* Part. 1. Cap. 2. §. 11. *J. B.*

f Pars

Digitized by Google

diſſolvenda vota non erat perpetua, ſed durabat quamdiu liberi f pars erant domus paternæ. + Sic patria quædam poteſtas propria erat civium Romanorum, + etiam in filios, qui familiæ propriæ capita erant, + quamdiu emancipati non erant. Qualem in liberos poteſtatem alios non habere, + *f* ipſi Romani profitentur. Sextus Empiricus Pyrrhoniorum tertio: g *οἱ Ῥωμαίων νομοθέται τοὺς παῖδας ὑποχειρίους καὶ δούλους τῶν πατέρων κελεύουσιν εἶναι· καὶ τῆς οὐσίας τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τοὺς πατέρας, ἕως ἂν ἐλευθερίας οἱ παῖδες τύχωσι κατὰ τοὺς ἀργυρωνήτους· παρ' ἑτέροις δὲ ὡς τυραννικὸν τοῦτο ἐκβέβληται.* g *Legum Romanarum auctores liberos in manu parentum ad inſtar ſervorum eſſe, voluerunt; neque ſuorum bonorum ipſos eſſe dominos, ſed parentes, donec* [15] *manumittantur eo modo, quo mancipia ſolent: quod alii ut tyrannicum repudiant.* Simplicius *h* ad Epicteti enchiridium: *οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων πονοῦσιν, ἅμα καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι, καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαῤῥήσαντες, καὶ πιπράσκειν, εἰ βούλοιντο, τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπέτρεψαν καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. Antiquæ Romanorum leges, reſpicientes tum ad eam, quæ a natura eſt, eminentiam, tum ad labores, quos pro liberis parentes ſuſtinent, volentes præterea liberos parentibus ſine exceptione ſubjectos eſſe, credo etiam* + [16] *confiſæ naturali parentum amori, & vendendi, ſi vellent, liberos,* + *& impune interficiendi parentibus jus dederunt.* Simile patrum jus + apud Perſas, ut tyrannicum accuſat *i* Ariſtoteles: quæ ideo a nobis afferuntur, ut accurate diſtinguamus + [17] civilia a naturalibus.

f Inſt. de pat. poteſt. § Jus autem 2.

g Cap. 24. num. 221. Edit. Fabric.

h In Cap. 37. pag. 199.

i Ethic. Nicom. VIII, 12.

+ VIII. 1. + Ex conſenſu jus in perſonas quod oritur, aut ex conſociatione venit, aut ex ſubjectione. [18] Conſociatio maxime naturalis in conjugio apparet: ſed ob ſexus differentiam imperium non eſt commune, + ſed maritus *k* uxoris caput, + nempe in rebus conjugii, & in rebus familiæ: + nam uxor pars fit familiæ maritalis. + Ideo de domicilio conſtituere jus eſt marito. + Si quid ultra juris maritis conceditur, ut lege Hebræa + jus reſcindendi quævis vota uxoris, apud populos nonnullos + jus vendendi bona uxoria, non a natura eſt, ſed ab inſtituto. Exigit hic locus ut videamus + quid ſit de natura conjugii. (dd)

k Eph. v. 23.

— 2. Con-

G R O T I I.

f *Pars erant domus paternæ*] Alioqui XIII. anno filius erat obligandi ſe capax moribus Hebræis. Ita illi ad dictum in numeris locum.

g *Legum Romanarum auctores*] *Philo* in legatione: *ἡ γὰρ υἱοῦ παντελὴς ἐξουσία κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρί· Patri enim in filium omnimoda poteſtas jure Quiritum competit.* (Pag. 996. B. *Ed. Pariſ.*)

G R O N O V I I.

15 *Manumittantur*] Patria poteſtate ſolvantur emancipatione, quemadmodum ſervi ære emti manumiſſione.

16 *Confiſæ naturali*] Qui ſatis ſpondebat, parentes eo jure ad crudelitatem non abuſuros.

17 *Civilia a naturalibus*] Jus civile quorundam populorum a communibus naturæ præceptis.

18 *Conſociatio in conjugio*] Sic uxor marito dicitur *ſocia cujuſcumque fortunæ.* Tacit. 3. ann. 15. & uxoris *conſortium rerum ſecundarum adverſarumque*, eod. lib. 34. & *conjux proſperis, dubiiſque ſocia*, 12. ann. 5. item *laborum, periculorumque ſocia*, in Germ. mor. 18. & *non proſperæ tantum, ſed omnis fortunæ ſocietatem iniiſſe*, Juſtin. 23, 2. & matrimonium *ſocietas fortunarum omnium*, Liv. 1, 9.

(dd) De tota iſta materia confer. P U F E N D O R F. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VI. Cap. 1. & quæ nos in Notis diximus, ut & ad libellum *De Officio Hom. & Civis*, Lib. II. Cap. 11. ultimarum Editionum. *J. B.*

h *Viri*

Digitized by Google

2. Conjugium igitur naturaliter eſſe exiſtimamus + talem cohabitationem maris cum femina, quæ feminam conſtituat quaſi ſub oculis, & [19] cuſtodia maris: + nam tale conſortium & in mutis animantibus quibusdam videre eſt. In homine vero, + qua animans eſt utens ratione, + ad hoc [20] acceſſit fides, qua ſe femina mari obſtringit.

IX. 1. + Nec aliud ut conjugium ſubſiſtat natura videtur requirere, + Sed nec divina lex amplius videtur exegiſſe + ante Evangelii propagationem. Nam
l Deut. XXI, 15. & [h] + viri ſancti ante legem plures una uxores habuerunt, [i] + & in lege [l] præ-
m Deut. cepta quædam dantur his, qui plures una habeant, & regi præſcribitur [m] ut
XVII, 16. 17. nec uxorum, nec equorum nimiam ſibi adſciſcat copiam: + ubi Hebræi interpretes notant, octodecim + ſive uxores, ſive concubinas regi fuiſſe conceſſas,
n 2. Sam. XII, 8. + & Davidi [n] Deus imputat, [k] quod uxores ei complures, & quidem illuſtres dediſſet.

o Deuter. XXIV, 4. 2. + Sic & dimittere uxorem [o] volenti + modus præſcribitur, + nec dimiſſam ducere quisquam impeditur, + præter eum, qui dimiſit, [l] + & ſacerdotem. Hæc tamen ad alium maritum transeundi libertas + ipſo naturali jure ita reſtringenda eſt, [21] ne inde oriri poſſit prolis confuſio. + Hinc illa [22] apud
p Ann. I, 10. Tacitum [p] juris pontificii quæſtio: *an concepto, necdum edito partu rite nuberet.* Apud Hebræos inter utrumque matrimonium + tres menſes interponi jubeban-

GROTII.

h *Viri ſancti ante legem*] Chryſoſtomus de Sara: *κἀκείνη πάλιν ἐσπούδασε τῆς ἀπαιδίας ἐπινοῆσαι παραμυθίαν αὐτῷ τινα ἀπὸ τῆς παιδίσκης· οὔπω γὰρ ταῦτα τότε κεκώλυτο·* *Ipſa viciſſim ſtudebat ſterilis conjugii ſolatium ex ancilla quærere: nondum enim talia tunc vetita erant.* (In *I. ad Corinth.* Cap. XI. pag. 414. Tom. III. *Ed. Savil.*) Eundem vide 1. ad *Timoth.* c. III. (verſ. 1. Tom. IV. pag. 286.) *Auguſtinus* de doctrina Chriſtiana libro III. cap. XII. *Erat uxorum plurium ſimul uni viro habendarum inculpabilis conſuetudo.* Similia habet ibidem cap. XVIII. Tum vero cap. XXII. *Multa enim ſunt, quæ illo tempore officioſè facta ſunt, quæ modo niſi libidinoſe fieri non poſſunt.* & libro XVI. de Civitate Dei, cap. 38. *quoniam multiplicandæ poſteritatis cauſa plures uxores lex nulla prohibebat.*

i *Et in lege*] *Joſephus* Antiq. hiſtor. XVII, 1. *πάτριον ἐν ταυτῷ πλείοσιν ἡμῖν συνοικεῖν·* *Mos nobis patrius, eodem tempore plures habere uxores.* (§.2.)

k *Quod uxores ei complures, & quidem illuſtres dediſſet*] *Joſephus* eo hiſtoriæ loco: *δόντος δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκας, ἃς δικαίως καὶ νομίμως ἠγάγετο·* *cum Deus ei uxores dediſſet, quas juſte, ac legitime habere poſſet.* (Ant. Jud. VII, 7. §. 3.) Peſictha ad *Levit.* XVIII. notiſſimum ait eſſe, eum, qui dicat vetitum eſſe habere plures uxores, neſcire quid ſit de lege.

l *Et ſacerdotem*] Levit. XXI, 7. Repudiatæ additur vidua ibidem verſ. 14. quod de principe ſacerdote intellexit *Philo*, (*De Monarch.* pag. 827. A.) & plerique hodie interpretes, ob ea, quæ præcedunt commate 10. & deinceps. Sed quemvis ſacerdotem intelligi debere oſtendit *Ezechiel* XLIV, 22. & in explicatione legis, ut & contra Apionem primo *Joſephus.* connectenda ergo lex cum initio capitis, ut illa de pontifice maximo obiter ſint interpoſita. (At vero *Joſephus* diſertè dicit, ſoli Sacerdotum principi vetitum eſſe ducere Viduam, quum aliis Sacerdotibus id liceat. *Τὸν δ' ἀρχιερέα μέντοι, οὐδὲ τεθνηκότος ἀνδρὸς ἠξίωσε γαμεῖν γυναῖκα, τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συγχωρῶν.* Ant. Jud. Lib. III. Cap. XII. §. 2. *Edit. Hudſon.* In loco autem ex *lib. I. contr. Apion.* §. 7. de Viduâ ne *γρῦ* quidem. Hinc Auctor noſter in adnotat. ad locum *Levitici* laudatum planè omiſit *Joſephi* teſtimonium. Quod autem conjicit de parentheſi, durum videtur. Confer SELDEN. *De Uxore Hebr.* Lib. I. Cap. 7. & *de Succeſſ. in Pontific.* Lib. II. Cap. 2. *J. B.*)

GRONOVII.

19 *Cuſtodia maris*] Videtur addendum, procreationis, & mutui auxilii cauſa. *Quintil.* decl. 368. *Sic mares feminis junguntur, ut imbecillior ſexus præſidium ex mutua ſocietate ſumat.*

20 *Acceſſit fides*] Tacite ſignificat fidem, quam dat maritus uxori, non eſſe a natura, ſed ab inſtituto.

21 *Ne inde oriri*] Ne prius dimiſſa jungatur alii, quam certum, exploratumque ſit non eſſe gravidam ex priori, & ſciri poſſit, ſi quid poſtea pariat, non eſſe ab eo, a quo divortit.

22 *Apud Tacitum*] 1. ann. 10.

23 *Quod*

Digitized by Google

jubebantur. + At Chriſti lex, (ee) ut res alias, ita & hanc q conjugii in- q Matth.
ter Chriſtianos ad perfectiorem redegit normam, + ex qua & qui dimiſiſſet V, 32.
uxorem non adulteram, & qui duxiſſet dimiſſam, adulterii reos pronuntiat: XIX, 9.
+ & Apoſtolus ejus, atque interpres r Paulus, non viro tantum jus dat in cor- r 1. Cor.
pus uxoris, [23] + quod & in naturali ſtatu procedebat (ὁ γὰρ μιγνύμενος VII, 4.
κατὰ νόμον ἀφροδίτης παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης, inquit
s Artemidorus, id eſt, *qui connubii lege feminæ conjungitur*, + *is in corpus ejus* s Oneirocrit.
dominium habet:) + ſed & uxori viciſſim in corpus mariti. m Lactantius: *Non
enim, ſicut juris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium;
maritus autem etiamſi plures habeat, a crimine adulterii ſolutus eſt. Sed divina
lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut
adulter habeatur quisquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit.*

3. Scio a plerisque exiſtimari + in utroque hoc capite + non novam a Chriſto conditam legem, ſed reſtitutam quam Deus pater rerum primordio condiderat: in quam ſententiam adduxiſſe eos videntur + ipſa Chriſti verba, ubi ad primordium illud nos revocat. + Sed reſponderi poteſt, ex prima illa conditione, qua uni mari feminam non niſi unam Deus attribuit, ſatis apparere + quid optimum ſit, Deoque gratiſſimum: & hinc ſequi, ſemper id fuiſſe egregium, ac laudabile: non tamen ut aliter facere nefas eſſet, + quia ubi lex non eſt, ibi non eſt legis transgreſſio; [24] + at lex de ea re nulla illis temporibus exſtabat. Sic etiam cum dixit Deus ſive per Adamum, [25] ſive per
Moſem, t tantum eſſe fœdus matrimonii, ut vir parentis familiam relinque- t Gen. II,
re debeat, quo novam cum uxore familiam conſtituat: + [26] idem ferme di- 24.
xit quod Pharaonis filiæ dicitur Pſalmo XLV, 11. *Oblivisſcere populi tui, & domus patris tui.* Et ex hac tam arctæ amicitiæ inſtitutione ſatis apparet, n Deo gratiſſimum eſſe, ut perpetua ſit ea conjunctio: non tamen eo evincitur à Deo

GRONOVII.

23 *Quod & in naturali*] Quod & ex naturæ lege ſine monitu Apoſtoli marito competebat.

24 *At lex de ea nulla*] Ipſe Chriſtus videtur dicere *Matth.* 19, 4.

25 *Sive per Moſem*] Quaſi Moſes hæc verba tribuerit Adamo per ethopœiam, ut hiſtorici conciones Imperatoribus.

26 *Idem ferme dixit*] Ut qui tantum prædicet, quid effecturus ſit amor: non edicat, quid neceſſario fieri debeat.

(ee) Auctor noſter poſtea mutavit ſententiam, ut patet ex Adnotationibus ejus in *Matth.* V, 32. ubi oſtendit, in loco illo, & aliis ſimilibus Evangeliorum non damnari Polygamiam, ſed tantum abuſum Divortii, *quacunque ex cauſſâ* facti. Hinc in eximio opuſculo *de Verit. Relig. Chriſt.* dicit, tantum *Chriſtianos ſequi* morem *Germanorum*, & *Romanorum*, qui unâ uxore contenti fuerunt, *Lib.* II. §. 13. Et in Notâ ſubjectâ ibidem remittit tantum ad locum 1 *Corinth.* VII, 4. Sed de ea re egimus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

GROTII.

m *Lactantius*] Libro inſtitutionum VI. c. XXIII. ubi & hoc ſequitur: *Exemplo continentiæ docenda eſt uxor, ut ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, ut id exigas, quod ipſe præſtare non poſſis.* Senſus idem in Gregorio Nazianzeno, πῶς ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις; *quomodo exigis, & non rependis?* (Orat. XXXI. pag. 500. C.) Hieronymus ad Oceanum: *Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti; aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ fræna laxantur, & ſolo ſtupro, atque adulterio condemnato, paſſim per lupanaria, & ancillulas libido permittitur, quaſi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos quod non licet feminis, æque non licet viris, & eadem ſervitus pari conditione cenſetur.* (Tom. I. pag. 198. C. *Ed. Baſil.*)

n *Deo gratiſſimum eſſe*] Et multis olim quoque ſapientibus prælatus hic mos. *Euripides* in Andromacha ex perſona Hermiones: (*verſ.* 177, & *ſeqq.*)

Deo ° jam tunc imperatum, ne qua de cauſa fœdus illud ſolveretur. + At ᵘ Chriſtus quod Deus inſtitutione conjunxerat, id ab homine ſeparari vetuit, + ex eo quod optimum, Deoque acceptiſſimum eſt, digniſſimam lege nova deſumens materiam.

4. Pleraſque gentes certum eſt antiquitus ut [27] + divortiorum libertate, + ita plurium feminarum conjugio uſas. Prope ſolos barbarorum Germanos ſingulis uxoribus contentos ſuo tempore fuiſſe, ˣ Tacitus memorat; idque paſſim oſtendunt hiſtoriæ tum ʸ Perſarum, ᵖ tum (ff) Indorum. ᵍ + Apud Ægyptios ᶻ ſoli ſacerdotes unius feminæ conjugio utebantur. Sed & apud Græcos ᵃ Cecrops primus, teſte Athenæo, *μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, unam feminam uni marito attribuit*: + quod tamen ne Athenis quidem diu obſervatum, [28] + Socratis

u *Marc* X, 9.
x *De moribus Germ.* c. 18.
y *Dan.* v. 2.
z *Diod. Lib.* 1. p. 51. *Ed. H. Steph.*
a *Juſtin.* 41, 6.

tis

——— οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἕν' ἡνίας ἔχειν·
Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν κύπριν
Στέργουσιν, ὅς τις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

——— *non etenim decet*
Unum imperare feminis geminis virum:
Contentus uno conjugis vivat toro,
Quicunque cupiet rite curatam domum.

Et in choro: (*verſ.* 464. *& ſeqq.*)

Οὐδέποτ' ἂν δίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν,
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους,
Ἔριν μὲν οἴκων.
Δυσμενεῖς τε λύπας.
Τὰν μίαν μοι στεργέτω πόσις γάμοις
Ἀκοινώνητον εὐνὰν ἀνδρός.
Οὐδὲ γὰρ ἐν πόλεσι
Δίπτυχοι τυραννίδες
Μιᾶς ἀμείνονες φέρειν,
Ἄχθος δ' ἐπ' ἄχθει,
Καὶ στάσις πολίταις.
Τεκόντοιν θ' ὕμνοιν ἐργάταιν δυοῖν
Ἔριν Μοῦσαι φιλοῦσι κραίνειν.
Πνοαὶ δ' ὅταν φέρωσι ναυτίλους θοαὶ
Κατὰ πηδαλίων,
Δίδυμαι πραπίδων γνῶμαι,
Σοφῶν τε πλῆθος ἀθρόον ἀσθενέστερον
Φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς.
Ἑνὸς ἁ δύνασις ἀνά τε μέλαθρα,
Κατά τε πόλιας,
Ὁπόταν εὑρεῖν θέλωσι καιρόν.

Nunquam gemina de matre genus,
Nunquam duplices laudabo toros,
Odii, & diræ ſemina rixæ.
Unam debet non ambigui
Vir participem noſſe cubilis:
Duo nec domini rectius urbes,
Terraſque regunt, quam quæ ſceptrum
Tenet una manus: quin ſic oneri
Onus accedit: diſcors agitat
Rabies rupto fœdere cives.
Etiam artifices carminis inter
Geminos ipſæ triſtia miſcent
Prælia Muſæ: cumque in pelago
Vela carinæ fert aura levis,
Plus una valet, contenta licet,
Dextera clavi, quæ fræna tenet,
Quam conſilii vis in partes
Diſtracta duas, aut prudentum
Numeroſa cohors. una poteſtas
Temperet urbem, regat una domum,
Si modo cordi eſt tranquilla quies.

Plautus Mercatore: (IV, 6. 8.)

Nam uxor contenta eſt, quæ bona eſt, uno viro:
Qui minus vir una uxore contentus ſiet?

o *Jam tunc imperatum*] Sic & in cauſa plurium uxorum diſtinguit *Ambroſius* id, quod laudaverat in paradiſo Deus, a damnatione contrarii c. IV. lib. 1. de Abraham. quem locum *Gratianus* poſuit cauſa XXXII. quæſt. IV. c. 3. [Vide quæ diximus in Tractatu Gallico *De doctrina Morali Patrum Eccleſ.* Cap. XIII. §. 10, *& ſeqq.* J. B.]

p *Tum Indorum*] Et Thracum, de quibus verſus ſunt *Menandri*, (apud *Strab.* Lib. VII. pag. 297.) & *Euripidis* in Andromacha. (*verſ.* 214. *& ſeqq.*)

q *Apud Ægyptios ſoli ſacerdotes*] Vide *Herodianum* libro II. (Sine dubio *Herodianus*, apud quem nihil quod ad rem faciat, poſitus eſt heic pro *Herodoto*, undecumque error ortus fuerit. At hic contrarium plane docet, nimirum omnes *Ægyptios* una uxore contentos fuiſſe, quemadmodum in more erat *Græcis*: *Καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες.* Lib. II. Cap. 92. Utri credemus? *Herodoto*, an *Diodoro Siculo*, ita inter ſe pugnantibus? *J. B.*)

GRONOVII.

27 *Divortiorum libertate*] Libera, & licita feciſſe divortia, ſeu permiſiſſe conjugibus, ut poſſent vinculum matrimonii ſolvere.

28 *Socratis*] Qui duas uno tempore habuit uxores, Xantippen, & Myrtonem Ariſtidis filiam. (Vid. *Diogen. Laërt.* Lib. II. §. 26.)

(ff) Vide STRABONEM, *Geograph.* Lib. XV. pag. 714. Ed. Pariſ. Caſaub. *J. B.*

s *Nos*

tis, + & aliorum *b* exemplo docemur. Quod ſi qui populi continentius egerunt, ut Romani + ſemper duabus uxoribus, divortio [29] diu abſtinuerunt, + laudandi ſunt ſane, ut qui ad id quod optimum eſt acceſſerint: unde & [30] + Flaminicæ apud eosdem Romanos matrimonium, niſi morte, non ſolvebatur: *r* + non tamen inde ſequitur peccaſſe, qui fecerunt aliter ante promulgatam Evangelii vocem.

b Gellius XV. c. XX.

X. 1. Nunc + quæ rata ſint jure naturæ conjugia, videamus: in quo dijudicando meminiſſe debemus, + non omnia, quæ juri naturæ repugnant, irrita fieri jure naturæ, + ut exemplo [31] prodigæ donationis apparet; + ſed ea demum, [32] in quibus deeſt principium dans validitatem actui, + aut (gg) in quibus [33] vitium durat in effectu. + Principium & hic, & in aliis actibus humanis, unde jus oritur, eſt jus illud, quod [34] facultatem moralem interpretati ſumus, + ſimul cum voluntate ſufficiente. + Quæ voluntas ſit ſufficiens ad jus producendum, [35] infra melius tractabitur, ubi de promiſſis in genere agetur. + Super facultate morali quæſtio oritur de parentum conſenſu, quem ad validitatem conjugii quaſi naturaliter quidam requirunt. + Sed in eo falluntur. Nam quæ adferunt argumenta nihil aliud probant, + quam [36] officio filiorum conveniens eſſe, ut parentum conſenſum impetrent: quod plane concedimus cum temperamento, + niſi manifeſte iniqua ſit parentum voluntas. Nam ſi in omnibus rebus filii reverentiam parentibus debent, certe præcipue eam debent + in eo negotio, [37] quod ad gentem totam pertinet, quale ſunt nuptiæ. + Sed hinc non ſequitur jus illud, quod facultatis, aut dominii nomine explicatur, deeſſe filio. Nam qui uxorem ducit, + & maturæ eſſe debet ætatis, + & extra familiam abit, + ita ut hac in re regimini familiari non ſubjiciatur. + Solum autem reverentiæ officium non efficit, ut nullus ſit actus qui ei repugnat.

2. Quod autem a Romanis, aliisque conſtitutum eſt, ut quædam nuptiæ, quia conſenſus patris deficit, irritæ ſint, + non ex natura eſt, ſed ex juris conditorum voluntate. + Nam & eodem jure *s* + mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, ſuo diſſenſu matrimonium irritum non facit, + ac ne

GROTII

r Non tamen inde ſequitur peccaſſe] *Auguſtinus* libro XXII. C. XLVII. contra Fauſtum: *Quando mos erat, crimen non erat.* Poſuit & hoc *Gratianus*, [illegible] ſub Ambroſii nomine. (*Cauſ.* XXXII. *Quæſt.* IV. C. 7.)

s Mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, ſuo diſſenſu matrimonium irritum non facit] Imo & avi, ſi is liber eſt, voluntas plus valet, quam patris, qui ſervilis ſit conditionis. *Gratian.* cauſa 32. quæſtione III. c. unic.

GRONOVII.

29 *Diu*] Uſque ad annum urbis conditæ 522. quum primus Sp. Carvilius Ruga uxori nuntium remiſit, quod ſterilis eſſet. *Gellius* 4, 3. & 17, 21.

30 *Flaminicæ*] Diali Flamini, ſive Jovis ſacerdoti nuptæ. *Gell.* 10, 15.

31 *Prodigæ donationis*] Inf. cap. 11. num. 9.

32 *In quibus deeſt*] Quæ qui facit, caret facultate morali ad agendum.

33 *Vitium durat*] Singuli actus peccatum iterant.

34 *Facultatem moralem*] 1, 1. 4. & 5.

35 *Infra melius*] Lib. 2. c. 11.

36 *Officio convenieus*] Decere pios liberos.

37 *Quod ad gentem*] Nam turpes nuptiæ dehoneſtamentum ſunt totius familiæ.

(gg) *Ubi actûs turpitudo eſt permanens*, ait Auctor *Adnot. in Matth.* XXII, 30. Exemplum eſt in eo, qui rem alienam furatus eſt, aut mala fide poſſidet alio quocumque modo: quamdiu enim illam retinet, aut illa utitur, ſinguli actus habent contrectationem rei alienæ.

t *Quæ-*

b L. 25. D. de ritu nupt. ne pater [b] quidem filii emancipati: & ſi pater ipſe ſit in patris ſui poteſtate, [c] + in filii nuptias & avus, [38] & pater conſentire debent: [39] filiæ avi auctoritas ſufficit. + Quæ diſcrimina naturali juri incognita ſatis oſtendunt, venire hæc ex jure civili.

c L. 16. §. 1. D. eod. tit.

3. + In ſacris literis videmus quidem pios viros, multoque magis mulieres, ([t] [40] quarum [d] verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio ſtare, quo & illa pertinent, + quæ priore ad Corinthios [e] de elocanda virgine legimus) in contrahendis nuptiis ſecutos auctoritatem parentum: + ſed non tamen irritum pronunciatur Fſavi [f] conjugium, aut liberi illegitimi, quia ſine tali auctoritate nuptias contraxerat. Quinctilianus, + jus ſtrictum, & quidem naturale reſpiciens, [g] ſic ait: *Quod ſi licet aliquando etiam contra patris voluntatem ea, quæ alioqui reprehenſionem non merentur, filio facere;* [u] *nusquam tamen libertas tam neceſſaria, quam in matrimonio eſt.*

d L. 20. C. de nuptiis.
e VII, 36.
f Geneſ. XXIX. & XXXVI.
g Decl. 257.

XI. Cum + ea, quæ alteri nupta eſt, matrimonium haud dubie irritum eſt, lege quidem naturæ, [41] + niſi vir prior eam dimiſerit, + tamdiu enim durat ejus dominium: [42] + lege autem Chriſti, donec mors vinculum diſſolverit. + Irritum autem eſt ideo, quia & [43] facultas moralis deeſt, + ſublata per prius matrimonium, + & omnis effectus eſt vitioſus. + Singuli enim actus contrectationem habent rei alienæ. + Viciſſim ex [44] Chriſti lege irritum eſt conjugium cum eo, qui maritus ſit alterius mulieris, + ob jus illud, quod Chriſtus feminæ pudicitiam ſervanti dedit in maritum.

XII. 1. De conjugiis eorum, qui ſanguine, aut affinitate junguntur, + ſatis gravis eſt quæſtio, + & non raro magnis motibus agitata. Nam cauſas certas, ac naturales, cur talia conjugia, ita ut legibus, aut moribus vetantur, illicita ſint, aſſignare qui voluerit, + experiendo diſcet, quam id ſit difficile, imo

GROTII.

t *Quarum verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio ſtare*] *Non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum*, ait *Ambroſius* lib. I. de Abraham. c. ult. relatus in codicem *Gratiani*, cauſa XXXII. quæſtione II. c. 13. *Donatus* Andria: (IV. 4. 2.) *Summa poteſtas nuptiarum in patre puellæ eſt*. Hermione apud *Euripidem*: (*Androm.* verſ. 987.)

Νυμφευμάτων δὲ τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει, κ' οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

Curam parenti de meis ego nuptiis
Permitto, non eſt illud arbitrii mei.

Hero apud Muſæum: (verſ. 179. 180.)

Ἀμφαδὸν οὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι.
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν —

Lege maritali jungi non poſſumus ambo,
Cum nolit mater, nolit pater.

u *Nuſquam libertas tam neceſſaria eſt, quam in matrimonio*] *Eugraphius* ad Andriam actu x. ſcena V. *Tangitur & iſtud, ut patrum imperiis obſequi filii debeant. Conſtat enim circa nuptias eſſe filiis liberam voluntatem.* Caſſiodorus VII, 40. *Durum eſt libertatem liberam non habere (in matrimonio,) unde liberi procreantur.*

GRONOVII.

38 *Et pater conſentire*] Ne invito ei ſuus heres agnaſcatur.

39 *Filiæ avi auctoritas*] Quia exit in aliam gentem, & quod parit, non eſt hujus, ſed ſui patris in poteſtate.

40 *Quarum verecundiæ maxime*] Ideo tantopere in ſorore Tryphæna culpat Cleopatra, contra matris voluntatem extra Ægyptum nupſiſſe. *Juſtin.* 39, 3.

41 *Niſi prior vir*] Quia lex naturæ non repugnat divortio.

42 *Lege Chriſti*] Qui divortium non permiſit, niſi eum adultera.

43 *Facultas moralis*] Et viro ad ducendum, & feminæ ad ſe tradendam, vel ad conveniendum in alterius manum.

44 *Chriſti lege*] Non naturæ, aut veteris fœderis, quæ concedunt polygamiam.

x *Plu-*

imo præſtari non poſſit. Nam quam [x] Plutarchus [g] attulit in quæſtionibus Romanis, + & Auguſtinus ſequitur de Civitate Dei, libro XV. Cap. XVI. + [45] de latius ſpargendis amicitiis per diffuſas affinitates, + non tanti eſt ponderis, ut quod contra fiat irritum, aut illicitum cenſeri debeat. + Neque enim quod minus utile eſt, ſtatim & illicitum eſt. Adde, quod accidere poteſt, ut huic qualicunque utilitati + alia major utilitas repugnet, neque eo dumtaxat caſu, quem Deus in lege Hebræis data excepit, + ubi vir quiſpiam [46] ſine prole obiit, cui non diſſimile eſt, + quod de virginibus [47] ex aſſe heredibus, quas *ἐπικλήρους* vocant, & [48] + Hebræo, [y] + & [49] Attico jure conſtitutum eſt, ad conſervandas ſcilicet in familia res avitas, + ſed aliis multis, qui aut conſpici ſolent, aut excogitari poſſunt.

g Quæſt. 108. pag. 289. D.

2. + Ab hac generalitate [50] + eximo matrimonia parentum + cujuſcunque gradus cum liberis, quæ quo minus licita ſint, ratio (ni fallor) ſatis apparet. Nam nec maritus, qui ſuperior eſt lege matrimonii, + eam reverentiam poteſt præſtare matri, quam natura exigit, nec patri filia; quia quanquam inferior eſt in matrimonio, + ipſum tamen matrimonium talem inducit ſocietatem, quæ illius neceſſitudinis reverentiam excludat. Bene Paulus [b] Juriſconſultus, cum dixiſſet, in contrahendis matrimoniis [z] naturale jus, & pudorem inſpiciendum, + addidit, contra pudorem eſſe filiam ſuam uxorem ducere.

b L. Adoptivus, 14. §. Serviles, 3. D. de ritu nupt.

GROTII.

x *Plutarchus attulit in quæſtionibus Romanis*] Philo de legibus ſpecialibus: (pag. 780.) εἰ δὲ τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους κοινωνίας καὶ ἐπιμιξίας ἐπέσχεν, εἰς βραχὺ χωρίον τὸ ἑκάστης οἰκίας συνελάσας μέγα καὶ λαμπρὸν ἔργον, ἐκτείνεσθαι καὶ χεῖσθαι δυνάμενον εἰς ἠπείρους καὶ νήσους καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν; αἱ γὰρ τῶν ὀθνείων ἐπιγαμίαι καινὰς ἀπεργάζονται συγγενείας, τῶν ἀφ' αἵματος οὐκ ἀποδεούσας, τῶν χάριν πολλὰς καὶ ἄλλας ὁμιλίας ἐνεῖλον. *Quid opus hominum inter ſe neceſſitudines, ac vincula inhibere, & unius domus anguſtiis claudere tam ingens, ac præclarum opus, quod extendi, fundique poteſt in regiones, & inſulas, orbemque univerſum? Affinitates namque cum extraneis novas pariunt conjunctiones hominum, non minores illis, quæ e ſanguine veniunt: quod reſpiciens Moſes alias etiam multas propinquorum nuptias vetuit.* Chryſoſtomus ad 1 Corinth. XIII, 13. τί στενοχωρεῖς τῆς ἀγάπης τὸ πλάτος; τί περιττῶς ὑπόθεσιν ἀναλίσκεις εἰς αὐτὴν φιλίας, οἷ ἦν δυνατὸν καὶ ἑτέραν κερδῆσαι φιλίας ἀφορμὴν ἐκ τοῦ γυναῖκα ἀγαγεῖν. *Quid in arctum cogis amoris latitudinem? quid ſupervacuo amicitiæ cauſam perdis, per quam poteras aliam amicitiæ parandæ occaſionem acquirere, extraneam ducendo uxorem?* (Tom. III. pag. 469. *Ed. Savil.*)

y *Et Attico jure*] Vide *Demoſthenem* ad Leocharem: *Fortunatianum* rhetorem: *Donatum* Phormione act. 1. ſcen. 13. (*verſ.* 75.) & Adelphis IV, 5. 17.

z *Naturale jus, & pudorem inſpiciendum*] Egregie hoc exſequitur *Philo* de ſpecialibus legibus; ubi eſſe dicit μέγιστον ἀνοσιούργημα, *maximum nefas*, πατρὸς εὐνὴν τετελευτηκότος, ἣν ἄψαυστον ὡς ἱερὰν ἔχειν φυλάττεσθαι, καταισχύνειν, γήρως δὲ καὶ μητρὸς αἰδῶ μὴ λαμβάνειν, τὸν αὐτὸν τῆς αὐτῆς υἱὸν καὶ ἄνδρα γενέσθαι, καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ μητέρα καὶ γυναῖκα· *Patris mortui cubile, quod tanquam res ſacra, intactum ſuis oportuit, contemerare, neque ſenectutis, neque materni nominis verecundia tangi, eundem ejuſdem eſſe filium, & maritum, eandem ejuſdem matrem, & uxorem.* (Pag. 778. C. *Edit. Pariſ.*)

GRONOVII.

45 *De latius ſpargendis*] Tanquam ideo vetitum ſit proximos conſanguineos nuptiis conjungi, ut externi cupidius in ſocietatem conjugalem appeterentur.

46 *Sine prole obiit*] Ut ejus viduam frater ducat, mortuoque ſemen excitet. *Deut.* 25, 5.

47 *Ex aſſe heredibus*] Quæ fratrem non habent, & ſolæ ſunt parentum heredes. (*Numer.* XXXVI, 8.)

48 *Hebræo*] Ut proximi eas ducant cognati, exemplo Ruthæ cap. 4.

49 *Attico*] Per Solonem. *Diodor. Sic.* 12, 13.

50 *Eximo matrimonia*] *Ovidius* de Myrrha Cinara 10. Met. 304. *Si tamen admiſſum ſentit hoc natura videri.* 353. *Nova potentis Concubitu vetito naturæ pollue jura.* At lib. 9, 456. in fabula Byblidos, & Cauni nullam facit naturæ mentionem; tantum canit, *Nec quem debebat amavit, & obſcœnas flammas*: tanquam hoc inceſti genus ob legem, non inſtinctu naturæ putetur.

cere. Talia igitur conjugia haud dubitandum quin + & illicita ſint, & irrita inſuper, quia vitium perpetuo effectui adhæret.

3. Neque movere nos debet + Diogenis, & + Chryſippi argumentum a gallis gallinaceis, aliiſque animantibus mutis petitum, quo probare volebant, com-
i Proleg. mixtiones tales non eſſe contra jus naturæ. Nam ut [i] initio libri diximus,
§. IX. & + ſatis eſt ſi cum natura humana quid pugnet, ut illicitum habeatur. Et hoc
XLI.
k L. ult. de eſt inceſtum, [k] + quod [a] jure gentium committi, ſcripſit Paulus juriſconſultus
ritu nupt. inter gradus aſcendentium, & deſcendentium. Hoc eſt jus illud, quod Xenophon
l Socrat. [l] ait, + non eo minus jus eſſe, quia [b] [51] a Perſis contemnebatur. + Natu-
Memor.
Lib. IV. rale enim recte dicitur, interprete Michaële Epheſio ad Nicomachia, *τὸ παρὰ*
c. 4. §. 19. *τοῖς πλείστοις καὶ ἀδιαστρόφοις καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσιν: quod apud pleroſque*
20. *non corruptos, ſed naturæ convenienter ſe habentes obtinet.* Hippodamus (hh) Pythagoricus vocat *παρὰ φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας, ἀκατασχέτους ὁρμάς, ἀνοσιωτάτας ἁδονάς, immoderatas, & a natura alienas cupiditates, effræenes impetus, nefarias voluptates.* + De Parthis ſic Lucanus: [Lib. VIII, verſ. 401. & *ſeqq.*]

——— epulis veſana, meroque
Regia, non ullos exceptos legibus horret
Concubitus ——— ——— ———

Et mox: (*verſ.* 409, 410.)

——— cui fas [52] implere parentem,
Quid rear eſſe nefas? ——— ———

Speciatim autem huic Perſarum mori cauſam + pravam educationem pruden-
m Immo ter aſſignat Dion Pruſæenſis oratione XX. [m]
XXI. pag.
470. C. 4. Atque hic mirari libet Socratis [n] commentum apud Xenophontem, qui
n Memor. in conjugiis talibus nihil culpandum invenit, + præter ætatis diſparitatem:
IV, 4. §. 22. unde aut ſterilitatem, ait, ſequi, aut male conformatam ſobolem: + quæ ſola ratio

G R O T I I.

a *Jure gentium*] Sic & *Papinianus* loquitur in L. *Si adulterium.* 38. §. 2. D. *ad legem Juliam de adulteriis.*

b *A Perſis contemnebatur*] Quorum hac in re crimen bellis perpetuis, ac fratrum cædibus, a Deo punitum notat *Philo.* (*De ſpecial. Legib.* pag. 779.) Perſis addit Medos, Indos, Æthiopas, *Hieronymus* lib. II. contra Jovinianum. (*Pag.* 75. Tom. II. *Ed. Baſil.*) de barbaris in univerſum Hermione in Andromacha *Euripidis*: (verſ. 173. & *ſeqq.*)

—— Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος,
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται;
Κόρη τ' ἀδελφῷ. διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι
Χωροῦσι, καὶ τῶνδ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος.

Tale eſt omne barbaricum genus.
Mater jugatur filio, natæ pater,
Frater ſorori: proximæ alterna manus
Cæde implicantur: nulla lex prohibet nefas.

G R O N O V I I.

51 *A Perſis*] Apud quos magi cum matribus coibant, nec pro perfecto mago habebatur, niſi qui ſic natus eſſet.

52 *Implere*] Ovidius II, 265. *confeſſam amplectitur heros, Et potitur votis, ingentique implet Achille.*

(hh) Non, ſed alius Philoſophus eiuſdem ſectæ, nomine *Hipparchus*, in libro *de Animi tranquillitate*, cujus fragmentum nobis ſervavit S T O B Æ U S. Reperitur illud etiam in *Opuſculis Mythol. Phyſ. Ethic.* editis *Amſtelod.* 1688. ubi locum, de quo agitur, leges *pag.* 670. *J. B.*

c *De*

Digitized by Google

ratio ſi tali conjugio obſtaret, certe nec irritum eſſet, nec illicitum, non magis quam inter alias perſonas, + quarum ætas tot annis diſtat, quot annis parentes liberos ſolent præcedere.

5. Illud potius diſquirendum, an non in hominibus nulla prava educatione corruptis, + præter id, quod intellectu concipi poſſe, jam diximus, ſit + in ipſis affectibus inſita [53] fuga quædam commixtionis cum parentibus, & ex ſe natis, + quippe cum ab ea etiam quædam animantia muta naturaliter abhorreant. Ita enim & alii exiſtimarunt, & Arnobius [o] adverſus gentes libro quinto: *Etiamne in matrem cupiditatis infandæ ſpem Jupiter cepit, nec ab illius appetitionis ardore horror eum quivit avertere; quem non hominibus ſolis, ſed animalibus quoque nonnullis natura ipſa ſubjecit, & ingeneratus ille communiter ſenſus?* Exſtat de [54] camelo, & [c] de [55] equo Scythico nobilis in hanc rem narratio apud Ariſtotelem animantium hiſtoria nona, capite XLVII., + & non diſſimilis apud Oppianum libro primo de Venatu. Seneca Hippolyto: (*verſ.* 914, 915.)

[o] *Pag.* 161. 162. *Ed. Lugd. B.* 1651.

> *Feræ quoque ipſæ Veneris evitant nefas,*
>
> *Generiſque leges inſcius ſervat pudor.*

XIII. 1. Sequitur quæſtio + de gradibus affinitatis + omnibus, + & de gradibus ſanguinis ex tranſverſo limite, iis præſertim, + qui Levitici cap XVIII. expreſſi leguntur. + Nam [56] etiam conceſſo, + a mero jure naturæ non venire hæc interdicta, + videri tamen poſſunt præcepto divinæ voluntatis hæc iviſſe in vetitum: neque vero tale id eſſe præceptum, + quod ſolos Hebræos adſtringat, ſed quod homines univerſos, colligi videtur + ex illis Dei [p] verbis apud Moſem: *Ne polluite vos ulla harum rerum: quia omnibus iſtis polluti ſunt populi, quos vobis advenientibus diſpello.* Mox: *Ne facite ullam ex iſtis rebus abominandis: nam omnes iſtas fecerunt indigenæ terræ iſtius, quæ vobis expoſita eſt, unde polluta eſt terra.*

[p] *Lev.* XVIII, 24. 25. 27.

2. Nam ſi Cananæi, eorumque vicini + peccarunt talia faciendo, (ii) + ſequitur ut lex aliqua præceſſerit: + quæ cum [57] mere naturalis non ſit, + reſtat

GROTII.

c *De equo*] *Plinius* hiſtoriæ naturalis VIII, 42. ubi de equis agit, *Alium detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiiſſe prærupta, atque exanimatum. Equa & eadem ex cauſa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Namque & cognationum intellectus in iis eſt.* Habes paria apud *Varronem* de Re Ruſtica 11, 7. & apud *Antigonum* de Admirabilibus, (*cap.* 59.) *Ariſtotelemque* ejuſdem tituli libro. (Pag. 1150. B. C. Tom. I. *Ed. Pariſ.* At vide SELDENUM, *De Jure Nat. & Gent. ſecund. diſcipl. Hebræor.* Lib. I. Cap. 5. *J. B.*)

GRONOVII.

53 *Fuga quædam*] Averſatio naturalis.

54 *Camelo*] Qui curatorem, a quo cum matre operta commiſſus erat, delapſo operimento, & matre agnita interfecit. *Ælian.* 3. de Anim. 47. Ariſtot. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, p. 89. Sylburg.

55 *Equo*] Qui ſimiliter admiſſus matri, agnita ea ſe præcipitavit. Adde *Varronem* 2. de Re Ruſt. 7, 83.

56 *Etiam conceſſo*] Etſi concedatur, gradus illos conſanguinitatis nuptiis ſociari non ipſam naturam prohibuiſſe, facti ſunt tamen nefarii jure divino voluntario.

57 *Mere naturalis*] Non imprimatur a natura, ſed a voluntate legiſlatoris proficiſcatur.

(ii) Auctor ipſe iſtius argumenti totam vim infringit paullo poſt, obſervatione, quæ legitur in §. ſequ. *num.* 2. *J. B.*)

Digitized by Google

\+ reſtat ut a Deo data ſit, aut ipſis peculiariter + (quod non eſt veriſimile, + nec ſatis ferunt verba) + aut humano generi, + ſive in prima conſtitutione, + ſive in reparatione poſt diluvium. Tales autem leges, quæ humano generi univerſo ſunt datæ, + non videntur a Chriſto abrogatæ, + ſed eæ demum, quæ q Judæos aliis nationibus, quaſi ſepimento interjecto, diſparabant. Cui accedit, quod Paulus r conjugium privigni cum noverca tam ſevere deteſtatur: + cum tamen nullum de ea re peculiare exſtet Chriſti præceptum; + nec ipſe alio utatur argumento, quam quod talis commixtio d impura habeatur a profanis etiam gentibus, quod verum eſſe præter alia oſtendunt [58] Charondæ leges, quæ tale matrimonium infamia notant: & illud in oratione Lyſiæ: (kk) συνῴκει ὁ πάντων σχετλιώτατος ἀνθρώπων τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί· *maritus erat ille impuriſſimus hominum matris, ac filiæ*: unde non abit + Ciceronis illud s pro A. Cluentio in cauſa non diſſimili; Nam cum ſocerum genero nupſiſſe narraſſet, ſubdit: *O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum!* + Seleucus rex cum uxorem ſuam Stratonicen Antiocho filio nuptam daret, verebatur, e narrante t Plutarcho, ne ipſa offenderetur τῷ μὴ νενομισμένῳ, *ut re illicita.* + Apud Virgilium eſt: (*Æn.*X, 389.)

q Epheſ. II, 14.
r I. Corinth. V, 1.
s Cap. 6.
t Vit. Demetr. pag. 907.

— *Thalamos auſum inceſtare novercæ.*

Quæ communis exiſtimatio ſi a neceſſario naturæ dictato originem non habuit, + omnino ſequitur, ut deſcendat ex veteri traditione, quæ a divino aliquo præcepto manarit.

3. Hebræi veteres, + non ſpernendi hac in parte juris divini interpretes, + & qui omnia eorum legit, ſummoque judicio digeſſit Moſes Maimonides u, ajunt, earum legum, quæ capite Levit. XVIII. de matrimoniis ſunt proditæ, + cauſas eſſe duas: priorem, naturalem quandam verecundiam, + quæ non ſinat ortus auctores cum ſua ſobole, [59] + aut in ſe ipſis, f aut etiam [60] per perſonas

u In Lib. quem inſcripſit HALACH.

GROTII.

d *Impura habeatur a profanis etiam gentibus*] *Tertullianus* V. adverſus Marcionem: *Non deſcendo ſecundum legem Creatoris diſplicuiſſe illum, qui mulierem patris ſui habuit: communis, & publicæ religionis ſecutus ſit diſciplinam.* (Cap. 7.)

e *Narrante Plutarcho*] In vita Demetrii: ſed & *Appiano* in Syriacis, qui ἀθέμιστον πάθος amorem nefandum vocat. (*Pag.* 126. *Ed. Steph.*)

f *Aut etiam per perſonas ſanguine, aut nuptiali ſanguinis commixtione cohærentes*] Philo: ἀδελφαὶ δὲ εἰ καὶ διῄρηται τὰ μέρη γεγόνασιν, ἀλλ' οὖν ἁρμόζονται τῇ φύσει καὶ συγγενείᾳ μιᾷ· *Quamquam enim diviſæ ſunt partes, fraternitatis jus retinent, ac cognatione, ut naturali vinculo, jungantur.* (Locus eſt *De Legib. ſpecial.* pag. 780. E. Sed, qui ſi bene expendatur, nihil ad rem facere deprehendetur. *J. B.*)

GRONOVII.

58 *Charondæ leges*] Vix eſt, ut non erret Vir ſummus. Nam Charondas non vetuit, privignum novercæ conjungi (quippe quod moribus nunquam receptum fuiſſe videtur) ſed viduum uxore mortua liberis novercam ſuperinducere. *Diodor. Sic.* 12, 12. (Ipſe Auctor in *Excerptis Tragic. & Comic. Græc.* rectè vertit Legem *Charondæ*, qualis refertur à veteri Poeta ignoto: *Natis novercam ſi quis induxit ſuis* &c. Pag. 918. Error Viri ſummi inde natus erat, quòd apud STOBÆUM, *Serm.* XLIV. Lex illa ſic ſolutâ oratione legatur: Ὁ μητρυιὰν ἐπεισάγων, μὴ εὐδοξείτω &c. At ſic EURIPIDES: Καὶ μὴ ἐπιγήμῃς τοῖς δὲ μητρυιὰν τέκνοις. Alceſt. verſ. 305. *J. B.*)

59 *Aut in ſe ipſis*] Ut filium cum matre, patrem cum filia.

60 *Per perſonas ſanguine*] Ut fratrem cum ſorore, virum cum uxoris ſorore, mulierem cum mariti fratre.

(kk) Non ſunt *Lyſiæ* verba illa, ſed ANDOCIDIS, Orat. I. pag. 235. *Edit. Hanov.* 1619. *J. B.*

g *Item*

perſonas + ſanguine, + aut nuptiali ſanguinis commixtione proxime cohærentes miſceri: alteram vero, + ne quarundam perſonarum convictus nimis quotidianus, atque inobſervatus ſtupris, & adulteriis occaſionem daret, ſi amores tales nuptiis poſſent conglutinari. Quas duas cauſas ſi cum judicio aptare velimus + illis, quas dixi divinis in Levitico legibus, facile apparebit in affinibus, qui [61] in recto ſunt limite (ut de parentibus, & liberis nihil jam dicam, + quippe quos, ut exiſtimo, etiam ſine expreſſa lege, ratio naturalis jungi ſatis vetat) [g] + item in ſanguinis gradu tranſverſorum primo, qui ob ortum a ſtirpe communi + ſecundus dici ſolet, + ob recentem admodum parentum in liberis imaginem, + priorem cauſam valere, + ut venientem de eo, quod natura ſi non præcipit, certe honeſtius dictat; cujus generis multa materiam + divinarum, humanarumque legum faciunt.

4. Atque ideo Hebræi, in recto limite + gradus etiam non nominatos a lege volunt comprehendi, + ob notiſſimam rationis paritatem. Iſtorum autem graduum [x] hæc ſunt apud ipſos nomina: Mater matris ſuæ: mater patris matris ſuæ: mater patris ſui: mater patris patris ſui: uxor patris patris ſui: uxor patris matris ſuæ: nurus filii ſui: nurus filii filii ſui: nurus filiæ ſuæ: filia filiæ filii ſui: filia filii filii ſui: filia filiæ filiæ ſuæ: filia filii filiæ ſuæ: filia filiæ filii uxoris ſuæ: filia filiæ filiæ uxoris ſuæ, mater matris patris uxoris ſuæ: mater patris matris uxoris ſuæ: id eſt, ut more loquar Romano, aviæ, & proaviæ omnes, pronovercæ, proneptes, proprivignæ, pronurus, proſocrus: + quia ſcilicet & [62] ſub agnationis nomine comprehendatur ſimilis cognatio, & [63] ſub primo gradu ſecundus, + & ſub ſecundo tertius, ultra quem vix eſt ut [64] oriri controverſia poſſit, + cum alioqui, ſi poſſet, + in infinitum eadem futura eſſet ratio.

[x] *Vid. Selden. J. N. L.* 5. c. 11.

5. + Has autem leges, + & ne fratres ſororibus miſcerentur, + ipſi Adamo cenſent datas Hebræi ſimul cum lege + de Deo colendo, + jure dicendo, + non fundendo ſanguine, [y] non colendis Diis falſis, + non rapienda re aliena: ſed ita ut leges conjugales vim ſuam non exſererent, + niſi poſt multiplicatum jam ſatis humanum genus, + quod ipſo initio ſine fratrum, & ſororum

[y] *Vid. l.* 11. c. xx. §. 44.

G r o t i i.

[g] *Item in ſanguinis gradu tranſverſorum primo*] Et huc uſque propinquis nuptiis abſtinebant & Peruani, & Mexicani. (Vide *Joann. Letii* Itinerar. *Cap.* 17. *init.* J. B.)

G r o n o v i i.

61 *In recto ſunt*] Qui habent rationem aſcendentium, & deſcendentium.
Mater matris ſuæ] Avia materna.
Mater patris matris ſuæ] Proavia materna.
Mater patris ſui] Avia paterna.
Mater patris patris ſui] Proavia paterna.
Uxor patris patris ſui] Noverca patris.
Uxor patris matris ſuæ] Noverca matris.
Nurus filii ſui] Nepotis uxor.
Nurus filii filii ſui] Pronepotis uxor.
Nurus filiæ ſuæ] Nepotis è filia uxor.
Filia filiæ filii ſui] Neptis ex filio filia.
Filia filii filii ſui] Nepotis è filio filia.
Filia filiæ filiæ ſuæ] Ex filia neptis filia.
Filia filii filiæ ſuæ] Ex filia Nepotis filia.
Filia filiæ filii uxoris ſuæ] Neptis privigni.
Filia filiæ filiæ uxoris ſuæ] Neptis privignæ.
Mater matris patris uxoris ſuæ] Proſocrus mater.
Mater patris matris uxoris ſuæ] Proſoceri mater.

62 *Sub agnationis*] Ubi expreſſus eſt gradus agnationis vetitus, idem gradus & in cognatione vetitus haberi debet, etſi de hoc cautum non ſit. Sunt autem agnati per virilem, cognati per muliebris ſexus propinquitatem conjuncti.

63 *Sub primo gradu ſecundus*] Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, ejus nec neptem ducere permittitur.

64 *Oriri controverſia*] Propter brevem hominum vitam.

rum nuptiis contingere nequivit. Neque referre putant, quod id a Moſe [h] ſuo loco narratum non ſit: quia ſatis habuit hoc in lege ipſa tacite indicaſſe, + cum gentes extraneas eo nomine damnat. Multa enim talia eſſe in lege, + quæ non temporis ordine, ſed ex occaſione dicantur: unde illa inter Hebræos celebris ſententia: In lege + non eſſe prius, aut poſterius, id eſt, multa referri [65] ὕστερον πρότερον.

z Vide Cajet. in Matth. cap. 19. 6. De [z] connubio fratrum, & ſororum, verba hæc ſunt Michaëlis Epheſii ad quintum Nicomachiorum: τὸν ἀδελφὸν μίγνυσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀδιάφορον ἦν· νόμου δὲ τεθέντος μὴ μίγνυσθαι, πολὺ τὸ διάφορον· *Fratrem cum ſorore concumbere + ab initio [66] res media erat: at lege adverſus tales concubitus poſita, jam multum refert, obſervetur lex, necne.* Diodorus Siculus [a] vocat κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων, + *communem hominum morem*, ne fratres ſororibus jungantur, + a quo more Ægyptios eximit: Dion Pruſæenſis + barbaros. Seneca ſcripſerat: (11) + *Matrimonia Deorum jungimus, & ne pie quidem, fratrum ſcilicet, & ſororum.* + Plato [b] de legibus octavo talia conjugia vocat μηδαμῶς ὅσια, καὶ θεομισῆ, *minime pia, ſed Deo inviſa.*

a Libro I. c. 27. pag. 16. Ed. H. Steph.

b Pag. 838. B. Edit. H. Steph.

7. Quæ omnia oſtendunt + veterem famam de lege divina adverſus id genus conjugia, + unde & vocem *nefas* de talibus uſurpari videmus. Omnes autem fratres, & ſorores comprehendi; + lex ipſa indicat, + tam agnatos, quam cognatos ejus gradus, + ſive foris, ſive domi natos, atque educatos comprehendens.

XIV. 1. [67] + Quæ manifeſta expreſſio + oſtendere videtur diſcrimen, quod eſt inter hos, + & alios remotiores gradus. + Nam [68] ducere amitam agnatam, vetitum eſt. At [k] [69] + filiam fratris, qui par eſt gradus, ducere, vetitum

non

GROTII.

h *Suo loco narratum non ſit*] Nam neque lex illa narrata eſt, ex qua Judas Thamarem comburi voluit. Sic Sichemitas Judith recte occiſos, ait, quod virgini ſtuprum intuliſſent, IX, 2. & Ruben patris maledicto feritur ob inceſtum. (Ex his omnibus non poteſt tuto colligi, aliquam legem à Deo fuiſſe latam de adulterii, aut raptus pœna, vel de inceſtu. Diximus in Notis Gallicis. *J. B.*)

i *Lex ipſa indicat*] Ubi vide Chaldæum paraphraſten. Diſtinxerunt male Spartiatæ, & Athenienſes, & quidem diverſimode. (Vide SELDEN. *De Jure Nat. & Gent.* &c. Lib. V. Cap. 11. & Illuſtr. SPANHEMII Commentarium in Orat. I. *Juliani* Imp. pag. 89. *& ſequ. J. B.*)

k *Filiam fratris ducere*] Talem Abrahamo Saram fuiſſe, *Joſephus* putat. (*Ant. Jud.* Lib. I. Cap. XII. §. 1. *Ed. Hudſon.*) idem poſt datam legem exempla nobis dat in Herode, qui fratris filiam duxerat, & ſuam filiam fratri Pheroræ deſponderat. Vide eum antiquæ hiſtoriæ XIV. & XVI. Phineo patruo promiſſa Andromede; *Ovidius* Metamorphoſeon V. verſ. 10. id poſtea apud Romanos vetitum permiſit Claudius: vetuit Nerva, permiſit Heraclius. (Non unus error in hac Nota. I. Fallitur omnino *Joſephus*, dum vult *Saram* fuiſſe filiam fratris *Abrahami*. Illa erat ſoror ejus ὁμοπάτριος, ut ipſe ait *Gen.* XX, 12. ubi vid. Intt. II. Imp. *Nerva*, ubi vetuit ἀδελφιδῆν γαμεῖν, referente *Xiphilino*, pag. 241. A. *Ed. Steph. filiam ſororis*, non *fratris* intelligebat. Vide CUJAC. Obſ. XIII., 16. & Clariſſ. NOODT Obſerv. II, 5. Hic etiam ibidem oſtendit, neque poſt *Senatus conſultum Claudianum* in Provinciis licuiſſe filiam fratris ducere. III. Permiſſum id ab *Heraclio*, neſcio cujus fide ſtatuat Auctor. Ego reperio tantum, Imperatorem illum duxiſſe *Martinam* fratris filiam, ut narrant *Zonaras*, *Paulus Diaconus*, &c. *J. B.*)

(11) Locus eſt apud AUGUSTINUM, *De Civit. Dei* Lib. V. c. 10. nimirum è ſcripto deperdito. *J. B.*

GRONOVII.

65 *Ὕστερον πρότερον*] Quæ olim facta erant, inferiori tempore, quæ ſerius, ſuperiori.

66 *Res media*] Permiſſa, non vetita.

67 *Quæ manifeſta*] Excuſat tacite inceſta potentis in Europa domus.

68 *Ducere amitam*] Quia pater, & amita videntur una perſona, infra 2, 7. 9. quod etſi & de fratre, filiaque ejus dici poſſit, tamen natura non tantopere abhorret à conjugio fratrum & ſororum, quam parentum & liberorum. *Levit.* 18.

69 *Filiam fratris*] Carolus Styriæ dux Ferdinandi I. filius Mariam ſorore ſua Anna, & Alber-

tus

non eſt: + imo ejus facti [70] apud Hebræos exſtant exempla. *Nova nobis in fratrum filias conjugia*: + *at aliis gentibus ſolemnia, nec lege ulla prohibita*, inquit [c] Tacitus. Athenis id licuiſſe, oſtendit (mm) + Iſæus, & Lyſiæ vita [d] Plutarchus. + Rationem adferunt Hebræi, + quia viri juvenes aſſidue frequentant domos avorum, & aviarum, aut etiam in iis habitant [71] ſimul cum amitis: + ad domos vero fratrum minus frequens ipſis eſt aditus, nec ibi tantundem habent juris. Quæ ſi recipimus, + ut ſane rationi ſunt conſentanea, fatebimur, + legem de non ducendis affinibus recti gradus, + & ſororibus, ex quo multiplicari cœptum eſt humanum genus, + eſſe perpetuam, & hominibus communem, + ut quæ honeſtate naturali nitatur, + ita ut & irritum fiat, ſi quid factum ſit adverſus hanc legem, + ob vitium permanens: at + cæteras leges + non item, ut [72] quæ cautionem magis contineant, + quæ cautio etiam aliis modis adhiberi poteſt.

c Annal. XII. c. 6.
d Vit. X. Orat. pag. 236. B.

2. + Certe canonibus antiquiſſimis, [e] qui + apoſtolici dicuntur, + qui duas ſorores alteram poſt alteram duxiſſet, aut ἀδελφιδῆν, + id eſt, fratris, aut ſororis filiam, tantum a clero arcetur. + Nec difficilis eſt reſponſio ad id, quod diximus de peccato imputato Cananæis, & finitimis populis. Poteſt enim locutio univerſalis + reſtringi ad præcipua ejus capitis, ut de concubitu cum maſculis, cum beſtiis, cum parentibus, cum ſororibus, + cum nuptis alienis, in quorum προφυλακὴν, &, ut Hebræi loquuntur, + præmunimentum, additæ ſint leges cæteræ. Nam de ſingulis partibus ne intelligatur, argumento eſſe poteſt interdictum de non habendis eodem tempore in matrimonio ſororibus duabus: quod in commune datum olim humano generi fuiſſe, Jacobi pietas, qui contra fecit, credere nos non ſinit. Addi poteſt factum Amrami [f], qui pater Moſis fuit. + Nam & is ante legis tempora [73] amitam duxit uxorem: ſicut + materteras [1] apud Græcos [74] Diomedes [g], & [75] Iphidamas: [76] Areten fratris filiam [h] Alcinous.

e Can. XVIII.
f Exod. c. II. ṽ. 1. ſeq. c. VI. ṽ. 20. Num. c. XXVI. ṽ. 59.
g Euſt. ad Il. Λ. ṽ. 224.
h Idem, in Odyſſ. H. ṽ. 146.

3. Recte tamen fecerunt Chriſtiani veteres, qui leges, + non illas tantum in commune datas, + ſed alias peculiariter Hebræo populo ſcriptas ſponte ſua obſevar-

to Bavaro natam uxorem habuit. *Blondel.* Præf. Apol. XIV, 2. latere averſo.

70 *Apud Hebræos*] Nachoris Milcam Aranis fratris filiam ducentis. *Geneſ.* 11, 29. Niſi tamen alius iſte Aran fuit, ut videtur, quum alter ſolum Lothum genuiſſe dicatur, alter deſcribatur pater Milcæ & Jiſcæ. Sara autem Abrahæ ſoror conſanguinea, non uterina fuit. *Geneſ.* 20, 12.

71 *Simul cum amitis*] Et ſic major datur occaſio ſtupri, aut improbæ conſuetudinis, a qua minus temperaturi erant, qui ſpem haberent juſtis deinde nuptiis culpam emendari poſſe.

72 *Quæ cautionem*] Quæ non vetant aliquid per ſe, ac directe adverſum naturæ, ſed id agunt, ut caveant, & præveniant aliquod incommodum, quod evenire poſſet, quodque & alia ratione vitari poteſt.

73 *Amitam duxit*] Jochebedam Cahathi, qui pater Amrami fuit, ſororem. *Exod.* 6, 20.

74 *Diomedes*] Ægialian Adraſti filiam, cujus ſoror Deïpyle fuerat, Tydei uxor, Diomedis mater. *Apollodor.* lib. 1. c. 8. §. 5, 6.

75 *Iphidamas*] Theano Ciſſæ, qui avus maternus Iphidamentis Antenoridæ fuit, filiam. *Homer.* Ιλ. λ. ſive 11, v. 224.

76 *Areten fratris*] Rhexenoris, qui communem cum Alcinoo patrem Nauſithoum habuit, filiam. *Homer.* Οδ. η ſive 7, 146.

GROTII.

1 *Apud Græcos*] Et Caſtori avunculo deſponſam Electram, ex *Euripidis* Electra diſcimus. (*verſ.* 312.)

(mm) Nihil in hanc rem reperio apud *Iſæum*. Forte Auctor in animo habuit DEMOSTHENEM, ex quo poteſt colligi, talem gradum vetitum non fuiſſe. Vide *Orat. adverſus Leochar.* pag. 671. C. & *Orat. in Neæram*, pag. 517. C. *J. B.*

obſervarunt: imo + & ad gradus quoſdam ulteriores protenderunt verecundiæ ſuæ fines, + ut hac quoque in virtute non minus, quam in cæteris Hebræos antecederent. Atque id pridem factum, magno conſenſu ex canonibus apparet.

i De Civ. Dei l. XV. c. 16. *i* Auguſtinus [m] + de patruelium, & conſobrinorum conjugiis inter Chriſtianos loquens: *Raro*, inquit, *per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana: veruntamen factum etiam licitum* [77] + *propter vicinitatem horrebatur illiciti.* Hanc morum verecundiam leges regum, ac populorum ſecutæ ſunt; ſicut [n] + Theodoſii conſtitutio patruelium, & conſobrinorum conjugia vetuit, laudante id factum, ut pietatis plenum, *k* Ambroſio.

k Epiſt. 66.

4 Sed ſciendum ſimul eſt, [o] + non quod vetitum eſt fieri lege humana, ſi fiat, irritum quoque eſſe, niſi & hoc lex addiderit, aut ſignificaverit. Canon Eliberinus LX. Si quis poſt obitum uxoris ſuæ [p] ſororem ejus duxerit, & ipſa fuerit fidelis, per quinquennium eum a communione abſtinet: eo ipſo oſtendens, [78] manere vinculum matrimonii. Et ut jam diximus *l*, + in canonibus, qui Apoſtolici dicuntur, qui duas ſorores duxerit, aut fratris filiam, + tantum clericus fieri prohibetur.

l Supra n. 2.

XV. 1. + Ut ad alia pergamus, obſervandum hoc eſt, + concubinatum quendam + verum, ac ratum eſſe conjugium, + etſi effectibus quibuſdam juris civilis

G R O T I I.

m *De patruelium conjugiis*] Æſchylus Danaidibus. (Immo *Supplicibus*, pag. 309. *Ed. H. Steph.* ubi de Danaidibus) vocat λέκτρα ὧν θέμις εἴργει, *cubilia, quæ jus prohibet*. & ait ſic, αὐτανέψιον γένος, *fœdari genus*. At Scholiaſtes addit, illegitimas fuiſſe tales nuptias, quod adhuc viveret virginum pater, quaſi juſtæ futuræ fuerint eo mortuo, ex lege τῶν ἐπικλήρων. In oratione Sp. Liguſtini civis Romani apud *Livium* eſt: (Lib. XLII. c. 34.) *Pater mihi uxorem fratris ſui filiam dedit.* Vide & *Plauti* Pœnulum. (v. 3. 37.)

n *Theodoſii conſtitutio*] *Victor* de eo: (Epit. c. 48.) *tantum pudori tribuens, & continentiæ, ut conſobrinarum nuptias vetuerit, tanquam ſororum.* Meminit & *Libanius* oratione de Angariis. Exſtat Arcadii, & Honorii lex ejuſdem ſenſus, quæ tertia eſt *C. Theodoſiano de inceſtis nuptiis*. Concedi tamen principum indulto ſolitas nuptias tales, oſtendit lex Honorii, & Theodoſii minoris alia eodem codice, modo: *ſi nuptiæ ex reſcripto petantur.* Seculi & Gothici tempore *Caſſiodorus* VII, 46. *Hoc [illegible], longius pudicum [illegible], reſervantes principi tantum [illegible] conſobrinis nuptiali copulatione jungantur.* Ubi & formulam habes talis veniæ principalis. (*Arcadius*, & *Honorius*, qui primo imperii anno patris ſui Conſtitutionem firmarant, [illegible] annos aliquot permiſerunt matrimonia inter Conſobrinos, & Conſtitutionem hac de re editam *Juſtinianus* in Codicem ſuum retulit, *L.* 16. *C. De Nuptiis*. Vide Interpretes ad *Inſtit.* Tit. *De Nuptiis*, §. 4. & præſertim magnum Interpretem *Codicis Theodoſiani*, JAC. GOTHOFREDUM, in titulos ab Auctore noſtro indicatos. *J. B.*)

o *Non quod vetitum eſt lege humana, ſi fiat, irritum quoque eſſe*] In Agathenſi concilio poſt commemorata conjugia vetita, & inter ea de relicta fratris, additur: *Quod ita præſenti tempore prohibemus, ut ea, quæ hactenus ſunt conſtituta, non ſolvamus.* Retulit id *Gratianus* in quæſtionem II. & III. cauſæ XXXV. c. 8. Simile quod a *Paulo* in ſententias relatum eſt libro II. tit. XIX. §. 2. ſine parentum conſenſu contractas nuptias injuſtas eſſe, ſic tamen, ut non diſſolvantur; niſi forte hæc poſtrema verba Anianus addidit. *Tertullianus* de conjugio cum infideli agens *ad uxorem ſecundo*, (*cap.* 2.) ait, dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quam omnino disjungi. Vide infra §. XVI. (Apud *Paulum* vel legendum, vel ſubintelligendum, *ſed contracta* (matrimonia ſcilicet) [*voluntate ejus* Parentis] *non ſolvuntur*, ut olim nimirum id fieri poterat. Vide omnino Notam Eruditiſſimi SCHULTINGII in hunc locum; qui proinde nihil ad rem facit. *J. B.*)

p *Sororem ejus duxerit*] Lex Longobardica lib. II. c. VIII, 3. *quod canones ſic habent de duabus ſororibus, ſicut de duobus fratribus.*

G R O N O V I I.

77 *Ob vicinitatem*] Quia tam prope accedebat ad id, quod vetitum eſſet.

78 *Manere vinculum*] Nuptias eas non reſcindi.

G R O.

Digitized by Google

civilis propriis privetur, + aut etiam effectus quoſdam naturales impedimento legis civilis amittat. Exempli cauſa, + inter ſervum, & ancillam jure Romano [79] contubernium eſſe dicitur, [q] non matrimonium. Attamen + ad ipſam conjugii naturam nihil deeſt in tali conſociatione; quæ propterea in antiquis canonibus *γάμου* nomine appellatur. + Sic inter hominem liberum, & ancillam concubinatus dicitur, non matrimonium: + quod deinde imitatione quadam ad alias perſonas diſparis qualitatis productum eſt: ut [80] Athenis + inter civem, & peregrinam, unde Servius ad illud Virgilii: (*Æn.* VII, 284.)

Suppoſitos de matre nothos furata creavit:

Nothos interpretatur materno genere ignobiles, & obſcuros. Apud Ariſtophanem [m] avibus qui dixerat, *νόθος γὰρ εἶ, κ' οὐ γνήσιος*, dictum probat *ὤν γε ξένης γυναικός: quippe cum ex peregrina natus ſit.* Et apud [n] Ælianum *γνήσιος* definitur *ὃς ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν, qui utroque parente cive natus ſit.* *m Verſ.* 1649. *n Var. Hiſt.* VI. 10.

2. Atqui [81] ſicut in ſtatu naturæ + inter tales, quales jam diximus, + conjugium verum eſſe potuit, ſi femina eſſet ſub cuſtodia maritali, & fidem marito dediſſet; ſic etiam [r] + in ſtatu legis Chriſtianæ verum + erit inter ſervum & ancillam, aut liberum & ſervam conjugium; + multoque magis inter civem, & peregrinam, + ſenatorem, & libertam, + quæ jure divino Chriſtiano ſunt neceſſaria accedant, ſcilicet + indiſſolubilis unius cum una conjunctio, + etiamſi effectus quidam legis civilis non ſequantur, + aut alioqui ſponte ſecuturi lege impediantur. Atque hunc in ſenſum capienda ſunt [o] verba concilii Toletani primi: *Cæterum is, qui non habet uxorem, & [s] pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen + ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ,* *o Diſt.* XXXIV. c. 4.

GROTII.

q *Non matrimonium*] At ſerviles conjunctiones nuptiæ dicebantur in Græcia, Carthagine, in Apulia. Prologus ad Caſinam Plauti. Sic & in legibus Langobardorum libro II. tit. XII, 10. & XIII, 3. & lege Salica tit. XIV. §. 11. Sed ſine conſenſu dominorum non valuiſſe conjugia talia apud Hebræos, notatur ab ipſis ad *Exodum* XXI., ubi talium nuptiarum mentio; & apud Græcos Chriſtianos, a *Baſilio* in ſuis canonibus. (*Ad Amphiloch.* Can. 42.) Solitam etiam a principe veniam impetrari ducendæ mulieris, quæ inæqualis eſſet conditionis, videmus apud *Caſſiodorum* VII, 40.

r *In ſtatu legis Chriſtianæ*] Vide in *Gratiani* collectione c. 1. de conjugiis ſervorum. (*Decretal.* IV, 9. 1.)

s *Pro uxore concubinam habet*] De tali concubina *Auguſtinus* de fide, & operibus: (*Cap.* 19.) *de concubina quoque, ſi profeſſa fuerit nullum ſe alium cognituram, etiamſi ab illo, cui ſubdita eſt dimittatur, merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptiſmum non debeat admitti.* Idem de bono conjugii cap. V. *Solet etiam quæri, cum maſculus, & femina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, ſibimet non filiorum procreandorum, ſed propter incontinentiam ſolius concubitus cauſa copulantur, ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, utrum nuptiæ ſint vocandæ. Et poteſt quidem fortaſſe non abſurde hoc appellari connubium, ſi uſque ad mortem alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea cauſa conjuncti ſint, non tamen vitaverint, ut vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne naſcantur.* Itaque in capitulari Franciſco VII. c. 255. dicitur: *Qui uxorem habet, eodem tempore concubinam habere non poteſt, ne ab uxore eum dilectio ſeparet concubinæ.*

GRONOVII.

79 *Contubernium*] 1, 3. 3.

80 *Athenis inter civem &*] Auctor Pericles, quæ in ipſius caput recidit amiſſis legitimis liberis. *Plutarchus.*

81 *Sic in ſtatu naturæ*] Leg. *ſicut in ſtatu.* ſi conſideretur in his ſolum quid ſit juris naturæ citra reſpectum juris civilis. (In primâ Editione ſolà legitur *ſicut in ſtatu.* Sed nuperrima Amſtelodamenſis 1712. ſequuta erat *Gronovii monitum. J. B.*)

næ, ut ei placuerit, ſit conjunctione contentus. Cui adde locum in Clementis conſtitutionibus lib. VIII. cap. XXXII. Pertinet huc quod Theodoſius, & [p] Valentinianus + concubinatum quendam vocant inæquale conjugium, + & quod inde adulterii accuſatio naſci [q] dicitur.

p L. 3. C. de natural. lib.

q L. 13. D. ad l. Jul. de adult.

XVI. 1. Imo etiam + ſi lex humana conjugia inter certas perſonas contrahi prohibeat, + non ideo ſequetur irritum fore matrimonium, ſi reipſa contrahatur. Sunt enim diverſa, [82] prohibere, & irritum quid facere. + Nam prohibitio vim ſuam exſerere poteſt per pœnam vel expreſſam, vel arbitrariam: + & hoc genus leges imperfectas vocat [r] Ulpianus, [t] quæ fieri quid vetant, ſed factum non reſcindunt; qualis erat [83] + lex Cincia, quæ ſupra certum modum donare vetabat, + donatum non reſcindebat.

r Inſtit. tit. 1. §. 1.

2. Scimus apud Romanos poſtea [s] + Theodoſii lege inductum, ut ſi quid lex prohibuerit tantum, non etiam ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere quod contra factum eſt, id ipſum tamen caſſum, inutile, ac pro infecto ſit, nimirum ſi in judicium res deveniat. + Sed hæc extenſio non fit ex vi ſolius prohibitionis, ſed ex vi novæ legis, + quam alii populi ſequi neceſſe non habent. [84] + Sæpe enim indecentia eſt major in actu, quam in effectibus: [u] + ſæpe etiam incommoda, quæ reſciſſionem ſequuntur, majora quam ipſa indecentia, aut incommodum actus ipſius.

s L. non dubium. 5. C. de legibus.

XVII. + Conſociationes, + præter hanc maxime naturalem, ſunt & aliæ, + tum privatæ, + tum publicæ: + & hæ quidem aut in populum, + aut ex populis. + Habent autem omnes hoc commune, + quod in iis rebus, ob quas conſociatio quæque inſtituta eſt, univerſitas, + & [85] ejus pars major nomine univerſi-

GROTII.

t *Quæ fieri quid vetant, ſed factum non reſcindunt*] Livius libro X. (*Cap. 9.*) *Valeria lex, cum eum, qui provocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil ultra quam improbe factum adjecit: id (qui tum pudor hominum erat) viſum credo vinculum ſatis validum legis; nunc vix ſervo ita minetur quiſquam.* Lex Furia teſtamentaria pluſquam mille aſſium legatum, mortiſve cauſa prohibebat capere, præter exceptas perſonas, & adverſus eum, qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituebat, memorante Ulpiano. (*Tit.* 1. §. 2.) *Macrobius* circa finem eorum, quæ ſcripſit ad ſomnium Scipionis: (*Lib.* II. c. 17.) *Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna ſancitur.* Vide ſupra hoc capite §. XIV. in fine. Sic divus Marcus reſcripſit: *Eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator elegit, non recte facere: pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe.* (L. 14. §. 14. D. *De Religioſis, & ſumtibus funer.*)

u *Sæpe etiam incommoda, quæ reſciſſionem ſequuntur, majora quam ipſa indecentia*] Ideo rex Alcinous Medeam reddi volebat patri, ſi deflorata nondum eſſet. Meminit *Apollonius* Argonautis, (*verſ.* 1316, *& ſequ.*) & ejus Scholiaſtes: & in bibliotheca *Apollodorus.* (Lib. I. c. 9. §. 25.)

GRONOVII.

82 *Prohibere, & irritum*] Legi, quæ prohibet, poteſt ſatisfieri mulcta, vel compenſatione, ut tamen res facta maneat: quemadmodum legi de furtis in tigno juncto. l. 1. D. *de Tigno juncto.*

83 *Lex Cincia*] Sic lex Furia teſtamentaria plus mille aſſium legatum, aut mortis cauſa capere vetabat; & adverſus eum, qui cepiſſet, quadrupli pœnam conſtituebat.

84 *Sæpe enim indecentia*] Sic ducere peregrinam, ſordido loco natam, ancillam, meretricem, turpe; ſed cohabitare cum ea, quam duxeris, maritali more non turpe.

85 *Et ejus pars major*] *Quintil.* decl. 365. *Quod major pars judicum ſtatuerit, reus patiatur.* Pars major in conſilio vincere debet, ſub his exceptionibus, I. Si ſint vera ſuffragia, hoc eſt, res integra, nec coitione, ac conſpiratione plurium jam ante definita, quam in conſultationem deferatur. II. Si majorem numerum non faciant, quos ex lege, & more, tanquam ſuſpectos excedere, nec in ſua cauſa jus dicere oportet. III. Ut major numerus conſentium non valeat ad ſtatuenda, quæ juri divino, & ſanæ rationi repugnant. IV. Nec ad fundamentales leges ſubvertendas, aut formam reip. ex libidine mutandam. V. Nec ad privatorum jura, privilegia, veteres, & in publicam utilitatem receptas conſuetudines abolendas.

GRO-

Digitized by Google

univerſitatis obligant ſingulos, qui ſunt in ſocietate. + [t] Omnino enim ea credenda eſt fuiſſe voluntas in ſocietatem coëuntium, ut ratio aliqua eſſet expediendi negotia; + eſt autem manifeſte iniquum, ut pars major ſequatur minorem: quare naturaliter, [x] [86] + ſecluſis pactis, ac legibus, + quæ formam tractandis negotiis imponunt, + pars major jus habet integri. Thucydides: [u] [87] *κύριον εἶναι ὅ, τι ἂν τὸ πλῆθος ψηφίσηται.* + Appianus: [x] *ἔστι δ' ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον*: *tam in comitiis, quam in judiciis vincit pars major.* Dionyſius Halicarnaſſenſis ſimiliter: [y] *ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι, τοῦτο νικᾶν*, [y] *quod pluribus viſum, id valere.* [88] + Et [z] alibi: [89] *ὅ, τι δ' ἂν οἱ πλείους ψῆφοι καθαιρῶσι, τοῦτο ποιεῖν.* Item: [90] [a] *ὅ, τι ἂν αἱ πλείους γνῶμαι καθαιρῶσι, τοῦτο εἶναι* [91] *κύριον.* Ariſtoteles: [b] *κύριον τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν.* Curtius lib. X. [c] *Eo quod major pars decreverit, ſtetur.* Prudentius [in Symmach. I, 599.]

—— In paucis jam deficiente caterva
Nec perſona ſita eſt patriæ, nec curia conſtat.

Deinde: (*verſ.* 607, 608.)

—— —— Infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte [92] *quieſcat.*

Apud Xenophontem [d] hoc dicitur: *ἐκ τῆς νικώσης πράττειν πάντα· omnia agere ſecundum eam ſententiam, quæ vincit.*

XVIII. Quod + ſi pares ſint ſententiæ, nihil agetur: + quia [93] ad mutationem non ſatis momenti eſt: qua de cauſa [94] ubi pares ſunt ſententiæ, [z] + reus abſolutus intelligitur: + quod jus [95] Minervæ calculum Græci vocant ex fabula de

[t] *Vict. de poteſtate civili*, n. 14.
[u] *Lib.* V. c. 30.
[x] *De Bell. Civ.* Lib. III. pag. 560. *Ed. H. Steph.*
[y] *Ant. Rom. Lib.* II. c. 14.
[z] *Lib.* VII. c. 36.
[a] *Ibid.* c. 39.
[b] *Polit.* IV. 8. VI. 2.
[c] *Cap.* 6. n. 15.
[d] *De Cyri Exp. Lib.* VI. c. 1. §. 11.

GROTII.

x *Secluſis pactis, ac legibus*] Ut quæ volunt duas partes concordare, ut c. 6. *de Electione.*

y *Quod pluribus viſum id valere*] Hunc ſenſum dant Chaldæus Paraphraſtes, & Rabbini ad illud in *Exodo* XXIII, 3. Adjungo l. duo 39. & l. Pomponius 38. D. *de re judicata*; & quæ infra lib. III. cap. XX. §. 4. & quæ paria cum *Prudentio* habet *Ambroſius* contra Symmachum.

z *Reus abſolutus intelligitur*] L. inter pares. 38. D. de re judicata. Vide *Julianum* de Euſebia. (*Orat.* III. pag. 115. A. *Edit. Spanhem.*)

GRONOVII.

86 *Secluſis pactis*] Quæ certis in cauſis ſolent excipere, ne quid fiat, niſi de conſenſu ſingulorum, ut augurem non licebat nominari, qui cuiquam e collegio inimicus eſſet. *Cic.* 3. famil. 10.

87 Κύριον εἶναι] Valere quod plures ſciverint.

88 *Et alibi*] 7. p. 4. 45.

89 Ὅτι δ' ἂν οἱ &c.] Quod plurium ſuffragia ſtatuerint, id facere.

90 Ὅτι ἂν αἱ πλείους] Quod plures ſententiæ decreverint, id eſſe ratum.

91 Κύριον] Validum, quod pluribus viſum.

92 *Quieſcat*] Sileſcat.

93 *Ad mutationem*] Ad rem novam introducendam.

94 *Ubi pares ſunt*] *M. Seneca* 3. Excerpt. 2. *Parricida æquis ſententiis abſolutus.* Et, *Quidam filium accuſavit parricidii: æquis ſententiis abſolutum abdicat.* Quintilian. decl. 254. *Exul, accuſator, & ſententiæ pares.* Item, *poſtulavit reum: is æquis ſententiis abſolutus eſt.*

95 *Minervæ calculum*] Quum Oreſtes in Areopago cauſam diceret (occiderat autem matrem Clytemneſtram, ut vindicaret patrem Agamemnonem, quem illa interfecerat) & condemnantes una ſententia vincerent, adfuit ἀπὸ μηχανῆς Minerva, & appoſuit calculum ſuum abſolventibus: ſic paribus ſententiis valuit mitior, & Oreſtes evaſit. Solebant autem judices calculis nigris damnare, albis abſolvere. *Ovid.* 15. Met 44. *Heſychius* in Κᾂν ἴσαι. Suidas in Ἴσαι ψῆφοι. Ariſtoph. Βατραχ. 244. ὡς ἀπολεῖται κᾂν ἴσαι γίνωνται. Julian. encom. *Euſeb.* ſeu orat. 3. p. 213. (*Calculum Minervæ* Vir Doctiſſimus, poſt hæc ſcripta, exponendi occaſionem habuit in egregia Oratione *De Lege Regia*, quam nos Gallicè verſam, & Notis illuſtratam, edidimus *Amſtel.* ann. 1714. Videri poteſt etiam *J. H. Boecleri* Diſſertatio *de Calculo Minervæ*, Tom. I. Diſſ. Academic. ab aliquot annis conjunctim editarum. *J. B.*)

Digitized by Google

de Oreſte: quæ res apud Æſchylum Furiis, & apud Euripidem [zz] Oreſte, & Electra tragœdiis tractatur. + Sic & poſſeſſor rem tenet: quæ ratio non male obſervata eſt + a ſcriptore problematum, quæ Ariſtoteli adſcribuntur, ſectione XXIX. In Senecæ [d] controverſia quadam eſt: *Alter judex damnat, alter abſolvit: inter diſpares ſententias* [a] *mitior vincat.* Nam ſic & in dialecticis collectionibus + illatio eam partem ſequitur, quæ minus onerat.

d Lib. 1. Contr. 5.

XIX. Sed + hic quæſtio oriri ſolet [96] de conjungendis, aut dividendis ſententiis: qua de re ex mero jure naturali, + id eſt ſi pactio, aut lex aliud non præcipiat, + diſtinguendum videtur inter ſententias, quæ totis rebus differunt, & inter eas, quarum altera partem alterius continet, ut hæ [b] conjungendæ ſint in eo, quo conveniunt, illæ non item. + Sic qui [97] in viginti damnant, & qui in decem, conjungentur in illo decem adverſus ſententiam abſolventem. + At qui morte reum puniunt, & qui relegant, non conjungentur, + quia diverſa hæc ſunt, & in morte non eſt relegatio. + Sed nec abſolventes cum relegantibus conjungentur, quia etſi non interficiendum reum conſentiunt, id tamen non eſt illud ipſum, quod dicit ſententia, + ſed per conſequentiam inde elicitur: + at qui relegat, non abſolvit. + Quare recte [e] Plinius, cum tale quid in ſenatu eveniſſet, tantam dixit ſententiarum eſſe diverſitatem, ut non poſſent eſſe niſi ſingulæ; & parvulum referre, an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. + Et [c] Polybius [f] notat, a Poſtumio prætore fraudem factam in rogandis ſententiis, cum eos, qui [98] captivos Græcos damnandos, & qui ad tempus retinendos cenſebant, contra abſolventes conjungeret. Exſtat hujus generis quæſtio + apud Gellium [g] libro IX., & apud Curium Fortunatianum in loco de quantitatum comparatione: + & apud Quinctilianum patrem controverſia CCCLXV., ubi hæc verba ſunt: *Jam aperte ex una plures facis; jam*

e Lib. VIII. epiſt. 14.

f Excerpt. leg. 129.

g Noct. Att. IX. 15.

turbam

G R O T I I.

zz *Oreſte, & Electra*] Etiam Iphigenia in Tauris. (*Verſ.* 1470.) in Electra ſic ait:

Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται,
Νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

Idemque cunctis juris eſto in poſterum,
Certante numero judicum ut vincat reus.

(Verſ. 1268.)

a *Mitior vincat*] Seneca in controverſiis: (1, 5.) *Non eſt invidioſa poteſtas, quæ miſericordia vincit.* Imo apud Hebræos una ſententia damnantium vincens pro nulla habebatur: ita Chaldæus ad dictum locum *Exodi* XXIII., & *Moſes de Kotzi* præceptorum jubentium XCVIII., & vetantium CXCV.

b *Conjungendæ ſint in eo, in quo conveniunt*] Ideo ſenatores dividere ſententiam plura ſimul complectentem jubebantur, teſte *Aſconio* in Milonianam. (*Cap.* 6.) *Cicero* epiſtolarum ad familiares 1, 2. *Itaque cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent; ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres; tertia Volcatii, ut Pompejus reduceret; poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur, quatenus de religione dicebat, cuique rei jam obſiſti non poterat; Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Seneca epiſtola XXI. *Quod fieri in ſenatu ſolet, faciendum ego in philoſophia quoque exiſtimo: cum cenſuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſententiam, & ſequor.* Idem de vita beata c. 3. *Eſt & mihi cenſendi jus: itaque aliquem ſequar, aliquem jubebo ſententiam dividere.* Meminit ejus moris & *Plinius* lib. VIII. epiſt. 14.

c *Polybius*] Vide ad eum locum *Fulvii* notas.

G R O N O V I I.

96 *De conjungendis*] Exemplum apud *Quintil.* declam. 365.

97 *In viginti*] Nummos, vel nummorum millia. Si tres judices jubeant pendere vinginti, tres decem, tres nihil, vicerit ſententia in decem condemnantium, quia in viginti inſunt decem.

98 *Captivos Græcos*] Qui ſecundo bello Macedonico nimis denudarant animos pro rege Perſeo contra Romanos.

G R O-

turbam iſtam, quæ univerſa noceret, dividendo extinguis. Duo exilium, duo ignominiam pronuntiant. Vis ego illos jungam, qui ſe ipſos dividunt?

+ XX. Addendum & hoc: ſi + qui abſentia, aut aliter impediti jure ſuo uti non poſſunt, + eorum jus interim [99] accreſcere præſentibus: quod [d] Seneca in controverſia quadam [b] exſequitur: *Puta te ſervum eſſe communem: huic domino ſervies,* [e] *qui præſens eſt.*

b Lib. III. *Contr.* 19.

+ XXI. [f] Naturalis autem ordo inter ſocios hic eſt, [i] + prout quiſque in ſocietatem venit. + Sic inter fratres is ſervatur ordo, ut qui primus natus eſt reliquos præcedat, + atque ita deinceps, + rejectis aliis omnibus qualitatibus. *Ἴσοι γάρ*, inquit [k] Ariſtoteles, *πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι· pares enim ſunt fratres, niſi quatenus + ætas eos diſtinguit.* Theodoſius, & Valens in [l] conſtitutione de ordine inter conſules ſervando: *Quis enim in uno, eodemque genere dignitatis prior eſſe debuerat,* [g] *niſi qui prior meruit dignitatem?* Atque hic mos antiquitus in Chriſtianorum quoque regum, ac populorum ſocietate obtinuit, ut qui primi Chriſtianiſmum profeſſi ſunt, [h] + in conciliis ad rem Chriſtianam pertinentibus præcedant cæteros.

i D. de albo ſcribendo.

k Ethic. Nic. VIII. 12.

l L. 1. *C. De Conſulib.* lib. 12.

XXII. Illud + tamen addendum eſt: + quoties ſocietas fundamentum habet in re, quam non æqualiter omnes participant, + ut ſi in hereditate, + aut fundo alius dimidiam partem habeat, alius tertiam, alius quartam, + tunc non tantum ordinem ſumendum ex modo participationis, + ſed & [100] ſententias ad eum modum, id eſt, [1] menſoria, ut loquuntur, proportione æſtimandas. + Quod ſicut naturali æquitati convenit, + ita [m] Romanis quoque legibus probatum eſt. Ita narrat Strabo, [n] cum Cibyra, + & tres vicinæ urbes in

m L. 8. *D. de pactis. L.* 14. *D. Depoſiti. L.* 16. *D. de rebus auct. jud. poſſid.*

n Lib. XIII. *pag.* 631.

G R O T I I.

d *Seneca in controverſia quadam*] Libro III. contr. XIX. (Sed caſus eſt paullo diverſus, ut patet. *J. B.*)

e *Qui præſens eſt*] Ita ut & ad unum recidere poſſit nomen univerſitatis. l. ſicut. 7. §. 2. D. quod cujuſque univerſitatis nomine, ubi *Weſenbecium* vide. Adde l. reſcriptum, 10. D. de pactis. *Zas.* in paratit. D. de pactis. *Bart.* in L. 1. num. 3. de albo ſcribendo. *Boer.* deciſ. 1. num. 4. *Antonium Fabrum* codice Sabandico, lib. I. tit. III. definit. 40. *Reinking.* lib. I. claſſe V. c. 8. Sæpe tamen & hic, ut in illa regula de majore parte, leges exceptionem dant, puta ut duæ partes adeſſe debeant. L. Nulli, 3. D. dicto titulo, quod cujuſque univ. nomine. L. nominationum, 46. C. de decurionibus: ut abſentes præſentibus vices ſuas mandare, aut ſuffragium per procuratorem dare poſſint. c. ſi quis juſto, 46. de Electione in VI.

f *Naturalis ordo*] De præcedentiis vide, ſi lubet, *M. Antonium Nattam* conſ. DC. n. 22. & conſ. DC LXXVIII. num. 31. *Mart. Wacher* conſiliis Cæſareis in controverſia Saxonica. (Addi poteſt Diatriba ſingularis *De Jure Præcedentiæ*, a JACOBO GOTHOFREDO, ſummo Jcto, conſcripta, & ex ejus ſecundis curis longe auctior edita *Genevæ*, 1664. *J. B.*).

g *Niſi qui prior meruit dignitatem*] Adde L. omnes, 2. C. ut dignitatum ordo ſervetur. L. ſemper, 5. D. de jure immunitatis. L. ult. C. de tironibus.

h *In conciliis*] *Joh. Fico.* conſ. latino LXXVII. n. 16. *Afflictus* deciſ. Neap. I. n. 8. *Bart.* in l. 1. D. de albo ſcribendo. *Innoc.* in c. Tua. de Majoritate & obedientia. *Ant. Teſſaurus* 1. quæſt. for. XLVIII. n. 5. *Tiberius Decianus* reſponſo XIX. n. 183. & ſeq. *Innocentius Butr. Felin.* in c. ſtatuimus D. tit. de Majoritate. *Bal.* in Decernimus, in 2. notabili, c. de Sacroſanctis eccleſiis. Sed præcipue vide *Æneam Silvium* in concilii Baſileenſis hiſtoria. (Confer Auctoris *Epiſtolas* 722, 797.)

G R O N O V I I.

99 *Accreſcere præſentibus*] Plebiſcitum apud *Livium* 26. 34. *Quod ſenatus juratus, maxima pars cenſeat, qui adſidetis, id volumus, jubemuſque.*

100 *Sententias ad eum*] Auctoritatem, ſive jus ſententiæ inter ſocios proportionis eſſe geometricæ.

1 *Menſoria*] Quam comparatam dixit 1, 1. 18.

in unum quaſi corpus coiiſſent, conveniſſe, ut [2] aliarum ſingula eſſent ſuffragia, Cibyræ bina, eo quod in commune hæc multo plus cæteris conferret. Idem [o] in Lycia viginti & tres, ait, fuiſſe urbes, quarum [i] aliæ terna, aliæ bina, aliæ ſingula ferrent ſuffragia, & ad eundem modum onera tolerarent. Sed recte notat [3] Ariſtoteles [p] id ita demum æquum fore, *εἰ κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν*, + *ſi poſſeſſionum cauſa inita eſt ſocietas.*

[o] *Lib.* XIV. *pag.* 665.
[p] *Politic.* III, 9.

XXIII. + Conſociatio, + qua multi patres familiarum in unum populum, ac civitatem coëunt, + maximum dat jus corpori in partes: + quia hæc [4] perfectiſſima eſt ſocietas: + neque ulla eſt actio hominis + externa, quæ non ad hanc ſocietatem + aut per ſe ſpectet, + aut ex circumſtantiis ſpectare poſſit. Et hoc eſt quod ab [q] Ariſtotele eſt proditum: *τοὺς νόμους ἀγορεύειν περὶ ἁπάντων*, + *leges de omnis generis rebus præcipere.*

[q] *Moral.* V, 3.

XXIV. 1. + Solet hic illud quæri, [k] an civibus de civitate abſcedere liceat, venia non impetrata. Scimus populos eſſe, ubi id non liceat, ut [5] + apud Moſchos: nec negamus, + talibus pactis iniri poſſe ſocietatem civilem, & [6] + mores vim pacti accipere. Romanis legibus, + ſaltem poſterioribus, [r] domicilium quidem transferre licebat: + ſed non eo minus qui tranſtulerat [7] municipii ſui muneribus obligabatur. Verum in quos id conſtitutum erat, ii manebant intra fines imperii Romani: atque ea ipſa conſtitutio ſpecialem [8] ſpectabat utilitatem tributariæ præſtationis.

[r] *L.* 22. *D. ad municipal.* §. 2.

2. At nos + quid naturaliter, ſi nihil aliud convenerit, obtinere debeat, quærimus: + nec de parte aliqua, ſed de tota civitate, ſive unius ſummi imperii complexu. Et ſane [l] [9] gregatim diſcedi non poſſe, ſatis expeditum eſt + ex neceſſitate

G R O T I I.

i *Aliæ terna, aliæ bina*] Sic in Smalcaldico fœdere Saxo duo habebat ſuffragia.

k *An civibus de civitate abſcedere liceat*] Vide hac de re fœdera Helvetica apud *Simlerum* (pag. 203. *Ed. Elzevir.* 1627.) & alios. *Servius* in excerptis Fuldenſibus 11. Æneidos: (*verſ.* 156.) *Conſuetudo antiqua fuerat, ut qui in familiam, vel gentem tranſiret, prius ſe abdicaret ab ea, in qua fuerat, & ſic ab alia reciperetur.* Exempla fidei regibus renuntiatæ vide aliqua apud *Marianam*, ac poſtremum illuſtre libro XXVIII. c. 13.

l *Gregatim diſcedi non poſſe*] Zonaras de Lazo rege agens, qui a Perſis ad Romanos defecerat: *τοῦτο αἴτιον μάχης Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἐγένετο, ὡς τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων τοὺς αὐτοῖς ὑπείκοντας σφετεριζομένου* · *Id belli initium Romanis, ac Perſis fuit, quod Romanus princeps ad ſe avocaret Perſis ſubditos.* (Dicendum erat, *de Lazorum Rege*, non *de Lazo rege.* Et nomen erat *Tzathus.* Locus eſt in *Juſtini Thracis* vita Lib. XIV. Cap. 5. *J. B.*)

G R O N O V I I.

2 *Aliarum ſingula, Libycæ bina*] Sic Philippo Macedoni poſt confectum Phocenſe bellum conceſſum, ut cum poſteris in Amphictyonum ſenatum adſciſceretur, & gemini ſuffragii, quod Phocenſes habuerant, jus uſurparet. *Diod. Sic.* 16, 61. Et hoc quidem æquum jure naturali, ſed cui ſæpe mos populorum intercedit, id ſervans in tali ſocietate, quod ab initio placuit. Plerumque autem tum potentes minus potentibus, ut eos alliciant, par jus ſuffragii concedunt.

3 *Ariſtoteles Pol. III. IX.*] Hein. 6. p. 299.

4 *Perfectiſſima*] 1, 1. 14.

5 *Apud Moſchos*] Olim & apud Argivos. *Ovid.* 11. Met. 28. *prohibent diſcedere leges, Pœnaque mors poſita eſt patriam mutare volenti.*

6 *Mores vim pacti*] Etiam ubi pactum ejuſmodi a primo initum non conſtat; ſi tamen longo tempore obſervatum ſit, ut nemo diſcedendi ſine commeatu poteſtatem habuerit, aut uſurpaverit, ibi eam conſuetudinem pro lege, & pacto valêre.

7 *Municipii ſui*] Hæc eſt cauſa cur Joſephum, & Mariam, quum Judææ cenſus ex mandato Auguſti ageretur, etſi habitarent Nazarethi, oportuerit proficiſci Bethlehemum, ut ibi cenſerentur: nam Davidis poſteri ejus municipii erant.

8 *Spectabat utilitatem*] Eo pertinebat, ut ne minuerentur cujuſque municipii intributiones, aut ſi aliqui inde diſceſſiſſent, graviores remanentibus fierent.

9 *Gregatim diſcedi*] Magnis catervis.

G R O-

Digitized by Google

ceſſitate [10] finis, + quæ jus facit in moralibus. (nn) + Nam id ſi liceat, jam civilis ſocietas ſubſiſtere non poſſit. + De ſingulorum diſceſſione alia res videtur, ſicut aliud eſt ex flumine aquam haurire, + aliud [11] rivum diducere. *De ſua cuique civitate ſtatuendi facultas libera eſt*, ait [s] + Tryphoninus. Cicero *s L. in* pro Balbo [t] laudat jus illud, *ne quis in civitate maneat invitus*, & *fundamentum* *bello. 12.* vocat *libertatis, ſui quemque juris & retinendi, & dimittendi eſſe dominum.* *§. 9. D. de capt. &* Tamen hic quoque ſervanda eſt + regula naturalis æquitatis, + quam Romani *poſtl.* in privatis ſocietatibus dirimendis ſecuti ſunt, [12] ut id non liceat ſi ſocietatis interſit. *t Cap.13.* Semper enim, ut recte inquit [u] Proculus, non id, quod privatim *u L. actione, 65. §.* intereſt unius ex ſociis, ſervari ſolet, + ſed quod ſocietati expedit. [m] Intererit *Labeo, 5.* autem ſocietatis civilis non abire civem, ſi magnum contractum ſit æs alienum, *D. Pro* niſi paratus ſit civis in præſens partem ſuam exſolvere: item + ſi fiducia mul- *Socio.* titudinis bellum ſit ſuſceptum, + præſertim ſi obſidio immineat, + niſi paratus ſit civis ille alium æque idoneum ſubſtituere, qui rempublicam defendat.

3. + Extra hos caſus + credibile eſt, ad liberam civium diſceſſionem conſentire populos, quia non minus ex ea libertate commodi + ſentire aliunde poſſunt.

+ XXV. Sic [n] in exules nullum jus civitati. Heraclidæ Argis ejecti ab Euryſtheo, per tutorem ſuum Iolaum ſic loquuntur apud Euripidem: (*Heraclid.* verſ. 186.

Quo jure jam nos ad Mycenæos trahat,
Eadem agentes urbe, quos urbe expulit?
+ *Nunc ergo cives non ſumus* ———

Alcibiadis filius in Iſocratea [x] oratione agens de temporibus + ejecti patris: *x Or. de* ὅτ' ὐδὲν αὐτῷ τῆς πόλεως προσῆκεν· [o] + *cum nihil ad illum civitas noſtra per-* *Bigis, pag.* *tineret.* + Jam vero plurium populorum, + ſive per ſe, + ſive per capita ſua + *349. D.* conſociatio fœdus eſt, de cujus natura, & effectu locus agendi erit, ubi [13] ad obligationem ex pacto erit deventum.

XXVI. Subjectio + ex conſenſu, aut privata eſt, aut publica. Subjectio privata ex conſenſu + eſſe poteſt multiplex, + ſicut multiplicia ſunt regiminum genera. + Nobiliſſima ſpecies eſt arrogatio, + qua quis ſui juris ſe ita dat in familiam

GROTII.

m *Intererit autem ſocietatis*] *Bembus* libro VII.

n *In exules nullum jus civitati*] Vide infra libro III. tit. XX. §. XLI.

o *Cum nihil ad illum civitas noſtra pertineret*] *Nicetas* Iſaaci Angeli rebus libro I. *μὴ καινὸν εἰ διψῴη τις τὸν ἀντίπαλον καὶ κολακεύει ὡς φίλον, τὸν οἰκεῖον εὑρίσκων πολέμιον· Non mirum ſi quis hoſtem ambiat, eique blandiatur, qui ſuos ſibi hoſtes ſenſerit.* (Cap. 10.)

GRONOVII.

10 *Finis, quæ jus*] 2, 7. 2.

11 *Rivum diducere*] Incili depreſſo, vel foſſa facta aquam perpetui decurſus in ſuum fundum ducere. l. 1. §. 5. & l. 3. §. 2. D. *de rivis.*

12 *Ut id non liceat*] Sic qui poſt Cannenſem cladem deſerere Italiam voluerant, & tum prohibiti a P. Scipione, & poſtea cauſam dicere apud cenſores juſſi, orationemque contra remp. habuiſſe judicati, & omnibus cenſoriis notis confixi ſunt. *Liv.* 22, 53. & 24, 18.

13 *Ad obligationem ex pacto*] 2, 15.

(nn) Vix accidere poteſt, ut gregatim Cives diſcedant, niſi quando aut imperium tyrannicum factum fuit, aut calamitate quadam, vel quocumque alio caſu multi homines in civitate non amplius reperiunt unde victum quærant. Uterque autem caſus tacitè exceptus intelligitur in pacto, quo aliquis Civitati ſe obſtrinxit. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

familiam alterius, ut ei ſubſit ad eum modum, quo filius, qui maturæ eſt ætatis, ſubeſt patri. + Pater autem filium ſuum eo modo dare alteri non poteſt, [14] ut jus paternum plene in eum tranſeat, & ipſe paterno officio exſolvatur, + id enim natura non ſinit: + ſed poteſt filium alteri commendare, & alendum dare quaſi ſubſtituendo.

XXVII. 1. Subjectionis ſpecies + ignobiliſſima eſt, + qua quis ſe dat [15] in ſervitutem perfectam, ut illi apud Germanos, qui noviſſimo [16] + aleæ jactu de libertate contendebant: *Victus voluntariam ſervitutem adit*, ait [z] Tacitus. Etiam apud Græcos, ut narrat Dion Pruſæenſis oratione XV. [a] *μύριοι δήπου ἀποδίδονται ἑαυτοὺς ἐλεύθεροι ὄντες, ὥστε δουλεύειν κατὰ συγγραφήν· innumeri cum liberi ſint, ſe in ſervitutem dant, ut* [p] + *ex contractus formula ſerviant.*

z De Morib. Germ. c. 24.

a Pag. 241. B.

2. + Eſt autem ſervitus perfecta, quæ perpetuas operas debet pro alimentis, & aliis, quæ vitæ neceſſitas exigit: quæ res ſi ita accipiatur [17] in terminis naturalibus, [q] + nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis; + nam [18] perpetua iſta obligatio compenſatur perpetua illa alimentorum certitudine, + quam ſæpe non habent [19] qui diurnas operas locant; + unde accidit ſæpe, quod dixit Eubulus:

> Ἐθέλει δ᾽ ἄνευ μισθοῦ παρ᾽ αὐτοῖς καταμένειν
> Ἐπὶ σιτίοις. (oo) — — —
>
> *Manere apud illos voluit, mercedis carens,*
> *Victu contentus.* — — —

Idem Comicus alibi:

> Πολλοὶ φυγόντες δεσπότας, ἐλεύθεροι
> Ὄντες, πάλιν ζητοῦσι τὴν αὐτὴν φάτνην.

Qui

GROTII.

p *Ex contractus formula ſerviant*] Ægyptiis id olim vetitum. Athenis permiſſum ad Solonis tempora. Is conſtituit *ἐπὶ σώμασι μὴ δανείζεσθαι, corpus pro credito ne obligaretur. Plutarchus* Solone. (*pag.* 86. D.) Idem lex Petilia Romæ conſtituit. (Lex Ægyptia, quâ id vetabatur, à *Bocchori* ſancita fuerat, & refertur à DIODORO SICULO, Lib. I. Cap. 79. p. 50. *Ed. H. Steph.* De *Lege Patilia*, vide VARRON. *De L. Lat.* Lib. VI. pag. 82. & LIVIUM, Lib. VIII. Cap. 28. *J. B.*)

q *Nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis*] Vide ea de re egregiam *Busbequii* diſſertationem epiſt. exoticarum tertia.

GRONOVII.

14 *Ut jus paternum*] Quod ultra jus naturæ fiebat in adoptione Romana per æs, & libram.

15 *In ſervitutem perfectam*] Ut qui apud Romanos ſe ad pretium participandum venundari patiebantur. §. 4. inſt. *de jure perſ.*

16 *Aleæ jactu*] Qui perdita aleæ luſu pecunia, & bonis, ad poſtremum libertatem ſuam colluſoris pecuniæ opponebant, & in aleam mittebant, aut res recepturi, aut ne corpus quidem ſuum habituri. Tamen ignobilior eorum, qui ſe vendebant in ludum gladiatorium. *Liv.* 28, 21. *Lipſ.* 2. Saturn. 3.

17 *In terminis naturalibus*] Ut dominis non plus in ſervos liceat, quam naturalis æquitas concedit.

18 *Perpetua iſta obligatio*] Subjectio, quæ incommoda videtur, hoc habet commodi, ut ita ſubjectis de victu ſollicitos eſſe non ſit neceſſe, quem domini præbent. *Plaut.* Caſ. 2, 4. 14. *Liber ſi ſim, meo periculo vivam, nunc vivo tuo.*

19 *Qui diurnas*] Opifices, agreſteſque, quorum res, & fides in manibus.

(oo) Apud ATHENÆUM, unde hæc deſumta ſunt, eſt, Ἐπισιτιος. Lib. VI. Cap. 12. Duo autem verſus ſequentes habentur apud STOBÆUM, Serm. 62. *J. B.*

GRO-

Qui ſe [10] *fugitivi geſſerunt pro liberis:*
Multi recurrunt [1] *priſtina ad præſepia.*

Sic in hiſtoriis notabat Poſidonius Stoicus, (pp) + multos olim fuiſſe, qui ſuæ imbecillitatis conſcii, ſponte ſe aliis in ſervitutem darent: ὅπως παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς ἀναγκαῖα ἐπιμελείας, αὐτοὶ πάλιν ἀποδιδῶσιν ἐκείνοις δι' αὐτῶν ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί· *Ut domini quidem ipſi providerent de neceſſariis, ipſi vero operam viciſſim quam poſſent præſtarent.* + Exemplum addunt (qq) alii in Mariandynis, qui eandem ob cauſam ſervos ſe fecerint Heracleotarum.

XXVIII. Jus + autem vitæ, ac necis (rr) + (de plena, & [21] interna juſtitia loquor) domini in ſervos non habent: + nec quiſquam homo hominem jure poteſt interficere, + niſi is capital commiſerit. Sed quorundam populorum legibus dominus, + quacunque de cauſa ſervum interfecerit, [22] + impune fert, + ut ubique reges, qui liberrimam habent poteſtatem. + Hac comparatione ante nos uſus eſt [b] Seneca: *Si ſervo quominus* [23] *in nomen meriti perveniat, neceſſitas obeſt, & patiendi ultima timor, idem iſtud obſtabit & ei, qui regem habet, & ei qui ducem, quoniam quanquam ſub diſpari titulo paria in illos licent.* Cum tamen haud dubie ſervus + a domino injuriam poſſit accipere, ut recte affirmat idem [c] Seneca: + ſed [24] agendi impunitas improprie jus dicitur. Quale jus & [25] Solon parentibus in liberos conceſſerat, [d] + & veteres Romanorum leges. Sopater: ἐξῆν πατρὶ ὄντι τοὺς παῖδας ἀνελεῖν· ἔξεστιν· ἐὰν ἁμάρτῃ τι· καὶ ὅτι ὁ νόμος τοῦτο εἰδὼς ὡς εἰλικρινὴς γένοιτ' ἂν δικαστὴς ὁ πατὴρ, τοῦτο προσέταξεν· *Licuit ipſi cum pater eſſet filios interficere: nempe ſi quid peccatum eſſet; nam lex id ipſi permiſit, ideo quia credidit* [26] *integrum judicem fore.* Idem jus obtinere παρὰ πολλοῖς καὶ σφόδρα εὐνομουμένοις, + *apud multos populos legum gloria florentes*, ait Dion oratione XV. [e]

XXIX. 1. + De his, qui ex ſervis naſcuntur, difficilior inſpectio eſt. Romano [f] jure, + & jure gentium circa captivos, [27] + ut dicemus alibi, ut [28] in beſtiis,

[b] *Lib.* III. *de beneſ.* c. 18.

[c] *Lib.* III. *de beneſ.* c. 22.

[d] *Sextus Empiricus Pyrrhonic.* I. 211. c. 24. §. 211. *Edit. Fabric.*

[e] *Pag.* 240. C.

[f] §. 19. *Inſt. rer. div. l.* 7. *c. Rei vind. l.* 42. *C. Liber. cauſ.*

G r o t i i.

1 *Priſtina ad præſepia*] Apud *Plautum* quidam: (*Caſin.* II, 4. 14.)

Liber ſi ſim, meo periculo vivam, nunc vivo tuo.

Meliſſus Spoletinus Grammaticus manumitti noluit. (*Suet.* Gramm. c. 21.)

G r o n o v i i.

10 *Fugitivi*] Servi à dominis profugi.

21 *Interna juſtitia*] Quæ non tantum apud judicem mortalem, ſed etiam apud Deum inſontes præſtat.

22 *Impune fert*] Non obnoxius eſt quæſtioni, aut legi Corneliæ de ſicariis.

23 *In nomen meriti*] Ut quidquid præſtet domino, non dicatur de eo bene mereri, aut ei beneficium dare, obſtat, quod quæ facit, cogitur facere, niſi velit occidi.

24 *Agendi impunitas*] Poſſe facere ſine metu pœnæ, non eſt verum, & proprie dictum jus habere ad agendum, ſed aliquid ſimile juri.

25 *Solon parentibus*] Negat *Dionyſ. Halicarn.* 2, 26.

26 *Integrum judicem*] Non facile odio liberorum, aut aliena gratia corruptum.

27 *Ut dicemus alibi*] 3, 7. 2.

28 *In beſtiis*] L. 5. §. 2. D. *de rei vindic.*

(pp) Habet hoc ex A t h e n æ o, Lib. VI. Cap. 18. pag. 263. C. *Edit. Caſaub.* 1657. *J. B.*

(qq) Hoc ſequitur ſtatim poſt verba *Poſidonii* apud A t h e n æ u m, loco indicato. Sed *Mariandynos* vi ſervire coactos *Heracleotis*, ait S t r a b o, *Geogr.* Lib. XII. pag. 817. A. *J. B.*

(rr) De tota iſta materia confer P u f e n d o r f i u m noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VI. Cap. 3. & *de Offic. Hom. & Civ.* Lib. II. Cap. 4. *J. B.*

beſtiis, ita in ſervilis conditionis hominibus + partus [29] matrem ſequitur: quod tamen juri naturali non ſatis congruit, [30] + ubi pater aliqua ratione ſufficiente cognoſci poteſt. Nam cum in mutis animantibus [s] + patres non minus, quam matres fœtuum curam gerant, hoc ipſo oſtenditur + fœtum utriuſque eſſe communem. Sic ergo + ſi lex civilis hac de re tacuiſſet, [t] + partus non minus patrem ſequeretur, quam matrem. Ponamus ergo, quo minor ſit difficultas, + utrumque parentem ſervitutem ſervire; & videamus, + an naturaliter partus ſervilis futurus ſit conditionis. Certe + ſi alia nulla fuerit ratio educandi partum, potuerunt parentes prolem ſibi naſcituram + in ſervitutem ſecum addicere: quippe cum [31] tali ex cauſa + etiam in libertate natos vendere parentibus liceat.

g Leſſ. lib. V. c. 5. dub. 5.
h 1 Corinth. VII., 21. Eph. VI, 5. Col. III, 22. Tit. II, 9. 1. Petr. II, 16.
i C. ſi quis ſervum. 17. q. 4.

2. Sed cum hoc jus naturaliter ortum ducat [32] + ex ipſa neceſſitate, [u] + extra eam non eſt jus parentibus prolem ſuam cuiquam addicere. Quare jus dominorum in prolem ſervilem hoc caſu naſcetur [x] + ex ipſa alimentorum, & eorum, quæ vitæ neceſſaria ſunt, præbitione: ac proinde + cum diu alendi fuerint e ſervis nati, antequam opera eorum domino utilis eſſe poſſit, & ſequentes operæ ſui [33] temporis alimentis reſpondeant: effugere ita natis ſervitutem non licebit, niſi pro alimentis quantum ſatis eſt reddant. [g] Certe ſi immanis ſit domini ſævitia, ſervos illos etiam, qui ipſi ſe in ſervitutem dederunt, + fuga conſulere ſibi poſſe, probabilis ſententia eſt. Nam quod Apoſtoli, [h] & antiqui [i] canones

GROTII.

s *Patres non minus, quam matres fœtuum curam gerant*] Vide infra cap. VIII. §. 18. *Plinius* X, 34. de columbis: *Amor utrique ſobolis æqualis.*

t *Partus non minus patrem ſequeretur, quam matrem*] *Seneca* de beneficiis VII, 12. *quomodo patri, matrique communes liberi ſunt?* Lex Viſigotthica lib. X. tit. 1, 17. *Si enim filius ab utroque parente gignitur, & creatur, cur idem ad conditionem tantum pertineat genitricis, qui ſine patre nullatenus potuit procreari?* Deinde: *Hac rationabiliter naturæ lege compellimur, agnitionem ancillæ, quæ ſervo alieno juncta pepererit, inter utroſque dominos æqualiter dividendam.* Slavi & Slavæ proles patrem ſequebatur; *Speculum Saxonicum* III, 37. Idem moris in nonnullis Italiæ locis. c. licet 3. de conjugio ſervorum. Apud Longobardos & Saxones ſequitur partus partem deteriorem. *Spec. Sax.* I, 16. Idem apud Wiſigotthos in Hiſpania Iſidori tempore obtinuiſſe, diſcas ex c. ult. cauſa XXXII. quæſt. IV. Natus ex ſervo, & ingenua, eadem Wiſigotthorum lege fit ſervus. III. tit. II, 3. IV. tit. V, 7. IX. tit. I, 16. Ex ſervo, & ancilla nati inter dominos dividuntur. Si unus ſit filius, habet eum ſervi dominus, ancillæ domino pretii dimidium perſolvens. In originariis, patris originarii dominus duas fert partes, feminæ originariæ dominus unam, ex edicto Theodorici apud *Caſſiodorum* c. 67. in Anglia Francus quis eſt, aut villanus ex patre: idemque in aliis conditionum diſcriminibus obſervatur. *Litleton* de Villanagio, & liber *de laudibus legum Angliæ.* Has leges a civili Romana diſcrepantes juri naturæ non repugnare, agnoſcit *Thomas Aquinas.* (Suppl. *Quæſt.* 52. Art. 4. in *Concluſ.*) quid ni, cum & Menſia lege apud Romanos alterutro parente peregrino natus peregrinus cenſeretur? ut nos docet *Ulpianus* in Inſtitutionibus, titulo de his, qui in poteſtate, V. §. 8. (Vide ibi Notas Eruditiſſimi SCHULTINGII. De *Originariis* autem, qui idem ſunt ac *Adſcriptitii*, conſule JAC. GOTHOFRED. ad Lib. V. Tit. IX. *Cod. Theodoſ.* pag. 451. *& ſeq.* Tom. I. *J. B.*)

u *Extra eam non eſt jus parentibus prolem ſuam cuiquam addicere*] Ita & Carolus Calvus ſtatuit cap. XXXIV. Edicti Piſtis.

x *Ex ipſa alimentorum, & eorum, quæ vitæ neceſſaria ſunt, præbitione*] Vide *Leonem Afrum* lib. VI. de Barca. (Pag. 599. *Ed. Elzevir.*)

GRONOVII.

29 *Matrem ſequitur*] L. 7. Cod. *de rei vind.* l. 42. Cod. *de liber. cauſa.*

30 *Ubi pater aliqua*] Nam cur in beſtiis, & ſervis id conſtitutum ſit, hæc ratio eſt, quod in illis non ſunt nuptiæ, quæ patrem demonſtrant.

31 *Tali ex cauſa*] Ob alendi ſeque, & illos inopiam.

32 *Ex ipſa neceſſitate*] Ex egeſtate alimentorum, ſi ea ſuppetunt aliunde.

33 *Temporis alimentis*] Debeantur pro cibo, quo tum temporis ſuſtentantur.

Digitized by Google

nones ſervis edicunt, [y] + ne ſe dominis ſubtrahant, generale eſt, & eorum errori oppoſitum, + qui omnem ſubjectionem tam privatam, quam publicam rejiciebant, ut pugnantem cum Chriſtiana libertate.

XXX. Præter + perfectam ſervitutem, de qua jam egimus, + ſunt & imperfectæ, + ut quæ aut in diem ſint, + aut ſub conditione, + aut ad res certas. Talis eſt [34] + libertorum, [35] + ſtatu liberorum, [36] + nexorum, [37] + addictorum, [38] + adſcriptorum glebæ, [39] ſeptem annorum ſervitus apud Hebræos, & altera [40] ad Jubilæum uſque: [41] + Peneſtarum apud Theſſalos; eorum, quos [42] + manus mortuas vocant, ac poſtremo [z] mercenariorum: quæ diſcrimina aut a legibus, aut a pactionibus pendent. Imperfecta ſervitus naturaliter etiam eſſe videtur ejus, qui altero parente liberæ, altero ſervilis conditionis ſit natus, + ob eam, quam ſupra diximus cauſam.

+ XXXI. Publica + ſubjectio eſt, qua ſe populus [43] homini alicui, aut [44] pluribus hominibus, + aut etiam [45] populo alteri + in ditionem dat. Formulam talis ſubjectionis in exemplo [46] Capuæ ſupra adduximus. Similis eſt illa populi [47] Collatini: [k] *Deditiſne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina, humanaque omnia in meam, populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.* Quo alludens Plautus Amphitruone, ait: (*Act. I. Scen. I.* verſ. 102, 103.) k Vid. ſup. L. 1. c. 3. §. 8. n. 7.

> [a] *Deduntque ſe, divina, humanaque omnia, urbem, & liberos*
> *In ditionem, atque in arbitratum cuncti Thebano populo.*

[a] Perſæ hoc vocabant [48] aquam, & terram dedere. Sed hæc perfecta ſubjectio eſt.

GROTII.

y *Ne ſe dominis ſubtrahant*] Vide Infra lib. III. c. VII. §. 6.

z *Mercenariorum*] Inter quos ii, qui in Anglia *apprentiſii* dicuntur, durante diſciplinæ ſuæ tempore, proxime ad ſervilem conditionem accedunt. (Vide *Thom. Smith*, De Republ. Anglic. *Lib.* III. *Cap.* 10. J. B.)

a *Deduntque ſe, divina, humanaque omnia*] Id Perſæ vocabant *terram, & aquam dedere.*

GRONOVII.

34 *Libertorum*] Qui manumiſſi tamen operas patronis debent.

35 *Statu liberorum*] Qui teſtamento ſub conditione pendente manumiſſi ſunt.

36 *Nexorum*] Qui ob æs alienum creditoribus operas præſtant, ſive ultro, ſive ſententia judicis, plerumque in vinculis, ἐγκαλεσμένων. *Liv.* 2, 24. & 27. lib. 8, 28. *Varro* 6. de L. L. 82.

37 *Addictorum*] Qui faciunt idem ſententia judicis. *Cic. pro Flacco* 20, 2. *de Orat.* 63.

38 *Adſcriptorum glebæ*] Coloni cum agro dominum mutantes.

39 *Septem annorum*] Ut Hebræus Hebræo ſe vendens ſex annis ſerviat, ſeptimo liber ſit. *Deut.* 15, 12.

40 *Ad Jubilæum*] Ut idem jubilæo, id eſt, ſepties ſepteno, ſeu XLIX. anno exacto liber ſit. *Levit.* 20, 39.

41 *Peneſtarum*] Quales *Ilotæ* Lacedæmone, *Clientes* Romæ.

42 *Manus mortuas*] Agricolas, vel ruſticos hac conditione manumiſſos, ut ſi morerentur ſine liberis, bona omnia redirent ad patronum: ſin liberis relictis, optimum pignus, vel *jocale*, (i. quod ex omni re illius & inſtrumento pretioſiſſimum eſt) patrono, vel domino cederet: ſi nihil eſſet tale, defuncti dextera abſciſſa offerretur. *Mag.* chron. Belgii p. 153. ad annum D. 1123. *Bodin.* 1. de Republ. 5. p. 61. & 63. *Deſ. Herald.* Rer. quotid. lib. I. cap. 10. num. 13. p. 81.

43 *Homini alicui*] Regi, vel quocumque ſpecialiori nomine Principi.

44 *Pluribus*] Senatui, optimatibus, ubi ariſtocratia eſt.

45 *Populo*] Ubi democratia.

46 *Capuæ ſupra*] 1, 3. 8. *n.* 3. *n.* 7. *Conf.* 2. 9. 6.

47 *Collatini*] Liv. 1, 38.

48 *Aquam, & terram dedere*] *Herodotus* Polyhymnia ſive lib. 7. cap. 133. *Curtius* lib. 3, 10.

eſt. + Sunt & aliæ minus perfectæ, + aut habendi modo, + aut quoad imperandi plenitudinem, quarum gradus peti poſſunt ex his, quæ ſupra [l] a nobis diſſertata ſunt.

l Lib. 1. c. 3. §. 7. & late ſeq.

XXXII. Ex + delicto ſubjectio, etiam non accedente conſenſu, naſcitur, [b] + quoties qui meruit libertatem amittere, + ab eo, cui pœnæ exigendæ jus eſt, in poteſtatem vi redigitur. Cui autem jus ſit pœnæ exigendæ, [49] videbimus infra. Poſſunt autem hunc in modum ſubjici + non ſinguli tantum privata ſubjectione: [c] + ut Romæ qui [50] ad dilectum non reſpondebant, & [51] incenſi: [m] poſtea & + feminæ, quæ ſe [52] ſervo alieno junxiſſent; ſed & [53] + populi publica ex publico delicto. Hoc intereſt, + quod populi ſervitus per ſe perpetua eſt, + quia ſucceſſio partium non impedit, quo minus unus ſit populus. + At ſingulorum ſervitus pœnalis perſonas non egreditur; quia [54] noxa caput ſequitur. + Utraque autem ſervitus, tam privata, quam publica [55] pœnalis eſſe poteſt, aut perfecta, aut imperfecta pro modo meriti, & inflictæ pœnæ.

m Cic. pro Cæcina, c. 34.

+ De ſervitute vero, tam privata, quam publica, quæ ex jure gentium oritur voluntario, [56] infra dicendi erit locus, ubi ad effectus belli erit ventum.

GROTII.

b *Quoties qui meruit libertatem amittere*] Ut ſocii illi Ulyſſis Ægyptios prædati, de quibus *Homerus* Odyſſeæ ξ. (*verſ.* 271, 272.)

Ἔνθ' ἡμέων πολλὰς μὲν ἀπέκτανον ὀξέϊ χαλκῷ.
Τὰς δ' ἄγαγον ζωὰς, σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ.

Partem igitur noſtrûm ſicilicibus obtruncarunt:
Partem etiam vivos ad opus traxere coactum.

Si Apollinem Jupiter cum in tartarum dejicere vellet, exoratus a Latona ſervituti addixit. habet *Apollodorus* libro III. (c. 10. §. 3.)

c *Ut Romæ qui ad dilectum non reſpondebant*] Apud Lycios fures. *Nicolaus Damoſcenus* (pag. 517. *Excerpt. Peireſc.*) Apud Wiſigothos multi aliorum criminum damnati, ut ex eorum legibus apparet.

GRONOVII.

49 *Videbimus infra*] 2, 20. 3. *ſeq.*

50 *Ad dilectum*] Citati, ut ſacramentum dicerent, & militiæ nomen darent, non comparuerant. l. 20. D. *comm. div.* l. 4. §. 10. D. *de re militari.*

51 *Incenſi*] Ex lege Ser. Tullii regis, qui patrimonium non profeſſi, aut male profeſſi erant. *Liv.* 1, 44.

52 *Servo alieno*] *Tacit.* 12. ann. 53. *Sueton.* Veſpaſ. 11.

53 *Populi publica*] Ut Brutios poſt bellum Punicum ſecundum ſenatus. *Gell.* 10, 3. ut opifices, quos nova Carthagine cepit, P. Scipio. *Liv.* 26, 47. ut libertinos, qui ſe pro equitibus Rom. gererent, Claudius ſervos publicos fecerunt. *Sueton.* 25.

54 *Noxa caput*] §. 5. Inſtit. *de noxal. act.* l. 21. §. 1. D. *commodati.*

55 *Pœnalis eſſe*] Pœnæ vice irrogari poteſt.

56 *Infra dicendi*] 3, 7. & 8. *per tot.*

HENRICI

Digitized by Google

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. V.
§. I.

NOn *in res tantum*] ,, Auctor NOSTRUM ,, aliquid fieri dixit, vel *communi bo-* ,, *minum jure*, vel *jure noſtro ſingulari* : *Vid.* ,, *l.* 2. *c.* 2. §. 1. Singulari jure noſtrum fieri ,, ſtatuit, vel per acquiſitionem *rei*, vel per ,, acquiſitionem juris in *perſonam. Vid. l.* 2. ,, *c.* 3. §. 1. *junct. c.* 5. §. 1.

,, Hactenus egit Auctor de acquiſitione ju- ,, ris *in res*, eaque tum originaria, tum de- ,, rivativa. *d. c.* 3. §. 1. Hic de jure agit, ,, quod acquirimus in *perſonas.* §. *b.*

,, Ubi ſtatim ab initio notandus eſt error ,, Auctoris, qui *jus perſonarum* refert ad id ,, quod *noſtrum* eſt, adeoque ad *jura in re.* ,, Unde perſonas *rerum* nomine comprehen- ,, dit, *l.* 2. *c.* 10. §. 1. & actiones ex hoc ,, jure provenientes *reales* eſſe, ſtatuit. *d. c.* ,, 10. §. 1. Quod cum ratione juris naturalis, ,, & Romani pugnat.

,, *Jus* enim *perſonarum*, quatenus ad *ſta-* ,, *tum hominum* pertinet, proprium obje- ,, ctum juris conſtituit, & toto cælo a jure ,, rerum differt. *Jus* enim *perſonarum* afficit ,, qualitatem perſonæ, quæ nihil cum *rebus* ,, commune habet ; *jus rerum* afficit rem ,, ipſam, nulla habita ratione perſonæ. Ex ,, *priori* jure oriuntur actiones ſpeciales, quæ ,, *præjudiciales* dicuntur; quibus perſequi- ,, mur jus, quod ex ſtatu hominum nobis ,, competit: ex *poſteriori* actiones dantur, qui- ,, bus rei dominium, & proprietatem perſe- ,, quimur. Cæterum actiones præjudiciales ,, non eſſe reales, probavimus *in Diſſert. pro-* ,, *œm. XII.* §. 113.

Sed & in perſonas jus quoddam acquiri- tur] Singulari jure aliquid noſtrum fieri originaria acquiſitione, dixit Auctor ſupra *c.* 3. §. 1. Originarie autem acquiruntur, vel res, vel perſonæ: de illis hactenus egit Auctor *c.* 3. & 4. de perſonis nunc agemus.

Uti vero, omiſſis Auctoris principiis, jus hominum in res in præcedentibus deduximus ex *Poſ. V. n.* 2. & 3. ita jus in perſonas demonſtrabimus ex *Poſ. V. n.* 4. & 5. Nam etſi naturali ratione homini in hominem nullum regulariter jus competat, duæ tamen hujus regulæ ſunt exceptiones, 1. ex facto naturæ; quo pertinet jus, quod parentibus competit in liberos: 2. ex facto hominum; quo referimus jus, quod maritis competit in uxorem, magiſtratibus in ſubditos, dominis in ſervos. &c.

Et originarie quidem ex generatione] ,, Ma- ,, le jus, quod ex generatione oritur, refert ,, ad id, quod *noſtrum* eſt: uti initio h. §. ,, vidimus. Jus hoc oritur ex *ſtatu homi-* ,, *num*, adeoque ex *jure perſonarum*; un- ,, de non oriuntur actiones reales, ſed præ- ,, judiciales.

Conſenſu] ,, Unde deducit jus mariti in ,, uxorem, jus patrisfamilias in famulos, jus ,, collegii in ſingulos, jus magiſtratus in ſub- ,, ditos. Vid. §. 8. *ſeq.*

Delicto] ,, Si quis in pœnam alieno do- ,, minio ſubjicitur. *Vid.* §. 32.

,, Ex eis, quæ initio hujus §. diximus, ,, apparet, Auctorem male jura, quæ ex ,, *conſenſu* in perſonas oriuntur, referre ad ,, id, *quod noſtrum eſt*, i. e. ad jura in re, ,, & ad acquiſitiones originarias, quæ tan- ,, tum ad *res* pertinent. Hæc enim jura ad ,, aliud objectum juris, nimirum ad jus per- ,, ſonarum, quod ex ſtatu hominum oritur, ,, referri debent; unde non actiones reales, ,, ſed præjudiciales dantur.

Generatione parentibus jus acquiritur in liberos] Cum admodum Auctores differant in deducenda origine patriæ poteſtatis, præmitti principia juris naturæ neceſſe eſt, antequam nos ad interpretationem Auctoris accingamus.

Digitized by Google

Propositio I.

Naturæ lex eſt, ut infantes educentur ad maturitatem: adeoque naturâ educatio eſt neceſſaria.

Demonstratio.

Naturam voluiſſe, infantes immaturos fieri maturos, probatur I. ex ipſo facto creationis, ejuſque fine: natura enim animantibus ſingulis facultatem dedit propagandi ſpeciem eandem, ea intentione ut ſpecies ſimilis conſervetur: hæc autem propagatio, adeoque hic finis creationis, obtineri nequit niſi ſpecies ſimilis fiat generanti, & pariter generare poſſit, alias enim non continuaretur propagatio. Dum igitur II. natura vult propagari humanum genus, neceſſario etiam vult media, ſine quibus propagatio fieri non poteſt; at non poteſt citra educationem: nam remota educatione ſemina humani generis, ſcilicet infantes, neceſſario peritura eſſent. Neque enim III. partus maturus fit ex quo editur, neque generatio abſolvitur per nativitatem prolis, ſed incipit in utero, & abſolvitur per educationem extra uterum, idque per varios gradus. Nam IV. actio generationis incipit a rudi ſemine; concepto partui accedit ratio; membrorum delineatio; perfectio organorum ſeptimo menſe; & tandem ſequitur editio partus. At nondum maturus *hoc modo eſt* partus; nondum enim ſe exhibere poteſt, nedum propagationem generis humani continuare: hinc voluit natura eum porro maturari. Sane prudens, & provida natura noluit partum in utero perfici, noluit inquam fœtum uſque ad pubertatem, ſeu plenam maturitatem, in utero materno manere, tum ne nimium excreſcat moles, eoque exitus impoſſibilis fiat, tum ne facultatem generandi accipiant noviter nati antequam rationis, & intellectus uſum habeant, quia generatio, eique conjuncta officia, ſine intellectu perfici non poſſunt. Diviſit igitur natura actum generationis, voluit partum extra uterum per alimenta educari, uſque dum omnia organa, & facultates naturales ei accedant. Ultimum autem organorum eſt vis ſeminis, & facultas generandi. Sed & V. educandi neceſſitas apparet ex creatione mammarum, quarum extra educationem uſus non eſt. VI. Fruſtra terra condita eſſet, ſi ante pereundum infantibus, quam uti ea poſſent: natura autem nihil fruſtra fecit. *Poſ. IV. n. f.* Accedit VII. exemplum omnium animantium, quæ natura educatione conſervat, & propagat, indito ad id generantibus motu univerſali. *Poſ. IV. n. 1.*

Propositio II.

Officium educandi a natura injunctum eſt parentibus. Atque in eo conſiſtit patria poteſtas.

Demonstratio.

Dictum I. in præcedentibus eſt, propagationem incipere quidem in utero, ſed abſolvi extra uterum, & non niſi cum plena maturitate finiri. Cum ergo natura initium injunxerit generantibus, eiſdem etiam injunxit finem, ſeu perfectionem, cum unum negotium, actuſque ſit. Neque enim II. diviſit natura actum propagationis, qui unus eſt, neque alii initium, alii finem commiſiſſe apparet. Sed & III. cum omnes non poſſint educare omnes, neceſſario ſequitur, certis ſaltem perſonis natura curam hanc commiſſam eſſe; at non apparet aliis id commiſſum eſſe, niſi parentibus, quia ratio non eſt cur extraneis potius, ad quos proles nulla ratione pertinet, quam parentibus, qui eam in lucem produxere, cura hæc commiſſa videatur. Unde IV. natura quoque omnium animantium parentibus vehementiſſimum inſtinctum indidit, prolem edueandi, eoque genus ſuum conſervandi. Atque hinc V. JCti Romani educationem liberorum ad illud jus naturæ referunt, quod natura omnia animalia docuit. Inque eo VI. omnes gentes conveniunt; de quo vide *Joſeph. L. 2. c. App. Richt. Ax. Oecon.* 51. & 52. *Grot. h. c.* §. 2. *ibid. Teſm. lit. e. & g. Albert. de J. N. p. 2. f.* 286. *Senec. Conſ. ad Martiam. c.* 12.

Additio.

„ Uberius hanc rem, & hæc principia „ explicavit B. Parens in tribus diſſertationibus, quas, quoad paſſus concernentes, „ hic inſerere operæ pretium duxi.

„ *Primo* huc pertinet diſſertatio *de jure* „ *generationis*: ubi originem patriæ poteſta„ tis ita explicat.

Patriam in liberos poteſtatem nemo non agnoſcit, cauſam omnes anxie quærunt. Communiter pro argumento afferunt generationem, filioſque in poteſtate patrum hoc ipſo eſſe contendunt, quia ab iis generati ſunt; quod *ſequitur* Grot. L. 1. c. 5. §. 1. & *commendat oratoris more Bœclerus ad* Grot. d. l. *Idem defendit.* Lud. Praſcius diſſ. de bono cive §. 7. *Affertur argumentatio Quintiliani in* declam. 13. an fieri poteſt, *inquit*, ut quod naſcitur meum ſit, quod generat, alienum: & *Philonis ſententia*, parentes gignendo Deum referre.

Metru

Digitized by Google

Merito tamen refutat hoc Hobbeſius de cive c. 9. §. 1. *& negat meum eſſe, quod a me genitum eſt, quia nulla connexio eſt inter hæc duo:* generare, & dominium acquirere: *Nec ſane ulla in iis apparet ratio, qua invicem conveniant, & alterum de altero deduci poſſit. Fefellit eos obſervatio legum, quibus quod ex re mea naſcitur, meum eſſe dicitur*, l. 49. §. 1. de R. V. l. 12. §. 3. ad exhib. *Ejus enim juris cauſa non eſt ipſa generatio, ſed rerum iſtarum natura, quæ ad utilitatem hominum ſunt conditæ, indeque homo, cujus qualibet res eſt, ea uti, ceu, quod idem, quidquid utilitatis inde naſcitur, percipere poteſt: & de iis rebus quoque loquitur.* Quintilianus d. l. *Quid hoc ad generationem hominis, quem non, ut cæteras res, hominum cauſa naſci, JCti quoque Romani ſatis perſpexere.*

Ipſe vero Hobbeſius aliam, ſed leviorem rationem ſubſtituit: quod dominium infantis ejus ſit, qui primus in poteſtate ſua eum habet, indeque peſſime concludit, matrem originaliter eſſe dominam, & partum, ut in cæteris, ventrem ſequi. d. c. 9. §. 3. 4. & Leviath. c. 20. *Multa hic ſunt erronea ſuppoſita: I. falſum, quod occupatio, qua res in alicujus poteſtatem redigitur, uti aliarum rerum, ita hominis quoque adquirendi, modus ſit legitimus: reliqua enim res ideo natæ ſunt, ut occupentur ab hominibus, homo non eſt:* II. *falſum quod hic talis occupatio fiat a matre, ubi nec res nullius, nec occupabilis eſt, nec animus occupandi, ſeu poſſidendi:* III *falſum, quod hoc poſito potius videretur in poteſtate matris, quam patris; agimus enim de filio, qui ex nuptiis, (quæ cohabitationem conjugum inferunt* §. 1. pat. pot.) *naſcitur, in illa autem cohabitatione omnia ſunt in cuſtodia, & poteſtate patrisfam., non matris.* IV. *Cum talem intelligat occupationem, uti victor victum in poteſtatem redigit*, d. c. 9. §. 3. *nemo hominum eſſet liber, ſed omnes in dominio matris: & quid* V. *abſurdius, quam cum ipſe ſæpius ſtatuat homines naturaliter in libertate naſci, per eandem nativitatem eos occupatos, & in dominium matris redactos ſtatuere? Equidem extra nuptias placuit partum ſequi ventrem, non quaſi is in patris poteſtate non naſcatur, (nam ex ratione juris & hic erit in poteſtate patris); ſed pater neſcitur, adeoque jus ſuum ipſi certo tribui nequit.*

Alii patrem dominum filii ſtatuunt, quia is ex corpore, quod in dominio patris eſt, naſcitur. Hoc potius comparationem, quam rationem eſſe, ait Bœclerus d. l. *Sed quiſquis ejus ſit ſenſus, nihil abſurdius, quam homines, & uxores conſiderare ut res in patrimonio noſtro. Alii ideo, quia filius eſt pars ſubſtantiæ parentum, & portio viſcerum. Sed hoc verum quamdiu iis conjunctus eſt; ſecus ubi per nativitatem ab iis ſeparatus eſt:* l. 1. ff. de inſp. vent. *nondum ergo hinc apparet, unde patria poteſtas oriatur poſtquam ſeorſim novus homo exiſtit, cui eadem jura, quæ patri competunt.*

Sunt qui filium ad matrem jure ſoli referunt, & proinde cum ſemen cedat ſolo, jus matris potius ſtatuere neceſſe habent. Subtilis eſt illa JCti philoſophia in l. 25. pr. de Uſur. *Ubi jus ſeminis, & ſoli comparat, & hoc præfert.* Omnis, *inquit*, fructus non jure ſeminis, ſed jure ſoli percipitur. d. l. 25. pr. *Et mox*: In fructibus magis corporis jus, ex quo percipiuntur, quam ſeminis, ex quo oriuntur, aſpicitur d. l. 25. §. 1. *Cui conſequens eſſet, ut mater in jure filii præferretur. Cæterum errat qui hoc, aut ſimilibus acceſſionum modis dominium adquiri, putat. Contrarium enim ex ipſo jure civili patet, quod ei, qui mala fide in alieno ædificavit, ædificium tollere concedit*, l. 37. R. V. *quod fieri non poſſet, niſi id ipſius adhuc eſſet. Nec vero, quod res mea alteri adhæreat, vel mixta ſit, ideo mihi illa auferri, & alterius lucro cedere debet. Sed cum ſeparari iterum ſine diſpendio ſaltem meo nequeat, adeoque neutri ſua portio ſalva eſſe poſſit, hinc neceſſario alterutri tota adjudicanda eſt ſub lege refundendi pretii, adeoque per modum emtionis, & adjudicationis. Sed cui? Jure naturæ ei, cujus magis interſit, cui minus imputari poſſit, &c. Sed jure civili certa regula præſcripta eſt, ut res minor cedat potiori, & totum quaſi in unum corpus coactum, formam hujus ſequatur: qua ratione ſemen quoque ſolo cedit.*

Nihil ergo hoc ad partum, qui nec pretio, nec naturaliter ex jure ſoli, (utpote quod civile eſt per §. 7.) *æſtimari, nec ut fructus acquiri poteſt.*

His ergo rejectis opinionibus, patriam poteſtatem duplici fundamento demonſtramus: Primum tale eſt. I. Homo omnium actionum ſuarum dominus eſt, idque ratione mentis, ſeu voluntatis ſuæ; quia hujus imperia omnia corporis membra tanquam inſtrumenta ſubeunt, ita ut id agant, quod voluntas imperat: unde ea demum eſt actio noſtra, quæ a nobis, id

eſt,

Digitized by Google

eſt; a mente, ſeu voluntate noſtra procedit, in eoque conſiſtit dominium in noſtra membra, eorumque actiones, quod a noſtra voluntate, & arbitrio exercentur; reliquæ actiones, quæ inde non procedunt, non ſunt noſtræ, ſed ejus qui eas quaſi movet. II. Igitur & tota illa actio, qua parentes per conſuetudinem conjugalem ſuorum quaſi viſcerum partes miſcent ad propagandam ſpeciem ſibi ſimilem, eſt in ipſorum poteſtate, & totius hujus actionis illi ſunt domini. III. Tota autem illa actio non terminatur generatione, ſed partus ad ſuam maturitatem perductione; etſi enim infans homo ſit, & rationis poteſtate, qua ipſius quoque actiones ipſi ſubſunt, præditus: cum tamen illa ratione uti non poſſit, adeoque nondum exiſtat ſpecies gignentibus ſimilis, nedum quæ eandem ſpeciem continuare poſſit, hinc nondum actio propagandæ ſpeciei humanæ ad finem perducta eſt. IV. Sequitur ergo, quod tota hæc actio cum ipſo partu perinde adhuc ſit in poteſtate parentum, ac ſi ab eis ſeparatus nondum eſſet: uti effectus tamdiu videtur adhuc eſſe in ſuis cauſis, donec ipſe per ſe, ſeu extra ſuas cauſas plene exiſtat. Tunc ergo demum homo vere propagatus, & extra ſuas cauſas exiſtere videtur, quando ſpecies gignentibus ſimilis exiſtit, i. e. quæ, uti propagantes, propria mente regi, & eandem ſpeciem continuare poteſt; quod naturaliter fit pubertate, qua homo generandi, & ſic familiam propriam conſtituendi, regendique facultatem conſequitur.

Alterum fundamentum eſt, quia natura cum generatione individuo nexu educationem conjunxit; eumque in finem, & ne ea ſeparetur, generanti vehementiſſimos motus ad educandum injunxit, uti in brutis omnibus evidentiſſime apparet. Ex inſtituto ergo naturæ, genitum eſt in poteſtate gignentis, perinde ac ſi adhuc cum ipſo conjunctum eſſet, quia, ut dictum, educatio ex inſtituto naturæ nihil aliud eſt, quam generationis quaſi continuatio.

Patet ergo, partum eſſe in utriuſque parentis poteſtate, ſed inæqualiter; ita ut præcipuæ ſint partes patris, tanquam in ipſam quoque uxorem imperium œconomicum habentis; quod longius exſequi jam nec inſtituti, nec chartæ modus permittit.

„ Secundo B. Parens materiam hanc illu-
„ ſtravit in diſp. de Privilegiis patriæ poteſta-
„ tis, his verbis.

Conſideraturus hanc patriam poteſtatem, privilegiorum uberrimum campum invenio. Nam indefinita olim fuit, & neque finem, neque modum agnovit apud Romanos; extendebatur enim ad omne vitæ tempus, ad ſummos etiam ſi filius evectus fuiſſet honores: immenſa non minus, quia non bona, ſed vitam ipſam tangebat, l. 11. de lib. & poſth. Quamvis enim jure naturæ omnibus parentibus privilegia multa, & jura ſint conceſſa, Ariſt. 8. Ethic. 12. §. 1. Polit. 12. Romanis tamen effræna in liberos poteſtas relicta, §. 2. I. de pat. pot. ita ut hæc poteſtas aliquam formam peculiarem hoc jure, ſed inter ipſos Romanos propriam, receperit. Alb. Gentil. de Nupt. Lib. 4. c. 1. Hinc Grotius de Jur. bell. & pac. Lib. 1. c. 2. §. 5. n. 5. ſummam poteſtatem penes patres, ait; quod & Bodinus L. 1. de republ. aſſerit. Sed & ad conſanguineos, vel proximos nonnihil poteſtatis tranſmiſſum fuit; cujuſmodi quid in regnis Perſiæ obſervari, tradunt Olearius & Tavernier: ut ſc. jus ſupplicium de delinquente ſumendi, relinquatur ipſis, qui proxime occiſum ſanguine attingunt.

Cauſam hujus poteſtatis, varii varie quæſiverunt. Generationem ſatis cauſæ eſſe, contendit Grotius, L. 2. c. 5. §. 1. quem copia commentariorum ſequitur, qui uno ore fatentur, eam cauſam eſſe quare jus in liberos parentibus potius, quam aliis conferatur. Recte autem Hobbes de cive repellit hanc ſententiam, ſed pejorem ſubſtituit cauſam cap. 9. §. 2. §. ſeq. ubi matri tribuit originale jus in liberos, patri autem non niſi derivatum adſcribit, a quo recedit merito D. Ziegler ad dictum locum Grotii. Aliis, uti fœtus pars viſcerum, ita & partus pars matris dicitur; alii aliter ex jure ſeminis, & ſimilia: quæ tanquam minus convenientia hic rejicimus, quoniam regula, jus fructuum eſſe ejus, cujus res eſt, fallit in homine, qui creatus ut ſit dominus, non autem ut ſit in dominio. B. Pufendorfius de J. Nat. L. 6. c. 2. §. 4. ſtatuit, generationem dare occaſionem patriæ poteſtati, non vero eſſe ſolam cauſam. Sed eam ex præſumtionibus deducit, nempe ſi filii eſſent maturæ ætatis, ſe ſponte præſumi ſubjeciſſe, uti videre eſt d. l. verb. præſumitur p. 908.

Res ita ſe habet: Jure naturæ quidem homini in hominem non competit poteſtas, ſed omnes homines juribus, & potentus agendi a natura æqualiter præditi ſunt; at hoc tamdiu, quoad aliud appareat a natura conſtitutum. Inprimis vero jus educandi liberos, & quæ eo pertinent, manifeſtum eſt a Creatore injunctum eſſe. Voluit enim Creator homines educari qui nati ſunt, ne ſtatim iterum peri-

rent;

Digitized by Google

rent, & ſic per conſequens totum genus humanum brevi deſtruatur. Hoc vero jus, officiumque educandi recens natos, ipſis parentibus a creatore noſtro impoſitum eſſe, patet omnino ex illo ad educandum ſtudio, motu, ac inſtinctu vehementiſſimo, quem una in generantibus non modo hominibus, ſed & animalibus cæteris magna providentia condidit, στοργὴν *vocant; Neque vero cum educationem a certis perſonis fieri neceſſum ſit, ulla apparet ratio, cur extraneis potius, quam ipſis generantibus hoc munus injunxerit. Idemque ex naturæ intentione generali liquet, quæ hoc egit in omnium animalium creatione, ut ſpecies propagetur, i.e. ſpecies gignenti ſimilis producatur: ſimilis autem gignenti ſpecies hactenus non eſt, niſi ad eam ſaltem ætatem perducta ſit, ut & ipſa gignere, & ſpeciem propagare poſſit; quam proinde maturitatem cum proles a parentibus ex generatione non accipiat, opus eſt conſque eorundem parentum educatione, donec & ipſi gignere, & ſe, ſuamque familiam exhibere poſſunt. Hocque educationis jus facit revera patriam poteſtatem, quam ita ſi conſideres, juris eſt naturæ.*

„ *Tertio* nervoſe B. Parens jus patriæ po„ teſtatis deduxit *in Diſſ. de Tutel. illuſtrium* „ *Sect.* 1. §. „ *Natura equidem*, ait ibidem, *conſtitutos ad id eſſe parentes, ut curam impuberum, qui ab ipſis geniti ſunt, gerant, per plurimas rationes probari poteſt. Et luculenter ſatis id apparet ex inſtinctibus illis, quos non tantum hominibus, ſed ipſis brutis a natura ad alendam, educandamque prolem ſuam inditos videmus; unde & Euripides in Dyctie tragœdia* hanc unam omnium legem eſſe, *ait*, quæ & hominibus inter ſe, & cum cæteris animantibus communis ſit. *Et liberorum educationem juris naturalis, quod natura omnia animalia docuit, eſſe, tum JCtus* in L. 3. de Juſt. & jur. *tum Impp. paſſim tradunt in* pr. I. de Jur. N. G. & Civ. L. f. §. 5. C. de bonis quæ lib. & in l. un. §. 5. verſ. ſileat C. de Rei uxor. act., *ubi hoc ipſum vocant naturalem ſtimulum. Neque alias obſcura eſt ea naturæ, ac Creatoris intentio, qui id egit, voluitque, ut animalium inprimis ſpecies conſervarentur, & quaſi æternarent propagatione, quod fieri nequit niſi ſpecies producta aliam ſpeciem porro propagare poſſit. Cum itaque id homo non poſſit cum editur, ſed cum pubeſcit, conſtat, durare hunc actum gignentium, quo ſpeciem ſimilem propagaturi ſunt, uſque ad pubertatem, nec ante conſummatum prorſus videri hoc propagationis quaſi negotium, ſed quodammodo imperfectum. Adeo itaque gignentium officio cohæret geniti uſque ad pubertatem educatio, ut hæc ipſius generationis continuatio, & quaſi quædam ejus* τελείωσις *videatur. Quod autem diviſa ſint hujus actus, ſeu propagationis tempora, & ex quo homo ita organis eſt inſtructus ut ſeorſim vitam agere poſſit, ſeparetur a parente, quodque reliquum eſt propagationis extra uterum perficiatur; id plurima quidem naturæ providentia factum apparet, quo partus facilius, & majore cum ſuo, tum gignentium commodo creſcere, ipſæ interim propagationes multiplicari, & homo editus ea, quæ uſu, ſenſuque percipienda ſunt, haurire, ipſeque adeo rationis uſus matureſcere ante pubertatem poſſit: neque ante prolis generandæ (quod pubertate conſequitur) quam ejus educandæ facultatem a natura adeptus videretur. Quod tamen non impedit, quo minus iſta educatio, pars quaſi generationis, cum gignentium adeo officio conjuncta, connexaque ſit. Accedit, quod cum alibi deduxerimus, tutelam adeo neceſſariam eſſe humanæ ſocietati, ut ſine ea brevi interitura ſit; nulla prorſus ratio reddi queat, cur hæc educatio, quæ a certa perſona fieri debet, potius extraneo, quam parentibus competat, cum tamen ad hos tantum liberi pertineant, & nulla ipſis cum extraneo connexio ſit. Et hoc quidem adeo verum eſt, ut hanc tutelam vix aliis parentibus mandari poſſe putem, cum eorum perſonalem induſtriam elegerit natura; uti in caſu non diſſimili, lactationis ſc. a matre præſtanda, diſſerit* Gellius Noct. Att. L. 12. c. 1.

„ Hactenus de principiis B. Parentis. Nos „ alia ratione originem patriæ poteſtatis de„ monſtravimus *in Diſſert. proœm. XII.* §. „ 141. & 148.

„ I. Mas enim genus ſuum propagatu„ rus, ſociam propagationis ſibi eligit, fœ„ minam nimirum, quæ uſum corporis ſui „ ad eum finem præberet.

„ II. Fœmina, quæ mari ea intentione „ uſum corporis ſui præbet, conſentit ut mas „ ſobolem ex ſuo corpore ſibi procreare poſ„ ſit: atque ideo in ejus domum, & familiam „ tranſit, corpuſque ſuum ejus poteſtati, ac „ cuſtodiæ tradit.

„ III. Sponte igitur hinc ſequitur, ſoli „ patri jus, uti in ſemen, ita in partum ex „ eo natum competere; Eodem modo uti „ is, qui grana ſua alieno fundo, conſen„ tiente domino, injicit, fructus ſibi ſoli

„ acquirit. Atque hinc notanter JCtus in *l.* 1. §. 1. *ff. de inſp. ventre*, ait, *patrem liberos*, *utpote ex ejus ſemine natos*, *ſuo jure vindicare.*

„ IV. Hæc igitur vera origo eſt patriæ poteſtatis, quæ non tam *ex generatione*, (utpote in qua æque mater, ac pater concurrunt,) quam ex *conſenſu*, & *jure ſeminis* oritur; cujus effectus eſt, ut patri jus aliquod in liberos competat, tanquam ex ſuo ſemine ortos, & tanquam membra ſuæ domus, ſuæque familiæ: idque conſenſu uxoris. *Vid. Diſſert. proœm. XII.* §. 149 *ſeq.*

„ V. Hinc jam porro ſequitur, patrem, & liberos pro una perſona haberi, liberos eſſe inſtrumentum patris, & omnia ei acquirere: præterea actiones liberorum dependere ab arbitrio patris, capitis familiæ, & domini domus. &c. *d.* §. 149. *ſeq.* Imo imperium quoque, eoque jus vitæ & necis, in ſtatu naturali patri in liberos competere, probavimus *ibid.*

PROPOSITIO III.

Sub hac educatione omnia continentur, ſine quibus infantes ad maturitatem perduci non poſſunt.

DEMONSTRATIO.

Adeoque non tantum alimenta, de quibus infra *L.* 7. §. 5. & 6. *ibique not.* ſed & cura bonorum, moderamen morum, defenſio &c. eo pertinent, per *Poſ.* 4. *n.* 4 Unde hæc ſola tutela a natura eſt. *Vid. diſſ. de tut. illuſtr. ſect.* 1. §. 4.

Additio.

Nos tutelam legitimam agnatorum, imo & tutelam dativam, a natura originem habere, probavimus in *Diſſ. Proœm. XII.* §. 186. §. 188.

PROPOSITIO IV.

Educandi officium utrique parentum commune eſt.

DEMONSTRATIO.

Nam eadem in utroque eſt educationis ratio. Satis de hac naturæ lege teſtatur inſtinctus omnibus generantibus communis, quo uterque parens in educationem ſobolis fertur: idque de matre extra dubium eſt, utpote cui natura in hunc ſolum finem mammas dedit, ut alat, i. e. ad maturitatem ulteriorem partum producat. Sed & experientia in quibuſdam avibus, quæ nomen a Canariis habent, docet, mares fœminas alere ne nidum deſerant: fœminas autem alimenta poſt binam concoctionem ſoboli communicare.

PROPOSITIO V.

Si in educationis officio contendunt pater & mater, præcipuæ ſunt partes patris.

DEMONSTRATIO.

Ratio in aprico eſt; quia patris educatio perfectior, & cum majori prudentia conjuncta eſt; quin ipſa uxor imperio mariti ſubeſt, uti plenius demonſtrabitur *infra* §. 2. & §. 8.

Neque *obſtat*, potiores videri partes matris, utpote cum partus diutius foveatur viſceribus matris, & formam humanam in utero acquirat: indeque potius portio matris, quam patris videatur. Nam origo tamen eſt a patre, & ex ſemine patris concipitur partus.

Obſtat porro, quod in brutis natura id officium matri potius injunxiſſe videatur. *Reſp.* Hoc in genere verum non eſt, nam in maribus quoque veſtigia ſunt patris & fœtum alentis, & eum tuentis. Sed & alia ratio eſt in brutis, alia in hominibus. In illis vel minus, vel plane non eſt neceſſaria educatio patris, quia in alimentis tantum conſiſtit, quæ mater facile præſtare poteſt, inprimis cum fœtus ipſe brevi tempore ad eam perveniat maturitatem ut ſibi alendo ſufficiat. Secus ac in homine, in quo difficilior, & diuturnior eſt alendi ratio, utpote quæ deficit in matre ex quo dentes creſcunt: ſed & ingenium formari debet, quod cum prudentiæ ſit, magis patri id incumbit; Genus enim maſculinum natura robuſtius, generoſius, & mentis magis particeps eſt, *Plat. de amor. in orat. ad Pauſan. pag.* 154.

PROPOSITIO VI.

Officium filii conſiſtit 1. *in parendo*, 2. *in perpetua veneratione. Reliqui effectus patriæ poteſtatis ſunt ex jure civili.*

DEMONSTRATIO.

Hactenus de officio generantium egimus, jam ſequuntur officia generati. Primarium generati officium in eo conſiſtit, quod *parere* debeat juſſibus generantium: ſi enim natura parentibus jus & poteſtatem in liberos conceſſit, ex natura relatorum ſequitur, liberos illi poteſtati refragari non poſſe, ſed incumbere illis neceſſitatem parendi, alias enim illa poteſtas fruſtranea foret. Et cum pater vi educationis jus imperandi natis habeat, filius ei auferret hoc jus non parendo, cujus jus, & vis unica conſiſtit in neceſſitate parendi. Atque hinc probat Dionyſius Halicarnaſſenſis, ſufficientem patri poteſtatem competere ad corrigendos filios, & ſubigendam eorum contumaciam. *L.* 2. *c.* 27. & Pomponius inter prima juris gentium præcepta ponit religionem

Digitized by Google

gionem erga Deum, & parentibus, ac patriæ parere. *L.* 1. §. *f. junct. l.* 2. *ff. de juſt. & jur.*

Hæc autem *parendi* neceſſitas tantum ad ea pertinet, quæ ſunt pars educationis; Hinc recte ait Grotius, quod non infinitum, ſed ſui generis obſequium parentibus debeatur. *proleg.* §. 14. *ibique Teſm.*

Sed & præterea parentibus debetur a natis *veneratio perpetua*: quod ex modo generandi probatur, qui imitatur modum creandi in Deo, eique ſimilis eſt. Contemtus itaque parentum conjunctus eſt cum contemtu divino; ex quo Philo reverentiam parentibus debitam deducit, quia parentes gignendo Deum quaſi referunt. Qua de re præclara multa exſtant in Oratione matris Coriolani apud *Halic.* 8. *c.* 51. Atque hinc injurias parentum & Deorum pari vindicta expiandas eſſe, ait Valerius Maximus *in pr.* Unde injuriæ in parentes inter publicas maledictiones referuntur *Deut.* 17. *v.* 16. Ex quibus ſimul apparet, communi gentium conſenſu hanc theſin firmari. Hinc diligere parentes prima lex naturæ dicitur. *Val. Max. L.* 5. *c.* 12. *n.* 12. *Conf. Richt. Ax. Oecon.* 44. & 45.

Atque hæc *veneratio* perpetua eſt, nec pubertate finitur: cauſa enim, ſcilicet generatio, & quæ inde fluunt beneficia, perpetua eſt. *Vid. Grot. infr.* §. 6. Unde etiam jure civili ſeveriores pœnæ in læſam pietatem parentibus debitam conſtitutæ ſunt. *L.* 3. & 4. *C. patr. pot.* Atque hactenus verum eſt, quod Plinius *in Paneg.* ait, vis, lexque naturæ ſemper in ditione parentum liberos eſſe juſſit.

Omnia reliqua jura, extra parendi neceſſitatem, & reverentiæ obligationem, ſunt meri juris civilis, nec ad educationem pertinent; quo pertinet acquiſitio per filium *Vid.* §. 2. *n.* 2. conſenſus in nuptias &c. de quibus plenius *infra* §. 7. Etſi enim apud plures forte gentes ea jura obtineant, id tamen non ex ratione quadam naturali, ſeu univerſali introductum eſt, ſed ex ratione politica, quæ pluribus populis communis eſſe poteſt.

Additio.

„ Libetos naturali ratione inſtrumentum
„ eſſe patris, adeoque ei acquirere &c., de-
„ monſtravimus in *diſſert. proœm XII* §. 159.
„ Imo pleraque jura patriæ poteſtatis legibus
„ Romanis tradita a natura eſſe, probavimus
„ *ibidem.*

PROPOSITIO VII.

Officium educandi, adeoque patria poteſtas, finitur pubertate.

DEMONSTRATIO.

Probavi enim, educationem nihil aliud eſſe, quam partum ad maturitatem perducere, ſeu, quod idem eſt, ſui ſimilem efficere. Ultimus igitur gradus perfectionis eſt facultas generandi; per hanc nova perſectio accedit homini, quæ ante non fuit, poſtea non accedit amplius nova, ſed veteres tantum magis perficiuntur & augentur: quando igitur filius generare poteſt, hoc ipſo deſinit officium patriæ poteſtatis, quia perductus eſt ad ſpeciei continuationem, quæ infert adminiſtrationem propriam. Sane educatio, quæ non niſi ob defectum ætatis a natura inducta eſt, ceſſat ceſſante defectu.

Cum vero natura certum tempus definitum non ſit, ſed in genere citius matureſcant fœminæ, & inter maſculos quoque alii citius, alii tardius matureſcant, merito JCti Romani certum pubertatis tempus, adeoque certum, quo finiretur patria poteſtas, momentum conſtituerunt: & quidem in fœminis 12. annos, in maribus vero 14.

Ex quibus proinde apparet, 1. differentiam inter infantiæ, & pubertati proximos eſſe meri juris civilis. 2. Reſtitutionem in integrum, quæ minoribus jure Romano datur, eſſe meri juris poſitivi.

Additio.

„ Alibi demonſtravimus, patriam poteſta-
„ tem nec jure naturali, nec jure Romano
„ pubertate finiri: jus enim, quod ex ſemine
„ oritur, perpetuum eſt.

PROPOSITIO VIII.

Præmortuo parente turbatur ordo mortalitatis: ſuccedit ergo officium magiſtratus. Unde origo tutelæ dativæ.

DEMONSTRATIO.

Natura ergo nulla alia eſt tutela præter eam, quam natura conſtituit, parentibuſque ad tuendam prolem injunxit. Hi igitur a natura liberis dati tutores ſi præmoriantur ante liberorum pubertatem, deficit naturæ diſpoſitio, nec ab ea in hunc caſum aliter iis proſpectum apparet: adeoque ſuccedit jam officium magiſtratus, & legis civilis, quo ſuppletur hic defectus, & loco parentum alia tutela conſtituitur, quæ proinde eſt ex mero jure civili, cujus, ut & magiſtratus officium in adminiſtratione reipublicæ, & tuitione ſibi ſubjectorum conſiſtit. Cum igitur pupilli, qui territorii finibus continentur, omnino inter ſubjectos recenſeri debeant, & præ reliquis omnibus defenſione & tutela indigeant, (ipſi enim rebus ſuis, vel ob judicii

Digitized by Google

imbecillitatem, vel ob affectuum in vana impetum, uti Puſendorfius *L.* 1. *c.* 1. §. 10. loquitur, ſatis dextere præeſſe nequeunt) omnibus ſane patet, eos, qui reipublicæ præſunt, neglecta minorum tutela, non rite officio ſuo fungi, nec rempublicam, &c. cujus ſeminarium quaſi pupilli ſunt, recte adminiſtrare. Conf. *Diſſ. noſtram de Tut. Illuſtr. quæ exſtat in Vol.* 1. *Diſput. f.* 1284.

Additio.

„ Tutelam legitimam, & dativam ex prin-
„ cipiis juris naturæ deduximus in *Diſſ. pro-*
„ *œm. XII.* §. 186. 188.

Utrique inquam parentum, patri, & matri] Uterque enim in negotio generationis concurrit: uti ergo negotium hoc utrique commiſſum eſt, ita quoque utrique incumbit officium negotium illud perficiendi; quod non niſi per educationem, ſeu productionem ad maturitatem fieri, diximus in *prop.* 1. 2. & 3. Equidem negari nequit, in brutis naturam præcipuas educandi partes commiſiſſe matri; quod inde oriri videtur, tum quia promiſcue concumbunt bruta, indeque mares affectum in prolem incertam non ſentiunt, tum quia rationis expertia ſunt, eoque facile in iis amor ſobolis obliteratur; quæ omnia in hominibus ceſſant. Sed & dictum eſt, in brutis totum officium educandi conſiſtere in alendo, quod facile a ſola matre præſtari poteſt. E contrario in hominibus officium educandi, præter alimenta, conſiſtit in formandis moribus, quod prudentiam ſupponit, quæ cum major ſit natura in maribus, quam in fœminis, non tantum concurrit ibi maritus, ſed & potiores ejus hactenus ſunt partes. Sed & difficilior longe, & diuturnior eſt alendi ratio in infantibus, cui adeo non ſufficere videtur fœmina, ut plerumque mariti alere debeant uxorem. Denique veſtigia quoque in maribus brutorum ſupereſſe, fœtus ſuos alentium & tuentium, ſupra demonſtravimus. *Vid. propos. V.*

Sed ſi contendant inter ſe imperia, præferetur patris imperium] Recte Auctor ait, præferri imperium patris, 1. quia imperium natura ſolis maſculis competit, adeoque & in fœminas. 2. Moribus formandis, in quo præcipua pars educationis conſiſtit, aptior eſt maritus quam fœmina, de qua præſtantia ſexus plenius agemus infra §. 2. *n.* 2.

Additio.

„ Veram rationem, cur pater præferatur
„ matri, jam expoſuimus. Maritus caput eſt
„ familiæ, in quam tranſit uxor ea lege ut
„ liberos procreet marito, ex cujus ſemine
„ oriuntur. Liberi igitur tum conſenſu uxo-
„ ris, tum jure ſeminis in patris ſunt po-
„ teſtate.

A D §. II.

DISTINGUENDA *autem ſunt in liberis tria tempora.* Imo in ætate duo tantum ſunt tempora, quibus natura jurium differentia inducitur, *puberum*, & *impuberum*: quæ generandi facultate diſtinguuntur. Pubertas ergo, ſeu facultas procreandi, eſt terminus ille naturalis quo educatio deſinit; cum enim procreationi cohæreat educandi neceſſitas, hæc autem adminiſtrationem requirat, merito inde concluditur, educationis officium, adeoque & patriam poteſtatem, ceſſare cum pubertate, & facultatem adminiſtrandi cum pubertate incipere. Etſi enim fandi quoque tempora videantur eſſe diſtincta, tamen illa ab exercitio potius ſunt, quam a natura: neque ſufficiunt ad differentiam juris. Reliquæ igitur differentiæ ſunt juris poſitivi; Adeoque diſtinctio inter majores. & minores, ex lege civili eſt. Inter primos enim homines, ubi omnia ſufficiebant omnibus, ubi formæ negotiorum incognitæ erant, non magna opus erat prudentia ad ſeſe exhibendum, & quilibet pubes ſibi ſatis proſpicere poterat. At omnibus rebus jam occupatis, cum labore & prudentia victus ſit quærendus, & adminiſtratio bonorum ſingularem curam requirat, tempus autem naturale ad id non ſufficiat, ideo Prætor apud Romanos conſtituit, ut minorum negotiis accedat curator uſque ad 25. annum, adeoque ne valeant actus adminiſtrationis poſt pubertatem, niſi accedente curatoris conſenſu.

Imperfecti judicii] „ Quod eſt tempus
„ infantiæ, & quod durat uſque ad puber-
„ tatem, ſeu generandi facultatem. Unde
„ quando jure Romano diſtinguitur inter in-
„ fantiæ, & pubertati proximos, id meri
„ juris civilis eſt.

Dum abeſt proæreſis] „ I. e. animus, ſeu
„ intentio. Unde infans crimen non com-
„ mittit.

Vis electrix] „ Delectus ad diſcernenda
„ utilia ab iis, quæ noxia ſunt *Grot. h.*

Secundum tempus perfecti judicii] „ Quod
„ diximus eſſe tempus pubertatis; nam tunc
„ incipit facultas generandi.

Sed dum filius pars manet familiæ parentum]

tum] „ Filius ſemper pars manet familiæ, „ etiam poſt pubertatem, imo etſi ſeparatam familiam habeat.

Tertium, poſtquam e familia exceſſit] Hoc tempus naturale non eſt: nam natura exire poteſt e familia ſtatim ac facultas generandi ei competit.

Additio.

„ Diximus, filios excedendo e domo patris „ non deſinere eſſe in ejus familia, ſed & „ ipſos, & novam quam conſtituunt famili- „ am, manere in ejus poteſtate.

Omnes liberorum actiones ſub dominio ſunt parentum] Circa infantium actus duo ſunt conſideranda; 1. quidnam juris ſit in rebus pupillorum, earumque adminiſtratione: 2. quid juris ſit circa eorum delicta.

Ratione *rerum* alibi diximus, diſtingui debere inter *jus*, & inter *adminiſtrationem; illud*, & infantibus, & furioſis integrum eſt, *hæc* in animo, & prudentia conſiſtit, quæ cum in pupillis deficiat, continetur ſub educatione parentum: quo pertinet Æſchyli locus, quem allegat Auctor. *Vid. ſupr. c.* 3 §. 6. Atque hinc eſt, quod reges ante pubertatem nec adminiſtrent, nec contrahant, nec facto ſuo acquirant. Livius ait, *puberem jam eſſe, & ſic regni potentem. L.* 24. *c.* 4. *in f.* Adde infra *c.* 11. §. 5.

Hinc quæritur, *an pupillus ex pacto ſuo obligetur?* Reſp. pupilli nec acquirere, nec ſe obligare pacto ſuo poſſunt, quia id jus ſub educatione patris continetur; mens enim immatura eſt: adeoque mente paterna, qua cœpit produci, porro regitur donec matura ſit. Contractus ergo ipſius natura nulli ſunt etſi locupletior factus ſit, quia deficit facultas agendi naturaliter, quæ patris erat, non filii.

Ratione *delictorum* diſquirendum eſt, an pupillus ſciverit eſſe vetitum, & an intellexerit legem, & actum eſſe legibus contrarium; & tunc omnino etiam impubes tenetur. Dolus enim conſiſtit in malitia, & animo delinquendi, qui non eſt niſi intellexerit eſſe prohibitum, in quo tota conſiſtit προαίρεσις: Nec hic quicquam mutat patria poteſtas, quæ non pertinet ad delicta, ſed ad negotia, & diſpoſitiones; ſane in delictis non requiritur facultas adminiſtrandi.

Quia vero alii homines aliis maturiores ſæpe fiunt, adeoque tempus judicii variat, & alii citius aliis intelligunt, ideo leges Romanæ certum tempus definierunt, & voluere, ut illi, *qui pubertati proximi ſunt*, doli capaces ſint, i. e. ſciviſſe, & intellexiſſe legis prohibitionem videantur; quanquam & tunc pœna ob lubricum ætatis mitigari ſoleat.

Quid igitur de *Culpa* dicendum, an ex ea quoque pupilli tenentur? Merito id negamus, quia culpa eſt quando non providetur quod intellectu humano provideri poteſt. Atqui horum pupillorum intellectus nondum eſt maturus, adeoque ſi quis negligit rem alienam ex lubrico ætatis, i. e. ex immaturitate judicii, id vitium non eſt, ſed naturæ ordo.

Si tamen apparet, culpam commiſſam eſſe ex naturæ depravatione, pro modo corrigi pupillus debet. Jam enim culpa illa non eſt naturæ qualitas, ſed vitium, quod natura ſemper improbat. At quia itidem difficile eſt in id inquirere, an ex vitio, an ex naturæ qualitate neglexerit, iterum ſuccurrit jus civile, & pubertati proximum ſaltem teneri vult ex *culpa lata*, quæ dolo proxima eſt, non vero ex *levi*, vel *leviſſima*.

Sub dominio ſunt parentum] „ Rectius „ ſub poteſtate parentum, quia id pars eſt „ educationis: cæterum jam ſupra notavi- „ mus Grotium, quod generationem cau- „ ſam patriæ poteſtatis, per quam actus li- „ berorum ſub dominio parentum conſtitu- „ antur, fecerit.

Æquum enim eſt] „ Hoc verum eſt, qua- „ tenus æquitas pro lege naturæ ſumitur.

At alius naturaliter inveniri non poteſt, cui regimen competat, quam parentes] Rationes allegavi *in Propos. IV. V.* quæ eo redeunt, 1. quod educatio ſit conſequens generationis, nam finis generationis eſt propagatio ſpecierum; propagatio autem ſine educatione non eſt: cui igitur natura injunxit antecedens, i. e. generationem, ei etiam injunxit conſequens, ſc. educationem. 2. Aut omnes homines edocare debent, aut pars hominum, aut certi homines: nulla autem ratio dari poteſt cur toti humano generi commiſſa educatio videatur, aut cur pars hominum onus illud ſuſcipere debeat. At ratio naturalis dari poteſt cur parentibus id incumbat, ſcilicet quia eſt pars generationis, quæ cum in uno actu conſiſtat, dividi non debet. Accedit 3. inſtinctus naturæ, quo omnia animantia ad educationem prolis feruntur, qui ſatis teſtatur, naturam parentibus id officium injunctum voluiſſe. *Conſ. ſupr. propos. I. & II.*

Capax dominii in res ex jure gentium] 2
„ Ex hypotheſi enim Auctoris I. jure natu- „ rali dominium non datur niſi in eo, qui

,, rationis capax eſt. *Vid. ſupr. C.* 8. §. 6. II.
,, At gentium jure ob utilitatem communem
,, introductum fingit, ut & infantes, & furio-
,, ſi dominia accipere & retinere poſſint,
,, perſonam interim illorum quaſi ſuſtinente
,, humano genere. *d. c.* 3. §. 6. Sed *ibidem*
,, dixi, 1. Pupillos jure naturæ quoque domi-
,, nii capaces eſſe non tantum quoad actum
,, primum, ſed & quoad actum ſecundum,
,, quatenus in conſumendo conſiſtit; ſolam-
,, que adminiſtrationem excipi. 2. Non dari
,, jus gentium ſecundarium, adeoque verum
,, non eſſe, humanum genus jure gentium
,, ſuſtinere perſonam infantium &c.

Sed exercitium impeditur] ,, Hoc in ge-
,, nere verum non eſt: exercitium dominii
,, etiam conſiſtit in conſumendo res pupillo
,, proprias; conſumere autem pupillus res ſuas
,, poteſt. Adeoque pars ſaltem exercitii,
,, quæ in adminiſtrando conſiſtit, impedi-
,, tur. *Vid. d.* §. 6.

Judicii imperfectionem] ,, Quam naturæ
,, qualitatem, non vitium eſſe, diximus.

Ἐν κτήσει non *ἐν χρήσει*] ,, Poſſeſſione, non
,, uſu. At verum hoc in genere non eſſe, mo-
,, do vidimus.

Quare ut res omnes liberorum parentibus acquirantur] ,, Imo naturale eſſe, ut liberi
,, ſint inſtrumentum patris, eique acquirant,
,, probavimus in *Diſſ. Procem. XII.* §. 144.
,, *ſeq.*

Sed ex quorundam populorum legibus]
,, Romanorum legibus id ſtatutum eſſe, pa-
,, tet ex §. 2. *Inſt. ſtip.* ubi in genere pa-
,, ter & filius habentur pro una perſona. *d.*
,, §. 4. Conf. §. 1. *Inſt. per quas perſ. cuique*
,, *&c. L.* 6. *L.* 8. *C. de Bon. quæ lib. Auth.*
,, *Excipitur & ſeq. C. Eod. Nov.* 117. *c.* 1.

Quæ & patrem a matre in hac re diſtinguunt] ,, §. 10. *Inſt. de Adopt.* §. *f. de Patr.*
,, *pot.* Jure civili mater, & filius non ha-
,, bentur pro una perſona, adeoque illa per
,, filium non acquirit: *dd. ll.* nec hodie.
,, *Phil. Uſ. pract. Inſt. L.* 1. *Ecl.* 45.

Et filios non emancipatos ab emancipatis]
,, Filii enim emancipati, i. e. voluntate pa-
,, tris, ac ſuo conſenſu, coram judice com-
,, petente a patria poteſtate dimiſſi, ſibi
,, acquirunt, non patri. *Nov.* 89. *c.* 11. *L.* 5.
,, *l. p. l. f. C. Emanc.*

Et naturales a legitimis] ,, Naturales li-
,, beri vocantur, qui ex concubina naſcuntur,
,, adeoque ubi certus eſt pater; opponun-
,, turque ſpuriis, qui ex meretrice, quæ pro-
,, miſcue corpore quæſtum facit, naſcuntur.
,, Naturales liberi ſunt in patria poteſtate,
,, ſed non ſuccedunt patri, quia liberi non
,, ea intentione generantur ut pars familiæ
,, fiant, & de juribus familiæ participent.

Quæ diſcrimina natura ignorat] ,, Imo
,, diſcrimen inter patrem & matrem, eman-
,, cipatos & non emancipatos, naturales,
,, ſpurios, & legitimos, a natura eſt.

Excepta ea, quam dixi ſexus præſtantia, ſi imperia inter ſe contendant] ,, Patrem in
,, exercitio poteſtatis præferri matri, vidimus
,, *in Propoſ. V. & ſupra* §. 1.

Ad §. III.

Auctor ait, perfecto judicio filiorum actiones non ſubeſſe imperio parentum, niſi domeſticæ ſint, ſeu quæ ad familiam ſpectant: non ergo ſi cum aliis contrahunt, ſi delinquunt. &c. At probavimus *in Propoſ. VII*, pubertate omne imperium ceſſare parentum, neque effectum illum patriæ poteſtatis, excepta reverentia, ſupereſſe: ſi proinde filii ultro manent in familia patris, neceſſe eſt ut ſequantur leges & juſſa patrisfamilias, quod & ſervis, & famulis commune eſt: adeoque ſi quædam ex nutu, & voluntate patris, ejuſque nomine, vel juſſu, poſt pubertatem gerunt, inde patri acquirunt uti omnes geſtores.

Additio.

,, Liberos in poteſtate patris eſſe etiam
,, poſt pubertatem, eique acquirere quam-
,, diu vivit, alibi demonſtravimus. *Vid. Diſſ.*
,, *Proœm. XII.* §. 159. *n.* 5. §. 160.

In ſecundo tempore] ,, Ubi perfectum eſt
,, judicium, & filius manet in familia patris.
,, *Vid.* §. 2. *n.* 1.

Cum jam judicium ætate maturuit] ,, Quod
,, fit quando pubes factus eſt.

Æquum enim eſt, ut pars conveniat cum ratione integri] ,, Ratio hæc non concludit;
,, mera hæc verba ſunt, ex quibus nullum
,, jus inferri poteſt; ſed & ſi ratio illa ad-
,, mitti poſſet, potius dicendum eſſet, libe-
,, ros, tanquam partes familiæ, hactenus
,, cum integro familiæ convenire, ut eo-
,, rum actiones, omniaque jura dependere
,, debeant a capite familiæ, ex cujus ſemi-
,, ne orti ſunt, & a quo, quidquid juris ha-
,, bent, acceperunt. Ut proinde hæc con-
,, venientia male ad ſolas actiones domeſti-
,, cas reſtringatur.

In cæteris autem actionibus] ,, Ut in con-
,, tracti-

Digitized by Google

,, tractibus, nuptiis, diſpoſitione circa res
,, ſuas, &c.

Facultatem moralem agendi] ,, Imo hos
,, quoque actus dependere ab arbitrio patris,
,, vidimus *dict. diſp. XII.* §. 159.

Sed tenentur tamen in illis quoque ſtudere ſemper ut parentibus placeant] ,, Non tan-
,, tum placere debent parentibus, ſed omnes
,, eorum actiones ſubſunt arbitrio patris.
,, Hinc nec nuptias abſque conſenſu patris
,, contrahere poſſunt. *Vid. d. diſp.* §. 159. *n.* 8.

Non ſit ex vi facultatis moralis] ,, Seu
,, ex juſtitia expletrice, quæ Auctori pro-
,, prie, & ſtricte ſic dicta juſtitia eſt. *L. 1.*
,, *c.* 1. §. 5. & 8.

Ut illa ſuperiora] ,, Nimirum illæ actio-
,, nes, quæ ad familiæ ſtatum pertinent.

Sed ex pietate, obſervantia &c.],, Seu ex
,, juſtitia attributrice, quæ aptitudinis no-
,, mine Auctori venit. *L. 1. c. 1.* §. 7. & 8.
,, Et quæ comprehenditur ſub jure naturæ
,, laxiori ſenſu ſumto. *Vid. Proleg.* §. 9. &
,, *L. 1. c. 1.* §. 9. *n.* 1.

Non efficit ut irritum ſit] ,, Imo cum
,, omnes actiones liberorum patris ſubſint
,, arbitrio, adeoque debitum hoc ſit ex
,, vi facultatis moralis, omnino irritæ ſunt
,, omnes actiones, quæ in contrarium fiunt.

Sicut nec irrita eſt donatio &c. contra parſimoniæ regulas] ,, Donatio ab arbitrio do-
,, nantis dependet; ea enim eſt natura do-
,, minii, ut dominus pro lubitu de re ſua
,, diſponere, eamque perdere poſſit: &c. *L.*
,, *21. C. Mand.* At diverſa ratio eſt in actibus
,, liberorum, qui dependent non a liberorum
,, arbitrio, ſed ab arbitrio patris.

Ad §. IV.

In *utroque hoc tempore etiam jus coërcendi complectitur*] ,, Nam hoc quoque pertinet
,, ad educationis officium.

Quatenus nempe cogendi ſunt ad officium liberi, vel emendandi] ,, Quid jure civili hac
,, in re obtineat, expoſuit B. Parens *in*
,, *Diſp. de Judicio morum membro IV.* §. 21.
,, *ſeq.* verba ejus hæc ſunt.

Hoc judicium jam ante vi competentis poteſtatis plus ſatis naturali, ac gentium jure informatum, L. 2. de I. & I. L. pen. 6. de adopt. Ariſtot. l. 1. politic. c. 8. Arniſæus L. 1. relect. politic. c. 4. Sect. 1. Bachov. ad §. 2. I. de pat. pot. Dn. Puſendorf. de I. N. & G. L. 6. c. 2. & *jure civili firmatum*, §. 2. I. de pat. pot. Ulp. in fragm. tit. 10. pr. Dn. Tabor in Element. juriſpr. p. 1. 13. r. n. 20. *aperte indicatur* in l. 4. C. de patr. pot. *ubi dicitur.* Congruentius quidem videtur intra domum inter te, ac filios tuos, ſi quæ controverſiæ oriuntur, terminari. *&c. Parens igitur hac ratione ipſe Judex conſtituitur in controverſiis domeſticis liberorum, ipſique determinandæ illæ relinquuntur. Et in* l. 3. C. eod. *patri reſcribitur:* filium, ſi pietatem patri debitam non agnoſcit, caſtigare jure patriæ poteſtatis non prohiberis. *Et in* l. un. C. de emend. lib. *verb.* jure patrio corrigat erratum, & privata animadverſione compeſcat. *Nec non in* l. 16. de furt. *dicitur de jure, quod pater habet in filium furem*: neque enim pater, qui poteſt in furem (*filium*) ſtatuere, neceſſe habet adverſus furem litigare; *ubi vox* ſtatuendi *innuit poteſtatem aliquam jus dicendi, cui congruit diſpoſitio Juris Canonici*, c. 36. XXIII. 9. 5. *ita ut Aricinus* apud Liv. L. 1. c. 50. *recte dicat*: nullam eſſe breviorem cognitionem, quam inter patrem, & filium, pauciſque verbis tranſigi poſſe, ni pareat patri habiturum infortunium eſſe. *Atque hoc judicium morum domeſticum eo illuſtrius exit in patre illuſtri, juris ſuper eminentis capace, ex lege ſubordinationis filialis, ac territorialis*, arg. Auth. qua in provincia C. ubi de criminib. & traditor. Gail. de pignoration. c. 4. Matth. Stephani de jurisd. L. 1. c. 1. n. 77. Bodin. L. 1. de republ c. 6. n. 65. Illuſtr. Dn. Cancellar. Schutz. junior, p. m. in Collegio juris publ. l. 2. tit. 8. poſ. 2. *quidquid nonnullus Gamologus contra velit: cujus, & ſequacium tela jam prævisa peculii vice* (*juxta* Juretum ad ſymmach. L. 2. ep. 74.) *excipere non pigrabimur. Hujus autem paterni judicii, ſeverius, vel remiſſius exerciti, exempla annotavit* Valerius Maximus L. 5. cap. 8. §. 9. ubi Dn. Rupertus in Cummentar. & *pluribus* Dn. Puſendorf. *ſæpe delaudato* de jur. nat & gent. *tractatu* l. 6. c. 2. §. 11. *unde judicium illud uſu non minus, quam jure civili quoque, merum vitæ, ac necis Imperium domeſticum in ſe continuiſſe*, ex l. 11. de lib. & poſth. l. ult. C. de pat. pot. *conſtat. Quod judicium vero morale patrum vitæ, neciſque, an* l. 3. §. 4. C. d. t. *optimo exemplo* (*uti quidem, forſan intuitu genii ſeculi illius veteris, ac religione juris Juſtinianei, vid. Dn.* Ludwell. diſp. ad Inſt. 2. th. 1. lit. c.) *patribus ſit ademtum, an' an non meliore ratione iiſdem hoc noſtro ſuccroſo ſeculo, & tanta morum impro-*

Digitized by Google

idem jus retractus manere patribus, & rationalibus ſupra traditis, & quod ſine lege contrarium inferre erubeſcamus: Nov. 18. c. 5. cum Dn. Tabore in not. Mſſ. ad l. 35. C. de Epiſc. & Cler. ac Ludwello diſp. ad Inſt. 2. th. 10. lit. B. *fruſtra cum Canoniſtis*, arg. c. ult. de judiciis in b. *diſſentiente* Pinello ad L. C. de bon. matern. p. 1. n. 45. 46. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. d. 2. th. fin. lit. D.

Judicium vero hoc morum pater tantum habet in liberos poteſtati ſubjectos, non vero in emancipatos, quia coërcitio hæc patri competet jure patriæ poteſtatis, d. l. 3. C. de patr. pot. *quæ emancipatione tollitur. Quin tamen extra ordinem aliqua coërcitio in emancipatos quoque ſuo modo competat, indubitatum* per l. 7. §. 3. de injur. *quia naturaliter pater eſſe non deſinit, & quidem, ſi non jure patris, ſaltem jure cognationis, in qua ipſe ſemper eſt ſenior.* per. l. un. C. de emend. propinq. *de quo amplius* membro 5. *Quod ſi emancipatus adhuc pupillus ſit, pater coërcitionem habet jure tutoris; nam & tutor inſtar patris regendis pupilli moribus, non vero ut curator, bonis tantum adminiſtrandis præfectus cenſetur.* l. 2. l. 13. l. 14. de Teſt. tut. §. 2. J. de Curat. l. 12. §. 3. de Adm. & peric. tutor,

De gravioribus autem pœnis quid ſentiendum ſit, alibi erit agendi locus], „ *Infra l.* 2.
„ *c.* 26. §. 7. *n.* 2. & 3. Quid jure civili ob-
„ tineat, jam ex diſſertatione B. Parentis ex-
„ poſitum eſt.

Ad §. V.

Auctor ait, naturali jure patrem liberos vendere poſſe, ſi alere eos non poſſit. Quod omnino verum eſt; Cum enim educatio parentibus commiſſa ſit, omnia commiſſa cenſentur ſine quibus educatio fieri nequit. At in ſervitutem liberos dare non poſſunt, *Vid. infra* §. 29.

Ut avelli, transferrique in alium non poſſit]
„ Quia ex generatione oritur.

Pater filium oppignorare, & ſi neceſſe ſit etiam vendere] „ Jure naturali neutrum fie-
„ ri poteſt. Liberi enim natura ſunt liberæ
„ perſonæ, in quas pater jus quidem ha-
„ bet ex generatione; at quod, uti recte
„ Auctor dixit, avelli a perſona patris, &
„ in alium transferri nequit, idque ita in
„ genere quoque ſtatuitur jure Romano.
„ *l.* 1. *C. de Patrib. qui fil. L.* 12. *C. Obl.*
„ *& act.*

„ Cæterum & jure naturæ, & jure Ro-
„ mano excipitur caſus ſi pater egenus ſit,
„ nec media alendi infantem habeat. Tunc
„ enim vendere, & oppignorare infantem
„ poteſt; cui enim jus alendi incumbit, ei
„ etiam omnia conceſſa ſunt, ſine quibus
„ finis ille obtineri nequit, *L.* 2. *C. de Pa-*
„ *trib. qui fil.*

„ Neque credendum eſt, liberos per hanc
„ diſtractionem fieri ſervos. Nam perſonæ
„ liberæ manent, & operas ſaltem præſtant
„ emtori, donec pro alimentis ſatisfactum
„ ſit. *d. l.* 2. *ibique Goth.*

„ Theodoſius hanc facultatem vendendi
„ ſuſtulit, & ejuſmodi infantes ex ſuo fiſco
„ nutriri juſſit. Exſtat hæc lex in ejus Co-
„ dice *L.* 11. *tit.* 27. *Provinciales egeſtate vi-*
„ *ctos, atque inopia alimoniæ laborantes, li-*
„ *beros ſuos vendere, vel oppignorare cogno-*
„ *vimus. Quisquis igitur reperietur, qui nul-*
„ *la rei familiaris ſubſtantia fultus eſt, qui-*
„ *que liberos ſuos ægre, ac difficile ſuſten-*
„ *tet, per fiſcum noſtrum &c. adjuvetur:*
„ *ita ut proconſules &c. habeant poteſtatem,*
„ *& univerſis, quos adverterint in egeſtate*
„ *miſerabili conſtitutos, ſtipem neceſſariam*
„ *largiantur &c. atque ex horreis ſubſtan-*
„ *tiam protinus tribuant competentem. Ab-*
„ *horret enim noſtris moribus, ut quemquam*
„ *fame confici, vel ad indignum facinus pro-*
„ *rumpere concedamus.*

Ex veteri Thebanorum lege] „ Quæ exſtat
„ apud *Aelian. Var.* 2. 7. *Ne cui Thebano*
„ *liceat infantem exponere, neque in ſolitu-*
„ *dinem abjicere, capitis ſupplicio conſtituto.*
„ Verum ſi extrema mendicitate pater labo-
„ ret, ſive mas ſit, ſive fæmina infans,
„ jubet lex, eum ſtatim a materno partu ad
„ magiſtratum cum ipſis faſciis adferre; qui
„ acceptum alicui tradit levi precio, cum
„ quo pactum intercedit, bona fide infan-
„ tem alat, & adultum ſervi, vel ſervæ lo-
„ co habeat, ſic ut pro educationis merce-
„ de operas ejus accipiat.

In populos alios] „ Apud Romanos quo-
„ que id jus receptum fuit: ſed ibi requi-
„ rebatur 1. ut adſit neceſſitas 2. ut filius
„ recens natus vendatur. At 3. ei, qui ven-
„ didit, vel ei, qui alienatus eſt, aut cuili-
„ bet alii, liberum fuit ad ingenuitatem eum
„ revocare, oblato pretio, vel præſtito alio

,, mancipio. *L.* 2. *ff. de patrib. qui fil. diſtr.*
,, *ibique Goth.*

A Phœnicibus] ,, Phœnices olim circa
,, mare rubrum habitarunt. *Herod. L.* 1. *p.*
,, 1. & pars Ægyptiorum fuere , *ibid.* &
,, *Diod Sic.L.* 1. *p. m.* 24. uti Thebani quo-
,, que. *Diod. Sic. d. p.* 24. Celebres Phœni-
,, cium urbes tres fuere , Byblus , Tyrus ,
,, & Sidon. *Vid. index III. ad Stanleji Hiſt.*
,, *vet. phil. voc. Phœnicia.*

Ac porro ab Hebræis] ,, Hebræi enim ex
,, Phœnicium doctrina plures hauſerunt le-
,, ges. Exſtat autem illa lex *Exod.* 21. 7. *Gen.*
,, 42. 37. 2. *Reg.* 4. *pr. Math.* 18. *v.* 25.

Et apud Phrygas] ,, *Appol. Thyan. L.* 8.
,, *f.* 101. de Chinenſibus idem affirmat *Baro*
,, *decad.* 3. *l.* 6. *c.* 2. *apud Larream decis.*
,, *Gren.* 9. *n.* 21. de Ruſſis ſimilia refert Ba-
,, ro de Herberſtein apud *Goth. ad tit. de*
,, *patrib. qui fil.*

Cenſetur quippe ipſa natura Jus dare ad id omne] Hæc demonſtrandi ratio eſt omnium maxime naturalis , eaque continetur in *Poſ. Jur. Gent. IV. n.* 4.

Additio.

,, Conceſſo jure educandi , conceſſa etiam
,, eſt facultas vendendi liberos ; non ut ſervi
,, fiant , ſed ut aliquamdiu in alimentorum
,, penſationem operas præſtent.

Ad §. VI.

In *tertio tempore*] ,, Poſtquam ſc. ex fa-
,, milia exceſſit. *Vid.* §. 2. *n.* 1.

Suique juris] ,, Imo filii familias non ſunt
,, ſui juris , nec in tertio hoc tempore. *L.* 4.
,, *ff. His qui ſui &c.*

Manente tamen ſemper illo pietatis debito]
,, Quod conſiſtit in reverentia , contra quam
,, tamen ſi aliquid committitur , actum irri-
,, tum non fieri , dixit ſupra §. 3. quod re-
,, futavimus *ibidem.*

Cujus cauſa perpetua eſt] ,, Sc. generatio.

Regum actus irritos dici eo nomine non poſſe , quod parentes habent] Nam rex, qui ſimul filius eſt, duplici jure utitur, tum qua rex eſt, tum qua filius Qua rex , patrem habet in poteſtate ; qua filius , eſt in poteſtate patris. Nam ſupra jam demonſtravimus , patriam , & regiam poteſtatem differre cauſa , objecto , ſubjecto , & effectibus , quin & reverentiæ modo ; quæ omnia non miſcentur in rege filio, ſed ſua patri æque , ac regi , jura integra manent. Exempla regum , qui in patria poteſtate fuere , exhibuimus *ſupra L.* 1. *c.* 1. §. 6. Ubi ſimul diximus , reginam eadem ratione poſſe eſſe in poteſtate maritali , neque tamen id impedire quo minus imperium in maritum habeat. Diverſa enim ſunt jura imperii , & conjugii , neque ea invicem miſcentur : *Conf. infr.* §. 8. *prop.*

Ad §. VII.

Auctor ait , omnia reliqua jura patriæ poteſtatis , extra educationem , eſſe juris poſitivi : uti conſenſus in nuptias , acquiſitio per filium , & cætera, quæ recenſet *Lauterbachius in Comp. f.* 16. *ſeq.*

Additio.

,, Sæpius jam dictum eſt , liberorum actio-
,, nes omnes dependere a patre , eoſque ni-
,, hil juris a ſe , omnia a patre habere ; in-
,, deque nihil agere , adeoque nec nuptias
,, contrahere , invito patre , poſſe.

Quæ alibi eſt alia] ,, Varia gentium jura
,, circa patriam poteſtatem collegit *Alexan-*
,, *der ab Alex. Gen. dier.* 2. *c.* 28.

Poteſtas patris ad diſſolvenda vota] ,, Qui-
,, bus filius aliquid Deo , templo , vel ſacer-
,, dotibus vovit. Hæc poteſtas fluit ex ra-
,, tione naturali , quia liberorum actiones ,
,, & jura dependent ab arbitrio patris.

Sic patria quadam poteſtas erat propria civium Romanorum] ,, §. 2. *Inſt. Patr. pot.*
,, *L.* 3. *l.* 4. *ff. His qui ſui vel al. jur. Plin.*
,, *L.* 10. *ep.* 6. quænam autem ſint jura illa
,, patriæ poteſtatis , tradit *Lauterbachius*
,, *Comp. d. l.*

Etiam in filios , qui familiæ propriæ capita erant] ,, I. e. qui uxorem , & liberos , ac
,, ſeparatam habebant familiam.

Quamdiu emancipati non erant] ,, Per
,, emancipationem enim e patria poteſtate
,, dimittebantur : adeoque deſinebat patria
,, poteſtas conſenſu patris.

Ipſi Romani profitentur] ,, Ita enim Im-
,, perator ait in §. 3. *Inſt. de patr. pot. Jus*
,, *autem poteſtatis , quod in liberos habemus ,*
,, *proprium eſt civium Romanorum. Nulli*
,, *enim alii ſunt homines , qui talem in li-*
,, *beros habeant poteſtatem , qualem nos ha-*
,, *bemus.* At alibi probavimus , Tribonianum
,, hoc edixiſſe , atque ut in aliis , ita hic
,, quoque vapulaſſe. *Vid. Diſſ. proœm. XII.*
,, §. 160. *n.* 2.

Conſiſa

Conſiſe naturali parentum amori] „ Quæ
„ ratio quoque fuit cur in parricidas olim
„ pœna non ſuerit conſtituta, quia non præ-
„ ſumebant leges, filium contra naturæ mo-
„ tum manus illaturum eſſe patri, vel contra.

Et impune interficiendi jus parentibus dederunt] In *L. f. C. patr. pot. L. 11. Lib. & poſth. ibique Gotb.* Hoc jus improbarunt alii Romanorum JCti, & Marcianus in *L. 5. ff. de Parricid.* id latronis magis, quam patris juribus comparat, & addit, *patriam poteſtatem debere magis in pietate, quam atrocitate conſiſtere.* Unde & imperatores in totum hoc jus ſuſtulerunt. *Vid. L. 2. C. pat. Pot. Leg. 2. ff. l. Corn. Siccar. ibique Got. L. un. C. de Emend. propinq. Conf. Cujac. 4. Obſ. 12.* At poſitis terminis juris Romani nihil iniqui hoc jus præ ſe ſerebat, uti probavimus in *Diſſ. proœm. XII. §. 159. §. 160. n. 3.*

Apud Perſas] ,, Verba Ariſtotelis *in L. 8.*
„ *ad Nic. c. 10.* hæc ſunt. *At apud Perſas*
,, *patris imperium tyrannicum eſt, utuntur*
„ *enim ut ſervis filiis.*

Civilia a naturalibus],, I. e. ne credamus
,, ideo jura hæc a natura eſſe, quia apud
,, plures gentes moratiores obtinuerunt. Imo
,, ideo, quia apud omnes fere gentes hæc
,, jura obtinuerunt, nec ratio naturalis re-
,, pugnat, merito ad jura naturæ reſeruntur.

Ad §. VIII.

Alterum jus, quod naturaliter *in perſonas* competit, eſt ex conſenſu: *Vid.* §. 1. ac venit vel ex ſocietatis, vel ex ſubjectionis pacto. *Prius*, de quo hoc §. agitur, contingit inter conjuges. Hoc jus, quod conjux in conjugem acquirit, valde corruptum fuit inter gentes per libidinum vim: adeoque eo magis intereſt, ſanctiſſimi hujus vinculi rationem ex naturæ principiis demonſtrare.

Propoſitio I.

Conjugium, ſeu conjunctio maris, & fœminæ a natura eſt.

Demonſtratio.

Nam 1. Deus diverſum ſexum condidit, & utrique facultatem invicem cohabitandi dedit; cujus actionis divinæ alia ratio dari non poteſt, quam Deum voluiſſe ut mas, & fœmina ſe conjungant. Neque 2. alius eſt modus propagandæ ſpeciei, cujus conſervationem tanto ſtudio creator injunxit creaturæ. Idque 3. confirmatur ex motu illo, quo omnia animantia feruntur ad propagationem. Unde apparet Deum, qui motum hunc animantibus indidit, eum probaſſe. Atque hinc 4. JCti Romani maris atque fœminæ conjunctionem ex eo jure deducunt, quod natura omnia animalia docuit, *L. 1. ff. Juſt. & jur.*

Propoſitio II.

Natura inter homines non eſt licita generatio, niſi per modum aliquem, quo mulier obligata eſt cohabitare uni viro.

Demonſtratio.

Voluntas hæc Creatoris evidentiſſime ex eo apparet, quod certum eſſe patrem voluerit; non autem certus eſt pater, niſi ubi mulier cohabitat cum uno viro. Certitudinem autem patris naturam voluiſſe, vel ex inde apparet, quia natura præcipuam educationis partem injunxit patri. *Vid. ſupr. ad §. prop.* At expediri id officium nequit, niſi conſtet, qui ſint parentes editi partus: conſtare autem de eo non poteſt ſi fœmina promiſcue cohabitat, adeoque neſciat ipſa ex quo patre editus ſit partus. Neceſſe igitur eſt ut uni tantum viro cohabitet, unde & nuptiæ a JCtis definiuntur, *viri, atque mulieris conjunctio. L. 1. §. 3. Juſt. & jur. L. 1. ff. Nupt.*

Consectarium I. Hinc jam conſtat, *Polygamiam fœminarum, ſeu nuptias unius fœminæ cum pluribus viris, contrariari omnino juri naturæ:* 1. quia natura noluit propagationem inter homines fieri, niſi ex qua parentes certi eſſent: non autem pater eſt certus, ſi fœmina pluribus viris cohabitat. Dictum enim 2. eſt, educationis officium incumbere parentibus, adeoque & omnia ſine quibus officium illud expediri nequit; non autem poteſt niſi pater certus ſit. Sed & 3. liberis natura debetur ſucceſſio parentum; ſi vero de patre non conſtat, fieret injuria vel liberis, ſi excluderentur ab hæreditate patris, vel maritis, ſi incertum hæredem admittere tenerentur. Atque hinc apud Spartanos liberi ex promiſcuo concubitu nati coacti ſunt ſolum vertere, & metu inopiæ ſedem alibi quærere, apud *Juſt. l. 3. c. 4.* nulli enim pater exiſtebat, cujus in bonis ſucceſſionem ſperare poſſent. 4. Reverentiæ debitum ceſſaret, utpote quod incerto patri præſtari nequit. Maximum vero inconveniens 5. in eo conſiſtit, quod ita parentes cum liberis, fratres cum ſororibus ignorantes cohabitare poſſent, exemplo Oreſtis. Sed & 6. quidquid propagationem impedit id contrariatur juri natu-

ræ; atqui promiſcui concubitus impediunt propagationem, quod exemplo meretricum apparet, quæ vix concipiunt. Atque in eo conſiſtit illa ſuperfœtatio, quam adeo rident medici, & quam merito metuunt JCti; Non enim per ſuperfœtationem intelligunt editionem duplicis partus ſucceſſivam, ſed qua expellitur partus adhuc immaturus per alium partum, adeoque ubi uterque perit: impeditur ergo hac ſuperfœtatione & futurus, & jam factus. Accedit 7. horror quidam naturæ, qui ſeminis, & ſanguinis confuſionem impedit. Unde nulla gens eſt tam barbara, quæ communionem uxorum admittat. Quin inter bruta quoque ſunt quæ a promiſcuo concubitu abſtinent. *Vid. Agath. in fin. Hiſt.* Sane hæc confuſio, ejuſque metus, cauſa eſt cur adulteria tam ſevere prohibeantur. *Vid. Diſp. noſtra de SS. talionis jure* §. 32. Et ideo annus luctus conſtitutus dicitur, *ne turbetur ſanguis. L.* 11. §. 1. *ff. His qui not. inf.*

Neque *obſtat*, quod maritus poſſit cum pluribus fœminis nuptias contrahere, *Vid. conſectarium ſeq.* cur non & fœmina cum pluribus viris? Sane cum mutua ſit promiſſio cohabitationis, nulla ratio dari poſſe videtur, cur illa aliter in fœmina intelligi debeat. Reſp. Sola cohabitandi neceſſitas eſt ex mutua promiſſione, & hactenus uterque conjux æque obligatur. At cohabitandi neceſſitas fœminæ cum uno ſolo non eſt ex promiſſione, ſed ex ratione naturali, quæ obtinet, etſi nulla promiſſio intervenerit, quin etſi contrarium promiſſum ſit; quia ut certus ſit pater natura voluit, & omnem cohabitandi modum, præter eum, quo certus pater efficitur, prohibuit. Hæc autem prohibitionis ratio tantum obtinet in fœmina, non in marito, quia pater certus manet etſi cum pluribus uxoribus cohabitet.

Neque porro *obſtat*, quod Spartani ideo promiſcuos concubitus admiſerint, quod putarent maturiorem fieri conceptionem, *ſi ſingula eam per plures viros experirentur. Juſt. L.* 3. *c.* 4. Unde Plato in republica ſua Ideali polygamiam plurium virorum probat. &c. Reſp. Exemp lum Spartanorum ſingulare eſt: deſperata erat Spartanorum cauſa, unde deſperata quærebant remedia, neque eventus eorum intentioni reſpondit. Platonis conſilium in idea ſaltem conſiſtit, neque ulla gens, ſi exceperis paucas ferarum inſtar ſine ſocietate, & lege viventes, hanc ideam ſecuta eſt.

CONSECTARIUM II. E contrario ex ante dictis conſtat, *polygamiam, qua unus vir pluribus nubit fœminis, rationi naturæ non contrariari.* Nam tota ratio prohibitionis, quæ in fœminis militat, in maribus ceſſat. Ratio enim cur una fœmina pluribus maribus cohabitare non poſſit, conſiſtit in incertitudine prolis, in confuſione ſeminis, item officiorum, ac ſucceſſionis. At in viro polygamo ſemper certus eſt pater, non confunditur ſemen plurium virorum in uno utero, officia inter patrem, & prolem ſalva ſunt, & ſucceſſio natura liberis quæſita non aufertur.

Atque hinc piiſſimi viri in veteri teſtamento polygami fuere, quod exempla Lamechi, Abræ, Jacobi, Judæ, Davidis, Salomonis, &c. teſtantur. Ipſe Deus ait, ſe plures fœminas dediſſe Davidi, & inter beneficia divina id numeratur. Neque allegari poteſt, principum id jus fuiſſe: nam ſufficit, quod inde probetur, jus hoc rationi naturali non contrariari, utpote cui principes æque obligantur. Sed & Hebræorum morem generalem fuiſſe, plures habere uxores, probat Seldenus *in Ux. Hebr. & Joſeph. Ant.* 17. *c.* 1. Conſ. *Auguſt. c.* 7. *c.* 32. *q.* 4. Sane Elcanam Samuelis patrem polygamum fuiſſe, patet ex 1. *Sam.* 1. *v.* 2.

Neque in prima Eccleſia adeo improbata fuit hæc polygamiæ ſpecies. Epiphanius *Hæres.* 80. ait, *tametſi quidam patres duas, & tres uxores habuerint, non tamen in una domo uxores fuiſſe.* Valentinianus duas uxores duxiſſe, & legem promulgaſſe, dicitur, ut omnes viri, ſi vellent, impune bina matrimonia contrahere poſſent. *Socrat. Hiſt. Eccl. L. IV. c.* 31 *Paul. diac. L.* 1. *init.* Rationem addit Jornandes, quod multiplicare voluerit imperium *De reg. & temp. ſucceſ. tom.* 1. *L.* 1.

Additio.

„ Equidem Baronius primus fabulæ nomine hanc hiſtoriam de propoſito Valentiniani tractavit, quem poſtea plurimi utriuſque religionis Theologi ſecuti ſunt; ſed egregio auſu veritatem hiſtoriæ defendit de Beauſobre *dans la biblioth. germ. tom.* 3. *p.* 21. *ſeq.* Ex recentioribus Ochus integro tractatu polygamiam defendit, ideo pro Atheo ex ſeculi barbarie habitus: ſane Melanchton in tractatu *de arbore conſanguin. & affin.* ait, polygamiam non eſſe rem inuſitatam, nec juri divino contrariam. *Vid. Bauſobre d. l. f.* 93. Ipſe Pa-

„ pa

„ pa id beneficium obtulit Henrico VIII. „ *ibid.* Lutherus, & Melanchton ſimile conſi„ lium dedere Landgravio Haſſiæ, ut aliam, „ præter eam, quam haberet, duceret u„ xorem, *ibid. ſ.* 95.

Accedit conſenſus plerarumque gentium. In toto oriente hic mos hodieque in uſu eſt. De Germanis ait Tacitus, *ſolos* prope barbarorum ſingulis uxoribus contentos eſſe. *de M. G. c.* 18. Nobiliores tamen plures ducere uxores ſolitos fuiſſe, patet exemplo Arioviſti apud *Caſ. L.* 1. *de bell. Gall.* Apud Romanos monogamia ex lege Romuli demum obtinuit, *Dion. Halic.* 2. *c.* 16. Socrates Philoſophiæ moralis Auctor duas uxores habuit: Cæſar lege publica polygamiam permittere voluit. *Suet.* 1. 52. De Græcis vide *Auctorem* §. 9. *n.* 4.

Neque *obſtat.*, *I.* Quod ex identitate rationis etiam fœminæ pluribus viris nubere poſſent; Quo argumento utitur Plautus in *Mercat.* 4. *ſcen.* 6. *uxor contenta eſt*, *quæ bona eſt*, *uno viro*: *qui minus vir una uxore contentus ſit*? Nam rationem differentiæ modo dedimus.

Inſto: promiſſio de cohabitando reciproca eſt; Reſp. neceſſitas cohabitandi *uni viro* non eſt reciproca, quia non eſt ex promiſſione, ſed ex ratione naturæ.

Obſtat II. definitio matrimonii naturalis, quæ eſt *conjunctio maris*, *& fœminæ*, *L.* 1. *ff nupt.* Reſp. 1. definiuntur in dicta lege nuptiæ ex hypotheſi juris Romani, ubi bigamia fuit prohibita. Reſp. 2. Revera non excluditur ea definitione bigamia; Nam ſi vir cum pluribus cohabitat, plures quoque ſunt conjunctiones, & in unaquaque conjunctione definitioni locus erit.

Obſtat III. Servatoris effatum, qui adeo polygamiam prohibere videtur, ut is, qui uxore repudiata aliam ducit, pro mœcho ab eo habeatur, *Math. V. v.* 31. *&* 32. *& cap. XIX. v.* 3. Reſp. Servator loquitur de eo, qui ſine juſta cauſa dimittebat uxorem, & aliam ſuperinducebat, is pro adultero habetur, quia vinculum prius adhuc durabat.

Equidem communi Chriſtianæ eccleſiæ conſenſu polygamia, etiam in viris, improbata eſt. Unde imperatores, & reges Chriſtiani ſeveriſſime, & ſub pœna gladii, ſuis ſubditis eam interdixere; adeo ut nec Judæis eam licentiam permiſerint, *L.* 7. *c. de Jud.* Idque merito, quia maxima inde ſequi ſolent incommoda, odia inter uxores, diſſidia domeſtica, contemtus &c.

Hinc jam facile decidi poteſt quæſtio, an princeps chriſtianus bigamiam lege publica introducere poſſit? Merito id negatur: Non quia natura prohibetur, ſed quia communi lege eccleſiæ, & quidem a prima ſua origine, polygamia improbata fuit; quicunque igitur membrum Eccleſiæ eſſe vult, leges quoque ejus obſervare debet, vel deſinit eſſe illius eccleſiæ membrum.

C o n s e c t a r i u m III. Hinc ſequitur, *omnem coitionem extra nuptias natura illicitam eſſe: indeque nec cum eodem ſexu*, *nec cum bruto*, *nec cum meretrice*, *concumbere aliquem poſſe*; Nam cum natura ad copulam marem, & fœminam creaverit, & unius tantum modi propagandæ ſpeciei facultatem dederit, exinde apparet, omnem aliam copulam actioni naturæ contrariari. Inprimis 2. quia omnes aliæ copulæ fini creationis, ſcilicet propagationi, quæ ex ejuſmodi copulis non ſequitur, adverſantur. Sed & 3. repugnat maxime ſanctitati Creatoris ſemen, cui ineſt vis propagandæ imaginis divinæ, miſcere cum ſanguine bruto, vel diſſipare cum puero. 4. Pugnat quoque cum inſtinctu naturæ. Sane omne humanum genus, quin pleraque bruta, non niſi cum diverſo ſexu concumbunt, *Agath. in fin. hiſt.* Adeoque 5. pauciora exempla, inter quæ Socratem quoque referunt, *Plat. de amor. pr.* Scipionem Africanum, & Lælium, *vid. Suet. in vita Terentii*, communem illum naturæ horrorem non evertunt. De meretricum concubitu *vide infra* §. 15.

C o n s e c t a r i u m IV. Atque ex his quoque ſequitur, *concumbere cum aliena uxore non licere*, *indeque adulteria repugnare juri naturæ*; Nam inter homines non eſt licita generatio, niſi per modum, quo mulier obligata eſt cohabitare uni viro, *Vid. prop. I.* Electo igitur viro jus quæſitum eſt non tantum marito, ſed & liberis, quod fœmina per violationem thori eis auferret: de quo plenius infra *L.* 2. *c.* 20. §. 30. *n.* 1. *&* 2. §. 39. *n.* 3. *L.* 2. *c.* 17. §. 15.

Additio.

„ Adulteria a natura prohiberi, rationibus „ naturæ demonſtravimus in *Diſſert. proæm. „ XII.* §. 142. *&* §. 521. *II.*

„ C o n s e c t a r i u m V. Denique ex „ ante dictis apparet, *graviſſimum crimen „ eſſe hymenæum manu canere*: quod crimen „ Onaniticum vocari ſolet; Nam ſacra pagina „ nos docet, Deum ideo percuſſiſſe Onanem, „ quod rem deteſtabilem feciſſet, i.e. quod ſe„ men in terram fudiſſet. *Geneſ. c.* 38. §. 9. Ea-

„ dem enim hic ratio ſubeſt, quod diſſipet
„ ſemen, cui vis propagandæ imaginis divi-
„ næ ineſt, id quod contrariatur fini creatio-
„ nis, & ſanctitati creatoris.

P r o p o s i t i o III.

Ex ea cohabitatione oritur ſocietas domeſtica, quæ familia dicitur; in quam agnaſcuntur liberi, aſſumuntur famuli. &c.

D e m o n s t r a t i o.

Dum enim vir, & uxor individuam vitæ conſuetudinem, & omnis vitæ conſortium ſibi promittunt, conſentiunt in communionem jurium, quæ familia dicitur. Hæc igitur ſocietas a natura eſt, ideo inſtinctu naturæ munita, ut eſſet legitimum medium propagandi generis humani; & ſic eſt initium ſocietatis humanæ: ex ea enim procedunt liberi, qui nubendo novam familiam conſtituunt, & ex pluribus tandem familiis oriuntur civitates. Familia igitur non conſtituitur ex triplici perſonarum genere, uti Ariſtoteles putat, ſc. uxore, marito, & liberis, ac ſervis; ſed eſſentia familiæ conſiſtit in mare, & fœmina, qui invicem individuam vitæ conſuetudinem, adeoque ſocietatem, ſeu conſortium omnis vitæ promittunt. Reliquæ partes, ſc. liberi, ac ſervi, abeſſe ſalva familia poſſunt: quia & conjugium ſterile eſſe, nec ſervorum ope indigere familia poteſt. *Vid. L.* 195. §. 1. *V. S.* Accedere tamen ad familiam, eoque pars ejus fieri omnino poſſunt; & quidem, quod liberos attinet, accedunt natura, ſervi vero per addictionem.

Hujus ſocietatis domeſticæ duplex finis eſt, 1. propagatio generis humani, 2. mutuum vitæ conſortium, ſeu individua vitæ conſuetudo. *Prior* finis proprius eſt conjugio, neque enim alia ratio dari poteſt diverſitatis ſexus, cujus nullus eſt uſus extra propagationem: *poſterior* finis, ſc. mutuum ſubſidium, eſt ſecundarius, at æque naturalis. Hinc licet prior finis deficiat, i. e. licet liberi non ſequantur, aut non ſperentur, ſubſiſtit tamen matrimonium. Sane Deum jungendo Adæ Hevam ei *ſociam* dare voluiſſe, ſacra pagina teſtatur; Sed & ſpadones, decrepitos, ſteriles, frigidos, caſtratos &c. jure naturæ nuptias contrahere poſſe, certum eſt. JCti Romani ſub definitione nuptiarum comprehendunt non tantum *conjunctionem maris, & fœminæ*, ſed & ſimul *individuam vitæ conſuetudinem.*

Additio.

„ Jure Romano quoque finis hic, qua-
„ tenus ad individuam vitæ conſuetudinem
„ tendit, ſufficit ad juſtas nuptias contrahen-
„ das: unde ſpadones, aliique, qui natura, vel
„ caſu impotentes ſunt, omnino matrimo-
„ nia contrahunt. *L.* 14. §. *f. de Man. vind.*
„ *L.* 39. §. 1. *ff. Jur. dot.* & excipiuntur tan-
„ tum illi, qui ſcelere ſuo impotentes facti
„ ſunt, ut caſtrati. *L.* 14. §. *f. Man. vind.*
„ Vid. *Jus meum Controv. de adopt. q.* 1. *&*
„ *de nuptiis. q. XI.*

„ *Not.* 1°. fœmina, quæ ignoravit impo-
„ tentiam viri, repudium mittere tali ma-
„ rito poteſt, *L.* 10. *C. repud.* 2°. Sed &
„ ſi commoretur cum tali marito, adulte-
„ rium jure naturæ non committit, quia
„ confuſio ſeminis, & ſanguinis non eſt me-
„ tuenda. Moribus propter violatam fidem
„ pœna adulterii in uxores ejuſmodi viris
„ junctas ſtatuitur, quanquam propter im-
„ potentiam mariti mitigari pœna ſoleat:
„ *Brun. ad Weſenb. Tit. de Adult. q.* 29.
„ *Carpz. prax. crim. q.* 58. *n.* 3. *Struv. ſynt.*
„ *tit. de Adult.* §. 25. *&* 33.

P r o p o s i t i o IV.

Ex pluribus familiis oritur civitas. Cic. de off. L. 1. *c.* 54.

D e m o n s t r a t i o.

Familia igitur, ſeu ſocietas domeſtica, eſt initium ſocietatis humanæ, ex ea enim procedunt liberi: hi nubendo novam conſtituunt familiam: pluribus familiis, ſi illæ ſeſe invicem jungunt juris tuendi cauſa, conſtituitur civitas.

Civitas igitur nihil aliud eſt, quam cœtus perfectus juris tuendi gratia compoſitus. *Vid. Jus meum publ. c.* 17. §. 1. ejuſque domicilium urbs eſt, etſi muris cincta non ſit. *ibid.* Notanter dixi, civitatem ex *familiis* conſtitui, non ergo ex ſingulis perſonis. Jura igitur familiæ non inhærent perſonis, ſed corpori, quod paterfamilias tanquam caput repræſentat: adeoque munera publica civitatis per hoc caput exercentur, neque in illis concurrit fœmina, aut filii; hi nec onera ferunt civitatis, nec munera, ſed pater, qui omnium vices gerit, & unde omnes participant. Uxores ergo, & filii ſunt quidem immediata pars familiæ, ſed non civitatis; adeoque de his non niſi per caput familiæ tanquam ejus membra participant. Atque hinc eſt quod uxor æque, ac filii ſequantur forum, & dignitatem mariti, ac patris, & quod in comitiis non comparcant.

P r o-

Digitized by Google

PROPOSITIO V.

Ex ſocietate domeſtica jus eſt marito in uxorem quoad jura familiæ : Utrique in cæteros.

DEMONSTRATIO.

In hoc igitur corpore familiæ cuique membro certus ordo, & proprium jus, & cujuſque officium definitum eſt a natura. Maritus igitur toti familiæ præeſt, adeoque etiam uxori; & ſic caput, ac præcipuum membrum eſt hujus corporis. Unde ſupra dictum jam eſt, in concurſu mariti, & uxoris præferri maritum, quia natura eum majori facultate, & regendi, & defendendi ornavit, *vid. ſupr.* §. 1. *propoſ. II. IV. V.* Jus hoc mariti in uxorem, quod Auctor imperium vocat, probatur 1°. ex ipſo facto naturæ, quæ ſexum maſculinum viribus animi, & corporis prævalere voluit. Sed & porro 2°. id probatur ex actione creatoris, qui Adamo, cum ſolus eſſet, dominium in hanc terram conceſſit: fœmina tantum conſortii, & propagationis cauſa acceſſit. Neque enim ad imperandum opus erat alio ſexu, ſed tantum ad generandum. Unde Paulus ait, totam perfectionem fœminarum conſiſtere in procreatione ſobolis, 1. *Thim.* 2. *v. ſ. c.* 5. *v.* 10. & 14. & maximum fœminarum munus eſſe *concipere*, traditur in *L.* 14. §. 1. *Ædil. ed.* Idque 3°. ex conſuetudine univerſali omnium gentium corroboratur; ubique enim fœminæ ſubſunt imperio mariti: *Joſephus L.* 2. *c. App.* ait, *mulierem inferiorem*, & *deteriorem viro eſſe*, indeque concludit, *ergo obtemperet.* Fidem quoque facit 4°. ſacra pagina, ubi fœminæ jubentur obedire viro. 1. *Cor.* 11. *v.* 2. & jus canonicum ait, fœminas natura ſubjectas eſſe viris *c.* 12. 14. 15. 17. *Cauſ.* 33. *q.* 5. Unde etiam judicium mariti eſt in uxoris mores. *Gell. L.* 10. *c.* 23. *Vid. diſp. noſtr. de judicio mor. m.*3. §. 13. Dictum Artemidori vide apud *Grot. h.* §. 9. *n.* 2.

At hoc tantum verum eſt, quod ad regimen familiæ, cujus caput eſt maritus, attinet. Non ergo imperium illud ſe extendit ad uxoris bona, contractus; aliaſque actiones ad familiam non ſpectantes. Neque imperium illud excludit officia matris naturalia, quo pertinent jura educandi, alendi, corrigendique mores liberorum: nam hæc jura ſunt pars propagationis, cujus officium incumbit utrique parenti. *Vid.* §. 1. *prop. III. IV.*

Neque obſtat I. regulam illam de præeminentia ſexus maſculini in genere veram non videri, multaque exſtare exempla fœminarum, quæ prudentia, & fortitudine famam maximorum virorum obſcurarunt. Quo pertinet Artemiſia *Juſt. L.* 2. *c.* 12. Semiramis *L.* 1. *c.* 2. Dido *ibid. L.* 11. *c.* 10. Cleofide *ibid. L.* 12. *c.* 7. Imo integræ gentes, & nationes a fœminis celebres exſtitere, quo Amazones pertinent: unde concludunt, natura ſexum maſculinum non eſſe potiorem, & quod fœmininus poſtponatur, id ex præpotentia virorum ortum eſſe. Reſp. Negari nequit, fœminas ſæpe præſtare viris, ſed id non a natura ſexus, ſed ex vitio, & virtute perſonarum eſt. Quod enim peſſimus vir ab optima fœmina vincatur, non eſt a ſexu, qui communis eſt, ſed quia vir a virtute ſexus ſuo vitio defecit, & mulier vitium quaſi ſexus ſua virtute correxit, & vim ejus auxit. Comparari ergo debet optima fœmina cum optimo homine, & peſſima cum peſſimo, & tunc ſemper vincet mas fortitudine æque, ac prudentia: ſane a memoria hominum vix 100. vixere fœminæ ſine labe illuſtres, & heroinæ; at nullum ſeculum, nullus populus caruit viris Heroibus, qui longe ſuperarunt etiam clariſſimas fœminas.

Neque obſtant II. exempla, ubi fœminæ maritis imperarunt; quo pertinet, Johanna Neapolitana, Maria Scotica, Maria Anglica, Ulrica Suecica &c. Nam mariti hic obtemperant uxoribus extra familiam, in cauſis publicis, & imperii. Idque ex conſenſu, & pacto, dum populus, cujus pars eſt maritus, uxori imperium defert. At hæ ipſæ fœminæ quoad jura familiæ obtemperant viris. Nam idem hic obtinet, quod in filiis, qui ſimul reges ſunt: illi ſubſunt imperio parentum in negotiis domeſticis, at extra cauſas familiæ parentes obtemperant filiis qua regibus: *Vid. ſupr. L.* 1. *c.* 1. §. 6. & *h. c.* §. 6. *in fin.*

PROPOSITIO VI.

Hinc uterque tenetur educare, & alere liberos; Non vero ſe invicem. Neque ulla ſit commixtio bonorum.

DEMONSTRATIO

Educationis neceſſitatem demonſtravimus *ſupra* §. 1. *prop.* 1. & 2. Sub educatione autem contineri alimenta, diximus. Equidem regula naturæ eſt, quod nemo alium alere teneatur, quia quiſque jus tantum habet in res ſuas, non alienas. At exceptio eſt in liberis, quia ſe ipſos alere non poſſunt: idque ex medii neceſſitate, ex actione creatoris, ex fine creatarum mammellarum, ex inſtinctu com-

Digitized by Google

communi animantium, & demum ex gentium conſenſu demonſtravimus. *Vid. Grot. infr.* §. 29. *ibique Teſm. & Gron.*

Conjuges autem invicem alere ſe non tenentur. Nam 1. certum eſt natura neminem alium alere teneri: regula enim naturæ eſt, quod quilibet de re ſua prout lubet diſponere poſſit; quæ regula vera non eſſet, ſi uxor jus alendi ex bonis meis prætendere poſſit. Sane 2. conjuges paciſcuntur ſaltem de cohabitatione, quod pactum non infert animum, ſeu neceſſitatem alendi. Neque 3. conjugium eſt modus, ſeu titulus acquirendi juris; quia matrimonium non contrahitur acquirendi, ſed propagandi cauſa. Et cum 6. in ſolis liberis natura exceptionem alendi ex medii neceſſitate conſtituerit, hæc ipſa exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis; inprimis cum tota illa neceſſitatis ratio, quæ in liberis fuit, in conjugibus ceſſet.

Quia vero jus hoc naturæ difficillimæ eſſet expeditionis, cum, ſi communiter alere familiam deberent, etiam in re minima pro rata collatio facienda eſſet; ideo jura dotium ſunt introducta, quæ proinde in vicem juris contribuendi pro oneribus familiæ ſurrogata ſunt: certiſſimo indicio, jure naturæ fœminam ad ſuſtinenda matrimonii onera concurrere debere. Si maritus uxorem accipit, nec ſtipulari ſibi dotem paſſus fuit, ſuo beneficio renunciaſſe cenſetur, & ſic ſolus alere tenetur. Atque hinc eſt, quod ſi furioſa fuerit uxor, eam alere ſaltem teneatur maritus ad quantitatem dotis. *L.* 22. §. 8. *ſolut. matr.*

Additio.

„ Uxorem fieri ſociam divinorum, humanotumque jurium, adeoque & communionem bonorum nuptiis contrahi, alibi probavi. Unde eſt, quod uxor mortuo marito apud pleraſque gentes ſuccedat in dimidiam bonorum partem. Ali ergo omnino ex bonis communibus debet. *Vid. Diſſ. Proœm.* XII. §. 164.

P R O P O S I T I O VII.

Uxor ſequitur dignitatem mariti, etſi diſparis conditionis perſonæ matrimonium contraxerint: Niſi aliud pactum ſit.

D E M O N S T R A T I O.

Explicavimus hanc propoſitionem *in Diſſertat. de Lege Morganatica Sect.* 3. §. 2. *ſeq.* Verba hæc ſunt. Initio itaque de æqualibus conjugiis diſpiciamus oportet, quibus prætermiſſis inæqualia recte intelligi nequeunt.

Eſt vero conjugium æquale, quo uxor ſequitur dignitatem mariti, idque propter individuam vitæ conſuetudinem, ac divini, humanique juris communionem. *L.* 1. *ff. Rit. nupt.* cum igitur regulariter, & ex ipſa natura conjugii, uxor nubendo viri dignitatem ſortiatur, *l.* 8. *ff. Senat. l.* 13. *C. de Dignit. Nov.* 22. *cap.* 36. &c. prima certiſſima regula eſt. *Conjugia ſua natura eſſe æqualia, etſi diſparis conditionis perſonæ ea contraxerint.* Ita comparatum eſt in vita civili, ut maritus quidem, ſeu paterfamilias, dignitates reipublicæ ſuſtineat; at familia tamen ejus, ſc. uxor, & liberi, uti de toto jure civitatis, ita & de dignitate participent. Neceſſe enim eſt ut fœminæ; cum per ſe nullam habeant, ſequantur, vel retineant familiam maſculorum, eorumque adeo forum, domicilium, dignitatem, & omnia denique jura civitatis. Eſt itaque ex ipſa ratione, & natura conjugii, ut fœmina nubendo ſequatur dignitatem mariti, eoque conjugia ſint æqualia, *ſupra* §. 1. Ita Udalricus Dux Bohemiæ cum ruſtici filiam duceret, diſſuadentibus reſpondit: ſe una nocte effecturum, ut quæ heri virgo ruſtica fuerit, eadem cras fieret princeps, quoniam principis uxor eadem gauderet cum marito dignitate. *Dubrav. hiſt. Bohem. L.* 7. *princ.*

Unde plurima ducuntur conſectaria: uti I. quod filii patris illuſtris, matre nobili, vel plebeja nati, ſuccedant patri in principatu, ac dignitatibus æque, ac ex illuſtri nati; nam & patrem æque ſequuntur, *Myſer, Gamol. c.* 5. §. 19. *& ſeqq. &* §. 61. *& ſeqq.* & juris naturalis eſt ut liberi legitimi ſuccedant patri, *Nov.* 18. *præf. &* §. 2. Hoc jus quoque gentes ſuo conſenſu confirmant. Hinc Plutarchus *de amore prolis* dicit, *liberis deberi hæreditatem ex naturæ debito;* perinde uti Imp. *in alleg. Nov.* 18. Et Valerius Maximus *L.* 5. *c.* 9. *n.* 2. de Hortenſio tradit, *quod & impiiſſimus filius ipſi ſucceſſerit, ne ordo naturæ confunderetur.* Ita Davidi, & Salomoni, etſi regum filias uxores quoque haberent, ſucceſſere tamen ex plebejis nati, 1. *Reg.* 2. *v.* 28. *& ſeqq. & c.* 14. *in f.* Sic in conſultatione de ſucceſſore Alexandri M. pars filio ipſius Herculi, ex Barſine vili fœmina nato, competere regnum ſtatuebat, *Juſtin. L.* 13. *cap.* 3., quem etiam Caſſander ideo, quod metueret eum regem fore, occidit, *Juſt. lib.* 15. *c.* 20. Nec obſtitit ei, quod matre plebeja, ſed quod capta, & ſerva, quin concubina magis, quam

Digitized by Google

quam uxore natus, eoque non legitimus eſſet: ſed & actu ſucceſſit Alexandro M. Aridæus ex viliſſima fœmina Lariſſæa natus *Juſtin. l.* 13. *c.* 2. Filius prædicti Udalrici ex ruſtica fœmina natus patri in principatu Bohemiæ ſucceſſit, & filiam Ottonis Imperatoris duxit, *Dubrav. L.* 7. *Æn. Sylv. Hiſt. Boh. l.* 18. Alia exempla exſtant apud *Henricum Salmuth. de matrim. princ. cum virg. nob. qu.* 1. *Rat. dec.* 6. *Myler. Gamol. c.* 5. §. 6. *& ſeqq.*

Sequitur II. quod filii ex inæquali matrimonio nati ſuccedant in feudis, etiam regalibus; quamvis liberi æquali dignitate nati ſuperſint, cum jus quoque ſuorum, & legitimorum heredum obtineant. *Strauch. de Iur. publ. L.* 1. *tit.* 32. §. 3.

III. Quod nati ex tali uxore liberi utantur privilegiis, juribus, ac inſignibus illuſtrium, *ſind Schild-Erb-und Leben fähig*, etſi ex alia uxore illuſtri quoque liberi exſtent. *Myler Gamol. cap.* 5. §. 21. 2. 61. *& ſeqq.*

IV. Quod illi jure primogenituræ præferantur quoque aliis ex poſteriori uxore illuſtri procreatis: niſi moribus, vel ſtatutis loci, vel pactis familiæ, aliud conſtitutum fuerit, *Henr. Salmuth. d. tract. quæſt.* 3.

V. Quod admittendi ſint ad beneficia eccleſiaſtica, niſi lex fundationis impediat. *Pac. Oſnab. art.* 5. §. 17. Cum igitur ſola lex fundationis excipiatur, ſequitur, ſolis moribus effici id non poſſe ut minus nobiles, nedum matre minus nobili nati, a beneficiis excludantur. Quin ejuſmodi mores expreſſe damnantur Jure Canonico, *c. pen.* 5. *de præb. & dignit.*, eoſque inter exempla pravarum conſuetudinum numerat, atque illicitos, & inefficaces, & contra omnia jura, ac ritus veteris eccleſiæ eſſe, tradit, idque judicio, & auctoritate Cameræ approbatum, refert *Webner Obſ. pract. voc. Gewohnheit n.* 11. Idem de exercitiis equeſtribus. *Myler. c.* 5. §. 38. *& ſeqq.*

VI. Quod ipſa uxor plebeja poſt mortem mariti illuſtris utatur juribus, & privilegiis viduarum illuſtrium: uti 1. titulo, 2. foro, 3. dotalitii jure, quod conſtituendum iiſdem juribus, quibus illuſtribus viduis ſolet, 4. Morgengaba, quæ pari jure ei debetur. De quibus *Myler* de *Gamol. c.* 9. 10. *& c.* 15.

Equidem valde obſtare videtur illuſtre exemplum Ferdinandi Auſtriaci, qui Philippinam Velſeram Patriciam Auguſtinam duxerat, ex qua nati filii excluſi ſunt a ſucceſſione Auſtriæ, *Piccar. Decis.* 9. *Obſerv. Hiſt. Polit. c.* 1. Reſpondetur, ideo id factum, quia Status clam, & invito patre matrimonium initum, eoque ex legibus Germaniæ nullum eſſe, cauſabantur: uti & hanc cauſam luculenter exponit Thuanus *Hiſt.* 71. *in fin. ann.* 1550. Hinc neque uxor ipſius, etſi legitima, neque liberi ex ea ſuſcepti, tantæ ſucceſſionis provinciarum capaces ab ordinibus habiti ſunt.

Adverſantur quoque conſules Romani apud *Liv. L.* 4. *c.* 1. Verum apparet ſatis, ſtudio cauſæ ea dicta fuiſſe, pleniſſimaque ineptiarum eſſe, ac mox refelluntur a tribuno plebis Canulejo, *d. l.* 4. *cap.* 3. *& ſeqq.* Opponi denique iis poteſt oratio Caji Marii apud Salluſt. *de Bell. Jugurth. cap.* 85.

Merito autem adjecimus, *niſi aliud pactum ſit*, h. e. niſi pactis, inprimis familiæ, vel ſtatutis, aut moribus aliquid immutatum fuerit. Ita in Marchia conſtitutum eſt, ne filii nobilium impari nubentes integram dotem ex feudo ſtatutam conſequantur, ſed partem, & quandoque nullam. *Rec. prov.* 1654. §. *Brunn. cent.* 4. *dec.* 46.

Additio.

„ Præterea varias quæſtiones circa conju„ gia inæqualia decidit B. Parens *in diſp. de* „ *lege Morganatica ſect.* §. 12. *ſeq.* Verba „ ejus hæc ſunt.

Si princeps, vel comes ducat plebejam, vel nobilem, an hæc hodie gaudeat titulis, loco, & inſignibus mariti? Affirmo: L. 8. ff. de Senat. ſup. §. 1. & 2. Tiraquell. de nobil. tom. 1. cap. 18. *Strauch.* d. l. 12. §. 3. *Myler.* Gamol. c. 4. §. 12. & ſeqq. *ubi* §. 15. 16. 17. *exemplis principum Germaniæ id illuſtratur. Solet tamen maritus ab Imperatore impetrare dignitatem, v. g. comitivam &c., pro uxore, & liberis: uti noſtra memoria Comes de Bentheim impetravit, ut ſc. quod tantum jure matrimonii, & repræſentatione mariti uxori competit, jure quoque proprio, & hæreditario illa obtineat.*

E contrario quoque, & in caſu converſo, ſi principis, vel comitis filia nupſerit inferiori, eadem ratione illa mariti conditionem ſequeretur, non paternam: idque certo jure ita deciſum eſt, ſi plebejo, & privato nupſerit, l. 8. verſ. parentes. ff. de Senat. l. 1. C. de dignit. Perez. C. de dignit. n. 48

At ſi marito inferioris ſaltem dignitatis juncta fuerit, non caret res ſcrupulo: Nam quod jure civili non imminuatur his nuptiis dignitas generis, deciſum videtur l. 1. C. de dignitat. *Etſi enim fœmina* in d. l. 1. *avum ſaltem conſularem, & patrem prætorium virum habuerit, qui non ſunt niſi clariſſimi,* l. 2. de procur.

Digitized by Google

procur. L. 1. c. Si adv. vend. l. 1. pr. c. de tut. illuſt. *atque adeo non videatur nupſiſſe infra generis claritatem, quæ & ipſi clariſſimo nupſit; tamen* generis *dignitas* in d. l. 1. *retineri, dicitur. Quod & firmat* L. 10. C. de nupt., *ubi aliud jus in filia, aliud in vidua inferiori nubente ſtatuitur: idque communiter docent Doctores* Strauch. de jur. publ. lib. 1. cap. 32. §. 4. Myler. Gamol. c. 5. §. 25. 26. 27 *etſi hujus rationes parum moveant. Quo conceſſo, dicendum erit*, l. 10. ff. de ſenat. *ubi ſimpliciter dicitur*, ſenatorum filias clariſſimarum nomine non haberi, niſi & clariſſimis nuptæ ſint,) *opponi clariſſimos plebejis, quorum proxime mentio præceſſerat, vel ſaltem hactenus ei derogatum eſſe* per d. l. 10. & d. l. 1.

Atque hinc in imperio quoque uſu ille inductus videtur, ut principis filia comiti nupta, retineat titulum ſereniſſimæ, & regum filiæ non regibus nuptæ uti ſoleant formula, gebohrne aus Kœniglichem Stamm, &c. *quin &* gebohrne Herzogin, Springsf. de Apanag. c. 3. n. 13. Myl. d. c. 5. §. 28. Strauch. d. c. 32. §. 4. *Uſu enim Germaniæ ipſa nomina quidem ducum, principum &c. at non regum, toti familiæ, etiam minoribus filiis, & fœminis communicantur: etſi quædam fœminæ reginarum quoque nomen retinuerint.* Springsf. d. c. 3. n. 9. & ſeqq. Myl. d. l.

Si vero principis, vel comitis vidua inferiori nubat, certo jure prioris mariti dignitatem amittit, eamque nec moribus, nec ullo jure retinet; filiæ enim facilius paterni generis, quam viduæ maritorum dignitatem conſervant. Tiraq. d. c. 18. n. 11. 12. *Nam ex matrimonio priore quæſita dignitas, altero matrimonio, quo omnia prioris veſtigia prope delentur, retineri nequit*, l. 13 in f. C. de dignit. l. 10. C. de nupt. l. 8. in f. ff. de ſenat. Tiraq. d. l. Perez. d. t. n. 55. *Sed nec amiſſa ita dignitas mortuo marito ignobiliore recuperatur.* Perez. d. tit. num. 57. *Niſi forſan a principe impetraverint viduæ, ut nuptæ iterum minoris dignitatis viro, nihilominus in priſca, quam acceperint a priore marito, maneant dignitate.* l. 22. ff. de Senat. *quamvis perraro id accidat.*

Ex dictis ſequitur, viros non ſequi dignitatem uxorum, nec qui reginas ducunt, ideo reges eſſe, niſi lege regni aliud obtineat, vel vir rite rex conſtituatur: cujus rei exempla paſſim obvia, & ſatis vulgata ſunt. Idque obtinere in regnis Hiſpaniæ, ut maritus reginæ rex ſit, contra ac in aliis regnis, teſtatur Perez. d. t. n. 51. Myler. Gamol. cap. 5. §. 30 & ſeqq.

,, De concubinatu, & conjugio ad legem
,, Morganaticam plenius infra agetur.

Ex conſenſu jus in perſonas quod oritur &c.] ,, Hactenus Auctor egit de jure, quod
,, noſtrum eſt, & originarie nobis competit
,, in perſunas EX GENERATIONE, *Vid.*
,, *ſupr.* §. 1. *ſeq.* Sequitur jam jus, quod no-
,, bis in perſonas competit EX CONSEN-
,, SU, *Vid.* §. *h.* Conſentiunt autem homi-
,, nes, vel in *ſocietatem*, vel in *ſubjectionem*,
,, *Vid.* § *h.* Ad *priorem* Auctor refert conju-
,, gia *ibid.* & §. *ſeq.*, aliaſque conſociationes,
,, tum *publicas*, quando nimirum plures pa-
,, tresfamilias in unum populum coeunt, *Vid.*
,, §. 23., vel quando plures populi commu-
,, ne corpus conſtituunt, *Vid.* §. 25., tum
,, *privatas*, quo refert arrogationes, §. 26.,
,, & ſervitutes, §. 27. Ad *poſteriorem* refert
,, deditionem, qua populus alii ſe in ſervitu-
,, tem dat. *Vid.* §. 31.

,, Repetendum hic eſt quod initio capitis
,, diximus, male has acquiſitiones juris re-
,, ferri ad id, quod *noſtrum* eſt, i. e. ad jus
,, rerum; Negamus enim, maritum in uxo-
,, rem, patrem in filium, magiſtratum in
,, ſubditum jus in re habere, aut actiones
,, reales inde oriri.

Conſociatio maxime naturalis in conjugio apparet] ,, Primam hanc ſocietatem a natu-
,, ra eſſe, proximam in liberis, teſtatur Cice-
,, ro *L.* 1. *off. c.* 17. Ariſtoteles, *ex his ſocie-*
,, *tatibus*, inquit, *domus prima. Polit l.* 1.
,, *c.* 2. & 3. Paterfamilias enim genus ſuum
,, propagaturus, ſociam propagationis quærit,
,, fœminam nimirum, quæ ſuo conſenſu u-
,, ſum corporis ei præbet, ac in ejus domum,
,, eoque in ejus cuſtodiam, ac poteſtatem
,, tranſit. *Vid. diſſ. proœm. XII.* §. 141. *ſeq.*
,, Qua de re videantur loca Taciti, Juſtini,
,, & Livii, à *Gronovio h.* allegata. Denique
,, in genere jura divina, & humana mariti
,, cum uxore communicari, ait JCtus in *l.*
,, 1. *ff. Rit. nupt. l.* 22. § 7. *ſol. matr. Goth.*
,, *ad leg. XII. tab. tit.* 17. § 3.

Sed maritus uxoris caput] ,, Societas igi-
,, tur eſt inæqualis, & tantum pertinet ad
,, negotium propagationis, & ad jura priva-
,, ta familiæ. Quod ad imperium attinet, il-
,, lud ſoli patrifamilias competit, utpote cu-
,, jus eſt domus, in quam uxor tranſit:
,, unde dominus dicitur, & caput familiæ,
,, *l.* 195. *V.S.* quod pluribus demonſtravimus
,, *in Diſſ. proœm. XII.* §. 148.

Nempe

Digitized by Google

Nempe in rebus conjugii , & in rebus familiæ] „ Hinc uxor educare cum marito tenetur liberos , ſequitur dignitatem , forum, „ & fortunam mariti : communio bonorum „ obtinet &c.

Nam uxor ſit pars familiæ maritalis], „ Conſenſu enim ſuo uſum corporis ſui præbet „ marito , in ejus domum , cujus ipſe eſt „ dominus , tranſit , adeoque ejus poteſtati „ ſe ſubmittit. *l.* 195. §. 2. *V. S. Diſſ. proœm.* „ *XII.* §. 148.

Ideo de domicilio conſtituere jus eſt marito] „ I. e. uxor ſequitur domicilium , & forum „ mariti , *l.* 5. *l. f. ff. juriſd. l. f.* §. 3. *ad Munic. l. f. C. incol.*

Si quid ultra juris maritis conceditur , id non a natura eſt] „ Imo multa alia jura marito in uxorem natura competunt : jus „ enim vitæ, & necis in uxorem delinquentem ſequitur ex imperio , quod marito , „ tanquam capiti familiæ , in familiam competit : uxor nihil proprii habet , quidquid „ ſecum affert , ejus dominium transfert in „ familiam , quidquid acquirit , acquirit familiæ , ejuſque capiti &c. : quod rationibus „ naturæ probavi in *Diſſ. proœm. XII.* §. „ 148. *ſeq.*

Jus reſcindendi quævis vota uxoris] „ *Num.* „ 30. *v.* 7. Imo id ſequitur ex ipſa ratione „ naturali ; Cum enim uxor ſubjecta ſit marito natura , *d. l.* 195. , ſponte ſequitur , „ omnes uxoris actiones dependere ab arbitrio mariti , & cum nihil proprii habeat, „ dicare aliquid Deo ſine conſenſu mariti „ non poſſe.

Jus vendendi bona uxoris] „ In quibuſdam „ locis Germaniæ maritus eſt legitimus adminiſtrator bonorum uxoris , & ideo quoque ea vendere poteſt ; at plurimæ ſolennitates tum obſervari ſolent. *Carpz. d. l.* 5. „ *reſp.* 42. *& juriſprud for. p.* 2. *c.* 15. *d* 20.

Quid ſit de natura conjugii] „ Cum enim „ conjugium ſit acquiſitio juris in perſonam, „ noſſe intereſt , quid ſit conjugium.

2 *Talem cohabitationem maris cum fœmina, qua hanc quaſi conſtituat ſub oculis, & cuſtodia mariti*] Conjugium deſcribitur à JCtis Romanis , quod ſit viri , ac mulieris conjunctio , individuam vitæ conſuetudinem continens. *Vid.* §. 1. *Inſt. de Patr. pot.* Et alibi , quod ſit conjunctio maris , & fœminæ , conſortium omnis vitæ , divini , & humani juris communicatio. *L.* 1. *ff. Rit. nupt.*

Nam tale conſortium & in mutis animantibus quibuſdam videre eſt] Hinc JCtus conjunctionem maris , & fœminæ deducit ex eo jure , quod natura omnia animalia docuit.

Qua animans eſt utens ratione] „ Unde talis conjunctio matrimonium vocatur , quæ „ vox juris eſt : cum bruta ſeſe jungant ſolo „ docente Inſtinctu.

Ad hoc acceſſit fides , qua ſe fœmina mari obſtringit] „ Fœmina enim , quæ conſentit „ in conjugium cum mare , promittit, ſe cum „ eo ſolo cohabitare velle.

Ad §. IX.

Nec *aliud*] „ Scilicet , præter fidem , 1 „ qua ſe fœmina mari obſtringit , eique ſoli.

Sed nec lex divina amplius videtur exegiſſe] „ Lex enim divina adeo non exigebat ut „ mas ſe ſoli fœminæ obſtringat , ut potius „ libertatem ei conceſſerit cum pluribus cohabitandi.

Ante Evangelii propagationem] Quaſi lex divina per Evangelium mutata ſit. Nos toties diximus , Evangelium plane legis obligationem non inferre , neque Servatorem leges Moſis tollere , ſed ſaltem interpretari.

Additio.

„ Lex Evangelii homines quidem inter ſe „ non obligat , obligat tamen intuitu Dei. „ At mox demonſtrabimus , polygamiam „ plurium fœminarum nec a Servatore improbari.

Nam & viri ſancti ante legem plures una uxores habuerunt] „ Dictum eſt *ad h.* §. 8. „ *prop. II. conſect.* 1. & 2. , polygamiam , „ *qua unus vir ducit plures uxores* , neque „ jure naturæ , neque jure divino prohiberi : „ eam autem , qua una fœmina pluribus maribus conjungitur , omnino & juri naturæ, „ & legi divinæ repugnare. De priori polygamiæ genere , ejuſque apud Judæos uſu „ late tractat *Selden. in ux. Hebr.* 1. *c.* 9. „ *Ligtfoot in hor. Hebr. ad Math. c.* 5. Unde pacifci ſolebant , ne plures inducerentur uxores , uti inter Jacobum , & Labanum , *Gen.* 31. *v.* 50. Natura hic nullum „ vitium ſubeſſe , paſſim teſtatur Auguſtinus. *c.* 32. *q.* 4. *c.* 1. *de civ. Dei l.* 16. *c.* 38. „ *& in libro de Virginibus.*

„ Neque exempla allegata ſanctorum virorum divina quadam nituntur diſpenſatione , uti putat Oſiander *in not. h.* ; nullibi enim veſtigium talis diſpenſationis exſtat.

Et in lege præcepta] ,, Reſpicit Auctor ad
,, locum *Deut.* 21. *v.* 15., *ſi habuerit homo*
,, *uxores duas, unam dilectam, alteram odio-*
,, *ſam, genueritque ex eis liberos, & fuerit*
,, *filius odioſæ primogenitus, volueritque ſub-*
,, *ſtantiam inter filios ſuos dividere: non po-*
,, *terit filium dilectæ facere primogenitum,*
,, *& præferre filio odioſæ.*

Ubi Hebræi doctores notant octodecim]
,, Quod ex Miſna, *tit. Sanhedrin. c.*2. *Talm.*
,, *babyl. f.* 21. *a.* ex Gemara Babylonia *ad*
,, *tit. Sanhedrin. c.* 2. *f.* 21. *a.* & ex para-
,, phraſte Jonathanis nomine circumlata:
,, item ex Maimonide, Moſe Cotzenſi &c.,
,, probat *Selden. de ux. Hebr. L.* 1. *c.* 8. *f.* 41.
,, & 42.

Sive uxores, ſive concubinas] ,, Ita Maimo-
,, nides, & Moſes Cotzenſis id explicant
,, *apud Seld. d. f.* 42. Qui vero bene obſer-
,, vat, Rehoboamo octodecim fuiſſe uxores,
,, ſed præterea ſexaginta concubinas, 2. *pa-*
,, *ralip.* 11. 21.

Et Davidi Deus imputat] ,, I. e. beneficii
,, loco reputat, 2. *Sam.* 12. 8.

2 *Sic & dimittere uxorem volenti modus præſcribitur*] Auctor ex eo, quod matrimonium ſola fide conſtet, infert, matrimonium utriuſque voluntate iterum ſolvi poſſe. Unius igitur voluntate dirimi non poteſt, quia ex conventione illa de cohabitando utrique jus quæſitum eſt, quod unus ſuo diſſenſu alteri auferre nequit: utrinque enim obligatio nata eſt, cui unus ſe eximere altero invito nequit. At utriuſque conſenſu poteſt: 1°. quia tota ratio conjugii conſiſtit in conſenſu de cohabitando, & omnis obligatio ex illo conſenſu oritur: non poteſt igitur, ceſſante conſenſu, eſſe obligatio. 2°. Quod conſenſu contractum eſt, naturaliter contrario conſenſu ſolvi poteſt; quam regulam naturæ inculcat quoque juriſprudentia Romana in *l.* 35. *ff. Reg. jur.*; *nihil enim tam naturale eſt, quam eo genere quidquid diſſolvere, quo colligatum eſt.* Sed & 3°. regula naturalis eſt, quod quiſque de re ſua diſponere poſſit, prout lubet; qui vero paciſcuntur de dirimendo matrimonio, diſponunt de re ſua, ſcilicet de jure ſuo cohabitandi. Atque hæc ſententia 4°. conſtans fuit primævæ eccleſiæ, omniumque Imperatorum Chriſtianorum, ut Theodoſii in *L.* 8. *pr. C. repud.* Anaſtaſii in *l* 9. *. Eod.* Juſtiniani in *Nov.* 22., qui id quidem prohibuit in *Nov.* 117. *c.* 10., ſed reduxit Juſtinus in *Nov.* 140. Et hodieque ita obſervat Eccleſia Græca, nec poſtea ulla Chriſtianorum Imperatorum conſtitutione mutatum id fuit. Et cum 5°. temporibus horum Imperatorum præcipui Doctores eccleſiæ vixerint, nec unquam improbaverint, concludi inde neceſſe eſt, nihil contra jus naturæ legibus illis permiſſum cenſeri.

Obj. I. *Matth. V.* 32. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, facit eam mœchari: & qui dimiſſam ducit, adulterat. Add. c. XIX. v.* 9. Ex quibus locis ſequi videtur, Servatorem omne divortium improbare. Reſp., diſtinguendum eſt inter ſtatum corruptum, & integrum. Si homines in *ſtatu integro* manſiſſent, nulla divortia extitura fuiſſent; libidines enim, & diſſidia, inconſtantia itidem animi, utpote totidem divortiorum cauſæ, incognitæ in illo perfectionis ſtatu fuere. At *in præſenti ſtatu corrupto* non poteſt inſpici, quid in ſtatu perfecto juris fuiſſet, ubi & animus cupiendi nuptam pro adulterio, & odium hominis pro homicidio fuit. Unde Moſes, & alii legiſlatores non in cogitationes, ſed tantum in actus pœnam conſtituerunt; alias enim delendum eſſet humanum genus pœnis. In hoc igitur *ſtatu corrupto*, ubi vitiis hominum quodammodo indulgeri debet, nec ille, qui cauſam diſſidiis dedit, compelli poteſt ut cohabitet; coacta enim cohabitatio pugnat cum ſubſtantia matrimonii, quæ in mutuo adjutorio, in mutuis officiis, & in conſortio vitæ conſiſtit: hoc fine ceſſante, uti ceſſat ſi conjuges ſe invicem odio habeant, deſinit eſſe matrimonium. Unde Paulus, ex eadem ratione, deſertionem conjugis pro juſta divortii cauſa allegat; conſortium enim illud, & ſubſidium vitæ, adeoque finis matrimonii ceſſat. Quin vera ratio, cur adulterium pro vera cauſa divortii reputetur, eodem recidit; finis enim principalis matrimonii, legitimæ nimirum prolis fides, tollitur, eoque ratio præcipua, quæ jurium communionem infert: unde juſtum eſt odium conjugis in adulteram, eoque juſtum divortium. Denique eadem quoque ratio eſt in odio capitali.

De *priori* ſtatu loquitur Servator, & de perfectione hominum in illo ſtatu. Ille enim, tanquam virtutum Doctor, in id perpetuo allaborat, ut reducat homines corruptos ad illum ſtatum perfectionis. Idque clariſſime ex eo apparet, dum ad objectionem Judæorum, *quod Moſes divortia permiſerit*, reſpondet, *factum id eſſe ob σκληροκαρδίαν*, ſeu duritiem cordis, *ab initio autem non ita fuiſſe.* Per initium autem intelligit ſtatum illum perfectionis,

ctionis, qui ab initio fuit ante lapſum, ubi nullam libidinis, odii, inconſtantiæ &c. cognitionem habebant homines; per *duritiem cordis* autem intelligit ſtatum imperfectionis, & malitiæ poſt lapſum: ubi legibus coërcetur malitia, non autem ſtatus perfectionis reducitur.

Probat igitur Servator divortia in ſtatu σκληροκαρδίας, quia Moſen non improbat: probat, inquam, illam licentiam in ſtatu corrupto, qualis in præſens eſt; ſed aliud, ait, fuiſſe in initio, ſeu ſtatu integro. Summæ enim perfectionis eſt, amorem ſemel ligatum, & quidem partus gignendi cauſa, eſſe immotum: & cum ſolutio hujus vinculi a rixis, jurgiis, libidine &c. ſit, id utique vitii eſt, contrariaturque ſtatui perfectionis, qui ab initio fuit.

Differunt igitur omnino doctrina *Moſis*, & doctrina *Servatoris*. *Moſes*, tanquam legislator, leges ſuas accommodat duritiei cordis, i. e. imbecillitati hominum; in hoc enim ſtatu conſtantia amoris eſt perfectionis, non neceſſitatis, & ſatius eſt divortia permittere, quam tot alia mala inde exſpectare. At *Servator* non ea, quæ legis, & neceſſitatis ſunt, inculcat: ſed ſola ea, quæ virtutis ſunt, & quæ ab initio ante lapſum fieri debuerunt. Atque hinc recte ait, non cum lege, ſed cum evangelio, i. e. cum perfectionis doctrina pugnare, dimittere ſuam uxorem.

Inſto, Servatorem non videri loqui de ſola perfectione, ſed de ipſo jure naturæ; Provocat enim ad actionem, adeoque ad voluntatem Creatoris, *quod Deus hominem ab initio fecerit maſculum*, *& fœminam*: quod voluerit *eos eſſe duos in carne una*; unde concludit, *quod ergo Deus conjunxit*, *homo ne ſeparet*. *Math. XIX. v.* 4. 5. *&* 6. Reſp. Loquitur Servator de ſeparatione, quæ fit privata auctoritate; Atque hinc notanter ait, *hominem* non poſſe ſeparare quod Deus conjunxit: loquitur, inquam, de homine privato, qui propria auctoritate dimittit uxorem; Secus igitur, ſi cauſa coram magiſtratu cognita ſeparantur conjuges, tunc enim non *homo*, ſed *magiſtratus* ſeparat, cui leges præſcribere Servator noluit, neque eo charactere venerat.

Obj. II. Matrimonium eſſe ſacramentum, adeoque inſolubile. Reſp. Theologi dudum probarunt, matrimonium non eſſe ſacramentum. Sed ſi eſſet, nihil tamen inde ſequeretur ad effectus ſeculares. Aqua quoque eſt ſacramentum in baptiſmo, & tamen ad uſus profanos adhibetur: Sed & deſinit eſſe ſacramentum, ſi nuptiæ ceſſant. *Conf. Diſp. noſtram de matrim. mom. proleg.* §. 1.

Obj. III. Definitio JCtorum, qui nuptias *individuam vitæ conſuetudinem continere*, *ajunt*. Reſp. Conſuetudo eſt individua quamdiu nuptiæ durant; ſecus ergo eſt ſi nuptiæ deſinunt.

Sane plurima divortiorum exempla exſtant inter reges chriſtianos: ita Lud. VII. Leonoram, & Lud. XII. Annam Britannicam viduam, rejecta legitima uxore duxit. Henricus IV. Margaretham repudiavit, & prolis cauſa Catharinam Medicæam duxit. Henricus VIII. repudiavit Catharinam, approbante eccleſia Anglicana, aliiſque academiis. Huc quoque pertinent exempla Caroli VIII., Philippi Auguſti, Alphonſi IX., Eduwardi confeſſoris, Richardi I., Alphonſi I. &c.

Cur vero Imperatores divortii uſum ſervarunt, non polygamiæ, cum tamen neutra jure naturæ ſint prohibita? Reſp., quia polygamia ſemper in eccleſia catholica fuit prohibita, qua lege omnia ejus eccleſiæ membra communi placito tenentur. Si proinde aliquis princeps polygamiam introduceret, non quidem peccaret contra jus naturæ, ſed deſineret eſſe membrum illius eccleſiæ. Divortia autem nunquam legibus totius eccleſiæ fuere prohibita, ſed potius a Chriſtianis Imperatoribus, accedente utriuſque conſenſu, permiſſa.

Additio.

„ Plenius ex principiis B. parentis tractavi hanc materiam in jure meo controverſo *Tit. de divort. q.* 5. nec rem ingratam me lectori facturum puto, ſi meas quoque lucubrationes hic inſeruero.

„ Quæritur nimirum: *an conjux conjugem, præter adulterium, & malitioſam deſertionem, ex aliis quoque cauſis dimittere poſſit?*

„ Equidem *ſi conſentiunt conjuges*, dubium vix eſt, jure naturali tolli matrimonium: idque 1°. ex naturali illa ratione, quod id, quod mutuo conſenſu contractum eſt, mutuo quoque diſſenſu diſſolvi iterum poſſit, *arg. l.* 35. *ff. reg. jur.*; & cum 2°. conjuges de re ſua, ſeu de jure ſuo cohabitandi pro lubitu diſponere poſſint, ab ipſorum arbitrio dependet, an cohabitationem continuare, an ab illa recedere velint. Sane 3°. ex definitione nuptiarum conſtat, finem matrimonii conſiſtere in

,, individua vitæ conſuetudine ; ſi ergo con-
,, juges nolunt ita conſueſcere, deſinit finis
,, matrimonii, adeoque & matrimonium. Ne-
,, que 4°. vinculum aliquod juris adeſt,
,, quod eos invitos in illa conſuetudine con-
,, tineat ; cum enim omnis obligatio coha-
,, bitandi ſit ex conſenſu, eo deficiente tota
,, quoque ceſſat obligatio. Sed & 5°. ex illo
,, conſenſu tertio nullum jus quæritur, adeo-
,, que nemini jus agendi, & cogendi con-
,, juges invitos ad cohabitandum competit.
,, Neque 6°. jure divino aliud ſtatutum ap-
,, paret ; nam uterque codex ſaltem loquitur
,, de caſu, ubi conjux, invita altera parte,
,, conjugem dimittit, *Wann ſich jemand von*
,, *ſeinem Weibe ſcheidet*, adeoque non de
,, caſu, *wann ſich beyde von einander ſchei-*
,, *den.* Unde 7°. primitiva eccleſia divortia
,, ex mutuo conſenſu permiſit, uti ex Mal-
,, donato probat *Spanh. in dub. Evangel.* 147.
,, §. 3. 8°. Imperatores quoque Chriſtiani di-
,, vortium, quod mutuo conſenſu fit, pro-
,, barunt; Juſtinus enim poſtquam in *Nov.*
,, 140. permiſit, ut voluntate conjugium
,, dirimi poſſit, rationem addit, *ſi namque*
,, *affectio mutua matrimonia contrahit, me-*
,, *rito diverſa voluntas ea per conſenſum di-*
,, *rimit.* Sane 9°. jam ante Juſtinum pœnæ
,, jure civili in eos, qui ſine cauſa divor-
,, tium faciebant, ſtatutæ, ceſſabant, ubi
,, communi conſenſu repudium miſſum eſt.
,, *L.* 9. *C. Repud. Nov.* 22. *c.* 4.

,, At difficilior quæſtio eſt, an *invitæ* re-
,, pudium mitti poſſit ? Jure civili hoc ex *in-*
,, *juſta* quoque cauſa fieri potuiſſe, patet ex
,, lege Conſtantini, quæ marito, qui abſque
,, cauſa legibus definita divortium faciebat,
,, injungebat, ut dotem conjugi reſtitueret,
,, & ſi ad ſecunda vota properabat (adeo-
,, que ſolutum erat prius matrimonium),
,, pœnæ loco ſecundæ uxoris dos priori uxo-
,, ri cedebat. *L.* 1. *C. Theodoſ. de repud. L.*
,, 8. §. 5. *C. Eod.* Uxor vero injuria dimit-
,, tens maritum omnia perdebat bona, &
,, in inſulam deportabatur, *d. L.* 1. Quod
,, poſtea lege Theodoſii mutatum eſt ; is enim
,, voluit, eam perdere ſaltem dotem, & dona-
,, tionem propter nuptias, & præterea per
,, quinquennium innuptam eſſe. *L.* 8. §. 4. *C.*
,, *repud.* Poſt quinquennium igitur ſecundo
,, nubere poterat, certiſſimo indicio, ſolu-
,, tum fuiſſe prioris matrimonii vinculum.
,, Equidem jus Conſtantini renovavit Hono-
,, rius quoad uxorem, *Vid. L.* 2. *C. Theod.*
,, *de repud.*, & quoad virum perpetuum cœ-
,, libatum pœnæ loco ſtatuit. At Juſtinia-
,, nus legem Theodoſii approbavit, *d. l.* 8.
,, *Nov.* 22. *c.* 15. §. 3. Neque repugnat na-
,, turæ ratio : Homini enim a natura com-
,, petit libera agendi facultas, adeoque &
,, facultas dimittendi conjugem, donec ju-
,, re prohibeatur ; at talis prohibitio nullibi
,, apparet, nec libertas dimittendi conju-
,, gem ullibi reſtricta eſt. Sane contradictio
,, eſt, aliquem cogi poſſe ad individuam vi-
,, tæ conſuetudinem, i. e. ad mutuum vi-
,, tæ conſortium, quod in animorum magis,
,, quam corporum conjunctione conſiſtit : con-
,, tradictio, inquam, eſt, ad mutuam carita-
,, tem pœnis adigi. Sane, in veteri teſta-
,, mento maritus dimittere uxorem pote-
,, rat, quod oculis ejus non placeret. *Deut.*
,, *XXIV. v.* 1. *ſeq.*

,, Atque ex his jam facile decidi poteſt
,, quæſtio, an ob *inimicitiam capitalem* di-
,, vortium inter conjuges fieri poſſit, quod
,, omnino affirmamus : Idque hodie obtinere
,, certum eſt. *Vid. Juſtin. Nov.* 140. *Nov.*
,, *Leon.* 31. *Weſemb. de divort. n.* 9. *Vult.*
,, *juriſpr. L.* 1. *c.* 21. *p.* 125. *ibique Cyprian.*
,, *de connub. c.* 13. §. 82. *Rennem. juriſpr.*
,, *R. G. m.* 1. *d.* 42. *th.* 28. & 36. *lit. c.*
,, *Miltonius apud Puffend. de J. N.* & *G.*
,, *L.* 6. *c.* 1. *p.* 791. §. 24. *Brukn. de ma-*
,, *trim. c.* 16. *n.* 1. Idque extra omne du-
,, bium ponunt, ſi conjux conjugis vitæ in-
,, ſidias ſtruat, *Stryk. diſp. de inſid. vitæ*
,, *ſtructis* §. 25. *Bruk. de Matr. cent.* 3. *q.*
,, 4. *Scherzer ſyſt. theol. loc.* 27. *de conjug.*
,, §. 18.

,, Hine porro patet, *morbum gallicum* ju-
,, ſtam eſſe divortii cauſam ; Impium ſane
,, eſſet adigere conjugem, ut eum eo, qui
,, tali contagione laborat, cohabitet, ac ſe-
,, ſe periculo contagionis exponat : ſibi im-
,, putare debet maritus, quod facto ſuo il-
,, licito cauſam averſioni, & odio dede-
,, rit. Quicquid diſſentiat *Laut. comp. J.*
,, 454.

,, Adeoque ex his conſtat, jure naturæ, &
,, divino, præter adulterium, & malitioſam
,, deſertionem, ex aliis cauſis diſſolvi ma-
,, trimonium poſſe : Unde & Imperatores
,, Chriſtiani, interque eos religioſiſſimi,
,, plures divortii cauſas admiſerunt. CON-
,, STANTINUS MAGNUS divortia etiam
,, ob homicidium, crimen medicamentari-
,, um, ſepulchrorum diſſolutionem, & le-
,, nocinium, admiſit. *Thomaſ. Inſt. Juriſ.*
,, *pr.*

Digitized by Google

,, *pr. div. L.* 3. *c.* 3. §. 63. *Conſ. l.* 2. *C. de Re-*
,, *pud.* Justinianus omnes illas cauſas
,, in *Nov.* 22. *c.* 13. *it. Nov.* 117. *c.* 8. §. 9.
,, repetiit, & Leo ad eas provocat in *Nov.*
,, 30. & 31. Atque hæ conſtitutiones eo
,, magis notandæ ſunt, quod Constan-
,, tini ævo omnes fere Patres Concilii
,, Nicæni floruerint, magnique ab eo ha-
,, biti fuerint, *Thomaſ. Inſt. jur. div. L.*
,, 3. *c.* 3. §. 64. Theodosii tempori-
,, bus Cyrillus, Auguſtinus, Ambroſius, &
,, alii pii viri; temporibus Justiniani
,, vero Agapetus, S. Benedictus, Hie-
,, ronymus, Damianus, Gregorius vi-
,, xere, qui contradicturi omnino hujuſ-
,, modi legibus fuiſſent, ſi eas ſacræ ſcriptu-
,, ræ contrarias crediđiſſent, *Arcuar. de*
,, *divort. pag.* 27. Sane Ambroſius in aliis
,, quoque ſimilibus cauſis ſeſe oppoſuit The-
,, odoſio; adeo ut eum excommunicare quo-
,, que auſus ſit. *Theodoret. hiſt. Eccleſ. l.* 9.
,, *c.* 30. *Euſeb. chron. lib. II. c.* 18. *Ar-*
,, *cuar. d. l.* Sed & omnium moratiorum
,, gentium eam ſententiam fuiſſe, eaſque
,, ex plurimis cauſis divortia permiſiſſe, pro-
,, bant *Seld. de Ux. Hebr. L.* 3. *c.* 21. *ſeq.*
,, *Lynck. de Uſ. divort. ſect.* 2. *per. tot.*
,, *Stryck. de divort. propt. inſid.* §. 1. *Pu-*
,, *fend. de I. N. & G. L.* 6. *c.* 1. §. 22. *in*
,, *fin.*

,, Obj. I. Quod ex doctrina Servatoris di-
,, vortium non niſi ob πορνείαν, ſive ob adulte-
,, rium permittatur, *Matth.* 5. *v.* 32. *Cap.*
,, *XIX. v.* 8. *Marc. X. v.* 4.

,, Resp. *I.* Vox illa πορνεία generalis eſt,
,, & intelligi poteſt de qualicunque turpi cau-
,, ſa: uti id ex genio linguæ Hebraicæ, &
,, concordantibus pluribus SS. locis, probat
,, *Seld. de ux. Hebraic. L.* 3. *c.* 23. *Maj. de*
,, *Uxor. Chriſt. D.* 3. *th.* 16. 17. & 21. Ad-
,, eoque *II* nulla ratione ad ſolum adulteri-
,, um reſtringi poteſt: eaque nec mens, nec
,, intentio Servatoris fuit; Quod *III.* vel
,, ex occaſione, quæ huic effato cauſam de-
,, dit, apparet: Nam florebant temporibus
,, Chriſti duæ ſcholæ, *Sammæanorum*, qui
,, aſſerebant, uxorem ſaltem dimittendam
,, ob rem turpitudinis, juxta *Deut. II,* 24.
,, *v.* 1. *ſeq.* ibi: *propter aliquid in turpitudi-*
,, *nem*: Et *Hillelianorum*, qui non tantum
,, ob turpitudinem, ſed & qualemcunque
,, aliam cauſam uxorem dimitti poſſe, ſta-
,, tuebant, allegantes textum in *Deut.* 24.
,, *v.* 2. *ſeq.* ibi: *Si non placeret oculis ejus. Hie-*
,, *ron. ad Eſai.* 11. *v. Mayer. de Ux. Chriſt.*
,, *diſſ.* 3. *th.* 8. & 9. De hac lite Phariſæi in
,, terrogabant Chriſtum, qui Sammæanos ſe-
,, cutus, omnia divortia extra πορνείαν, ſive
,, rem turpitudinis, prohiberi, ait. Cum igi-
,, tur *IV.* eo tempore nulla Judæorum ſecta
,, fuerit, quæ ob ſolum adulterium matri-
,, monium dirimendum eſſe, ſtatueret, ef-
,, fatum Chriſti nulla ratione eo reſtringi po-
,, terit. Sed & *V.* ſupervacua, & inutilis
,, fuiſſet illa exceptio, quia ex lege Hebræo-
,, rum adulteri capite plectebantur, indeque
,, non per divortium, ſed morte vinculum
,, rumpebatur: adeoque illa πορνεία de aliis
,, neceſſario cauſis turpibus intelligenda erit.
,, Nam *VI.* in dimiſſione ex turpi cauſa ceſſat
,, illa ratio imperfectionis, in qua ſola di-
,, vortii cauſa fundatur; maritus enim, qui
,, odio habet fœminam juſta ex cauſa, & qui
,, ſine animæ periculo cum ea commorari ne-
,, quit, non peccat eam deſerendo. Neque
,, *VII.* Servator, qui mutuum amorem adeo
,, commendat, animos cogere, & vel ad
,, deſperationem, vel ad majora peccata,
,, conjuges allicere voluiſſe videtur. Sed &
,, *VIII.* ipſum Paulum πορνείαν illam non de
,, ſolo adulterio intellexiſſe, vel exinde ap-
,, paret, quia ipſe præter adulterium etiam
,, malitioſam deſertionem pro juſta divortii
,, cauſa habuit, 2. *Cor.* 7. Nec *IX.* pri-
,, ma Eccleſia alias cauſas excluſit; nam ex-
,, empla etiam a temporibus Apoſtolorum
,, exſtant, ubi uxores viros ſuos infideles
,, deſeruere, *Lynk. de uſ. div. ſect.* 3. *n.* 2.
,, Unde *X.* Maldonatus ſex cauſas divortii
,, ex decretis Eccleſiæ notavit, ſc. ſævitiam,
,, furorem, hæreſin, Sodomiam, ſi ex cohabitati-
,, one grave immineat periculum, & mutuum
,, diſſenſum. *Spanh. dub. Evang.* 147. §. 3.
,, Sed & *XI.* religioſiſſimos Imperatores vo-
,, cem illam πορνείαν generaliter interpretatos
,, eſſe, pluresque divortii cauſas ſtatuiſſe,
,, quin & ex injuſta cauſa divortia, præſti-
,, ta ſaltem pœna, permiſiſſe, ſupra dictum
,, eſt: quod vel ipſi non facturi, vel Patres
,, eo tempore viventes non paſſuri fuiſſent,
,, ſi divinis legibus hæc jura contraria eſſent.
,, Sed & *XII.* plures Theologi ſentiunt,
,, Servatorem hic non per modum manda-
,, ti, ſed enunciative loqui: adeoque effa-
,, tum hoc exempli magis, quam adſtrin-
,, gendi vim habere, indeque, ex regulis
,, interpretationum, ad omnes caſus, ubi
,, ſimilis, vel major ratio ſubeſt, extendi
,, debere. *Grot. apud Mai. in Ux. Chriſt.*
,, *D.* 3. *th.* 14. Vide omnino *Reſponſum Via-*
,, *drinæ*,

Digitized by Google

„ *drina*, quod ſtatim ſequitur. Sane *XIII.* „ effectu tota eccleſia hodierna conſentit: „ quid enim aliud eſt ſeparatio perpetua „ quoad thorum, & menſam, quam divortium? annon ea neceſſitas cohabitandi, eoque eſſentia matrimonii, in perpetuum „ tollitur? quid ergo ſupereſt, in quo vinculi, ſive unitatis carnis quædam ratio, „ vel effectus ſupereſſet. Sed etſi detur *XIV.* „ Chriſtum de ſolo adulterio ſenſiſſe, Chriſtus non legislatorem agit, utpote quod „ nec facere poterat, ſubjectus ipſe juriſdictioni Romanæ, ſed doctorem: unde „ ſuum imperium a ſeculari perpetuo diſtinguit, *Joh.* 18. *v.* 36., nec adulteræ jus „ dicit, ſed ad pœnitentiam eam ducit. *Joh.* 8. *v.* 11. Quod in præſenti caſu *XV.* extra omne dubium poſitum eſt; docebat enim populum, qui eum ſequebatur, *Matth. V. v.* 1. & 2. *Cap. XIX. v.* 3. *Marc.* „ *X. v.* 1.; inculcabat ei perfectionem: „ *ſeyd vollkommen* (*eſtote perfecti*) &c. *d.* „ *c. V. v. fin.* Atque hac occaſione homicidam „ vocat, qui proximo ſuo iraſcitur, *ibid v* 21., „ adulterum, qui ſaltem concupiſcit, *ibid. v.* 27., „ Sacrilegium, omnem aſſeverationem religioſam, *v.* 33. *ibid.* &c. Atqui hæ non „ ſunt leges, quibus obligamur, ſed perfectionum regulæ, quibus meremur, ſi „ eas perficimus. Sane *XVI.* ſi effata Servatoris vim legum obtinerent, is, cui „ toga aufertur, pallium quoque dare tenerctur. *Matth. c. V. v.* 38.; quod tamen ipſi Theologi negant. Certum ergo „ *XVII.* eſt, Chriſtum non legem civilem „ hic ſtatuere, ſed commendare virtutem: „ Nec pœnis coercere eum, qui injuſta ex „ cauſa divortium facit, ſed præmio virtuti „ deſtinato eum privare; quod ex ſequenti „ objectione clarius apparebit.

„ Obj. II. Servatorem non ex ratione perfectionis ſaltem divortia improbare, ſed „ ex ipſo creationis facto, adeoque ex ratione naturæ. Percontabantur enim Phariſæi ex Chriſto, *an liceat homini dimittere* „ *uxorem ſuam quacunque ex cauſa? Matth. XIX. v.* 3. Negabat Servator, provocabatque ad primam inſtitutionem, & „ ex eo, *quod DEUS unum marem, unamque fœminam creaverit*, eaque lege, *ut* „ *una ſit caro*, junxerit, concludit, *hominem id, quod DEUS conjunxit, diſſolvere non poſſe: Indeque eum, qui dimiſerit* „ *uxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchari, & eum quoque mœchari, qui dimiſ-* „ *ſam duxerit, d. c.* 19. *v.* 4. & *ſeq.* Ex „ quibus ſatis conſtare videtur, Servatorem „ non nudum conſilium hic ſuppeditaſſe, „ ſed ex voluntate, & facto Creatoris prohibitionem deduxiſſe: quod vel ex eo extra omne dubium poni videtur, quia „ Servator Judæis inſtantibus, *quod lege* „ *Moſis divortia permiſſa fuerint*, repl cabat, *Moſen ob σκληροκαρδίαν Judæis id permiſiſſe, ab initio autem aliud obtinuiſſe.*

„ Resp. *I.* Non ex omni facto Creatoris „ jus oritur, niſi ſimul voluntas jus condendi appareat. Equidem quidquid *DEUS* „ agit, perfecte agit, & quicunque „ imitatur has actiones: perfectionis „ præmium conſequitur; at non ex omni facto neceſſitas infertur. Egregie id „ explicat *Grotius L.* 2. *c.* 5. §. 9. *n.* 3. *Ex* „ *prima illa conditione, qua uni mari fœminam non niſi unam Deus attribuit, ſatis* „ *apparere*, ait, *quid Deo ſit gratiſſimum:* „ & *hinc ſequi, ſemper id fuiſſe egregium,* „ *ac laudabile; non tamen ut aliter facere nefas eſſet, quia lex ubi non eſt, ibi non eſt* „ *legis transgreſſio. At lex de ea re nulla* „ *illis temporibus exſtabat.* Et mox: *ex hac* „ *tam arctæ amicitiæ inſtitutione ſatis apparet, Deo gratiſſimum eſſe, ut perpetua ſit* „ *illa conjunctio; non tamen eo evincitur,* „ *a Deo jam tunc imperatum, ne qua de* „ *cauſa fœdus ſolveretur.*

„ Cæterum *II.* ſæpius jam dictum eſt, „ Servatorem non legislatorem, ſed doctorem, & virtutum præconem agere, qui „ omnia ad initium, i. e. ad ſtatum perfectionis reducere vult, ad illum, inquam, „ ſtatum, ubi unum virum una uxore contentum eſſe poſſe, ipſa natura teſtata eſt. „ Provocat igitur merito ad factum hoc „ creationis, non ut tamquam legem hominibus proponat, & non facientibus pœnas minetur; ſed ut homines alliceret „ ad imitandum, præmia promittendo.

„ Atque hinc *III.* notanter opponit legem „ Moſis ei, quod ab initio obtinuit, notanter, inquam, opponit ſtatum perfectionis, & ſtatum σκληροκαρδίας, ſeu corruptionis. Quo ipſo non improbat legem „ Moſis, quæ ſtatui imperfectionis accommodata eſt, & quæ propter duritiem cordis, i. e. propter imbecillitatem humanam multa hominibus indulget, quæ „ cum primæ illius ætatis perfectione pugnant. At non ſufficere, ait Servator, „ juxta legem bonum eſſe, ſed ea quoque

„ evitanda

„ evitanda eſſe, monet, quæ cum perfe-
„ ctione pugnant, etſi impune fieri poſſint.
„ Atque ideo ad initium, i. e. ad ſtatum
„ integrum provocat, ubi abſque libidine,
„ & odio, (quæ veræ divortiorum cauſæ
„ ſunt,) homines vivebant: indeque non
„ ſugillat legem Moſis, utpote bonam in
„ ſtatu corrupto; ſed ſugillat humanam im-
„ becillitatem, cui leges indulgebant, &
„ inculcando regulas perfectionis infirmitati
„ illi ſuccurrit.

„ Sane *IV.* diverſa plane fuiſſe officia
„ Moſis, & Servatoris, alibi vidimus. *Hic* eſt
„ Propheta, virtutum doctor, qui conſcien-
„ tiæ hominum conſulit, eosque non ſaltem
„ impunes, ſed & perfectos, atque virtuo-
„ ſos eſſe vult: indeque non pœnas civi-
„ les ſtatuit, ſed ea dogmata iis inculcat,
„ quæ in vita civili citra metum pœnæ ne-
„ gligere, at quibus in vita æterna præ-
„ mium mereri poſſunt. *Ille* e contrario le-
„ giſlator eſt, nec tam conſcientiæ, quam
„ reipublicæ, ejusque tranquillitati, conſu-
„ lere voluit: indeque non perfectionem
„ internam a civibus exigit, utpote quam
„ ſubditorum conſcientiæ, & clericorum
„ curæ relinquit; ſed regulam vitæ civili
„ præſcribit. *Ille* igitur perpetuo homines ad
„ ſtatum innocentiæ, qui eſt ſtatus perfecti-
„ onis, remittit; *hic* vero leges ſuas ad
„ ſtatum corruptum accommodat, & ea
„ exigit, quæ pro præſenti hominum con-
„ ditione cives præſtare poſſunt.

„ Quando igitur *V.* Servator concludit,
„ quod is, qui uxorem ſuam dimittit, &
„ aliam ducit, mœchetur, & quod ille,
„ qui dimiſſam ducit, itidem mœchetur;
„ id intelligi debet eodem ſenſu, quo adul-
„ terium committere, dixit, eum, qui a-
„ liam uxorem aſpicit ejus concupiſcendæ
„ gratia; & qoo homicidam eſſe, ait, qui
„ fratri iraſcitur.

„ Neque *VI.* Servatoris intentionem hic
„ fuiſſe jus, ſeu præcepta juris tradendi,
„ ex *v.* 10. & *ſeq.* clariſſime apparet. Cum
„ enim Judæi hoc effato Servatoris perter-
„ riti reponerent, *non expedire nubere, ſi*
„ *ea ſit cauſa hominis*, reponit Servator,
„ *non omnes capere hoc verbum, ſed qui-*
„ *bus datum eſt;* Si vero Servator jus na-
„ turæ docuiſſet, omnes rationem naturæ
„ capere potuiſſent, nec ſpeciali ad id re-
„ velatione, aut gratia opus fuiſſet: Cer-
„ tiſſimum ergo eſt, Servatorem non de mo-
„ rali hominum facultate, quid jure face-
„ re poſſint, loqui, ſed de puritate ani-
„ mi, de dono continentiæ, eique con-
„ juncto præmio. Atque hinc notanter ma-
„ ritum, qui uxorem non dimittit, & u-
„ xorem dimiſſam, quæ innupta manet,
„ refert inter Eunuchos, qui ſe ipſos caſtra-
„ verunt propter regnum cœlorum. Com-
„ mendat igitur divinus Servator conjugi-
„ bus, ne luxuriæ cauſa, vel odio uxo-
„ ris ad divortium procedant; ſed ut re-
„ ſiſtant libidini, ut ſe caſtrent amore vir-
„ tutis: iisque regnum cœlorum, tamquam
„ continentiæ præmium, promittit. Merito
„ autem ait, *omnes verbum hoc capere non*
„ *poſſe*: Regulæ enim virtutum Judæis pene
„ incognitæ erant: illi ad beatitudinem ſuf-
„ ficere, putabant, juxta verba legis bo-
„ num eſſe; perfectiones autem divinas imi-
„ tari nec volebant, nec id neceſſe puta-
„ bant. Hæc igitur præcepta virtutum, ei-
„ que deſtinata præmia, non niſi ex Evan-
„ gelii doctrina, adeoque ex gratia divina,
„ capere potuerunt.

„ Sane *VII.* ſi divortia cum naturæ jure,
„ & primæ inſtitutionis lege pugnarent;
„ nec ob duritiem cordis Moſes ea permit-
„ tere potuiſſet, nec Deus, cujus juſſu,
„ & nutu leges tulit, illam de divortiis
„ probaturus fuiſſet.

„ Obj. III. Quod Paulus ſimpliciter di-
„ vortia prohibere, vel ſaltem improbare
„ videatur. 1. *Cor.* 7. v. 10. & 11. ibi*:*
„ *iis autem, qui matrimonio juncti ſunt,*
„ *præcipio non ego, ſed dominus, uxorem*
„ *a viro non diſcedere; quod ſi diſceſſerit,*
„ *manere innuptam, &c., & vir uxorem*
„ *non dimittat.*

„ Resp. Paulus non agit legiſlatorem,
„ neque enim ea facultas privato compe-
„ tit; ſed allegat legem perfectionis, at-
„ que in eo præceptorem ſuum imitatur:
„ Neque in genere omne divortium impro-
„ bat, ſed quod ex non juſta cauſa fit,
„ ſc. ex libidine, & odio. Secus ergo ſi
„ juſta cauſa adſit. Atque hinc notanter ipſe
„ uxorem, quæ a marito infideli deſeritur,
„ liberam pronunciat. 1. *Cor.* 7. v. 15.

„ Ex quibus apparet, tolerandum non
„ eſſe errorem canonum in *c.* 1. *c.* 2. *c.* 32.
„ *qu.* 7. qui, ob textus ante allegatos, nec
„ per adulterium vinculum tolli putant;
„ quem errorem notavit, & refutavit *B.*
„ *Parens in diſſ. de matrim. mom. proleg.*
„ §. 1.

„ Hoc jam principio poſito, facile appa-

Digitized by Google

„ ret, Theologum quæſitum, num ſeparare
„ ſe ab uxore, num fratri iraſci, num libe-
„ ralitatem non exercere liceat? negative
„ reſponſurum eſſe, quia omnia hæc pugnant
„ & cum perfectionis regulis. Si autem *Mo-*
„ *ſen*, aliumque *Legislatorem* de his per-
„ contaberis, omnes quæſtiones affirmabunt;
„ jura enim humana ad ſtatum corruptum
„ accommodata, ejuſmodi actus permittunt:
„ nec in vita civili pœna in ejuſmodi im-
„ perfectos homines ſtatuitur.

„ Equidem Conſiſtoria Chriſtiana doctri-
„ nam hanc Servatoris ſecuta, non niſi ex
„ duabus cauſis matrimonia diſſolvere poſ-
„ ſunt, *ob adulterium* ſc., & ob *malitioſam*
„ *deſertionem*; neque enim illis ulterior fa-
„ cultas a principibus conceſſa apparet. At
„ nihil obſtat, quo minus principes ex aliis
„ quoque cauſis naturali jure probatis diſpen-
„ ſare, & matrimonia dirimere poſſint.

„ Duo circa hanc materiam illuſtria ex-
„ ſtant reſponſa beati Parentis, quorum al-
„ terum refertur inter Deductiones in cauſis
„ illuſtrium *Vol. I. Dec. fol.* 535. Alterum
„ vero eo majoris ponderis eſt, quod a Fa-
„ cultate Viadrina Theologica approbatum
„ fuit; Atque ideo latino idiomate donatum
„ loco hoc congruo inſeri meretur.

RESPONSUM.

Delatis ad nos Actis privatis in cauſa divortii inter N. N. atque ejus conjugem, interrogatum eſt, quid juris eſſet, cum rationibus dubitandi, & decidendi in quæſtione:

An cognitis caſus obvii circumſtantiis, Princeps latam Separationis in perpetuum, & ad diem fatalem ſententiam (non renitente conjuge, imo propter id, ſub conditionibus, certam pecuniæ ſummam offerente,) in plenariam matrimonii diſſolutionem convertere, & vi gratioſæ diſpenſationis, Sempronio alius ducendæ uxoris libertatem poſſit concedere?

Nos itaque Facultates, Theologica, & Juridica, æque ſeorſim, ac in deſignato conventu conjunctim, ſumma diligentia quæſtionem ſatis arduam expendimus, atque ſic reſpondemus Decani, Ordinarii, Seniores, cæterique Doctores Theologicæ, & Juridicæ Facultatis in Academia Reg. & Electorali Brandenburg. Viadrina, quod lis hæc dirimi non poſſit, niſi ad duplicem, & diverſam quæſtionem bene attendatur, quarum altera hæc eſt:

Quibus in cauſis ad normam Juris Canonici E-

vangeliei divortium admitti poſſit, etiam ſine diſpenſatione?

Altera vero: An, & quatenus Principi in ejuſmodi cauſis jus diſpenſandi competat?

Exiſtimamus, utramque quæſtionem lumen accipere, atque earundem deciſionem omnino petendam eſſe ex doctrina Chriſti adverſus Judæos in ſimili argumento inſtitutionem divinam urgentis, ſubjuncto hoc effato: Quod Deus conjunxit, homo non divellat. Matth. XIX.; *quibus verbis legem moralem divinam contineri, manifeſtum eſt. Cum vero legum moralium origo ex ſtatu integritatis, in quem* ἀνομία *non cadebat, arceſſenda; atque id quoque in aprico poſitum ſit, hominem in prima innocentia conditum, legis ſumma vitæ ſanctimonia ſervandæ fuiſſe capacem, ab hac vero norma deſciviſſe, atque in illas animi miſerias ſe dediſſe præcipitem, quibus vires implendæ legis moralis divinæ, non tantum omnes amiſit; duæ penſitandæ animo quæſtiones veniunt:*

1. An quis a Principe, (cui legis ſub conſtituta pœna, cum rigore exigenda cuſtodia data eſt,) in vita civili, nulla habita ratione amiſſarum virium, & σκληροκαρδίας, quam ſtatus corruptionis induxit, ad legem priſtinæ integritatis obligari, & obtorto ad matrimonium trahi collo poſſit, aut debeat?
2. Dentur ne circa hanc Regulam moralem, *Quod Deus conjunxit, homo non divellat*, caſus excipiendi, quorum fundamentum (attendendo ad naturam negotii, & rei de qua agitur) æque ex SS., ac ratione ſibi relicta, poſſit adſtrui, atque hic habere locum?

QUÆST. I.

Adulterii, & Homicidii exempla, quibus Salvator uſus eſt, primarium primæ quæſtionis momentum illuſtrant. Ita enim inquit Chriſtus: qui aſpicit mulierem &c.; *atque adeo lex moralis perfecta præter externam convenientiam cum lege, interiorem quoque animi rectitudinem depoſcit; ſiquidem omnis moralitas criminis in animo conſiſtit, atque is lege morali perfectiſſimæ, minus conveniens vixiſſe dicendus eſt, cujus concupiſcentia, ne in actum erumpat, ſolo pœnæ timore reſtringitur.*

Non autem vi, & ſuppliciis homines in vita civili cogi poſſunt, ut ad hanc perfectiſſimam legem Evangelii moralem ſuas componant actiones: quippe poſt lapſum tam perverſa eſſe cœpit, & corrupta generis humani conditio, ut nemo non interiori ſuo pulſu in deteriora proclivis ſit, & pronus; atque adeo

ſi

ſi pravis etiam affectibus, qui in homine omnino exſtirpari non poſſunt, in vita civili enſe obviam eundum eſſet, & gladio, peſſum iret omnis hominum ſocietas. Hinc neque Moſes, neque ullus uſquam legislator, pœnam capitis ſtatuit in pravas concupiſcentias, niſi in ipſum actum erumpant, v. g. cædis, adulterii &c. Atque eadem eſt ratio reliquorum exemplorum, quæ a Chriſto adducuntur, in quibus ad omnimodam conſectandæ virtutis perfectionem reſpexit.

Ex quibus omnibus prono fluit alveo, ejuſdem farinæ præceptum eſſe, & pariter legem moralem perfectam innui, quando Chriſtus dicit: Quod Deus conjunxit, homo non divellat. *Id quidem non renuimus, potuiſſe homines in ſtatu integritatis legem divinam moralem perfecte adimplere, ita ut externa convenientia cum lege interiori mentis rectitudini congrueret, uti infra pluribus oſtendetur; at enim vero ſi nunc poſt lapſum, qui implacabili erga ſe invicem odio exarſere, nihilominus ad matrimonium cogantur, dici nequit, quot vim hanc ſubſequantur ſcandala, & abominabilis vitæ incommoda. Habet nempe multum incongrui, ſi ab illis, inter quos nulla eſt animorum conjunctio, cohabitationem tamen, & conjunctionem corporum exigas. Tantum enim abeſt ut hæc tanta remedia, quibus vis continetur, & violentia, ad componendum animos valeant, ut potius gliſcant odia, & creſcentibus rixis vitæ pericula præmineant, atque hoc modo matrimonium non obtineatur, ſed prophanetur. Pariter ex ſeparatione in perpetuum, & ad diem fatalem, non niſi adulteria, ſcortationes, & alia flagitia oriuntur; de quo in ſequentibus prolixius, & dilucidius agemus.*

Eſt ergo manifeſtum, quod legis divinæ moralis conceptus, intuitu Dei, & ſtatus innocentiæ, is eſſe poſtulet, vi cujus opinamur, Deum in ferenda lege morali ad ſummam perfectionem reſpexiſſe, & hominem quoque in ſumma conditum integritate legis omnino ſervandæ fuiſſe capacem. Epheſ. IV. v. 24. Coloſſ. III. v. 10.

Ex quo porro conſequitur, quod cum homines per lapſum vires ad legem divinam moralem perfecte implendam amiſerint, neutiquam peccata venialia, quæ ex imbecillitate omnibus ingenita committuntur, in foro ſoli ſub examen Magiſtratus venire poſſint; utut in foro poli, & coram judicio cœleſti, nemo juſtificari, dicique inſons poſſit, & ab omni pœna immunis, niſi qui perfecte juſtus fuerit, Geneſ. VIII. v. 21. Pſ. CXLIII, 2. Eccleſ. VII. v. 21. Eſa. LIII, 6. & Cap. LXIV, 6. Rom. VII, 14. 2. Cor. I, 5. 1. Joh. I, 8. *Atque adeo in vita civili ad perfectam juſtitiam nemo cogi poteſt.*

Is enim Princeps, qui ejuſmodi in vita civili perfectam juſtitiam, qua coram ſolo Deo juſtificari fas eſt, a ſubditis exigeret, operam inſumeret oppido fruſtraneam; Neque non hac ratione genus humanum, cujus tamen conſervandi cura ipſi incumbit, everteret. Sunt itaque ejuſmodi in Republica ferendæ leges, quæ naturæ, & conditioni homini conveniant: ceu ab incomparabili Grotio de J. B. & P. Lib. I. C. 4. §. 7. n. 2. *ſapienter dictum eſt*: Ferri leges ab hominibus ſolent, & debent, cum ſenſu humanæ imbecillitatis. *Illæ igitur leges, quibus in primos pravæ concupiſcentiæ motus pœna conſtituitur, in Republica tolerari nequeunt. Onus enim mortalibus humeris imponeretur, cui ferendo, ex quo a prima vitæ ſanctimonia defecere, longe ſunt impares; cumque nemo, ut Poëta Venuſinus loquitur, vitiis ſine naſcatur, ſuppliciis in omnes animadvertendum eſſet non ceſſaturis, niſi toto humano genere deleto.*

Pari ratione finis, & ſcopus matrimonii non obtinetur, ſi qui rixis, & tetra averſione inter ſe diſſident conjuges, ad ſervandam maritalem copulam vi adigantur; ſed potius exitium alitur, illique oleum, & bitumen flammæ interſternitur, quæ niſi divortiis reſtringatur, amborum animos in æternum dare ignem poſſit præcipites.

Eſt quoque veriſſimum, minus malum inducere rationem boni, id quod compluries innuit Grotius, & ſuo firmat calculo. Ex quo ſuapte reſultat, in tali caſu neceſſit item, ſeu malum minus, longe præferendum eſſe malo alteri majori, quod tot obſeſſum eſt animæ periculis, & crimen cenſeri debet proæreticum. Atque hinc concluditur, ſatius eſſe, illos ſejungi ab invicem, qui capitali, & inexpiabili odio incenſi nihil magis ipſimet cupiunt, quam ſeparationem; quam ut inter perpetuas ſimultates, conjugali vinculo, ſuis ingratiis, & coacto genio diutius conſtringantur. Habet enim ejuſmodi maritalis nexus multum ſcandali, & non raro temporalis æque, ac futuræ felicitatis jacturam affert. Comprobat hæc Moſes indicans: Maſculum, & fœmellam eſſe conditos; *ad quam primævam inſtitutionem Chriſtus provocat, moralı inde deſumto dogmate*: ut quod Deus conjunxit, homo non divellat. *Nihilominus idem ipſe Moſes in hoc*

corruptionis ſtatu marito conceſſit, ut ſi neceſſitas depoſcat, uxori repudii libellus daretur. Hæc lex permiſſiva, aut juſta eſt, aut injuſta. Injuſta eſſe nequit, quia ſtante hac theſi, Scripturam ſacram eſſe divinæ originis, ipſe Deus hoc dixit per Moſen inſignem Prophetam, cujus doctrinam, & præcepta Chriſtus commendat, Matth. 23, 2. 3. *Eſt ergo juſta, qua eodem jure, ac Moſes, alius quicunque legislator uti poteſt.*

Hiſce jam illatis majus adhuc lumen adjicitur ex manifeſto ſtatus integritatis, & corruptionis diſcrimine, quod Matth. 19. *bene inveſtigavit Chriſtus* verſu 8. *dicens:* In principio non erat ſic, (*i. e. abhorruere a divortio;*) *Tempus vero principii ipſe Chriſtus indicat;* verſ. 4. & 5, *ſcl. cum Deus maſculum conderet, & fœminam, illoſque maritali copularet vinculo, atque adeo tempus innuit, quo matrimonium cœpit inſtitui, id quod erat in ſtatu integritatis. Et quemadmodum in illo ſtatu, puta innocentiæ, divortium omnino erat prohibitum, itaque ad hunc trahenda ſunt ſtatum verba* verſus noni, *quod uterque committat adulterium, æque is, qui dimittit uxorem, ac is, qui dimiſſam duxerit. In ſtatu corruptionis contra* verſiculus 8. *divortia eſſe licita, dicit. Ita enim explicat Chriſtus, Moſen omnino divortia permiſiſſe ob* σκληροκαρδίαν, *ſive cordis duritiem, qua non ſolum Judæi, ſed* effato Pauli Rom. 1. verſ. 21. *ethnici quoque laborant: quia per lapſum Judæi pariter, atque ethnici ſub peccato comprehenduntur*, Rom. 3, 9. & C. 11, 32. Galat. 3, 22.

Pluribus hæc confirmat Chriſtus, & inprimis ſingulari cum emphaſi, d. c. 19. verſ. 10. & 11. *cum regeſſiſſent diſcipuli, quod hac ratione matrimonium jugo durius ſit; Ita enim reſpondet: hoc verbum, ſive præceptum, quod vobis propono, non quadrat in omnes; ſed in eos ſaltem, qui illius ſervandi ſunt capaces: id quod manifeſto eſt indicio, ad illos non pertinere, qui ad ſuſtinendum præceptum imbecilles ſunt, atque adeo cogi non poſſunt.*

Cum vero adhuc rationem a Salvatore adjectam legamus, ob quam libellus repudii conceſſus ſit, quæ ſcil. σκληροκαρδία *fuerit, majus huic argumento nomen ſuperinducitur, ſi quale pondus ferat, & momentum, adducta a Chriſto ratio, (quam ſupra jam tetigimus) paulo diligentius expendatur. Provenit autem hæc* σκληροκαρδία *ex corrupta per lapſum natura, quæ omnibus erat ingenita.* Rom. 3, 11, & 12. *Impedit hæc natura, & virium infirmitas, quo minus deperditæ carnis cupiditatibus, inter quas iram, & vindictam vehementiſſimas dixeris, reſiſti, & iri obviam poſſit. Si ergo conjuges averſiſſimo a ſe invicem eſſe animo cœperunt, tantaſque conjuncta cum indelebili odio alienatio jam radices egit, ut fruſtranea componendis animis opera inſumatur, & propterea ipſimet divelli cupiant, non difficile eſt arbitratu, quæ ſuboriantur incommoda, ſi inviti ad matrimonium cogantur. Gliſcunt in dies odia, & quæ matrimonio minus conveniunt rixæ ingraveſcunt, quas niſi inſidiæ vitæ ſtructæ, ſcandala tamen bene multa ſubſequuntur, & peſſima vitæ peccaminoſæ flagitia, aut eventus contingunt ferales admodum, & ſiniſtri: aut verendum eſt, ne in turbido hoc mari ejuſmodi conſurgant ſcopuli, in quos conjugum temporalis, & æterna ſalus tanquam navis alliſa ſubvertitur. Neque ad noſtram facultatem tantum de ejuſmodi jam caſibus relatum eſt; ſed etiam in Regiæ Majeſtatis dicaſterio 28. Septembr. 1687. ſimiliter triſtis coacti conjugii exitus exempla obvenere. Aliud exemplum per Commiſſarios exploratum noviter contigit an. 1690. die 18. Junii, cujus ad nos fama eſt relatio, mentione injecta: adhuc eſſe in recenti memoria lugubrem duarum perſonarum exitum, quæ invitæ ad matrimonium coactæ ſunt.*

Hæc cum ita ſint, iiſdem ceu præmiſſis innixi, aliam ingredi ſententiam non poſſumus, quam ut obortis inexpiabilibus inter conjuges diſſidiis, non ſolum divortia licita pronuntiemus; ſed etiam tutius omnino, & ſatius dicamus, ſi Moſen ſecuti, illos contracti matrimonii eximamus vinculo, inter quos nulla ſperanda eſt gratia, ne rei fiamus, & participes varii generis peccatorum, & inſecuturæ hocce coactum vinculum malitiæ. Si enim matrimonii naturam rimemur, atque inprimis ejus ſcopum conſideremus, exiſtimandum omnino eſt, eſſe extra limites ſæcularis potentiæ, ut illos vi adigamus ad matrimonii copulam, inter quos nulla eſt animorum conjunctio. Pœna quidem pars alterutra, quæ in culpa fuerit, poteſt affici; ſed id effici nequit, ut verum matrimonium obtineatur.

Matrimonium quid ſit, ejuſque proprietas, ex definitione perſpicitur, vi cujus eſt: Conjunctio maris, & fœminæ, individuam vitæ conſuetudinem continens, J. §. 1. de patr. poteſt. *Intelligi hic conjunctionem animorum, & corporum, inde patet, quia individuam vitæ conſuetudinem continere dicitur,*

tur. Cognita igitur hac conjunctione, in qua tota vis, & omnis natura matrimonii vertitur, liquet exinde, non amplius eſſe, nec dici poſſe matrimonium, ſi conjuges averſiſſimo a ſe invicem ſint animo; Sublata enim matrimonii eſſentia, quin immo ſublato animo, tollitur conjunctio corporum, & omnis vitæ conſuetudo.

! *Nec alio Deus fine matrimonium instituit, quam ut non ſolum prolem procreando legitimam generis humani fieret propagatio; ſed ex mutuo quoque adjutorio, in adverſitatibus, reliquiſque, qui incommodius contingunt caſibus, adverſus omnes junctis pugnando viribus miſerias, ad utramque conjugem præter levamentum grata, & dulcis veniret conſolatio; ſi ergo ſublata animorum, & corporum conjunctione, gravi, & ſempiterna incenſi ſimultate, acerbe, & penitus ſe invicem habeant odio conjuges, ita ut propter conflatas inimicitias eſſe una non poſſint, in illam quidem partem, quæ potiorem tanti diſſidii cauſam dederit, habita ratione noxæ animadverti poteſt; ſed cave dixeris, matrimonium adhuc eſſe, aut ut ſit, vi extorqueri poſſe, & violentia. Sublata enim animorum, & corporum conjunctione, extortus conjugum nexus, non mutuæ opis, ſed perſequendi & inſectandi: non adverſitatis depellendæ, ſed creandæ: non peccaminoſæ libidinis conjugali, & licita conſuetudine extinguendæ, ſed durante ſeparatione fomentandæ, magiſque excitandæ ſtudium habet; quod ipſum eſſentiæ, & naturæ matrimonii oppido repugnat.*

Ex quo efficitur, diſcrimen illud inter divortium, & ſeparationem thori perpetuam, eſſe juris poſitivi: atque per ejuſmodi ſeparationem perpetuam matrimonii vinculum, quod in conjunctione animorum, & corporum conſiſtere diximus, pariter diſſolvi, ac ejuſdem ſubſtantiam omnino tolli. Eadem quoque ratione hac ſeparatio perpetua legi morali divinæ, ſc. quod Deus conjunxit, homo non divellat, *æque adverſatur, ac divortium, ſeu plenaria matrimonii ſolutio. Quando enim vi hujus ſeparationis ad dies vitæ diſſociantur, ſequitur, ad dies vitæ ſeparari, & divelli illos, quos Deus ad finem uſque vitæ conjunctos voluit. Eſt ergo hac ſeparatio pariter adverſa legi Evangelii, neque ex aliis lege naturæ juſtificari cauſis poteſt, ac divortium. Atque ex his inferre licebit, quod cum Dicaſterium Regium in caſu quæſtionis ſatis rationum ſubeſſe judicaverit, quibus jus foret, & fas ſeparationis in perpetuum ſententiam pronuntiare, nihil amplius matrimonii ſuperſit, niſi quod juris poſitivi ſit, & in quo, ceu notum eſt, Principis habere locum diſpenſatio poſſit. Accedit, quod alias quoque Canon hic generalis,* Quod Deus conjunxit, homo non divellat, *diſpenſatione reſtringatur* Exod. XXI, 3. 4., *ubi de liberto hæc lex habetur:* Daſz, da er ohne Weib kommen, er auch ohne Weib auſgehen: Und wann ihm ſein Herr ein Weib gegeben, und er Sœhne und Tôchter gezeuget, das Weib und die Kinder ſeines Herrn ſeyn, er aber ohne Weib ausgehen ſolle. (*i. e.* Si ſolus corpore ſuo venit, corpore ſuo exibit....... Si Dominus ejus dederit ei uxorem, pepereritque ei filios, aut filias, uxor ipſa cum natis ſuis erit domini ipſius; ille vero exibit ſolus corpore ſuo). *Hanc reſtrictionem Calvinus digna, & notabili annotatione illuſtrat in* Pentateuch. ad Exod. XXI. ſub præcept. 8. fol. 365., *cujus hic adpoſuiſſe verba juvat:* Nihil magis, *inquit*, præter naturam, quam ut maritus relicta uxore, & liberis abjectis, alio migret &c. Nec tamen potuit aliud eſſe remedium, quia ſi uxor cum liberis fuiſſet manumiſſa, eos ſecum educere, FUISSET SPOLIARE JUSTUM DOMINUM, non modo ancilla, quæ erat in ejus mancipio; ſed etiam teneris adhuc puellis, in quarum educationem ſumtus fecerat. ITA JURI PRIVATO CESSAT CONJUGII SANCTITAS HAC IN PARTE: Unde divortium inter alia numerandum, quæ toleravit Deus ob populi duritiem, quia vix corrigi poterat.

Hanc legem divinam Moſaicam de divortio, quæ ſapientiſſimo divini Numinis conſilio nititur, atque ſtatui corruptionis omnino convenit, Servator ſanctiſſimus non abrogavit, ſed eandem optime explicando bene, & nervoſe diſtinguit a lege primæva ſtatus innocentiæ: quippe cujus nihilominus tamen, qui contra eam impingit, coram divino Tribunali reus eſt. Id ergo primo loco tenendum, quod legem de admittendo divortio, primitivæ eccleſiæ patres non ſolum, ſed & Imperatores Græci, Romanique, qui chriſtianæ eſſent addicti religioni, conſtanter ſervaverint. Idem jus mittendi repudii, quod Moſes conceſſit, jure etiam civili communi, quod Chriſtiani lubentes ſunt amplexi, obtinet L. 9. & paſſ. ff. divort. & repud.

Et quamvis Theodoſius, & Valentinianus Imperatores certas repudii cauſas ſtatuerint in L. 8. §. 2. & 3. Cod. de Repud., *non tamen*

reliquos caſus, in quibus cauſæ requiſitæ deficerent, ita voluerunt exemtos, ut in illis admitti divortium neutiquam poſſit; quin potius id omnino fieri poſſe, contendunt, ita tamen ut pars illa, quæ ſine ejuſmodi cauſis matrimonii diſſolvit vinculum, jura dotis amittat: & mulieri, quæ deficientibus iſtis cauſis divortium velit, integro ne nubat quinquennio, interdictum ſit. d. l. 8. §. 4. & 5.

Clarius hæc a Juſtiniano in Novell. 22. c. 3. *traduntur, ſubjuncta ratione:* quia nuptias affectus alternus facit; *atque inferendo hunc, quod ſi nulla adſit memoratarum cauſarum, ut in ejuſmodi divortium, ut dictum eſt in antecedentibus, pœna conſtituatur.*

Ad XIII. cauſas Theodoſii Anaſtaſius Imperator in L. 9. C. eod. tit. de repud. *hanc adhuc addidit, ſi nempe conſortium mutuo conſenſu fiat; quam quidem mutui conſenſus cauſam Juſtinianus in* Novell. 117. cap. 10. *abolevit: ejus tamen ſucceſſor Imperator Juſtinus reſtituit, additis rationibus, quæ fundamentum ſtatus humani præſentis reſpicientes a nobis hactenus ſunt adducta.*

Hæc in matrimonialibus conſuetudo viguit ſub Imperatoribus Chriſtianis Francicis, & Germanis; adeo ut inter veteres Marculphi formulas hanc quoque de matrimonio mutua voluntate reſcindendo reperias, hunc in modum: Certis rebus, & probatis cauſis inter maritum, & uxorem, repudiandi locus patet. Idcirco dum inter maritum, & conjugem ſuam, non charitas ſecundum Deum, ſed diſcordia regnat, & ob hoc pariter converſari minime poſſunt, placuit UTRIUSQUE VOLUNTAS, ut ſe a conſortio ſeparare deberent; quod & fecerunt: propterea has epiſtolas inter ſe uno tenore conſcriptas &c. *vid.* Lindenbr. Leg. Antiquar. 84. Baluz. in Capitular. Reg. Franc. lib. 2. Form. Marculph. tit. 30.

Neque ſubiit mutatio, niſi paulo ante tempora interregni magni. Pontifices enim, acriter diſceptantes cum Imperatoribus de ſuprema in rebus eccleſiaſticis poteſtate, tandem abierunt victores: cumque omnem ſibi arrogaſſent poteſtatem eccleſiaſticam, in matrimonialibus quoque, ſub prætextu ſacramenti, agendi, & diſpenſandi arbitrium obtinuerunt. Atque hi illam ſeparationem thori perpetuam, ſalvo matrimonii vinculo, excogitarunt; de qua hactenus nihil, & nec fando quidquam innotuerat.

Non tamen perpetua hæc thori ſeparatio ex noſtris, in quibus legis jam conſecuta vim eſt, Dicaſteriis exterminari debet.

Neque id volumus, ut in noſtris foris eccleſiaſticis, (in quibus modo adulterium, & malitioſa deſertio, modo inimicitia capitalis, modo in quibuſdam aliæ diſſolvendi matrimonii cauſæ magis arduæ obtinent,) hoc jus antiquum introducatur; Noſtra enim conſiſtoria leges præſentes, & mores receptos, obſervent, iiſque facta applicent neceſſe eſt. Non vero ea gaudent poteſtate, ut leges alias, & novas conſtituant; ſed quæ hujus eſt loci quæſtio eo tendit, quoad, & in quantum poteſtas principis legislatoria in matrimonialibus diſpenſare poſſit.

Rationes hactenus adductas in unum cogamus: Jura arbitraria Pontificum principes Evangelicos non obligant; Illæ vero reſtrictiones, quæ in noſtris Conſiſtoriis uſu invaluere, duabus, vel tribus innixæ cauſis, mere juris poſitivi ſunt, circa quod poteſtas legislatoria ſuperior, habita ratione humanæ imbecillitatis, omnino diſpenſare poteſt. Legem divinam Moſaicam, quæ intuitu hujus humanæ imbecillitatis divortia eſſe licita dicit, Chriſtus Salvator non rejecit; ſed ejus tenorem, & nervum optime explicavit, monendo, & inculcando, ne leges ſtatui præſenti attemperatas, quo omnis hominum natura corrupta eſt, atque ad implendam legem moralem perfectam minus idonea, cum primæva matrimonii inſtitutione in ſtatu integritatis commiſceamus. Hoc jus Moſaicum nullo non tempore in eccleſia chriſtiana viguit, conſervatum a chriſtianis Imperatoribus, atque eorundem conſtitutionibus confirmatum. Idem jus inſignes veteres eccleſiæ patres probarunt: id quod bene obſervat Rennemannus in Juriſprud. Rom. German. Memb. l. diſput. 42. Th. 36. lit. c., *cujus verba adpoſite huc faciunt citata* a Struvio in Syntagm. Jur. Civil. Exerc. 30. Th. 41. Sacræ ſcripturæ prohibitio, *inquit Rennemannus*, accipienda de divortio, privato cujuſque arbitrio, quavis cauſa, vel ex nulla omnino, temere concepta; non de illo, quod ex cauſa legitima, & jure probata, Magiſtratus auctoritate prævia eſt permiſſum. Idcirco nec dubitandum cenſemus, cum cauſæ ſupra th. 40. memoratæ ſint a Chriſtianis Impp. (ſub quorum Imperio ſanctiſſimi Theologi, Nazianzenus, Theodoretus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, & alii floruerunt,) nemine contradicente, decretæ, & per aliquot ſæcula obſervatæ: Quin & hodie pii

magi-

magiſtratus eo, quo dictum eſt modo, non tantum ex illis antea recenſitis, ſed etiam ex aliis gravioribus cauſis, vel æque gravibus, pro circumſtantiarum ſuaſione, divortia concedere queant &c.

Tot denique principes chriſtiani, reges, Imperatores, atque ipſe Carolus M., in cauſis propriis jure Moſaico ſunt uſi, ceu hiſtoriarum monumenta teſtantur; quippe quod etiam cum jure canonico antiquo coincidit. Vid. C. quos Deus conjunxit. 18. cauſ. 33. Quæſt. 2.

His adductis rationibus, quibus noſtrum reſponſum fulcitur, facti præſentis, & caſus, de quo ſermo eſt, circumſtantias coarctamus: Indicavit N. N. & multa conteſtatione corroboravit, quod propter implacabile odium longo jam annorum decurſu continuatum ſua cum conjuge diutius eſſe una non poſſit, ceu rationes hanc in rem in actis adductæ pluribus manifeſtant; quibus datum eſt effectui, ut Conſiſtorium ſeparationis in perpetuum a thoro, & menſa, jam tulerit ſententiam, vi cujus ſi ex naturali ratione, & veritate res æſtimanda ſit, ſatis patere poteſt, matrimonii vinculum revera jam eſſe diſruptum. Pars utraque divortium cupit, qui mutuus conſenſus omni tempore in Eccleſia a Magiſtratu pro ſtringenti, & maxime juſta divortii cauſa habitus eſt: cum ſi fieret ſecus, verendum ſit, ne pars alterutra in turpes actus, & alia adhuc majora varii generis peccata prolabatur; ceu hæc omnia fuſius jam in ſuperioribus ſunt expoſita.

Exiſtimamus itaque, & opinamur, ſalvo cujuſvis meliora ſentientis judicio, quod Rex potentiſſimus, vi ſupremæ territorialis, & Epiſcopalis poteſtatis, plenarium divortium admittere, atque hoc in caſu diſpenſare poſſit: quo (attendendo ad rationes adductas, atque ad conceſſionem, quam in vita civili Deus per Moſen induſit,) nihil ſatius, conſultius, & tutius erit.

Quæst. II.

An circa legem hanc Evangelii, *Quod Deus conjunxit, homo non divellat*, dentur caſus excipiendi?

Quamvis lex hæc univerſaliter eſſe concepta videatur, atque etiam concluſionem contineat, quam Chriſtus ex divina conjunctione maris, & fœminæ deſumſit; omnis vero concluſio, quæ ſuis præmiſſis nititur, nullo modo poſt defectum debeat, nihilominus tamen Chriſtus caſum fornicationis excepit, atque adeo illud remanet dubium: An non eadem ratione alii adhuc caſus excipiendi intercurrere poſſint. *Si enim vel maxime diceretur*: Chriſtum unicum ſaltem hunc excepiſſe caſum, cæteroquin generalem regulæ tenorem eſſe ſervandum; *eſt tamen adhuc quod opponi poteſt. Primo enim loco præter adulterii crimen, malitioſa quoque deſertio ſufficientem divortii cauſam conſtituit: qui caſus malitioſæ deſertionis, a crimine adulterii oppido eſt diverſus. Secundo loco omnis exceptio æſtimanda eſt ex paritate, & cauſa ſua, inprimis ſi voces ſint ambiguæ: quia ſana ratio pariter, atque jura, hunc ſervant Canonem:* Quod idem jus ſit, ubi eadem ratio. *Ratio autem eſt anima diſpoſitionis, atque ideo omnino attendenda. Id propter* L. 13. ff. de Legib. *dicitur*: Scire leges, non eſt verba tenere, ſed vim, atque poteſtatem. *Cui addi poteſt illuſtratio* Tiraquelli *dicentis* Tom. 2. part. I. Tract. Ceſſante cauſa &c. num. 138. & plurib. ſeqq., quod ratio ſit diſpoſitionis anima, ſpiritus, & medulla: quin ipſa lex, ejuſque mens, & ſententia, ſeu diſpoſitio.

Adeo in diſpoſitione non verba attenduntur, ſed ejus ratio, & ſententia; atque hinc caſus excipiendi non ex verbis, ſed ex paritate rationis: non per extenſionem, ſed comprehenſionem eliciuntur. Tiraq. d. loc. n. 141. & ſeqq. & Tom. 6. ad L. 8. C. de Revoc. donat. Gloſſ. in verb. libertis n. 45. & 46.

Verbis enim inhærendum non eſt, niſi id in fraudem legis feciſſe, videri velis, L. 29. L. 30. ff. de legib. *Et inprimis in explicandis legibus, ne frivole quis, aut inſulſius vocum captet apices, cautum eſt* L. Penult. ff. ad Exhibend. Non oportere jus civile calumniari, neque verba captari; ſed qua mente quid diceretur, animadvertere.

Ratio igitur, & fundamentum, quo ſalva regula, & concluſione generali, hunc Chriſtus exceptionem niti voluit, ex propriis ſanctiſſimi Salvatoris verbis facili negotio indagatur; verſiculo enim 4. 5. & 6. *de conjugali conjunctione ſermo eſt, & Deus virum, atque fœminam condidiſſe, idque locutus dicitur:*

על נן יעוב איש את אביו ואת אמו
ודבק באשתו והיו רכתו גבתר אחד

Id propter derelinquet vir patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit muli ri ſuæ, eruntque in carnem unam. *Atque hinc concludit Chriſtus verſ. 6: Cum non duæ, ſed una ſint caro, ideo* quod Deus conjunxit homo non divellat. *Hujus vero unio-*

Digitized by Google

monionis vinculum aliud non eſt, quam corporis, & animorum conjunctio, in qua omnis matrimonii ſubſtantia vertitur: id quod in prima jam quæſtione planum fecimus. Hoc porro fonte fluit, quod conjunctione animorum, & corporum ſublata, ipſum tollatur matrimonium, (cujus eſſentiale eſt, corpore, & animo conjungi,) atque eo in caſu ſalva conſcientia admitti divortium poſſit. Primus ergo caſus exceptus a regula, eſt in exemplo Chriſti ob adulterium (ſi maritus copulam carnalem detrectet,) repudii libellum concedentis; quippe ſi non obſtante adulterio maritus ſua cum conjuge eſſe una cupiat, matrimonium durat, nec ſolvitur, durante ſcil. conjunctione animorum, & corporum. Cauſa ergo exceptionis non eſt in enormitate criminis, (unde exiſtimari poſſit, quod adulterium crimen grave ſit, & ſummum) quia homicidium, aliave crimina graviora ſunt, neque tamen hic in cenſum veniunt; ſed veriſſima ratio hæc eſt, quia inſtitutum a Deo matrimonium, quod in conjunctione conſiſtit, marito (ob adulterii crimen a conjuge admiſſum) omnem conſuetudinem detrectante, atque adeo corporum, & animorum conjunctione ſublata, tollitur.

Alterum malitioſæ deſertionis exemplum, eaſdem fundamenti loco cauſas ſubſternit. Intelligimus autem ejuſmodi deſertionem, quæ cum conſtanti, & perpetuo derelinquendi partem alteram propoſito conjungitur; ita ut nullus amplius cohabitandi animus adſit, 1. Cor. 7. 15. *Coincidit ergo & hoc modo eſſentiale matrimonii requiſitum, nempe animorum, & corporum conjunctio; & quamvis hæc malitioſæ deſertionis exceptio a regula generali verbis expreſſa non legatur, eadem tamen ratione, ad quam Chriſtus reſpexit, nititur; quo non parum adductus jam firmatur canon:* Idem jus eſſe, ubi eadem ratio. *Ex eodem igitur principio Salvator pariter, atque Apoſtoli, ſuas nectunt concluſiones.*

Neque minus eadem ratione, & cauſa, exemplum tertium fulcitur, & perſiſtit: quando enim implacabilis odii, tantæque averſionis, & inimicitiæ cauſa ſubeſt, ut pars utraque conjunctionem conſtanti detrectet animo, matrimonii vinculum, quod in toties jam dicta conjunctione conſiſtere, diximus, non ſubſiſtit amplius, & retinetur; ſed diſſecatur, & corruit. Et quamvis hujus implacabilis odii exceptionem ſcriptura ſacra non exprimat, ejus tamen fundamentum aliud non eſt, ac idem illud fuit, cui exceptiones ambæ priores ædificavimus: atque adeo hic etiam idem jus obtinet, ubi ſcil. eadem eſt ratio. Accedit quod hujus, atque exceptionis ſecundæ eadem natura ſit, & ratio neutiquam diſpar. Eſt enim implacabile odium veriſſima malitioſæ deſertionis ſpecies: quippe quæ non in deſertione domus, & mutatione loci, ſed in deſertione debiti conjugalis conſiſtit.

Hac inducti cauſa Theologi pariter, atque JCti, duplicem deſertionis ſpeciem ſtatuunt, aliam viſibilem, aliam inviſibilem. Viſibilem dicunt, quando quis animo deſerendi conjugem loco degit ſejunctus; Inviſibilem vero vocitant, ſi quis quamvis eodem loco, atque in iiſdem cum conjuge ædibus commoretur, nihilominus tamen ex implacabili odio, & averſione indelebili, nunquam cohabitandi, & conjugalis præſtandi debiti, conſtantem induxerit animum. Utramque ſpeciem deſertionem recte dixeris, quæ fit animo in perpetuum deſerendæ, & diſſolvendæ illius conjunctionis, in qua eſſentia matrimonii conſiſtit.

Hiſce adductis, ceu opinamur, ſtringens ineſſe ratio videtur: quia ſi pars utraque a ſe invicem loco ſeceſſerit, nihil adverſi metuendum eſt, niſi quod ingruentem carnis cupiditatem peccata poſſint ſubſequi; contra vero, ſi arctius adhuc una ſint, atque iiſdem contineantur ædibus, ob averſionem, atque infeſtam animorum exulcerationem compluries jam indicatam, non poſſunt non eventus contingere ferales admodum: aut ſaltem vitæ genus inde oriturum eſt, quod Chriſtianis minime convenit.

Hæc ut magis confirmentur, obſervandum adhuc eſt, quod quamvis matrimonii nexus ipſo jure Canonico, (vi cujus ſpirituale vinculum eſt, & Sacramentum) nullo modo ſolubilis exiſtimetur, & ſponſalia etiam de præſenti, (eo quod verum vinculum conjugale ſunt,) illo jure neque ob commiſſum adulterium, quoad vinculum diſſolvi poſſint; nihilominus tamen ob implacabile odium, & inimicitias irreconciliabiliter ſolvi queant. De quibus ſponſalibus puris, & inter ipſos ſponſos initis, (quæ ſcil. ſponſalia de præſenti ſunt,) legi meretur c. 2. X. de ſponſal. & matrim.

Pari ratione de illis, qui de ineundo matrimonio ſe invicem juramento obſtrinxerunt, dicitur c. 16. X. eod. tit. Mulier, cum libera debeant eſſe matrimonia, monenda eſt potius, quam cogenda; cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequentes habere. *Videſis Evangelicæ Religionis Doctores:*

Paul.

Paul. Cypr. de Sponſal. cap. 13. & 32.
Richter part. I. dec. 8. num. 9. &c.
Carpz. Juriſpr. Conſiſtorial. lib. 2. dec. 176. n. 8. & ſeqq.

Eſt quoque extra controverſiam poſitum, ſponſalia de præſenti eſſe verum matrimonium, atque in utroque jure res eſt evicta, quod nuptias conſenſus faciat, non concubitus: de quo adeas in jure civili L. 20. ff. de regulis juris. L. 32. §. 13. ff. de don. int. vir. & uxor.; *& in Jure Canonico ad ſatiem uſque* c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 9. & paſſ. cauſ. 27. qu. 2.

Denique Theologi, & JCti omnes unanimi conſenſu in eo conveniunt, quod ſponſalia de præſenti propter irreconciliabilem inimicitiam, vel averſionem ſolvi poſſint. Teſte inprimis Harppr. ad tit. Inſt. de nupt. in rubr. n. 138.

Hæc cum ita ſint, vix apparet, quo jure præceptum divinum adverſus divortia in hac cauſa allegari poſſit; Divina enim protoplaſtorum conjunctio facta non eſt mediante concubitu, ſed per ſocialem copulam in ipſo jugalis acceſſus limine: id propter dicitur, quod Deus conditam mulierem ad Adamum duxerit, qui etiam in ſtatu innocentiæ eam non agnovit. Et ſi nihilominus vi præcepti divini divortia prohibita diceres, neceſſarium hoc foret conſequens, quod nec ſponſalia de præſenti ex hac cauſa ſolvi poſſint: quod tamen dubio carere, diximus in antecedentibus. Statuunt vero omnes ſine diſcrimine Doctores, qui ſatis probatæ ſunt eruditionis, quod ſi conjugum, qui inter ſe diſſident, amicabilis compoſitio tentata fuerit, nec tamen ulla redeundi in gratiam ſpes appareat, divortia omnino admitti poſſint.

Weſenb. ff. tit. de Divortio n. 9. Schurf. Conſil. 42. n. 3. Harp. d. loc. num. 139. Vultej. Juriſpr. Rom. lib. I. cap. 21. p. 125. §. communes, & in not. ad num. 18. verſ. Hic autem contrarium &c. ubi allegat Theologos & JCtos.

Atque hæ decidendi rationes plerumque Evangelicæ facultates ſequuntur: ut id jam non dicamus, quod omnia exempla adducta, ſub exceptione Chriſti, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, non ſolum paritate rationis, ſed etiam vi verborum comprehendantur. Docent enim doctiſſimi interpretes, atque rationibus firmant momentoſis, quod vox πορνεία præter fornicationis ſignificatum, omnes actus denotet adverſus eſſentiale conjugii commiſſos, & quibus matrimonium violatur.

Vid. Selden. de jur. nat. & gent. Lib. 7. c. 12. in fin. & latiſſime in uxor. Hebr. Lib. 3. c. 23. per tot. Franc. Connan. Doctiſſ. JCtus Gallus & pontificius, in commentar. ad jus civil. L. 8. c. 12. n. 5.

Militat inprimis pro hac ſententia locus ad Hebr. 13, 4., *ubi vox* πορνεία *incorrupto, & intemerato matrimonio directe opponitur: id quod indicio eſt, omne illud, quo eſſentiale matrimonii violatur, atque contaminatur, eſſe* πορνείαν. *Quod vero exempla a nobis allata, atque inprimis poſtremum, cujus facta eſt mentio, inter iſtos connumerandum actus ſit, quibus eſſentia, atque natura conjugalis vinculi ſublata, matrimonium violatur; ſatis prolixe in antecedentibus jam eſt expoſitum.*

Tandem divortia legi Evangelii minus repugnare, neque eidem eſſe adverſa, probatur: quia Chriſtus de privata ſeparatione ſolum loquitur; non vero de ea, quæ fit auctoritate magiſtratus. Quæ enim Chriſto proponebatur quæſtio, non erat de auctoritate magiſtratus: ſed tantum de poteſtate mariti, ad quam totius contextus negotium referri debet, cujus cardo in eo vertebatur: An ſufficiat in cauſa divortii, ſi maritus det libellum repudii? *In reſponſione vero non aliud intelligi, quam quod eſt in quæſtione, ſua tamdiu radiat luce, donec contrarium probetur. Ad hæc ſi vel maxime in ſacro codice præceptum generale promulgatur, quo ad unum omnes tenentur, ejus tamen vis obligatoria latius juſto ad magiſtratum extendi nequit: v. g. Præceptum de homicidio, & de non interficiendis aliis, ad omnes pertinet; nihilo ſecius ſupremi in republica magiſtratus vindictam gladii impune exercent, non jure hominum, ſed jure Dei; non qua homines, ſed qua Dei miniſtri, atque his in terris vicarii. Eadem ratione vis præcepti de non admittendo divortio ad magiſtratum non porrigitur; quin potius ejus requirit officium, ut qui inimica, & infenſa averſione diſſident conjuges, matrimonii vinculo ſolutos ſeparent, majus evitando malum, atque antevertendo ſcandala, peccata, & tot eventus maxime periculoſos. Non enim eſt in humana ſitum poteſtate ut unio fiat, & animorum conjunctio inter illos, quos ſumma jam exacerbatio ad naturam abalienatæ mentis adduxit. In hoc aperti, & contumacis odii indicio, quod capitalem inimicitiam induxit, omne præſentis Reſponſi robur ſitum eſt. Et quamvis objici poſſit, quod a parte conjugis nulla ſit mentis averſio, quippe*

pe quæ nihil omiſit ſtudii, quo mariti demulceret animum, hujus tamen intuitu duæ quæſtiones bene ſunt diſtinguendæ. 1. An matrimonii vinculum ob implacabile odium, & averſionem omnimodam ſolvatur? 2. Quæ pars conjugum hujus admittendi divortii cauſam dederit? *Quod enim ex hujuſmodi cauſſis matrimonium omnino ſolvi debeat, ita ut pars utraque hoc prorſus vinculo liberetur, hactenus demonſtratum eſt; Et quia matrimoniale vinculum relationem inter duas involvit, conſequitur ex natura relatorum, ſi indelebili unius partis averſione rumpatur, eo utramque partem eſſe ſolutam: id quod abunde confirmant malitioſæ deſertionis, & adulterii caſus, in quibus ab utraque parte matrimonium ſolvitur. Hiſce præſuppoſitis quæſtio altera* (quæ pars conjugum potiorem tantæ averſionis cauſam dederit?) *divortium non mutat; ſed id ſaltem efficit, ut inde cognoſci, & definiri ſatisfactio poſſit, quæ parti inſonti debetur: ad quam evitandam, atque effectus inde orituros minus gratos, id ſibi utrinque ſumunt operæ, ut quicquid culpæ eſt, conjux in maritum, & maritus in conjugem devolvat.*

arg. L. 6. L. 7. in fin. C. de divort.

Ex duplici vero cauſa ad hanc poſteriorem quæſtionem maritus trahi nequit, 1. *quia juratorum teſtium depoſitione conſtitit, quam illicitis, & periculoſis conjux auſa ſit uti mediis, quæ a Vetulis ſuppeditata improvidis, & quæſtum quærentibus, præter intentionem marito ſanitatis jacturam afferre potuiſſent; & quamvis hoc factum non ſit, juſtus tamen metus adſuit, ne ulteriora, & magis nociva tentaret remedia: quo ipſo conjux odium, & averſionem in marito non parum auxit. Nec impedit, circa depoſitionem teſtium in formalibus aliquid deficere; ſufficit, quod illicita, quæ adhibere tentavit, media, jam in rem judicatam abierint.* 2. *Quia conditiones obtulit, de quibus jam inter ſe convenerunt: ut ergo alia amplius ſatisfactione teneri nec poſſit, nec debeat.*

Quibus omnibus inducti (ſalvo tamen cujuſvis meliora ſentientis judicio) opinamur, quod cum propter perpetuam averſionem, & indelebile odium inter N. N., atque ejus conjugem longo jam tempore continuatum, (ita ut perſeverantis apparuerit eſſe animi indicium, per L. 3. ff. de divort. L. 64. in fin. ff. de donat. int. vir. & ux.) *omnis reſtaurandæ conjugalis amicitiæ, & animorum conjunctionis efficiendæ ſpes collapſa ſit, non ſolum cauſa totalis divortii juſta ſit; ſed etiam tutius exiſtimari debeat, & magis opportunum, illos ſolvere, qui non niſi odioſo, & utrique moleſto vinculo ſunt conjuncti. Quod vero attinet ad diſpenſationem progrediendi ad ſecunda vota, ſatis rationum eſſe putamus, ex quo eidem adſtrui locus poſſit. Soluto enim per divortium matrimonio, atque hinc omni alias ingrediendi nuptias impedimento remoto, cuilibet plenæ, & nemini denegandæ libertatis beneficio, aliud contrahendi matrimonium poteſtas eſt, quam quæ infringere poſſint jura non dantur. Ille quidem in Conſiſtorio mos obtinet, quod pars, quæ potiorem divortii culpam dederit, alius contrahendi matrimonii beneficium amittat; at vero pœna hæc eſt arbitraria, quæ non ſolum remitti poteſt, ſed etiam debet, ſi ætatis æque, ac conſtitutionis habita ratione nullum continentiæ donum adſit: Imo alius contrahendi matrimonii prohibitio in tali caſu injuſta foret, & maxime periculoſa. Præterea ulteriori adhuc probatione indiget, maritus ne, an conjux tantæ averſionis, & inde admiſſi divortii, cauſam dederit præcipuam?*

Si ergo matrimonium aut per diſpenſationem Regiam, aut vi Conſiſtorialis ſententiæ fuerit ſolutum, marito, ut ad alia progrediatur vota, denegandum non eſt. Ita ſentimus de jure.

Decani, Ordinarius, Seniores, ceterique Doctores Theol. & Jurid. Facult. in Acad. Reg. Electoral. Brandenb. Francoſ. ad Viadram 27. *Aug.* 1714.

L. S.
L. S.

Modus præſcribitur] „ Præcedere nimirum debebat juſta repudii cauſa: maritus ſcribere tenebatur libellum repudii, „ & dare in manum uxoris, eamque ita „ de domo dimittere. *Deut.* 24. 1. *ſeq.*

Nec dimiſſam ducere quiſquam impeditur] „ Quia ſolutum eſt prius matrimonium.

Præter eum, qui dimiſit] „ *Deut.* 24. „ *v.* 4.; ubi additur ratio, quia polluta, „ & abominabilis facta eſt coram domino: „ indeque hic actus refertur inter peccata, „ quæ terræ cohærent.

Et Sacerdotem] „ Sacerdotes itidem a „ tali fœmina abſtinere tenebantur, utpote „ quæ polluta, & abominabilis facta eſt:

Ipſo

Digitized by Google

Ipſo naturali jure ita reſtringenda eſt, ne inde oriatur prolis confuſio] Quæritur, an mortuo conjuge, vel divortio facto, uxor ſtatim ad ſecunda vota convolare poſſit? Negatur: idque probatur iiſdem rationibus, quibus polygamiam uxorum prohibitam probavimus; Nam & incertus fieret pater, officia educationis, & jura ſucceſſionis confunderentur, propagatio impediretur. &c. Terminus autem naturalis eſt, ut exſpectet uſque dum conſtet gravidam non eſſe. Cum vero id dubium valde ſit, gentes legibus certum terminum præſcripſere: Legibus Hebræorum tres menſes præſcripti erant, quia eo tempore perfectum eſſe partum putarunt: Romani annum præſcripſere, quia certum eſt poſt annum, gravidam non eſſe.

Additio.

,, Jure canonico uxor poſt obitum mariti ſtatim ad ſecunda vota convolare poteſt. Idque ex falſa interpretatione verborum Apoſtoli, qui uxorem mortuo marito liberam pronunciat, ut nubere poſſit cui velit, 1. *Cor.* 7. *v.* 30, eamque a lege viri ſolutam eſſe, ait, adeo ut non ſit adultera ſi cum alio viro fuerit. *ad Rom.* 7. *v.* 2. & 3. Equidem uxor mortuo marito libera omnino eſt a vinculo mariti, adulterium non committit, nec fidem marito datam violat; at ex alio capite prohibetur properare ad ſecundas nuptias, nimirum propter confuſionem ſeminis. Apoſtolus igitur dum libertatem nubendi viduæ concedit, ſupponit, id fieri debere juxta naturæ leges, ſi nimirum conſtat eam gravidam non eſſe: unde notanter addit, *modo fiat in domino*; non autem fieret in domino, ſi ſemina confunderentur, eoque proles incerta fieret.

,, Cæterum jus canonicum in terris pontificiorum obtinet, *Hæn. diſp. ad inſt.* 2. *th.* 5., & infamia jure civili in tales nuptias properatas ſtatuta, abolita eſt. *Laut. comp. p.* 61. Idque in terris proteſtantium quoque quoad infamiam obſervari, & feſtinatas nuptias arbitrarie ſaltem puniri, ajunt, *Laut ibid.*: quanquam plerique contrarium teneant. *Weſ. parat. de his qui not. inf. ibique Brun. q.* 27. *Brun. ad l.* 2. *C. de Sec. nupt.* & *ad L* 11. 12. 3. & 4. *ff. His qui not. inf. Carpz. Jprud. conſiſt. l.* 2. *d.* 159. *n.* 10. *Stryk. V. M. tit. His qui not. inf.* §. 9. *Gerhard de Conjug.* 199. Conf. *Jus meum controverſum tit. de his qui not. inf. quæſt.* 3.

,, Divortio facto moribus noſtris liberi educantur apud innocentem ſumtibus nocentis. *Laut. tit. de Repud.* & *div. in fin.* Idque æquitati naturali magis convenire videtur; neque enim conjux nocens ſuo delicto ſolatium, & jus educandi, quod parentibus natura commiſit, innocenti auferre poteſt.

Hinc illa apud Tacitum] ,, Auguſtus Neroni abduxit uxorem, & per ludibrium pontifices conſulebantur, *an concepto, nec dum edito partu rite nuberetur. Tac. Annal.* 1. *c.* 10.

Tres Menſes interponi jubebantur] ,, Si intra tres menſes alii nubebat uxor, partus inde natus ad neutrum maritum pertinebat, & neutri parentum ſuccedebat: niſi poſterior adoptaret, *Selden. de ſucceſſ. ad leg. Hebr. c.* 4. *in fin.*; ubi allegat Maimonidem *Halach. Mechaloth. c. V.*

At Chriſti lex ut res alias, ita & hanc conjugii inter Chriſtianos ad perfectiorem redegit normam] ,, Hoc aſſertum examinavimus in *Diſſert. proœm.* 3. § 44.

Ex qua & qui dimiſiſſet uxorem non adulteram, & qui duxiſſet dimiſſam, adulterii reos pronunciat] Non ſenſu juridico, ſed ſenſu ethico: Eodem modo uti adulterum alibi dixit eum, qui alterius uxorem intuetur ejus concupiſcendæ gratia. *Vid. ſupra p.* 561.

Et Apoſtolus ejus, atque interpres Paulus, non viro tantum jus dat in corpus uxoris] ,, Uterque conjux in conjugis corpus jus habet, ad eum effectum ut cohabitare invicem teneantur; At jus hoc ceſſat ſoluto matrimonio: uti ſolvitur per divortium, quod ex juſta cauſa fit.

Quod & in naturali ſtatu procedebat] ,, I. e. citra monitum Apoſtoli. *Gron. h.* Uxor enim dum nubit marito, corpus ſuum in ejus poteſtatem tradit.

Is in corpus ejus dominium habet] ,, Improprie *dominium* dicitur; conſiſtit enim illud in jure utendi illo corpore ad effectum procreandæ ſobolis: adeoque hactenus corpus uxoris eſt in poteſtate mariti.

Sed & uxori viciſſim jus corpus mariti] Recte inde infert Apoſtolus, denegari debitum conjugale non deberi, quia ex conſenſu id ſibi invicem promiſere conjuges; At inde non ſequitur, divortium uxori mitti non poſſe.

Additio.

„ Dictum eſt, jus uxoris in corpus mari-
„ ti ſubſiſtere quamdiu eſt uxor; deſinit
„ autem eſſe uxor poſt divortium.

3 *In utroque hoc Capite*] „ Et de polyga-
„ mia, & de divortio.

Non novam a Chriſto conditam legem, ſed reſtitutam, quam Deus Pater primordio rerum condiderat] „ Auctor improbat hanc
„ ſententiam, quæ tamen veriſſima eſt;
„ Chriſtum enim præter ea, quæ ipſo jure
„ naturæ præcipiuntur, nihil ſtatuere, vi-
„ dimus *in not. ad prol.* §. 50. & *ad l.* 1. *c.*
„ 2. §. 6. *n.* 2. *Conf. Diſſ. proœm. III. Sect.*
„ 3. Atque hinc nec polygamiam, nec di-
„ vortium improbat Servator, etſi perfectius
„ ſit ab utroque abſtinere.

Ipſa Chriſti verba, ubi ad primordium illud nos revocat] „ *Non legiſtis, quia qui*
„ *fecit ab initio, maſculum, & fœminam fecit*
„ *eos, Matth.* 19. *v.* 4.; unde concludit:
„ *quod ergo Deus conjunxit, homo ne ſe-*
„ *paret. v.* 6.

Sed reſponderi poteſt &c.] Duo membra ſunt hujus reſponſionis. 1. Ex facto illo creatoris non inferri legem, ſeu neceſſitatem; ſed inde ſaltem elici, Deo gratum id eſſe: 2. Servatorem autem id, quod Deo gratum eſt, nova lege Chriſtianis injunxiſſe. *Prius* verum omnino eſt, eamque rationem ſupra quoque allegavimus; at *poſterius* concedi nequit. Servator non novam legem condidit, neque id, quod jure naturæ permiſſum eſt, prohibet: Divortium igitur, ac polygamia jure naturæ permittuntur, nec Servator, qui privatus fuit, ullibi hæc capita tanquam juri contraria prohibuit; At cum regulis perfectionis omnino pugnant, quia odia, diffidia, libidines &c., quæ cauſa ſunt divortiorum, & polygamiæ, cum perfectione pugnant.

Quid optimum ſit, Deoque gratiſſimum]
„ Cum enim quicquid Deus facit, perfe-
„ ctiſſimo modo faciat, inde non poteſt non
„ perfecte agere, qui factum illud imitatur.

Quia ubi lex non eſt, ibi non eſt legis tranſgreſſio] „ Non entis nullæ ſunt affe-
„ ctiones.

At lex de ea re nulla illis temporibus exſtabat] „ Nam ex ſolo creationis facto non
„ ſequitur lex, ſeu obligatio; ſed ſaltem
„ gratum eſſe Deo, ſi homines factum il-
„ lud imitantur.

Idem ferme dixit, quod Pharaonis filia dicitur] „ Certiſſimo indicio, Deum non
„ edixiſſe, quid neceſſario fieri debeat; ſed
„ prædicaſſe ſaltem quid amor effecturus ſit.
„ *Gron. h.*

At Chriſtus, quod Deus inſtitutione conjunxerat, id ab homine ſeparari vetuit]
„ Imo non vetuit per modum legis; ſed
„ contrarium eſſe perfectioni, docuit.

Ex eo, quod optimum, Deoque acceptiſſimum eſt, digniſſimam lege nova deſumens materiam] Verum non eſt, Chriſtum nova lege indiſſolubile feciſſe matrimonium, quod jure naturæ, & lege veteris teſtamenti ſolvi poterat; Neque enim Servator legem humano generi ferre, vel ſtatum joris naturæ mutare voluit: Chriſtus doctorem egit, non legiſlatorem; regulas perfectionis inter Judæos, & gentes obliteratas revocat, illaſque commendat, non vero pœnalibus legibus neceſſitatem agendi injunxit.

Additio.

„ Grotius bene initio hujus *n.* 3. obſer-
„ vavit, non ex omni facto creatoris oriri
„ legem, ſeu agendi neceſſitatem; At quod
„ hic addit, *Chriſtum ex his factis nova le-*
„ *gis materiam ſumſiſſe*, admitti nulla ratio-
„ ne poteſt Hypotheſin hanc Grotii late ex-
„ poſuimus in *Diſſert. proœm. II.* §. 8. &
„ 9. & *Diſſ. proœm. III.* §. 39., ubi ſimul
„ demonſtravimus, Servatorem leges non
„ ſtatuiſſe, ſed cum jus naturæ, ut in ſtatu
„ integro obtinuit, docuiſſe, ejuſque præ-
„ cipuam partem, quam Judæi inſuper ha-
„ buerunt, populo inculcaſſe: officia nimi-
„ rum charitatis, regulas perfectionum, men-
„ tis puritatem &c.

Ut divortiorum libertate] „ Exempla gen- 4
„ tium allegavimus *n. præced. in pr.*

Ita plurium fœminarum conjugio] „ Ex-
„ empla gentium, inprimis Judæorum, &
„ primorum Chriſtianorum, allegavimus ſu-
„ pra *n.* 1.

Apud Ægyptios ſoli ſacerdotes], „ *Alexan-*
„ *dr. ab Alex. Gen.* 4. 17. *ibique Tiraqu.*,
„ *Gell. N. A.* 10. 15.

Quod tamen ne Athenis quidem diu obſervatum], „ Gellius meminit decreti, quo po-
„ lygamia permittebatur. *N. A.* 15. 20.
„ *Teſin. h.*

Socratis], „ Qui duas uno tempore ha-
„ buit uxores, Xantippen, & Myrtonem.
„ *Alex. ab Alex. Gen.* 1. 23. *ibique Tiraqu.*,
„ *Athenæus*, & *Laertius in vita Socratis.*
„ De his duabus uxoribus late egit *Stanley*
„ *in hiſt. vet. phil. part.* 3. *c.* 16 Ideo au-
„ tem ab Auctore præ aliis allegatur, quod
„ ille

Digitized by Google

„ ille a Græcis pro homine perfectiſſimo, „ & juſtiſſimo habitus fuerit. *Xenoph.* 4. „ *Memor n.* 816.

Et aliorum] „ Euripides enim duas uxores habuiſſe, dicitur. *Gell. d. L.* 15. *c.* 20. *Semper duabus uxoribus*] „ Ex lege Romuli. *Vid. Dion. Halic.* 2. *c.* 16. Cæſar „ lege publica polygamiam permittere vo„ luit. *Vid. Suet. c.* 52. De Valentiniano, „ qui duas uxores duxit, ejuſque lege, qua „ polygamiam permiſit, vide ea, quæ dicta „ ſunt *ſupra pag.* 244.

Laudandi ſunt ſane] „ Virtuoſe egerunt, „ & juxta regulas perfectionis; non vero „ peccaſſent aliter agendo.

Flaminicæ] „ Diali flamini, ſive Jovis „ ſacerdoti nuptæ. *Gell. N.A.* 10. 15. *Gron.* „ *b.* Hi enim ſacerdotes omnium maxime „ perfectioni ſtudebant.

Non tamen inde ſequitur, peccaſſe] „ Imo „ nec poſt legem Evangelii peccatur contra „ naturæ jura. At contra perfectionis regu„ las peccatur & ante, & poſt Evangelium „ publicatum.

Ad §. X.

1 Quæ *rata ſunt jure naturæ conjugia*] Jure naturæ omnia conjugia rata ſunt, niſi probentur prohibita. Non autem prohibentur ob defectum conſenſus parentum, *b.* §. 10., nec cum pluribus uxoribus, §. 11., nec cum concubina, §. 15; ſed ob proximitatem ſanguinis, §. 12. 13. & 14.

Non omnia, quæ juri naturæ repugnant, irrita fieri jure naturæ] Imo regula juris naturæ eſt, *quod id, quod prohibente naturæ lege fit, nullum ſit*, quia facultas moralis agendi ceſſat, utpote quæ lege impeditur. Sane jus agendi quidquid lubet, tamdiu hominibus competit, donec lege prohibeatur; Accedente igitur legis prohibitione jus agendi deficit, adeoque irritus eſt actus.

Jure civili autem obtinet, ut actus aliquando a legiſlatore improbetur, pœnaque ei imponatur: neque tamen ideo nullus fit. Hoc caſu igitur actus non ſimpliciter improbatur, ſed permittitur ſub conditione pœnæ, & ſoluta pœna lex actum valere voluit. Unde apparet, quam inepta ſit operoſa illa tractatio JCtorum quorundam Italorum, qui integris voluminibus quæſtionem, *an quod juri naturæ repugnat, irritum ſit*, tractarunt: cum ex ſimpliciſſimis his principiis omnia clara ſint.

Additio.

„ Auctor regulam, quod non omnia, quæ „ juri naturæ repugnant, irrita fiant jure „ naturæ, refert ſaltem ad ea, quæ pugnant „ cum jure naturæ laxiori, i. e. cum perfe„ ctionum regulis. *Vid. Diſſ. proœm. II.* §. „ 10; non vero ad actus, qui ſunt contra „ jus naturæ ſociale, *Diſſ. proœm. I.* §. 14.: „ Adeoque verus diſſenſus inter Auctorem, „ & B. Parentem, non ſubeſt. Add. *ſupra* „ §. 3. & *infra* §. 14. §. 16. *n.* 1. & *L.* 3. „ *c.* 23. §. 7.

Ut exemplo prodigæ donationis apparet] Quaſi donatio, etſi prodiga, juri naturæ repugnet. Anne quilibet jure naturæ de re ſua diſponere, atque eam perdere poteſt?

Sed ea demum, in quibus deeſt principium dans validitatem actui] „ Atqui prohibente „ lege naturæ, deficit principium dans va„ liditatem actui, i. e. deficit facultas mo„ ralis, ſeu jus agendi.

Aut in quibus vitium durat in effectu] „ I. e. ubi ab initio quidem actus validus „ eſt, ſed poſtea ob vitium perpetuum irri„ tus fit; Nam accedente illo vitio perpe„ tuo, deficit actus.

Principium unde jus oritur, eſt jus illud, quod facultatem moralem interpretati ſumus] „ *Supra L.* 1. *C.* 1. §. 5. & *ſeq.* Deus enim „ nobis conceſſit facultatem diſponendi de „ jure noſtro prout lubet in caſibus non re„ ſtrictis: intra hos igitur facultatis terminos „ prout quiſque diſponit, ita jus eſt. *Vid.* „ *B. Par. Poſ. VI.*

Simul cum voluntate ſufficiente] „ Cum „ enim ex diſpoſitione demum de jure no„ ſtro jus oriatur, conſtare de illa diſpoſi„ tione, i. e. apparere voluntas diſponendi „ debet.

Quæ voluntas ſit ſufficiens, infra melius tractabitur] Scilicet *L. II. c. XI. ſeq.*, ubi de obligatione, quæ ex promiſſis oritur, agitur.

Super facultate morali quæſtio oritur de parentum conſenſu] I. e. quæritur, an jure naturali liberi facultatem moralem habeant nuptias contrahendi abſque conſenſu parentum? Auctor ex falſo ſuo principio, *quod jure naturæ actus quidam non ſint irriti, licet juri naturæ repugnent*, hanc quæſtionem ita decidit, ut nuptias citra parentum conſenſum contractas repugnare quidem juri naturæ, putet, quia hæc omiſſio pugnat cum

reverentia parentibus debita; At ideo conjugium non fi ri irritum.

Error hic Auctoris oritur ex perpetua illa confuſione juris, & virtutis; quaſi ſub jure naturæ ea quoque, quæ virtutis ſunt, contineantur: cum tamen ſæpius dictum ſit, poſſe hominem vitioſe agere, neque tamen ideo contra jus naturæ agere.

Dicimus igitur in genere, conſenſum parentum ad conjugium liberorum non eſſe neceſſarium: adeoque nuptias citra conſenſum parentum contractas non tantum non fieri irritas, ſed nec naturæ juri repugnare. Idque probamus *I.* quia quilibet homo tamdiu licite agit, & de jure ſuo diſponit, quamdiu non apparet prohibitio; nullibi autem reſtricta illa facultas nuptias contrahendi apparet, neque jus prohibendi patri ullibi conceſſum apparet. Atque hinc merito JCti Romani conjunctionem maris, & fœminæ, ad illud jus naturæ referunt, quod natura omnia animalia docuit. §. 1. *Inſt. de Juſt. & jur.* Hoc ergo jus parentes non magis impedire, & auferre natura poſſunt, quam defenſionem ſui ipſius, quæ ex eodem jure fluit. *II.* Dictum ſæpius eſt, omne jus patriæ poteſtatis conſiſtere in educationis officio, ſub quo adeo non continetur nubere, vel nubenti conſentire, ut potius cum pubertate educationis officium, adeoque jus prohibendi deſinat. Et licet *III.* filius patri reverentiam debeat etiam poſt pubertatem, non tamen inde ſequitur, conſenſum ejus jure requiri; nam & magiſtratibus, & præceptoribus reverentia debetur, neque tamen horum conſenſu jure opus eſt, neque ſpernere eos videntur, cum jure ſuo utantur. Atque hinc *IV.* notanter Imperator ait, rationem naturalem *ſuadere*, ut patris conſenſus requiratur; Non ergo imperat, ſed commendat. Ratio enim naturalis quædam jubet, quædam vero ſuadet: ea quæ jubet ſunt neceſſitatis; ea vero quæ ſuadet, ſunt res arbitrii. At quia *V.* jus civile ſæpius ea, quæ arbitrii ſunt, in legis formam redigit, & ex actibus virtuoſis actus neceſſitatis efficit, idem quoque circa conſenſum patris ſtatuit, eumque ad nuptias filiorum neceſſario requiſivit. Id autem *VI.* meri juris civilis eſſe, vel ex eo apparet, quod nec matris, nec patris emancipantis, nec furioſi conſenſus jure civili requiratur; ſi vero nuptiæ ſine parentum conſenſu non ſubſiſterent natura, etiam matris &c. conſenſus præciſe requireretur: nam eadem quoque his reverentia natura debetur. Sed & *VII.* ratio, cur patris conſenſus præciſe requiratur, mere civilis eſt; nam liberi, iiſque mortuis nepotes, ipſo jure fiunt hæredes patris, & in ejus bona ſuccedunt: adeoque merito pater conſentire debebat in nuptias filii, ne invito patri agnaſcatur hæres ſuus. Cæterum *VIII* ex veteri teſtamento apparet, Jacobum quatuor duxiſſe uxores inſcio patre, adeoque citra ejus conſenſum, *Gen.* 29. Joſephus in Ægypto uxorem duxit ignorante patre, *Gen.* 41. 45. David Saulis filiam, 1. *Sam.* 18. 26., & Tobias Saram duxit inſciis parentibus, *Tob.* 8. *v.* 11. Eſavus conjugium cum Cananæis contraxit, etiam invitis parentibus, quin odio eorum: neque tamen ideo nullum fuit matrimonium, *Gen.* 28. *v.* 6. *ſeq.* Neque *IX.* reſponſio valet, quaſi parentes non inviti fuerint, etſi ignoraverint: quod conſenſum Jacobo, Tobiæque in genere præbuerint: quod David ſciverit parentem diſſenſurum non eſſe: & quod Eſavi parentes noluerint matrimonium irritum eſſe; Nam etſi in genere conſenſerit Iſaacus, ut filius uxorem duceret ex familia ſua, non tamen conſenſit in plures, ſed in unam ſaltem. De conſenſu patris in nuptias Davidis plane non conſtabat, eoque modo conſenſus patris ſemper elidi poſſet. Denique ſi conſenſus patris ipſo jure eſſet neceſſarius, matrimonium abſque eo contractum ipſo jure nullum foret, etiam non reclamante patre: Interim acceptatur, ad exemplum Joſephi nihil reſponderi poſſe. Sane filii abſentes jus parentibus a natura quæſitum auferre non poſſent.

Neque *X.* obſtant exempla veteris Teſtamenti, ubi parentum conſenſus adhibitus fuit; Ita enim Hagar Iſmaeli dedit uxorem, *Gen.* XXI, 21. Abra Iſaaco, *Gen. XXIV*, 3., Judas filio ſuo Her, & poſtea Onani, *Gen. XXXVIII*, 5. *ſeq.* Simſon a parentibus petiit, ut dent ei uxorem, *Judic. XIV*, 2. Thamar fratrem conjugium expetentem remittit ad parentes, 1. *Sam. XIII*, 3. Reſp. Exinde ſequitur, quod filii pii non ſoleant abſque conſenſu parentum, eorumque conſilio, nuptias contrahere; non vero quod conſenſus ille ſit de neceſſitate, & quod abſque conſenſu nuptiæ nullæ ſunt. Sane etiam plurimi Doctores inter Chriſtianos conſenſum parentum non eſſe neceſſitatis, ſtatuunt: uti ex Quinctiliano probat Auctor *h.* §. 10. *n.* 3.

Additio.

„ Præter eas, quæ a B. Parente allegan-
„ tur

Digitized by Google

„ tur rationes, aliæ addi ſolent. Nimirum, „ 1. patrem denegando filio conſenſum, „ eum excludere a jure, quod omnibus animantibus commune eſt, ac impedire motum, quem naturæ Auctor omnibus hominibus indidit. 2. Agi hic de ſolo jure „ filii, qui de uſu ſui corporis, de facultate „ cohabitandi diſponit; prout autem quiſque „ de jure ſuo diſponit, ita jus eſt. 3. Si „ nuptiæ deficiente conſenſu patris irritæ eſſent, ſequeretur, filium dimittere uxorem „ non poſſe abſque conſenſu patris; quia „ regula naturæ eſt, ut iiſdem modis quid „ diſſolvatur, quibus colligatum eſt. At nullibi ſtatutum legimus, conſenſum patris in „ diſſolvendis matrimoniis liberorum neceſſarium eſſe. Accedit 4. conſenſus plerorumque Conſiſtoriorum, quæ retractare „ conjugia abſque conſenſu patris inita non „ ſolent. *Vid. Harpprecht. Inſt. de nupt. n.* „ 127. *Carpz. Conſiſt. l. 2. def. 60. n. 2.* „ Conf. Reſponſum B. Patris XXXVI. *in* „ *Vol. 1. deduct. in cauſ. illuſtr.*

„ At his non obſtantibus aſſerimus, nuptias ſine conſenſu parentum initas jure „ naturæ nullas eſſe; Certum enim 1°. eſt, „ liberos originem ex ſemine patris habere, „ adeoque hactenus ſub poteſtate patris eſſe: quia quidquid ex re mea naſcitur „ meum eſt. Atque hoc ſenſu JCtus in *l.* 1. „ §. 1. *ff. inſpic. ventr.*, ait, *patrem liberos,* „ *utpote ex ejus ſemine natos, tanquam ſuos* „ *vindicare*; & in *l.* 195. §. 2. *V. S.*, traditur, „ liberos *natura* ſubjectos eſſe patri. Actiones igitur liberorum dependent a poteſtate, & arbitrio patris. 2°. Liberi naſcuntur „ in domo patris, qui ſuæ domus eſt dominus, adeoque eis, qui in illa domo habitant, legem dicere poteſt. *l.* 159. *ff. V.* „ *S.* Denique & 3°. liberi ex voto parentum „ ſunt pars illius corporis, quod familiam „ conſtituit: atque hinc de juribus illius familiæ participant, eamque poſt mortem „ patris continuant, i. e. in omnia ejus jura, & bona ſuccedunt. Duriſſimum igitur „ 4°. foret, ſi patri invito ſucceſſor jurium, „ & bonorum obtrudi poſſet Optime igitur „ 5°. Imperator aſſerit, *rationem naturalem* „ *ſuadere, ut patris conſenſus requiratur*, „ *pr. Inſt. de nupt.* Neque vox *ſuadere* commendationem hic denotat, quia addit Imperator, rationem naturalem ſuadere, id „ fieri *debere*. Atque hinc 6°. in pleriſque „ Conſiſtoriis Evangelicorum nuptiæ ſine „ conſenſu parentum contractæ nullæ declarantur. Neque 7°. obſtat, quod pater diſſentiendo impediat motus naturæ, & facultatem propagandi, quam Creator libe„ ris quoque indidit: Nam pater non impedit illas facultates, ſed vel motus illos „ ſaltem differt, vel ſubjectum tantum propagationis improbat.

Sed in eo falluntur], „ Imo non falluntur. „ Rationes modo allegavimus

Quam officio filiorum conveniens eſſe], „ I. „ e. virtutis, & perfectionis id eſſe, nun „ juris.

Niſi manifeſte iniqua ſit parentum voluntas] „ Atque hinc etiam in illis locis, ubi „ conſenſus parentum eſt neceſſitatis, cogi „ poſſunt a ſuperiore ut conſentiant, ſi „ cauſa diſſenſus juſta allegari nequeat. *Vid.* „ *l.* 19. *ff. rit. nupt. Carpz. L. 2. conſiſt. def.* „ 52. & 53. Quando, & in quibus cauſis „ reſiſtere liceat voluntati patris, vide *in* „ *proleg.* §. 14., & *infra L. 2. c. 26. §. 3.*

In eo negotio, quod ad gentem totam pertinet], „ Uxor enim accedit familiæ mariti, „ adeoque totius familiæ intereſſe videtur, „ ne uxor indigna in familiam cooptetur.

Sed hinc non ſequitur, jus illud, quod facultatis, aut dominii nomine explicatur, deeſſe filio], „ Senſus eſt, quod cum filius facultatem, i. e. jus habeat cohabitandi, „ & dominus ſit actionum ſuarum, id jus, „ & dominium per reverentiam patri debitam non minuatur.

Et matura eſſe debet ætatis], „ I. e. facultatem ſui ſimilem procreandi habere debet: quæ facultas cum apud alios citius „ appareat, determinari natura certo tempore non poteſt; adeoque leges civiles demum tempus tale ſtatuerunt.

Et extra familiam abit], „ Imo manet in „ familia, & novam ſaltem addit, *de quo* „ *infra.*

Ita ut hac in re regimini familiari non ſubjiciatur], „ Imo ſubjicitur, uti rationibus „ probatum dedimus.

Solum autem reverentiæ officium non efficit, ut nullus ſit actus, qui ei repugnat] „ Regula hæc vera eſt; At negamus, patris conſenſum *ex ſola reverentia* requiri. „ Diximus enim, eum ex ipſa ratione naturæ neceſſarium eſſe.

Non ex natura eſt, ſed ex juris conditorum voluntate], „ At ratio juris conditorum naturalis eſt, quia liberi ex filio ipſo „ naturæ jure ſuccedunt: Iniquum igitur putarunt, patri invito ſuum hæredem agnaſci. 2

Nam

Digitized by Google

Nam & eodem jure] ,, Quia ratio illa na-
,, turalis ceſſat; mater enim liberos non ha-
,, bet in poteſtate, neque naturali jure li-
,, beri ei ſuccedunt: adeoque ei invitæ non
,, agnaſcitur ſuus hæres.

*Mater, cui tamen naturaliter liberi reve-
rentiam debent, ſuo diſſenſu matrimonium
irritum non facit*] ,, Jure naturæ conſenſus
,, non requiritur ex reverentia; At juxta re-
,, gulas virtutis eorum quoque conſenſum
,, expetere, quibus reverentiam debemus,
,, laudabile eſt. Ex hac ratione igitur etiam
,, matris conſenſum impetrare debent liberi.
,, Hinc Cyrum de matris quoque ſententia
,, uxorem duxiſſe, tradit *Xenoph. Inſt.* 8.
,, *p. m.* 246. Ideo in ſorore Thyphæna cul-
,, pat Cleopatra, quod contra matris volun-
,, tatem extra Ægyptum nupſerit, *Juſtin.*
,, 39, 3. Iſmaelem conſenſu matris uxorem
,, duxiſſe, conſtat ex *Gen.* 21. *v.* 21. Conf.
,, *Eurip. in Phæniſſ. v.* 339. *Liv.* 4, 9.

Ac ne pater quidem filii emancipati] Nam hic tota patria poteſtas, adeoque & effectus ille patriæ poteſtatis, quo ſuus hæres patri agnaſcitur, ceſſat. *L.* 25. *ff. Rit. nupt.*

*In filii nuptias & avus, & pater conſen-
tire debent: filia avi auctoritas ſufficit*] ,, *L.*
,, 16. §. 1. *ff. Rit. nupt.* Contrarium idem Pau-
,, lus docet in *l.* 3. *ff. rit. nupt.* Ubi & in
,, nepotis, & in neptis nuptiis ſolius avi
,, conſenſum ſufficere, ait. Quod rationi na-
,, turali magis conveniens eſt, quia & ne-
,, pos, & filius ſunt in poteſtate avi.

Quæ diſcrimina naturali jure incognita]
,, Diximus, diſcrimen inter liberos in poteſta-
,, te conſtitutos, & emancipatos, naturale
,, eſſe; differentiam autem inter nepotes, &
,, neptes, ab ipſo Paulo rejici.

In ſacris literis videmus quidem viros pios &c. ſecutos auctoritatem parentum] Videmus econtrario exempla liberorum, qui non requiſito conſenſu parentum nuptias contraxere: Neque regeri poteſt, liberos illos vel certos fuiſſe de conſenſu, vel parentes poſtea ratihabuiſſe; Nam id fingitur, & contrarium apparet in exemplo Eſavi.

Additio.

,, Exempla ex ſacris collegit *Carpz. Juriſ-*
,, *pr. conſ. L.* 2. *D.* 39. *n.* 13., eaque hoc
,, ordine recenſet. Agar accepit filio ſuo
,, Iſmaeli uxorem de terra Ægypti, *Gen.* 21.
,, *v.* 21.; quod ſingulariter notari, merito
,, jubet B. Lutherus, quia Iſmael erat ho-
,, mo ferus, & agreſtis, nec tamen recuſa-
,, vit de conſilio matris uxorem ducere. A-
,, braham ablegat Eiezerum ad concilian-
,, das filio Iſaaco nuptias, *Gen.* 24. *v.* 3.
,, Iſaacus filium Jacobum mittit in Meſopo-
,, tamiam, ut uxorem de filiabus Laban ac-
,, cipiat, *Gen.* 28. *v.* 1. Laban de filia ſua
,, Rachele dicit ad Jacobum: *Melius eſt ut*
,, *tibi eam dem, quam alii viro, Gen.* 29. *v.* 19.
,, Judas dedit uxorem filio ſuo, *Gen.* 38. *v.*
,, 7. Thamar regis filia diſpoſitionem de con-
,, jugio ſuo remittit ad parentis arbitrium,
,, 2. *Sam.* 13. *v.* 3: & Angelus conſuluit
,, Tobiæ, ut a patre Raguele uxorem roget,
,, *Tob.* 6. *v.* 13.

Quæ priori ad Corinthios] ,, *C.* 7. *v.* 36.
,, verba hæc ſunt: *Si quis autem turpem ſe*
,, *videri exiſtimat ſuper virgine* (filia) *ſua,*
,, *quod ſit ſuper adulta, & ita oportet fieri:*
,, *quod vult, faciat: non peccat, ſi nubat;*
,, *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non*
,, *habens neceſſitatem, poteſtatem autem ha-*
,, *bens ſuæ voluntatis, & hoc judicavit in*
,, *corde ſuo, ſervare virginem* (filiam) *ſuam:*
,, *bene facit. Igitur & qui matrimonio jun-*
,, *git filiam ſuam, bene facit; & qui non*
,, *jungit, melius facit.*

*Sed non tamen irritum pronunciatur Eſa-
vi matrimonium*] ,, Uti irritum fieri debe-
,, ret, ſi conſenſus jure naturæ eſſet neceſ-
,, ſarius. Reſp. Sufficit quod non contradi-
,, xerit; tunc enim conſenſiſſe videtur, *l.* 5.
,, *C. de nupt.*

Jus ſtrictum, & quidem naturale] ,, In-
,, telligit Auctor jus ſociale, quod a jure
,, naturæ laxiori diſtinguit. Adeoque ad il-
,, lud, non ad hoc Quinctilianum reſpicere,
,, ait. At Quinctilianus non ait, liberos ſine
,, conſenſu patris nuptias contrahere poſſe;
,, ſed eos cogi a patre non poſſe, ut nu-
,, bant: quod & jure naturæ, & jure civili
,, ſtatutum eſt. *l.* 13. *ff. de Sponſ.*

Ad §. XI.

Cum *ea, quæ alteri nupta eſt, matrimonium haud dubie irritum eſt lege naturæ*] Plures enim viros cum una fœmina concumbere non poſſe, rationibus naturæ probavimus ſupra *pag.* 243.

Niſi vir prior eam dimiſerit] ,, Ex juſta
,, ſcilicet cauſa, *vid.* §. 9. *n.* 2.; nec præ-
,, gnans ſit. *ibid.*

Tamdiu enim durat ejus dominium] ,, I.
,, e. poteſtas maritalis, *d.* §. 9. *n.* 2.

Lege

Digitized by Google

Lege autem Chriſti, donec mors vinculum diſſolverit] ,, Sæpius dictum eſt, Servatorem
,, non leges ſtatuere, ſed perfectionis regu-
,, las inculcare.

Irritum autem eſt, ideo quia & facultas moralis deeſt] ,, Hæc vera ratio non eſt; nam
,, Auctor per facultatem moralem intelligit
,, convenientiam cum natura ſociali, *L.* 1.
,, *c.* 1. §. 5. & 6.; at ſupra dictum eſt,
,, polygamiam plurium virorum cum ſociali-
,, tate (ſi talis exiſteret) non pugnare:
,, *Add. Diſſ. proœm.* 1. §. 71. *n.* 6. & 7. Ve-
,, ra igitur ratio eſt, quod tale matrimonium
,, pugnet cum voluntate Dei, qui non vult
,, turbari ſemen, & ſanguinem, & confundi
,, officia invicem debita. *Vid. Diſſ. proœm.*
,, *XII.* §. 521. & 553. *n.* 7.

Sublata per prius matrimonium] ,, Imo
,, facultas moralis, eo ſenſu, quo Auctor
,, eam ſumit, ſublata per prius matrimonium
,, non eſt, quia non turbatur ſocietas huma-
,, na, qualis non exiſtit.

Et omnis effectus eſt vitioſus] ,, Cum cauſa
,, non ſit vitioſa poſita ſocialitate, nec effe-
,, ctus erit vitioſus.

Singuli enim actus contrectationem habent rei alienæ] ,, Rectius dicimus, ſingulos actus
,, jus alii quæſitum turbare, vel auferre. Nam
,, 1. uxor pacto promiſit, ſe cum ſolo ma-
,, rito cohabitaturam, atque ideo corpus
,, ſuum cuſtodiæ ejus tradidit. Hoc jus ma-
,, rito quæſitum aufertur & ab adultero, &
,, ab adultera. 2. Partus alienus ſupponitur
,, familiæ, qui hæreditatis partem legitimis
,, liberis aufert; & 3. alimenta a capite fa-
,, miliæ injuria exigit, &c., eoque jus patris
,, turbat. 4. Propagatio prolis impeditur,
,, eoque intentio creatoris evertitur. 5. Of-
,, ficia confunduntur &c.

Viciſſim ex Chriſti lege irritum eſt conjugium cum eo, qui maritus ſit alterius mulieris] *Math.* 19. 3. & *ſeq.* &*c. V. v.* 32. At verum 1. non eſt, Chriſtum legem ferre, & jus ſtatuere voluiſſe. Sed & 2. verum non eſt, Chriſtum de polygamia loqui; ſed agit de divortio: Docet nimirum, neminem deſerere ſuam uxorem debere, non vero prohibet ne aliam ſuperinducat, neque enim tunc priorem deſerit. Denique & 3. ſupra dictum eſt, Chriſtum tantum inculcare quod virtutis eſt, non vero neceſſitatem agendi injungere.

Ob jus illud, quod Chriſtus fœminæ pudicitiam ſervanti dedit in maritum] ,, Unde
,, vir proprium corpus non habere dicitur
,, in poteſtate, ſed uxor, 1. *Cor.* 7. *v.* 4.
,, At dictum jam eſt, Servatorem non loqui
,, de polygamia: adeoque verum non eſt,
,, Chriſtum jus fœminæ in maritum hacte-
,, nus tribuere, ne plures uxores ducere poſ-
,, ſit, nec ullibi id dicitur; Sed tanquam
,, virtutum Doctor improbat dimiſſionem u-
,, xorum abſque cauſa, & ait, vinculum du-
,, rare, indeque adulterium committi, non
,, juridico ſenſu, ſed Ethico. Paulus autem
,, loquitur de marito, qui denegat uxori de-
,, bitum conjugale, *d. c.* 7. *v.* 3. idque me-
,, rito improbat, quia uxor ex conventione
,, jus habet in corpus mariti.

Ad §. XII.

Satis *gravis quæſtio eſt*] ,, Quæſtionem 1
,, hanc examinavimus in Diſſertatione proœ-
,, miali XII. §. 176. n. 5. & rationes naturæ
,, expoſuimus ibidem: quo lectorem, ne a-
,, ctum agamus, remittimus.

Et non raro magnis motibus agitata] ,, In-
,, ter principes ſcilicet; qui prætextu ſangui-
,, nis, vel affinitatis uxores repudiarunt.

Experiendo diſcet, quam id ſit difficile, quin præſtari non poſſit] Auctor certum prohibitionis gradum natura definiri, aut, ſi excipias nuptias parentum cum liberis, cauſas prohibitionis naturales allegari poſſe, dubitat. Equidem cauſa, quam Plutarchus, eumque ſecutus Auguſtinus affert, nimirum, *ut amores inter homines latius ſpargantur*, nullius momenti eſt; Etſi enim negari nequeat, eſſe inter cognatos arctam ſatis natura ſocietatem, & amicitiam: non tamen inde inferri poteſt, intereſſe ſocietatis humanæ, ut cum extraneis quoque ea ſocietas propagetur, vel potius, ut neceſſario cum extraneis, non cum cognatis propagetur. Sed & in infinitum ratio hæc extendi poſſet; nam inter omnes homines quædam eſt cognatio, & ſic cum omnibus nuptiæ prohibitæ eſſent. Atque hanc difficultatem ſubolens Auguſtinus certum cognationis terminum ſibi excogitavit, ſtatuitque nuptias prohibitas eſſe, *quousque gradus cognationis proprio nomine ſint denominati*: ſcilicet ad tertium gradum, tritavi, & trinepotis; quia putat, tamdiu durare memoriam cognationis, quamdiu ſuperſunt nomina. At terminus ab Auguſtino poſitus mere cerebrinus eſt; nomina enim imponere rei, eſt merum inſtitutum hominis: & quod gentes ultra tritavum cognatum certo non

deſignarint nomine, hoc ab uſu eſt, & caſu factum. Sed nec verum eſt, memoriam cognationis ceſſante nomine deficere; exſtat enim memoria cognationis in ſacris a Chriſto uſque ad Adamum: & hodie quoque ſedecim cognationis gradus probare debent illi, qui ad equeſtres dignitates, & beneficia iis annexa admitti cupiunt. Canones, ſecuti Auguſtinum, eundem prohibitionis gradum admiſere, eandemque allegarunt rationem; poſtea vero quartum prohibitionis gradum addiderunt, *c. p. X. Conjung.* Auctor inter ſolos parentes, & liberos, natura prohiberi nuptias, ait, cauſamque allegat *reverentiæ rationem*; quæ vero admitti non poteſt, quia nuptiæ non tollunt reverentiæ vinculum, (alias enim ſubdita principi nubere non poſſet,): quod inprimis verum eſt ſi pater filiæ nubit; tunc enim adeo non videtur violari reverentia, ut pater præterea acquirat etiam jus mariti, & ſic reverentia potius augeatur: Alia ergo ratio prohibitionis afferri debet. Tota res ex ſequentibus propoſitionibus clara fiet.

PROPOSITIO I.

Nuptiæ tamdiu licitæ ſunt, donec appareant prohibitæ.

DEMONSTRATIO.

Nam 1. homo naturali facultate inſtructus tamdiu licite agit, donec facultas illa appareat prohibita; quod in nuptiis non apparet. Sane 2. obligatio ne aliquid fiat, eſt ex juris prohibitione; qui proinde prohibitum aliquid ait, id probare debet: nulla enim obligatio oriri poteſt ex prohibitione, quæ non apparet. Atque hinc 3. nuptiarum facultas a JCtis Romanis tribuitur juri, quod natura omnia animalia docuit, *pr. Inſt. jur. nat. &c. L. 1. §. 3. ff. de juſt. & jur.* Sed & 4. facultas illa naturalis probatur ex ipſa naturæ actione, quæ duplicem ſexum creavit, conſervationemque hominis ſtabilivit, juncta ipſi conjuge tum ad vitæ ſubſidia, tum ad propagationem: viſumque non bonum, ſed imperfectum quid, eſſe marem ſolum. Hæc ſocietas conjugium facit natura ad mutoa ſubſidia, item ad gignendum, & educandum liberos inſtitutum: quod fieri ſine cohabitatione nequit. Hæc igitur ratio in ſingulis hominibus obtinet, & quiſque homo natus eadem tamdiu utitur per nuptias, donec impediatur.

Equidem ſunt qui hanc facultatem hominibus conceſſam in infinitum licitam eſſe probant, indeque inceſtum, ſeu gradus prohibitos natura non dari, ſtatuunt. Adeo ut omnem prohibendi rationem vel in jure divino univerſali voluntario, vel in jure quodam poſitivo quærant. Verum ex ſequentibus propoſitionibus apparebit, prohibitionem hanc ex interioribus juris gentium viſceribus ſequi: quod eo magis demonſtrandum erit, quia illi quoque, qui moralem turpitudinem in inceſtu obſervarunt, tamen in inveſtiganda prohibitionis ratione hallucinantur.

PROPOSITIO II.

Naturale eſt, quod corpus filii ſit vera pars corporis paterni, & materni; non vero corpus nepotis pars corporis aviti.

DEMONSTRATIO.

Proprie, & veritate rei filius, & filia tantum nati ſunt ex ſemine, & ſanguine patris, & matris; Illo enim momento, quo educuntur, nihil ſui, & diſtincti habent a corpore parentum: compoſitum aliquod ſunt ex utriuſque ſeminibus, & dum educuntur, lacte materno aluntur. Etſi igitur alimentis poſtea accedant partes quædam, non tamen ſubſtantia hominis iis mutatur, ſed forma ſaltem; ita enim ſurculus arboris manet pars arboris, licet in aliam arborem tranſplantetur, & in propriam arborem excreſcat.

Non autem uti corpus liberorum, ita & corpus nepotum eſt pars corporis aviti. Sane filiorum ſemen formatum non eſt ex ſemine, vel corpore parentum, qoia in infante nato nihil ejus eſt; ſed id demum, & tota vis prolifica accedit, & accreſcit ex multorum annorum extra uterum alimentatione, & maturitate.

Unde nepos non eſt corpus natura formatum ex ſemine avorum: ne quidem mediate. Idqoe vel exinde apparet, quia ſi ſemen quoque propagaretur, omnes homines forent una caro, & propter unitatem carnis nuptiæ forent prohibitæ inter omnes homines.

Equidem negari nequit, in ſacris literis, non tantum filios, ſed & nepotes, *Hebr. VII. v. 5. 9. & 10.*, fratres quoque, & ſorores inter ſe, qoin & cum patruo, amita, avunculo, & matertera, unam carnem dici. *Lev. XVIII, 12. ſeq. XX. v. 11. 17. 19. & ſeq.* Add. *Lev. XXV, 49.* At hæc unitas intelligi debet non veritate rei, & corporis, ſed veritate cauſæ; quia primi parentes cauſa ſunt propagationis, eoque exiſtentiæ corporis liberorom.

PROPOSITIO III.

Naturale eſt inter homines, liberis nihil magis

Digitized by Google

magis ſanctum eſſe quam corpus parentum, unde editi ſunt.

DEMONSTRATIO.

Etſi omne jus naturæ inter homines ſanctum ſit, tamen quædam ejus capita præ aliis ſanctimoniam inculcant. Ad quæ merito refertur *negotium propagationis humani generis*, quia particula quaſi auræ divinæ ad imaginem Dei procreatur; Adeoque & *parentes*, qui gignendo Deum imitantur, eoque cauſa ſunt ut exiſtamus: corpus illud, quod domicilium nobis fuit, ex quo editi vivimus: & maxime illa pars, unde nati ſumus, ſancta nobis eſſe debent. Unde Salluſtius pudorem, & pudicitiam inter res ſacras refert. *Catil.* 11. & 12. Atque hinc ſimul conſtat, quidquid natura pars eſt ejus corporis, id quoque ſanctum nobis eſſe.

PROPOSITIO IV.

Naturale eſt, non ex opinione hominum, membris a natura generandi cauſa conditis ineſſe quendam pudorem.

DEMONSTRATIO.

Cum enim iiſdem partibus natura excernat, quibus & homines naſcuntur, atque ideo natura eas etiam in brutis abdiderit; pudoris eſt eas tegere. Atque hinc communi gentium uſu id obſervari ſolet: ejuſque rationem in pudore poni, vel ex inde apparet, quod membra hæc obſcœnitatis nomen inter gentes nacta ſint; apud Latinos enim pudenda, ſeu verenda: apud Græcos ἀσχημοσύνη, ſeu turpitudo, item αἰδοῖα, vocantur. In ſacris illa turpitudo vocatur ערות, quod in vulgata vertitur *nuditas*, rectius autem *turpitudo*. Unde & a LXX. vertitur ἀσχημοσύνη, turpitudo, & a Luthero *Schaam*: eoque intelligitur turpitudo illa, quæ in membris nudis apparet, ſeu nuditatis obſcœnitas. Hinc perpetuo apud Moſen, *nuditatem detegere* dicitur, turpitudinem detegere: & Herodotus ait, tunica exuta mulierem pudore exuere.

Homini ergo naturalis ſuæ dignitatis conſcio, obſcœnitas his membris juncta pudorem injicit. Quanti, quæſo, pudoris fuit Noacho, quod filius pudenda ejus detegerit: adeo id ſibi dedecori duxit, ut filium, totamque poſteritatem ejus, & proprium adeo ſanguinem diris ideo devoverit. Tanta eſt in his membris obſcœnitas, ut Deus aram gradibus aſcendere vetuerit, ne pudenda forte releventur. *Exod. XX. v. ult.* Hic naturæ pudor, ejuſque vis, apparuit in virginibus Mileſiis, quæ furore concitæ ſe ſuſpendebant; cum enim prohiberi non poſſent, lex lata eſt, ſuſpenſas in forum nudas afferri debere: quæ pœna ſola eas deterruit. *Plut. in virt. Mul. Puſend. J. N. & G. L.* 6. *c.* 12. *Gell.* 15. *c.* 10. Turpitudinem in genitalibus omnes gentes agnoſcere, ideoque pudenda velare, ait Auguſtinus *de Civ. Dei. L.* 4. Conf. *Gobel. Coſmodr. Perſ. at.* 1. *c.* 7. Egregie id deſcribit Cicero. 1. *off. c.* 46. ibi: *Corporis noſtri magnam natura ipſa videtur habuiſſe rationem: quæ formam noſtram, reliquamque figuram, in qua eſſet ſpecies honeſta, eam poſuit in promtu; quæ autem partes corporis ad naturæ neceſſitatem datæ, adſpectum eſſent deformem habituræ, atque turpem, eas contexit, atque abdidit. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata eſt hominum verecundia &c.*

Neque obſtat, quod ratio hæc pudoris non videatur eſſe naturalis, quia in ſtatu integro pudor ex nuditate nullus fuit; is enim demum poſt lapſum primis parentibus innotuit. Unde *Gen.* 2. *v. fin.* dicitur: *erat enim uterque nudus, & non pudebat. Reſp.* Pudor omnino inerat nuditati etiam in ſtatu integritatis; at ſenſus illius turpitudinis incognitus erat primis hominibus, neque illi de tegenda turpitudine cogitabant: nec dum extra conjuges alii homines non eſſent, de ea tegenda cogitare poterant. *Vid. ſupr. L.* 2. *c.* 2. §. 2. Poſtquam igitur homini poſt lapſum innotuit illa turpitudo naturalis, ratio naturalis ei ſimul dictabat, turpitudinem illam tegendam eſſe.

PROPOSITIO V.

Naturale eſt in negotio propagationis, marem, & fœminam pro uno integro haberi.

DEMONSTRATIO.

Uni enim ſexui non eſt data generandi facultas a natura; ſed utrique juncto. Unus igitur in hoc negotio imperfectum quid eſt ratione facultatis, quia ei integra non competit; ſed uterque demum conſtituit unum corpus integrum, ex quo aliud naſcitur. Ex conjunctione igitur utriuſque fit unum corpus ad generandum aptum: eoque natura conjuges fiunt una caro, dum utriuſque ſemina confunduntur. Atque hoc egregie illuſtrat hiſtoria ſacra, quæ tradit, fœminam ex corpore viri deſumtam eſſe, indeque carnem carnis eſſe, aſſerit. *Gen.* 2 *v.* 23. & 24.; quæ vox eſt creatoris, & naturæ: & hoc decretum naturæ additum in prima inſtitutione, & quidem adjecta ratione, *non eſſe bonum marem ſolum eſſe.* Mas ergo imperfectum quid eſt, & (cum omnia bona eſ-

 ſent)

ſent) defectus boni : adeoque addit, *faciam auxilium* (in perfectionem ejus , quod deficit) Hic ergo unum fecit integrum. Atque hinc Apoſtolus ait, eum , qui cum meretrice concumbit, unum corpus effici, allegans effatum Dei, *erunt enim duo in Carne una*. 1. *Cor. VI*, 61. Et hæc cauſa eſt cur veteres primos parentes junctos , ſeu androgynos , ac poſtea ſeparatos finxerunt. *Cenſorin. l.* 4. *Plat. tom.* 2. *conviv.* Adde quod fœmina pars ſit maris , coſta nimirum ex mare deſumta ; unde vehementiſſimus in alterum ſexum oritur motus , & communis ad ſe conjungendum inclinatio. Magis autem illa unitas firmatur mutuo conſenſu ; non enim natura junxit certum marem certæ fœminæ , ſed dedit hoc affectui , & reliquit optioni , ut amore conjuges conſtanti , & perpetuo , junguntur ad individuam vitæ conſuetudinem. Hoc igitur mutuo conſenſu unum par , unum corpus , unaque caro fiunt. Atque hoc ſenſu Apoſtolus ait , virum non eſſe dominum membrorum ſuorum , ſed uxorem : & contra.

PROPOSITIO VI.

Naturale eſt , mulierem per nuptias tranſire in aliam familiam : marem non tranſire , ſed novam conſtituere.

DEMONSTRATIO.

Omnes filii , & filiæ , natura in eadem domo ejuſdem patris ſunt ; at in eo differunt , quod *filiæ* exeant e domo patris nubendo , tranſeantque in aliam familiam , quam maritus earum repræſentat , & cujus is dominus eſt ; mulieris enim non eſt familia , ſed maris. Adeoque fœmina cum antea fuerit in patris familia , nunc tranſit in familiam mariti. Filiæ igitur fiunt pars familiæ ſui mariti , ejuſque acceſſio. Indeque liberi , qui exinde procreantur , non poſſunt dici eſſe in familia , in qua mater nata eſt , & ex qua exiit , ſed in familia , & domo mariti , ac patris ; partus ergo , qui in alia familia naſcitur , cujus acceſſio ſaltem eſt mater , non poteſt eſſe in familia avi materni. *Filii* vero non mutant familiam , nec exeunt domo patris ducendo uxores , ſed novam priori addunt ; & ſic duæ in filiis diſtinctæ concurrunt familiæ : altera paſſive , ubi filius conſideratur tanquam acceſſio familiæ paternæ : altera active , qua filius conſideratur tanquam paterfamilias , & caput familiæ.

In hanc domum pater non habet poteſtatem , ſed filius. Novum hic conſtituitur imperium , novaque poteſtas ; nova incipit eſſe familia , ex qua filio jus competit in ſuam uxorem , ſuoſque liberos , cum iiſdem juribus , quæ patri in ipſum competunt. Atque idem dicendum eſt de filiorum filiis , qui ſunt in familia ſui patris , & avi ; at ratione ſuorum deſcendentium propriam familiam conſtituunt , idque in infinitum.

Atque hinc naturale eſt , quod fœmina ſequitur dignitatem mariti , & de reverentia marito debita participet : quia accedit ejus familiæ , ejuſque pars fit. *Vid. ſupra* §. 8. *Prop.* 7. Non autem contra maritus participat de jure familiæ uxoris.

PROPOSITIO VII.

Ex conjugio natura ſequitur unitas familiæ ; unde naturale eſt ut ſimul habitent in eadem domo , ſeu familia , conjuges , & liberi , liberorumque maſculorum (non fœminarum) conjuges.

DEMONSTRATIO.

Probatur hæc propoſitio ex intentione naturæ , quæ non tantum propagationem ſingulorum , ſed præcipue familiarum intendit ; quia humana ſocietas non ex ſingulis hominibus , ſed ex familiis compoſita eſt.

Naturæ igitur inſtitutio circa ordinem , & rationem propagandi hæc eſt : *I.* Junxit Deus duplicem ſexum cum appetitu procreandi ; atque hæc prima unitas , ſeu ſocietas naturalis eſt inter conjuges. Sed & præterea *II.* hoc inſtituto continetur , ut parentes liberos procreatos curent , foveant , & educent , donec ipſi procreare , & porro propaginis ſeriem , ac filum continuare poſſint : quæ altera unitas , ſeu ſocietas , eſt inter parentes , & liberos.

Atque ex hac duplici ſocietate conſtituitur una perfecta *domus* , quæ *familia* dicitur &c. ; in qua parentes ſunt ut generent , liberi vero ut conſerventur , & educentur ad eandem propagandi facultatem.

Hoc ergo *corpus familiæ* conſtitutum naturaliter eſt , tanquam medium propagationis legitimum ; conjunxit in eum finem natura conjuges , & liberos : illos conſenſu , & officio generandi , hos generatione ipſa , & officio educandi.

Denique & *III.* eo inſtituto naturæ continetur , ut ſinguli liberi eandem familiam ulterius propagent : atque adeo quot capita in ea domo , tot natura deſtinat ad ſimiles domos condendas , & propagandas ; quæ proinde in hunc finem aſſumuntur fœminæ , accedunt ad eandem ſocietatem , fiuntque pars

Digitized by Google

pars illius domus, ſeu familiæ.

Atque hoc inſtitutum naturæ circa ordinem propagationis egregie explicat Cicero *L.* 1. *de offic. c.* 17. *Cum ſit hoc commune animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima ſocietas in ipſo conjugio eſt: proxima in liberis; deinde una domus.*

Certum igitur eſt, ex conjugio natura ſequi unitatem familiæ, in qua parentes ſunt ut generent, liberi vero ut conſerventur, & educentur: & præterea extraneæ fœminæ, quæ in eum finem liberis maſculis junguntur, ut hi familiam propagent, ac ut novam familiam, novamque ſocietatem ordiantur. Hæc autem intentio naturæ effectum habere nequit, niſi conjuges, liberi, & liberorum maſculorum conjuges in una domo habitent.

Hæc neceſſitas habitandi in una domo, quod ad *conjuges* attinet, extra omne dubium poſita eſt; eaque probatur 1. ex motu naturæ omnibus animantibus indito: fœmina enim, etiam inter bruta, ſequitur marem, & cum eo cohabitat; 2. ex actione Creatoris, qui duplicem ſexum junxit cum appetitu procreandi, & prolem educandi: quod fieri nequit, niſi ſimul habitent conjuges. Sed & 3. junguntur conjuges ad mutuum vitæ conſortium, ad individuam vitæ conſuetudinem, quæ neceſſitatem ſimul habitandi in una domo, ſeu familia, ſupponit. Accedit 4. præterea conſenſus conjugum: adeoque ex pacto quoque neceſſitas cohabitandi oritur.

De *liberis*, eorumque neceſſitate habitandi cum parentibus, ſimiliter conſtat; nam educari, & ad maturitatem perduci a parentibus debent: quod fieri non poteſt, niſi in una domo habitent. Sed & intentio naturæ, quæ propagationem familiæ intendit, obtineri non poſſet, niſi liberi in una domo, ſeu familia, cum parentibus viverent. Neque his obſtat, quod pubertate deſinat officium educandi, adeoque neceſſitas in una familia, ſeu domo habitandi; nam inſtitutum tamen naturæ manet, quod familia familiam propagare debeat. Neque hæc ſimul habitandi neceſſitas ceſſat, ſi filii uxores ducunt: manet enim eadem familia, eademque domus, natura, etſi inventis domibus ob parietum anguſtiam ſeparatim habitent; id enim res meri arbitrii eſt: adeoque liberi in infinitum naſcuntur in avorum paternorum familia, & domo. Unde *fratres*, & *ſorores* quoque ſub unitate familiæ continentur, quia ſunt partes ejuſdem familiæ; atque hinc fratres quoque ſimul habitare dicuntur. *Deut. XXV. v.* 5.

Denique *conjuges* quoque *liberorum maſculorum*, quæ in hanc familiam nubunt, ad unitatem illam familiæ pertinent; nam exeunt e ſua familia, & ſequuntur domum, & familiam ſui mariti, & de ejus juribus, ac ſanctimonia participant: adeoque ſociæ illæ filiorum, qui propagant familiam, eamque continuant, per conjugium in ſocietatem familiæ adoptantur.

Non ergo familiæ illi uniuntur *conjuges filiarum*; hæ enim nubendo exeunt e familia, accedunt familiæ ſuorum maritorum, eorumque jura ſequuntur. Harum igitur filiarum mariti non ſunt in domo, ſeu familia uxoris, adeoque natura non ſimul habitant cum uxoris familia: Atque hinc unitas familiæ patri quidem eſt cum nuru, quam ducit filio ſuo; non cum genero, cui locat filiam: illam enim in ſuam domum recipit, hæc in aliam domum dimittitur.

Effectus hujus unitatis inſignis eſt, quod nuptiæ intra fines ejuſdem domus illicitæ ſint: & natura prohibitum, ne in eadem domo, ſeu familia fiant connubia inter ejus membra. *Vid. Prop. ſeq.*

P r o p o s i t i o VIII.

Triplex ergo unitas naturalis, & privata eſt inter homines: 1. Subſtantiæ, ſeu carnis inter generantes, & generatos; 2. inter conjuges; 3. familiæ, ſive domus. Atque in hac triplici unitate tota inceſtus ratio conſiſtit.

D e m o n s t r a t i o.

Dicimus, triplicem eſſe unitatem *privatam*, (nam de *publica* hic non agimus, quando ſc. reſpublica, collegium &c. unum aliquod integrum conſtituunt.) *Primam* unitatis ſpeciem probavimus *ſupra Prop. II.*; eaque conſiſtit inter parentes, & liberos primi gradus: liberi enim vera ſunt portio, & ſubſtantia parentum, ex ſemine parentum conſtans, quæ ex ſerie totius corporis, omniumque membrorum participat, & in qua ſtamina membrorum jam a natura ſunt delineata. Unde liberi recte dicuntur: *Ein aus dem Blut und Saamen derer Eltern beſtehendes Weſen.*

Alteram unitatis ſpeciem probavimus *propoſ. V.*, quæ ex conjugio oritur, & conſtituitur, *tum* per mixtionem utriuſque ſexus, ſeu communicationem corporum, *tum* unitate integri: quia propagationis negotium non poteſt perfici, niſi junctim cum fœmi-

na. Diximus enim, in negotio propagationis alterum ſexum natura non eſſe integrum, ſed aliquid imperfectum: adeoque integrum demum fieri per utriuſque ſexus conjunctionem. Unde ipſe Creator ait, non eſſe bonum marem ſolum eſſe, i. e. nondum eſſe rem perfectam, eodem ſenſu, quo dixit, omnia bona eſſe, ſc. quoad eſſentiæ perfectionem.

Tertiam unitatis ſpeciem itidem in præcedenti propoſitione VII. adſtruximus; ubi diximus, conjuges neceſſario natura ſimul habitare, quia alias nec propagare, nec invicem auxilio eſſe poſſent. Nati inde liberi accedunt huic unitati tum educationis cauſa, tum mutuo affectus inſtinctu: adeoque hæc una domus eſt, quæ ex duplici unitate, & conjugum, & liberorum coaluit, quæ dicitur unitas familiæ, ſeu cohabitarionis.

In hanc unitatem diximus accedere fœminam extraneam per nuptias; illa enim tranſit in domum, ſeu familiam mariti, qui eſt in domo patris. Econtrario, ex hac familia exit filia nubendo extraneo: quia itidem tranſit in domum ſui mariti, *vid. propoſ. 6.*

Ex hac triplici unitate ſequuntur omnes prohibitiones nuptiarum.

Nam ex *prima* unitate ſequitur 1. *parentes*, & *liberos* invicem nubere non poſſe, quia ſunt idem corpus; Unde oritur quædam ſanctimonia, quæ commixtionem corporum impedit. Porro & 2. cohabitare invicem non poſſunt, *qui parentum*, & *liberorum loco*, adeoque caro carnis noſtræ, ſunt; quia coirent cum ipſo parente, quod ob ſanctimoniam, & reverentiam patri debitam fieri nequit: unde cum *patruo*, & *avunculo*, & cum *amita*, & *matertera* nuptiæ prohibentur. 3. Neque illi invicem nubere poſſunt, qui naturaliter pars corporis parentum ſunt, vel liberorum; Qui proinde cum patre una perſona ſunt, non poſſunt miſceri cum ejus filia: Nam is, qui cum parentis corpore prohibetur jungi, non poteſt jungi, ac miſceri cum ejus filia, quæ pars eſt corporis paterni; ex quo capite prohibentur nuptiæ inter *fratres*, & *ſorores*.

Ex *ſecunda* unitate ſequitur, conjugem concumbere non poſſe cum iis, qui ſancti ſunt conjugi, i. e. qui una caro ſunt cum conjuge.

Ex *tertia* unitate ſequitur, omnes, qui natura in una vivunt domo, i. e. ejuſdem ſunt familiæ, invicem nubere non poſſe: tum ne confuſio jurium, & officiorum fiat: tum ne occaſio concumbendi violet, & profanet rem ſanctam; Naturæ enim intentio eſt, ut domus, propagationis domicilium, ac civitatis ſeminarium, caſta, & ſancta ſit: & quos natura in una domo voluit morari, tum inter ſe, tum cum parentibus ſancte, & caſte vivant; Si proinde in hac ſocietate naturali amor oritur, id ex vitio erit, non a natura: *vid. inf. prop. IX. ratione prohibitionis* 3. *n.* 4. Ex hac ergo ratione ipſis non ſua tantum domus, ſed & parentum, in qua itidem nati ſunt, perpetuo ſancta eſſe debet, & prohibita connubia inter eos, qui natura ad eam domum, & familiam pertinent: uti & cum fœminis, quæ nuptiis in eam domum accedunt.

Propter hanc *unitatem familiæ* ergo nemo aſcendentium poteſt *nurum* ducere; & hinc nec *fratris viduam*, quia nurus patris eſt; nec *patrui*, *vel avunculi viduam*, quæ nurus eſt avi paterni, vel materni: & ſic porro nec *patrui*, *aut avunculi magni viduam*, quæ eſt nurus proavi, vel proaviæ; quæ omnes ſunt in eadem familia ejuſdem proavi, & neceſſario ſimul cum eo habitant. At cum *genero* non eſt illa unitas: adeoque nuptias inire licet cum *ſororis viduo*, qui patris: cum *matertera viduo*, qui avi: cum *promatertera viduo*, qui proavi gener eſt. *Generi* igitur non ſunt una cum adſcendentibus perſona, nec natura, nec conjugio, nec familia; ergo fœminæ poſſunt aſcendentium *generi* nubere; nec ideo adſcendentibus nubere videntur; Mater autem non poteſt generi nubere, propter unitatem cum filia.

PROPOSITIO IX.

Natura igitur prohibitæ ob cognationem nuptiæ ſunt: 1. *inter parentes*, & *liberos in infinitum*: 2. *inter eos*, *qui parentum loco ſunt*, *ut cum patruo*, *matertera*, *amita*, & *avunculo*: 3. *inter fratres*, & *ſorores*: 4. *non ultra*

DEMONSTRATIO.

PRIMA igitur, & præcipua prohibitionis ratio eſt inter parentes, & liberos. Nam I. natura ſumma eſt reverentia inter parentes, & liberos; illi gignendo Deum referunt, adeoque propter generationem generantem, qui cauſa noſtri eſt, revereri debemus, & ſanctum nobis eſſe debet corpus unde editi ſumus. At ea ſanctitas profana-

fanatur, violatur, & conculcatur mixtione rei profanæ, & detectione rei obſcœnæ; ceſſat inquam illa reverentia, ſi appareat turpitudo generantis, unde naturaliter contemtus oritur, & violandi facilitas, ac profanatio; ceſſat illa veneratio ex cognitione turpitudinis cauſæ generationis conjunctæ; exſtinguitur reverentia rei, cujus apparet turpitudo, inprimis turpitudo ejus, quod ipſum cauſa eſt reverentiæ: Quod vel exemplo Chami apparet, qui cum nuditatem patris detexiſſet, ob ſummam hanc injuriam maledictus fuit a patre; fratres ejus autem, qui averſis oculis obſcœnitatem patris tegebant, reverentiæ hujus præmium tulerunt. Hinc Auguſtinus, poſtquam retulit ſcenicos, qui publice obſcœna dicta, factaque peragunt, domi ſuæ proludendi cauſa coram matribus ſuis agere pudere, addit, *adeo habere quiddam erga parentes humanam verecundiam, quod nec ipſa nequitia poſſit auferre. De Civ. Dei* 2 4. *Add. id. l.* 2. *de Confeſ. c.* 4. Senſu igitur animi deficit illa reverentia, quæ ob generationem ſancta eſſe debet, detecto generationis pudore; Atque hinc in ſacris perpetua hæc ratio prohibitarum inter parentes, & liberos nuptiarum allegatur, *quia patris nuditas detegeretur. Lev.* 18.; & reliquorum ideo, *quia ſunt nuditas patris*, i. e ſubſtantia patris, cujus nuditas detegi non debet.

Neque allegari poteſt, magiſtratibus quoque deberi reverentiam, neque tamen ſubditos a nuptiis eorum ideo prohiberi; Nam reverentia parentum ex generatione eſt, & cohæret perſonæ, ſeu corpori, quo ſit generatio, & quod ſanctum ideo eſt liberis, ac reverentiam infert inter corpus generans, & generatum in infinitum: Illa ergo violatur, & profanatur mixtione partium corporis fœdarum, & pudendarum. At reverentia magiſtratui debita ex imperio eſt, & cohæret officio, eſtque inter jubentem, & parentem; Violatur autem illa reverentia ſola contumacia, & inobedientia, non vero mixtione corporis: Salva enim manet potentia, & imperium, quæ ſunt cauſæ reverentiæ, nec ea detectione membrorum pudendorum, vel conjunctione corporum tollitur, quæ ex ea cauſa nulla fuit, quippe cum ex eo orti non ſint.

Differunt igitur hæ reverentiæ ſpecies, quod illa corpori, unde natus eſt, inſita eoque perpetua ſit; hæc vero aſſumta, & momentaria durante officio. Illa a natura eſt: hæc ab arbitrio, & electione populi; Adeoque illa, non hæc, naturalis, & congenita eſt.

Neque porro dici poteſt, pudorem membris genitalibus natura non ineſſe, eumque in ſtatu integritatis incognitum fuiſſe, indeque nullam inde ſequi prohibitionem; Nam 1. pudor omnino etiam in ſtatu integritatis inerat his membris, & eo quoque tempore reverentia parentibus debebatur: indeque nefas futurum fuiſſet hunc pudorem detegere, & revelare. Sed & 2. etſi pudor ceſſaret, neque tale conjugium cum reverentia pugnaret, aliæ tamen ſunt cauſæ naturales, quæ nuptias inter parentes, & liberos impediunt: nimirum ordo propagationis, confuſio officiorum naturæ, inſtinctus, & uſus omnium gentium, &c.; ut ex ſequentibus conſtabit.

Additio.

„ Obiter hic notandum, Chami delictum non in eo conſtitiſſe, quod viderit „ parentem nudum: Neque enim hæc ratio tanti eſt, ut promeruerit pœnam, „ quæ etiam in nepotes redundaret. Cham „ igitur vidit nuditatem patris, i. e. „ rem habuit cum conjuge patris, idque „ eo tempore, quo Noa mulſo repletus „ fuit; per nuditatem enim patris ex genio linguæ Hebraicæ intelligitur ſocia thori: & nuditatem patris retegere nihil aliud „ eſt, quam cum ejus conjuge concumbere, „ *Levit.* 18. *v.* 6. *ſeq.* Ex hoc inceſtu Chami genitus eſt Canaan: adeoque hæc vera „ ratio eſt cur maledixerit Chamo, eoque „ ab omni hæreditate excluſerit, & natum „ ex illo inceſtu fratribus Chami in perpetuam ſervitutem tradiderit. *Vid. van der Hardt in Ephemer. diſcurſ. II.* ubi „ dubium quoque de injectione pallii ſolvit. „ *Vid. ſupra p.* 80.

Demonſtratur ea prohibitio porro, & II. ex ordine propagationis, quem natura inter homines conſtituit, & quem in *propoſ. V.* late explicavimus. Apparet, inquam, ex illo ordine, intentionem creatoris fuiſſe, ut duplex ſexus ſe jungat liberos procreandi cauſa, & ut liberi inde nati ulterius propagent familiam, eamque multiplicent. Hic ergo modus, atque hic ordo a prudenti natura conſtitutus eſt ad genus humanum *propagandum*, procedendo ſemper a majoribus ad poſteros, a parentibus ad liberos, a gignentibus ad genitos: ut ex parentibus naſcatur filius, ex eo alius &c. Sed & præte-

Digitized by Google

Præterea ordo ille conſtitutus eſt ad *multiplicandas familias*, dum ſinguli liberi novam familiam, ſocietatemque cum aliis ordiuntur; Hic autem ordo naturæ interverteretur, ſi filius rediret ad ortum, & cum matre, vel avia jungeretur, a quibus ipſe propagatus eſt. Ratio igitur, & ordo propagationis eſt, ut ſinguli progreſſum faciant, non ut inter ſe, vel cum parentibus coeant: Neque ſi inter ſe coeunt, multiplicantur familiæ, ſed eadem familia manet, & continuatur; Alia autem ut fiat, requiritur ut alia perſona accedat: tunc enim corpus fit, quod non eſt idem cum priore. Intentio igitur naturæ excutienda eſt, non turbanda.

Probatur ea prohibitio III. ex facto naturæ, quæ ad procreationem prolis fecit duo corpora plane diverſa, & noluit adeo eam uno corpore fieri: etſi potuiſſet, ut in arboribus, eam ex uno corpore, & ſemine formare. Hinc abominatio, quin monſtroſum eſt, propagationem fieri ab iis, qui naturaliter pro uno corpore ſunt. Cum igitur corpus liberorum ex ſemine, & ſanguine parentum natura ſit confectum, formatum, & comparatum; idem corpus cum eodem corpore concumbere nequit.

Confirmatur id IV. ex inſtinctu brutorum ſaltem nobilioris indolis: Unde Plinius *Hiſt. l.* 8. ſtatuit, eſſe in brutis aliquem cognationum intellectum; ubi exemplum equi refert, qui detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, præcipitia petiit, & exanimatus fuit: Item equæ, quæ prorigam in agro Reatino ideo laceraverat. Add. *Ælian.* 3. *var. hiſt.* 47. *Varr. de re ruſt.* §. 2. *c.* 7. 83. Ariſtoteles *Hiſt. anim.* 9. 49. de Camelis tradit, eos nunquam ſupervenire matres ſuas, nec ad id cogi poſſe: & non tantum de Camelo, ſed & de equo cum matre ignorans coeunte, tradit, illum curatorem interemiſſe, hunc vero ſe præcipitaſſe. *Conf. Grot. h.* §. *n.* 5. Quidquid ſit de iſta vindicta, id tamen conſtat inter prorigas, & cuſtodes, non coire illa animalia ſi parentem cognoſcunt: atque ideo oculos cooperiri ſolere. Seneca *in Hippol. act.* 3. ait:

Feræ quoque ipſæ veneris evitant nefas.

Et *in Oedip. act.* 3.

——— *quique nec mos eſt feris,*
Fratres ſibi ipſi genuit. ———

Negari tamen nequit, tandem in ſenſibus brutorum aboleri veſtigia hujus notitiæ, & nullam manere diſcernendi parentes, & fœtum facultatem: adeoque mirum non eſt, promiſcue tandem has beſtias concumbere.

Accedit V. ratio ab inſtinctu naturali deſumta; Naturale enim deſiderium ceſſat in his perſonis regulariter: adeo ut licet matres excellentis ſint formæ, non tamen ſentiatur ille motus. Hinc Xenophon *Cyrop. l.* 5. ait: *Pater filiam non amat, alius amat &c.* Plato ad legem non ſcriptam refert abſtinentiam ab his nuptiis, eandemque in omnium mortalium animis ſatis eſſe conſecratam, & in imis quaſi eorum penetralibus inſculptam, ait, *de leg. l.* 8. *p. m.* 838. Auguſtinus *de Civit. Dei l.* 15. *c.* 16. *Neſcio*, ait, *quomodo ineſt humanæ verecundiæ quiddam naturale, aut laudabile, ut cui debet cauſa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat quamvis genitricem, tamen libidinem.*

Sane VI. negari nequit, conjunctione parentum, & liberorum horrendam, & monſtroſam fieri officiorum, & omnium jurium, quæ membris familiæ cohærent, confuſionem; Nam patria poteſtas, ejuſque ſanctimonia, & effectus confunduntur: v. g. ſi avus, & neptis junguntur, neptis communionem juris cum marito, indeque jura matris in parrem conſequitur; eadem perſona eſt ejuſdem, & mater, & filia. Avus contra incipit eſſe in familia filii ſui, cujus filiam duxit, ejuſque gener fit. Pater igitur avo ſimul inſtar patris eſt (quia pater eſt uxoris, quam avus duxit), & ſimul ejuſdem avi filius. Hinc non tantum deſinit eſſe ſanctum, quod fuit; ſed & invertitur, ut filii parentibus ſuis ſancti ſint tanquam parentes, & neptis avo juncta ſit ſancta ei, qui ipſe ſanctus eſt, ſc. patri: & contra ipſe ei quaſi ſit profanus. Sed & porro turbarentur ſucceſſionis naturalis jura, parentes obſequium, & morem gerere liberis tenerentur. &c.

Præterea VII. dictum eſt, naturæ intentionem eſſe ut domus, quaſi propagationis domicilium, & civitatis ſeminarium, caſta, & ſancta ſit, tum ut cohabitatio ſancta ſit, inter quos neceſſaria; ne ea naturæ neceſſitas, indeque nata concumbendi facultas, occaſionem præbeat promiſcuis concubitibus, & violandæ, ac profanandæ rei ſacræ. Unde regula eſt, omnes nuptias prohibitas eſſe intra fines unius domus, ſeu familiæ.

Denique & VIII. communi gentium conſenſu, & uſu abſtineri ab ejuſmodi nuptiis, eoque eas improbari, certum eſt. Oedipus etſi non ſponte, ſed neſcius Lajum Thebanorum

norum regem ſibi patrem, & Jocaſtam matrem eſſe, quippe expoſitus priorem occidit, poſteriorem vero uxorem duxit; re cognita adeo rem exhorruit, ut utroque oculo eruto ne ſcelus videret, & cum ne ſic quidem quieſcere poſſet, in exilium abierit, mater autem ejus ſe ipſam confoderit. *Sen. in Oedip. act. 5. ſcen. fin.* Oraculum, quod cædem Laji expiare jubet, ſequentia minatur Oedipo, *apud Sen. in Oed. act. 2. v.* 238.

Tecum bella geres, gnatis quoque bella relinques,
Turpis maternos iterum reſolutus in ortus.

Poſtquam Oedipus certus factus eſt de infando illo ſcelere, ita declamat, *act. 5. v.* 925.

—— —— —— —— quid poenas moror,
Ut hoc celſum pectus aut ferro petat,
Aut fervido aliquis igne, vel ſaxo domet?

Et cum oculos ſibi effodiſſet, ait, *v.* 975.

—— —— —— —— debitas poenas tuli;
Inventa thalamis digna nox tandem meis.

Jocaſtam autem conjurat, *v.* 1120.

Per omne nominis noſtri fas, & nefas.

Jocaſta confuſionem officiorum, juriumque familiæ, ita explicat, *ibid. v.* 1038.

—— —— —— —— Hoc jacet ferro meus
Conjux. Quid illum nomine haud vero vocas?
Socer eſt &c.
—— —— —— —— Hunc dextra, hunc pete
Uterum capacem, qui virum, & gnatum tulit.

Idem Seneca in *Oed. v.* 630. ait:

—— —— Maximum Thebis ſcelus
Maternus amor eſt. Patria non irâ Deûm
Sed ſcelere raperis.

Idem Seneca in *Thebaide Act.* 1. *Sc.* 1. *v.* 130. latius præfatam confuſionem explicat:

Avi gener, patriſque rivalis ſui,
Frater ſuorum liberum, & fratrum parens;
Uno avia partu liberos peperit viro,
Ac ſibi nepotes: Monſtra tanta quis explicet.

Et tandem concludit, *v.* 272.

—— —— —— Nullum crimen hoc majus poteſt
Natura ferre.

Statius in Thebaidos *l.* 4. *p. m.* 168. de eodem facto ait:

Illum, illum ſacris adhibite nefaſtis
Qui leto dedit enſe patrem, qui ſemet in ortus
Vertit, & indignæ regerit ſua pignora matri:

Nyctimene in noctuam mutata fingitur, quod obſequentior fuerit patri: unde culpæ conſcia lucem fugere dicitur, apud Ovidium 2. *Met. fab.* 9.

Patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen? avis illa quidem; ſed conſcia culpæ
Conſpectum, lucemque fugit, tenebriſque pudorem
Celat, & a cunctis expellitur æthere toto.

De Thyeſtis inceſtu cum filia Pelopeja, ex quo Ægyſthum genuit, graviter Seneca *in Agam. Act.* 1. *Sc.* 1. *v.* 32.

—— —— Verſa natura eſt retro:
Avo parentem (proh nefas!) patri virum,
Natis nepotes miſcui, nocti diem &c.

Ovidius, *Metam. X. fab.* 9. Myrrhæ inceſtum cum patre recenſens, atrocitatem hujus ſceleris graviter deteſtatur.

Catullus in epithalamio Pelei, & Thebidos in fine ita canit;

Omnia fanda, nefanda malo permiſta furore
Juſtificam nobis mentem avertere deorum.

Catullus Gellio inceſtum talem reprobat:

Naſcatur magus ex Gelli, matriſque nefando
Conjugio, & diſcat Perſicum Aruſpicium;
Nam magus ex matre, & nato naſcatur oportet,
Si vera eſt Perſarum impia religio.

Equidem magos docuiſſe, juſtum eſſe miſceri matri, & filiæ, conſtat ex *Diog. Laert. de vit. phil. L.* 1. *pr.* Sed id paſſim a moratioribus gentibus improbatum, legimus. *Vid. infr. n.* 3.

Secunda prohibiti gradus ratio eſt *inter eos, qui parentum, & liberorum loco ſunt*: Demonſtrato enim, quod cum parente in infinitum coiri ob ſanctimoniam, & reverentiam non poſſit; neceſſario ſequitur, prohibitionem eam extendi ad omnes illos, qui naturaliter pars corporis, vel parentum, vel liberorum ſunt. Qui igitur cum parentis corpore prohibetur jungi, ac miſceri; etiam prohibetur jungi, ac miſceri cum eis, qui unum cum parente corpus ſunt: coiret enim cum corpore patris, quod prohibitum eſt.

Atque hinc *I.* non ſunt licitæ nuptiæ cum *patruo*, quia eſt una caro cum parente. (*Diſſent. Grot. infra* §. 14. *n.* 1.) Hinc cum Johannes duceret Ennonis Comitis Oſtfriſiæ filiam Johannam Sabinam ex diſpenſatione Pontificis, ideo inveſtitura ei denegata: eaque cauſa addita fuit in confinio 16 & 17. Seculi. Cum Vitellius fratris filiam duxiſſet,

& oratione publica defenderet, *conjugia talia Romanis quidem incognita eſſe, at non aliis gentibus, nec ulla lege prohibita eſſe;* res improbatur a Tacito, *L.* 12. *Ann. c.* 6., ubi ait, Vitellium ſuis artibus rem peſſimam perpetrandam ſumſiſſe, *ibid. c.* 5., inceſtum eum commiſiſſe, *d. c.* 5.: idque refertur inter mala facinora Agrippinæ, *d. l. c* 8. & 9. Sane unum ſolum, idque ſtimulatu Agrippinæ, imitatum; a cœteris autem ſpretum eſſe decretum ut juſtæ ſint nuptiæ, ait idem *d. l. c.* 7. Unde etiam Joſephus improbat, quod Joſephus præfectus vectigalium Syriæ duxit fratris filiam, *Antiq. L.* 12. *c.* 4. Equidem Claudius Cæſar duxit fratris filiam Agrippinam, idque aliis permiſit, *Suet. in Claud. c.* 26.; ſed addit Suetonius, non repertos eſſe qui ſequerentur exemplum, excepto libertino quodam, & altero primipilari. Aliud exemplum refert *Dion. Hal. de orat. int. c.* 27.

Additio.

„ Athænis id licuiſſe, oſtendit Iſæus, &
„ Lyſiæ vita *Plutarchus; vid. Grot. infra*
„ §. 14. *n.* 1. Phineo patruo promiſſa fuit
„ Andromeda, *Ovid. Met. V.* Apud Roma-
„ nos publica lege id permiſit Claudius,
„ *Suet. d. l.*; quam legem ſuſtulit Nerva;
„ quod *Xiphilinus* e Dione ita refert: *Con-*
„ *ſtitutiones cum de aliis rebus fecit, tum de*
„ *non caſtrandis maribus, & ne fratris fi-*
„ *liam uxorem ducere liceret;* Permiſit de-
„ nuo Heraclitus. *Vid. Grav. in not. ad*
„ *Suet. d. c.* 26 Abrahamo Saram talem fuiſ-
„ ſe, Joſephus putat; ſed male: de quo mox.
„ Herodes, qui ipſe fratris filiam duxerat,
„ ſuam filiam fratri Phæroræ deſponderat,
„ *Joſeph. antiq. l.* 12. & 16. Hinc Wil-
„ helmus Arauſionenſis in apologia contra
„ Philippum Hiſpaniæ regem ait, ſublatam
„ ab hoc conjugem, ut inceſtuoſum cum
„ ſororis filia conjugium contraheret: &
„ quod ut alter Jupiter, qui Junonem ſo-
„ rorem duxit, deteſtando exemplo ſancti-
„ tatem nuptiarum nefaria conjunctione pol-
„ lueret, *Thuan. Hiſt. L.* 71. Neque *obſtat*
„ exemplum Nachor, qui fratris (Aran)
„ filiam, Milcham, uxorem duxit, *Gen.* 11.
„ *v.* 29. Reſp. Aran, qui eſt pater Milchæ,
„ & Jiſcæ, alius eſt ab illo Aran, qui pa-
„ ter Loth dicitur, & frater eſt Nachor:
„ De *hoc* enim dicitur, quod genuerit Loth,
„ *v.* 27. 28. neque alii liberi hujus Aran
„ recenſentur; de *illo* vero, ne cum altero
„ confundatur, diſerte additur, Aran fuiſſe
„ patrem Milchæ, & Jiſcæ, *v.* 29.

Porro & *II.* prohibitæ nuptiæ ſunt cum *avunculo*: idque ex eadem ratione; quæ enim cum avunculo conjungitur, miſcetur cum corpore, quod pars eſt corporis paterni, cum quo miſceri nefas eſt: Quanquam non deſint, qui rationem differentiæ inter patruum, & avunculum ſtatuant; ſed male: Nam vox Dod, quæ *Lev.* 20. *v.* 20. exſtat, ſignificat æque avunculum, ac patruum; unde in verſione Gallica *oncle* dicitur, & in verſione latina vulgata uterque exprimitur. Exempla tamen plurima in contrarium exſtant: Exemplum Eliſæ, ſeu Didonis, quæ avunculo ſuo Acerbæ nupſit, vide apud *Juſtin. L.* 18. *c.* 4. Ita Carolus Styriæ dux, Ferdinandi I. filius, Mariam ex ſorore ſua Anna, & Alberto Bavaro natam, uxorem habuit. *Blondel. præf. apol. XIV.* 2.

Sed & *III.* ex eadem ratione cum *amita* prohibentur nuptiæ, neque illa fratris ſui filio nubere poteſt: *Conf. Grot. h.* §. 14 *n.* 1.

Neque *obſtat* exemplum Amrami, qui fuit nepos Levi, & duxit Jochabedam filiam Levi, *Exod.* 2. *v.* 1. quæ dicitur דוד Dod, ſeu amita ejus, *Ex.* 6. *v.* 20.; & diſerte *Num.* 26. *v.* 59., *filiæ, quæ Levi in Ægypto nata eſt.* Nam Dod denotat cognatum in genere, uti Eſaj. *V. v.* 1. *Cantic. II. v.* 16. *V. v.* 1. *VI. v.* 3., alibi patruelem, *Jerem. XXXII. v.* 12. junct. *v.* 7. 8. 9., & ita vulgaris latina vertit; Quin ſeptuaginta eam patruelem amitinam vocant: θυγατέρα τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. *Schweſter und Bruder Kinder.* Atque ita Alexander Polyhiſtor, quem allegat Joſephus c. Appionem, & Euſebius *in præp. Evang. L.* 9. §. 21. *in fin.* Jochabedam vocant τὴν τοῦ θείου θυγατέρα, patrui, vel, ut vertitur ibi, avunculi filia. Idem probat Oſiander *ad h. tit.* §. 14. *Obſ.* 2, Doda ſignificare amitinam, ut Dod patruelem, & in genere quoque amicum.

Additio.

„ Nos chronologicis quoque rationibus
„ demonſtrabimus, Jochabedam non fuiſſe
„ Amrami amitam, ſeu Levi filiam.
„ Jacobus, primo menſe elapſo, quo Me-
„ ſopotamiam ingreſſus eſt, pactum iniit de
„ ſeptem annis ſerviendo pro Rachele, *Gen. c.*
„ *XXI. v.* 14.; elapſis ſeptem annis nupſit Leæ,
„ *ibid. v.* 22. *ſeq.*; Tertius filiorum fuit *Le-*
„ *vi, Geneſ. c. XXIX. v.* 34.; adeoque
„ cum continua fertilitate, ſingulari Dei
„ beneficio, quater pareret, tertius libero-
„ rum

„ rum Levi decimo, vel undecimo ſervi-
„ tutis anno natus eſt.
„ Jacobus viginti annis in Meſopota-
„ mia manſit, *Gen. XXXI. v.* 38, & 41:
„ adeoque cum reditum pararet, *Levi*
„ fuit annorum - - - - - - - - - 10
„ Joſephus eodem ſervitutis anno vi-
„ geſimo natus cum poſt captivitatem
„ loqueretur cum Pharaone, fuit juxta
„ *Gen. XLI. v.* 16. annorum - - - 30
„ Quo tempore cœperunt anni fertiles
„ ſeptem; & tertio ſterilium Jacobus in
„ Ægyptum venit, *Gen. XLV. v.* 6, &
„ 11. Secuti ergo anni - - - - - 10
„ Levi ergo cum in Ægyptum in- ——
„ grederetur, erat homo annorum - - 50
„ Ab eo tempore in Ægypto morati
„ ſunt Jſraëlitæ 430. annos: a quibus
„ detrahi debent 80. anni, quibus ante
„ exitum Jochabeda peperit Moſen,
„ *Exod VII. v.* 7.; adeoque ab ingreſſu
„ in Ægyptum uſque ad natalem Mo-
„ ſis fuere anni - - - - - - - - 350
„ Quibus ſi junguntur 50. anni Levi,
„ forent a nativitate Levi ad nata- ——
„ lem Moſis filii Jochabedæ, anni 400
„ Ponamus igitur, Levi ultimo vitæ an-
„ no, i. e. anno 137. ætatis (*Exod. VI.*
„ *v.* 16.) genuiſſe filiam Jochabedam; inde
„ ſequeretur, eam, dum Moſen pareret,
„ annos 263. habuiſſe: quod abſurdum eſt.
„ Alia quoque ratione id hoc modo de-
„ monſtratur.
„ Hebræi in Ægypto fuere (*vid. Exod.*
„ *XII. v.* 49. *junct. Gen. XV. v.* 13. &
„ *Act. VII. v.* 6.) annos - - - - 430
„ NB. Incipiunt autem hi anni ex eo
„ tempore, quo Jacobus in Ægyptum
„ venit, qui fuit annus 40. Joſephi, quod
„ hoc modo probatur: Habuit is annos
„ 30. cum poſt captivitatem loqueretur
„ cum rege; adde his ſeptem annos fer-
„ tiles, & tres annos ſteriles (quo tertio
„ anno Jacobus in Ægyptum venit) fient
„ anni 40. Addendi ergo ſunt annis, qui-
„ bus in Ægypto commorati ſunt Iſraë-
„ litæ, hi anni Joſephi - - - - 40
„ Et præterea anni, quibus Joſephum
„ ſuperabat frater major Levi - - 10
„ Fient a natali Levi, uſque ad exi- ——
„ tum ex Ægypto, anni - - - 430
„ His detrahe annos, quibus Jocha-
„ beda ante exitum peperit Moſen - - 80
„ Manent - - - - - 400

„ Sequeretur ergo, quod Jochabeda filia
„ Levi, poſt patris ſui natalem anno 400
„ Moſen pepererit: & quod filium hunc
„ anno 263. a tempore mortis patris Levi
„ (qui 137. annis vixit, *Exod. VI. v.* 16.)
„ in lucem produxerit; quod iterum abſur-
„ dum eſt.
„ Imo ex his porro conſtat, Jochabedam
„ nec neptem Levi fuiſſe.
„ Diximus enim, a nativitate Levi
„ ad natalem Moſis interceſſiſſe annos 400
„ Ponamus, Levi procreaſſe patrem,
„ vel matrem Jochabedæ anno ætatis 90;
„ Qui fuit annus Levi ab ingreſſu in Æ-
„ gyptum 40. Ponamus porro, ab his
„ Levi liberis Jochabedam eſſe progeni-
„ tam anno ætatis 90. Inde detractis
„ annis - - - - - - 220
„ Supererunt adhuc ad natale Moſis
„ anni - - - - - 180
„ Et ſic Jochabeda peperiſſet Moſen an-
„ no ætatis ſuæ 180; quod iterum abſur-
„ dum.
„ Quin nec proneptem Levi fuiſſe, ex
„ eadem computatione apparet. Si enim po-
„ nimus Jochabedam ex nepote, vel nepte
„ Levi, eorumque anno 90 natam eſſe; re-
„ manerent adhuc ad natale Moſis 90. an-
„ ni: & ſic Jochabeda peperiſſet Moſen an-
„ no ætatis 90. Credibile autem non eſt,
„ tres generationes anno nonageſimo ſuc-
„ ceſſive contigiſſe. Sane tempore Abraha-
„ mi miraculum, & ridiculum videbatur,
„ virum centenarium, & uxorem nonage-
„ nariam parere, *Gen. XVII. v.* 17. *c.*
„ *XVIII. v.* 12. & *c. XXI. v.* 2. Non au-
„ tem creſcebant cum tempore vires ætatis,
„ ſed deficiebant; unde queritur Jacobus,
„ *Gen. XLVII. v.* 9., annos ſuos non con-
„ ſequi ætatem majorum. Sane liberos ma-
„ ture procreatos tunc temporis fuiſſe, ex
„ ipſa familia Levi apparet, qui cum Ægy-
„ ptum ingreſſus eſt 50. ſaltem annorum
„ fuit, & tres filios progenuit, nec præ-
„ terea alios in Ægypto ſuſcepit: *Vid.*
„ *Num. XXVI. v.* 5. 57. & 59. Certum
„ igitur eſt, Jochabedam quarto cognationis
„ gradu abavo Levi junctam, indeque ejus
„ abneptem fuiſſe; quod & vox generalis
„ *Doda* indigitat.
„ Neque objici poteſt, Jochabedam FI-
„ LIAM Levi dici, *quæ ei in Ægypto nata*
„ *eſt*, *Num. XXVI*, 69. Nam filiæ dicun-
„ tur in infinitum, etiam illæ, quæ quarto,
„ & quinto gradu avo naſcuntur.

„ Confirmantur ea, quæ hactenus dicta
„ ſunt, ex Vaticinio, quod exſtat *Gen. XV*,
„ 16. ubi Deus Abræ promittit, *quartam*
„ *generationem* demum reverſuram in terram
„ promiſſam. Matrem igitur Moſis in quarto
„ generationis gradu conſtitutam fuiſſe, pro-
„ babile eſt.

„ Sed & porro demonſtrabimus, Kaath
„ non eſſe patrem Amrami, adeoque Amra-
„ mum non eſſe nepotem Levi: Etſi id in
„ omnibus fere ſacræ ſcripturæ locis aſſeri
„ videatur. *Exod. VI. 16. ſeq. Num. XXVI*,
„ 57. 59. *I. Chron. VI.* 3. *XXIII.* 6.

„ Moſes enim genitus eſt anno poſt in-
„ greſſum 350; uti modo vidimus. At Am-
„ ramus, ſi eſt filius Kaath, mortuus jam
„ fuit anno ab ingreſſu 270: Impoſſibile
„ igitur eſt, ut Amramus, qoi anno ab in-
„ greſſu 270. jam obiit, procreare potuerit
„ Moſen anno habitationis 350.

„ Quod autem Amramus, ſi filius eſſet
„ Kaath, non amplius in vivis futurus fuiſ-
„ ſet anno ab ingreſſu 270. hoc modo pro-
„ batur: Kaath, qui natus jam fuit tempore
„ ingreſſus (*Exod. VI.* 18.), vixit annos 133.
„ Amramus filius ejus vixit annos 137. Si
„ proinde ponitur, Kaath primo ætatis an-
„ no ingreſſum eſſe in Ægyptum, & ulti-
„ mo anno vitæ genuiſſe Amramum; ſeque-
„ retur, Amramum anno 270. poſt ingreſ-
„ ſum in Ægyptum fatis jam conceſſiſſe,
„ adeoque per naturam non potuiſſe gene-
„ rare Moſen anno poſt ingreſſum 350.

„ Sed & alio modo id probatur: Certum
„ eſt inter nativitatem, Kaath (nam hic quo-
„ que ſupponimus, Kaath ipſo anno natalis
„ ingreſſum eſſe in Ægyptum), & nativi-
„ tatem Moſis intercedere 350. annos, uti
„ modo demonſtravimus: impoſſibile igitur
„ eſt ut Kaath ſit Avus Moſis.

„ Denique poſita theſi, *Amramum eſſe*
„ *filium Kaath*: ſequeretur, *Amramum ge-*
„ *nuiſſe Moſen anno ſuæ ætatis* 217.; Kaath
„ enim poſt ingreſſum in Ægyptum vixit
„ 133. annos, *Exod. VI* 18. Si igitur Am-
„ ramus genuiſſet Moſen anno ab ingreſſu
„ 350, eum genuiſſet anno ætatis ſuæ 217.

„ Certiſſimum igitur eſt, inter Kaath, &
„ Amramum interfuiſſe alias quaſdam gene-
„ rationes, & Amramum fuiſſe pro-vel-ab-
„ nepotem Levi: uti Jochabeda fuit pro-
„ vel-abneptis ejuſdem Levi.

„ Extra omne dubium hæc, quæ dixi-
„ mus, ponuntur ex ipſa aſſertione divina;
„ Deus enim Abræ prædixit, ſervitutem Æ-
„ gyptiacam duraturam 400. annis, *Gen.*
„ XV. *v.* 13. addendo, poſteros ejus reditu-
„ ros NB. *poſt quartam* generationem, *ibid.*
„ *v.* 16. Si vero Moſes eſſet nepos Levi ex
„ Jochabeda, duæ ſaltem intercederent ge-
„ nerationes inter ingreſſum, & egreſſum.

„ Neque *obſtat* relatio ſacræ paginæ, quæ
„ diſſertis verbis ait, *Kaath genuiſſe Amra-*
„ *mum*; nam etiam pronepotes, & abne-
„ potes ab avis geniti dicuntur: ſcilicet non
„ immediate, ſed mediante filio, vel nepo-
„ te. Sane ſcriptor ſacræ hiſtoriæ noluit ge-
„ nealogiam filiorum Levi texere; ſed capi-
„ ta recenſere voluit, quæ ingreſſa ſunt in
„ Ægyptum, & capita familiarum, quæ tunc
„ temporis, cum egreſſa ſunt, vixerunt:
„ parum ceterum de generationibus inter-
„ mediis ſollicitus.

„ Allegari quoque ſolet exemplum Abræ,
„ qui neptem ex fratre Saram uxorem du-
„ xit. At eam non fuiſſe neptem, ſed ſoro-
„ rem conſobrinam, in ſequentibus demon-
„ ſtrabimus.

Denique & *IV.* cum *matertera* conjungi non poteſt ex ſorore filius: idque ex eadem ratione ab unitate corporis deſumta.

Tertia prohibendi ratio eſt *inter fratres, & ſorores*; Nam 1°. ſoror eſt pars corporis parentum ex ſemine, & ſanguine eorum procreata; qui ergo cum ſorore concumbit, revera miſcetur cum corpore paterno, cujus pars ſoror eſt: atqui id pugnat cum reverentia, quæ corpori parentis, ex quo nati ſumus, debetur. 2°. Cum ſoror mea ſit vera portio corporis paterni, neceſſario ſequitur, eam mecum eſſe unam carnem, qui itidem ſum pars corporis paterni: indeque monſtroſum eſſet cum propria cohabitare carne. Diximus 3°. ſupra *prop. VIII.*, ordinem propagandi naturalem eſſe ut propagentur familiæ per deſcendentes, non vero per aſcendentes, & collaterales. Sane ſi fratres, & ſorores invicem miſcerentur, familiæ non multiplicarentur; ſed eadem familia produceretur contra intentionem naturæ: Inſtitutum enim naturæ eſt, ut filii extraneam fœminam aſſumant, & novam familiam conſtituant. Accedit 4°. regula ſupra in *prop. VII.* relata, quod inter illos, qui natura neceſſario cohabitant, i. e. in una familia ſunt, & in una domo habitant, nuptiæ jure naturæ licitæ non ſint. Sane magna providentia naturæ conſtitutum eſt, non poſſe nuptias jungi inter eos, quibus naturali jure neceſſaria in eadem domo eſt conſuetudo, quique

una

Digitized by Google

una educantur: ut ſcilicet propagationis ratio caſta, integra, & ſancta conſervetur, quæ, ubi occaſio tam facilis eſt, facile turbari poſſet. Cavet igitur ipſa natura, ne naturalis neceſſitas in una domo habitandi abuſum, & occaſionem impudicitiæ afferat, membraque illius familiæ ad illicitos, injuſtoſque coitus incitet. Unde experientia teſtatur, naturalem illum inſtinctum, & motum utriuſque ſexus, inter eos, qui naturali neceſſitate in eadem familia degunt, & præcipue inter fratres, & ſorores, ceſſare; *Vid. Xenoph. Pæd. l.* 5. Sane non ſentitur ille inſtinctus: & ſi ſentitur, monſtri inſtar habetur. Atque hinc 5°. communi gentium conſenſu ejuſmodi nuptiæ improbantur: Monſtroſa habita fuit libido Caligulæ in ſorores, *Suet. in Calig. c.* 36. Curtius cum de Alexandri continentia loqueretur, ait, eum Darii filias tam ſancte habuiſſe, *quam ſi eodem, quo ipſe parente genitæ fuiſſent*, *L.* 3. *c.* 12. Abraham, & Iſaacus, peregrinantes cum uxoribus, ut perſuaderent non eſſe uxores, dixere eſſe ſorores; adeo certum, fixumque inter omnes eas gentes fuit, cum ſorore nec nuptias, nec amorem, nec libidines eſſe, vel conſuetudinem, vel ſtimulum. Lucanus *L.* 10 *pr.* tales nuptias vocat inceſtas: & Sidonius Apollinaris *carm.* 7. de Cleopatra, quæ fratri a patre Ptolemæo deſtinata fuit, ita canit.

—— Profugiſque Antonius armis
Inceſtam vacuat patrio Ptolemaida regno.

& *d. l.* 10. *v.* 68.

—— quæ prima cubili
Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemaida noſtris.

& Propertius de eadem. *L.* 3. *Rubr. fœminas imperare amantibus*

Scilicet inceſti meretrix regina Canopi.

Denique & 6°. inter Chriſtianos, qui ſacram paginam pro lege habent, res omni dubio caret; Deus enim has nuptias inceſtuoſas adeo damnavit, ut totas gentes ideo ejecerit. Hæc igitur ſanctiſſima voluntas, gentibus ex ratione, (nam revelatio ipſis facta non eſt) nobis præterea ex revelatione declarata, norma juris nobis eſſe debet.

Neque his *obſtat* I. exemplum primorum hominum; cum enim præter Adamum, & Evam alii homines non exſtiterint, eorum liberi invicem ſe miſcuere: & ſic per fratres, ac ſorores genus humanum propagatum eſt. *Reſp.* In hoc caſu natura, ejuſque Auctor, noluit nuptias eſſe prohibitas, quia aliud propagandi medium natura non fuit datum; neque enim fœminæ erant niſi ſorores: adeoque intentio naturæ, quæ voluit omnes homines ab uno ſtipite creari, ad effectum deduci non potuit, niſi per cohabitationem primorum fratrum, & ſororum. At hæc ratio, & neceſſitas poſtea ceſſavit: & ex Levitico apparet, Deum hujuſmodi nuptias tanquam inceſtuoſas damnaſſe, genteſque totas ideo ejeciſſe.

Neque obſtat II. exemplum Abræ, qui Saram ſororem ſuam uxorem duxit. *Reſp.* 1. In ſacris omnes aſcendentes dicuntur patres: deſcendentes, filii: collaterales, fratres, & ſorores; Ita enim probavimus, Jochabedam dici filiam Levi, etſi in tertio, vel quarto gradu ei cognata fuerit: ita conſobrini dicuntur fratres, & ſorores, *Gen.* 29. *v.* 15. Abraham perpetuo vocat Lothum fratrem ſuum, cum ſit conſobrinus &c. Adeoque Sara non fuit ipſius ſoror, ſed conſobrina. Idque probatur 2. quia alias non opus fuiſſet ſimulare, & verbi ambiguitate uti, aut etiam precibus eam inducere, ut diceret ſe eſſe ſororem, *Gen.* XII. *v.* 11. & 20., ſi Abra ſub hoc prætextu omnem matrimonii ſuſpicionem a ſe amoveri non credidiſſet. Adeoque 3. ex eo omnes illæ gentes quaſi rem certam concluſere, Saram non eſſe ejus uxorem, quia Soror eſſet; certo argumento, nuptias inter eos non fuiſſe licitas: quod eo magis notandum, quia eodem ſtratagemate uſus eſt Iſaac. Sed & 4. ad quid opus fuiſſet excuſatione, quod mentitus fuerit; non enim mendacium dixiſſet, ſi vera ſoror conſanguinea exſtitiſſet: adeoque excuſationis rationem non in eo ponere debuiſſet, quod ſororem dixerit, (id enim verum erat) ſed quod nuptam eam tacuerit. Porro & 5. ex *Gen. II. v. p.* apparet, Tharam patrem Abrahami aſſumſiſſe Abraham filium ſuum, & Saram *nurum*, & Lotbum *nepotem*; ergo ipſa nec filia, nec neptis fuit, quia diſtinguitur; neque ratio dari poteſt cur magis Sara ibi diceretur *nurus*, quam Abraham *gener*: aut magis hic *filius*, quam illa *filia*. 6. Abrahamus natu major duxiſſet fratris minoris filiam: quaſi frater minor non tantum ante majorem, ſed tanto ante duxiſſet uxorem, ut jam tum filiam nubilem habuerit; cum quo pugnat quod Sara ejuſdem fere ætatis fuit cum Abrahamo, adeoque non nata ab ejus fratre minore. Omnium autem maxime id probatur hoc argumento: Cum recenſentur Tharæ liberi, tres tantum ſunt, Gen. II. v. 26. ibi, *vixit Thara* 70. *annos*, &

Digitized by Google

& genuit Abraham, *Nachor*, *& Haran ;* & hi dicuntur uxores duxiſſe : oportet igitur Saram fuiſſe conſobrinam, aut ſobrinam.

Inſto, quod Abra ſeſe excuſans, Abimelecho dixerit, eſſe vere ſororem ſuam, filiam ſcilicet patris ſui, non filiam matris, *Gen.* XX. *v.* 12. Reſp. Filia patris recte dici poteſt etiam neptis : adeoque ut a mendacii nota ſe abſtergeret, diſſimulaſſe ſaltem gradum videri voluit.

Neque *obſtat* III. exemplum Thamaris, quæ, cum Ammon opprimere eam vellet, monet ſtupratorem ut cum rege loqueretur, addens : *& non negabit me tibi*, 2. *Sam. c.* 13. *Reſp.* Fecit hoc animo perſuadendi ut a violentia deſiſtat ; nam antea jam dixerat, hoc non fas eſſe in Iſrael : *noli*, ait, *facere hanc ſtultitiam*, *tu eris quaſi unus de inſipientibus in Iſrael.* Contriſtatus quoque valde eſt David pater, & internecione quoque Ammonis Abſalon frater hoc crimen vindicavit. Denique & IV. *obſtat* mos omnium fere, & moratiorum quoque gentium. *Vid. Alex. ab Alex. gen. dier. l.* 1. *c.* 24. ; de Ægyptiis vid. *Grot. h.* §. 13. *n.* 6. De Barbaris &c. *ibid.* Reſp. Negari nequit invaluiſſe hunc morem apud orientis præcipue gentes : & huic mori cauſam videtur dediſſe figmentum Oſiridis, & Iſidis, uti ex Manetho antiquiſſimo rerum Ægyptiacarum ſcriptore refert Diodorus Siculus, *L.* 1. *c.* 14. ibi : *Ægyptios legem ſtatuiſſe ducendi ſorores*, *ideo quod Iſis Oſiridi fratri ſuo nupta fuiſſet ;* Atque his fictis Deorum exemplis deceptæ fuere gentes : unde Mauſolus Artemiſiam, Philadelphus Arſinoen, Ptolemæus Macedo Arſinoen, ſorores uxores duxere. Vid. *Juſt. l.*24.*c.* 1. *&* 2. Ita Ptolemæo Cleopatram ſororem teſtamento patris deſtinatam eſſe, teſtis eſt *Juſt. l.* 36. *c.* 1. Apud Græcos quoque eodem patre natas ducere licuit, quin moris id fuit. *Corn. Nep. in Cim. L.* 3. *c.* 3. *& in præfat. Juſt. l.* 28. *c.* 1. Atque hi ex eodem fonte morem hunc recepere ; fabulantur enim Vulcanum Venerem ſororem, deinde Saturnum Rheam, itidem ſororem, duxiſſe, & genuiſſe Oſiridem, & Iſidem, i. e. Junonem, ac Jovem, eoſque pariter conjuges factos : Atque hinc Jupiter ita alloquitur Junonem apud Virg. *Æn. lib.* 10.

O Germana mihi, *atque eadem gratiſſima conjux.*

Ultra fratres, & ſorores nuptiæ prohibitæ non apparent ; omnes enim illæ rationes ceſſant, ſequentes enim non ſunt pars corporis paterni immediate, ſed ex ſuorum parentum ſemine prognati : adeoque inter ſe dum miſcentur, non miſcentur cum corpore paterno. Accedit, quod unitas familiæ, & neceſſitas cohabitationis ceſſet : Adeoque in *patruelibus &c.* ceſſat omnis unitas ; Neque enim unum ſubſtantia ſunt cum avo, *vid. prop. V. & VII.*, nec ejuſdem domus. Nam etſi duo fratres non exeant e familia nuptiis, ſed ipſi pars familiæ maneant, tamen generando ex alterius familiæ fœmina, novam quiſque conſtituit familiam perfectam æque, ac quæ prima fuit, ſcilicet conſtante ex ſocietate viri, & uxoris, ac liberorum ; Et proinde hæc familia diſtincta eſt a priore. *Vid. prop. VI.* Conſtituitur enim ex duarum familiarum diverſarum partibus, ſc. viro ex una, & muliere ex alia domo ; quorum quiſque quidem ſuæ familiæ pars eſt, & jura retinet, ſed coeundo ex diverſis familiis novam componunt.

Additio.

„ Exemplum Abræ, qui ſorori ſuæ nupſerat, admodum torſit interpretes ſacræ ſcripturæ : ut enim dubium hoc tollant, *alii* ſtatuerunt Saram adoptatam fuiſſe a Thare, adeoque eo ſenſu eam ſororem ex patre fuiſſe, non ex matre. *Bayl. diction. voce*, *Sara* ; Sed mera hæc divinatio eſt.

„ *Alii* eam neptem fuiſſe Thare ſtatuunt, quia neptis quoque filia in ſacris dici ſolet, *vid. Oſiand. & Zigler. in not. ad Grot.* §. 14. *n.* 2. At hoc modo Abra conſtitueretur avunculus Saræ, cum quo itidem jure naturæ prohibitæ ſunt nuptiæ : adeoque nec hac ratione inceſtus evitari poſſet. *Bayl. d. l.* Neque hæc interpretatio convenit ſacræ hiſtoriæ ; Sara enim aut ex Nachor, aut ex Aran nata fuiſſet (hi enim ſunt duo fratres Abræ). At non ex priori nata eſt, qui liberos ſaltem habuit Laban, & Rebeccam : nec ex Aran, qui deceſſit relicto ſolo filio Loth.

„ *Alii* ſororem fuiſſe exiſtimant, ſed conſanguineam ; Nam vere ſororem fuiſſe innuere videntur ipſa verba : *Eſt enim mihi ſoror ex patre*, *non ex matre.* Si vero non fuiſſet ſoror, male Abram uſum fuiſſe, ajunt, verbis ambiguis ; quæ dubium adeo non tollunt, ut potius veritatem aſſerti confirment, nimirum vere eſſe ſororem, utut conſanguineam : Atque ea ſententia communiter a Theologis probatur. *Vid. Clem. Alex. Strom L.* 2 *p. m.* 421. *Heidegg. hiſt. patriarch. tom.* 2. *pag.* 78.

„ *aliique*

Digitized by Google

„ *aliique apud Bayl. dict. voce Sara.*

„ Sane alias quoque gentes cum ſororibus conſanguineis nuptias permiſiſſe, probat idem *Bayle d. l.* eaſque apud Athenienſes licitas fuiſſe, air *Muretus Var. lect. l. 15. c. 5. Gebhard in Corn. nep. vit. Cimonis.*

„ Ego cum B. Parente Saram nec ſororem conſanguineam, ſed conſobrinam fuiſſe, exiſtimo. Præter rationes a B. Parente allatas id vel ex eo probatur, quia ſacra pagina nos docet, Deum æque cum uterina, ac cum conſanguinea nuptias prohibuiſſe, & eum gentes inceſtus tales committentes exſtirpaſſe. Quis ergo dixerit, Abrahamum legum naturalium cultorem religioſiſſimum ejuſdem criminis reum ſe feciſſe? Sed & argumenta ex ipſa hiſtoria ſacra deſumta ſatis indicant, Saram non fuiſſe ſororem Abræ; Thare enim tantum tres liberos procreaſſe dicitur, *Abram, Nachor, & Aran. Gen. XI. v. 26.* (non ergo Saram). Hi uxores duxiſſe dicuntur, & nomen uxoris Sarai fuiſſe, non facta mentione ſororis, *v. 29.* Et cum Thare educeret e Chaldæa familiam, legimus, eum tuliſſe Abram filium ſuum, Lot nepotem, & Sarai *nurum* ſuam, uxorem Abram filii ſui, (non facta mentione filiæ). Neque afferi poteſt, Thare filias potuiſſe habere etſi nominatæ non ſint; nam id quoque admitti non poteſt, quia in omnibus præcedentibus generationibus, primo filio nominato addi ſolet, *& genuit filios, & filias*: quod hic omiſſum eſt, certiſſimo indicio, Thare præter tres filios nominatos, alios liberos non habuiſſe. Verius igitur eſt, eam natam fuiſſe ex avo Abræ, Nachor, de quo ſcriptum legimus, quod præter Thare *generaverit filios, & filias*: idque ex ſequenti ſchemate magis illuſtratur:

prima uxor Nachor ſecunda uxor

Thare generavit filios, & filias

Abra, Nachor, Aran. Sara. &c.

„ Et hoc ſenſu verum eſt, quod Sara ſit ſoror ex patre, ſeu avo, non ex matre, ſeu avia; uti enim neptes *filiæ* vocari ſolent, ita & ſobrini, aut conſobrini, *ſorores*: Atque genium hunc linguæ cognitum fuiſſe Ægyptiis, vel ex eo apparet, quia rex Abimelech credere deſiit Saram Abræ ſororem eſſe.

PROPOSITIO X.

Natura prohibitæ ſunt nuptiæ ob affinitatem 1. in linea recta in infinitum: 2. cum fratris, patrui, & avunculi viduabus. Non 3. cum ſororis, amitæ, materteræ viduis.

DEMONSTRATIO.

Hactenus de gradibus prohibitis egimus inter eos, qui ſanguine junguntur; jam de iis agemus, qui affinitate junguntur.

PRIMA prohibitio naturalis ob affinitatem eſt in *linea recta.* Cum enim noverca mea, vel vitricus meus, per copulam corporis, & nuptias, fiant pars ejus corporis, cum quo jungi non poſſumus, (ob reverentiam, quæ turpitudinem eorum detegere impedit, *Vid. Prop. II.*); neceſſario ſequitur, nec cum parte corporis paterni jungi me poſſe, quia cum corpore patris, ejuſque parte jungerer. Atque hinc nemo cum *vitrico*, ſeu *noverca*: nemo cum *privigna*, aut *nuru*: nemo cum *genero*, *ſocero*, aut *privigno* nuptias contrahere poteſt, *Lev. XVIII. v. 8. 15. 17. Lev. XX. v. 11. 12.* Ratio additur, *Lev. XX. v. 11. ſeq.*, quia revelat ignominiam patris, & filii ſui.

SECUNDA prohibitio eſt in *patrui*, & *avunculi viduabus*: quia hæ viduæ unum corpus ſunt cum prædefunctis maritis, cum quibus nefas jungi erat, quia ſunt pars immediata corporis parentum. Atque hinc ratio quoque prohibitionis additur, *Lev. XX, 20.*, quod revelet turpitudinem cognationis ſuæ. Accedit, quod viduæ illæ tranſierint in familiam maritorum, *Lev. 18. v. 14. & c. 20. v. 20.*; at dictum ſupra eſt, illos, qui in una ſunt familia, invicem nubere non poſſe, quia modus propagandi per familiam eſt naturalis, cujus ordo violari, aut interverti non debet. Hinc cum Meroveus patrui viduam Brunechildem duxiſſet, matrimonium pro inceſtuoſo a patre habitum, & Rochomagenſis Epiſcopus, qui aſſenſum dedit, ideo in exilium miſſus fuit. *P. Æmil. de geſt. Franc. in Reg. IX. fol. 20. ſeq. Marian. L. 5. c. 10.* Jure Romano Digeſtorum nuptiæ cum patrui vidua nullibi prohibentur, nec cum avunculi vidua (*Conf. l. 17. C. Nupt. l. 1. C. ſi nupt. reſcr. §. 3. Inſt. nupt.*); etſi in cœteris jus illud curate cum jure naturæ conveniat.

veniat. *Conſ. Richt. Dec. II. n.* 194. *Carpz. Conſiſt. p.* 2. *def.* 91.

Quid vero de *amitæ*, & *materteræ viduis* dicendum? an his jungi natura nefas eſt? Nos negamus, quia tota prohibitionis ratio hic ceſſat; Amita enim, & matertera exeunt ex ſua familia, & tranſeunt in familiam maritorum. Hi mariti igitur non ſimul habitant cum nepte ex uxorum fratre, aut ſorore nata: indeque non turbatur ordo propagationis naturalis; fit enim per diverſas familias.

Equidem maximus hic eſt diſſenſus inter Doctores chriſtianos; etſi enim *Levitic.* 18. *&* 20. tantum prohibeantur nuptiæ cum *patrui*, *& avunculi viduabus*, plurimi tamen putant nominata perſona totum gradum contineri, adeoque nuptias quoque cum *materteræ*, *& amitæ viduis* ob paritatem gradus prohiberi. At verum hoc non eſt: quia ex inſpectione legis apparet, prohibitionem perſonarum, quæ in eodem gradu ſunt, in ſingulis fere perſonis repeti; ita enim cum ſorore germana, & conſanguinea prohibitio exſtat *v.* 9, cum uterina *v.* 11., porro cum amita *v.* 12., cum matertera *v.* 13., denique cum noverca *v.* 5., cum nuru *v.* 8.: etſi eodem gradu ſint. Si ergo Moſes perſona prohibita gradum prohibuiſſet, non opus habuiſſet ſingulas perſonas ejuſdem gradus nominare.

Inſtant *I. Avorum*, & *nepotum* nullam fieri mentionem in illa lege: adeoque non niſi ex paritate gradus prohibitionem ſequi. Reſp. Imo ſpecialis eorum fit mentio; quia voce *patris*, & *filii* omnes majores, & poſteri in ſacris ſignificantur.

Inſtant *II.* in lege illa prohibitiva quaſdam perſonas omiſſas eſſe, cum quibus nuptiæ natura prohibitæ ſunt; certiſſimo indicio, ex paritate gradus id decidendum eſſe: Idque probant exemplo *avunculi*, cujus etſi nullibi fiat mentio, omnes tamen in eo conſentiunt, nuptias cum avunculo contractas inceſtas eſſe; cujus rei aliam rationem dari non poſſe, putant, quam paritatem gradus cum *patruo*, cum quo nuptiæ prohibentur. Reſp. Negamus, nuptias cum *avunculo* prohiberi, ideo quia in pari gradu eſt cum *patruo*; ſed quia utrobique eadem eſt prohibendi ratio: ut ſupra probavimus.

Neque *III.* contra nuptias cum amitæ, & materteræ viduis allegari poteſt generalitas rationis, quod nemo hominum *ad proximam ſanguinis ſui* accedere debeat. *Lev.* 18. *v.* 6. Nam 1. indefinitum hoc definitur ex ſubjectis exemplis. 2. Ex rationibus adjectis, *Es iſt deines Vatern &c. Schaam*, apparet, intelligi talem propinquitatem, quæ in unitate quadam ſive carnis, ſive familiæ conſiſtit: quæ neutra eſt cum amitæ, & materteræ viduis.

Tertia prohibitio eſt in *fratria*: adeoque viduam fratris ducere non licet, *Lev.* 18. *v.* 14. *& c.* 20. *v.* 20.; quia fratres in eadem familia ſunt, & perpetuo manent, & in eam uxores inducunt: cui familiæ ineſt reverentia ſanguinis. Mulier igitur, quæ fratri meo nubit, tranſit in ejus familiam, adeoque & in meam, & fit pars, & membrum ejus familiæ, quæ neceſſario cohabitat, & cujus corpora invicem, & deſcendentibus ſancta ſunt; adeoque accedit, & tranſit in eandem venerationis obligationem, quæ huic corpori cohæret: & uti corpori per nuptias accreſcit perſona, ita & accreſcit eadem venerandi cauſa, & obligatio; & eſt reliquis inſtar ſororis, & deſcendentibus loco parentis: ut & Moſes innuit. *d. l.*

Idque adeo verum eſt, ut nec quis liberis fratriæ nubere poſſit: quia nuptias cum patruo natura prohibitas eſſe, ſupra probavimus.

Atque hinc Johannes Herodem, etiam capitis periculo, deteſtatus eſt, quod fratris Philippi uxorem haberet. *Matth.* 14. *v.* 4. Beatrix, quæ mortuo marito Duglaſſio, nupſit fratri ejus diſpenſante Pontifice, ait, ſe ad ſceleratas has nuptias vi coactam eſſe. *Buchan. L.* 11. *p.* 395. Unde uxoris ſaltem loco habitam eſſe, ait *ibid.* Henrici VIII. nuptiæ, quas cum Arthuri fratris vidua iniit, & unde nata eſt Maria, ab univerſitatibus Germaniæ, & Galliæ improbatæ, ac Maria a Clero, atque Eccleſia Anglicana pro illegitima, & ex inceſtu nata proclamata fuit 7.Sept. 1533. *Meteran. L.* 1. *p.* 46.

Non tamen deſunt exempla in contrarium: Joh. Caſimirus Rex Poloniæ Uladiſlai fratris viduam duxit; ſimile exemplum eſt in Petro Portugalliæ rege, qui Iſabellam fratris Alphonſi uxorem duxit, eo adhuc vivo, ſed ad matrimonium non apto: *Vid. Diſ. de juſt. ſtat. regn. Portug. Art.* 3. *in f.* Ex antiqua hiſtoria conſtat, Andromachen a conjuge traditam fuiſſe fratri Heleno: *Juſt.* 17. *c.* 3. & Helena nupſit Deiphobo mariti ſui fratri, apud *Virgil.* Sed pleraque hæc matrimonia infeliciter ſucceſſerunt, & inter Chriſtianos religionis errore pro licitis habita ſunt.

Neque *obſtat* lex divina, quæ ſub pœna infamiæ

Digitized by Google

infamiæ jubet, fratris abſque prole decedentis viduæ nubere: Reſp. Caſus hic expreſſa voluntate Dei exceptus eſt: & proinde magis valet hæc conjunctio, quam inter primos fratres, ubi tacita tantum voluntas fuit; & ſpeciale id quoque hic eſt, quod frater non tantum poſſit, ſed & debeat, nec poſſit aliam ducere ſine pœna infamiæ. Ratio autem legis fuit primogenitura Deo ſacra, eoque cuſtodienda; Hinc enim debuit natus nomine fratris defuncti appellari, non nomine ſui patris.

Quid vero de *ſororis viduo* dicendum? An nuptiæ cum duabus ſororibus prohibitæ natura ſunt? Negandum id omnino eſſe, putamus: 1°. quia cum ſorore uxoris meæ nulla mihi intercedit unitas, nec carnis, nec familiæ; uxor enim mea deſeruit ſuam familiam, ac tranſiit in meam: & ſic ego nec ſum pars corporis cum ſorore uxoris, nec neceſſario cum ea in una domo cohabito. Equidem uxor mea mecum una fit caro: unde videri poſſet etiam ejus ſororem, quæ una cum uxore mea caro eſt, mecum unam carnem videri; At maritus cum uxore unum eſt, non quoad ſubſtantiam carnis, ſed cohabitatione: adeoque alio unitatis genere, quæ ad uxoris ſororem plane non pertinet. 2°. Hinc in ſacris tantum prohibentur nuptiæ cum *fratris vidua*, *Lev.* 18. *v.* 14. *&* *c.* 20. *v.* 20.; Nullibi autem cum *ſororis viduo*. Neque 3°. dici poteſt, nominata perſona gradum prohiberi; nam contrarium non tantum in genere demonſtravimus *ſupra init. h. prop.*; Sed & aliam rationem obtinere in ſororis viduo, apparet exemplo Jacobi, qui uxoris vivæ adhuc ſororem duxit: certiſſimo indicio, natura inceſtum hic non eſſe. Sane ſi circumtuliſſet impudenter, & temere inceſtus ſuos ſecum in itinere, utique Deus non tam immediate cum eo verſatus eſſet, eique benefeciſſet: nec filii Rachelis fuiſſent legitimi, nedum hæredes terræ benedictæ.

Additio.

„ Rationem differentiæ inter *fratris viduam*, & *ſororis viduum*, & cur cum illa, non cum hoc nuptiæ prohibeantur; nec non dubium illud, quod nominata perſona gradus prohibitus intelligi debeat, &c. Reſponſo egregio illuſtravit B. Parens, quod latino idiomate donatum hic inſerere operæ pretium duxi.

R E S P O N S U M.

Quæſitum eſt, quid adjectis rationibus dubitandi, & decendi in Jure Naturali, Divino, & Civili ſtatui debeat in Quæſtione:

An per Principis conſenſum, & diſpenſationem admitti poſſit, ut maritus demortuæ ſuæ conjugis neptem ex ſorore conſanguinea in matrimonium ducat?

Ut cardo quæſtionis eo dilucidius adpareat, caſum ipſum, de quo quæritur, hic præmittendum duximus:

Mevius, mortuis prima, atque altera, quam duxerat, conjuge, filiabus quoque prioris matrimonii jam nuptui collocatis, multis adductus, iisque momentoſis rationibus, ad tertia progredi vota conſtituit; ne bona aliis, quos minus noſſet, relinqueret adminiſtranda, partim: partim ut filiabus (quas adhuc habet,) teneræ ætatis, bona educatione conſuleret. Inter multas ergo ineundi denuo matrimonii rationes, quas circumſpexit, prætulit has: ut nempe demortuæ ſuæ conjugis primæ ex ſorore conſanguinea neptem ducat, non ſolum, quod hæc jam eſſet filiæ ſuæ natu minoris mater Inſtrica; ſed etiam ſingulari ductus fiducia crederet, ſe meliorem hac non inventurum conjugem: quippe quæ filiolas eo, quo conſueviſſet hactenus, multo amore ſit complexura. Ejuſmodi vero matrimonium conſtitutione provinciali Ducali Anhaltina interdictum eſt; niſi quod Tit. 7. memoratæ conſtitutionis in fine, ceu Extractum A. docet, Sereniſſimi Principes Anhaltini iis in gradibus, qui lege divina expreſſe prohibiti non ſunt, vi ſuperioritatis territorialis diſpenſationem ſibi reſervaverint. Atque his adductis quæritur,

AN TALIS FIERI DISPENSATIO POSSIT SINE SCRUPULO?

In hac quæſtione decidenda exulant leges civiles, nec ulla Doctorum auctoritas ſufficit; ſed ad eam expediendam conſtans ratio naturalis unice valet, arg. §. 1. verſ. Quod vero naturalis. junct. §. 11. I. de jur. nat. gent. & civil. *Inprimis autem id eſt neceſſarium, ut verus, & legitimus legis divinæ moralis ſenſus inveſtigetur; qui cum cognoſci nequeat, niſi ex illo fundamento, cui leges matrimonii inædificantur, hoc ipſum vero fundamentum dubiæ adhuc diſceptationis ſit: res omnis ad tres redit quæſtiones, quarum diſcrimen oppido manifeſtum eſt.*

1. An ea, quæ *Levitic.* 18, *&* 20. dicuntur, ad nominatas perſonas reſtringenda ſint? utrum ad gradus extendi, & nominata perſona totus intelligi gradus debeat?
2. Si neutrum, quodnam verum, & conſtans legis

legis Moſaicæ fundamentum ſit, quoſve habeat limites?

3. An matrimonium cum nepte ex ſorore conſanguinea demortuæ conjugis, ductu ſacri codicis, & tenore divinarum legum, admitti, atque adeo ſalva ſereniſſimi principis conſcientia diſpenſationi dari locus poſſit?

QUÆSTIO PRIMA.

Quamvis quod ad Quæſtionem primam *attinet, Theologi, atque JCti ad unum omnes ſtatuant, atque in eo omne ſuæ Theſeos ponant fundamentum, quod* Levitic. 18. *non tantum perſonæ nominatæ; ſed omnes quoque, quæ ejuſdem gradus ſunt, intelligantur: atque adeo ſingulis præceptis non perſona, ſed totus gradus innuatur; ſecus tamen, invictis ducti rationibus, opinamur,* Levit. XVIII. *neque gradus cognationis, neque affinitatis reſpici: ita ut quarum mentio facta eſt perſonarum, ab iis neutiquam ad eos, qui parium graduum ſunt, fieri debeat concluſio; Neque attendendum eſſe ad perſonas, ita ut præter nominatas reliqua matrimonia omnia licita dicantur; ceu id ipſum ex dictamine rectæ rationis non minus, atque ex* dicto capite *ſatis abunde patet.*

Quod enim in dicto capite *nulla graduum ſit habita ratio, ex eo manifeſtum eſt, quia de computatione graduum in linea collaterali, quæ tamen potius totius rei momentum conſtituit, neque vola, neque veſtigium adparet in ſacro codice; ſed affines, & conſanguinei juxta lineam rectam aſcendentium, & deſcendentium numerantur. Eſt ergo hæc graduum computatio mere Juris civilis: quippe quæ uſum, & valorem nacta eſt ex jure præcipue Romano. Ex quo porro conſequitur, quod Moſes ad illam lineæ tranſverſæ computationem neutiquam reſpexerit: nedum eandem hujus præcepti eſſe fundamentum voluerit, quæ tunc temporis vel prorſus ignorabatur, vel ſaltem ejus uſus exulabat.*

Atque hoc ipſum magis pateſcit, ſi penitius introſpiciamus dictum Cap. Levit. 18. *Videmus enim, nominari plures perſonas ejuſdem gradus, neque tamen eaſdem ſub uno, eodemque præcepto comprehendi; ſed cuiuslibet perſonæ, etiamſi ejuſdem ſint gradus, præceptum exſtare ſpeciale: quod proinde non de integro gradu, ſed de perſonis nominatis ſaltem intelligi debet. Sic ſororum quando ſit mentio, in quamlibet earumdem præceptum conſtitutum eſt ſpeciale: Matrimonium cum germana, ac conſanguinea, interdictum eſt* verſ. 9.; *cum Uterina* verſ. 11., *cum Amita* verſ. 12., *cum Matertera* verſ. 13., *non obſtante, quod poſteriores ambæ in uno, eodemque: & ſorores omnes in gradu ſint pari. Talis quoque graduum paritas eſt inter novercam, & nurum; nihilominus tamen utriuſque præceptum occurrit ſpeciale* verſ. 8. & 15.

Eſt itaque illa ſententia oppido falſa, qua exiſtimatur, quod Levit. XVIII. v. 20. *nominata perſona totus gradus nominatus, & prohibitus intelligatur; Contra vero id clarum habetur, & evidens, quod intuitu perſonarum, licet ejuſdem ſint gradus, præcepta extent ſpecialia, quæ perſonas, non gradus reſpiciunt: Hoc enim niſi foret, illud ſequeretur abſurdum, quod unus, idemque gradus bis, ter, atque adhuc compluries inutiliter repetatur. Imo aliud inde reſultaret inconveniens, ſcilicet quod (ſi nominata perſona paritas gradus intelligi debet) abneptem in quarto gradu pari ratione, atque conſobrinam, quæ in eodem gradu eſt, ducere liceat. Sane cum nullum in ſacro codice linearum indigitetur diſcrimen, neque illud legatur expreſſum in quibuſdam omnino caſibus, in aliis vero non item, debere attendi ad graduum paritatem; hæc ipſa regula utrinque valeret, & paritati graduum æque in linea recta, ac tranſverſa foret locus.*

Deinde ex adducto jam fundamento d. cap. 18. v. 6. *limites cognoſci poſſunt hujus præcepti:* Ne quis ad carnem carnis ſuæ accedat; *Omnis nempe hujus præcepti ratio eſſe ſita dicitur in unitate carnis, vel ſanguinis, cui natura ipſa reverentiam, & ſanctitudinem indidit.*

Hæc autem vera, & naturalis unitas carnis, & corporum, duplex eſt: primo *loco inter parentes, & illorum filios, vel filias, qui immediate ab ipſis deſcendunt, atque adeo eorumdem verus, & eſſentialis ſanguis ſunt; Et quamvis parentum ſanguis ad omnes deſcendentes per medios gradus propagetur, atque hi ſuo cum ſtipite ejuſdem ſint carnis, atque ſanguinis: proprie tamen, & proximius ex ſemine, & ſanguine parentum provenisse dicuntur filii, & filiæ primi gradus; quoniam parentum prognati ſanguine nihil aliud ſunt, quam portio viſcerum, & ſubſtantiæ paternæ, & maternæ: atque adeo veriſſime unum cum iis corpus.*

L. 1. §. 1. ff. de Inſpic. Ventr.

Secundo *loco inter conjuges, maritum nempe, & uxorem, qui itidem ſunt corpus unum,* quo

ob primam inſtitutionem pariter, atque commixtionem corporis.

Ex prima *unitatis ſpecie, ob conſanguinitatem: ex* altera, *ob affinitatem prohibitiones oriuntur. Utriuſque prohibitionis fundamentum quærendum eſt in reverentia ſanguinis, quæ, uti ſupra jam monuimus, inter parentes, & liberos, (eo quod hi ex illorum ſint prognati ſanguine) matrimonium in infinitum impedit. Atque ex hoc fonte profluunt prohibitiones ſacræ ad unam omnes, reſpicientes aut illos, qui caro noſtra, aut illos, qui carnis noſtræ caro ſunt. Nos nempe ſumus noſtrorum parentum caro, & liberi noſtri ſunt noſtra caro: & ideo non licet accedere ad eos, ſeu ad carnem noſtram; quod ipſum uti extra controverſiam, ita quoque præcepti fundamentum eſt in linea cognationis recta. Qui porro cum parentibus, & liberis noſtris una caro ſunt, illi non ſunt noſtra, ſed carnis noſtræ caro: id propter etiam inter illos matrimonia non ſunt licita. Accedit, quod in matrimonialibus omnis quæſtio recidat ad conjunctionem corporum; relatio vero, & reverentia ſanguinis, cujus ſæpe jam meminimus, corporibus adhæret, atque conjunctionem, & detectionem pudoris impedit. Hinc ergo infertur, quod cum liberi parentum ſuorum ſint caro, & ſanguis: atque adeo cum ipſis, ceu ſanguine, ex quo deſcendunt, per ingenitam relationem, & reverentiam, matrimoniali jungi non poſſint copula; eadem obſtet ratio, ob quam cum ipſis quoque jungi nequeant, qui parentum ſuorum, aut ſuorum liberorum idem revera corpus, atque hinc carnis ſuæ caro ſunt. Foret enim ejuſmodi matrimonium commixtio cum parentum, aut liberorum iiſdem ipſis corporibus: quia illorum ſanguis, & caro ſunt, atque unum cum ipſis corpus conſtituunt. Ergo detectio horum turpitudinis eadem eſt cum detectione turpitudinis parentum. Atque hinc factum eſt, ut cuilibet prohibitioni ſemper hæc ipſa expreſſis verbis adjecta legatur ratio. Omnium itaque prohibitionum in linea cognatorum collaterali, & inter affines, verum hoc fundamentum eſt; id quod ſua radiat luce.*

Huic enim fundamento inædificantur prohibitiones conſanguinitatis, vi cujus matrimonia inter illos prohibentur, qui a noſtris immediate parentibus deſcendunt, id eſt, qui noſtrorum parentum, aut majorum noſtrorum fratres, aut ſorores germanæ ſunt: v. c. ſoror, amita, amita magna, proamita &c. quæ veriſſima pars ſubſtantiæ ſunt corporis noſtrorum parentum, avorum, proavorum, abavorum; Atque his perſonis prohibitiones in linea cognationis collaterali terminantur. Hinc eſt, quod matrimonia licita ſint cum liberis illorum, qui parentum, aut majorum noſtrorum immediate, ſeu primi gradus, liberi non ſunt, ſed eorum ſaltem nepotes: v. g. noſtri conſobrini, aut conſobrinus proprius; Nos enim ex ſubſtantia quidem, & ſanguine noſtrorum parentum, non vero ex ſanguine ſororis, aut fratris parentum noſtrorum, ſumus prognati. Sorores, & fratres parentum noſtrorum ſunt quidem caro carnis noſtræ, ſcil. parentum noſtrorum caro; non vero illorum liberi: quia neque nos ab illis, neque illi a nobis trahunt originem, atque adeo neque caro noſtra, neque caro carnis noſtræ ſunt; Non enim ex parentum noſtrorum ſanguine procreati ſunt, neque unquam fuerunt viſcerum portio illorum, qui vel a nobis, aut a quibus nos deſcendimus.

Pari ratione, ſecundo loco, ex eodem hoc fundamento ob affinitatem nuptiæ redduntur illicitæ cum illis, qui vel cum parentibus noſtris, vel noſtris liberis matrimonium inierunt: quia per matrimonium ex altera unitatis ſpecie cum noſtris parentibus, & liberis noſtris, unum corpus, atque adeo carnis noſtræ caro ſunt. Caſus, qui in hunc referri cenſum debent, contingunt in linea affinitatis, ſi mas, vel fœmina quempiam ex parentibus, aut majoribus noſtris habuerit in matrimonio: v. c. Vitricus, provitricus, noverca, pronoverca &c.; aut habuerit quempiam in matrimonio ex liberis, vel poſteris noſtris: v. c. gener, progener, nurus, pronurus &c.; aut conjugis noſtræ parentes ſunt, v. g. ſoceri, proſoceri; aut denique noſtræ conjugis liberi, v. c. privigni, proprivigni. Nec prioris, nec poſterioris generis perſonas ducere licet: non prioris, quia noſtræ carnis caro ſunt: non poſterioris ambas, quia nos ipſorum carnis caro ſumus.

Ex his jam dictis Levitic. 18. *tres matrimoniorum prohibitorum claſſes conſtituuntur.* Prima *claſſis comprehendit illos, qui in linea cognationis recta ſunt, v. g. noſtros liberos, & parentes in infinitum.* Secundæ *claſſis illi ſunt, qui nos attingunt in linea cognationis transverſa, v. g. noſtræ, & noſtrorum parentum ſorores, quæ poſteriores in infinitum nobis parentum loco ſunt, eoque inſigniuntur nomine* § 5. Inſt. tit. de Nuptiis. *Ad* tertiam *claſſem pertinent, qui in linea affinitatis recta ſunt in infinitum.*

Atque porro ex iis, quæ jam dicta ſunt, videre eſt, quod definitæ trium claſſium perſonæ regula nitantur fundamentali, quæ in d. cap. verſ. *præmittitur his verbis:* Ne quis accedat ad carnis ſuæ carnem; *Omnes enim perſonæ* dicto capite *prohibitæ ſunt, vel parentes, & liberi noſtri: vel qui cum illis eadem caro, & idem ſanguis ſunt. Hinc in omnibus his caſibus omnino eſt commixtio cum ipſo corpore parentum, vel liberorum; conſequenter noſtrorum parentum, & liberorum turpitudinis detectio, ad quam legislator divinus unice provocat, atque cujuſvis caſus prohibiti eandem eſſe rationem, expreſſis verbis dicit.*

His præmiſſis immoti opinamur, quod hæc prohibitio neque ad paritatem gradus, neque ad nominatas tantummodo perſonas ſit adornata; potius id aſſerimus, in unione carnis, ſeu ſanguinis communicatione, quam quaſi digito intendit, & explicat dict. verſ. 6., *veriſſimum totius hujus negotii fundamentum eſſe. Atque ad hanc unice normam omnes controverſiæ decidi debent.*

Hiſce innixi porro extra omnem eſſe controverſiam dicimus, quod Moſes in caſibus prohibitis ad illam in linea collaterali computationem, cujus hodie ex Jure Romano uſus eſt, neutiquam reſpexerit.

Id vero etiam ex duplici fundamento dubio carere dicimus, quod legibus Moſaicis non ſolæ perſonæ nominatæ intelligi debeant: neque exiſtimari poſſit, illos, quorum nulla facta eſt mentio, hoc omnino non præcepto teneri. Primo enim obſtat notiſſimus, & verus Canon, quo dicitur: Idem jus eſſe, ubi eadem eſt ratio adæquata. *Hic vero Canon nulla regula juris arbitrarii nititur; ſed ſuum ex naturali ratione mutuat robur, ex quo hæc ratio adæquata reſultat, vi cujus dicentis æſtimatur intentio, totaque pateſcit legis diſpoſitio, ejuſque limites indicantur. Nam ejuſmodi reperire voces, quæ indubitatam ſcribentis mentem ita prodant, ut ex intentione Auctoris neque plus, neque minus intelligatur, non licet; ſiquidem linguæ hoc ferunt incommodi, ut in iiſdem uſus vocum modo latior, modo ſtrictior obtineat, atque non raro etiam vocabula alio, & longe diverſo ſenſu accipiantur. Quamobrem ſola ratio adæquata eſt anima diſpoſitionis, & conſtans voluntatis menſura, qua mentem, atque dicentis, vel agentis intentionem dimetiri fas eſt. Cognita enim ratione adæquata, omnis intentio ita pateſcit, ut nullus dubitandi locus ſit.*

L. 17. L. 29. §. 30. ff. de Leg. L. 32. ff. ad Leg. Aquil. L. 13. §. 2. verſ. Sed etſi &c. ff. de Excuſ.

Aliud ſecundo loco argumentum pro adſtruenda theſi, quod prohibitiones Levitici toties dicti capitis non ſolis perſonis nominatis terminentur, æque ſtringens deſumitur a quibuſdam matrimoniis, quæ nemine contradicente ſunt illicita, nec tamen recenſentur: v.g. Matrimonia inter aſcendentes, & deſcendentes, vel gentilium moribus ſunt illicita in infinitum; quod tamen in d. cap. 18. *non habetur: niſi quod ſola parentum cum liberis, vel nepotibus connubia prohibeantur. Reliquorum caſuum, qui dari adhuc poſſunt, nulla ulterior facta eſt mentio. Porro, de matrimonio cum filia fratris nulla occurrit prohibitio, cum tamen illud ex cauſa conſanguinitatis pro æque illicito ſit habendum; Sed & ex cauſa affinitatis ſimilis modi matrimonia prohibita legimus: v. g. matrimonium cum amita, & matertera, aut, quod idem eſt, cum fratris, aut ſororis filia.*

Conf. Levitic. XVIII. v. 12. 13. & 6.

Utrumque, quod nempe omnis prohibitio obvia dicto Leviticor. capite, neque gradibus, neque nominatis tantummodo perſonis terminetur, dilucidius adparebit, ſi ad alteram deveniamus quæſtionem; ex cujus adcuratiori diſquiſitione veriſſimum, quo res tota nititur, fundamentum patebit.

QUÆSTIO SECUNDA

Quæſtionis ſecundæ hæc vis eſt præcipua, ut omne in matrimonialibus caſuum prohibitorum fundamentum ſola niti dicamus regula, quæ præmittitur Levitic. 18. *v.* 6.; *atque adeo neceſſe eſt ſimus ſolliciti de hujus loci vero, & originario ſenſu, cujus verba hæc ſunt:* Nemo homo accedet ad carnem carnis ſuæ, ut ejus turpitudinem revelet. *Duo momenta ex his verbis poſſunt elici. Alterum eſt, ut conſtet, primariam præcepti prohibitivi rationem poni in detectione turpitudinis, quæ, ceu notum eſt, nihil aliud eſt, quam conſuetudo carnalis. Hanc vero inter parentes, & liberos impedit, immo averſatur, reverentia ſanguinis; quam natura cunctis indidit mortalibus tam forti ſtimulo, ut quiſque cum ea carnalem conſuetudinem averſetur, a qua ſuum ducit originem, & cum qua idem ſanguis eſt. Inde fit,*

Digitized by Google

ſit, ut ejuſmodi reverentia ſanguinis in linea recta procedat in infinitum, nec infirmetur duratione propagationis; ſed ex continuata generationum ſerie novum ſibi ſumat pondus, atque fortiora incrementa.

QUÆSTIO TERTIA.

Id denique, quæſtionis tertiæ tangendo cardinem, dicimus, atque extra omne ponimus dubium, quod matrimonium cum uxoris ſorore, aut matertera, probibitum non ſit. Dictus enim verſ. 6. *ſenſu æſtimandus literali nullam præterea probibitionem inducit: Et quamvis in eodem boc loco duorum quidem adbuc caſuum expreſſis probibitio verbis occurrat, quod ſcil. nemo ducere debeat viduam fratris, aut patruelis,* Levit. 18. v. 14. 16. & Lev. 20. v. 20. 21, *quæ neque noſtra, neque carnis noſtræ caro ſunt; atque inde vi exactæ ſimilitudinis porro inferri poſſit, quod nec uxoris ſororem, aut materteram ducere liceat; Hæc tamen conſtans noſtra eſt opinio, quam in frontiſpicio bujus Quæſtionis tertiæ jam indicavimus, quod matrimonium cum uxoris ſorore, aut matertera omnino ſit licitum. Ratio primaria fundamentalis bæc eſt, quod qui bic probibitionem crepant, id probare babeant neceſſum: tum quia id incumbit aſſerentibus,* L. 2. ff. de prob., *tum quia probibitio facti eſt, quod inprimis probandum.* L. fin. C. de ſolut. Dd. ad L. 17. de Capt. & poſtlim. reverſ.

Alia quoque boc ipſum probandi neceſſitas ſubeſt, quia probibitionem legis neſcire non debet is, quem obligat. Nemo enim præceptum tranſgreſſus dici poteſt, niſi cui ejuſdem probibitio innotuit, atque ſufficienter fuit demonſtrata; neque obligari quiſquam poteſt ad ſervandam legem, de qua non conſtat: nec lex violari, quæ non adparet, & exiſtere non probatur; novimus quoque, nullam legis vim eſſe, niſi ejuſdem publicatio in omnium notitiam pervenerit, multo minus, ſi nec quidem conſtet eam latam eſſe. Inprimis autem quando de cobabitatione conjugali ſermo eſt, plena probatio requiritur: quia Deus bunc omnibus creaturis, inter quas bomo eminet, inſtinctum indidit, ut ingenito deſiderio ferantur ad propagationem bumani generis. Naturalis ergo bæc propenſio, quatenus univerſali divini numinis conceſſione nititur, reſtringenda non eſt, niſi ubi de probibitione divina plene conſtat, atque invictis doceri rationibus poteſt, manifeſtum bac de re ſacri codicis interdictum obſtare. Id propter ea matrimonia de genere permiſſorum dicuntur, quæ pro permiſſis babentur donec probentur probibita: id quod etiam jure canonico obſervatum eſt, ceu patet ex C. 24. de ſponſal. in verb. cum prohibitorium ſit edictum de matrimonio contrahendo, ut quicunque non prohibetur, per conſequentiam admittatur. *Producendæ igitur in medium rationes, quibus patet, jure divino non eſſe probibitum, ut quis demortuæ conjugis ſororem, aut ejuſdem materteram, ducat in matrimonium. Tantum primo loco abeſt, ut vi præcepti divini id eſſe interdictum dicamus, ut potius in linea affinitatis collaterali caſus buc facientes non niſi ad fratris, aut avunculorum conjuges reſtringantur: ita ut illis ſolis interdictum ſit, ne demortui mariti fratribus, aut ejuſdem filiis nubant; cui adbuc pondus adjicitur, novumque robur, ex canone ſatis noto, quod exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis.* L. 12. §. 43. verſ. denique ff. de Inſtr. leg. L. 1. verſ. hujus rei ff. de off. ej. cui mand. eſt Juriſd. L. 4. & pr. ff. de Pœn. leg. Nov. 7. c. 2. H. Piſt. lib. 2. qu. 27. n. 7. Thoming. Dec. 16. n. 9.

Secundo loco neque per conſequentiam ex Levit. 18. verſ. 6. *poteſt elici, bunc caſum referri oportere inter probibitos; Eſt enim conjugis noſtræ ſoror, aut ejus amita, & matertera, neque noſtra, neque carnis noſtræ caro. Neque obſtat, quod nec fratris, aut avunculi noſtri vidua ſub verbis iſtius regulæ contineatur, uti ſupra jam dictum; ſufficit enim, probibitionem borum caſuum amborum ſua poſſe ex ratione, & cauſa iſtius regulæ, boc eſt, vi pronæ conſequentiæ ex reverentia fluere; Uxor enim vi, atque virtute matrimonialis vinculi, jure divino, atque bumano, omnia mariti ſpiritualia, & ſecularia jura conſequitur: atque bac ratione cum marito conſortium omnis vitæ ingreditur, ut divini, bumanique juris fiat communicatio.* L. 1. ff. de Rit. nupt. L. 4. C. de crim. exp. her. *in verb.* ſocia rei humanæ, atque divinæ. L. 14. in fin. ff. Sol. matr. *Id propter omnino etiam reverentiæ non minus, quæ ſanguini mariti, ac illius, quæ dignitati ejus cobæret, redditur particeps.* L. 8. ff. de ſenat. *Atque illius reverentiæ, quæ fluit ex ſanguine, adbuc majorem in modum arcta, & indivulſa inter conjuges eſt communicatio: quia dignitas meri juris civilis, temporaria, & ambulatoria; ſanguinis an-*

tem reverentia a natura inſculpta, perpetua, & indelebilis eſt. Uti ergo hæc ſanguinis reverentia per conditionem matrimonii beneficium, & vinculum eſt; ita quoque per conditionem nuptiarum: atque hæc jubeſt ratio, quæ cum noſtri fratris, patrui, & avunculi vidua matrimonium negat ineundum. Licet enim illa non fuerit noſtræ carnis caro; id tamen ſufficit, maritum ejus fuiſſe, qui fuerat frater, patruus, & avunculus noſter: atque adeo tota nobiſcum caro, cui inſedit illa ſanguinis reverentia, quæ impedimento eſt nuptiis, & quam adeo cum ſuis effectibus uxor natura participat. Atque inde ſuum mutuat robur conſtans, & perpetuus canon, quod quæcunque matrimonia jure divino poſitivo ex reverentia ſanguinis marito, eadem & ejuſdem viduæ interdicta ſunt. Nec obſtat, hunc canonem verbotenus non reperiri in ſacro codice, dummodo illius fundamentum communi ratione, & ſententia interdicti fulciatur. Caſus vero cum fratris patrui, & avunculi vidua, ut nequaquam: ita cum ſororis, & amitæ, vel materteræ viduo jure divino omnino prohibitus eſt; quoniam hujus aſſerti prona ex ſacro codice eſt conſequentia, ita ut pateſcat, nuſpiam veſtigia deprehendi, quibus contrarium licere dari manifeſtum poſſit: quia neque ſenſus literalis prohibitionis in genere factæ, neque legis prohibitivæ ratio id ipſum declarat. Sanguinis enim reverentia, tanquam cauſa impedimenti, non eſt niſi inter nos, ſorores, materteras, amitas noſtras; minime vero ad illarum maritos extenditur, quia illi neque carnis noſtræ caro ſunt, neque per matrimonium jura uxorum, earumve familiæ conſequuntur. Ex quo porro id reſultat, quod neque in communionem reverentiæ ſanguinis ingrediantur, qua ipſorum fruuntur conjuges; Uxor enim in maritorum jura tranſit: non vice verſa maritus de uxoris familiæ, dignitatis, ſanguinis, eique inhærentis reverentiæ participat juribus. Illa ergo cauſa, & ratio, deſumta a communicatione reverentiæ ſanguinis, quæ nos impedit quo minus fratris, aut avunculi noſtri relictam ducere viduam poſſimus, extendi non debet ad ſororis, aut amitæ noſtræ maritos: quia illud interdictum nec ex verbis regulæ, nec ex ejus ratione, & ſententia fluit. Hoc ipſum quoque confirmatur adhuc, quia Levit. 18. & 20. nihil quicquam de uxoris ſorore, aut amita dicitur; ſed in dicta lege unice de fratris, aut avunculi uxore ſermo eſt, ad quam ſolam interdictum expreſſis verbis reſtringitur. Accedit adhuc, quod hujus interdicti ſententia quatuor iteretur vicibus, atque ubique adpareat, ſolam fratris, & avunculi viduam innui; de uxoris autem ſorore, & amita mentionem injici omnino nullam. Ita enim ſonant verba Levit. 18. v. 16. & Levit. 20. v. 21. Ne quis fratris viduam ducat: *& binis aliis locis,* Levitic. *videlicet* 18. v. 14, & Levit. 20. v. 20. Ne quis patrui, ſive avunculi (*vox enim Hebræa utrique communis eſt*) viduam ducat. *Quæ perpetuæ reſtrictionis geminationes, & iterationes, eam maxime confirmant, & mentem verborum certam, præciſam, & enixam demonſtrant, ſenſumque eorum clarum, & perſpicuum reddunt, ut nihil opponi poſſit; uti vulgo Dd. tradunt* apud Coler. proc. exec. Lib. 1. Cap. 10. n. 211. Cravett. Conſ. 658. n. 6. & alibi ſæpius. Goedd. Conſ. Marp. Vol. I. Conſ. 24. n. 4. &c. *Ea enim vis geminationi inſignis tribuitur, ut quemadmodum verba generalia geminata (nec dum ſæpius repetita) omnem reſtrictionem excludunt,* Beſold. Conſ. Tubing. Part. 4. Conſ. 159. num. 62. & ſeq. *ita ſpecialia geminata omnem extenſionem.* Cravett. Conſ. 344. num. 12. & 13. *Aliud quoque adhuc momentum matrimonii, cum uxoris ſorore, aut matertera non prohibiti, ſitum eſt in eo, quod nunquam in gradu quodam prohibendo unius perſonæ fiat mentio: ſed omnes quoque ſigillatim exprimantur, ad quos interdictum ex paritate gradus trahi poterat, & de quibus nullum fuiſſet dubium, etiamſi illorum non injecta eſſet mentio. Ita v. c. non fuiſſet opus, ut cum matrimonia cum ſororum, aut fratrum viduis interdicta legantur, ipſarum quoque ſororum, & fratrum adjiceretur prohibitio: utpote de quibus id jam ſubſumi poterat; Nihilominus omnes fratrum, atque ſororum ſpecies tanguntur, atque cujuslibet ſpeciei ſpeciale præceptum deprehenditur.* Levit. 18. v. 11. & 19. *Hæc cum ita ſint, veroſimile eſt, quod nec illorum caſuum, qui in linea affinitatis collaterali prohibiti dicuntur, & de quibus præcipue ſuboriri dubium poterat, omiſſa fuiſſet prohibitio, ſi eoſdem legislator voluiſſet interdictos; Sequeretur enim illud, quod fratrum, & ſororum, qui jam ſub communi regula comprehendebantur, ſine neceſſitate, atque adeo incongrua facta fuiſſet mentio: quod tamen nos dicere vetat ſanctiſſimi numinis, ejuſdemque ſacratioris verbi reverentia. Id quod clarius redditur*

ex

Digitized by Google

ex eo, quod porro adhuc in gradibus conſanguinitatis perſonæ, de quibus itidem dubium non erat, ſpeciatim exprimantur. Ita verſ. 12. non ſolum cum amita; ſed verſ. 13. cum matertera quoque matrimonium prohibetur ineundum. Pari ratione in linea affinitatis recta non ſolum verſ. 15. cum nuru; ſed etiam cum privigna verſ. 17. matrimoniale vinculum interdictum eſt: quamvis omnes hi caſus in eadem affinitatis linea recta, eodemque gradu, jam potuiſſent ſubſumi, atque ſub verbis regulæ quoque jam eſſent comprehenſi. Cum itaque in gradibus proximioribus, atque caſibus non dubiis, nunquam perſonæ prohibendæ (quæ nominatis non omnino ab unitate carnis pares ſunt,) omittantur, ita ut ſoli ex paritate gradus conſequentiæ permittantur; multo minus credere poſſis, in linea affinitatis collaterali ex ſola gradus paritate aliquid poſſe inferri. Qui enim in linea affinitatis collaterali non nominantur, ad eos quoque præceptum non pertinere dicimus: ſiquidem procul omni dubio, ſi id ipſum voluiſſet legislator, eorundem quoque injecta fuiſſet mentio. Hoc denique firmatur exemplo divi Jacobi Patriarchæ, qui uxoris ſororem confidenter duxit, & ſine ullo ſcrupulo: neque hoc Deo diſplicuiſſe adparet. Ex quo porro conſequitur, non fuiſſe hoc matrimonii vinculum contra legem naturalem; Vixiſſet enim hoc modo Jacobus in perpetuo inceſtu cum duabus ſororibus. Ad hæc quando manifeſtum eſt ex ſacro codice, frequens Jacobi cum Deo fuiſſe commercium, illo ipſo quoque tempore cum eſſet in itinere cum uxoribus ſuis; quis credere poſſit, eum in ejuſmodi prohibito inceſtu continuaſſe vitam, atque tam impudenter peccaſſe contra legem naturalem? Neque obtrudi poteſt exemplum Davidis, atque aliorum, quippe quos Deus non raro ſivit labi eum in finem, ut ſeria ducti pœnitentia ad meliorem redirent frugem. Jacobi vero cum Rachele matrimonium uſque ad vitæ finem duravit, neque propterea ullam a Deo correctionem ſuſtinuit; ſed potius ſingulare benedictionis, multæque gratiæ argumentum expertus eſt. Læderetur quoque divini numinis majeſtas, ſi inceſtus in hoc ſubfuiſſet matrimonio: quippe quod ob facinus Cananæi fuere exſtirpati. Joſephus denique, atque Benjamin, eorumque poſteri, non poſſent connumerari inter legitimos terræ Canaan hæredes: quia ex inceſtu prodiiſſent. Et quid opus eſt pluribus? Levitici XVIII. v. 16. haud obſcure matrimonium cum demortuæ uxoris ſorore omnino licitum pronuntiatur, atque id ſaltem prohibetur, ut quoad viverent ſorores æmulatio ceſſaret. Hunc quidem in cenſum multa referri exempla poſſent, niſi id ſuperfluum eſſet; Sunt enim hujus farinæ caſus inprimis, qui inter Evangelicos principes complures contigerunt, notiſſimi, publicis famigeratiſſimorum JCtorum reſponſis, atque conſiliis probati: Et quamvis juxta cum Theologis quam plurimis, quidam magni nominis JCti contrarium ſtatuant; illorum tamen non moramur auctoritatem: quia unice ex juris naturalis, atque legis divinæ moralis præceptis hæc divini controverſia poſtulat, omnibus valere juſſis Doctorum opinionibus. Diſſentientes quoque non alio ad ſtabiliendam ſuam hypotheſin fundamento nituntur, niſi quod a paritate gradus deſumitur; quod ipſum vero quam infirmis ſubſiſtat fulcris, jam ſuperius oſtenſum eſt. Eſt ergo manifeſtum, quod caſus, de quo quæſtio eſt, prohibitio ex ſacro doceri codice non poſſit. Non enim præcepti negativi, Ne quis ducat fratris viduam, ratio Levitici XVIII. v. 16. a gradu deſumta legitur; ſed cauſa, & fundamentum legis hoc additur, quia eſt retectio fratris tui; Hæc vero relatio in demortuæ uxoris ſorore, aut ejus filia, locum non habet, quia, ut jam dictum eſt, maritus non ſequitur cauſam uxoris, ſed contra. Hinc de marito nunquam, ſed de uxore tantum dicitur, quod ſit detectio mariti: uti verſ. 8. 10. 16., & reliqua præcepta manifeſtant, in quibus non niſi retectio vocatur, illius, cui debetur reverentia: Et quamvis in caſu, de quo hic eſt quæſtio, non admittendæ diſpenſationis tutior videri poſſit; mutui tamen amoris, atque ſummæ ad ſe invicem inclinationis habendam eſſe rationem putamus; Siquidem ſi illi impedirentur conjungi, inter quos conjunctionis ſumma, eaque diuturna jam eſt propenſio, verendum eſt, ne denegata copula, aut majus tectæ turpitudinis incommodum, aut ſaltem proniam peccandi anſam indicat. Quamobrem melius conſuletur conſcientiæ imperantis illo Grotii effato de jur. bell. & pac. Lib. I. cap. 4. §. 7. & Lib. 3. cap. 23. §. 10, quod leges ad ſenſum humanæ imbecillitatis temperandæ ſint, cumprimis iis in caſibus, de quibus lex divina ſuperior nihil diſponit; Id quod tamen altiori judicio, plenove Sereniſſimi Principis arbitrio relinquimus, hac noſtra ſubjuncta ſententia: QUOD IN CASU QUÆSTIONIS DISPENSATIONI OMNINO DARI LOCUS POSSIT.

Et

Digitized by Google

Et Auguſtinus ſequitur] ,, Verba Auguſtini referuntur in *Cauſ.* 36. *q.* 1. *c.* 1.

De latius ſpargendis amicitiis per diffuſas affinitates] ,, Chryſoſtomus *Homil.* 34. *in* 1. *Cor.* eandem rationem affert: *Abram ait, conjunctionis formam commentus eſt, inſuper cognatorum connubio interdicto, & alienos nos eduxit, illos viciſſim ad nos pellexit; quos naturali neceſſitudine copulari non licet, hos nuptiis conglutinavit; integras ſæpe familias, unius nymphæ gratia, conciliando genus generi totum permiſcet: Non ducas ſororem tuam, inquit, neque ſororem patris, nec aliam ejuſcemodi ea generis neceſſitudine conjunctam, ut nefas ſit miſceri, ipſis nominibus cognatorum formas recenſens; ſatis cauſa ſit cur illas ames, ex eodem utero eſſe prognatum, aliter tibi competent aliæ: cur tu amplitudinem redigis in anguſtiam? aut cur officium charitati neceſſarium non impendis, quo amicitiam, conjuge aliunde ducta, & per hanc affinium ſeriem, parentes, fratres, & illorum neceſſarios omnes, tibi conciliare potes?* Atque eadem hæc ratio paſſim urgeri hodieque ſolet. *Vid. Caſſiod.* 7. *var.* 46. *Cic.* 5. *Fin. Thom.* 2. 2. *q.* 154. *art.* 9. *Tiraq. L.* 7. *connub. n.* 45. Conf. *Teſm. b.*

Non tanti eſt ponderis, ut quod contra fiat, irritum, aut illicitum cenſeri debeat] ,, Rationem *de latius ſpargendis amicitiis* refutat Auctor: 1. quia non ſtatim illicitum aliquid eſt, quod minus utile ſit: 2. quia aliquando connubia ejuſmodi admodum utilia, quin ad tranquillitatem publicam neceſſaria forent; neque tamen ideo permittuntur.

Neque enim quod minus utile eſt, ſtatim illicitum ſit] ,, Thema hoc paſſim Auctor inculcat (*Vid. prol.* §. 16. & 17.), & differentiam ejus, quod utile, & quod juſtum eſt, explicat *proleg.* §. 57. Conf. *L.* 2. *c.* 22. §. 12.

Alia major utilitas repugnet] ,, Adeoque hoc caſu tota ratio prohibitionis ceſſaret: & ſic matrem, & ſororem ducere liceret, ſi utilitas id ſuaderet; certiſſimo indicio, utilitatem, quæ ex latius ſpargendis amoribus oritur, non eſſe veram prohibitionis cauſam.

Ubi vir quiſpiam ſine prole obiit] ,, Adeoque ubi utilitas publica requirit, ut frater defuncti viduam ducat, mortuæque ſemen excitet. *Deut.* 25, 5.

Quod de virginibus ex aſſe hæredibus] ,, Nam ad conſervandas res avitas in eadem familia, conſtitutum eſt, ut proximi cognati eam ducant.

Et Hebræo] ,, Exemplo Ruth, quæ propinquo ſuo nupſit, poſtquam is, qui propinquior erat, id facere recuſaſſet. *Ruth. c.* 2. *v.* 1. *c.* 3. *v.* 9. 12. & *c.* 4. *v.* 4. 5. 7. *ſeq.*

Et Attico jure] ,, Jus hoc Solon conſtituit *Diod. Sic.* 12. 18. teſtis hujus moris eſt Terentius *Adelph. act.* 4. *ſcen.* 5. *hæc virgo orba eſt patre: hic meus amicus genere illi eſt proximus, huic leges cogunt nubere hanc.* Et *Phorm. act.* 1. *ſcen.* 2. *lex eſt, ut orbæ, qui ſunt genere proximi iis nubant: & illos ducere eadem lex jubet.* Vid. *Teſm. b.*

Sed aliis multis, qui aut conſpici ſolent, aut excogitari poſſunt] ,, Si forte in cauſa ſucceſſionis cum matre, aut cum ſorore bellum gerendum eſſet, quod nuptiis componi poſſet: poſita enim utilitatis ratione nuptiæ hæ licitæ forent.

Ab hac generalitate] ,, Dixit enim in ge- 2
nere in *pr. h* §. cauſas certas, ac naturales prohibitarum nuptiarum dari non poſſe.

Eximo matrimonia parentum cum liberis] ,, Rationes expoſitæ ſunt ſupra *prop. IX.*

Cujuſcunque gradus] ,, Unde Adamus ſi reviviſceret, nullam inventurus eſſet uxorem.

Eam reverentiam poteſt præſtare matri, quam natura exigit, nec patri filia] Imo hæc vera prohibitionis ratio non eſt, quia in poſteriori caſu fallit; filia enim tunc duplicem reverentiam exhibet patri, ut filia, & ut uxor. Alia ergo prohibitionis ratio afferri debet.

Additio.

,, Vera igitur ratio prohibitionis conſiſtit in reverentia illa, quæ ex generatione oritur, & cum qua pugnat detectio turpitudinis, ſeu membrorum natura obſcœnorum. Præterea ſupra dictum eſt, natura monſtroſum eſſe, cum ſua carne, & cum portione corporis ſui concumbere. Dictum quoque eſt, certum propagationis modum, & ordinem naturam inſtituiſſe, ac voluiſſe, ut multiplicetur genus humanum deſcendendo, non aſcendendo.

Ipſum tamen matrimonium talem inducit ſocietatem, quæ illius neceſſitudinis reverentiam excludit] ,, Imo ſola reverentia non pugnat cum matrimonio, nam alias regina non

,, poſſet

,, poſſet ſubdito, nec rex ſubditæ jungi:
,, Diſtincta autem ſunt officia ſubditæ, &
,, officia uxoris, diſtincta quoque officia ma-
,, riti, & officia ſubditi, quæ ſimul & in
,, una perſona omnino concurrere poſſunt:
,, *Vid. ſupr. ad* §. 8. *n.* 1. Intelligi igitur debet
,, reverentia, quæ ex generatione oritur,
,, & cui repugnat turpitudinem detegere.

Addidit, contra pudorem eſſe] ,, Adeo-
,, que pudor hic idem denotat, quod jus
,, naturale; unde & tales nuptiæ contra jus
,, gentium contrahi dicuntur in *l. fin. ff.*
,, *Rit. nupt.*

Et illicita ſint, & irrita inſuper] ,, Au-
,, ctor ait, quædam eſſe poſſe illicita: neque
,, tamen inde fieri irrita; quod examinavi-
,, mus *ſupra* §. 10. Hinc hic addit, talia con-
,, jugia *inſuper eſſe irrita.*

3 *Diogenis*] Auctor hic dubium a motu na-
turali, brutis quoque communi, deſumtum
removet; Ait enim, ſufficere, quod talis con-
cubitus humanæ naturæ repugnet, etſi non
videatur repugnare naturæ animali: Nam etſi
inſtinctus cohabitandi in genere quidem ho-
minibus cum brutis communis ſit; non ta-
men illi promiſcue, indefinite, & indiſcrete
cohabitant, ſed juxta normam rationis,
quam cum ſoli homines, non bruta intelli-
gant, illi, non hæc peccant.

Additio.

,, Chriſippi, & Diogenis auctoritas nullius
,, momenti eſt in hac doctrina: quia nterque
,, exiſtentiam juris naturæ negat, nihilque
,, a natura prohibitum eſſe, ajunt; *Vid.*
,, *Prol.* §. 3. *Addit.* Unde hi improbiſſimi phi-
,, loſophi nullum inceſtum, nec cum ma-
,, tre, ſtatuunt.

Et Chriſippi] ,, In libro *de republica*, &
,, in libro *quæ per ſe ipſa ſunt expetenda.* Vid.
,, *Laert. VII.* 187.

*Satis eſt ſi cum natura humana quid pu-
gnet*] ,, I. e. cum jure naturæ laxiori, *Diſſ.*
,, *proœm. II.* §. 2. *ſeq.*; etſi non pugnet cum
,, natura ſociali, *prol.* §. 9. & 42. Senſus
,, eſt, quod etſi talis concubitus non ſtricto
,, juri naturæ contrarietur; pugnet tamen
,, cum perfectione. Nos tales concubitus pu-
,, gnare cum jure naturæ ſtricte ſic dicto,
,, probavimus. Exemplum a brutis deſum-
,, tum nihil in contrarium probat; illa enim
,, notionem voluntatis divinæ, i. e. legis na-
,, turæ, nullam habent: adeoque facultates
,, eorum agendi nulla lege ſunt reſtrictæ.
,, Quanquam non deſint exempla brutorum,

,, quæ a tali concubitu abhorrent. *Vid. ſu-*
,, *pr. Propoſ. IX.*

Quod jure gentium] ,, Vid. *l. fin. ff. Rit.*
,, *nupt. L.* 38. §. 2. *ff. Adult l. f.* §. 1. *Cond.*
,, *ſin. cauſ.* Quod autem JCti hic juri gen-
,, tium tribuunt, alibi juri naturali, *l.* 14.
,, §. 2. *Rit. nupt.*, alibi moribus, *L.* 9. *ff.*
,, *Eod.*, adſcribunt; quæ proinde ſunt ſyno-
,, nima. Recte autem jus gentium moribus
,, introductum dicitur: quia citra legem
,, ſcriptam inter omnes gentes peræque ob-
,, ſervatur. *L.* 9. *ff. juſt. & jur.*

*Non eo minus jus eſſe, quia a Perſis con-
temnebatur*] ,, Diximus ſupra, Perſas eſſe
,, jure hoc uſos; at circa magos ſaltem, non
,, inter privatos uſum habuiſſe: idque, ut
,, videtur, ex myſterio religionis.

Naturale enim recte dicitur] ,, De aucto-
,, ritate conſenſus gentium vide tradita ſu-
,, pra *l.* 1. *c.* 1. §. 12. Exempla horroris ex
,, tali inceſtu orti allegata ſunt in propoſi-
,, tione *IX.* Periander dolo matris ad con-
,, cubitum pellectus, cognita veritate eam
,, interimere voluit; ſed a genio retractus
,, mente perculſus inſanuit; Mater vero mul-
,, tum ſuper ſuo genio lamentata ſe ipſam
,, interfecit. *Laert. phil. vit.* 1. *c.* 95. &
,, 96. Atque hinc Plato in republica ſua
,, ideali, partum ex tali coitu natum in lu-
,, cem produci prohibet: vel ita exponere
,, eum jubet, quaſi nulla ejus eſſet nutritio.
,, *Lib. V. p. m.* 461. Jacobus execratus eſt
,, filios, qui profanaverunt cubile patris.
,, *Gen.* 49. *v.* 4. Hinc merito JCti ajunt,
,, contra jus naturale, & pudorem eſſe, patri,
,, vel matri jungi, *l.* 14. §. 2. *rit. nupt.*; id-
,, que juri gentium repugnare. *l. fin. Eod.*

De Parthis ſic Lucanus] ,, Add. *Auguſt.*
,, *in Levit. c.* 18. *Aman. ind. p.* 526. *Bar-*
,, *deſanes libro de fato. Euſeb. præp.* 6. *c.* 8.
,, *Alex. ab Alex. gen. dier.* 1. 2. *Selden. de J.*
,, *N.* 5. *c.* 11. Alias quoque gentes hujuſmo-
,, di conjunctiones approbaſſe, ait Ovidius
,, *L.* 10. *metam.* 9.

——— Gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Jungitur, & pietas geminato creſcit amore.

,, Verum ſi dicendum quod res eſt, vix al-
,, legari poterunt talia gentium exempla.
,, Mos fuit Græcis, & Romanis, gentibus,
,, quas barbaras vocant, & quæ vix nomine
,, illis cognitæ erant, horrenda imputare
,, crimina: quaſi nulla naturæ lege teneren-
,, tur,

„ tur, ſed ferarum more viverent. Præterea
„ ex uno, vel altero exemplo, de tota gen-
„ te judicium ferre ſolebant.

Pravam educationem] „ Vel potius, ne
„ magorum numerus nimium creſceret; Non
„ enim poterat pro perfecto mago haberi,
„ niſi qui ſic natus eſſet.

4 *Præter ætatis diſparitatem*] „ Verba ejus
„ hæc ſunt: *Num tibi ſemina eorum, qui*
„ *ætate ſunt vegeta, ſeminibus eorum eſſe*
„ *ſimilia videntur, qui ad ætatem vegetam*
„ *nec dum acceſſerunt, vel jam prætergreſſi*
„ *ſunt eam?*

Quæ ſola ratio ſi tali conjugio obſtaret]
„ Imo Socrates paullo ante dixerat, hanc
„ quoque legem a diis hominibus latam eſſe,
„ & ideo violantes pœnam daturos. *ibid.*
„ Adeoque adminiculatur ſaltem hæc ratio,
„ non concludit. Dehortari vult homines ar-
„ gumento, ut ajunt, ad hominem: quia
„ ex adulto ſemine non poteſt robuſta pro-
„ creari ſoboles.

Quarum ætas tot annis diſtat] „ Sunt qui
„ tales nuptias prohibitas putant: inprimis
„ ſi juvenis cum vetula jungatur. Vid. *Carpz.*
„ *Jurispr. conſ. l.* 2. *t.* 1. *n.* 10 *Cypr. de ju-*
„ *re con. p.* 1. *c.* 9. §. 8. *n.* 7. & 11. *Gerb.*
„ *loc. de conjug. n.* 398. *Harpr. ad pr. Inſt.*
„ *de nupt. n.* 28. Sed rationes in contrarium
„ allegatas ſolide refutavit D. Sahm, JCtus
„ Regiomontanus, in diſputatione *de matri-*
„ *monio ſenum.*

5 *Præter id, quod intellectu concipi poſſe jam diximus*] Auctor præter rationem prohibitionis naturalem, quæ inter parentes, & liberos intercedit, provocat ad inſtinctum naturæ, quæ deteſtatur coitum parentum etiam inter animantia quædam: cujus rei exempla in camelo, & equo refert.

Additio.

„ Sola illa reverentia, quam cauſam pro-
„ hibitionis *n.* 2. allegavit, nihil probat,
„ neque ulla prohibitionis ratio inde inferri
„ poteſt.

In ipſis affectibus inſita fuga] „ Ex inſtin-
„ ctu natura nobis indito ſequi horrorem,
„ probavimus ſupra *prop. IX.*

Quippe cum ab ea etiam quædam animantia muta naturaliter abhorreant] „ Seneca
„ in Oedip. v. 638.

— — *Quique vix mos eſt feris,*
Fratres ſibi ipſi genuit.

„ Conf. *Carpz. Crim. p.* 2. *q.* 72. *pr.* & *conſiſt.*
„ 2. *d.* 73. *n.* 5.

Et non diſſimilis] *Vid. ſupra prop. IX.*

A D §. XIII.

D E *Gradibus affinitatis*] Hactenus egit de gradibus prohibitis in linea recta cognationis, i. e. inter parentes, & liberos: hic agit de prohibitione graduum inter affines, & inter cognatos collaterales. De hac prohibitione Auctor dubitanter ait, etiam conceſſo, a mero jure naturæ non venire hæc interdicta; videri tamen poſſe, jure divino voluntario univerſali in vetitum iviſſe: quia Deus ideo exterminavit gentes, quibus proinde talis lex data, & cognita eſſe debuit. *Vid.* §. *h. n.* 2. Nos demonſtravimus ſupra *propos. XI.*, prohibitionem in linea cognationis tranſverſa, & in gradibus affinitatis quibuſdam, æque naturalem eſſe, ac in linea recta: Cæterum jus gentium divinum voluntarium univerſale non dari, probavimus *L.* 1. *c.* 1. §. 15. Vid. *Diſſ. proœm. III.* §. 12. *ſeq.* 1

Omnibus] „ Tam in linea recta, quam
„ collaterali.

Et de gradibus ſanguinis ex tranſverſo limite] „ Quo pertinent fratres, & ſorores:
„ item thii, ſeu illi, qui parentum, & li-
„ berorum loco ſunt.

Qui Levitici Cap. XVIII.] „ Et qui cap.
„ XX. repetuntur.

Nam etiam conceſſo] „ Adeoque non ſim-
„ pliciter ſtatuit Auctor, prohibitionis cau-
„ ſam naturalem hic non ſubeſſe; Nam ali-
„ qualem admittit in *n.* 3. *ſeq.*, ubi provo-
„ cat ad naturalem quandam verecundiam,
„ quæ non ſinit ortus auctores cum ſua ſo-
„ bole, aut in ſe ipſis, aut etiam per perſonas
„ ſanguine, aut nuptiali ſanguinis commixtio-
„ ne proxime cohærentes, miſceri, ob recen-
„ tem admodum in liberis imaginem: Atque
„ hanc cauſam valere, ait, ut venientem
„ de eo, quod ſi natura non præcipit, certe
„ honeſtius dictat.

A mero jure naturæ] „ I. e. a jure natu-
„ ræ ſociali, vel laxiori ſenſu ſumto.

Videri tamen poſſunt præcepto divinæ voluntatis iviſſe in vetitum] „ I. e. jure poſi-
„ tivo univerſali. Nos jam alibi demonſtra-
„ vimus, jus naturæ ſive ſociale, ſive laxius,
„ item poſitivum univerſale, non dari; Sed
„ unum ſaltem eſſe jus hominum commune,
„ quod omnes homines natura obligat, quod-
„ que ex voluntate divina per rationem no-
„ bis declarata oritur, *Diſſert. proœm. I. II.*
„ & *III.* *Quod*

Digitized by Google

Quod ſolos Hebræos adſtringat] ,, Quod ,, præterea colligunt quidam ex repetita voce ,, איש איש. homo, homo; Ex genio au- ,, tem linguæ id ſignificare omnem homi- ,, nem, probat *Selden. de J. Nat. l. 5. c.* ,, 11. *pr.*

Ex illis Dei verbis ad Moſen] ,, Argu- ,, mentum Auctoris tale eſt: Cananæi hanc ,, prohibitionem cognitam habuerunt, aut a ,, lege naturali, aut a lege revelata; Atqui ,, prius probari nulla ratione poteſt; ſequi- ,, tur ergo, a Deo datam eſſe, non tantum ,, Judæis, ſed etiam aliis gentibus. Nos ,, alibi jam demonſtravimus, Deum nihil ,, humano generi præcepiſſe, quod non ſi- ,, mul ex ratione probari poſſit; idque ſpe- ,, ciatim in prohibitione graduum verum eſt.

2 *Peccarunt talia faciendo*] ,, Adeo ut pe- ,, nitus ideo exterminati fuerint.

Sequitur, ut lex aliqua præceſſerit] ,, Pec- ,, catum enim, & pœna ſupponunt prohibi- ,, tionem præcedentem.

Quæ cum mere naturalis non ſit] ,, Imo ,, eſt mere naturalis, deſumta ab unitate ,, carnis.

Reſtat, ut a Deo data ſit] ,, Eſt quidem ,, data a Deo, at non ut jus poſitivum, ,, nec per ſolam revelationem; ſed ut jus ,, naturale, quod per rationem innoteſcit ,, toti humano generi.

Quod non eſt veriſimile] ,, Nulla enim ,, ratio dari poſſet cur Cananæis, populo ,, damnato, legem talem dederit, non vero ,, reliquis Noæ poſteris.

Nec ſatis ferunt verba] ,, Locutio enim ,, illa, *nemo hominum &c.*, nimis gene- ,, ralis eſt. *Vid. Selden. de J. N. l. 5. c.* 11. ,, *fol.* 620.

Aut humano generi] ,, Ter enim humano ,, generi legem a Deo publicatam eſſe, aſſe- ,, ruit Auctor ſupra *l.* 1. *c.* 1. §. 15.; quod ,, examinavimus *ibidem.*

Sive in prima conſtitutione] ,, Intelligit ,, hic legem de arbore vetita, *d. c.* §. 15.

Sive in reparatione poſt diluvium] ,, In- ,, telligit legem Noachicam: *d.* §. 15. *n.*2.

Non videntur a Chriſto abrogata] ,, Per ,, legem ſc. Evangelii, quam Auctor ter- ,, tiam ſpeciem juris divini voluntarii uni- ,, verſalis facit *d.* §. 15. Nos ſæpius dixi- ,, mus, Servatorem leges ſtatuere, aut abro- ,, gare nec potuiſſe, nec voluiſſe. *Diſſ. pro-* ,, *œm. III* §. 45.

Sed ea demum, quæ Judæos ab aliis nationibus, quaſi ſepimento interjecto, diſparabant] ,, Adeoque ſolæ leges cæremoniales. ,, *Vid. Grot. prol.* §. 48. & *L.* 1. *c.* 2. §. 16.

Cum tamen nullum de ea re peculiare exſtet Chriſti præceptum] ,, At inde non ſe- ,, quitur, concubitum cum noverca impro- ,, bari vi alicujus legis poſitivæ univerſalis; ,, Supra enim diximus, talem concubitum ,, pugnare cum jure naturali: & ideo gen- ,, tes pœnas dediſſe.

Nec ipſe alio utatur argumento] ,, Con- ,, trariatur hæc ratio Auctori: quia neceſſa- ,, rio inde ſequitur, naturalem eſſe hanc le- ,, gem; aliam enim gentiles non habebant.

Ciceronis illud] ,, *Orat.* 14. *p. m.* 354. ,, Verba de Saſſia Aviti matre hæc ſunt. *Le-* ,, *ctum illum genialem, quem biennio ante* ,, *filiæ ſuæ nubenti ſtraverat, in eadem do-* ,, *mo ſibi ornari, & ſterni, expulſa, atque* ,, *exturbata filia jubet. Nubit genero Socrus,* ,, *nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis* ,, *ominibus omnium. O mulieris ſcelus incredi-* ,, *bile, & præter hanc unam in omni vita inau-* ,, *ditum! o libidinem effrenatam, & indo-* ,, *mitam! o audaciam ſingularem! non ti-* ,, *muiſſe, ſi minus vim Deorum, hominum-* ,, *que famam, &c. non limen cubiculi, non* ,, *cubile filiæ &c. Perfregit, ac proſtravit om-* ,, *nia cupiditate, ac furore; vicit pudorem* ,, *libido, timorem audacia, rationem amen-* ,, *tia.* Pag. 398. ita pergit: *Quæ* (ſcilicet ,, Saſſia) *vitiis animi in deterrimas partes* ,, *jura hominum convertit omnia; cujus ea* ,, *ſtultitia eſt, ut eam nemo hominem: ea* ,, *crudelitas, ut nemo matrem appellare poſſit;* ,, *Atque etiam nomina neceſſitudinum, non* ,, *ſolum naturæ nomen, & jura mutavit: U-* ,, *xor generi, noverca filii, filiæ pellex, &c.*

Seleucus rex] ,, *Vid. Appian. de bell. Syr.* ,, *n.* 127. *&* 128. *& Val. Max.* 5. 7.; qui ,, nuptias has vocat improbas faces, & im- ,, pium pectoris vulnus. *Teſm. b.*

Apud Virgilium] ,, *Æn.* 10. *v.* 389. Sed ,, & *Ovid. Heroid.* 4. *v.* 130. ita canit

,, *Nec quia privigno videar coitura Noverca,*
,, *Terruerint animos nomina vana tuos.*

,, De Hyppolito novercam concubitum pe- ,, tentem rejiciente, hæc verba refert Sen. ,, in Hypp. v. 712.

,, *Non ipſe toto magnus Oceano pater*
,, *Tantum expiarit ſcelus. O Sylvæ! o feræ!*

Omnino ſequitur ut deſcendat ex veteri traditione, quæ a divino aliquo præcepto manarit] ,, Cur non a lege naturæ, i. e. a ſen-

„ ſu, & ratione communi? Nam ipſe Au-
„ ctor ad probandum jus naturæ tali argu-
„ mento utitur. *Vid. L.* 1. *c.* 1. §. 12. *n.* 1.
„ ibi: *Probabiliter admodum juris naturalis*
„ *eſſe colligitur id, quod apud gentes, aut*
„ *moratiores omnes tale eſſe creditur: Nam*
„ *univerſalis effectus univerſalem requirit cau-*
„ *ſam; talis autem exiſtimationis cauſa vix*
„ *ulla videtur eſſe poſſe præter ſenſum ipſum,*
„ *communis qui dicitur.*

3 *Non ſpernendi hac in parte juris divini in-*
terpretes] „ Rationibus id probavit Auctor
„ *in proleg.* §. 49.

Et qui omnia eorum legit] „ Ac quæ con-
„ geſſit *Selden. de jur. nat. l.* 5. *c.* 11.

Cauſas eſſe duas] „ Prior a verecundia de-
„ ſumta nimium eſt indefinita; incertum e-
„ nim maneret quousque ſe illa verecundia
„ extendere debeat. Poſterior ratio prohi-
„ bitionis eſt mere politica, ut evitetur oc-
„ caſio peccandi. Veras cauſas expoſuimus
„ ſupra §. 12.

Quæ non ſinat ortus auctores cum ſua ſobo-
le &c. miſceri] „ Hæc petitio principii eſt:
„ & ratio explicanda, cur id non ſinat. Di-
„ ximus, id licitum non eſſe ob unitatem
„ carnis, & ob turpitudinem, quæ mem-
„ bris genitalibus a natura ineſt, & quo-
„ rum detectio omnem reverentiam evertit.

Aut in ſe ipſis] „ I. e. inter aſcendentes,
„ & deſcendentes.

Sanguine] „ Quo pertinent illi, qui pa-
„ rentum, & liberorum loco, vel una cum
„ parente caro ſunt.

Aut nuptiali ſanguinis commixtione] „ Quo
„ referuntur illi, qui concubuere cum iis,
„ qui una caro nobiſcum ſunt.

Ne quarundam perſonarum convictus ni-
mis quotidianus] „ Unitatem familiæ ex na-
„ turæ quoque ratione nuptias impedire,
„ probavimus *ſupra* §. *XII. prop. VII.*

Illis, quas dixi divinis in Levitico legibus]
„ Circa gradus ſc. cognationis ex tranſverſo
„ limite, *vid. n.* 1. *in pr.*; & circa gradus
„ affinitatis, *ibid.*

Quippe quot etiam ſine expreſſa lege ratio
naturalis jungi ſatis vetat] „ Quod Auctor
„ probavit ex reverentia, *ſupra* §. 12. *n.* 2.;
„ quam autem ſolam non ſufficere, vidimus
„ *ibidem.* Rationes prohibendi naturales ex-
„ plicavimus in *Diſſ. proœm. XII.* §. 176.
„ Conf. *ſupra* §. 12. *propoſ. IX.*

Item in ſanguinis gradu tranſverſorum pri-
mo] „ Intelligit Auctor fratres, & ſorores;
„ de quibus late *ſupra* §. *XII. prop. IX.*

Secundus] „ Primus enim gradus eſt in-
„ ter parentes, & liberos: ſecundus inter
„ liberos.

Ob recentem admodum parentum in liberis
imaginem] „ Ratio hæc jure naturæ non
„ concludit: unde Auctor notanter ait, ho-
„ neſtatem ſaltem id dictare; quæ vero nul-
„ lam jure naturæ infert neceſſitatem. Ra-
„ tiones naturæ, cur nuptiæ inter fratres,
„ & ſorores prohibitæ ſint, allegavit B. Pa-
„ rens ſupra *prop. IX.* quibus adde ea, quæ
„ dixi in *Diſſ. proœm. XII.* §. 176.

Priorem cauſam] „ A reverentia deſum-
„ tam.

Ut venientem de eo, quod natura ſi non
præcipit, certe honeſtius dictat] „ Auctor duo
„ hic errat: 1. quod dubitet, inceſtum na-
„ tura prohiberi inter eos, qui in gradu ſan-
„ guinis ſecundo, vel in linea affinitatis re-
„ cta ſunt: 2. quod ex eo, quod natura ho-
„ neſtius eſſe ducit, jus oriri, & Deum ideo
„ univerſali lege nuptias præfatas prohibuiſſe,
„ putet. *Vid. l.* 1. *c.* 2. §. 6.

Divinarum, humanarumque] „ De divi-
„ nis forenſibus, ac de humanis, id verum
„ eſt. *Vid. L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 3. & *L.* 2. *c.* 15.
„ §. 1. *n.* 2. Sed de jure aliquo poſitivo uni-
„ verſali id non concedimus, tale enim non
„ dari diximus.

Gradus etiam non nominatos a lege volunt 4
comprehendi] „ Ita ut prohibito gradu pri-
„ mo, omnes aſcendentium, & deſcenden-
„ tium gradus prohibiti intelligantur; ſecus
„ ac in linea tranſverſa, ubi nominata per-
„ ſona non intelligitur totus gradus prohi-
„ bitus. *Vid.* §. 14. *n.* 1.

Ob notiſſimam rationis paritatem] „ Quia
„ omnes hæ perſonæ vel concumberent cum
„ ſua carne, vel cum tali, quæ cohabita-
„ vit cum eo, qui una caro cum illis per-
„ ſonis eſt.

Quia ſc. & ſub agnationis nomine com-
prehenditur ſimilis cognatio] „ Nomina a-
„ gnationis, & cognationis, ſunt inventum
„ juris civilis; per illud enim intelliguntur
„ cognati per maſculos: per hoc cognati
„ per fœminas. Jure naturæ diſcrimen hoc
„ cognitum non eſt, & omnes ab uno com-
„ muni ſtipite, ſive per marem, ſive per fœ-
„ minam nati, dicuntur cognati; & utrobi-
„ que eadem prohibitionis ratio eſt, & cau-
„ ſa: Scil. unitas carnis, ac detectio tur-
„ pitudinis, quæ cum reverentia pugnat.

Et

Digitized by Google

Et ſub ſecundo tertius] „ Cujus ergo neptem ducere non licet, ejus nec proneptem.

Cum alioqui, ſi poſſet] „ I. e. ſi abavus, & abneptis ſimul, & eodem tempore viverent.

In infinitum eadem futura eſſet ratio] „ Atque hinc ſupra dictum eſt, Adamum, ſi reviviſceret, non reperturum uxorem.

5 *Has autem leges*] „ Ne deſcendentes, & aſcendentes, eorumque conjuges ducere liceat.

Et ne fratres ſororibus miſcerentur] „ De qua lege vide *n.* 3. *& infra n.* 6.

Ipſi Adamo cenſent datas Hebræi] „ Hoc verum eſt; at non per revelationem, ſed per rationem animis primorum parentum inditam.

De Deo colendo] „ Hæc lex itidem ex ratione innoteſcit hominibus, citra legem revelatam.

Jure dicendo] „ Hæc quoque lex meri eſt juris naturalis. *Vide indicem, voce judicia.*

Non fundendo ſanguine] „ Quatenus hæc lex ſit juris naturalis, explicavimus ſupra *l.* 1. *c.* 1. §. 15. *& l.* 1. *c.* 2. §. 5. *Vid. Diſſ. proœm. III.* §. 28.

Non rapienda re aliena] „ Id præceptum quoque naturale eſſe, vidimus paſſim.

Niſi poſt multiplicatum ſatis genus humanum] „ Adeoque ſub conditione, ſi præter fratres, & ſorores, alii homines exſtiterint.

Quod ipſo initio ſine fratrum, & ſororum nuptiis contingere nequivit] „ Nam cum Deus ſolos primos parentes creaverit, & multiplicationem iis injunxerit (quæ non niſi per fratres, & ſorores fieri potuit); neceſſario inde ſequitur, legem prohibitionis, ne fratres, & ſorores nuberent, ad hunc caſum non pertinuiſſe: Adeoque non defuit lex, & prohibitio naturæ generalis; ſed defuit lex in caſu hoc ſpeciali, quem Deus a prohibitione generali excepit. *Vid. L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 5. Tantum hoc dubium viſum fuit Peirerio, ut hoc præcipuo argumento motus, & ne ſtatueret, nuptias inter fratres, & ſorores initas fuiſſe, Præadamitas effinxerit, cum quibus Adami liberi cohabitaſſent.

Cum gentes extraneas eo nomine damnat] „ Quod enim in extraneis damnat Deus, in ſuo populo permittere non potuit. *Vid. Teſtim. b.* At dictum eſt, damnationem illam non provenire ex lege aliqua poſitiva publicata humano generi; ſed ex ipſo naturæ jure.

Quæ non temporis ordine, ſed ex occaſione dicantur] „ Idque in prohibitione inceſtus quoque contigiſſe, ajunt: & Moſen, occaſione legis de inceſtu, tacite reſpicere legem, putant, temporis ordine diu ante humano generi publicatam.

Non eſſe prius, aut poſterius] „ Omnia hæc gratis dicuntur; Prohibitio enim hæc ex ratione naturali ſequitur, non ex lege aliqua poſitiva univerſali.

Ab initio res media erat] „ Imo prohibitio ab ipſa natura eſt, excepto ſolo caſu primorum fratrum, & ſororum. *Diſſ. proœm. I.* §. 59. *ſeq.* 6

Communem hominum morem] „ Recte; ſed hi mores ſunt ipſum jus naturæ. Ita enim JCti Romani quoque prohibitionem nuptiarum cum matre, & ſorore, non legibus, ſed moribus tribuunt, *L.* 8. *ff. Rit. nupt.*; quam tamen ex jure naturæ deſcendere, alibi fatentur. *Vid. l.* 14. §. 2. *Eod.* Atque ideo eam juri gentium tribuunt. *Vid. ſupr.* §. 12. *n.* 3. *tit.* 66. JCti enim moribus tribuunt, quicquid lege ſcripta expreſſum non eſt.

A quo more Ægyptios eximit] „ Originem demonſtravimus ſupra.

Barbaros] „ De populis Ponticis id teſtatur *Juſt. l.* 37. *c.* 3: de Epirotis *id. l.* 28. *c.* 1: de Babyloniis, Aſiaticiſque *Arrian. l.* 6. 7, *Cæſar. dial.* 2. *inter.* 109. Apud Perſas introductas fuiſſe haſce nuptias tempore Cambyſis, teſtatur *Herod. in Thalia*, & pluribus deducit *Seldenus de J. N. l.* 5. *c.* 11. *Vid. Teſtim. b.* Quin & Græcos eo jure uſos eſſe, patet ex *Nepote in præfat.*, *& Cimone* 1. Add. *Ovid. Heroid.* 8. *pr. heroid.* 11. 23, & *Metam.* 9, *Herodian.* 1. 3, *Juſtin.* 11. 9, *&* 24. 2. *C.* 30. 1. *Plat. de republ.* 5. *p.* 461., *Tertul. apol.* 9., *Minut. Fel. Oct.*, *Lamprid. in Commod.* 5., *Sen. in Octav.* v 47. vetuſtiſſimos regni Peruviani incolas nuptias inter fratres, & ſorores approbaſſe, ait Garcelaſius de la Vega *Hiſt. Yncar. part.* 1. *l.* 1. *c.* 14. Yncas vero hunc morem inter privatos mutaſſe, ſibi autem jus nubendi ſororibus reſervaſſe, tradit idem *d. l. c.* 15.

Matrimonia Deorum jungimus] „ Fabulas de Deorum conjugiis cum ſororibus anſam dediſſe hominibus de ſororibus ſibi

Pp 3 „ jun-

„ jungendis, probavimus ſupra *pag.* 286.
„ Vid. *Auguſtin. de Civ. Dei* 1. 4, & 4.
„ 10., *Lact. l.* 1. *c.* 10.

Plato de Legibus octavo] „ *P. m.* 838.
„ ibi : *nihil horum fas eſſe ; ſed Deo inviſa eſ-*
„ *ſe, & turpium omnium rerum turpiſſimam.*
„ *Cauſa autem nonne hæc eſt, quia nemo*
„ *aliter hæc ipſa dicit, ſed ſimul ubi nati*
„ *ſumus hæc & dicuntur, & audiuntur ab*
„ *omnibus : tum & in theatrum veluti om-*
„ *nibus nota, & pervulgata inducuntur,*
„ *quando &c. repræſentantur macarei qui-*
„ *dam, qui cum ſororibus clam mixti fue-*
„ *runt ; publicas tamen tantorum ſcelerum*
„ *pœnas dederunt, quas ipſi ſibi illata morte in-*
„ *ſani ſpectaculo inflixerunt.*

7 *Veterem famam de lege divina.*] „ Auctor
„ igitur ex hoc gentium conſenſu ſupponit,
„ jus poſitivum divinum univerſale præceſ-
„ ſiſſe. Nos id jus non ex fama aliqua de
„ lege. divina, ſed ex ratione naturali or-
„ tum eſſe, demonſtravimus.

Unde & vocem nefas de talibus uſurpari videmus] „ Imo *nefas* ideo dicuntur, quod
„ per naturam non licuit. Cæterum verum
„ eſt, quod id, quod legi divinæ conve-
„ nit, aliquando *fas* dicatur. *Diſt.* 1. *c.* 1.
„ ibi : *fas lex divina eſt* ; adeoque quod ei
„ repugnat, *nefas.*

Lex ipſa indicat] „ Imo ratio naturalis
„ id indicat. *Vid. ſupr. pag.* 284. *& ſeq.*

Tam agnatos, quam cognatos ejuſdem gradus &c. comprehendent] „ I. e. tam con-
„ ſanguineos, & uterinos, quam germanos.
„ *Lev.* 18. *v.* 9. & 11. Quanquam Spartia-
„ tæ, & Athenienſes diſtinctionem, & qui-
„ dem diverſimode, fecerint. Vid. *Nepos in*
„ *præfat.* Conf. ea, quæ dicta ſunt *ſupra ad*
„ *n.* 3. *c. ſ.*

Sive foris, ſive domi] „ I. e. ſive ex ma-
„ tre Hebræa, ſive ex ſerva, & extranea
„ nati. Adde, ſive vulgo quæſiti ſint. *L.* 54.
„ *ff. de Rit. nupt.* Omnium enim fratrum, &
„ ſororum eadem eſt prohibendi ratio.

Ad §. XIV.

1 *Quæ manifeſta expreſſio*] „ Legis ſcil.,
„ quæ præcipit ne fratres ſororibus miſcean-
„ tur, & quæ omnes fratres, & ſorores no-
„ minatim comprehendit.

Oſtendere videtur diſcrimen inter hos]
„ Fratres ſcil., & ſorores.

Et alios remotiores gradus] „ Ubi perſo-
„ narum manifeſta expreſſio facta non eſt,
„ quod ſequentibus exemplis probat.

Nam ducere amitam agnatam vetitum eſt]
„ Idem verum eſt de matertera. *Levit. XIX.*
„ 12. & 13. *XX.* 19.

At filiam fratris ducere, vetitum non eſt]
„ Miror doctiſſimo viro excidiſſe ; nuptias
„ cum patruo diſertis verbis prohiberi *Levit.*
„ *XIX.* 14. Sane eadem hic prohibendi
„ ratio obtinet, quæ in amita.

Imo ejus facti apud Hebræos exſtant exempla] „ Exempla, quæ Grotius in notis af-
„ fert, huc plane non pertinent. Abra, &
„ Sara fuere conſobrini. Herodis hominis
„ ſceleſtiſſimi factum, nec jus infert, nec
„ morem probat. Referri huc ſolet Nachoris
„ exemplum, qui Milcham Aranis fratris
„ filiam duxiſſe dicitur *Gen. XI.* 29.
„ At filia ea fuit Arani, non patris Lothi,
„ adeoque non hujus ſoror, *Gen.* 11. *v.* 31 ;
„ Sed alterius Aran, qui dicitur pater Mil-
„ chæ, & Jiskæ *Gen.* 11. *v.* 29. Vid. *Gron.b.*

At aliis gentibus ſolennia, nec ulla lege prohibita] „ Vitellius id ait, homo ſcele-
„ ſtiſſimus : unde conjugium hoc rem peſſi-
„ mam vocat Tacitus *l.* 12. *ann. c.* 6,
„ nec ab ullo imitatum eſſe, *ibid. c.* 7.

Iſæus] „ Demoſthenis præceptor. *Plut.*
„ *in Demoſth. p. m.* 592.

Rationem afferunt Hebræi] „ Qui decepti
„ exemplo Abræ, & Nachoris, tales nuptias
„ licitas crediderunt, & rationem differen-
„ tiæ ſatis ineptam dederunt.

Quia viri juvenes aſſidue frequentant &c.]
„ Si vera eſſet hæc ratio, ſequeretur, ſi
„ amita extra domum avorum, vel fratris
„ filia in domo avorum educaretur, nuptias
„ cum illa licitas, cum hac illicitas fore.

Ad domos vero fratrum minus frequens ipſis eſt aditus] „ Cur non? Eadem facilita-
„ te adire poſſum fratrem, quo avum : ad-
„ eoque idem metus, eademque occaſio ſtu-
„ pri hic militaret. Cæterum dictum eſt, &
„ amitæ, & patruo nubere, æque jure na-
„ turæ, ac lege divina prohibitum eſſe.

Ut ſane rationi ſunt conſentanea] „ Quam
„ parum hæc rationi conveniant, mo-
„ do demonſtrabimus.

Legem de non ducendis affinibus recti gradus] „ V. g. vitrico, noverca ; genero, &
„ nuru.

Et ſororibus, ex quo multiplicari cœptum eſt humanum genus] „ Initio enim ſine
„ fratrum, & ſororum nuptiis multiplicari
„ genus humanum non potuit. §. *præc. n.* 5.

eſſe

Digitized by Google

Eſſe perpetuam , & hominibus communem : &c.] „ Nam etiam conceſſo, a mero jure
„ naturæ non venire hæc interdicta, videri
„ tamen poſſe, ait, præcepto divinæ vo-
„ luntatis hæc iviſſe in vetitum, *vid.* §.
„ 13. *n.* 1 : & quidem præcepto divino u-
„ niverſali, in prima conſtitutione ipſi Ada-
„ mo publicata. *ibid. n.* 2. & *n.* 5. Nos
„ tale jus divinum univerſale diverſum a
„ jure naturæ non dari, atque has prohibi-
„ tiones ex ipſa naturæ ratione ſequi, dixi-
„ mus.

Ut quæ honeſtate naturali nitatur] „ Ra-
„ tionem honeſtatis Auctor ex Hebræis pau-
„ lo ante in eo poſuit : *quia viri juvenes aſſi-*
„ *due frequentant domus avorum, & aviarum,*
„ *aut etiam in iis habitant ſimul cum amitis :*
„ *Unde metus ſtupri*; Quod reſutavimus *ibi-*
„ *dem.*

Ita ut & irritum fiat , ſi quid factum ſit adverſus hanc legem] „ Scil. poſitivam uni-
„ verſalem: Rationem vide in *Diſſert. pro-*
„ *œm. III.* §. 9. & 10. Rectius dicimus, ideo
„ irritos hos actus eſſe, quia juri naturæ
„ repugnant.

Ob vitium permanens] „ Ratio enim ho-
„ neſtatis, ex hypotheſi Auctoris, ex jure
„ naturæ laxiori fluit.

Cæteras leges] „ Nimirum cum filia fra-
„ tris &c.

Non item] „ Rationem dedit, quia fra-
„ tribus ad domos fratrum minus frequens
„ eſt aditus, adeoque nullus ſtupri metus.

Quæ cautio etiam aliis modis adhiberi poteſt] „ Pœnam, ſcil. ſtatuendo. *Vid.* §. 16.
„ *n.* 1. Frivola mihi hæc ratio videtur.
„ Quid quæſo impediret, quo minus etiam
„ nuptiæ cum ſorore, & amita, pari cau-
„ tione coerceri poſſint ?

Certe canonibus antiquiſſimis] „ Auctor
2 „ theſin *n. præc.* propoſitam (nimirum,
„ *fratris filiam ducere lege poſitiva univer-*
„ *ſali* non æque, *ac ſororem, & amitam*
„ *ducere , prohiberi*) auctoritate canonum
„ firmat.

Apoſtolici] „ De quorum auctoritate *vide*
„ *L.* 1. *c.* 2. §. 10. *n.* 9, & *Proleg.* §. 51.

Qui duas ſorores alteram poſt alteram duxiſſet] „ Hæ nuptiæ jure naturæ licitæ ſunt ;
„ Imo nec lege divina prohibentur: niſi vi-
„ vente ſorore, & ad eam contriſtandam
„ ducatur.

„ Equidem canones nuptias tales prohibe-
„ ri putant ob paritatem gradus, quia fœ-
„ mina duobus fratribus nubere nequit. At
„ rationem differentiæ alibi dedimus. *Vid.*
„ *ſupra* §. *XII. prop.* X.

I. e. Fratris , aut ſororis filiam] „ Nu-
„ ptiæ cum patruo, aut avunculo, ipſo na-
„ turæ jure prohibentur: *d.* §. *XII. prop.*
„ *IX.* Quod autem canones eos, qui tales
„ nuptias contrahunt, ſaltem a Clero ar-
„ cent, ejus ratio in aprico eſt : quia Cle-
„ rus pœnas civiles inſligere nequit; eas
„ enim brachio ſeculari relinquere ſolet, &
„ debet.

Nec difficilis eſt reſponſio] „ Auctor ad
„ objectionem, *quod gentes in genere ob*
„ *conjugia Levitici XVIII. memorata puni-*
„ *tæ ſint, adeoque naturalis prohibendi ra-*
„ *tio ſubeſſe videatur*, reſpondet, locutio-
„ nem illam univerſalem reſtringi ad præ-
„ cipua ejus capita : ut de concubitu cum
„ maſculis, cum beſtiis, &c ; non ergo ad
„ conjugia cum patruo, avunculo. At verum
„ non eſt, locutionem illam reſtringendam
„ eſſe ad præcipua ejus capita ; nam in
„ *omnibus his* contaminatæ dicuntur gentes
„ *Lev.* 18. *v.* 24., & poſtquam omnes pro-
„ hibitiones nuptiarum abſolvit, Deus tan-
„ dem addit : *Omnia enim hæc fecerunt gen-*
„ *tes , & abominatus ſum eas. Lev.* 20. *v.*
„ 23. Quæ regula tamdiu obtinet, donec
„ probetur, caſum aliquem ſub illa com-
„ minatione non contineri. Sed & ſupra
„ jam demonſtravimus, rationem prohiben-
„ di naturalem in fratris, vel ſororis filia
„ ſubeſſe; non vero in uxoris ſorore: ad-
„ eoque illum caſum, non hunc, ſub ma-
„ ledictione illa contineri. *Dict. prop. IX.*
„ & *X.*

„ *Inſtat* Auctor, de ſingulis perſonis in-
„ telligi illas minas ideo non poſſe, quia
„ ibi quoque continetur præceptum de non
„ habendis eodem tempore in matrimonio
„ ſororibus duabus: *Lev.* 18. *v.* 18. Hanc
„ autem legem non communi humano ge-
„ neri datam eſſe, Jacobi exemplo probat :
„ indeque concludit, imputationem pecca-
„ ti Cananæis, & finitimis populis tactam
„ non ad ſingula, ſed præcipua ejus capitis
„ pertinere. Reſp. Veroſimile eſt, harum
„ perſonarum prohibitionem ex errore ejus,
„ qui libros hos compilavit, illis gradibus,
„ qui jure gentium prohibentur, junctam
„ eſſe; Quod vel exinde probatur, quia
„ Levitici XX, ubi omnes illæ prohibitio-
„ nes addita pœna repetuntur, nulla men-
„ tio fit nuptiarum cum duabus ſororibus.

Reſtringi ad præcipua ejus capitis] „ Di-

„ ximus,

,, ximus, rationem generalem eſſe; in *om-*
,, *nibus enim his* contaminatæ dicuntur gen-
,, tes.

Cum nuptiis alienis] ,, Eſſet enim adulte-
,, rium.

*Præmunimentum, additæ ſunt leges cæte-
ræ*] ,, Quo modo cæteræ leges *præmuni-*
,, *mentum* præcipuorum capitum dici poſſint,
,, non percipio. Ratio communis eſt, &
,, ad omnia capita pertinet, excepto, uti
,, vidimus, concubitu cum duabus ſororibus.

*Nam & is ante legis tempora amitam du-
xit uxorem*] ,, Scilicet Jochabedam Levi fi-
,, liam. *Num.* 26. *v.* 59. At Jochabedam non
,, fuiſſe filiam Levi, ſed ejus abneptem, evi-
,, dentiſſime demonſtravi *ſupra* §. 12.

Materteras] ,, Pauciſſima exempla quo-
,, rundam hominum, inprimis potentiorum,
,, in ſeculis illis barbaris non inferunt jus
,, naturæ; neque inde ſequitur, toti genti
,, id commune fuiſſe: jure Romano has
,, nuptias prohibitas fuiſſe certum eſt. *Vid.*
,, *Diſſert. proœm. XII.* §. 176. *n.* 17. *lit. t.*
,, & *u.*

Non illas tantum in commune datas]
3 ,, I. e. hominibus univerſis; quo refert nu-
,, ptias inter parentes, & liberos: inter fra-
,, tres, & ſorores: ac cum amita.

*Sed alias peculiariter Hebræo populo ſcri-
ptas*] ,, At diximus, legem quoque *de fra-*
,, *tris filia non ducenda, & de ſororis filio*
,, *non nubendo*, non eſſe peculiariter He-
,, bræo populo datam; ſed ex ratione natu-
,, rali ortam.

Et ad gradus quoſdam ulteriores] ,, Scil.
,, ad quartum gradum, tum conſanguinita-
,, tis, tum affinitatis incluſive: *C. p. X. de*
,, *Conſang. & aff. Coler. deciſ.* 2. *Carpz. p.* 2.
,, *def.* 79. & 88.

*Ut hac quoque in virtute non minus, quam
in cæteris Hebræos antecederent*] ,, Vera ratio
,, hodiernæ extenſionis canonicæ eſt ſpes lu-
,, cri, & diſpenſationis præmium.

De patruelium, & conſobrinorum] ,, Jure
,, Digeſtorum liberi duorum fratrum, vel
,, ſororum nubere invicem non prohibentur;
,, neque prohibendi ratio naturalis hic ſub-
,, eſt, uti demonſtravimus ſupra §. 12. *pro-*
,, *pos. IX.* conf. *Carpz. juriſpr. conſiſt. L.* 2.
,, *def.* 78. Apud Romanos tamen ſtatutum
,, eſſe, ne ſine indulto principis nuptiæ hæ
,, contraherentur, ex notis Grotii adparet.
,, Conf. *Farneſium ad Caſſiod. l.* 7. *Var.* 46.
,, *Jul. Capitol. in Anton. Phil. c.* 1.

Propter vicinitatem] ,, Quod explicat Au-
,, guſtinus *L.* 15. *de Civ. Dei. c.* 18. *Quod*
,, *fiebat cum conſobrina, pene cum ſorore*
,, *fieri videbatur: quia & ipſi inter ſe, pro-*
,, *pter tam propinquam conſanguinitatem fra-*
,, *tres vocantur, & pene germani ſunt.*

Theodoſii conſtitutio] ,, Conf. *L. un. C.*
,, *Theod. Si nupt. ex reſc. l.* 2. *C. de inceſt.*
,, *nupt.*

*Non quod vetitum eſt lege humana, ſi fiat,
irritum quoque eſſe*] ,, Vide quæ diximus ſu-
,, pra *n.* 1. *Add.* §. 10. §. 12. *n.* 1.

Canon Eliberinus] ,, Statutus in concilio
,, Eliberitano (dictum ab Elvira urbe Hiſ-
,, paniæ); de cujus tempore variant ſcripto-
,, res: plerique ad annum 305. referunt. *Vid.*
,, *Pict. de la relig. chret. part.* 2. *f.* 148. &
,, *p.* 449.

*Eo ipſo oſtendens, manere vinculum matri-
monii*] ,, Non enim jubetur abſtinere a co-
,, habitatione.

In canonibus, qui apoſtolici dicuntur]
,, De quorum auctoritate, & fide ſupra *L.*
,, 1. *c.* 2. §. 10. *n.* 9. egimus.

Tantum Clericus fieri prohibetur] ,, Adeo-
,, que ſubſiſtit matrimonium. *Vid. tamen quæ*
,, *notavi ſupra ad h.* §. *n.* 2. verba *i. e. fra-*
,, *tris aut ſororis filiam.*

Ad §. XV.

Ut *ad alia pergamus*] ,, Auctor in gene- 1
,, re explicavit requiſita conjugii legitimi, §. 8.
,, §. 9.; & quando conjugium ratum ſit, vel
,, non, 10. *ſeq.* Hic jam quæſtionem movet,
,, *an concubinatus ſit verum, ac ratum con-*
,, *jugium*? Eamque affirmat, ſi fœmina ta-
,, lis ſub cuſtodia mariti eſt, & fidem ei de-
,, dit, §. 15. *n.* 2. Jura enim, tum quæ ex
,, jure naturæ, tum ex jure civili concubi-
,, næ competunt, lege civili ob utilitatem
,, publicam tolli poſſe, ait §. 15. *n.* 1. Cæ-
,, terum talem concubinatum neque jure na-
,, turæ, neque in ſtatu legis chriſtianæ im-
,, probari, ſtatuit §. 15. *n.* 2.: idque ex
,, conciliis, & legibus Imperatorum chriſtia-
,, norum probat *ibid.* Quod ut porro de-
,, monſtret, addit, prohibitionem legis ci-
,, vilis non reddere matrimonia irrita, ſed
,, pœnis ſaltem obnoxia. §. 16.

Concubinatum quemdam] ,, Si ſcilicet ea
,, lege mas, & fœmina ſe jungunt, ut hæc
,, uni, & ſoli mari perpetuo cohabitet; at
,, non ut ſocia omnium fortunarum. Omnis
,, igitur concubinatus, qui non contrahitur
,, ea

„ ea lege, eſt fornicatio, etiam jure civili: „ nec ulla inde oritur obligatio. *L.* 1. *l.* 3. „ §. 1. *de concub.*

Verum, ac ratum eſſe conjugium] „ Eſt „ enim maris, ac fœminæ conjunctio indi- „ viduam vitæ conſuetudinem continens.

Etſi effectibus quibuſdam juris civilis propriis privetur] „ Huc pertinet, quod vir „ non poſſit concubinam de adulterio ac- „ cuſare jure mariti; ſed ſaltem jure extra- „ nei *l.* 13. *ff. adult.*

Aut etiam effectus quoſdam naturales impedimento legis civilis amittat] „ Imo nulli „ ſunt effectus naturales, qui amittuntur „ impedimento legis civilis; Quod enim con- „ cubina non ſit ſocia omnium fortunarum, „ quod jura mariti cum ea non communi- „ centur, quod liberi non ſuccedant, &c.: „ id ex ipſa ratione naturæ, non ex impe- „ dimento legis civilis ſequitur; tali enim „ lege concubina tranſit in domum viri: „ quilibet autem de ſuo jure diſponere po- „ teſt.

Inter ſervum, & ancillam jure Romano contubernium eſſe dicitur] Hoc eſt, verum conjugium, ubi omnia, quæ jure naturæ circa matrimonia ſtatuta ſunt, obtinent; ſed quia jure Romano pleraque beneficia conjugii, utpote quæ ſolis civibus propria erant, in ſervis ceſſabant, hæc conjunctio maris, & fœminæ non matrimonium, ſed contubernium vocabatur: *Vid. ſup. l.* 1. *c.* 3. §. 3.

Additio.

„ Eſt quidem verum conjugium, ſed cum „ non valeat niſi ex conſenſu domini, do- „ minus autem pleniſſimum jus in perſonas, „ & res ſervorum habeat; ſponte, & ex „ ipſa ratione naturali ſequitur, effectus ve- „ ri conjugii, quatenus commodum aliquod „ continent, ceſſare in ſervis: quia com- „ moda illa ad dominum pertinent jure do- „ minii. *Vid. Grot. not. b.*

Ad ipſam conjugii naturam nihil deeſt] „ Nam duo conſentiunt de cohabitando per- „ petuo.

Sic inter hominem liberum, & ancillam, concubinatus dicitur] Ex eadem ratione, quia ſoli cives Romani matrimonium contrahunt; ſervi autem, & ſervæ juris civilis ſunt incapaces.

Quod deinde initiatione quadam ad alias perſonas diſparis qualitatis productum eſt] „ Huc quoque pertinet conjugium ad Morganaticam; *Vid. Grot. infra c.* 7. §. 8. „ *n.* 3. vel rectius conjugium Morganicum.

„ De origine vocis *Morganatica* variæ „ ſunt Doctorum ſententiæ, quas congeſſit „ B. Parens in dicta diſſertatione ſectione „ II. ; ubi ita diſſerit.

Cum legis Morganaticæ mentio variſſime occurrat, ſolliciti fuere Doctores, quid ejus ſenſus, quave origo eſſet: & cum obſcura, & barbara vox ſit, ſuſpecta eſſe cœpit adeo, ut omnes prope crediderint, corruptam eam eſſe ab auctoribus feudorum, & ignorantia ſermonis Morganaticam *dici pro* Morgengabica, *& hanc Longobardicam vocem detortam eſſe ex Teutonica* Morgengabe. *Ita D. Strauch*, de Jur. Publ. tit. 32. §. 5. *Grot.* de J. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 8. *Struv.* in Syntagm. I. Feud. lib. 9. §. 4. *Rittershuſ.* in Partition. Jur. Feud. lib. 1. c. 11. lib. 2. cap. 3. n. 3. *& plures alii.*

Verum enim vero, ſalvo cuique judicio ſuo, nullam minus, quam hanc ſententiam probandam credimus; & quamvis potius explicandi rationem admittimus, quam iſtam, qua ſtatuitur vocem Morgengabæ Longobardis adeo incognitam fuiſſe, ut illi, errore Linguæ, pro Morgengabica lege, Morganaticam dixerint.

Nam contra, nomen Morgengabæ nemini notius, ac familiarius fuit, quam Longobardis: & nullis legibus uſitatius, ac tritius, quam Longobardicis; quippe expreſſa illa vox eſt in lib. 1. tit. 9. leg. 2. lib. 2. tit. 1. leg. 4. & leg. 8. (*ubi & explicatur*) d. lib. 2. tit. 4. leg. 1. & 4. tit. 12. leg. 1. tit. 14. leg. 15 *Ut adeo certum ſit, Longobardos nec eſſe deceptos, nec potuiſſe decipi errore verbi ſibi familiariſſimi, & quaſi vernaculi. Et quis ergo credet, eos vocem Morgengabicæ, ſibi notiſſimam, ac tritiſſimam, imperitia linguæ mutaſſe, & detorſiſſe in ignotam, ac barbaram Morganaticæ?*

Alia itaque indubie nominis ratio eſt. Ut omiſſis aliis conjecturis ſententiam noſtram de vocis hujus ſenſu, atque origine, ſalvo omnium judicio, paucis aperiamus, arbitramur, legem Morganaticam idem eſſe, quod hodieque in urbibus inferioris Germaniæ, ceu antiquis Longobardorum, & Suevorum ſedibus, dicitur Morgenſprach ; *Nam cum conſtet, Germanis legem, ſeu decretum dici* ein Spruch, *vox* Morgenſprach *erit* Morganaticum Decretum ; *Decretum autem ſpecies legis eſt*, §. 6. inſtit. de I. N. & Civ.

Remanſit vero vox illa in conventibus, &

Digitized by Google

collegiis opificum, *quæ dicuntur* Morgenſprach: *& qui iis e magiſtratu præſident*, Morgenſprach-Herrn. *Quæ appellatio uſitata eſt Coloniæ Agrippinæ*, *Bremæ*, *Lubecæ*, *& in aliis vicinis urbibus*, *ubi Suevi*, *ſeu Longobardi* (*qui Feudorum Auctores*, *& e Suevorum populis erant*) *ſedes ſuas olim habuere: ſcil. verſus littora Borealia*, *& Rhenum.*

Hoc evidens eſt ex Gylmann. Symphorem. Tom. I. Part. I. tit. 3. fol. 161. *in ſupplic.* auf den Religions-Frieden *in cauſa civium Colonienſium*, *contra* Burgermeiſter und Rath der Stadt Cöln, *ubi hæc verba*: jedoch ſolchem allen entgegen, haben die Burgermeiſter und Rath der Stadt Cöln nechſt verſchiedenen 87ſten Jahres den 6ten April ein NB. öffentlich Edict, oder, wie ſie es nennen, ein Morgenſprach publiciren, und darinn allen Burgern und Einwohnern daſelbſt öffentlich, und bey hohen Schweren beſtimmten Pœnen gebieten laſſen &c. *En quam aperte aſſeratur*, *Edictum publicum ibi dici* ein Morgenſprach, *ſeu Morganaticum Edictum; Et mox in* fin. d. Supplic. *hæc habentur*: Darinnen ihnen ſamt und ſonders geboten werde, NB. angedeutete Mongenſprach wieder aufzuheben, und ſich gleichmäſigen gebiethens und verbiethens zu enthalten. *Idem apparet ex Statutis Lubecenſibus* part. 4. tit. 13. art. 3. Die Amte in unſer Stadt, und da Lübiſch Recht gehalten wird, wann dieſelbige wollen Morgenſprach halten, zu dieſer Stadt und ihres Amts beſten, denen ſollen die Wette-Herren jederzeit beywohnen, *&c.* So iſt ihnen auch damit uber die ordentliche Morgenſprach keine andere zu halten, welche der Stadt zu wieder ſeyn, *&c.* Ein jeder in 3. Rthlr. Strafe genommen, und darzu der Morgenſprach verluſtig, und des Amts frey ſeyn. *Atque ita Mev.* ad d. art. 3. n. 19. Apellatur, *ait*, iſte conventus Ordinarius, *die ordentliche Morgenſprach*, quia conſuetum ſuit, eos quotannis ordinarie convenire. *Bremæ quoque rem*, *vocemque hanc uſitatiſſimam eſſe*, *certum eſt.*

Confirmatur hoc maxime ex 2. F. 29. *ibi*: Mediolanenſes dicunt ad Morganaticam, alibi lege Salica. *Ergo apud Longobardos lex Morganatica idem eſt*, *quod alibi* (*ſcilicet apud Francos*) *lex Salica. Siquidem vox Sala*, Saal, *itidem ſignificat conventum; nam Sala, palatium*, *curia*, *unum*, *idemque ſunt: locus ſcilicet*, *ubi conventus publici fiunt*, *& pro ipſo quoque conventu accipiuntur*, *uti vulgo notum eſt. Itaque hoc modo Morganaticum*, *& Salicum ſignificatione quoque conveniunt; & lex Morganatica*, *vel Salica*, *eſt lex publica*, *ſeu in publico conventu*, *ac curia*, *vel Sala edita: uti in pluribus adhuc prædictarum terrarum locis.*

Unde autem vox Morgan *a Germanis olim pro conventu publico accepta ſit*, *vix veſtigia ſuperſunt: neque in re tam antiqua*, *tantoque ſilentio*, *certi quid definimus. Licebit tamen aliquam qualemcunque conjecturam afferre. Videtur ſcil. vox* Morgan *ſignificaſſe terram*, *ſeu locum communem*, *aut publicum*, *a nomine* gan, *quod eſt commune*, *ſeu publicum: ut in verbo* Gan-Erben, *id eſt*, gemeine Erben, *per* Ord. Cam. part. 2. tit. 13. *verb.* zu der Gemeinſchafft; *& verbis*: die gemeine Erben. Wurmſ. Exerc. 8. quæſt. 9. *Terra autem videtur olim Germanis quandoque dicta* Mor: *uti in prædictis locis adhuc quædam terræ communes dicuntur* die Möre. *Cambden.* in Britann. p. 470. *ait*: Et Britannis (*qui in quibuſdam vocibus antiquum uſum Germaniæ*, *incorruptius*, *quam ipſi Germani ſervant*,) Marga (*ſeu Morga*) genus terræ, qua agros aluerunt, denotavit. *Et* pag. 22. Quæ apud Plinium Latinis terra adeps, Gallis *Marga*, Britannis *Marle. Quin & jugera terrarum adhuc nobis* Morgen *dici*, *omnibus notum eſt. Conſtat vero*, *Germanos olim conventus publicos in campis*, *& ſine dubio in locis publicis habuiſſe.*

Cæterum etſi de ſenſu legis Morganaticæ, *quem expoſuimus*, *nulli dubitemus; tamen quod de voce* Morgen *diximus*, *pro mera ſaltem conjectura habebimus*, *aliam vero propriorem lubentes admiſſuri.*

Inter civem, *& peregrinam*] ,, *Vid. Gron.*
,, *h.* Emmanuelis Sabaudiæ Ducis ſimile edi-
,, ctum refert Thuanus 50. *p. m.* 1038.

Inter tales, *quales jam diximus*] ,, Scil.
,, ſervos, & ancillas: cives, & peregrinas,
,, &c.

Conjugium verum eſſe potuit, *ſi fœmina eſſet ſub cuſtodia maritali*, *& fidem*, *&c.*]
,, Natura enim ad matrimonium nihil aliud
,, requiritur, quam conſenſus de cohabitan-
,, do cum uno viro, eoque ſolo.

,, Cum hæc quæſtio, inter Theologos
,, præcipue, ventilata admodum ſit; eam
,, curatius paulum examinare operæ pre-
,, tium erit.

,, *I.* Alibi probavimus, nullam conjun-
,, ctionem licitam eſſe inter marem, & fœ-
,, minam, niſi eam, quæ ſit *ad individuam*
,, *vitæ*

,, *vitæ conſuetudinem*; Quia certitudo patris,
,, quæ jure naturæ requiritur, aliter haberi
,, nequit. Conf. *Diſſ. proœm. XII.* §. 141. *ſeq.*
,, §. 173. *ſeq.*

,, *II.* Mas, & fœmina, talem individuam
,, vitæ conſuetudinem contrahentes, legem
,, dare contractui poſſunt: & vel paciſci,
,, ut fœmina *uxoris* loco habeatur, vel ut
,, ſaltem ſit *concubina.*

,, *III.* Si *uxoris* loco habetur, fœmina fit
,, ſocia omnium fortunarum mariti, & cum
,, ea omnia jura ſacra, & humana commu-
,, nicantur. Liberi ex tali conjunctione nati
,, ex voto parentum continuant familiam,
,, i. e. in omnia ejus jura ſuccedunt. &c.

,, *IV.* Si *concubina* eſt, non participat de
,, fortuna, & juribus mariti: nec liberi ex
,, tali concubitu nati ſuccedunt, ſed ali-
,, menta tantum illis debentur.

,, *V.* Talis autem contractus, & talis con-
,, ventio inter marem, & fœminam, jure
,, naturæ licita eſt. Nam 1. uterque diſpo-
,, nit de ſuo jure, de uſu ſui corporis, qui
,, ſub certa quoque lege, ne fœmina de
,, juribus familiæ participet, concedi po-
,, teſt: prout proinde partes de jure ſuo
,, diſponunt, ita jus eſt. 2. Certitudo pa-
,, tris hic æque, ac in juſtis nuptiis adeſt;
,, nam ſupponimus fœminam, & concubi-
,, nam, non niſi uni mari cohabitare: adeo-
,, que officia inter parentes, & liberos ſal-
,, va ſunt. Neque 3. liberis fit injuria; cum
,, enim omnia jura a patre, & ex ejus vo-
,, to habeant, in arbitrio patris eſt, quæ ju-
,, ra liberis communicare velit: Neque pa-
,, rentes liberis præter educationem, ſub
,, qua alimenta continentur, aliquid debent.

,, Ex ſacra hiſtoria apparet, hunc *concu-*
,, *binatum* inter Patriarchas admodum uſi-
,, tatum fuiſſe, & concubinas eorum non
,, participes fuiſſe dignitatis familiæ. Hagar
,, erat ancilla Ægyptia: Sara eam marito
,, ſuo in uxorem dedit, *Gen.* 16. *v.* 1. *ſeq.*
,, ut ſuſciperet ex ea liberos. Manebat hæc
,, ancilla ſub imperio Saræ, & cum offen-
,, deret heram, hæc eam caſtigavit, *d. c.*
,, 16. *v.* 5. & 6. Ipſe Deus fugientem re-
,, vocavit, juſſitque ut ſub manu heræ ſe
,, humiliaret: *ibid. v.* 9. Tandem vero ad
,, preces inſtantes Saræ, & juſſu Dei eje-
,, cta e domo eſt. *ibid. v.* 10. & 12. Idem
,, Abrahamus poſt obitum Saræ non aliam
,, uxorem duxit, ſed concubinam Keturam.
,, *Gen.* 25. *v.* 1. *ſeq.* & 6. Sic Jacob habuit
,, concubinas Balam, & Zelpham, *Gen.* 35.
,, *v.* 22. *ſeq.* Eliphatæ concubina fuit Tham-
,, na. *Gen.* 36. *v.* 12. & 16. Liberi ex his
,, concubinis nati non ſuccedebant liberis
,, legitimis exſtantibus; Abrahamus enim fi-
,, liis concubinarum largitus eſt munera, &
,, ſeparavit eos ab Iſaaco filio ſuo: idque
,, de Iſmaele, *Gen.* 21. *v.* 10. *ſeq.*, & libe-
,, ris Keturæ, *Gen.* 26. *v.* 5. & 6., diſerte
,, traditur in ſacra hiſtoria.

,, Neque *obſtat*, liberos ex concubina
,, Bala, & Zelpha Jacobo natos, cum reli-
,, quis liberis æquo jure ſucceſſiſſe. Reſp.
,, jure adoptionis; nam ea lege ab uxore
,, dabantur in conjugium marito, ut NB.
,, ex illis liberos ſuſciperet, & maritus con-
,, ſentiebat, adeoque liberi reputabantur eſſe
,, uxorum.

,, *Inſto*, Hagarem quoque ea lege uxo-
,, rem datam fuiſſe Abrahamo, neque ta-
,, men filium ſucceſſiſſe. Reſp. durum hoc
,, ipſi Abrahamo viſum fuit: indeque noluit
,, conſentire in exhæredationem, & juſſu
,, demum Dei eum ſucceſſione privavit. *Gen.*
,, 21. *v.* 12. *ſeq.*

,, Apud Romanos conjugia cum *concubi-*
,, *nis* maxime in uſu fuere. Atque has tunc
,, plerumque viri ſibi jungere conſuevere,
,, vel ubi prohibitum fuit talem perſonam
,, in uxorem ducere: vel ubi liberi jam ex
,, juſto matrimonio exiſtebant, quibus ſpem
,, hæreditatis intervertere patres noluerunt;
,, quod exemplis plurium Imperatorum pro-
,, bat celeberrimus Heineccius *in Antiq. Rom.*
,, *append. ad. l.* 1. §. 41.

,, Romani itidem talem concubinatum de-
,, mum admiſerunt, qui contineret *indivi-*
,, *duam vitæ conſuetudinem*: adeoque ubi
,, fœmina, quæ cum uxor non eſſet, cum
,, mare uxoris loco ſine nuptiis in domo e-
,, jus vivebat, *L.* 144. *V. S. H. II. Eclog.*
,, 2. *c.* 144. indeque in poteſtate viri con-
,, ſtituta fuit. Nam in tali fœmina, intuitu
,, certitudinis partus, eadem ratio obtinet,
,, quæ in uxore legitima; Non enim feren-
,, dum eſt, eum, qui cum concubina aſſidue
,, moratus eſt, nolle filium agnoſcere quaſi
,, non ſuum. *arg. L.* 6. *ff. His, qui ſui &c.*
,, Cum hac concubina igitur eſt matrimo-
,, nium quidem, ſed illegitimum, & inju-
,, ſtum; *L.* 37. *Municip. l.* 13. *Adult.* (quia
,, ſcilicet ſolennitates veri matrimonii non
,, adhibentur) uxor vocatur gratuita, &
,, ſodalitiaria. *Heinecc. d. l.* §. 38. Conjugium
,, cum ea eſt, ſed inæquale, *L.* 3. *C. Nat.*
,, *lib. ibique Goth.*; indeque inter concubi-

„ nam, & uxorem, nil niſi dignitate intererat. *L.* 49. §. 4. *Leg.* 3.

„ Hinc in dubio quoque nuptiæ præſumebantur, (non concubinatus) ſi quis cum honeſta fœmina conſuetudinem habuit, *L.* 24. *Rit. nupt. l.* 31. *pr. Donat. l.* 9. *l.* 13. *c. de Nupt. Alciat.* 3. *præſ.* 38; niſi aliud teſtato declaraverit: *L.* 3. *Concub. Goth. ad l.* 7. *C. Divort.* Nam a ſola animi deſtinatione, *L.* 4. *Concub.*, a ſolo delectu, *Paul. l.* 2. *ſent.* 20., & a maritali affectione, *L.* 31. *pr. Donat.*, dependebat, utrum concubina, an uxor eſſet.

„ Vera igitur differentia uxoris, & concubinæ apud Romanos in eo conſiſtebat, I. Quod *uxor* fuerit ſocia omnium fortunarum mariti, materfamilias, & princeps familiæ, quæ de dignitate, juribus, & bonis familiæ participabat, *L.* 1. *Rit. nupt.* §. 1. *Inſt. Patr. pot.* §. 12. *Inſt. Nupt. l.* 31. *pr. donat. l.* 16. §. 1. *his, quæ ut ind.*; *Concubina* autem tantum uxoris loco habebatur, nec ſocia fiebat omnium fortunarum: indeque nec de dignitate, nec de juribus, nec de bonis familiæ participabat. *L.* 144. *V. S. l.* 37. *Mutic. l.* 13. *Adult. l.* 3. *C. Nat. lib. l.* 49. §. 4. *Legat.* 3. II. *Illa* in matrimonio, *hæc* in conſuetudine eſſe dicebatur. *L.* 34. *ff. Adult.* Hinc III. *uxor* plerumque ex paribus dignitate eligi ſolebat; *concubina* autem accipi vel talis, quæ uxor per leges eſſe non poterat, vel quæ vilioris conditionis erat: *Heinecc. Antiq. in append. ad libr.* 1. §. 40. Nam cum ea, quæ honeſtæ vitæ fuit, non erat concubinatus, niſi id publice teſtatum fuerit. *L.* 3. *Concub. ibique Goth. l.* 3. *c. divort.* IV. Ut *uxor* fieret, requirebantur certæ ſolennitates, confarreatio, vel cöemtio, *Rubr. ff. de Ritu. nuptiarum. l. p. ff. de Donat. int. conjuget. ibique Goth. l.* 13. *C. Nupt.*; Cum *concubina* ſufficiebat conſuetudo, & ut cum ea in una domo viveret. *L.* 144. *V. S. l.* 34. *ff. Adult.*

„ Effectu quoque V. differebant; *Uxor* enim, cum qua intercedit communio jurium ſacrorum, & humanorum, *L.* 1. *ff. Rit. nupt.*, ſequebatur maritum, *l.* 125. *V. S. l.* 44. *Religios.*, quoad nomen, *l.* 198. *V. S.*, dignitatem, *l.* 8. *l.* 12. *Senat.*, & forum, *l.* 19. *judic.* Maritus eam adulterii accuſare potuit jure mariti, *l.* 13. *ff. Adult.* Maritus donare ei inter vivos prohibebatur, *l.* 1. *ff. Don. int. conj.* Præſidi provinciæ ex eadem provincia eligere uxorem non licuit, &c. *l. f. ff. Concub. Concubina* autem non participabat de dignitate mariti; in eo enim differebat ab uxore, *l.* 49. §. 4. *Leg.* 3. Neque enim in matrimonio erat, ſed in conſuetudine: *L.* 144. *V.* S. Hinc non ſequebatur forum mariti, ſed originis: *l.* 37. *ff. Ad. munic.* Nec accuſari poterat adulterii a marito jure mariti, ſed jure extranei, *l.* 13. *ff. Adult.* Donari ei inter vivos potuit; *l.* 58. *ff. Don. int. conj.* Sed & concubinam ex provincia habere licebat, *l.* 38. *ff. Rit. nupt.* VI. Liberi ex *uxore* nati ſunt pars familiæ, in eam agnaſcuntur ex voto parentum communi: adeoque gaudent omnibus juribus, & privilegiis familiæ: nomen, & inſignia patris gerunt; ac denique mortuo patre in omnia ejus bona ſuccedunt. Liberi ex *Concubina* nati ſunt quidem liberi; at nec dignitate, nec juribus, nec privilegiis familiæ utuntur: adeo ut Octavianus Cæſari inter alia objecerit, quod natum e Cleopatra filium appellari nomine ſuo paſſus fuerit. *Dio Hiſt. Rom. p. m.* 479. Atque hinc tales liberi ſine patre eſſe dicebantur; quod ex inſcriptionibus probat Heineccius. *Antiq. Rom. L.* 1. *t.* 10. §. 19. & 21. Sane liberi naturales non niſi per legitimationem, & arrogationem, ac oblationem curiæ, jura legitimorum liberorum acquirebant, *ibid.* §. 22. & 23. Ceterum matri ſuccedebant, & quidem æquali jure cum legitimis, *l.* 5. *C. SC. Orphit.*; & additur ratio, quia ex licita conſuetudine procreantur: concubinatus enim per leges nomen aſſumſit. *L.* 3. §. 1. *ff. Concub.*

„ Hinc jam apparet, Deum non promiſcue concubinatum permiſiſſe; ſed *tantum ad individuam vitæ conſuetudinem.* Cum enim liberi ſint vera portio corporis paterni, (etiamſi mater cum pluribus rem habuerit, eoque pater ignoretur) ex hac unitate varia jura, variaque officia inter parentes, & liberos oriuntur, quæ invicem præſtari neceſſario debent. Ita enim 1. patri debetur reverentia, etiam invito: 2. filia cum patre, filius cum matre, frater cum ſorore, &c. propter illam unitatem carnis concumbere nec naturali ratione poteſt: 3. Liberi educari, i. e. ad maturitatem produci, & ali a patre debent, &c. Omnia hæc officia præſtari

„ non

Digitized by Google

,, non poſſunt, ſi pater ignoratur: uti i-
,, gnoratur, ſi fœmina corpore ſuo quæſtum
,, facit.

,, Accedit, quod Deus voluerit propagari
,, genus humanum: Omnia igitur voluntati
,, divinæ repugnant, quæ propagationem
,, impediunt. Certum autem eſt, & experien-
,, tia docet, nimio veneris uſu (i. e. ſi fœ-
,, mina uſum corporis ſui promiſcue conce-
,, dit) propagationem impediri. Atque in
,, eo conſiſtit vera ratio *ſuperfœtationis*, *L.*
,, 3. *Si pars hær. ibique Budæus*; per con-
,, fuſionem enim ſeminis fœtus fœtum qua-
,, ſi opprimit, adeoque procreationem ſobo-
,, lis impedit. *Ariſt. l. 4. de Generat. anim.*

,, Sed & ex natura ſanctiſſimi Creatoris
,, certiſſima ratione demonſtratur, eum non
,, niſi per juſtas nuptias, i. e. per talem
,, conjunctionem, quæ fit ad individuam vi-
,, tæ conſuetudinem, per quam ſolam pa-
,, ter certus conſtituitur, propagationem
,, generis humani fieri voluiſſe; niſi aſſe-
,, rere velimus, Deum inceſtus inter paren-
,, tes, & liberos, &c. permiſiſſe: quod
,, neceſſario ſequetur, ſi pater ignoratur,
,, & certus non eſt.

,, Uſus quoque omnium gentium compro-
,, bat, promiſcuos concubitus apud eas non
,, admitti; ſed unumquemque ſociam ſibi aſſu-
,, mere ad individuam vitæ conſuetudinem, i.
,, e. ea lege, ut cum nemine alio conſuetudi-
,, nem habeat. Egregie hoc teſtantur JCti
,, Romani; Poſtquam enim *conjunctionem*
,, *maris*, *& fœminæ*, procreationem ſobo-
,, lis, ejuſque educationem, ex jure natu-
,, rali, quod natura omnia animalia docuit,
,, deduxere, addiderunt: *quod nos matrimo-*
,, *nium vocamus*, *L. 1. ff. juſt. & jur.*;
,, id enim non contrahitur, niſi *ad indivi-*
,, *duam vitæ conſuetudinem.* §. 1. *Inſt. de*
,, *patr. pot. L. 1. ff. Rit. nupt. Conſ. l. 10.*
,, *Eod.* §. 12. *Inſt. Nupt.*

,, Hinc jam certum eſt, fœminam non
,, poſſe uſum corporis ſui pluribus permit-
,, tere, ſed uni ſaltem: Idque extra dubi-
,, um poſitum eſt, ſi fidem uni dedit, qui
,, eam ſociam propagationis ſibi elegit, &
,, individuam vitæ conſuetudinem cum ea
,, contraxit, i. e. matremfamilias eam eſſe
,, voluit.

,, Equidem Dionyſius Halicarnaſſenſis al-
,, legat legislatores quoſdam, *qui exemplum a*
,, *brutis ſumentes, ſolutos, & communes concu-*
,, *bitus maris cum fœmina fecerint: quod hoc*
,, *modo humanam vitam ab amatoriis furori-*
,, *bus à ſe liberatam putarent: quoque ze-*
,, *lotypiam mutuarum cædium cauſam eſſe*
,, *judicarent: denique quod homines a mul-*
,, *tis aliis malis, quæ & privatas domos, &*
,, *integras civitates propter mulieres ſolent*
,, *invadere, a ſe liberari poſſe exiſtimarent.*
,, At nullum talem legislatorem nominat,
,, nec forte nominare poterit. *Vid. Halic.*
,, *Antiq. p. m. 51.*

In ſtatu legis chriſtianæ] ,, Sæpius di-
,, ctum eſt, *legem chriſtianam* non dari, &
,, dogmata Servatoris abuſive *leges* vocari.
,, *Vid. Diſſ. proœm. III.* §. 45.

Verum erit inter ſervum, & ancillam,
aut liberum, & ſervam] ,, Effectus autem
,, hujus conjugii a diſpoſitione domini ipſa
,, ratione naturali dependent. *Vid. notam*
,, *præced.*

Multoque magis inter civem, & peregri-
nam] ,, Imo hæ nuptiæ etiam jure Roma-
,, no valent quoad effectus juris gentium, qui
,, peregrinis quoque communes ſunt; Quoad
,, effectus civiles autem peregrini excludun-
,, tur. *pr. Inſt. de Nupt.*

Senatorem, & libertam] ,, Tale con-
,, jugium enim cum dignitate Senatoris pu-
,, gnare videbatur. *l.* 44. §. 2. *Rit. nupt.*

Si quæ jure divino chriſtiano ſunt neceſſa-
,, *ria, accedant*] ,, Dixi, jus divinum
,, chriſtianum non dari.

Indiſſolubilis unius cum una conjunctio]
,, Servatorem nullibi docuiſſe, unum non
,, niſi cum una cohabitare, aut dirimi vin-
,, culum ob juſtam cauſam non poſſe, in
,, præcedentibus vidimus. Sufficit igitur ad
,, validitatem horum conjugiorum, ſi ſeſe
,, jungunt ad individuam vitæ conſuetudi-
,, nem.

Etiamſi effectus quidam legis civilis non
ſequantur] ,, Inter Chriſtianos nuptiæ e-
,, tiam quoad effectus civiles valent cum *ex-*
,, *tranea*, & *liberta*. Ratione *ſervorum* (in
,, quibus locis nimirum ſervitus adhuc ob-
,, tinet) hodieque verum eſt, eos abſque
,, conſenſu domini nubere non poſſe, li-
,, beros non eſſe in poteſtate patris, ſed
,, domini, nec eos ſuccedere patri, utpote
,, qui omnia acquirit domino. *Vid. ſupra.*

Aut alioqui ſponte ſecuturi lege impedian-
tur] ,, Lex enim vinculum non dirimit,
,, niſi id ſpeciatim dictum ſit: ut inter ra-
,, ptorem, & raptam: adulterum, & adul-
,, teram. &c.

Ut unius &c. concubinæ conjunctione ſit
contentus] ,, Concubinatus igitur ex Con-

,, cilii decreto probatur. Conf. *Auguſtin. in*
,, *libro de fide & operib.* Idem *de bono con-*
,, *jugii c.* 5. & 14. *Capitul. Francic.* 7. *c.*
,, 185. Add. *cauſ.* 32. *q. c.* 5. & 6. *tit.* 34.
,, *c.* 4. 5. & 6. Modo concubinatus ſit per-
,, petuus, i. e. individuam vitæ conſuetudi-
,, nem contineat. *d. q* 2. *c.* 5. & 6. *item q.*
,, 4. *c.* 11. Poſterioribus temporibus omnis
,, concubinatus ſublatus eſt. *Carpz. Conſ. lib.*
,, 2. *deſ.* 235. *Conſ. Leon. Nov.* 91.

Concubinatum quendam vocant inæquale conjugium] ,, *L.* 3. *C. Nat. lib.* Inde con-
,, cubina Zonaræ dicitur ἡμιγάμος, quaſi ſe-
,, miuxor: & uxorem dicitur imitari, *Goth.*
,, *ad d. l.* 3. *Nov.* 18. Eſt quaſi noverca li-
,, beris prioris matrimonii, *L.* 4. *C. Nupt.*
,, Neque alia uxor ſuperinduci potuit. *arg.*
,, *l. un. C. de concub. Diſt.* 34. *c.* 6.

,, Inæquale autem conjugium dicitur,
,, quia concubina non recipitur in domum
,, ut materfamilias, nec ut conſors omnis
,, juris divini, ac humani, *vid. l.* 1. *ff. Rit.*
,, *nupt.*; ſed juxta canonum doctrinam, ut
,, libidinis miniſtra, vel remedium. *c.* 6.
,, *cauſ.* 32. *q.* 2.

Et quod inde adulterii accuſatio naſci dicitur] ,, Hoc verum eſt de concubinatu per-
,, petuo, ubi concubina inſtar uxoris eſt,
,, *L.* 13. *pr. ff. Adult.*; perpetuus autem eſt,
,, licet invicem diſcedere pro lubitu poſ-
,, ſint, *l.* 1. *pr. ff. Concub.*, quia initium
,, actus, & voluntatis inſpicitur.

Additio.

,, Accuſatio autem adulterii tunc viro
,, non competit jure mariti, ſed jure ex-
,, tranei, *l.* 13. *ff. Adult.*

Ad §. XVI.

1 Si *lex humana conjugia inter certas perſonas contrahi prohibeat*] ,, Uti cum Judæa,
,, cum adultera, cum rapta, &c. §. 11.
,, *Inſt. de Nupt. c. ſ. de Rapt. c.* 3. *c.* 6. *Eo*
,, *qui dux.*

Non ideo ſequitur, irritum fore matrimonium] ,, Imo quicquid lege prohibente
,, fit, regulariter irritum eſt, & ipſo jure
,, nullum.

Nam probibitio vim ſuam exſerere poteſt per pœnam] ,, Hoc verum eſt ſi id lege
,, dictum eſt; alias negotium eſt ipſo jure
,, nullum.

Et hoc genus leges imperfectas vocat Ulpianus] ,, *Vid. Ulp. Inſt. tit.* 1. *l.* 2. Ex na-
,, tura enim legis prohibitivæ regulariter ſe-
,, quitur, ut quicquid lege prohibente fit,
,, ipſo jure nullum ſit: ceſſante hoc legis
,, effectu, perfecta non eſt lex.

Lex Cincia] ,, Quam tulit M. Cincius
,, Tribunus plebis. *Vid. Roſin. Antiq. l.* 8. *c.*
,, 22. *in fin.*; ubi ſingula capita hujus le-
,, gis recenſet: mentio ejus fit apud *Liv. l.*
,, 34. 4.

Donatum non reſcindebat] ,, Sed exceſ-
,, ſum ſaltem vitiabat. Sic matrimonium
,, abſque benedictione ſacerdotali contra-
,, ctum non reſcinditur, etſi ad mulctam
,, teneantur qui eam negligunt. *vid. diſp. B.*
,, *Par. de Matrim. moment. S.* 2. §. 2.

Theodoſii lege] ,, *L.* 5. *C. de Leg.* Imo 2
,, hoc non demum Theodoſii lege introdu-
,, ctum eſt, ſed ex ipſa ratione juris fluit,
,, ut id, quod lege prohibente fit, ſit irri-
,, tum; Nam facultas agendi deficit, utpo-
,, te quæ legibus prohibita eſt: quicquid
,, igitur ultra fines legitimæ facultatis agi-
,, mus, nulliter agimus. Unde ea, quæ
,, contra bonos mores ſunt, nec facere nos
,, poſſe credendum eſt, *l.* 15. *ff. cond. in-*
,, *ſtit.*; & paria ſunt, impoſſibile, & turpe:
,, in poteſtate noſtra non eſſe, & injuſtum.
,, *Goth. ad d. l.* 15. Niſi lege civili (nam
,, jure naturæ hæc limitatio plane locum
,, non habet, *vid. ſupr.* §. *XIV. n.* 1. &
,, 4.) in ſpecie id additum, vel moribus,
,, ac conſuetudine introductum ſit, ut ſolu-
,, ta pœna actus ſubſiſtat: quod probari ab
,, allegante debet.

Sed hæc extentio non fit ex vi ſolius prohibitionis; ſed ex vi novæ legis] ,, Imo fit
,, vi ſolius prohibitionis, quia deficit legiti-
,, ma agendi facultas; idque in omni pro-
,, hibitione verum eſt, niſi probetur, eam
,, intentionem prohibentis fuiſſe, ut ſoluta
,, pœna actus valeat.

Quam alii populi ſequi neceſſe non habent]
,, Dixi jam, ex proprietate prohibitionis ſe-
,, qui, actum nullum eſſe: idque inter
,, omnes gentes obtinet; at in arbitrio le-
,, giſlatoris eſt, prohibere ſaltem addita
,, pœna: & hactenus verum eſt, unius
,, populi ſtatutum alios populos non obli-
,, gare.

Sæpe enim indecentia major eſt in actu, quam in effectibus] ,, Hoc dependet ab ar-
,, bitrio legiſlatoris; ſufficit enim, actum
,, contra leges fieri, ut nullus ſit: niſi le-
,, giſlator aliud voluerit, idque declara-
,, verit.

Sæpe

Digitized by Google

Sæpe etiam incommoda, quæ reſciſſionem ſequuntur, majora, quam ipſa indecentia] „ Diximus, in dubio actum lege prohibente „ geſtum nullum eſſe, licet multa inde „ incommoda ſequerentur: Ita nuptias „ abſque patris conſenſu contractas nullas „ reddi, jure civili, & in Marchia certum „ eſt, etſi maxima inde ſequantur incom„ moda; fœmina enim ita juncta pro me„ retrice, & liberi inde nati pro ſpuriis „ habentur. Res igitur hæc arbitrii eſt. Un„ de actus per ſe nullos ob utilitatem pu„ blicam ſæpius confirmatos a legiſlatoribus „ fuiſſe, vidimus ſupra *l.* 1. *c.* 4. §. 15.

Ad §. XVII.

Consociationes] „ Hactenus „ de prima conſociationis ſpecie egimus, „ ex qua jus quoddam in perſonas acquiri„ tur *ex conſenſu*, nimirum ex conjugio: „ *vid. ſup.* §. 8. *pr.* Sequuntur nunc ſpecies „ conſociationum publicæ, quando ſcilicet „ plura membra in univerſitatem coëunt, „ adeoque jus aliquod in membra ſocietatis „ ex conſenſu acquiritur.

„ His conſociationibus commune eſſe, „ ait, *ut major pars obliget ſingulos*: idque „ ex conjectura voluntatis eorum, qui ita „ coëunt, & ex gentium conſenſu probat, „ §. 17. Paribus votis nihil agi, ait; ſed „ rem in priſtino ſtatu manere, idque cal„ culum Minervæ vocari, §. 18., ſi in „ quanto diſſentiunt, jungi, ait, vota dam„ nantium contra mitiora. §. 19.

„ Si quidam ex univerſitate abſint, uni„ verſitatis majora inſpici, docet §. 20. De„ nique ſocios ex ordine temporis, prout „ in ſocietatem venerunt, jus habere, ait „ §. 21., niſi pro partibus inæqualibus ſo„ cii ſint: tunc enim pro portione ſua, & „ ordinem ſumere, & vota ferre §. 22.

Præter hanc] „ Scil. quæ ex conjugio „ oritur, §. 8.

Tum privata] „ Quo pertinent ſocie„ tates privatæ, collegia opificum &c.

Tum publica] „ *Vid.* § 23.

Et hæ quidem aut in populum] „ Quan„ do ſcilicet plures patresfamilias in unum „ populum, aut civitatem coëunt. §. 23.

Aut ex populis] „ Quando plures po„ puli ſive per ſe, ſive per capita ſua ſe „ ſociant. *Vid.* §. 26.

Habent autem omnes hoc commune] De *privatis* ſocietatibus id verum non eſt; ſed hic melior eſt conditio prohibentis: quia jus toti corpori competens non eſt diſtinctum a jure ſingulorum, ſed quiſque diſponit de ſua parte, non de alterius, adeo ut in ſocietate invito ſocio nihil agatur; Si enim unus diſponeret de minima licet particula, ſimul diſponeret de re aliena.

Additio.

„ Neque de ſocietatibus publicis, i. e. „ inter fœderatos, id ſemper verum eſſe, „ videbimus.

Quod in iis rebus, ob quas conſociatio quæque inſtituta eſt, univerſitas, & ejus pars major nomine univerſitatis obligat ſingulos] Ad illuſtrationem hujus materiæ præmittenda ſunt jura, quæ ex tali conſociatione oriuntur.

Propositio.

Ex ſocietate publica ſinguli participant pro modo ſuo 1. *de ejus juribus publicis.* 2. *Tenentur ad ea, ſine quibus ſocietas explicari nequit:* 3. *ad majora in rebus, de quibus ipſa diſponere poteſt*

Demonstratio.

De jure, quod univerſitati in ſingula membra competit, egimus *Poſ.* 5. *n.* 4. Diximus nimirum, jure naturæ unicuique jus ſaltem in ſuas res, & actiones competere; non vero in alienas: niſi aliter diſpoſuerint. Si proinde plures homines in unam coëunt univerſitatem, quæritur, quodnam jus inde quæratur?

Dicimus I. ſingulos participare de ejus juribus publicis: adeoque ſinguli ad magiſtratus, dignitates, & honores, quatenus capaces ſunt, aſpirare poſſunt. Singuli jus habent poſtulandi defenſionem juris ſui, neque ea denegari ſubditis poteſt. Uſus locorum publicorum ad ſingulos pertinet, &c.

Porro & II. ſinguli tenentur ad ea, ſine quibus ſocietas explicari nequit, idque ex medii neceſſitate; Qui enim conſentit in ſocietatem publicam, neceſſario quoque conſentit in ea, ſine quibus ſocietas illa ſubſiſtere nequit: & qui vult antecedens, vult etiam conſequens. Unde ſequitur, teneri ſingulos defendere illam univerſitatem operis, & opibus ſuis; ideo enim, ut tuti ſint, coivere in ſocietatem, quam proinde omnes communiter defendere tenentur.

Hinc jam III. ſponte ſequitur, majora vota obtinere, quia ſocietas ſubſiſtere, & effectum habere non poteſt, niſi illud, quod major pars vult, valeret; nam ſemper inutilis

Digitized by Google

tilis maneret ſocietas, ſi unus diſſentiendo, quo nunquam caret conventus, deliberationem nullam reddere poſſet. Cum igitur nullus aliter eventus conſiliorum civitatis eſſe poſſit, major numerus prævalet: quia ratio dari non poteſt, cur minor numerus prævalere debeat. Sed & civitas unam quandam perſonam repræſentat; uti ergo naturæ humanæ ratio eſt, ut tota voluntas ejus inclinet in potiores rationes: ita publica voluntas eodem modo procedit: Idque confirmatur communi gentium conſenſu, quem allegat Auctor, ibique commentatores. Unde ſimul apparet, ineptam eſſe diſpoſitionem juris canonici, ubi majora tunc demum obtinent, ſi ſaniora ſunt. *tot. tit. quæ a majori part.* & *tot. tit. de Elect.*; Nam hac ſententia poſita nunquam negotium expediri poſſet; quæque enim pars ſuam ſententiam ſaniorem aſſerit, & ſi de eo cognoſcendum eſt, id non niſi per majora definiri poſſet: ut proinde ſemper ad majora recurrendum ſit.

Merito autem regula illa limitanda eſt, ut majora tantum valeant in rebus, de quibus publica illa ſocietas diſponere poteſt: Scil. quatenus eſt pars adminiſtrationis jurium publicorum. Hinc 1. ſecus eſt in alienatione jurium publicorum, quia alienare eſt perdere: adeoque non pertinet hoc ad defenſionem jurium publicorum. 2. Aliud quoque obtinet, ſi agitur de rebus ſingulorum; Nam harum arbitrium in ſocietatem collatum non eſt: Unde ſocietas illa diſponere de dominiis privatorum nequit. Atque huc pertinent jura illa, quæ in Pace Oſnabrugenſi *art.* 5. §. 52. excepta ſunt, ne majora vota ibi valeant: & quorum ratio allegatur, quod ſtatus non poſſint tanquam unum corpus conſiderari. *Vid. Jus publ. noſtrum. c.* 20. §. 26. *Arum.* de *Com. Imp. c.* 8. *n.* 28.

Atque ex his porro apparet, non obtinere majora 1. in *privata ſocietate*, uti modo probavimus: quia is, qui de re communi diſponit, neceſſario ſimul diſponit de re alterius, quod invito domino fieri nequit. 2. Si plures in uno negotio concurrunt, nec tamen corpus conſtituunt: uti ſi plures ſunt tutores; ibi enim unuſquiſque in ſolidum agit, ac ſi ſolus eſſet, at concurſu alterius impeditur. Idem obtinet ſi tres ſunt Auguſti, ubi unuſquiſque ſummam poteſtatem habet, adeoque corpus non eſt, & ſic majora non obtinent: ſecus ac in triumviratu.

Additio.

„ Uberius hanc quæſtionem, an, & quan-
„ do majora ſuffragia valeant, ac quomodo
„ computari debeant, examinavit B. Parens
„ *in Diſp. de eo, quod juſtum eſt circa nu-*
„ *merum ſuffragiorum: in prol.* & *Sect.* 1.
„ Verba hæc ſunt:

Quanquam ſummæ Dei clementiæ, ac bonitati ab æterno benevole placuerit, omnia, quæ in hac univerſitate oculis noſtris ſeſe conſpicienda præbent, unice, & ſolius hominis cauſa, quem ideo facultate rebus terræ utendi in medio ſinu locaverat, producere, ut ille iis uti, fruique pro lubitu commode poſſit, Gen. 1. v. 29.; *Non tamen indiſtincte, ac prorſus abſolute hanc ipſi facultatem tribuere voluit ſupremum numen; ſed ita, ut ſalva, & integra alterius facultas naturalis permaneret. Cum enim jus omne in terram non ſit datum uni, ſed omnibus ſimul, ut eſſet communis quædam poſſeſſio, teſte Ambroſio*, Lib. 1. off. c. 28: *neque ſinguli tantum, ſed omnes omnino homines eadem facultate, iiſdem idcirco juribus gaudeant; aperte conſtat, non ita laxos, quales ſibi Hobbeſius* ex jure, *ut vocat*, omnium in omnia, *fingit, poteſtatis noſtræ eſſe fines: ſed eatenus tantum conceſſos, quatenus alteri nullum exinde præjudicium obvenit. Quæ cauſa eſt, cur vacua tantum occupare, & in his modo, quæ occupatione, vel juſta alterius diſpoſitione noſtra facta ſunt, facultatem iſtam naturalem licite exercere poſſimus.*

Quoniam ergo voluntas divini creatoris eſt, ut illa, quæ citra alterius injuriam intra legitimos conceſſorum jurium terminos nobis acquiſivimus, licite quoque noſtro uſui, ac commoditati inſerviant; hoc ipſo etiam permiſit, ut jus hoc in res, & actiones noſtras quovis legitimo modo a nobis defendatur: Finis quippe impetrari non poteſt ſine mediis; unde hoc conceſſo, media quoque omnia ſimul conceſſa intelliguntur, l. 234. §. 2. de V. S. & l. 2. de juriſd. *ubi ita JCtus*: Cui juriſdictio data, illi omnia ea conceſſa videntur, ſine quibus juriſdictio explicari non potuit: *Atque adeo & hic, cum finem natura concedendo jus in res, & actiones noſtras poſuit, defenſionem quoque illius tanquam unicum, & neceſſarium ad finem illum obtinendum medium conceſſit.*

Licet vero defenſio facultatis noſtræ nobis legitime a natura ſit conceſſa, quoniam tamen ſinguli ſuis rebus, ac juribus defendendis

non

Digitized by Google

non ſufficiunt, neceſſario plures, qui unitis opibus, atque conſiliis ſingulorum jura obſervarent, eligi debuerunt. Verum quidem eſt, naturam hominum ita comparatam eſſe, ut malit ſine lege, & imperio aliorum vivere, quam ſuperioribus ſubjici; attamen cum non eadem, atque æqualis omnium hominum ſit poteſtas, eoque egeni, ac imbecilles, potentiorum malitiam, atque avaritiam merito extimeſcant, duorumque, vel trium congregatio ſecuritatem minime, ſucceſſionque, atque fiduciam contra plures, opibus eorum nefarie inhiantes, poſſit ſpondere: idcirco quo magis aliena ante ab aliorum imperio hominum natura fuit, eo ardentius ſponte, ac ſine lege ſuperiorum poteſtatem, quæ amovere injurias, & perditos ad frugem compellere poſſit, eſt amplexa.

Hæc autem adminiſtrandæ juſtitiæ, tuendorumque jurium poteſtas, cum non tantum uni, ſed pluribus, qui conſilio, imperio, ac armis noſtræ neceſſitati ſuccurrant, quandoque concedatur; horum certe perneceſſarius erit conſenſus: quia alias defenſio jurium, & tranquillitas publica, tamquam finis naturalis obtineri non poſſet. Quantuſcunque enim iſtorum ſit numerus, niſi tamen de optima ratione, qua communis defenſio ineunda, conſentiant, ſed quiſque ex proprio judicio ſuis inſtinctibus, ac viribus uti velit, nihil efficietur; Diſtracti enim ſententiis, & in diverſa tendentes, impedimento invicem erunt, cunctaque negotia irrita reddentur, juxta illud vulgatum. Concordia res parvæ creſcunt, diſcordia magnæ dilabuntur.

Cum vero naturalis ſit illa ingeniorum, conſiliorumque, quandoque ex invidia, aut æmulatione, quibus homines ſæpenumero inter ſe contendunt, (*Philip. Com. in* l. 12. Comment.) *nonnumquam ex levitate, & inconſtantia deſcendens diverſitas, de qua ſuo jam tempore queſtus fuit Plutarchus* de Cap. ex inimicit. util. p. 91. Omnis, *inquiens*, natura humana profert ſtudium vexandi, obtrectationem, & invidiam vanorum aſſeclam hominum; *Et Poëta*:

Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus:
Velle ſuum cuique eſt, nec vero vivitur uno.

Facile contingeret, ut vel numquam, vel ſaltem raro negotia, atque lites dirimentur, ſi uno, vel altero diſſentientes, tota ilico tractatio deficeret. Ne ergo deliberationes, quibus ipſi inter ſe agitantur, & lites, quæ diſtractos ſubjectorum tenent animos, omniaque negotia publica ſine exitu ſint, nec ſaius reipubl., ac civium defenſio intercidat; id maxime agendum erit, ut quantopere poſſint, contrariantes invicem ſententiæ concilientur.

Quæ proinde & publicis, & privatis negotiis ſaluberrima: ad voluntatum, quæ primo quidem intuitu diſcrepare videntur, re ipſa autem conveniunt, unionem, & dulciſſimam quaſi harmoniam inducendam: ſuffragiorum diſſentientium conciliatio tamquam unicum medium, quo civibus æque, ac reipublicæ ſua poſſit conſtare ſalus, ad præſentem diſputationem auſam præbuit; quam ſequenti me methodo commode tractaturum arbitror, ſi tribus factis ſectionibus, in prima fundamento, & juribus pluralitatis ſuffragiorum *diſcuſſis, ſecundæ* calculum Minervæ, *& denique tertiæ* diverſarum *plane* ſententiarum *conjunctionem, vel disjunctionem commiſero.*

SECTIO I.

De pluralitate ſuffragiorum.

Vidimus in Prolegomenis, unicam, & ſolam rationem, cur certis perſonis ſumma rerum in Republ. ſit collata, eſſe tuitionem jurium, defenſionem civium, atque adminiſtrationem juſtitiæ; quod præclare innuit JCtus in l. 2. §. 13 de Orig. juris, *cum inquit*: Quantum eſt, jus in civitate eſſe, niſi ſint qui jura regere poſſint? *Quæ ratio cum deſcendat ex ipſa voluntate Dei, qui nullo alio fine jus in terram, jus in res, & actiones ſuas homini largiter conceſſit, quam ut id in ſuos uſus, atque utilitatem convertere, impedientes vero vel per ſe, vel per ſuperiores repellere poſſit; neceſſario ſequitur, juxta* Poſ. *Dn. Præſ.* 4. *n.* 4. *omnia illa media, quibus officium hoc ſuperiorum peragitur, & ſine quibus plurium diſſenſus ad concordiam nequit redigi, eſſe juris naturalis. Cum vero nullum aliud commodius remedium appareat, quo celerius, ac felicius deliberationes ad optatum exitum deduci, civium negotia commode decidi, exerceri inviolabiliter poſſit juſtitia: quam ut deciſio litium, atque negotiorum majorem ſuffragiorum ſequatur partem; omnino liquet, hanc ipſam quoque juris naturæ veram, & indubitatam eſſe regulam, ac legem. Præclare Seneca* l. 2. Ep. 12. Numerandæ, *inquit*, ſententiæ, non ponderandæ: nec aliud in publico conſilio fieri poteſt, in quo nihil eſt tam inæquale, quam æqualitas ipſa; cum ſi impar omnium prudentia, par tamen omnium jus ſit. *Et nervoſe Plinius in* Panegyr. ſuo: Melius omnibus, quam ſingulis

gulis ceeditur; Singuli enim decipere, & decipi poſſunt; nemo autem omnes, neminem omnes fefellerunt.

Nec movet, quod ratio decidendi potius in ipſa rei veritate, aut negotii utilitate, quam in pluralitate votorum (ſit venia ubique verbo,) fundata eſſe debeat: naturaque convenientius ſit, ut quod prudentioribus placuit, præferatur ei, quod a minus prudentibus deſcendit; contra eidem repugnet, ut imperitorum ſententia ſapientiſſima aliorum conſilia ſuperet, cum ſæpius contingat, ut pauciorum ſententia Reip. utilior, ac ſalutarior ſit plurium aſſenſione: uti & Seneca teſtatur de vita beata c. 2. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. *Et Liv.* l. 21. c. 4. Pauci, & ferme optimus quiſque, Hannoni aſſentiebantur; ſed ut plerumque fit, major pars meliorem vicit. *Equidem diſtinguendum eſt Theoreticas inter, & practicas deliberationes: quo poſito, omne facile dubium tolli poteſt. Aut enim ſpeculative in negotio quodam tantum verſamur, deque ſola veritate illuſtranda, ac eruenda ſolliciti ſumus; quo in caſu, cum nullum inde damnum Reip. ſuboriatur, facile eorum, qui veritatem potius, quam plurium falſas inſpiciunt conſultationes, ſententiam amplectimur.* In veri enim inveſtigatione, *inquit Ambroſius* 1. off. c. 16, illud tenendum, quod decorum; ut ſummo ſtudio requiratur quid verum ſit: non falſa pro veris dicere, non obſcuris vera involvere, non ſuperfluis, vel implexis, atque ambiguis occupare animum. *Et Juſtinus Martyr.* Apol. 1. pro Chriſto pr. Non magis colendus, *ait*, pluriſque faciendus eſt homo, quam veritas. *Unde & Princeps, qui laudabiliter in rebus magni præjudicii conſiliarios ſuos convocat, & ſingulorum conſilia exquirit, non tenetur id eligere, quod pars conſiliariorum major ſuadet; ſed tutius conſultantium conſilia ponderat, quam numerat. Petr. Greg. Tholoſ.* de Rep. l. 24. c. ult. n. 4 *At vero ſi practice non ipſam tantummodo veritatem, ſed exitum ſimul controverſiarum, ac negotiorum ſpectemus, jure merito ſumma rerum plurium conſenſu peragitur; quoniam alias nec regi ſocietas poſſet, nec negotia expediri*, arg. l. 2. §. 9. de orig. jur., *& deliberationes nullos plane, vel ſaltem difficiles ſortirentur eventus. Mev.* ad jus Lub. lib. 1. tit. 1. art. 2. §. 11. & ſeq. *Faber in* Cod. l. 1. tit. 7. def. 2. *Quis enim hic judicium ferret, utra verior eſſet ſententia, utra prudentior? Non ſane ipſa partes diſſidentes, cum ſua cuique prudentia magis placeat, quam aliena; nec ſuperior, quia ſupponimus caſum, quo unice tractatio negotiorum a collegio quopiam dependet.*

Atque hinc facile corruit quæſtio illa adeo ſtrenue inter veteres JCtos Corum Nevizanum, Benedictum de Capra, alioſque, quos Auctor theſauri comm. opin. recenſet, agitata: Num in juris interpretatione, cauſarumque deciſione, communes, quas vocant, Doctorum opiniones præferendæ ſint legum veritati; an hæc illis prævaleat. Equidem cum Doctores in diſcutiendis legum veritatibus, ac rationibus, non decidendis civium negotiis verſentur; conſtat omnino, veriorem potius ſententiam, quam congruentes plurium ſententias præferri oportere, per leg. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl., *ubi Imp. ita judices alloquitur:* Sed neque ex multitudine Auctorum, quod melius, & æquius eſt, judicatote; cum poſſit unius forſitan, & deterioris ſententia multas, & majores in aliqua parte ſuperare: Nec tam quis, aut quot dicant, ſed quid dicatur, ponderandum eſt. cap. 2. diſtinct. 9. *Tantumque credendum Doctoribus, quantum probant. Conf. Bart. in* L. 9. §. liberationes n. 7. de liber. leg. *& Colerum.* de proceſſ. executiv. part. 1. cap. 1. n. 41. *Accedit, quod Doctores ſæpiſſime apum inſtar regulos ſuos cæco impetu, non attenta demum legis ratione veteres interpretes ſequantur; quo tamen legibus, ac rationibus earum præjudicare nequaquam poſſunt. Menoch.* 2. Præſumt. 71. n. 40. *Cothman.* Conſil. 1. n. 282. & ſeq. *Quin cum inter ipſos Doctores nondum conſtet, quænam ſit communis opinio; ſed communis quandoque contra communem allegetur, Hieron. de Cavall.* in ſpec. comm. opin. contra comm. *Quam fragile erit, atque incertum, communibus opinionibus adhærere, veritatemque non juxta gravitatem, ſed pluralitatem Doctorum metiri? Hinc optime Zaſius* lib. 2. Sing. reſponſ. cap. 1. n. 26. in fin. & n. 27. Nihil, *inquit*, apud me loci habet harum ipſarum opinionum, quæ circumferuntur, auctoritas, niſi juris ſcripti veritas eas ornet: & ad id neutiquam adſtrictus eſſe volo, ut curem, quid alii dixerint, ſed potius, quid ex veritate dici poſſit.

Aliter autem in iis corporibus ſeſe res habet, quæ dirimendis litibus, ac conſultationibus de republica occupantur; Hæc enim cum non nudam tantum veritatem, ſed deciſionem quoque negotii propoſitam ſibi habeant,

Digitized by Google

beant, id maxime agere debent, ut deliberationes ad finem deſideratum ducantur. Hoc vero, niſi plurium ſuffragia obſervemus, neutiquam continget; Licet enim collegii fortaſſe membra invicem præmineant, in collegio tamen æquali jure, ac dignitate pollent, & hinc eodem privilegio gaudere debent; nec attenta perſonarum diverſitate, minus digni digniorum partes ſequi, ſuamque ſententiam aliorum voluntati ſubjicere cogi poſſunt; ſecundum ea, quæ Plinius lib. 6. Ep. *refert:* Singulis re integra diſſentire fas eſt: peracta, quod pluribus placuiſſet, cunctis tenendum. *At cum paria omnium in collegio ſunt jura, nec alter alteri cedere, ſed ſuam quiſque ſententiam tueri velit; quid æquius, quid juſtius, quam ut quæ numero vicit ſententia, eadem quoque rationis pondere ſuperior exiſtimetur? Anton. Faber.* in Cod. rerum in Sabaud. judicat. lib. 1. tit. 7. def. 2. n. 2. *Taceo, contra naturam eſſe, ut plures paucioribus ſe ſubmittant. Si vero negotia ſunt decidenda, ſane vel ſecundum unius, vel pauciorum, vel plurium conſenſum decidi debent: quia quartum non datur. Non poſſunt autem ſecundum unum, vel paucos decidi, quia certa ratio eſt, cur major numerus minori præferatur; nulla autem, cur minor majori: ut canit Prudentius lib.* 1. *contr. Symm.*

- - - In paucis jam deficiente caterva
Nec perſona ſita eſt patriæ, nec curia conſtat.

Ergo ſecundum plures. Nam & majori numero minor ineſt, & eo quid amplius. Hoc enim, quod pluribus probatum fuit, in omnibus reperitur; Nam & in Olygarchia, & Democratia, quod majori eorum parti viſum fuerit, hoc eſt ratum. *Ariſt.* Pol. lib. 4. cap. 8.

Porro quemadmodum perſona, quæ ſecum aliquid decidere vult, ſi varietate rationum ab utraque parte ſeſe offerentium anceps, ac dubia reddatur, præponderante unica tantum ratione tota voluntate, non ejus tantummodo parte, in probabiliorem ſententiam inclinat: ita & collegium, quamvis ex pluribus conſtituatur perſonis, membra tamen revera unum duntaxat corpus efficiunt, Bald. in lib. Quicunque &c. Col. 3. n. 9. prope fin., *& velut unam perſonam, quæ ideo Hobbeſio artificialis, Lauterbachio myſtica dicitur, repræſentant. Hoc ergo corpus quamdiu paria invenit ſuffragia, in ſuſpenſo relinquitur, nihilque agit; cum primum vero ab altera parte plurium ſententiæ coincidunt, in eorum quoque caſtra totum, non pro parte tantum, tranſit. Unde quod ratio in perſona privata, illud ſuffragia in publica ſunt: illa enim quærens quid conſultum, ſolam ſequitur rationem; hæc vero, ſi de jure tuendo agatur, plura ſequitur ſuffragia.* leg. 36. de re jud. *Unde lex illa Romanorum, de qua Cœlius apud Ciceronem* lib. 8. Ep. 8. Quod horum judicum major pars judicaverit, ratum eſſe. *Zaſius* in Parat. ff. Quod cujuſc. univerſ. nomine.

Præterea pro majori parte militat hæc juris ratio, ac præſumtio naturalis, quod ubi major pars, ibi major quoque perſpicacia: & quod a multis perfectius haberi poſſit veritas, quam a paucis; cum ſecundum commune proverbium, plus videant oculi, quam oculus. arg. leg. ult. Cod. de fideic. cap. 7. *Quanquam enim, ut ſupra in hac ſectione jam vidimus, aliquando accidat, ut major pars cæco impetu in deterius feratur, teſte Phocione, qui, apud Plutarchum* in Apophtheg., *miratus ſententiam ſuam communi applauſu recipi, converſus ad amicos exclamat:* Numnam mihi imprudenti aliquod pravum dictum excidit? *Quoniam tamen in eo, cui in collegio ſuffragium conceditur, tantum prudentiæ in expediendis negotiis ſufficiat ineſſe merito judicatur; æquius, tutiusque omnino eſt talem inire rationem, quæ nihil difficultatis, aut obſcuræ habeat diſceptationis, quam quæ publicam utilitatem, & cauſas ad deliberandum propoſitas indeciſas relinquat; indeciſæ vero omnes redderentur, niſi pluralitas ſuffragiorum ſola reſiſteret. Vid. Pufendorf.* de jure nat. & gent. lib. 7. cap. 2.

Et denique, ſi nos ipſos intuemur, humanamque naturam penitius aliquanto inſpicimus, quis non libenter exoptat, deficiente alio remedio, in ſua cauſa obtinere id, quod major pars ei adjudicavit? Cum vero juris ſit naturalis, cui Servator ipſe annuit Matth. VII., quodque JCti, tot. tit. Quod quiſque juris in alterum, *inculcant, ut quod quis probat in ſe, non poſſit improbare contra ſe, probaſſe autem cenſeatur jus a pluribus impetratum ſibi applicando; æquiſſimum quoque eſt, ut hoc majoris partis præſidium in aliis negotiis contra ſe admittat, idemque in cauſa aliorum, quod in ſua cauſa impetravit, amplectatur: Oſiander ad Grot.* lib. 2. cap. 5. §. 17.

Alii alias afferunt rationes, qualis illa eſt Hobbeſii Tr. Leviath. c. 16. in f., *quod ne-*

 gatio-

gationes, *& aſſertiones invicem tollantur per contradictionem; unde vocem quæ ſupereſt, & cui non contradicitur, pro totius perſonæ effato habendam eſſe, judicat. Sed ſufficere poſſunt illæ, quas Dn. Præſes in* Lectionibus ad Grotium *adduxit*, *& quæ paucis in præſens attigi.*

Grotius quidem, l. 2. c. 5. §. 17., *hanc adhuc cauſam aſſert, quod in iis rebus, ob quas ſocietas inſtituta, plures ideo vincant pauciores*, quia nimirum ea credenda eſt fuiſſe voluntas in ſocietatem coeuntium, ut ratio aliqua eſſet expediendi negotia; *ſed merito hæc ratio rejicitur: Sunt enim quædam collegia, uti ſuperiorum, & magiſtratuum, ita comparata, ut majoris partis decreto præciſe ſtari debeat: adeo ut nec ſocietatem ineuntes, quamvis voluiſſent, aliter agere potuiſſent; Quoniam enim juxta* Prolegom. §. 3., *magiſtratus a natura eſt, nec pendet ab hominum arbitrio (niſi quatenus liberum fuit, diviſa generis humani ſocietate, hunc vel illum conſtituere,) aperte conſtat, omnia illa, ſine quibus ſocietas illa a natura conſtituta durare, ac ſupereſſe nequit, eſſe juris naturæ* per poſ. *Dn. Præſ.* 4. n. 4. *Atqui niſi minor pars majori cederet, ſocietas, negotiis exitum non ſortientibus, tandem interiret; ſequitur ergo, hanc plurium ſuffragiorum vim non ab intentione amplius ſocietatem contrahentium, ſed ab ipſa natura dependere. Gl. & DD.* in l. aliud §. refertur de R. J. *Wameſius* ad C. Conſtitutus 45. n. 3. X. de Appell. *Beſold.* Conſ. Polit. Axiom. 51. *ſ.* 283. *Tametſi non negem, dari quoque collegia, in quibus id ſolum, quod omnes unanimi conſenſu declarant, atque laudant, obſervatur. Alexand.* Conſil. 124. In cauſa & lite pr. *Sed quam infeiici quandoque ſucceſſu, Auguſta Polonorum Reſpublica, quæ unanimia omnium nobilium in comitiis regni requirit ſuffragia, affatim teſtatur.*

Adſtipulantur & huic juri naturali, quo plurium ſuffragiis totius cauſæ deciſio committitur, omnes fere gentes; Nam ut reliquas taceam, de Græcis equidem, ac Romanis id minime dubium eſt: Ita enim Appianus: ἐςὶ δ᾽ ἔν τε χειροτονίαις ϗ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον. Tam in Comitiis, quam in judiciis vincit major pars. *Et Thucydides:* κύριον εἶναι ὅτι αὐτὸ τὸ πλῆθος ψηφίσηται. *Similiter Dionyſ. Halicarnaſſ.* Ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι, τοῦτο νικᾶν. Quod pluribus viſum, id valere. *His addi poſſunt & Livius* l. 1. 32. Inde alii rogabantur, quandoque pars major horum, qui aderant, in eandem ſententiam ibat, bellum erat, conſenſu fieri ſolitum. *Et A. Gell. Noct. Att.* De reo ſeptem judices cognoſcunt, eaque ſententia fit rata, quam plures de eo numero dixerint. *Quibus annuit Appian. Punic.* 35. Audita hac quoque ſententia, Senatus popoſcit calculos, Scipio vicit plurimis ſuffragiis. *Plura quidem ſubjungerem, niſi crederem, ex his juxta, ac ſupra dictis ſatis, ſuperque veritatem hujus rei conſtare.*

Quin etiam apud pleroſque populos hunc ſecundum plures judicandi morem obtinuiſſe, ex multis paſſim ſcriptoribus luculenter conſtat. De Hebræis id inter alios teſtatur Commentator quidam ad Exod. XXIII. v. 1. 2. 3., *cujus hæc ſunt verba:* Verum eſt, Hebræos voluiſſe, ſequendam eſſe multitudinem, quæ reum liberare, & abſolvere cupit, etiamſi unico tantum voto major ſit; non vero eandem, ſi damnet unico tantum voto ſuperior exiſtens. Si lis erat de pecunia, unum votum ſuperius ſufficiebat ad abſolvendum reum: ſi de vita hominis, duo ad minimum majora debebant eſſe reliquis. *Idem ab Athenienſibus quoque obſervatum fuit, teſte Sigonio* l. 2. de Reg. Athen. c. 3. & lib. 3. c. 4. *De Lacedæmoniis idem eleganter ex Plinio refert Aerodius* lib. 1. Rer. judic. c. 21. *In Parlamento Galliarum Pariſienſi ſupremo, quamvis a tempore Ludovici XI. parum auctoritatis habuerit, (teſte Conring.* Diſſert. de Comit. §. 4.) *& olim, & hodie id obtinuiſſe, ex variis paſſim Auctoribus, & inprimis ex Franciſci Hotomanni* Franco-Gallia. c. 27. *abunde patet. Taceo Hiſpanos, Italos, Luſitanos, Belgas, alioſque, quorum ſupremi Senatus perpetua hac conſuetudine uſi fuerunt: Vid. Theſaur.* Dec. 1. n. 25. *Faber* in Cod. Rerum in Sabaud. judic. lib. 1. tit. 7. *Affl.* Deciſ. 1. *Anton. de Gamma* Deciſ. 1. *Chriſtinæus* Deciſ. Belg. Vol. 1. Dec. 8. n. 5. & ſeqq. *Addatur Klock.* lib. 1. Conſ. 35. n. 287. *& Conring.* Diſſ. de Comitiis §. 4.

Quid ergo dubitemus de JCtis noſtris Romanis tam ſtrenuis jurium naturalium, a quibus non niſi ob ſummam Reipublicæ neceſſitatem receſſere, defenſoribus? Sane ubique fere, quo nos vertimus, hanc noſtram ſententiam confirmant: Sic enim Scævola ait in L. 19. de municip. Quod major pars curiæ effecit, pro eo habetur, ac ſi omnes egerint. *Vid. Bartol.* ad h. l. *Schurff.* Conſil. 59. n. 30.

Digitized by Google

n. 30. cent. 1. *Hillig.* ad Donet. enucleat. l. 27. c. 8. lit. a. in not. *Et Celſus* in l. 39. de re jud. Tres judices ſi adſint, & unus contra ſentiat, ſtatur duorum ſententiæ. NB. quid enim minus verum eſt, omnes judicaſſe? *Quin referri dicitur ad univerſos, quod publice per majorem partem fit*, *per* l. 160. §. 1. de R. J. l. 2. Quod cujuſque univerſ. *Unde Ulpianus in* l. 17. §. 6. de Rec. arbitr. *demonſtraturus*, *melius*, *& tutius eſſe imparem arbitrorum conſtitui numerum*, *hanc addit rationem*, quia ſi diſſentiant, invenitur pars major, cujus arbitrio ſtabitur. *Huc etiam facit lex illa*, *quam* ſupra §. 5. in. f. *jam vidimus*, *& illud*, *quod Symmachus* L. 4. Ep. 27. *ſcribit* : Legem curiæ Romanæ illam fuiſſe, ut majoris numeri antiſtet auctoritas. *Eundem Romanorum morem ſatis confirmant Gruchius* l. 1. de Com. Rom. c. 4. p. 133. *Sigonius* de Antiquit. juris civ. Rom. c. 14. *Et nervoſe depingit Prudentius* l. 11. contra Symmachum, *bis verſibus* :

Si conſultat Patrum ſubſiſtere Conſcriptorum,
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quam ſi
Ter centum cenſiſſe ſenes legerentur in unum:
Servemus leges patrias, infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte ſileſcat.

Et ejus pars major] Diximus enim, unitatem aliquam naturalem eſſe in omni univerſitate, quæ eſt corpus myſticum, *Laut. Comp. l.* 3. *tit.* 4. *pr.* Hujus corporis, ſeu perſonæ repreſentativæ, eadem eſt deliberandi ratio, quæ perſonæ privatæ; privatus enim momenta cauſæ examinat, tam affirmantia, quam negantia: quamdiu rationes hinc inde æquales ſunt, tamdiu hæret animus; ſi vero in unam partem magis inclinant rationes, totum quoque corpus, totaque voluntas eo inclinare videtur. Eadem ratione quoque hæc perſona repræſentativa, ſeu univerſitas, nihil decidit quamdiu rationes, i. e. ſuffragia membrorum, æqualia ſunt; ex quo autem ſuffragia majora in alteram propendent partem, totum corpus myſticum, totaque voluntas ejus eo propendere videtur.

Omnino enim ea credenda eſt fuiſſe voluntas in ſocietatem coëuntium] „ Imo id non „ ex conjectura voluntatis eſt, utpote ex „ qua nullum jus, nedum jus naturæ inferri poteſt; ſed ſequitur id ex certa juris „ ratione, quod is, qui conſentit in univerſitatem, in omnia ea conſentiat, ſine „ quibus negotia univerſitatis expediri non „ poſſunt: non poſſunt autem expediri, niſi „ majora obtineant.

Eſt autem manifeſte iniquum, *ut pars minor ſequatur majorem*] „ Vera ratio eſt, „ quod negotia ſocietatis aliter exitum habere non poſſint.

Sectiſſis pactis, *ac legibus*] „ Atque huc „ quoque pertinent reſervata Evangelicorum, „ quod *jus eundi in partes* vocare ſolent; „ de quo alibi.

Quæ formam tractandis negotiis imponunt] „ Jus enim tunc ſingulis ex pacto, & lege „ quæſitum eſt.

Pars major jus habet integri] „ I. e. totum corpus conſenſiſſe videtur.

Appianus] „ Et in Punicis *p. m.* 35.

Et alibi] „ *L.* 7. *p. m.* 4. *&* 45. *Conf. Livius l.* 1. *c.* 32. *Plin. l.* 2. *ep.* 12. *l.* 6. *ep.* 13. „ *Gel. Noct. Att. l.* 9. *c.* 15. *Thuan. l.* 38 *p. m.* 765. *Quinctil. decl.* 365. *Carpz. Dec. illuſt.* 82. *Card. Tuſcb.* 5. 14. *lit. m. &* 2. 554. *lit. c. Limn. J. publ. t.* 3. *l.* 9. *n.* 175. „ *&* 183.

Ad §. XVIII.

Quod *ſi pares ſint ſententiæ*, *nihil agetur*] Recte Auctor ait, paribus votis nihil agi, qoia ad deciſionem majora requiri diximus: Atque hoc jus illud eſt famoſum, quod dicitur calculus Minervæ, ex fabula illa, ubi Oreſtes Clytemneſtram matrem furioſus occidit; ideo enim ad judicium trahebatur, cui præſidebat æquitas, ſeu Minerva, & cum majores eſſent lapilli atri, ſeu condemnatorii, album addidit Minerva, eoque utrinque ſuffragia æquavit: atque ita evaſit Oreſtes. Hoc igitur verum jus naturale eſt; qui enim paria vota habet, non poteſt dici condemnatus, ſed tunc demum cum majora adſunt: alias enim res manet in ſtatu quo antea fuit, ubi ad pœnam nondum erat obligatus, donec is per condemnationem mutetur. Hine apud Romanos eligendus in magiſtratum, ſi paria habet vota, rejici debet: quia per electionem mutatur ſtatus dum fit magiſtratus, ſed per rejectionem manet in priori ſtatu. Atque hoc modo Mars a crimine homicidii liberatus dicitur, dum paria erant vota. De Coriolano vide *Dion. Halic. l.* 7. *c.* 59. *De Mario Plut. in Cat. Min. c.* 21. *De Servilio Cic. l.* 8. *fam. ep.* 8. *& pro Cluent. c.* 74. *Add. Sen. l.* 3. *controv.* 2. *Curt. L.* 10. *c.* 6.

Additio.

„ De parilitate ſuffragiorum, ſeu CALCULO MINERVÆ, late egit B. Parens
„ in ante allegata diſputatione *de eo, quod*
„ *juſtum eſt circa numerum ſuffragiorum.*

SECT. II.

Ubi ita diſſerit.

Uti tutius, ac ſalutarius eſt Reipublicæ, ut minimum tres perſonæ in univerſitate conſtituantur: ita id collegiorum quoque ratio requirit, quia tres faciunt collegium, & ſi ſemel conſtitutum, unus ſuſtinet, uti JCti loquuntur, ut eo citius negotia, ac lites ad finem perducantur, illaque ſuffragiorum paritas evitetur; Quod & probe Pontifici in cap. l. cap. pen. X. de arb. *obſervarunt. JCti vero Romani in* l. 17. §. 6. ff. de Rec. arbitr. *viderunt quidem difficultatem aliquam obſtare, quo minus arbitrium in duos collatum valere poſſit*, quoniam res ob naturalem diſſentiendi facultatem exitum invenire non poſſet; *ſed eo non obſtante nihilominus pares numero arbitros admiſerunt: addito tamen hoc remedio, ut ſi forſan hi duo inter ſe diſſentirent, tum Prætor eos cogeret ut tertium quendam, qui illorum controverſias dirimere, atque in omnem eventum decidere poſſet, eligerent*, d. l. 17. §. 6. in f. *Sive autem ab initio impar in collegio quodam, ſive par numerus conſtituatur; quoniam tamen ſæpe accidit, ut unus, aut alter abſentia, aut alia juſta de cauſa, jure ſuo uti impediatur, (cujus proinde jus merito accreſcit præſentibus, Grot.* l. 2. c. 5. §. 20. *) eoque ipſo paria iterum reddantur ſuffragia: operæ pretium erit, paucis delibare, quid ſublata illa imparilitate in dubio ſit decernendum.*

Hanc autem ſuffragiorum parilitatem Doctores vocant Calculum Minervæ: *unde & hac rubrica præſentem ſectionem notavimus; quanquam apud Græcos Minervæ calculus proprie id genus numeri æqualis in variantibus ſententiis vocetur, quo reus abſolvitur: Bæclerus* Diſſ. de Calculo Minervæ. *Antequam ergo ad explicationem hujus rubricæ, cur ſcilicet* 1. *Calculus*, 2. *Minervæ Calculus dicatur, progrediar; non male me facturum arbitror, ſi paucis varios ſuffragia ferendi modos, quibus cum aliæ gentes, tum præcipue Græci, ac Romani uſi fuerunt, attulerim, oſtenderimque, quam ob cauſam apud Romanos calculi fuerint introducti.*

Egregie autem hac in re viam ſtravit Alex. ab Alex. lib. 4. Dierum Gen. c. 11., *ubi uno quaſi intuitu omnium fere ſaniorum gentium mores, ritusque in colligendis ſuffragiis exhibentur. Apud Athenienſes in frequenti Senatu pro cujusque ætate ſententias fuiſſe rogatas, auctor eſt Herodotus* l. 6. c. 6. *Lacedæmonios maximis clamoribus voluntatem ſuam declaraſſe, ſuosque ſuffragatores miſiſſe, qui animadverterent cujus partis clamor vehementior eſſet, Thucydides*, Bell. Pelopon. lib. 1. *teſtatur. Unde Candidati per campum comitiorum tranſeuntes, populi applauſum captabant; Judices vero ſeorſim conſidentes clamoris magnitudinem diligenter obſervabant, & cui plures acclamaſſent, is vincebat competitores. Vid. Beierling.* Theatr. vitæ hum. lit. C. p. 311. Col. 2. *Germani vero murmure, ac fremitu diſſentiebant: framearum contra, ac telorum concuſſione, & ſono armorum, ut & tripudiis conſenſum indicantes. Alex. ab Alex.* d. l. *Tac. de Mor. Germ.* c. 11. in f. *Apud Macedones quoque in uſu fuit, ut quoties in publica conſultatione quid improbarent, haſtis ſcuta quatientes obſtreperent. Curt.* lib. 10. cap. 16.

Contra Romani in ferendis ſuffragiis, ac ſententiis, ſæpius variarunt; Primis enim temporibus tam in civitatis, quam centuriatis comitiis voce ſuffragia ferebant, & pro varietate comitiorum varia quoque ſuffragiorum erat ratio. In comitiis enim magiſtratuum rogabantur ſinguli, quem vellent magiſtratum creari: Aſconius Ped. in divin. *& Alex. ab Alex.* l. 4. c. 3.; *cujuſmodi ſuffragii formula videtur fuiſſe, quæ eſt apud Liv.* l. 10. l. 24. l. 29. HUNC, VEL ILLUM CONSULEM NOMINO, DICO: *Vel etiam rogati ſimpliciter perſonam nominabant; Si vero leges condendæ eſſent, populus conſentiens his verbis utebatur:* UTI ROGAS, *(id eſt, uti rogat legiſlator, ita volo); Diſſentiens vero utebatur ſolenni voce* ANTIQUO. *Eademque verborum ſolennitas locum quoque in Comitiis judiciorum habuit; Voce enim* ANTIQUO *abſolvebatur reus: verbis* UTI ROGAS *condemnabatur, teſte Alex. ab Alex.* d. l.

Animadvertente autem populo Romano, ſententiam non tam liberam, nec ab inimicitiarum metu immunem eſſe, ſi ore, quam ſi alio modo feratur: cum qui honoribus, ac dignitatibus cæteros anteeunt, plus voce, quam punctis, ſeu tabellis haud dubie poſſint, teſtante idem Alex. ab Alex. d. l. *his verbis:*

Digitized by Google

verbis : Ne qua invidia oriretur, & quo magis libero animo vota impertirent, cautum fuit, ut non voce, ſed punctis ſuffragarentur; *Idcirco quatuor LL. Tabellariæ, Gabinia in creandis magiſtratibus, Caſſia in judiciis*, Plin. L. 3. Epit. 20., *Papyria in ferendis legibus, & denique Lælia in perduellione, (quippe quam Caſſia exceperat,) fuerunt conſtituta, vi quarum non voce, ut antea, ſed magno cum ſilentio ſuffragia dabant : Grucb.* de Comitiis. *Unde & tabellas has* vindices tacitæ libertatis *vocat Cicero in Orat. Agraria II. & Libr. de Legib. Et in oratione pro Cornelio Balbo :* Principium juſtiſſimæ libertatis. *Modus autem ſuffragandi is erat : In comitiis magiſtratuum tabellis candidatorum nomina inſcribebantur; unde tot populo tabellæ dabantur, quot candidati erant. Notabantur autem in tabellis non integra candidatorum nomina, ſed prima tantum litera, uti videre eſt apud Cicer.* pro domo, *qui ſcribit :* Quendam fraudem facere voluiſſe, ita ut Prætor renunciaretur interverſa ædilitate : idque potuiſſe, ſi modo prima litera competitorem habuiſſet aliquem; *id eſt, ſi nomen alicujus, qui Præturam petiiſſet, initium habuiſſet ab ea litera, a qua nomen illius fraudulenti. In Comitiis vero legum, & judiciorum, duæ tabellæ dabantur, quarum uni inſertum erat* UTI ROGAS, *duabus tantum primis literis V, & R; alteri vero inſcriptum erat A, id eſt Antiquo. Priori populus accipiebat legem, vel reum condemnabat : poſteriore vero legem repudiabat, vel abſolvebat reum. Vid. late Sigonius* de jure antiquo veteri Roman., *& Onuphrius* in imperio Roman.

In gravioribus autem cauſis Romani ſecuti ſunt Græcos; Hi enim quemadmodum in omnibus judiciariis, ita maxime in criminalibus, in eo occupati fuere, ut libere, & ſine invidiæ metu, mentem ſuam quiſque aperire, ac declarare poſſet. Quamobrem antiquiſſimis temporibus, non voce, aut haſtarum ſonitu ſenſa animi exprimebant, ſed ſuffragia nigris, & albis fabis ferre conſueverant : unde & fabis victitare *dicebantur, quibus hinc erat quæſtus. Eraſmus* Chil. 1. cent. 1. *Poſtea autem adhibebant calculos, condemnatorios alios, alios abſolutorios, quos in duas urnas, quarum altera ἐλέου, id eſt, miſericordiæ, altera θανάτου, id eſt, mortis Cadiſcus vocabatur, ſummo cum ſilentio immittebant, ut ſciri minime poſſet quinam, cujuſque ejus calculus fuiſſet :* Scholiaſt. Ariſtoph. in Veſpaſ. *Hos ergo imitati fuere Romani, & aliquando tabellis, uti ex præcedente §, & inprimis ex inſigni illo loco Propertii*, l. 4. Eleg. 12. *apparet :*

Mi natura dedit leges, a ſanguine ductas;
 Nec poſſum melior judicis eſſe metu.
Quælibet auſteras de me fert urna tabellas :
 Turpior aſſenſu non erit ulla meo.

Interdum vero, & inprimis extra Romam, calculis quoque uſi fuerunt, teſte Alex. ab Alex. l. 3. c. 4.

Duplicis autem generis hujuſmodi calculi fuere, alii perforati, & nigri, qui condemnabant : alii albi, & integri, qui abſolvebant; qua de re ita Ovid. Metam. l. 15.

Mos erat antiquus, niveis, atriſque lapillis,
His damnare reos, illis abſolvere culpâ.
Tunc quoque ſic lata eſt ſententia triſtis, & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam;
Quæ ſimul effudit numerandos verſa lapillos,
Omnibus e nigro color eſt mutatus in album :
Candidaque Herculeo ſententia munere facta
Solvit Alemonidem.

Quemadmodum enim alias ſemper albo colore, non Romani tantum, ſed aliæ etiam gentes, læta, & auſpicata ſignificarunt, indeque lætos dies albis, lugubres vero, & infauſtos nigris calculis notarunt, Macrob. l. 1. Satur. c. 15. *Alex. ab Alex.* l. 4. c. 20., *nigrum adeo colorem ominoſum maxime judicantes, ut docet Horatius* l. 1. ſerm. ſat. 4. *cum ait :*

Hic niger eſt, hunc tu Romane caveto.

& Pauſan. in Græc. l. 8. c. 34. *dum Oreſti furenti atras, convaleſcenti albas apparuiſſe furias, tradit : Ita hic quoque abſolutioni, utpote quæ jucunda admodum eſt, albos; triſti vero, ac funeſtæ condemnationi nigros lapillos tribuerunt. Unde & interdum loco lapillorum alborum creta, tanquam candida; loco nigrorum vero atro carbone uſi fuerunt. Sic enim Horatius* l. 2. Serm. Satyr. 3. *inquit :*

Quorſum abeant ſani? Creta, an carbone notandi?

Et Perſeus Satyr. 5.

Quæque ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim.
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti.

Confer. Dæp er. Theatr. Pœn. & Supplic. p. 15. & ſeqq. *Meurſius* in Areop. 61. *Joh.*

Pfeiffer. Antiquit. Græc. l. 2. c. 30. & cap. 29. *Beyerling.* Theatrum vitæ hum. lit. S. p. 141.

Poſtquam ergo jam ratio conſtat, cur ſuffragia nomen calculorum induerint, diſcutienda erit altera rubricæ noſtræ pars, cur nimirum æqualitas ſuffragiorum dicatur Calculus Minervæ ? *Debet autem illa originem fabulæ, quæ apud Euripidem in Oreſte, & Electra, & apud Æſchylum in Furiis tractatur; Clytemneſtra enim Agamemnonis uxor maritum reducem ope adulteri Ægyſthi interemerat, idemque fatum Oreſti puero imminebat, niſi Electra ſoror clam ſervatum educari curaſſet. Is ergo adultus patris necem, occiſa cum Ægyſtho matre, vindicavit. Hujus parricidii nomine, cum accuſantibus Furiis, judicantibus Areopagitis, in Areopago cauſam diceret Oreſtes, damnantesque uno ſuffragio vincerent, Athenas profugit, & a Minerva ſupplex impetravit, ut illa ſuum Calculum abſolventibus apponeret; quo ipſo, quem majora antea vota condemnaſſent, paria jam vota abſolverunt, teſte eodem Euripide in* Iphigenia Taurica, *ubi Minerva priſtinæ benevolentiæ adhuc admonens Oreſtem, legem hanc in poſterum futuram dicit* v. 1268.

> Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὁ δὲ νόμος τεθήσεται
> Νικᾷν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.
> Et cæteris lex iſta promulgabitur,
> Ut uſque paribus calculis vincat reus.

Ut proinde facile hic appareat, non eum, quem quidam deſcribunt, eſſe calculum Minervæ, quando paribus punctis unum accedit; ſed hunc demum, quando paribus numero ſuffragiis, reus a pœna criminis liberatur: quod ipſe Oreſtes apud Euripidem in Iphigenia Taur. *confirmat, ubi recenſens Deorum beneficia, Minervam paria ſibi ſuffragia feciſſe gloriatur: Conf. Diſſ. Bœcleri* de Calculo Minerv.

Neque vero in Oreſte tantum hoc contigit, ſed jus hoc certatim quaſi ab omnibus gentibus fuit obſervatum. Ita Mars cum homicidii reus fieret, & coram rigido illo Areopagitarum judicio accuſatus eſſet, judicantibus 12. Diis, a 6 condemnatus, a 6 abſolutus fingitur. Alex. ab Alex. l. 3.c.5, l.4. c. 11. & l. C. c. 11. *Cælius Rhodig.* 7. 19. *Philip. Melanchthon.* in Epit. Philoſ. mor. Quoniam, *uti Auguſtinus* de civitate Dei *ait*, ubi paris numeri ſententiæ fuiſſent; præponi abſolutio damnationi ſolebat. *Idem de Coriolano refert Dion. Halicarn.* l. 7. c. 59: *Et ſimile prorſus exemplum eſt apud Plutarch.* in vita Catonis Uticenſis, *ubi in cauſa Scribæ criminis falſi poſtulati, cum uno calculo abſolventes vincerentur a damnantibus; M. Lollius Quæſtor per cauſam valetudinis abſens, lectica allatus, abſolventem lapillum adjecit, reumque damnationi eripuit. Elegans hanc in rem locus eſt apud Cic.* in oratione Miloniana: Non ſine cauſa, *inquit ille*, fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, eum, qui patris ulciſcendi cauſa matrem necaviſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolum divinæ, ſed etiam ſapientiſſimæ Deæ ſententia liberatum. *Idem teſtantur Seneca* l. 3. Controv. 2. Filius a patre parricidii condemnatus, paribus votis abſolutus. *Et* in Ep. 81. Reus paribus ſententiis abſolvitur, & ſemper, quicquid dubium eſt, humanitas inclinat in melius. *Et Paulus* in lib. 5. ſentent. 12. & 5. Inter pares, *inquit*, ſententias, clementior ſeveriori ſemper præfertur: & certe humanæ rationis eſt, favere miſericordibus, & prope innocentes dicere, quos abſolute nocentes pronunciare non poſſumus.

Variæ quidem rationes, cur abſolutio paribus calculis obtineat, paſſim a Doctoribus afferri ſolent; ſed admodum leves, ac frivolæ: ſcilicet, quod reus præ animi perturbatione ſe ſatis defendere nequeat: quodque damnatio injuſte facta non poſſit corrigi, abſolutio autem vel nocentem emendet, vel denuo peccanti pœnam reſervet; Inde enim nec rei innocentia, nec criminis, de quo manifeſto conſtat, impunitas deduci poteſt. Vera ergo ratio; quod rei ſtatus condemnatione mutetur, abſolutione maneat, adeoque nihil agatur. Cum vero major tantum pars novi aliquid facere, & ſtatum priorem mutare poſſit, ſequitur, ſi pares ſint, nihil agi, ſed priorem rei ſtatum manere, id eſt, reum abſolvi. Huic ſimilis aliquatenus eſt ratio, quam Grot. l. 2. c. 5. §. 18, *& Puſend.* l. 7. c. 2. §. 27. *adducunt, quod nimirum ſi ad mutationem non ſatis momenti adſit, atque par pondus velut æquilibrio rem ſuſpendat, in paribus ſuffragiis nihil agatur; ſecundum communem regulam, quod omnis res tamdiu maneat in ſtatu ſuo naturali, donec mutatio accedat. Quemadmodum enim Philoſophi loquuntur*, Nihil movetur, niſi ab alio moveatur: *ita & hic nulla lis dirimi, nec pœna infligi poteſt, niſi ab iis, qui litibus finiendis, pœniſque injungendis præſunt. Hi* ergo

Digitized by Google

ergo cum æquale ab utraque parte jus habeant, ſi invicem contrariis ſuffragiis ſe conſumant, nemoque ſuperſit, qui ſuo calculo reum condemnet, delictum quidem, ſi quod eſt, manet impunitum, non tamen ideo, quoniam melius eſt nocentem abſolvi, quam innocentem condemnari; ſed quoniam omnis pœna naturaliter requirit condemnationem, hæc vero alios, qui condemnent: non poſſunt autem videri condemnaſſe ſuffragantes, qui ſibi invicem contradicendo, paribus ſuffragiis fecerunt ut nihil actum fuerit.

Et hæc ratio non tantum in condemnatione reorum, ſed in aliis quoque rebus, ac negotiis locum habet: idque Romani in mandandis magiſtratibus, condendiſque legibus ſanctiſſime ſemper obſervarunt; Si enim paria eſſent ſuffragia, nemo Conſul, Prætor, Cenſor renuntiabatur, ſed quaſi nihil actum eſſet, aliarum centuriarum ſuffragia expectabantur. Similiter in legum comitiis, ſi plures ab una parte tabulæ non reperirentur, ſed æqualia utriuſque partis ſuffragia eſſent, nulla ſententia prorſus pronunciabatur. Gruchius de comitiis, & Merula operibus variis poſthumis p. 21.

Hinc ergo apparet, quid in electione regis Romanorum, ſi pars una in hunc, altera in alium imperatoriam dignitatem conferre velit, ſit decernendum. Equidem in hac quæſtione, licet facili, Doctores maxime inter ſe diſſentiunt; Quidam enim opinantur, quod hoc caſu alter alterum cum exercitu in agro Francofurtenſi expectare, & vel prælio adverſarium vincere, vel ſponte alter alteri cedere debeat: quale certamen fuiſſe inter Henricum Thuringiæ Landgravium, & Conradum Frid. II. filium: item inter Guntherum Comitem Schwarzburgicum, & Carolum IV, refert Matth. Dreſſ. de urbibus German. in Deſcript. urb. Francofurt. p. 56. 57. Alii, inter quos eſt Henricus Zœllner Diſſ. de Reg. Rom. Elect. concl. 11. in f., litem a duobus iſtis pari calculorum numero ad imperium vocatis, privato duello dirimendam eſſe, putant. Sunt denique, qui in hoc caſu utrumque electum ad imperii adminiſtrationem promovendum eſſe, arbitrantur: uti Gœden. tract. de elect. reg. Rom. c. 7. n. 3. Sed quis non videt, inveteratos hos potius errores, quam rationabiles opiniones fuiſſe? Veriſſima ergo omnium ea eſt ſententia, quæ juxta tit. 2. Aur. Bull. a majori parte electum ad imperium admittit; paribus autem ſuffragiis electionem ipſo jure nullam, denuoque repetendam pronunciat. Rejiciendi ergo merito ii quoque ſunt, qui quoties dubia electio eſt, Papæ approbationem, propter cap. venerabilem 10. de elect. expoſtulant; cum tamen nihil ille in imperio Romano, niſi unice ex liberalitate, & beneficentia Imperatoris poſſideat (Vid. Dn. Præſes jure publico. c. 6. per tot.): multo minus quoddam jus in electione regum Romanorum, quod ſemper Procerum, & populi Germaniæ fuit, (Dn. Præſes in jure publ. c. 14. §. 3.) ſibi arrogare poſſit. Conf. D. Conring. in Diſſ. de imp. Rom. Germ. §. 45. & Goldaſt. tom. 3. conſtit. imper. pag. 469. Neque vero in hac diſſenſione, regis Bohemiæ eæ partes ſunt: magnoque errore veterum quidam antiquo illo rythmo de eo prædicarunt:

Ich bin der Fürſten Opmann.
Wenn man nicht eines werden kan &c.

Etenim præter ſuffragium in electione, nihil juris ullibi ei permiſſum apparet: & nec capitulationibus intereſt, Capitul. Ferdinandi III. §. 7. 9. 11. 13. 24, quo ſenſu ſemper ſex tantum Electorum ſit mentio (Dn. Præſes dict. cap. 14. §. 5. cap. 12. §. 12. cap. 19. §. 10.) Ut proinde ſi pars una in alterius ſententiam ire nolit, alia rurſus electio facienda ſit, nec antea Archiofficiales imperii dimittantur; per Aur. Bull. Tit. 2. §. 3.

Atque hoc quoque fundamentum eſt, quo Carpz. & Cujac. obſ. II. 35. nixi, paritate ſuffragiorum pro poſſeſſore decidendum eſſe, ſtatuerunt: quodque Camera Imperii quoque, referente Auctore Deciſ. vel præjud. Cameral. Gylman. in verb. inhibitio etiam decreta &c. approbavit. Cum enim ibi de removendo quodam ab officio, alioque in locum ejus ſurrogando deliberaretur; convenienter juri naturæ, & gentium decretum eſt, ut paribus ſuffragiis nihil actum intelligeretur, ſed poſſeſſor in ſuo officio permaneret: non ſolum, quod hæc benignior ſit ſententia, adeoque non immerito præferenda, per leg. 7. §. 1. de reſtit. in integr. l. 4. in f. de eo quod certo loco l. 10. ff. de inoff. teſtamento. Mev. ad jus Lubec. l. 1. art. 5. n. 36; Sed ideo præſertim, quia removendus in poſſeſſione erat, & officium gerebat: proindeque paria ſuffragia nullam mutationem inferre, nec citra injuriam officio privare alterum poſſent. Cz. Dec. illuſtr. 82. §. 35. & ſeq.

Quia ad mutationem non ſatis momenti eſt] „ Nam cauſa manet in priſtino ſtatu,
„ donec

„ donec probetur mutatio: quæ non eſt, „ quamdiu paria ſunt vota.

Reus abſolutus intelligitur] „ Conf. *Sen. ep.* 81. *Quinctil.* 254. *Ariſtoph. in ranis* 700. *Pufend. J. N. l.* 7. *c.* 2. §. 12.

Quod jus Minervæ calculum] „ Rationem „ dedit B. Par. in ante allegata diſſertatione „ *Sect. II.* §. 8.

Sic & poſſeſſor rem tenet] „ Quia pro „ præſenti poſſeſſionis ſtatu tamdiu natura„ lis præſumtio eſt, donec ſtatus ille mu„ tatus probetur.

A ſcriptore problematum] „ Nam reum „ vincere ſancitum eſſe, ait *d. probl.* 29. „ *n.* 12. Rationes affert 1. quia accuſator „ præparare atteſtata, & quæ ad probatio„ nem pertinent, poteſt: cum reus non „ præparatus reſpondere teneatur. Cum igi„ tur Auctor legis minui partes rei videret, „ ſavendum ei cenſuiſſe, putat, quoties ſen„ tentiæ judicum pares inter ſe fiunt. 2. „ Quia unuſquiſque nocentem potius vult „ liberare, quam innocentem condemnare. „ 3. A ſimili: ſi duo de re litigant, non pro„ tinus rem criminanti reſtituendam cenſet, „ ſed poſſidenti tenendam uſque quo judica„ tum ſit; & legum Auctorem non crimi„ nanti favere, ſed reum jubere dominum „ rei tantiſper eſſe debere, dum ſuperet ac„ cuſator. 4. Si injuria damnant, nullus re„ parationi locus eſt: ſi injuria liberant, „ ſemper adhuc puniri, probato crimine, „ poteſt. Nos veram naturæ rationem jam „ allegavimus.

Illatio eam partem ſequitur, quæ minus onerat] In jure Romano nihil frequentius quam regula, quod in dubio interpretatio fieri debeat in mitiorem partem. *L.* 7. §. 1. *ff. reſtit. in integr. Barboſ. loc. Com. l.* 4. *c.* 93. *n.* 9. & *Teſm. in not. b.*

Ad §. XIX.

Sed *hic quæſtio oriri ſolet de conjungendis, aut dividendis ſententiis*] Regula generalis eſt, quod in judicio duo quærantur, 1. an reus damnandus ſit? 2. in quantum? In *priori* quæſtione omnes junguntur damnantium ſententiæ contra abſolventes, etſi in genere pœnæ diſſentiant; in *poſteriori*, ſi in genere pœnæ diſſentiant, junguntur illi, qui majorem pœnam volunt, contra eos, qui minorem.

Additio.

„ Materiam hanc de Diversitate „ Suffragiorum latius explicavit B. „ Parens in ſæpius allegata diſputatione *de* „ *eo, quod juſtum eſt circa numerum ſuffra*„ *giorum.*

„ Sect. III.

„ Quam integram hic inſerere libet.

Quamquam in prima ſectione ſatis, ſuperque demonſtratum ſit, nullam bene conſtitutam rempublicam ſubſiſtere, nec decidi negotia poſſe, niſi numerus potius ſuffragiorum, quam ratio hujus, vel illius ſententiæ attendatur; in ſecunda autem ſectione in enodandis dubiis, quæ ex parilitate ſuffragiorum oriuntur, longi ſatis fuerimus: quoniam tamen ſæpius contingit, ut nec majora, nec paria ab alterutra parte ſuffragia adſint, ſed diverſæ prorſus a ſingulis quandoque pronunciertur ſententiæ; paucis, quomodo hæ inter ſe computandæ ſint, explicandum ſupereſt. Ubi quæſtio ſtatim ſeſe offert, an ſingulæ ſeorſim numerandæ ſint, ita, ut illa pars vincat, quæ plura reliquis ſuffragia habuit: an vero duæ, pluresve, licet diverſæ ſententiæ, conjungi debeant, ut tertia, quæ magis adhuc diſtat, elidatur, eaque extincta, illæ ita inter ſe comparentur, ut ea demum, cui alterutra per legitimam conſequentiam aſſentit, quæque plura hoc modo ſuffragia habet, potior ſit?

In hac illuſtri quæſtione decidenda, ab omni ævo tam veteres, quam hodierni JCti, & jurium præſertim naturalium indagatores maxime occupati fuerunt; ſed quo magis operam, ac laborem huic rei præſtiterunt, eo longius a vera caſuum iſtorum deciſione aberrarunt. Equidem viri magni, Grotius, Pufendorfius, Cujacius, aliique, ad conciliandas hujuſmodi diſſidentes ſententias, diſtinguunt inter ſuffragia, quæ totis rebus differunt, v. g. mors, exilium, carcer: & illa, quorum alterum partem alterius continet, ſeu quæ differunt tantum quantitate. Verum quamquam hæc diſtinctio aliis in locis uſum forte aliquem præbere poſſit; præſenti tamen quæſtioni illuſtrandæ nil quicquam conferet: cum illa non attenta, eadem nihilominus in utriſque maneat deciſio.

Rectius ergo duæ ſequentes regulæ ponuntur, quibus quaſi principiis, ac fundamentis tuto inniti, difficillimaſque objectiones facili negotio labefactare poſſumus. Nimirum, cum in omni judicio hæ ſint primariæ quæſtiones: prima, an reus condemnandus: dein, in quantum; aperte liquet, juris eſſe naturalis, 1. *ut* dam-

damnantes omnes jungantur contra abſolventes, & 2. ſi plures condemnantes in genere pœnæ diſſentiant, jungantur ii, qui propius idem ſentiunt; Reus enim in judicio vel abſolvendus eſt, vel condemnandus, alioquin illud exitum non haberet. Non poteſt autem abſolvi, ſi plures, etſi diverſis pœnis, condemnent; quoniam juxta §. 4. ſect. 1. nulla naturalis ratio ſubeſt, cur plures paucioribus cedere debeant: nec ſi diverſa pœna dictentur, poteſt condemnari, niſi una ex iis intelligatur, in quam omnes conſentiant; & ſic plures condemnantes contra pauciores abſolventes conjungantur, etſi in genere pœnæ diſſentiant.

His poſitis, primo ſtatim intuitu non convenire ſibi ipſi Bonifacium in C. 1. de Arbitris in Sext. animadvertimus; ubi tres judices conſtituit, unum, qui reum in quindecim, alium, qui in decem, & tertium, qui in quinque condemnaverat; hujuſque, qui de minori ſumma dixiſſet, ſententiam efficacem eſſe judicat, addita hac ratione: Quaſi In illa omnes concordes exiſtant. Hoc ſi verum eſſet, idem ſtatuere quoque debuiſſet & in priori caſu, ubi indubie omnes quoque conſenſere in 5. Quod ſi vero naturalem rationem ſequimur, minime illi hæc deciſio videtur congruere: quia duas ſententias, quibus unus tantum adverſatur, rejicit; eam vero, cui duo contradicunt, amplectitur. Potius ergo media hic retinenda eſt ſententia, reuſque non in 5, vel 15. erit condemnandus, quia duo ſunt, qui vel majori, vel minori pœna reum afficiendum eſſe ſtatuunt; ſed tantum in 10, quia minor ſumma continetur ſub majore, & qui majorem ſummam ſuſtinuit, ſi ſuam non attendi ſententiam videat, in mediam potius, quam in leviſſimam, quæ longius a ſua recedit, conſenſiſſe videtur. Sed dixeris, eandem Pontificis ſententiam defendere etiam JCtos noſtros Romanos; quod apparet ex l. 27. §. 3. de Rec. arb. At illi tamen ſibi conſtant, & ſemper minimam præferunt, tamquam jus poſitivum, & benignius; cum ſemper fuerint ad abſolvendum proniores, l. 47. de O. & A. Ut proinde hoc tam certum ſit, quam quod certiſſimum, ſi & prior caſus, ubi duo in 10. condemnaverant, unus vero tantum in 5, JCtis noſtris propoſitus fuiſſet, eos non cum Pontifice in 10, ſed in 5, eadem ratione ductos, condemnaturos fuiſſe.

Hinc apparet etiam, quid ſtatuendum ſit de caſu illo, quem Gellius Noct. Att. l. 9. c. 15. refert, quique juveni quondam vano, ac jactanti propoſitus ἄπορος, ſeu inextricabilis plane videbatur. E. gr. tres judices morte reum puniunt, duo alii exilio, duo reliqui pecunia: Non immerito hic quæritur, qua pœna afficiendus? Mortis pœna putat Gellius: Nos dicimus pœna exilii, in quam plures conſenſerunt; a pœna enim mortis quatuor mitioribus ſuffragiis fuit abſolutus, & tribus tantum condemnatus: Pœna pecuniaria duo tantum contenti fuere, graviorem 5 judices dictarunt: ſane igitur in pœnam graviorem exilii plures conſenſerunt, & ad hanc itaque pœnam pluribus omnino ſuffragiis fuit condemnatus. Nec obſtat, quod pœna mortis ab exilio toto genere differat; nam licet pœna exilii non formaliter ſub pœna mortis contineatur, uti numerus minor ſub majore, tamen ratio eadem eſt perinde, ac ſi reducatur æſtimatio pœnarum ad numeros, & mors ſit ut 100, exilium ut 50, mulcta ut 20: Plurimi in 50 conſentiunt, quia & ille, qui in 100 condemnat, in 50 conſentit: & qui mortis pœna dignum habuit reum, eundem multo magis exilio dignum judicabit. Similis caſus eſt apud Quinctilianum declam. 365. ubi 7. conſtituti judices, quorum duo condemnabant in infamiam, duo exilium, tres mortem volebant. At quis non videt, mediæ pœnæ denuo hic eſſe locum, nec tres illos rigidiores, quamvis ſeparatim ſpectati numero ſint potiores, attendendos eſſe, cum quatuor mitiores adſint: nec infamiam quoque infligendam, cum 5. graviorem pœnam ſtatuerint?

Huc etiam ſpectat controverſia illa, quæ eſt apud Plin. Lib. 8. ep. 14; interfecto nimirum Afranio cum incertum eſſet, ſua, an ſuorum manu periiſſet, quæſtio movebatur libertis: Hos alii ſupplicio liberandos, alii in inſulam relegandos, alii morte puniendos arbitrabantur. Plinius tantam hic eſſe ſententiarum diverſitatem exiſtimat, ut non poſſint eſſe niſi ſingula, & parum referre, an idem diſpliceret quibus non idem placuiſſet: adeoque diviſis plane ſententiis libertos eſſe abſolvendos; ſed quam longe hoc in caſu vir ille conſularis, & cum eo Grotius L. 2. c. 5. §. 19. (qui eapropter mirum in modum ipſum extollit) a vero aberraverit, ex dictis §. 3. regulis abunde conſtat. Duæ enim hic fuerunt quæſtiones, primo, utrum liberti Afranii abſolvendi eſſent, an condemnandi? Dein, qua pœna afficiendi? Quantum ad primam quæſtionem, certum eſt, eos omnem effugere pœnam non potuiſſe, quia

Digitized by Google

una tantum ſententia abſolverat, duæ condemnaverant: & ergo de prima hac quæſtione non potuit dubium eſſe, ſed tantum de al era, *qua pœna præferenda. Igitur licet in modo pœnæ diſſenſerint, omnes tamen conſenſerunt libertos delictum commiſiſſe, pœnamque meruiſſe; Contradictio enim eſt, reum abſolvendum eſſe, quem plures deliquiſſe conſentiunt, ac damnarunt. Quod vero gravitatem pœnæ attinet, ſane qui capitis ſententiam dixerant, præferri neutiquam potuerunt, cum ut ipſe Plinius* d. l. *ait*: Duæ ſententiæ vit.m relinquerent, una adimeret; *ut proinde neceſſario relegantium ſententia obtinere debuerit. Quamvis enim ſecundum Plinium, & Puſendorfium, nihil commune habent occidere, & relegare, non magis, quam relegare, & abſolvere; quatenus tamen pœna eſt æſtimatio delicti, minor æſtimatio continetur ſub majore, & ille, qui in plus condemnat, procul dubio cum eo, qui proxime ad hanc pœnam accedit, hactenus convenit: & ſic eatenus aliquam certe propinquitatem inter has duas pœnas, occiſionem nimirum, & relegationem intercedere poſſe, ſtatuimus*

Similem plane controverſiam affert Polyb. Excerpt. leg.t. 129. *Cum enim quidam Achæi Romæ captivi tenerentur, & quid iis fieri placeret, ad Senatum referretur, item fuit in tres diverſas plane ſententias; Pars enim omnes, alii nullos, reliqui quoſdam dimittendos eſſe, cenſebant. Hic ergo, cum poſtrema ſententia duas priores vincat, recte inquit Polybius, non omnes dimittendos eſſe; Pauciſſimi enim omnes dimittendos eſſe putabant, contraque eos duæ ſtabant ſententiæ, quæ quidem differebant inter ſe, ſed in eo conveniebant, quod omnes dimittendi non eſſent: cui proinde ſententiæ merito ſtandum fuit. Plura hujuſmodi exempla videri poſſunt apud Cujacium* Obſ. 12. c. 16. *qui licet ſiniſtre plerumque decidat, hiſce tamen poſitis, ac perpenſis, omnia facile ſolventur.*

Cæterum in Senatu Romano moris erat, ut ſi quis ſententia ſua duas, pluresque res complecteretur, quarum una forſan probaretur, altera vero diſpliceret; tum quivis Senator, qui non in univerſum approbaſſ.t, poſtulandi haberet facultatem, ut ſententia divideretur, hoc eſt, ut de ſingulis rebus referretur, teſtante id Seneca Ep. 21. *his verbis*: Quod fieri in Senatu ſolet, faciendum ego in philoſophia quoque exiſtimo. Cum cenſuit aliquis quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſententiam, & ſequor. *Et Feſtus de V. S.* Numera, *inquit*; Senatum: quivis Senator Conſuli cum impedimento vult eſſe, quo minus faciat ſenatuſconſultum, poſtulat, ut aut res, quæ afferuntur NB. dividantur, aut ſimul conſulantur. *Add.* Cic. Epiſt. fam. l. 1. Ep. 2.

I. e. Si pactio, aut lex aliud non præcipiat] „ Hæ enim formam negotiis tractandis imponunt. *Vid.* §. 17.

Diſtinguendum videtur &c.] Rectius, damnantes omnes junguntur contra abſolventes: ſi omnes condemnant, & in genere pœnæ differunt, junguntur illi, qui graviorem pœnam ſtatuunt, contra ſuffragia mitiora.

Sic qui in viginti damnant, & qui in decem &c.] „ Quia qui in viginti damnat, multo magis damnat in decem: & ſic cum uterque damnet, junguntur merito contra abſolventes.

At qui morte reum puniunt, & qui relegant, non conjunguntur] „ Imo eadem hic ratio eſt; uterque enim damnat: adeoque damnantes junguntur contra abſolventes.

Quia diverſa hæc ſunt, & in morte non eſt relegatio] „ At hæc alia plane quæſtio eſt; *Aliud* enim eſt, an jungi debeant contra abſolventes? quod omnino verum eſt: *aliud*, quænam pœna eligi debeat? & dicimus, relegationem; quia illi, qui abſolvunt, & illi, qui relegationem ſtatuunt, pluralitate votorum obtinuerunt, pœnam mortis nimis gravem eſſe.

Sed nec abſolventes cum relegantibus conjungentur] „ Imo hactenus conjungentur, ne pœna mortis obtineat: quia dictum eſt, hos junctim ſumtos ſtatuere, reum pœnam mortis meritum non eſſe.

Sed per conſequentiam inde elicitur] „ Quid inde? Sufficit certo de eo conſtare, quod pœnam mortis non obtinere ſtatuant.

At qui relegat non abſolvit] „ Hoc verum; at cum abſolventibus ſtatuit, pœnam mortis nimis gravem eſſe: & hactenus junguntur.

Quare recte Plinius] „ Imo erravit Plinius, uti probavimus *ſupra ad init.* §. *h.*

Et Polybius] „ Polybium recte caſum propoſitum decidiſſe, vidimus *ſupra ad pr.* §. *h.*

Apud Gellium] „ *L.* 9. *c.* 15. Expoſuimus hunc caſum *ad pr.* §. *h.*

Et apud Quinctilianum] „ *Vid. pr.* §. *h.*

„ Conſ

Digitized by Google

„ Conf. *Puſend. J. N. G. L.* 7. *c.* 2. §. 18.
„ *Cujac. Obſ. l.* 12. *O.* 16.

Ad §. XX.

Quæritur, ſi in collegio deliberantium quidam abſentes ſint, an valeat deciſio juxta pluralitatem præſentium? Affirmatur, ſi præſentes facultatem ſtatuendi habent: nam corpus deliberat quod ſemper perfectum cenſetur; ſed & abſentes remittere jus ſuum poſſunt, & actu remittunt, ſi vocati non veniunt. *C. pen. de Elect. in* 6. Hoc ipſo enim dum abſunt, neque contrarium denunciant præſentibus, eorum ſententiis ſubſcribere videntur: ac proinde jus ſuum in eos tacite conferunt. Hinc eleganter Auctor ait, abſentium jus interim accreſcere præſentibus: *Vid. diſp. noſtr. de juſt. regn. Portug. art.* 2. *q.* 4.

Excipitur 1. ab hac regula caſus, ſi per præſentes negotium expediri non poteſt: uti ſi pluribus res delegata eſt; quia omnibus negotium eſt commiſſum, & in ſingulos compromiſſum. Idem eſt ſi certus numerus lege adeſſe debet, v. g. in eligendo Syndico. *L.* 3. *Quod cujuſque univ. L.* 45. *C. Decur. l.* 13. *ff. Decr. ab ord. fac.*

Exc. 2. ſi re integra abſentes interveniant, hora nimirum, vel tempore deliberationis nondum finito; tamdiu enim deliberatio durat. Diſputatum hoc fuit inter Lollium, & Collegium, quod abſente Lollio damnavit Catulum; Lollius accerſitus a Catone repugnabat ſententiæ contra Catulum latæ, & paria efficiebat vota: *Vid. Plut. in Cat. Maj. c.* 21. Opponebatur Lollio, rem non amplius eſſe integram, quia negotium per majora inter præſentes ſemel deciſum fuit; At cum dictum jam ſit, deliberationem, ſeu jus deliberandi per totum tempus durare, nondum præcluſus videri potuit. Sane, alias poſſent præſentes eripere tardius venientibus jus ſuffragii: neque dici poteſt, abſentes remiſiſſe jus ſuum, quia non remittunt dum comparent. Locus ex Seneca allegatus nihil huc facit; Nam ibi ſervus communis, & ad communem uſum deſtinatus eſt. Hoc caſu verum eſt, meliorem eſſe conditionem occupantis: adeoque ſuperveniens impedire utentem non poteſt. Conf. ea, quæ dicta ſunt §. *præced.*

Qui abſentia, aut aliter impediti] „ Modo vocati ſint ad deliberandum. *Vid. Liv.* „ 3. 38.

Eorum jus interim accreſcere præſentibus] „ Niſi lege certus numerus requiratur: ita „ ad ferendam ſententiam jure Romano duæ „ ad minimum partes collegii adeſſe debent. „ *L.* 17. §. 2. *ff. de Recept. L.* 19. *ff. Ad mu-* „ *nic. L.* 3. *ff. Quod cujuſque univ.*

Ad §. XXI.

Auctor hic de ordine inter membra ſocietatis agit, ad cujus intellectum neceſſe eſt originem dignitatum exponere.

Propositio I.

Dignitas eſt pretium, ſeu æſtimatio virtutis.

Demonstratio.

Dignum enim eſſe idem eſt, ac mereri: adeoque dignitas eſt qualitas, quæ aliquem efecit dignum hac, vel illa re; quo proinde plus meriti habet, eo magis dignus dicitur. Meritum autem oritur ex virtute; unde Juvenalis recte ait *Satyr.* 8. ſolam virtutem nobilitare; ſummum autem meritum eſt, quod ex adminiſtratione reipublicæ oritur: unde officia in republica non niſi benemeritis conferri debent.

Propositio II.

Hinc jure naturæ nulla dignitas eſt hæreditaria.

Demonstratio.

Quia dignitas nulla eſt niſi ex meritis; merita vero inhærent perſonæ, non rei, vel terræ, nedum ſucceſſione transferuntur, quia actio præclara patris non eſt actio filii, & deficiente virtute deficit ejus æſtimatio: eodem modo uti demeritum quoque non excedit perſonam agentis. At ex diſpoſitione populi, & principis fieri poteſt, ut dignitas ſit perpetua, vel ut rei cohæreat; verum hæc dignitas non eſt naturalis, ſed mere civilis.

Propositio III.

Alia dignitas eſt privata, alia publica; quæ ſola comparate ita dicitur.

Digitized by Google

DEMONSTRATIO.

Privata dignitas ex virtute privatorum oritur, eaque dicitur illæſæ exiſtimationis ſtatus in *L.* 2. §. 1. & 2. *Ord. cogn.* At publica eſt, quæ quamplurimis prodeſt, quæ functionibus publicis cohæret, ac in adminiſtranda, tuendaque republica, ac juſtitia verſatur. Adeoque hæc longe eminentior eſt.

PROPOSITIO IV.

Regum ordo non niſi a tempore ſumitur; niſi aliud jus rite quæſitum ſit.

DEMONSTRATIO.

Cum enim ratio dignitatis, quæ in poteſtate adminiſtrandi, & defendendi rempublicam conſiſtit, in omnibus regibus æqualis ſit, nulla ratio ordinis ſupereſt, niſi ex tempore, ut in pari dignitate antiquior præferatur: unde regula, *qui prior tempore, potior jure*, vere naturalis eſt. Omnes enim ſimul in eodem loco ſtare non poſſunt; nulla autem ratio eſt cur poſterior præcedere debeat: e contrario ei, qui tempore prior eſt, jus ex ordine temporis quæſitum eſt: alteri nullum; hic ergo acceſſione ſua jus priori quæſitum auferre non poteſt. Sane a virtute, & merito jus præcedendi definiri nequit, quia quilibet æque dignum ſe judicabit, adeoque incerta eſſet æſtimatio: & cum ſucceſſorum varia ſit virtus, ſemper lis foret, & momentarius ordo. Neque tum ſolius regis, ſed totius populi virtus ſpectanda eſſet; quod adhuc difficilius, & magis varium. Et quis judex inter principum merita? Quænam ratio ordinis inter reſpublicas foret, quæ judicem actionum ſuarum, & meriti neminem agnoſcunt?

Atque hinc omnes principum controverſiæ facile decidi poſſunt: quales ſunt, 1°. inter Imperatores Romanos, & Græcos: *Vid. Gold. de Majorat. L.* 1. *c.* 16. *n.* 9. *tom.* 1. *Conſt. f.* 285. 2°. inter Anglos, Hiſpanos, & Gallos: *Thuan. L.* 35. *ad An.* 1563. 3°. inter Regem Romanorum, ſeu Germaniæ, & regem Galliæ: *Vid. Jus publ. noſtr. c.* 8. §. 25; ubi probavimus, Germaniæ, ſeu Franciæ regem primum fuiſſe Pharamundum, regnum Galliæ autem longe poſt ex diviſione Ludovici pii, qui Galliam ſecundo genito jure proprii regni dedit, ortum eſſe: *d. jus publ. proleg.* §. 20. *usque ad* §. 28. *concl. c.* 5. §. 16. 4°. inter Sabaudum, & Mantuanum: *Hiſt. Genu. comm.* 3. *p.* 271. 5°. inter Venetos, & Sabaudos: *Graſwink. de jure præced.* 6°. inter Status Imperii ipſos in Comitiis: *Vid. Jus publ. noſtrum c.* 20. §. 25. 7°. inter circulos Imperii: *ibid. c.* 4. §. *f.* 8°. inter duces Hetruriæ, & Ferrariæ: *Carpz. p.* 1. *dec.* 7. *Natta Conſ.* 637. *Cravet. concl.* 982; pro illo allegabatur antiquitas reipublicæ, & augmentum dignitatis ex Piſano, & Senenſi Imperio. Conf. *Teſm. ad Grot. l.* 2. *c.* 9. §. 8. *lit. m. Puſend. l.* 8. *c.* 12. §. 4, & ex profeſſo *Zwantzig in theatro præcedentiæ.*

Huc pertinet quæſtio, *quonam loco ſedeat rex, quem liber populus elegit?* Reſpondetur, eodem, quo ipſe populus. *Vid. Grot. L.* 2. *c.* 9. §. 8. *n.* 3.

Porro quæritur, ſi ſuſpenſa aliquando fuit poteſtas, eique cohærens dignitas: uti ſi loco regum duces, mox iterum reges eligantur, (quod factum in Polonia, & Bohemia, *d. publ. jus c.* 5. §. 63. *ſeq.*); an hi priſtinum locum recuperent? Reſp. aut penitus finitum, & exſtinctum eſt prius regnum, & poſtea novum conditum: tunc omne jus ex novo hoc regno incipit; ſi vero non exſtinctum fuit, ſed ſaltem ſuſpenſum jus regni, antiqui regis jus inſpicitur.

Denique quæritur, an inferior occupans ſuperioris regnum, ejus ordinem quoque occupet? Affirmatur; Victor enim ſuccedit in omne jus regis victi, adeoque & in ejus ordinem, ac locum. Ita Macedonum nomen ſordidum, ejuſque reges infimos fuiſſe, ait Juſtinus, *l.* 6. *c.* 5; at victis Perſis Rex eorum primus regum factus eſt. Populus Romanus initio viliſſimus, victo orbe primas in orbe partes obtinuit.

Exceptionem hæc regula, ab ordine temporis deſumta, patitur, ſi alii jus præcedendi rite quæſitum ſit, ſcilicet per victoriam, eamque ſecuta pacta; partes enim ſuo juri renunciare poſſunt.

PROPOSITIO V.

In collegiis parium ordo itidem non niſi a tempore ſumitur.

DEMONSTRATIO.

Is enim, qui primus eſt tempore, jus quæſitum habet ratione ordinis, quod ei a ſuperveniente auferri nequit: Atque hinc apparet, quiſnam ordo in conciliis obtineat. Auctor recte ait, eos, qui primi Chriſtianiſmum profeſſi ſunt, reliquos præcedere; Nam in hac ſocietate non de jure regni, nec de dignitate exinde competente, ſed de juribus privatis Eccleſiæ quæſtio eſt. Unde merito Rex Galliæ primum inter reges ſibi vindicat locum, quia primus Eccleſiæ Chriſtianæ membrum factus eſt, indeque primoge-

Digitized by Google

mogenitus Eccleſiæ filius audit. At jus convocandi concilia univerſalia ſolius eſt Imperatoris, utpote capitis Chriſtianæ Eccleſiæ. *Vid. Jus publ. noſtrum c.* 22. §. 2.

Eadem ratio obtinet in Epiſcopis, & in ordinibus, qui itidem ex ordine fundationis locum oceopant. *Vid. Grot. h.* §. 21, *ibique Zigler. & Teſm.*

Atque ita de Collegio decurionum res deciſa eſt in *l.* 1. & 2. *de Albo ſcribendo ;* ubi illi, qui ordine pares ſunt, prout quiſque in ordinem venit, albo inſcribuntur.

Additio.

„ Materia de dignitate naturali, ejuſque
„ origine, illuſtravit B. Parens in peculiari
„ diſſertatione *de poteſtate Statuum Imperii cir-*
„ *ca dignitates*: quæ eo magis legi meretur,
„ quia dignitates Germaniæ, i. e. genera
„ nobilitatis Germanieæ, nova methodo,
„ & ratione exponit.

Prout quiſque in ſocietatem venit] „ Ex
„ hoc fundamento Tigurinos apud Helve-
„ tios, & Geldros apud Batavos primum
„ locum prætendere, ait *Pufend. in diſp.*
„ *de exiſtim.* §. 27. Atque ex hoc principio
„ facile decidi poteſt lis inter eirculos im-
„ perii Germanici orta. *B. Par. jur. publ.*
„ *c.* 4. §. 22.

Sic inter fratres] „ Hoc principio niti-
„ tur totum jus primogenituræ: de quo in-
„ fra *c.* 7. §. 12.

Atque ita deinceps] „ Nimirum ſecundo
„ genitus præcedit tertio genito, &c. *ibid.*

Rejectis aliis omnibus qualitatibus] „ A
„ meritis, dignitate, potentia &c. deſumtis.

Ætas] „ Adeoqoe ordo temporis.

In Conciliis] „ Hine citra juris rationem
„ proteſtatus eſt Generalis Jeſuitarum apud
„ *Polan. Hiſt. conc. Trid. l.* 6, quod ultimo
„ loco poneretur: quippe ſocietas ejus, quam
„ repræſentabat, ultima erat, reliquis Eccle-
„ ſiæ Romanæ ſocietatibus tempore mul-
„ tum poſterior. De præcedentia inter Gal-
„ lom, & Hiſpanum, in concilio Triden-
„ tino multa ſunt memoriæ prodita; & vi-
„ deri poteſt *Thuan. l.* 35. *ad an.* 1563. Vid.
„ *Teſm. h.*

Ad §. XXII.

Illud *tamen addendum*] Quoties plures de eadem re participant, ſed partibus inæqualibus, quæritur, quiſnam ordo inter eos obſervati debeat, & quomodo ſuffragia ſint computanda? Auctor ordinem ſumendum eſſe, ait, ex modo participationis; ſed & ſenrentias menſoria proportione expediendas eſſe, exiſtimat. At bene notandum eſt, in condominio publico duo eſſe: 1. fructus, & commoda rei: 2. jus ſuffragii in negotiis. *Fructus, & commoda rei communis* pro rata dividuntur, ex natura dominii, quo quiſque ex re ſua, adeoque ex parte rei communis, fructus ſuos facit; At *jus ſuffragii* individuum eſt, indeque cuiqoe competit in ſolidum, licet ex minima ſaltem parte condominus ſit; nemo enim poteſt pro parte velle. Eadem igirur hic ſubeſt ratio, quæ in pluribus Auguſtis, quibus unum competit imperium, at cuique facultas agendi in ſolidum.

Additio.

„ Grotius non loquitur tantum de *condo-*
„ *minio publico*, ſed præterea de *hæreditate*,
„ & de *fundo*, adeoque de qoavis re, quam
„ non æqualiter omnes participant: de ſin-
„ gulis nonc agemus.

Quoties ſocietas fundamentum habet in re, quam non æqualiter omnes participant] „ Ob-
„ ſcura admodum eſt quæ hic formatur quæ-
„ ſtio, & non niſi ex exemplis adjectis lu-
„ cem accipiet.

Ut ſi in hæreditate &c.] „ Mens Aocto-
„ ris eſt, inter hæredes potiores eſſe qui
„ majorem partem habent. Reſpicere vide-
„ tur ad *l.* 14. *ff. depoſ.* (quam in margine
„ allegat) ubi in eaſu, ſi plures hæredes ex-
„ ſtiterint ei, qui rem depoſuit, & major
„ pars, i. e. qui majorem hæreditatis par-
„ tem tenent, rem depoſitam repetere ve-
„ lint &c., JCtus decidit, rem reſtituendam
„ eſſe petentibus. Equidem jure naturali res
„ reſtituenda non eſt niſi ei, qui depoſuit;
„ ſi proinde plures ſimul depoſuere, omni-
„ bus demum præſentibus reſtitui debet. At
„ cum difficile ſæpius ſit omnes hæredes
„ convocare, ex æquitate ſtatutum eſt ut
„ præſentibus, ſi majorem partem conſti-
„ tuunt, reddatur: quæ deciſio ex jure ci-
„ vili eſt.

Aut fundo] „ Quando bona debitoris
„ ſunt diſtrahenda, & res ſine deteriora-
„ tione, aut injuria alterius dividi non po-
„ teſt, tunc præferri debet is, qui majo-
„ rem parrem in fundo habet, ſi idem pre-
„ tium offerat, *l.* 16. *ff. Reb. auth. jud. poſ-*
„ *ſid. ibique Brunn.*

„ At hæc quoque deciſio eſt juris civilis.
„ Nam ex ratione naturali is præfertur, qui
„ plus

Digitized by Google

„ plus offert : is autem, qui idem offert, „ non plus licitat.

Tunc non tantum ordinem ſumendum ex modo participationis] „ Adeoque Auctor putat, præcedere debere eum, qui majorem partem in hæreditate, vel fundo habet; quæ ſententia omni ratione caret. „ Ordo enim ex merito, ex dignitate, ſequitur; at majori parti, ſive in hæreditate, ſive in fundo, nullum meritum, nulla dignitas cohæret.

Sed & ſententias ad eum modum menſoria proportione æſtimandas] „ Imo nec in hæreditate, nec in fundo, ſententia ejus, qui majorem partem habet, prævalet: tum quia in re communi ſemper melior eſt conditio prohibentis: tum ex rationibus in caſibus præmiſſis allegatis.

Quod ſicut naturali æquitati convenit] „ Contrarium modo demonſtravimus.

Ita Romanis quoque legibus probatum eſt] „ Rationes harum legum mere civiles eſſe, modo diximus. De caſibus legis 14. *depoſ.* & *l.* 16. *de Auth. jud. poſſid.* id probavimus. Tertia lex, quam Auctor in margine allegat, agit de caſu, ubi major pars creditorum parte debiti contenta eſſe vult, diſſentientibus aliis : Hoc caſu decidit JCtus, Prætorem majoris partis ſententiam ſequi debere. *l.* 7. §. *fin. l.* 8. *ff. pact.* „ At hæc quoque deciſio eſt ex jure civili; naturali enim ratione nemo neceſſitatem alii imponere poteſt, ut certa quantitate contentus ſit : quia nemo jus in alterius debitum habet.

Et tres vicinæ urbes in unum quaſi corpus coiiſſent] „ In his corporibus conſenſu conſtitutis, quando nimirum plures civitates uni communi concilio ſe ſubjiciunt, omnino verum eſt, ſuffragia majora prævalere: Eadem enim ratio hic obtinet, quæ in civitatibus ſingulis, & collegiis; At negamus, majorem partem æſtimari juxta quantitatem terrarum, & onerum cujuſque civitatis. Singulæ enim civitates jus ſuffragii in ſolidum habent: Atque hic ſtatus naturalis in Belgio obſervatur, ubi minima civitas eodem jure ſuffragii utitur, quo civitas Amſtelodamenſis, etſi quoad onera in immenſum a reliquis differat. *Temple remarq. ſur les Pais bas. c.* 2. *p. m.* 163.

Si poſſeſſionum cauſa inita eſt ſocietas &c.] „ Tunc enim demum rationem illam valere, ait Ariſtoteles *l.* 3. *Pol. c.* 9., ſi poſſeſſionum gratia ſocietatem iniiſſent, atque ita convenіſſent, tantum caperent civitatis, i. e. juris civitatis, quantum poſſeſſionis; Hoc enim caſu non eſſe juſtum, ait, ut qui unum contulit, tantum participet de 100 minis, quantum is, qui contulit omne reliquum; & in fine addit : *Quapropter quicunque plus conferunt ad hujuſmodi ſocietatem, his plus juris competit in civitate, quam iis, qui libertate, genere, ac divitiis eos ſuperant.* Ex his igitur verbis apparet, coëuntes in civitatem conveniſſe, ut is plus juris habeat in civitate, qui plus poſſeſſionis habet, & plus ad ſocietatem contulit.

Ad §. XXIII.

Consociatio] „ Auctor ſupra §. 17. dixit, conſociationes alias eſſe *privatas*, alias *publicas* : & has quidem aut *in populum*, aut *ex populis*. De conſociatione *in populum* hic agit, atque ex ea jus dari corpori in partes, ait. Hinc quærit in §. *ſeq.* an cives iterum pro lubitu diſcedere poſſint? & in §. 25., an in exules jus ſit civitati? De conſociatione *ex populis* remiſſive agit *infra* §. 25.

Qua multi patres familias in unum populum, ac civitatem coëunt] „ Civitas igitur eſt cœtus perfectus liberorum hominum, juris fruendi, & communis utilitatis cauſa ſociatus. *Vid. L.* 1. *c.* 1. §. 14. *n.* 1.

Maximum dat jus corpori in partes] „ Idque ex conſenſu; quicunque enim civitati ſe aggregat, eo ipſo ſe judicio omnium, ac legibus civitatis ſubmittit: *Vid. Puſend. l.* 7. *c.* 2. §. 20. *ſeq.* & *Liv. l.* 2. *c.* 59.

Quia hæc perfectiſſima eſt ſocietas] „ Fit enim tuendi juris cauſa, adeoque ad exequendam voluntatem divinam humano generi per rationem declaratam: *Vid. ſup. l.* 1. *c.* 1. §. 14. *n.* 1.

Neque ulla eſt actio hominis &c.] „ Alibi enim probavimus, juriſdictionem civitatis fundatam eſſe in perſonas, res, & actus eorum, qui ſocietati ſe ſubmittunt. Sive enim de jure in re, ſive de jure ad rem agatur, ſemper intereſt civitatis, ſuum cuique tribui; omnes enim actiones hominum, quibus vel tenent rem alienam, vel jus alienum, turbant ſocietatem civilem. *B. Par. in diſp. de Fundat. in territ. juriſd.*

Externa]

Externa] „ Internæ enim actiones non „ lædunt, nec turbant ſocietatem: adeo- „ que cogitationes non ſubjacent judicio ci- „ vitatis.

Aut per ſe ſpectet] „ Scilicet ſi leges ipſæ „ propter utilitatem civitatis latæ ſunt: quod „ proprium eſt legum civilium.

Aut ex circumſtantiis ſpectare poſſit] „ Etſi „ per ſe ſocietatis civilis commodum non „ reſpiciant: atque hinc ſodomia, promiſcui „ concubitus &c. prohibentur, etſi in civita- „ tem homines non coiviſſent; at ex quo „ coivere, multo magis actiones illæ prohi- „ bentur; quia ea intentione in civitatem „ coivere ſinguli, ut jura naturæ ſalva ſint, „ & ne a ſingulis temerentur: adeoque ex „ his circumſtantiis hæ quoque actiones ad „ ſocietatem ſpectant.

Leges de omnis generis rebus præcipere] „ Etſi per ſe non ſpectent ad ſocietatem ci- „ vilem.

Ad §. XXIV.

1 Solet *hic illud quæri*] Celebris hæc eſt quæſtio prioribus ſeculis inter Pontificios, & Evangelicos admodum ventilata, de jure emigrandi ſubditorum; quæ ut rite intelligatur, principia noſtra præmittemus.

Propositio I.

Domicilium quiſque eligere poteſt, etiam duobus in locis, & mutata origine; niſi ex cauſa publica lex impediat.

Demonstratio.

Adeoque jure naturæ emigrare cuique ſubdito licet: 1. quia quilibet de ſuo domicilio, & de ſua habitatione, uti de quovis alio jure, pro lubitu diſponere poteſt. *Vid. Poſ.* 6 Sane 2. hæc res mere facultatis: & libertas habitandi naturalis eſt, & juris gentium, qua ubique uti poteſt; Inprimis cum 3. nulla ratio dari poſſit, quæ illam libertatem naturalem reſtringat. Sane 4. imperia non definiuntur perſonarum numero, ſed finibus territorii: adeoque quoties extra fines illius territorii quis habitat, deſinit eſſe imperio ſubditus. Negari 5. nequit, ante diviſionem humani generis jus habitandi ubi libet cuique hominum competiiſſe; hoc jus poſt diviſionem ſublatum non apparet. Accedit 6. quod commercia ſint a natura, & omnis homo ubique emere, ac vendere, adeoque commorari, & diſcedere pro lubitu poſſit; quia is, qui mutat domicilium, nihil agit, quam ut mutet commercium. Atque hinc 7. JCti Romani ſtatuerunt, captos, & reverſos poſtliminio non uti, nec recuperare civitatem, niſi hoc animo reverſi ſunt. *l.* 12. §. 9. *l.* 5. *l.* 36. ff. *capt. & poſtlim.* addita ratione: *quia de ſua civitate diſponere cuique liberum eſſet. d. l.* 12. §. 9. Sed & 8. is, cui 100 legata ſunt ut in certa civitate domicilium habeat, non tenetur de eo cavere; quia per hanc cautionem jus libertatis infringitur. *L.* 171. §. 2. *ff. de Cond. & dem. Adde Cic. Or.* 38. *c.* 32. *& de Republ. L.* 1. *c.* 6. *p.* 85.

Neque *obſtat*, magiſtratui ex ſubjectione, & conſenſu civis ſemel jus quæſitum eſſe, quod ei auferri non poteſt. Reſp. Obligatio illa oritur ex ſola ſubjectione: ſubjectio autem ſequitur ex domicilii conſtitutione; quæ proinde tamdiu durat, quamdiu domicilium ibi habet. Mutato autem domicilio ceſſat omnis ſubjectio, utpote ſublata cauſa: adeoque tollitur omnis obligatio, quæ ex beneficio hoc reſignato oriebatur.

Diximus autem, eligi poſſe domicilium etiam duobus in locis: quia domicilium conſtituitur habitatione; habitare autem quis poteſt in pluribus locis, nimirum per familias, & per commercia. Atque hinc JCti Romani ſtatuunt, aliquem pluribus locis civem eſſe poſſe. *L.* 6. §. 1. *L.* 27. § 2. *ff. Ad mun.*

Sed & porro diximus, eligendo novum domicilium mutari quoque originem, ſeu domicilium originis; quia jure naturæ origo non facit civem, ſed domicilium: quo proinde mutato ex diſpoſitione emigrantis, origo quoque mutatur. Equidem verum omnino eſt, nos regulariter cives eſſe in loco originis; at hoc non inde eſt, quod ibi nati ſimus, ſed quod regulariter ibi habitemus.

Hinc jam apparet, jus originis, quod jure Romano obtinuit, mere poſitivum eſſe: ſcil. ne confundantur præſtationes tributariæ; civis enim Romanus liber erat ab ejuſmodi præſtationibus, quæ a provincialibus ſolvebantur. Hinc mutato domicilio, jus tamen hoc originis cives eo ipſo non amittebant. *Vid. Cic. Or.* 35 *c.* 13.

Regula de emigrandi libertate exceptionem patitur: *niſi ex cauſa publica lex impediat.* Nam princeps jus ſubditis quæſitum ob utilitatem publicam auferre poteſt; atque hinc jus eligendi domicilium tolli poteſt in *pœnam*: quo pertinent confinationes, & deportationes: item ſi *defenſio reipublicæ id re-*

Digitized by Google

quirat, uti ſi hoſtis imminet: vel alias juſta cauſa ſit, uti ſi tempore peſtis privatus ære alieno contracto diſcedere velit &c. *Vid. Auth. b. n.* 2.

P R O P O S I T I O II.

Conſtituto domicilio jure naturæ fit civis.

D E M O N S T R A T I O.

Diviſo humano genere imperia non hominum numero, ſed finibus territorii contineri, ſupra diximus: adeoque civis illius imperii nemo dici poteſt, niſi is, qui intra fines territorii perpetuum domicilium figit, adeoque animum habet perpetuo ibi commorandi. Advenæ igitur etſi diu ibi commorentur, pro civibus haberi non poſſunt.

P R O P O S I T I O III.

Magiſtratus nec expellere, nec retinere cives invitos poteſt; niſi juſta ſit cauſa.

D E M O N S T R A T I O.

Magiſtratus igitur cogere ſubditos non poteſt ut emigrent; quia libertas commorandi, & habitandi naturalis eſt, quæ non niſi ex juſta cauſa auferri poteſt: Adeoque tyrannidis ſpecies eſt, alterius religionis ſubditos cogere ut migrent; quod tamen Pontificii obtinuerunt per *Pac. Oſn. art.* 5. §. 35. *ſeq.* quin & beneficii loco id Evangelicis datum eſt.

Quid ſi ſubditi emigrare velint, an inviti retineri poſſunt? Negatur: quia eligere domicilium natura cuique licet. *Vid. Prop. I.* Adeoque juri naturæ adverſatur, emigrantem dimittere non velle.

Utroque caſu excipitur juſta cauſa; quæ ſi adeſt, magiſtratus expellere, & retinere invitos cives poteſt. Diximus autem, juſtam cauſam toties ſubeſſe, quoties utilitas publica id requirit: uti ſi ad defenſionem reipublicæ emigrandi libertas prohibeatur, vel in pœnam ea auferatur.

At alia quæſtio eſt, an princeps vicinus teneatur recipere emigrantem in ſuo territorio? Et negamus, quia is diſponit de jure ſui territorii: neque injuria fit parti, quia præter jus tranſitus nihil ei natura competit. Sed & diximus, civitatem eſſe ſocietatem publicam, in quam invitis ſociis nemo recipitur; Atque hinc territorium dicitur a terrendo, & aliis arcendo. Sed & jus emendi prohiberi poſſe, ſupra probavimus; multo magis igitur jus habitandi perpetuum. Denique occupatum jam eſt territorium: adeoque nihil amplius ſupereſt, quod extraneus occupare invitis dominis poſſit; Unde vidimus alibi, integris populis ſedes denegatas jure fuiſſe.

P R O P O S I T I O IV.

Jure naturæ cenſum ab emigrantibus exigere licet.

D E M O N S T R A T I O.

Juſtitiam hujus cenſus demonſtravimus in diſputatione *de cenſu emigrationis* §. *VIII.*; quæ exſtat *Vol. I. Diſſert. pag.* 496.

Apud Moſchos],, *Vid. Thuan.* 21. *p.* 426., ,, & *Teſin. in not. b.* Lege veteri Angliæ id ,, itidem prohibitum erat. *Camd. Hiſt. El. I.* ,, *p.* 47. De Scythis idem refert *Ælian.* 5. ,, *var.* 7. De Argivis vide *Ovid.* 11. *Met.* ,, 28.

Talibus pactis iniri poſſe ſocietatem],, Qui ,, enim ea lege in ſocietatem coëunt, obli- ,, gantur ex conſenſu.

Et mores],, Si ſcilicet citra pactum ex ,, longa conſuetudine in civitate obtinuit, ,, ne cives emigrare non petita venia poſſint.

Saltem poſterioribus],, Imo omni tempo- ,, re: adeo ut liberti quoque potuerint emi- ,, grare invito patrono. *L.* 22. §. 2. *ff. ad Mu-* ,, *nic.*

Sed non eo minus, qui tranſtulerat municipii muneribus, obligabatur],, *L.* 22. §. ,, 2. *l.* 37. §. 1. *ff. ad Munic. L. p. l. fin. C.* ,, *Eod.*

Manebant inter fines imperii],, Adeoque ,, non emigrabant e territorio Romano.

Quid naturaliter obtinere debebat],, Di- 2 ,, ctum jam eſt *in prop.* 1., conſtitutionem ,, domicilii eſſe libertatis naturalis, nec ex ,, ea ſubjectionem eſſe, niſi ob domicilium: ,, quo mutato illa neceſſario tollitur.

Nec de parte aliqua, ſed de tota civitate],, Adeoque duæ ſunt quæſtiones: an ,, ſinguli diſcedere a civitate poſſint? & an ,, omnes cives ſimul?

Ex neceſſitate finis],, Adeoque oppida, ,, aut magni cœtus, qui civitatis partem ,, integrantem faciunt, deſerere civitatem ,, nequeunt. *Vid. L.* 3. *c.* 20. §. 41. Repu- ,, gnat id pacto, quo communem defenſio- ,, nem invicem promiſere.

Quæ jus facit in moralibus],, De pro- ,, batione ex neceſſitate finis late egit B. ,, Par. *in Poſ. jur. gent. IV. n.* 3. Vid. *ſupr.* ,, *l.* 2. *c.* 7. §. 2. *c.* 14. §. 11. *n.* 1.

Nam ſi id liceat, jam civilis ſocietas ſubſiſtere non poſſet],, Diſcederent enim contra ,, fidem datam; quia promiſere, communi ,, ope civitatem defendere ſe velle.

De

Digitized by Google

De ſingulorum diſceſſione] „ Imo ſi juſta „ cauſa ſit, etiam ſinguli prohiberi poſſunt „ ne emigrent.

Aliud rivum diducere] „ Mens Auctoris hæc eſt : aquam ex flumine haurire „ licere , quia flumen manet, licet hauſta „ aqua inde decedat; at rivum diducere non „ licere, quia flumen ipſum mutaretur. *L.* „ 1. *pr.* & §. 9. *l.* 3. §. 2. *ff. Rivis.*

Tryphonius] „ Qui ex Sabino hanc rationem mutuatus eſt. *L.* 12. §. 9. *ff. Capt.* & „ *poſtl.*

Regula naturalis æquitatis &c. ut id non liceat , ſi ſocietatis interſit] „ Uti ſi per diſceſſum cives reliqui injuriæ hoſtium exponerentur ; cujus rei exemplum ex Gronovio mutuari licet, qui ex *Livio* 22. *c.* „ 52. & *l.* 24. *c.* 18. refert , eos, qui poſt „ Cannenſem cladem deſerere Italiam voluerant , a P. Scipione prohibitos , & poſtea „ cauſam dicere apud Cenſores juſſos fuiſſe.

Quam Romani in privatis ſocietatibus dirimendis ſecuti ſunt] „ Ibi enim renunciatio „ unius non nocet ſocio , ſi hujus interſit : „ uti ſi inſcio ſocio renunciet, *l.* 17. §. 1. „ *b.* ſi dolo , §. 4. *inſt. de ſociet.* , vel ſi ante „ tempus conventum ſine juſta cauſa renunciet. *l.* 14. *l.* 15. *l.* 16. *l.* 17. §. *f. l.* 6. *ff.* „ *Pro ſocio.*

Sed quod ſocietati expedit] „ Adeoque quod „ ad utriuſque utilitatem ſpectat.

Si fiducia multitudinis bellum ſit ſuſceptum] „ Adeoque vires civitatis minuerentur in præſenti periculo.

Præſertim ſi obſidio &c.] „ Tunc enim „ non ſaltem utilitas , ſed & neceſſitas reipublicæ requirit ut cives retineantur.

Niſi paratus &c.] „ Hoc dependet ex „ arbitrio civitatis.

Extra hos caſus] „ Ubi reipublicæ intereſt ne cives ſinguli emigrent.

Credibile eſt] „ Imo id non ex conſenſu „ populi dependet: adeoque nec ex conjectura voluntatis infertur ; ſed ſequitur ex „ ratione naturali.

Sentire aliunde poſſunt] „ Quia viciſſim „ extranei cives , eadem libertate præditi, „ in noſtram civitatem migrare poterunt.

Ad §. XXV.

Quæritur , an jus civitati maneat in exules? Diſtinguendum eſt, an relegati ſaltem ſint : an vero proſcripti , ſeu deportati. *Priori* caſu cives omnino manent, quamdiu alibi domicilium non elegerunt. *Vid. l.* 4. *l.* 7. §. 3. *Interd.* & *releg. l.* 27. *ff. ad Munic.*

Nunc ergo cives non ſumus] „ Quia non „ relegati, ſed proſcripti erant.

Ejecti] „ Et proſcripti.

Cum nihil ad illum civitas noſtra pertineret] „ Ipſe Alcibiades id quoque ait apud „ Thucydidem *l.* 6. *p.* 395. *Qua cum amplius* „ *patria mibi non ſit , non reor me adverſus patriam ire, ſed ad eam multo potius , qua nulla* „ *eſt , recuperandam.* Hinc Quinctil. *decl.* „ 244. ait : *Jus civitatis non habui eo tempore , quo exul fui. Vid. Teſm. b.*

Jam vero plurium populorum &c.] „ Auctor de jure , quod *ex conſenſu* in perſonas oritur, hic agit remiſſive ; plenius „ autem infra *l.* 2. *c.* 5 , ubi de fœderibus, „ quæ inter populos intercedunt, diſputat.

Sive per ſe] „ Si duo populi liberi ſocii „ fœderis fiunt.

Sive per capita ſua] „ Si plures reges fœdus „ ſociale contrahunt.

Conſociatio fœdus eſt] „ Tale quoque fœdus eſt, quando plures civitates arctiſſimo „ fœdere ita inter ſe junguntur , ut ſingulæ ſtatum perfectæ civitatis retineant , „ communi autem concilio ſubſint. *Vid. l.* „ 1. *c.* 3. §. 7. *n.* 2. & §. 21.

Ad §. XXVI.

Subjectio *ex conſenſu*] „ Hactenus „ Auctor egit de jure , quod in perſonas ex „ conſenſu oritur, quatenus ex *conſociatione* „ ſive privata , ſive publica venit ; ſequitur „ nunc jus , quod ex *ſubjectione oritur.*

„ *Subjectionem* autem facit vel *privatam* , „ vel *publicam.* Ad *priorem* refert arrogationem , §. *b.* & ſervitutem , §. 27 ; ſub „ qua jus vitæ , & necis non contineri , ait §. „ 28 : neque eam ad liberos tranſire exiſtimat, §. 29. Tandem diſtinguit inter ſervitutem perfectam , & imperfectam , §. „ 30. Ad *poſteriorem* refert , quando populus ſe alii populo in ſervitutem dat, §. „ 31 ; vel ſi quis in pœnam alterius dominio ſubjicitur. §. 32.

Eſſe poteſt multiplex] „ Quilibet enim „ juri ſuo legem dicere poteſt ; ita enim „ per adoptionem , per legitimationem , per „ venditionem , per glebæ adſcriptionem , „ jus in alterius perſonam acquirere poſſumus.

Digitized by Google

Sicut multiplicia ſunt regiminum genera] „ Auctor enim ſupra dixit, aliud eſſe regnum patrimoniale, aliud uſufructuarium, aliud herile. *l.* 1. *c.* 3. §. 8. *n.* 14. *l.* 2. *cap.* 7. §. 12. *L.* 3. *c.* 8. §. 1.

Nobiliſſima ſpecies eſt arrogatio] Qua ſcilicet is, qui ſui juris eſt, patris arrogantis poteſtati ſubjicitur. Quæ ſubjectio licita eſt, quia filius, qui ſui juris eſt, de ſuo jure diſponit.

Jure civili ſingulare eſt, quod in *arrogatione* requiratur conſenſus ſuperioris, in *adoptione* non item; cujus rei ratio eſt, quia priori caſu princeps civem amittit, quod abſque principis conſenſu fieri nequit.

Qua quis ita ſe dat in familiam alterius, ut ei ſubſit ad eum modum &c.] „ Hinc definitur arrogatio, quod ſit actus legitimus, quo quis eum, qui ſui juris eſt, & quem in poteſtate non habet, adſumit in poteſtatem, ac ſi in ea natus eſſet. *L.* 1. *l.* 25. §. 1. *l.* 37. *l.* 43. *l.* 44. *ff. L. f. C. de Adopt.* Ita arrogatus cum liberis ſuis in patris adoptivi poteſtatem tranſit. §. 11. *Inſt. Adopt. l.* 2. §. *f. l.* 15. *pr. l.* 40. *pr. Adopt.*

„ Atque hactenus arrogatio eſt modus acquirendi juris in perſonam naturalis; quia uterque de ſuo jure diſponit. At jus civile ſolennitates quaſdam addidit, ſcil. quod principis auctoritate fieri debeat, §. 1. *Inſt. de adopt.* & cauſæ cognitio præcedere. *l.* 15. §. 4. *Eod.* Sed & ſpecialiter ſtatutum eſt, ut impuberes arrogari poſſint. §. 3. *Inſt. Eod.*

Pater autem filium ſuum eo modo dare alteri non poteſt] „ Auctor hic diſtinguit inter *arrogationem*, & *adoptionem*; ac per *illam* arrogatum tranſire in familiam alterius, ait, non vero per *adoptionem*: Additque rationem, quia *arrogatus* patrem non habet, adeoque ipſe de jure ſuæ familiæ diſponere poteſt. In *adoptione* vero, ait, patrem ſubjiciendo filium alterius poteſtati, & familiæ, officio ſuo ſeſe exſolvere non poſſe. At nullam video rationem, quæ impediat quo minus pater filium NB. conſentientem, (nam filius invitus non tranſit in alienam familiam. *L.* 5. *ff. l.* 10. & 11. *C. adopt.*) alienæ familiæ ſubjicere, ac hactenus ſeſe officio paterno exſolvere poſſit; uterque enim, & pater, & filius, de ſuo jure diſponit: idque jure Romano antiquo ita obtinuit, *pr. Inſt. de Adopt. l.* 4. *C. Decur.*

„ Juſtinianus demum diſtinxit *inter* adoptatos ab extraneo, & *inter* adoptatos ab aſcendente: & *priori* caſu jura patris naturalis non diſſolvi, ſtatuit, ſed ſolam ſucceſſionem ab inteſtato adoptaris deferri, §. 2. *Inſt.* & *L.* 10. *C. adopt. pr. Inſt. Eod.* filium autem jus cognationis, & familiæ retinere. Hinc dignitatem patris naturalis ſequitur, patri ſuo naturali ſuccedit: & ſi adoptivus alere nolit, pater naturalis alere filium tenetur. Ratio differentiæ eſt, quod *poſteriori caſu* aſcendens natura quoque ſit pater, vel patris loco: adeoque filius adoptatus jura cognationis, & familiæ non noviter acquirit, ſed continuat. Hoc igitur caſu cum liberis in adoptantis poteſtatem tranſit, §. 2. *Inſt. adopt.* & dignitatem, ac forum patris adoptivi ſequitur. *d.* §. 2. *dict. l.* 10.

Id enim natura non ſinit] „ Cur non? agitur enim ſaltem de jure educandi, alendi, & ſuccedendi: nec non de juribus, & privilegiis familiæ, &c.; quæ omnino a diſpoſitione noſtra dependent.

„ Cæterum jura ſanguinis nec per arrogationem amittuntur; hinc filius talis inceſtum, & parricidium committit, &c. *l.* 23. *ff. adopt.*

Sed poteſt filium alteri commendare] „ Equidem jus alendi, & educandi adeo cohæret negotio generationis, ut ſeparari a generantibus non poſſit. Parentes ergo alere liberos neceſſario tenentur; at non præciſe opus eſt ut ipſi id faciant, ſed ſufficit per alios id exequi: quod fit per adoptionem. Effectus tamen inſignis hic eſt, quod ſi pater adoptivus alere filium non poſſit, naturalis patris officium ſubſiſtat, illeque ad alendum cogi poſſit.

Ad §. XXVII.

Ignobiliſſima] „ De nobiliſſima, ſcil. arrogatione, egit §. *praced.* 1

Qua quis ſe dat in ſervitutem perfectam] „ Qua domino jus in vitam, operas, & res ſervi quæritur: ut in caſu §. 4. *Inſt. jur. perſ.*

Alea jactu] „ Facere id quoque ſoliti fuere Hunni: *Ambroſius in Tobiam c. XI.* Chinenſes, aliique Americæ populi. *Paſchaſius Juſtus de alea L.* 1. *Thomas Hyden, de ludis Orientalium: Voyage de Schouten Tom. I.*

Ex contractus formula ſerviant] „ Apud „ Hebræos ſe in ſervitutem addicere licuiſſe, „ patet ex *Seld. de I. C. l. 6. c. 7. Vid. Exod.* „ *2. n. 6.*

2 *Eſt autem ſervitus perfecta, quæ perpetuas operas debet pro alimentis*] Hæc deſcriptio omnibus mercenariis perpetuis congruere poteſt. Sane promiſſione operarum libertas non minuitur, nedum tollitur; ſed potius debentur vi libertatis, quia cuique hominum jus competit diſponendi de juribus ſuis. *Poſ. V. n. 1.*

Hi ergo mercenarii omnia ſibi acquirunt, & ex pacto, ſeu diſpoſitione demum tenentur aliis reddere, & præſtare, ſi convenit, ut non tantum operæ, ſed & res dominorum eſſe debeant.

Servitus vero eſt privatio libertatis, qua homo deſinit eſſe membrum ſocietatis humanæ: qua exſtinguitur facultas agendi quod ſibi lubet, & ubi ſuccedit neceſſitas agendi quod domino lubet; ita ut ſervus fiat merum inſtrumentum domini. Talis igitur ſervus nullam rem ſibi acquirere poteſt, nec operam ſibi præſtare; ſed ex quolibet facto acquirit domino, quaſi hic ipſe feciſſet.

Hæc ſervitus jure gentium ſecundario introducta eſt in bellis, ſeu captivitate, §. 2. & 3. *inſt. de jur. perſ.* Ita introducta conſtituitur etiam aliis modis, uti in pœnam, §. 4. *eod.* ſi pretii participandi cauſa venundari ſe paſſus ſit. *d.* §. 4.

Additio.

„ Servitutes a natura eſſe, infra demon- „ ſtrabimus: *Conſ. Diſſ. proœm. XII.* §. 741. „ 742.

Nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis] Non tantum in ſenſu Auctoris id verum eſt, quia de operis ſuis in perpetuum diſponere poteſt; ſed etiam ſi ſupponitur, ſervum alieno dominio ſubjici. Nam cum ſervitus definiatur, privatio omnis libertatis, §. 2. *Inſt. jur. perſ.* i. e. omnis facultatis, quæ hominibus natura competit in ſuas res, & actiones, §. 1. *Inſt. Eod. Poſ. V.* ; facile conſtat, omnia hæc jura ex diſpoſitione in alium transferri poſſe; quanquam jure civili id prohibitum ſit: & nemo civium Romanorum ſe in talem ſervitutem voluntate ſua dare poſſit. *L. 1. l. 4. & tot. tit. C. Quib. ad lib. prov. liceat.*

Nam perpetua iſta obligatio] „ Dixi, ſer- „ vitutem omnem libertatem tollere, cum „ pactum de operis præſtandis, ſalva liber- „ tate contrahi poſſit; Vera ergo ratio, quod „ quis libertati ſuæ renunciare poſſit, hæc „ eſt, quod de rebus, & actionibus ſuis qui- „ libet pro lubitu diſponere queat, excepto „ jure vitæ, & necis: de quo §. ſeq. agendi „ locus erit.

Quam ſæpe non habent] „ Servus non tan- „ tum operas perpetuas alii præſtat pro ali- „ mentis, ſed & omnia acquirit domino: „ adeoque nullum jus neque in res, neque „ in actiones ſuas retinet.

Unde accidit ſæpe] „ At ideo non fiunt „ ſervi.

Multos olim fuiſſe, qui ſuæ imbecillitatis conſcii ſponte ſe aliis &c.] „ Operas tunc „ debebant ex pacto: neque hic vera eſt ſer- „ vitus.

Exemplum addunt alii in Mariandynis] „ Qui Lydis, & Sardis vicini erant. *Herod.* „ *l. 1. p. m. 5.* Videtur ſubjectio illa conti- „ giſſe temporibus Lydi, & Tyrrheni fra- „ trum, qui in Lydia regnarunt, & ſterili- „ tate frugum compulſi ſurtiti ſunt cum par- „ te multitudinis. *Vell. Pat. L. 1. c. 1.* Non „ tamen videntur veri ſervi fuiſſe, quia Crœ- „ ſus eos poſtea ſubjugaſſe dicitur, adeo- „ que populus manſere. *Herod. L. 1. p. m.* „ 5. Magis hæc res illuſtratur exemplo Æ- „ gyptiorum, qui itidem ſe in ſervitutem „ dederunt, ut vitæ neceſſaria impetrarent. „ *Gen.* 47. *v.* 19. & 27. At nec hoc pacto „ ſervi veri facti ſunt, nec libertatem ami- „ ſere: uti vidimus ſupra *pag.* 275. *ſeq.*

AD §. XXVIII.

Jus *autem vitæ, & necis*] Auctor hic quærit, *an naturali jure dominis in ſervos jus vitæ, & necis competat?* & recte id negat. Vita enim a Creatore unicuique hominum conceſſa eſt, cum lege illam conſervandi, *Vid. Poſ. V. n.* 3. Huic legi autem repugnat, jus vitæ, & necis in dominum conferre.

Additio.

„ Fruſtra hæc quæſtio movetur circa ſer- „ vos, qui conſenſu ſuo ſe alterius domi- „ nio ſubmittunt; Id enim nec jure naturæ, „ nec jure Romano licitum eſt, quia nemo „ eſt membrorum ſuorum dominus. Quod „ autem & jure naturæ, & jure Romano, „ ſervi tam bello capti, quam facti tales „ in pœnam, ex quacunque cauſa occidi „ poſſint, infra demonſtrabimus. Conf. *Diſſ.* „ *proœm. XII.* §. 67. 78. 79. & §. 742.

De plena, & interna juſtitia loquor]

 „ Quam

Digitized by Google

,, Quam opponit ei, quod jure gentium ad
,, effectus externos juſtum eſt, atque hacte-
,, nus impune ſaltem fit. Vid. *diſſ. proœm.*
,, *IV.* §. 18. *ſeq.*

Nec quiſquam homo hominem interficere poteſt] ,, Quia nemo jus in alterius vitam,
,, nec eo conſentiente habet.

Niſi is capital commiſerit] ,, Adeoque in pœnam: quam hoſtis quoque meretur.

Quacunque de cauſa ſervum interjecerit]
,, Imo id nullibi ſtatuitur de ſervis, qui
,, conſenſu ſuo alterius dominio ſe ſubjece-
,, runt: niſi in quibuſdam caſibus, ubi in
,, pœnam id leges ſtatuerunt.

Impune fert] ,, I. e. non obnoxius eſt pœ-
,, nis homicidio ſtatutis. Nos alibi probabi-
,, mus, dominos occidere veros ſervos poſ-
,, ſe, non tantum quoad impunitatem, ſed
,, ex ratione quoque naturæ. At tales non
,, ſunt, qui conſenſu ſuo ſervi fiunt. *Vid. di-*
,, *cta ad pr.* §. *b.*

Ut ubique reges, qui liberrimam habent poteſtatem] ,, Male comparantur *reges* cum
,, *dominis.* Hi enim jure ſæviunt in ſervos
,, vere tales, Reges autem in ſubditos non
,, niſi injuria: Adeoque nullo ſenſu admitti
,, poteſt, quod regibus interficere ſubditos
,, ex quacunque cauſa *liceat.* Etſi enim id
,, aliquando de facto fiat, nec actio contra
,, reges detur; non tamen aſſerere poſſu-
,, mus, id *licere.*

Hac comparatione ante non uſus eſt Seneca] ,, Imo Seneca non in eo comparat *do-*
,, *minum*, & *regem*, quod utriſque in ſer-
,, vos, & ſubditos ex quacunque cauſa *im-*
,, *pune* ſævire *liceat*: ſed quod uterque be-
,, neficium tum a ſervo, tum a ſubdito ac-
,, quirere poſſit; Ubi dubium, (quod na-
,, tura beneficii deficiat, quia ſervus non
,, ultro, ſed ex neceſſitate, & metu mali
,, domino bene facit) removet, addendo,
,, reges quoque a ſubditis beneficium acci-
,, pere, quibus tamen æque neceſſitas ob-
,, ſtet: NB. *cum utriſque ſub diſpari titulo*
,, *paria liceant.*

,, Licentia igitur hæc, quæ in ſervos ex
,, jure belli, ſeu ex delicto, in ſubditos ex
,, jure imperii oritur, hactenus eundem ef-
,, fectum producit, ut ſubditi quoque ex
,, *neceſſitate*, & metu mali (ſi nimirum ju-
,, ſta adeſt cauſa) bene cupere regi tenean-
,, tur; quæ *neceſſitas* autem non impedit,
,, quo minus rex a ſubditis beneficium ac-
,, cipere poſſit.

A domino injuriam poſſit accipere] ,, Un-
,, de infert Auctor, ſervum occidi non poſ-
,, ſe, utpote quæ ſumma injuria eſt.

Sed agendi impunitas improprie jus dicitur]
,, Mentem Grotii explicavimus in *Diſſ. pro-*
,, *œm. IX.* §. 65. *& ſeq.* Sed & diximus,
,, Senecam plane alio ſenſu *licentiam* regum
,, in ſubditos intellexiſſe.

Et veteres Romanorum leges] ,, Verba Le-
,, gis XII. tabb. ita ſonant: *uti qui ex pa-*
,, *tre, matreque fam. ejus naſceretur, in*
,, *patrisfam. ejus manu, poteſtate, manci-*
,, *pioque eſſet; haberetque paterf. jus in eum*
,, *vitæ, & necis. Dion. Halic. L.* 2. *Gell. l.*
,, 17. *c.* 19. *Cicero pro Domo. Conſ. L.* 11.
,, *ff. Lib. & poſt. L. ſ. C. de patr. Pot. L.* 5.
,, *de Lege Pompej. de parricid.* Add. *Liv. l.*
,, 1. *c.* 26. *Sen. Beneſ.* 3. 1. Quod jus ty-
,, rannicum vocat *Ariſt.* 8. *Nic.* 12. At ju-
,, ſtitiam legum Romanarum hac in parte
,, vindicavimus in *Diſſert. proœm. XII.* §.
,, 160.

Apud multos populos] ,, Ita Ludovicus
,, Imperator Norimbergenſibus anno 1320.
,, privilegium conceſſit, quo filios inobe-
,, dientes in profluentem demergere patri li-
,, ceret. *Limn. Enucl. L.* 4. *c.* 39. §. 7.

Ad. §. XXIX.

De *his, qui ex ſervis naſcuntur*] ,, Auctor 1
,, quæſtionem hic proponit, *an liberi ex*
,, *ſervis, qui conſenſu ſuo ſe alterius domi-*
,, *nio ſubjecerunt, nati ſint ſervi?* Ubi præ-
,, mittit, jure Romano, & gentium diſtin-
,, gui, an ſola mater; an uterque ſerviat:
,, idque juri naturali congruum non eſſe,
,, aſſerit. Ad ipſam quæſtionem reſpondet,
,, jure naturali non licere uterum in ſervi-
,, tutem ſecum addicere; niſi alia educan-
,, di, & alendi partum ratio non ſubſit.
,, Hinc concludit, jus domini naſci ex ali-
,, mentorum præbitione, illudque reſtitutis
,, impenſis ceſſare: Præterea ſervos tales,
,, ſi immanis ſit domini ſævitia, fuga ſibi
,, conſulere poſſe.

,, Nos in ſequentibus probabimus, natu-
,, rali juri congruum omnino eſſe, ut par-
,, tus ſequatur conditionem matris. At hoc
,, verum ſaltem eſt in ſervis, qui vel jure
,, belli, vel in pœnam ſervi facti ſunt. Nam
,, neque jure Romano illi, qui alieno do-
,, minio ſeſe ſubjiciunt, ſervi fiunt, (niſi
,, pretii participandi cauſa ſeſe venundare
,, patiantur &c.] nedum liberi eorum; ſed
,, illi

Digitized by Google

,, illi ex pacto operas præſtant, hi pro ali-
,, mentis: quibus reſtitutis, obligatio ceſſat.
,, In neutros autem jus vitæ, & necis do-
,, mino competit.

Et jure gentium] ,, Scilicet voluntario:
,, quod hactenus non ex omni parte juſtum
,, eſſe, & effectum ſaltem exter[illegible] juris
,, tribuere dominis, ait. *Vid. diſſert. proœm.*
,, *IX.* §. 65.

Ut dicemus alibi] ,, *L.* 2. *c.* 8. §. 18. &
,, *L.* 3. *c.* 7. §. 2. ubi ex profeſſo hæc quæſtio,
,, an partus ſequatur matrem, tractabitur.

Partus matrem ſequitur: quod tamen juri naturali non ſatis congruit] Auctor negat, jure naturæ partum ſervilem ſequi ventrem; Sed cum & patri, & matri eſſe communem, ait. Nos dicimus, partum hactenus nec patrem, nec matrem ſequi: 1. quia partui a natura propria libertas data eſt, eamque naſcens ſecum in lucem affert. 2. Alia igitur libertas eſt patris, alia filii; & facultates naturales agendi harum perſonarum diſtinctæ ſunt: neque una ſublata, altera tollitur. Neque 3. parentes liberis jura a natura quæſita auferre poſſunt. Sane parentibus 4. jus ſaltem in ſuas actiones competit, non in alienas. Certiſſimum igitur 5. eſt, filios non ſuccedere in libertatem parentum, utpote quam a natura habent immediate: adeoque nec in ſervitutem, quæ eſt privatio libertatis parentum.

Jure naturali ergo partus ſervilis non fit ſervus: at poſtquam *jure gentium* id introductum, & jure Romano approbatum fuit, ut partus ſervilis fiat ſervus; neceſſario inde ſequitur, partum ſequi ventrem. 1. Quia jure Romano pater non eſt niſi ex juſtis nuptiis, quales non ſunt cum ſervo. 2. Quia partus cum editur, incipit in rebus humanis eſſe: adeoque, ex quo de ejus acquiſitione quæritur, eſt pars matris, non patris; eodem modo uti ſemen injectum agro pars agri eſſe incipit: de quo plenius agemus *L.* 2. *c.* 8. §. 16.

Additio.

,, Fruſtra quæſtio hæc movetur circa eos,
,, qui conſeoſu ſuo aliis ſe ſubjiciunt; quia
,, ſervi non fiunt, ſed effectus ſaltem ſervitu-
,, tis, quatenus a conſenſu dependent, in alte-
,, rum transferuntur: nimirum, operarum præ-
,, ſtatio; liberi igitur liberrimi manent. At
,, in veris ſervis naturale eſt, ut partus ſe-
,, quatur matrem, *vid. l.* 3. *c.* 7. §. 2.; at
,, non ad eum effectum, ut domino jus vi-
,, tæ, & necis in liberos competat. *ibid.*

Ubi pater aliqua ratione ſufficiente cognoſci poteſt] ,, I. e. quoties pater certus eſt. Nos
,, infra probabimus, natum ex ſerva, etſi
,, pater certus ſit, ſequi ventrem.

Patres non minus, quam matres, fœtuum curam gerant] ,, Alimenta liberis naturali
,, jure ab utroque parente deberi, late pro-
,, bat Auctor infra *c.* 7. §. 4.

Fœtum utriuſque eſſe communem] Confundit Auctor *dominium* in partum ſervilem, cum *jure educandi*: Hoc utrique parenti commune eſt; dominium autem neutrius, ſed partus ſua natura liber eſt.

Additio.

,, Grotius non aſſerit partum eſſe in do-
,, minio parentum, ſed eſſe communem,
,, i. e. æque portionem corporis materni, ac
,, paterni: indeque eum non magis matrem
,, ſequi, quam patrem. Atque hinc conclu-
,, dit, regulam, quod in ſervilis conditio-
,, nis hominibus partus ventrem ſequatur,
,, juri naturali non ſatis congruere.

,, At infra probabimus, in materia acqui-
,, ſitionum partum eſſe veram portionem ma-
,, tris, adeoque in materia ſervitutis matris
,, conditionem ſequi.

Si lex civilis hac de re tacuiſſet] ,, I. e.
,, Si lex Romana non ſtatuiſſet, *partum de-*
,, *bere ſequi ventrem.* At lex id non ſtatuit
,, in illis, qui conſenſu ſuo ſe in ſervitutem
,, dant.

Partus non minus patrem ſequeretur, quam matrem] ,, Diximus, in ſervilis conditionis
,, hominibus, ubi de acquiſitione dominii
,, agitur, partum ſequi ventrem, etiam na-
,, turali ratione. *Vid. ſup.* ad verba *Fœtum*
,, *utriuſque.*

Utrumque parentem ſervitutem ſervire]
,, Nam in quæſtione, *an partus ſequatur*
,, *ventrem*? ſupponitur, alterutrum gene-
,, rantium eſſe liberum.

An partus ſervilis futurus ſit conditionis]
,, Negat Auctor; niſi alia ratio educandi
,, partum non ſit. Hoc verum eſt, ſi pater
,, ſuo conſenſu ſe in ſervitutem dat: quia
,, plane non fit ſervus, nedum ejus liberi;
,, At in vere ſervis extra dubium eſt, par-
,, tum quoque eſſe ſervilis conditionis. *Vid.*
,, *l.* 3. *c.* 7. §. 2.

Si nulla alia ratio fuerit educandi partum]
,, Partus ex eo, qui jure belli ſervus fa-
,, ctus eſt, natus, citra hanc neceſſitatem
,, ſervus eſt: quia parentes (quorum portio
,, eſt) ſervi ſunt.

In

Digitized by Google

In ſervitutem ſecum addicere] Quod admittendum non eſt. Libertas enim eſt jus natura liberis quæſitum, non ex ſucceſſione, ſed ex creatione. Hoc jus parentes liberis auferre non poſſunt.

Additio.

,, De liberis ſervorum, qui conſenſu ſuo ,, tales facti ſunt, concedimus, nec paren- ,, tes, nec liberos ſervos fieri, & tantum ,, ratione alimentorum teneri; at aliud di- ,, cendum de liberis eorum, qui vere ſervi ,, ſunt.

Etiam in libertate natos] ,, Idque ex ra- ,, tione naturali probavimus *ſupra* §. 5.

2 *Ex ipſa neceſſitate*] ,, Si ſcilicet alia non ,, eſt ratio educandi partum. *Vid. n. præ-* ,, *ced.*

Extra eam non eſt jus parentibus] ,, Si ,, parentes ſervi facti ſunt vel jure belli, ,, vel in pœnam, ipſi prolem ſuam non ad- ,, dicunt in ſervitutem, ſed ipſum jus na- ,, turæ, quod ventrem alieno dominio ſub- ,, jecit, adeoque & ejus partum.

Ex ipſa alimentorum &c. præbitione] ,, Vera eſt ſententia Auctoris in illis, qui ,, ſuo conſenſu ſervi fiunt; At ſi parentes ,, vere ſervi ſunt, jus dominorum in par- ,, tum ſervilem non oritur ex alimentorum ,, præbitione, ſed ex jure belli, vel ex lege ,, ſuperioris.

Cum diu alendi fuerint e ſervis nati] ,, Liberi ex illis, qui vere ſervi ſunt, nati, ,, effugere ſervitutem non poſſunt; non ideo ,, quod diu alendi fuerint, ſed quia portio ,, ſunt matris, quæ alieno dominio ſubje- ,, cta eſt.

Fuga ſibi conſulere poſſe, probabilis ſententia eſt] ,, De liberis eorum, qui ſe alieno ,, dominio ſubjecerunt conſenſu ſuo, id con- ,, cedimus; An autem vere ſervis, & ex ,, eis natis fugere liceat, videbimus infra ,, *l.* 3. *c.* 7. §. 6. *ſeq.*

Ne ſe Dominis ſubtrahant, generale eſt] Rectius reſpondetur, Canones non loqui de eo, quod juris, ſed quod virtutis eſt: commendant ſervis (i. e. qui vere ſervi ſunt) patientiam, non præcipiunt.

Qui omnem ſubjectionem rejiciebant] Imo talis error eo tempore non invaluit, adeoque Canones de eo oppugnando cogitare non potuerunt. Verius igitur eſt, Canones agnoviſſe jus dominorum in ſervos (qui ſc. vere ſervi ſunt); at commendaſſe ne cum rigore eo uterentur.

Ad §. XXX.

Præter *perfectam ſervitutem, de qua jam egi*[illegible]] ,, Et quæ ex hypotheſi Auctoris ,, conſiſtit in præſtatione perpetua operarum ,, pro alimentis, aliiſque vitæ neceſſariis, ,, *vid.* §. 27. *n.* 2.: & quæ legibus quarun- ,, dam gentium infert jus vitæ, & necis, ,, quoad impunitatem ſcil. *vid.* §. 29.; ubi ,, notavimus, talem ſervitutem ex conſenſu ,, ortam neque jure naturali, neque jure ,, Romano cognitam eſſe: adeoque eum, ,, qui talem ſervitutem promittit, ejuſque ,, liberos liberrimos manere.

Sunt & imperfectæ] Per quas perſonæ non ſubjiciuntur alieno dominio, ſed jus ſaltem aliquod reale in perſonas competit, quæ certo prædio, vel glebæ terræ adſcriptæ erant. Hæ ſpecies ſequuntur vel ex diſpoſitione hominis, vel legis; & idem hic obtinet, quod in ſervis, ſcilicet ut partus ſequatur ventrem. *Vid. diſſ. noſtram de jure ſem. ſect.* 1. §. 11.

Additio.

,, Jure naturæ talis homo liber eſt, & ,, tota ratio ſervitutis hic ceſſat; non enim ,, bello capitur: adeoque dominus nec jus ,, vitæ, & necis in eum habet. Quod vero ,, jus aliquod in corpus domino competat, ,, id ex mera hominis diſpoſitione, & vo- ,, luntate oritur: quia ea lege prædio ad- ,, dicitur, glebæque adſcribitur. Quod vero ,, liberi quoque conditionem ſequantur ma- ,, tris, id partim ex eo eſt, quod liberi ,, ſint portio viſcerum maternorum: partim ,, ex eo, quod nullum jus ex ſe, ſed a pa- ,, rentibus habeant. De quo plenius infra *L.* ,, 2. *c.* 8. §. 18.

Ut quæ aut in diem ſint] ,, Ut ſeptem ,, annorum ſervitus apud Hebræos, aut ad ,, Jubilæum uſque. *Gron. h.*

Aut ſub conditione] ,, Quo pertinent ſta- ,, tu liberi.

Aut ad res certas] ,, Quo refert merce- ,, narios &c.

Libertorum] ,, I. e. eorum, qui ex juſta ,, ſervitute manumiſſi ſunt. *pr. inſt. de liber-* ,, *tin.* Unde manumiſſio dicitur quaſi e ma- ,, nu, ſeu poteſtate miſſio. Apud Romanos ,, manumiſſio erat vel publica, ubi publica ,, auctoritate manumittebatur ſervus: ut 1. ,, vindicta, 2. cenſu luſtrali, 3. in eccleſia,

Digitized by Google

,, 4. teſtamento ; Vel privata, ubi privatim
,, manumiſſio fiebat : ut coram quinque te-
,, ſtibus 1°. inter amicos, vel 2°. per epi-
,, ſtolam, item 3°. nominatione filii : §. 1.
,, *Inſt. de libertin.* Servi ita manumiſſi fie-
,, bant vel cives Romani, vel Latini, vel
,, dedititii : §. *f. inſt. eod.* Cives Romani au-
,, tem tantum fiebant illi, qui publica au-
,, ctoritate manumittebantur. *L. un.* §. 1. *ſeq.*
,, *C. Lat. lib. toll.* vid. *Hyp. Inſt. B. Parentis*
,, *tit. de libertinis.*

Statu liberorum] ,, Statu autem liber eſt,
,, qui ſtatutam, & deſtinatam in tempus,
,, vel conditionem, libertatem habet : *L.* 1.
,, *pr. ff. Stat. lib.* vel cui relicta eſt directa
,, libertas in diem, vel conditionem certam.
,, *L.* 69 §. 2. *ff. evict.*

Nexorum] ,, Qui ob æs alienum credito-
,, ribus operas præſtabant, ſive ultro, ſive
,, ex ſententia judicis, & plerumque in vin-
,, culis : *Livius*, 2. 24. & 27. *item l.* 8. *c.*
,, 28. *Varro l.* 6. *de ling. lat.* 82. *Vid. Gron.*
,, *b.* Modum deſcribit *Gell. Noct. Att.* 20. 1.
,, de ejuſmodi nexis, qui terram fodiebant :
,, vide *Florum* 3. *Appian. Bell. Pun. c.* 8.
,, *Sen. de Benef.* 7. 10. *Lucan.* 7. *n.* 402. *a-*
,, *pud Teſm. b.*

Addictorum] ,, Qui certo prædio addice-
,, bantur, ſive pacto, ſive ſententia judi-
,, cis : atque operas præſtabant. *Cic. pro*
,, *Flacc.* 20. 2. *de Orat.* 63. *Gron. b.*

Adſcriptorum glebæ] ,, Qui adeo glebæ
,, adhærent, ut gleba alienata etiam homi-
,, nes illi alienentur : *tot. tit. C. de agric.*
,, & *cenſit. Conan.* 2. 10. *Gudel. de jur. nov.*
,, 1. 5. *Grœnweg ad tit. C. de Colon. Illyr.*
,, *vid. Teſm. b.* Similes ſunt Wildfangi in
,, Palatinatu : *B. Par. jur. publ. c.* 14. §. 14.
,, *Beſoldus* & *Webner voce Wildfang.* & in
,, terris Marchicis, Pomeranis, ac Boruſſi-
,, cis, ſubditi, *die Unterthanen.*

Peneſtarum apud Theſſalos] ,, *Gron. b.*
,, Adde Comites apud Germanos. *Tac. de*
,, *M. G.*

,, Peneſtæ autem dicuntur a græco πενεσται,
,, ob paupertatem ſic vocati : quia pauper-
,, tate preſſi aliis ſerviebant : *Ariſt.* 2. *pol.* 7.
,, *Halic. II. Alex ab Alex. Gen. dier.* 3. *c.*
,, 20. *ibique Tiraqu. Thuan. lib. XIX. pr.*
,, *Teſm. b.*

Manus mortuas] ,, Vid. *Gron. b.* Unde
,, apparet, aliud quid eſſe ſervitutem hanc,
,, ac alienatio, quæ dici ſolet *ad manus*
,, *mortuas* : i. e. quæ fit in ſocietates, quæ
,, nunquam moriuntur ; uti ſi res venditur
,, civitati, eccleſiæ &c.

Ob eam, quam ſupra diximus] ,, Natu-
,, rali enim jure partum utriuſque, & pa-
,, tris, & matris, eſſe communem, Auctor
,, docuit *ſupra* §. 29. *n.* 1. Hac hypotheſi
,, poſita partum pro parte liberum, adeo-
,, que hactenus ſervitutem hanc eſſe imper-
,, fectam, putat. Nos in præcedentibus di-
,, ximus, partum ſervilem neceſſario matrem
,, ſequi ; eſt enim pars viſcerum materno-
,, rum, i. e portio ventris, qui alterius do-
,, minio eſt ſubjectus.

Ad §. XXXI.

Hactenus de privata ſubjectione egit Auctor : jam de publica agitur, qua ſcilicet populus alii populo ſe in ditionem dat. Cum enim imperium cuique populo jure proprio competat, is de eo diſponere, illudque in alium transferre, adeoque ſuo juri natura quæſito renunciare poteſt ; prout ergo populus ille diſponit, ita jus eſt. *Poſ. VI.* vide ſupra *L.* 1. *c.* 3. §. 8. Diximus autem eodem *c.* 3. §. 11., & 12., per talem ſubjectionem libertatem privatorum non mutari, & nil niſi jus imperii, i. e. facultatem diſponendi de juribus publicis transferri. Si enim talis caſus dari poſſet, ut ſinguli quoque ſe in ſervitutem alii populo dedant, deſineret eſſe populus, & civitas illa inciperet eſſe familia privata.

Publica ſubjectio eſt] ,, Subjectionem enim,
,, quæ ex conſenſu oritur, Auctor fecit vel
,, privatam, vel publicam. *Vid. ſupra* §. 26.

Aut etiam populo alteri] ,, Ita enim plures
,, gentes ſe populo Romano ſubmiſerunt.

In ditionem dat] Jure autem id fieri poſſe, vidimus *l.* 1. *c.* 3. §. 8. ; ubi diximus, natura jus imperii competere humano generi, eoque diviſo ſingulis civitatibus in ſolidum : adeoque civitates illas de jure ſuo pro lubitu diſponere, indeque imperium in alium transferre, ſive plene, ſive pro parte, poſſe.

Additio.

,, Summam poteſtatem originarie patribus
,, familias competiiſſe, non humano generi,
,, alibi demonſtravimus.

Perſæ hoc vocabant aquam, & *terram dedere*]
,, Hujus formulæ quoque fit mentio in dedi-
,, tione Caudina apud *Liv.* 9. 9. Vid. *Gron.*
,, & *Teſm. b.*

Sunt & *alia minus perfecta*] ,, Uti in *pri-*

„ *vata* ſubjectione Auctor diſtinguit inter
„ perfectam, & minus perfectam: ita & in
„ *publica* dari minus perfectas, ait. *Vid. ſu-*
„ *pra* §. 27. *n.* 2., & §. 30.

Aut habendi modo] „ Si ſcilicet jus im-
„ perii populus retinet, ſed plenam admi-
„ niſtrandi facultatem in alium transfert: ut
„ in dictatorem contulerunt Romani. De quo
„ late actum eſt *L.* 1. *c.* 3. §. 11.

Aut quoad imperandi plenitudinem] „ Si
„ ſummum imperii jus translatum eſt, ſed
„ ſub certis conditionibus, quæ jus illud
„ admodum reſtringunt; de quo egimus *L.*
„ 1. *c.* 3. §. 14. & 16. Vel ſi alius cum eo,
„ qui jus imperii habet, in adminiſtratione
„ concurrit, *ibid.* §. 17.

AD §. XXXII.

Ex *delicto ſubjectio, etiam non accedente conſenſu, naſcitur*] „ Auctor initio hujus
„ capitis dixit, jus aliquod acquiri ex gene-
„ ratione, conſenſu, & delicto: *Vid.* §. 1.
„ *h. c.* De jure, quod ex generatione, &
„ conſenſu oritur, actum eſt §. 1. & *ſeq.*
„ Sequitur nunc jus, quod in perſonas naſci-
„ tur ex delicto, etiam citra conſenſum.

Quoties qui meruit libertatem amittere] Quæritur, *an ſervus quis poſſit fieri ex delicto?* Auctor recte id affirmat; Nam cum jure naturali magiſtratui jus puniendi competat, neceſſario ſequitur, eum uti vitam, ita & libertatem delinquentibus auferre poſſe. Atque hinc Romani legislatores reos variis ex cauſis in ſervitutem detruſerunt; quo pertinent ſervi pœnæ, qui pretii participandi cauſa venundare ſe paſſi ſunt. &c. *Vid.* §. 4 *Inſt. jur. perſ.* §. *f. Inſt. His qui ſui, vel al. jur.*

Ab eo, cui pœna exigenda jus eſt] „ I. e.
„ legitimo magiſtratu; non ergo ſervus fit,
„ qui a prædone, vel latrone libertate pri-
„ vatur.

Non ſinguli tantum privata ſubjectione]
„ Ubi ſingulis libertas aufertur.

Ut Romæ qui ad dilectum non reſpondebant] „ Auctor intelligit eos, qui citati ut
„ ſacramentum dicerent, non comparuerunt.
„ *L.* 20. *ff. Com. div. L.* 4. §. 40. *Re milit.*

Fœminæ, quæ ſe ſervo alieno junxiſſent]
„ *Vid. Tit. C. mulierib. quæ ſe propr. ſerv.*
„ *junx. Tac.* 12. *ann.* 53. *Suet. Veſp.* 11.
„ *Grot. l.* 2. *c.* 20. §. 2.

Populi publica ex publico delicto] „ De
„ his pœnis populi publicis Grotius agit *l.*
„ 2. *c.* 21. §. 7. *n.* 2. Si populus in alterius
„ populi jus, & poteſtatem tranſit, ſingu-
„ lorum libertas ſalva manet, & civitas ni-
„ hil amittit, niſi facultatem ſtatuendi de
„ juribus ſuis publicis: ſi ſinguli ex populo
„ ſervi fiunt, tunc deſinit eſſe populus,
„ neque ea ſervitus eſt publica, ſed privata.
„ *Vid. ſupr. L.* 1. *c.* 3. §. 12.

Quod populi ſervitus per ſe perpetua eſt]
„ Diximus, veram ſervitutem publicam non
„ dari, & eam, quam Auctor hic ſtatuit,
„ improprie dici ſervitutem; cum libertas
„ ſingulorum non tollatur, ſed ſaltem im-
„ perium, quod civitati antea proprium fuit.
„ Hoc enim imperium in perpetuum aufer-
„ tur: & hactenus civitas ab alieno arbitrio
„ dependet, aliiſque ſervit.

Quia ſucceſſio partium non impedit, quo minus ſemper idem ſit populus] „ Nam civis,
„ qui noviter conſtituitur, ſuccedit in jus,
„ quod priores habuere; civitas enim ſem-
„ per eadem eſt, etſi perſonæ mutentur.
„ Unde civitates immortales dicuntur: de
„ quo plenius infra agemus, *c.* 9. §. 3. &
„ *ſeq.* & §. 11.; conf. omnino *L.* 2. *c.* 20.
„ §. 1. *n.* 8.

At ſingulorum ſervitus pœnalis perſonas non egreditur] Jure naturæ id verum eſt, *L.* 2. *c.* 21. §. 19. & 20.; at jure gentium ſecundario ad partum quoque tranſit: & ibi diſtinguitur, an ante, an poſt pœnam conceptus ſit partus. *Vid. pr. Inſt. de ingenuis.*

Additio.

„ Jure naturæ ſervitutem etiam ad libe-
„ ros pertinere, & partum ventrem ſequi,
„ probavimus ſuo loco.

Utraque autem ſervitus, tam privata, quam publica, pœnalis eſſe poteſt, aut perfecta &c.] „ Quænam ſervitus privata ſit per-
„ fecta, vel imperfecta, explicavit §. 27.
„ *n.* 2. & §. 30.; quæ vero publica ſit per-
„ fecta, aut imperfecta, expoſuit §. 31.

De ſervitute vero tam privata, quam publica, quæ ex jure gentium oritur voluntario] „ Adeoque diſtinguit Auctor ſervitu-
„ tem, quæ ex conſenſu, vel delicto ori-
„ tur, & quam jure naturali in præſtatione
„ operarum pro alimentis conſiſtere putat: ab
„ ea, quæ ex captivitate, adeoque jure belli
„ oritur, & quam juri gentium voluntario tri-
„ buit; cujus effectum eſſe, ait, ut 1. non tan-
„ tum ii, qui ſe dedunt, ſed omnes capti ſervi
„ fiant;

„ fiant: 2. ut poſteri quoque in ſervitutem „ ſuccedant: 3. ut jus vitæ, & necis in ſer- „ vos competat. *l.* 3. *c.* 7. §. 3. 4. 5. 6. & *ſeq.* „ Nos jam demonſtravimus, ſervitutem „ jure naturali non conſtitui pacto, ſed ca- „ ptivitate, vel in pœnam. Utroque modo „ jus vitæ, & necis domino acquiritur in „ ſervos, non in eorum liberos. Adeoque „ effectus allegati non proprii ſunt juri gen- „ tium voluntario: quale non datur.

C A P U T VI.

De acquiſitione derivativa facto hominis; ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.

I. *Ut alienatio fiat, quid requiratur in dante:*

II. *Quid in accipiente.*

III. *Imperia alienari poſſe interdum a rege, interdum a populo.*

IV. *Imperium in partem populi alienari parte invita a populo non poſſe.*

V. *Nec ipſam partem in ſe imperium poſſe alienare, niſi in ſumma neceſſitate.*

VI. *Cauſa diverſitatis.*

VII. *Imperium in locum poſſe alienari.*

VIII. *Rejicitur ſententia ſtatuens, ob utilitatem, aut neceſſitatem, recte a rege imperii partes alienari.*

IX. *Infeudationem, & oppignorationem ſub alienatione contineri.*

X. *Etiam ad alienandas juriſdictiones minores requiri populi conſenſum, aut ſpecialem, aut per conſuetudinem.*

XI. *Patrimonium populi a regibus alienari non poſſe.*

XII. *Diſtinguendas res, quæ in fructu ſunt patrimonii, a rebus patrimonii.*

XIII. *Partes patrimonii oppignorari a regibus quatenus poſſint, & cur?*

XIV. *Teſtamentum alienationis eſſe ſpeciem, & juris naturalis.*

I. 1. ACquiſitione + derivativa noſtrum fit aliquid [1] + facto hominis, aut legis. + Homines rerum domini, ut dominium, + aut totum, aut ex parte (aa) transferre poſſint, [2] juris eſt naturalis + poſt introductum dominium; + ineſt enim hoc in ipſa dominii, + pleni ſcilicet, natura. Itaque [a] Ariſtoteles: ὅρος τοῦ οἰκεῖον εἶναι, ὅταν ἐφ' αὐτῷ ᾖ ἀπαλλοτριῶσαι + *proprietatis definitio eſt, ubi penes nos eſt jus alienandi.* + Duo [b] tamen notanda ſunt, alterum in dante, alterum in eo, cui datur. + In dante, non ſufficere [3] actum internum voluntatis; + ſed ſimul requiri aut verba, aut alia ſigna externa: quia + actus internus, [4] ut alibi diximus, [5] non eſt congruens naturæ ſocietatis humanæ.

[a] 1. *Rhet.* v.

[b] *Soto lib.* 1 v. *q.* 5. *a.* 1.

2. + Ut vero traditio etiam requiratur, [c] ex lege eſt civili; quæ quia a multis gentibus recepta eſt, + jus gentium improprie dicitur. + Sic alicubi uſurpatum

[c] *Leſſ. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 3.

GRONOVII.

1 *Facto*] Beneficio, opera.

2 *Juris eſt naturalis*] §. 40. Inſtit. *de R. D.*

3 *Actum internum*] Mentis nutum.

4 *Ut alibi diximus*] 2, 4. 3. *it.* 2, 4, 26. *it.* 2, 20, 18, & 39.

5 *Non eſt congruens*] Idoneus ad communicationem inter homines, qui pectora inſpicere nequeunt.

(aa) Confer in hanc rem PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. IV. Cap. 9. *J. B.*

Digitized by Google

patum videmus, ut [6] profeſſio apud populum, aut magiſtratum, & [7] relatio in acta requiratur; + quæ omnia ex jure eſſe civili, certiſſimum eſt. Actus autem voluntatis, quæ ſigno exprimitur, intelligi debet [a] [8] voluntatis rationalis.

II. + Viciſſim + in eo, cui res datur, + ſepoſita lege civili, + requiritur naturaliter voluntas accipiendi, [9] + cum ſuo ſigno; + quæ voluntas ordinarie [10] ſequitur dationem, + ſed poteſt & præcedere, puta ſi quis quid dari, aut concedi ſibi, petierat: + cenſetur enim durare voluntas, niſi mutatio appareat. + Cætera, quæ tum ad juris conceſſionem, tum ad acceptionem requiruntur, d L. II. c. 12. + & quomodo fieri utrumque poſſit, infra in capite de promiſſis [d] tractabimus; nam in hoc [b] + alienandi, & promittendi par eſt ratio, + jure quidem naturali.

III. Sicut autem res aliæ, ++ ita & imperia alienari (bb) poſſunt ab eo, [11] cujus in dominio vere ſunt, id eſt, [12] + ut ſupra oſtendimus, a rege, + ſi [13] imperium in patrimonio habeat: + alioquin [c] + a populo, + ſed accedente regis conſenſu; quia is quoque jus aliquod habet, quale uſufructuarius, quod invito auferri non debet. Et hæc quidem procedunt + de toto imperio ſummo.

IV. In partis alienatione + aliud inſuper requiritur, [d] + ut etiam pars, de qua alienanda agitur, conſentiat. Nam qui in civitatem coëunt, + ſocietatem quandam contrahunt perpetuam, & immortalem, + ratione [14] partium, quæ integrantes dicuntur: unde ſequitur, + has partes non ita eſſe ſub corpore, ut ſunt partes corporis naturalis, + quæ ſine corporis vita vivere non poſſunt, & ideo in uſum corporis recte abſcinduntur. Hoc enim corpus, de quo agimus, + alterius eſt generis, voluntate contractum ſcilicet; ac propterea + jus ejus in partes [15] ex primæva voluntate metiendum eſt, + quæ minime credi debet talis fuiſſe, ut jus eſſet corpori partes & abſcindere a ſe, + & alii in ditionem dare.

V. Sic viciſſim parti jus non eſt a corpore recedere, [e] + niſi evidenter ſe aliter

GROTII.

a *Voluntatis rationalis*] Caſſiodorus II, 11. *Alienatio rerum ſolidum deſiderat habere judicium.*

b *Alienandi, & promittendi par eſt ratio*] Ideoque etiam dona abſentibus per internuntios mitti poſſunt, ut *Servius* notat ad illud IX. Æneidos, *cum jungeret abſens.* (verſ. 361.)

c *A populo*] *Bal.* & *Oldradus* in c. intellecto. de jurejurando. Idem *Baldus* conſ. 327. n. 7. Cardinalis *Thuſchus* p. p. concl. 40. n. 1. & concl. 694. Exempla apud *Haræum* tomo II. in anno MDXXVI. & *Guicciardinum* libro XVI.

d *Ut etiam pars, de qua alienanda agitur, conſentiat*] *Gail.* 11. de pace publica, c. XV. n. 14. vide *Serranum* in Carolo Sapiente, (*Pag.* 194. *Ed. Pariſ.* 1627.) & eundem in Franciſco I. ubi de Burgundia ſermo. (*Pag.* 565.)

GRONOVII.

6 *Profeſſio apud*] Ut in teſtamento calatis comitiis.

7 *Relatio in acta*] §. 2. Inſtit. *de donat.*

8 *Voluntatis rationalis*] Humanæ.

9 *Cum ſuo ſigno*] Aliquo indicio externo, quod oculis, vel auribus accipiatur.

10 *Sequitur dationem*] Poſterior eſt tempore, quam datio,

11 *Cujus in dominio vere ſunt*] Cujus omne jus in eis, & arbitrium eſt.

12 *Ut ſupra oſtendimus*] 1, 3. 12.

13 *Imperium in patrimonio*] 1, 3. 11. & 12.

14 *Partium, quæ integrantes*] Civitatum, optimatium, provinciarum.

15 *Ex primæva voluntate*] Non ex eo, quod poſſunt tolerare: ſed ex eo, quod initio, cum coirent, convenit ut tolerarent.

(bb) Vide PUFENDORF. Lib. VIII. Cap. 5. §. 9. *& ſeqq.* *J. B.*

GROTII.

e *Niſi evidenter ſe aliter ſervare non poſſit*] Confer quæ infra hoc libro c. XXIV. §. 6. Hac de cauſa abſolutus a Spartanis Anaxilaus, qui Byzantium fame cogente dediderat. *Xenophon* hiſtoriæ

Digitized by Google

aliter ſervare non poſſit: nam, [16] + ut ſupra diximus, in omnibus iis, + quæ humani ſunt inſtituti, + excepta videtur neceſſitas ſumma, + quæ rem reducit ad merum jus naturæ. Auguſtinus de Civit. Dei, lib. [e] XVIII. *In omnibus fere gentibus quodammodo vox naturæ iſta perſonuit, ut ſubjugari victoribus mallent, quibus contigit vinci, quam bellica omnifaria vaſtatione deleri.* Itaque in juramento Græcorum, [f] quo Græci, qui ſe Perſis ſubjeciſſent [17] devovebantur, additum fuit, *μὴ ἀναγκασθέντες· + niſi plane coacti.*

e c. 2.

f Herod. Polyhym. ſeu lib. VII. c. 132.

+ VI. [18] + Atque hinc ſatis intelligi poteſt, cur hac in re [19] majus ſit jus

• partis

riæ Græcæ 1. (c. 3. §. 12.) Anaſtaſius Imperator etiam gratias agit præfectis, qui Martyropolim Perſis dediderant, quia defendi nequibat. Procop. περὶ κτισμάτων. (Lib. 3. c. 2.) Idem *Procopius* IV. Gotthicorum: λιμῷ γὰρ οὐκ οἶδεν ἡ ἀρετὴ συνοικίζεσθαι, πεινῶντι καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ ἀνεχούσης τῆς φύσεως· *cum fame habitare virtus recuſat, nec fert natura, ut iidem & eſuriant, & agant fortiter.* (Cap. 23.) Et apud *Annam Comnenam* libro V. epiſtola Cephalæ de Lariſſa obſeſſa ad Imperatorem Alexium: ἀνάγκῃ δουλεύοντες (καὶ τί γὰρ δεῖ πρὸς φύσιν καὶ τὴν ἐκ ταύτης τυραννίδα ποιεῖν;) γνώμην ἔχομεν τὸ φρούριον παραδοῦναι τοῖς ἐγκειμένοις καὶ φανερῶς ἀποπνίγουσιν· *Neceſſitati ſervientes (quid enim contra vim naturæ agi poteſt?) conſtituimus oppidum tradere iis, qui nos non obſident tantum, ſed, quod manifeſtiſſimum eſt, ſtrangulant.* (Cap. 4.)

GRONOVII.

16 *Ut ſupra diximus*] 2, 2. 6.

17 *Devovebantur*] Juraverant, ſe eos δεκατεύειν Apollini; quod eſt vel decimas ſpoliorum conſecrare, vel decimum quemque ſupplicio deſtinare. *Herod.* Polyh. ſive lib. 7. cap. 132. pag. 457. *Juſtin.* 11, 3. *Diodor. Sic.* 11, 65. τὴν δεκάτην ἐξ αὐτῶν τῷ Θεῷ καθιερώσαντες. *Plutarch.* Sulla p. 464. τῆς χώρας αὐτῶν ἀποτεμόμενος τὴν ἡμίσειαν τῷ Πυθίῳ καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ καθιέρωσεν, ἐκ τῶν προσόδων κελεύσας ἀποδίδοσθαι τὰ χρήματα τοῖς θεοῖς, ἅπερ αὐτὸς εἰλήφει. *Dio* lib. 64. p. 722. δεκατεύειν. Ad *Hebr.* 7, 5. ἀποδεκατοῦν τὸν λαόν.

18 *Atque hinc &c.*] Neſcio quare tam ſollicite, ac ſubtiliter hæc diſputet Auctor, ac religionem injiciat principibus alienandæ partis ſummi imperii, vel finium: quaſi quiſquam ad hoc proclivis eſſet. Utinam tam facile illos dedocere poſſet, ne agerent, ferrent, raperent aliena; quam facile obtinebit, ne quid ultro alienent! Fruſtra movetur hæc quæſtio extra caſum neceſſitatis; alioquin hoc ſcio vehementer inculcare duo hominum genera: alterum, qui privilegia, quæ principes, ac reges populis, ac civitatibus dederunt, atque illis munierunt potentiam ſuam, irrita reddendi occaſionem quærunt: alterum, qui æternos volunt ſervare titulos ſemel acquiſitæ poſſeſſionis, hoc eſt, ſemina bellorum; ut cum Franci negant, *Franciſco primo* captivo jus fuiſſe *Carolo quinto* cedendi regnum Neapolitanum, ducatum Inſubriæ, & provincias Belgicas, quæ regni Galliæ feudum erant. Quam ſancte, & pie illi faciant, ipſi viderint. Principes, aut populi regnantes peſſime faciunt, ſi illud jus ſummi imperii, quod cum ſalute inferiorum conjunctum eſt, temere minuunt: aut ſi populos, quos tueri, ac defendere debent, retinendo, projiciunt, ac deſerunt. At ubi in eas anguſtias ſunt redacti, ut niſi aut concedendo aliquid de jure ſummo, aut alienando partem populi, non poſſint ſervare reliquum; quare minus eis liceat in partes, quam partibus in ſimili neceſſitate adverſus totum corpus, cauſam non video. Niſi ſtulti fuerunt illi veteres, qui magni animi eſſe putabant, etiam in principe, dicere de fortuna: *Si celeres quatit pennas, reſigno quod dedit:* qui tyrannorum adſcribebant conſiliariis, de regno non eſſe deſcendendum, niſi pedibus traharis.

Dicit, has partes non ita eſſe ſub ſuo corpore, ut ſunt partes corporis naturalis, quæ ſine corporis vita vivere non poſſunt, & ideo in uſum corporis recte abſcinduntur. Hinc plane contrarium ſequitur; quoniam enim hæ partes ſine hoc corpore vivere poſſunt, minore religione abſcinduntur, quam partes corporis naturalis, quæ abſciſſæ intereunt. [At alia eſt ratio Partium Civitatis, quæ in ſuam tantum utilitatem, & ſuâ voluntate, Corpori junguntur; adeoque non cenſentur in id conſenſiſſe, ut Corpori liceret, eas à ſe abſciſſas alterius Civitatis membra facere. *J. B.*] Servare velle primum, ac præcipuum eſt, quod reſpicit & princeps, & corpus, quicumque faciunt partem ſui: dein ſervare in corpore, ut nunc eſt. Quod ſi obtineri nequit, nulla invidia eſt, contentum eſſe priori, & ſervandos, quemcumque fortuna dederit, alii mandare potius, quam ſecum ſinere interire; aut ſibi licentiam tantam reſervare ad pacta turbanda, jusjurandum violandum, ferro, & igne ſæviendum, hoc prætextu, quaſi alienare non licuerit.

Dicit, partem uti eo jure, quod ante initam ſocietatem habuit: corpus non item. Quare? annon perinde ut parti jus fuit ſubjiciendi ſe, aut addendi corpori cui liberet: ita & corpori jus fuit recipere in partem quos vellet volentes, quos nollet repellere? Hoc ergo nunc jure utitur abſcindens, quos ſecum eſſe non vult, quia non poteſt ſervare, aut ſi vult, fruſtra vult.

Ut removeat quod objicit ſibi, imperium eſſe

in

partis ad ſe tuendam, quam corporis in partem: quia pars [20] + utitur jure, (cc) quod ante ſocietatem initam habuit, [21] + corpus non item. Nec dicat mihi aliquis, imperium eſſe in corpore [22] tanquam in ſubjecto, ac proinde + alienari ab eo poſſe [23] ut dominium. Eſt enim in corpore, ut [24] ſubjecto adæquato, + non diviſibiliter in plura corpora, ſicut anima eſt in corporibus perfectis. + Neceſſitas autem, [25] + quæ ad jus naturæ rem reducit, hic locum habere non poteſt: + quia in eo jure naturæ + uſus quidem comprehendebatur, ut [26] eſus, detentio, quæ ſunt naturalia; + at non alienandi jus, + quod facto humano introductum eſt, + atque ideo inde menſuram accipit.

VII. + At imperium + in locum, id eſt, pars territorii, puta non habitata, aut deſerta, quo minus + a populo libero alienari poſſit, + aut etiam a rege, accedente populi conſenſu, quid obſtet, non video: + nam populi [27] pars, quia liberam habet voluntatem, jus quoque habet contradicendi; at territorium, & totum, + & ejus partes ſunt + communia populi pro indiviſo, + ac proinde ſub arbitrio populi. At imperium in populi partem + ſi alienare populo non licet, + ut jam diximus, + multo minus regi + imperium etſi plenum habenti, attamen non plene, + ut ſupra diſtinximus.

VIII. Quare

in corpore ut ſubjecto, ac perinde alienari poſſe, ut & dominium privati; dicit eſſe quidem in corpore ut ſubjecto, ſed ut ſubjecto adæquato, non diviſibiliter in plura corpora, ſicut anima in corporibus perfectis. Sane anima partem corporis, quamdiu ſana eſt, deſerere non poteſt: ſed ſi pars morbo, aut ulcere ita affecta eſt, ut animam ſuſtinere diutius non poſſit, ſe retrahit illa ad partes validiores, & intelligit, immedicabile vulnus eſſe recidendum, ne pars ſincera trahatur. Sic illa reliquo corpori conſulit, miſſa parte, non ſibi tantum, ſed prorſus perdita, & mortua. Quanto levius hoc ferendum in corpore artificiali, de quo quæ ſeparantur, non intereunt, ſed in aliud corpus tranſeunt, cujus ſpiritu perinde alantur, ut in priore? præſertim ſi pars ſit mere ſubjecta, quæ poſſit dicere cum aſino illo apud Phædrum: *Quid refert, cui ſerviam, clitellas dum porto meas?*

Quomodo autem conſentit his, quod infra traditur cap. 9. num. 10. poſſe civitatem dividi, aut conſenſu mutuo, aut in bello: & tum plura pro uno exiſtere ſumma imperia?

Quod ſequitur, neceſſitatem ad jus naturæ reducentem hic locum non habere, quia in eo jure uſus comprehendebatur, non vero alienandi jus; prima ſpecie valde ſubtile eſt, ſed ſi penitus inſpiciatur, vanum. Eſt autem jus naturæ duplex: illud antiquiſſimum, quo erant omnia communia: & illud, quod ſequitur introducta dominia; ut ipſe docet cap. 5. n. 1. Eadem autem neceſſitas, quæ partem coactam recedere a corpore reducit ad jus naturæ, quam Auctor num. 5. parti iſti concedit, non reducit eam ad illud jus primum, & antiquius, quo omnia omnium, homo neminis erat; ſed ad jus poſterius, quod ut ſervetur, a præterito nexu libera eligit alium dominum, aut adjungit ſe alii corpori. Idem jus naturæ per neceſſitatem redit corpori ad relinquendam partem: ei enim juri ineſt alienatio, ut ipſe initio hujus cap. diſputat.

19 *Majus ſit jus partis*] Excuſatior ſit urbs, vel provincia, cum ſe a corpore imperii ſeparat: quam populus, vel rex, cum eam alienat.

20 *Utitur jure*] Libertate ſe ſubjiciendi, aut addendi corpori, cui velit.

21 *Corpus non item*] Quia non fuit, ſed cum ſocietate inita demum exſtitit.

22 *Tanquam in ſubjecto*] Adjunctum ſeparabile.

23 *Ut dominium*] In re privata.

24 *Subjecto adæquato*] Quales ſunt partes in toto eſſentiali, quæ ſe invicem pervadunt, & loco, ac ſitu non differunt; ut anima permeat totum corpus, neque eſt in alio loco, aut ſpatio, quam ipſum corpus: ſecus ac partes totius integralis.

25 *Quæ ad jus naturæ*] Per quam poſt introducta dominia communi hominum jure in res alienas uti poſſumus. 2, 2. 6.

26 *Eſus, detentio*] Quia ſi dominia introducta non eſſent, veſci eo, quod nunc alterius eſt: tenere rem, quæ nunc reddi debet, licuiſſet communi jure; at non alienare: id enim natura ignorabat, quum proprium ignoraret.

27 *Pars, quia liberam*] Quia ei non poteſt negari arbitrium ſtatuendi de ſe, cujus corporis velit eſſe; ſi alienetur, conſentire debet: ac poteſt contradicendo obtinere, ne alienetur.

(cc) Argumentum iſtud, ut & ſequens, nititur rationibus non minus falſis, quàm ſubtilibus: ut oſtendimus in Notis noſtris Gallicis. Omnino poteſt Civitas, ſumma neceſſitate urgente, partem aliquam non quidem alienare ipſâ invitâ, ſed deſerere; ita tamen ut ſinat eam, ſi poſſit, ſuis ipſius viribus ſeſe tueri, & defendere. Hac ratione æquale jus eſt utrinque, ut eſſe debet. Sed fuſius id omne expoſuimus in dictis Notis. *J. B.*

G r o-

Digitized by Google

VIII. Quare + ſubſcribere non poſſumus [g] juriſconſultis, qui ad regulam de non alienandis imperii partibus adjiciunt exceptiones duas, de publica utilitate, & de neceſſitate: niſi hoc ſenſu, + ut ubi eadem eſt utilitas communis, & corporis, + & partis, facile ex ſilentio etiam non longi temporis, conſenſus & populi, & partis interveniſſe videatur; + facilius vero ſi etiam neceſſitas appareat. At ubi manifeſta eſt in contrarium voluntas, aut corporis, + aut partis, + nihil actum debet intelligi, niſi, ut diximus [b], + ubi pars a corpore coacta eſt abſcedere.

IX. Sub + alienatione merito comprehenditur & [28] + infeudatio, + ſub onere commiſſi ex felonia, aut deficiente familia; + Nam & hæc eſt conditionalis alienatio. Quare [i] videmus a pluribus populis [f] irritas habitas ut alienationes, + ita infeudationes regnorum, quas populis inconſultis reges fecerant. Populum autem conſenſiſſe, intelligimus, + ſive totus coiit, quod olim + apud Germanos, + & Gallos fieri ſolebat, + ſive per legatos [29] partium integrantium mandatu ſufficiente inſtructos. g + Nam facimus & quod per alium facimus. + Sed nec pignori dari pars imperii poterit, + niſi conſenſu ſimili: non ea tantum ex cauſa, + quod [30] ex pignoris datione ſequi alienatio ſoleat, ſed quod & rex teneatur populo + ad exercendum per ſe ſummum imperium, + & populus partibus ſuis ad conſervandum hoc exercitium in ſua integritate, cujus rei gratia in ſocietatem civilem coitum eſt.

X. [31] + Minores vero functiones civiles + quo minus populus etiam jure hereditario poſſit concedere, nihil obſtat; + cum ea corporis, ſummique imperii integritatem nihil imminuant. [k] + Inconſulto vero populo rex id non poteſt, ſi maneamus intra terminos naturales: + quia juris temporarii, + quale eſt regum electorum, aut lege ſuccedentium ad imperium, (dd) effectus niſi pariter temporarii eſſe non poſſunt. + Potuit tamen + populi ut expreſſus conſenſus, ita tacitus conſuetudine introductus, + qualem nunc paſſim vigere cernimus, id jus regibus tribuere. + Eo jure uſos olim reges [32] Medos, & Perſas, h + oppida, aut regiones totas perpetuo jure tenendas donaſſe, paſſim in hiſtoriis legimus.

+ XI.

g Belluga in pr. ſpec. in rub. 8. p. 3. & 4. Roch. de Curte de conſuet. q. 5. col. 6. tom. 1. & alii allegati a Vaſq. lib. 1. c. 4.

b Supra §. 5.

i Smith. de rep. Ang. lib. 1. c. 9. Buch. in Baliolo. Froiſſ. l. 1. c. 214. & 246. Monſtrel. in hiſt. c. 22, 5. Guicc. lib. XVI.

k Cravet. conſ. 894. num. 2. Zoannet. de Rom. Imp. n. 162.

G R O T I I.

f *Irritas habitas ut alienationes, ita infeudationes*] Et remiſſiones homagii. Vide *Cromerum* Polonicorum XXV.

g *Nam facimus & quod per alium facimus*] Sic in Imperio Germanico in alienationibus Electorum conſenſus ex more, & pactis, pro conſenſu eſt ordinum. (De eo non adſentiuntur Recentiores, & optimi Scriptores, qui *Jus Publicum Germanicum* exponunt. *J. B.*)

h *Oppida, aut regiones totas*] Ut a Dario Syloſonti urbem, & Inſulam Samiorum. (Exemplum iſtud non quadrat. *Darius* expulit tantum *Mæandrium*, qui regnum occupaverat, excluſo *Syloſonte Polycratis* fratre. Vide Herodotum, Lib. III. Cap. 139. *& ſeq.* Sed idem *Darius* principibus viris, quos ſecum ex *Jonia*, & *Æolide* duxerat, *ſingulis ipſarum urbium*, quibus eos præfecerat, *perpetua dedit imperia*, referente Corn. Nepote, *Themiſt.* c. 10. *J. B.*)

G R O N O V I I.

28 *Infeudatio*] Quum rex, vel princeps dominatum ſuum alii dat in clientelam, ejuſque, ut loquuntur, feudum facit, permittens ei poteſtatem de ſucceſſore ſtatuendi, ſi aut ipſe fidelis ei eſſe deſierit, aut ſtirps ſua exſtincta ſit: ut Johannes Guilelmi Conq. abnepos Angliæ regnum infeudavit Papæ. *Bodin.* 1, 10.

29 *Partium integrantium*] Ordinum, civitatum.

30 *Ex pignoris datione*] Si hypothecæ ſint commiſſæ, nec ſolvatur ſtatuto tempore debitum. *Cic.* 13. fam. 15. & 16.

31 *Minores functiones*] Præfecturas, ſatrapias, telonia, & olim ſacerdotia.

32 *Medos, & Perſas*] *Corn. Nep.* Miltiad. 3. Themiſtocle 10.

(dd) Ratio iſta non uſquequaque vera eſt. In eo res vertitur, an Populi conſenſus heic juſtè præſumi queat. Sed de hoc diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

Digitized by Google

l Alberic. in c. intellectus de jurejur. Bart. in l. 3. §. 4. D. quod vi. Corset. in tr. de excel. regis, q. 4. Loazes all. a Vasq. c. 5. Natta conf. 367. Boyſ. Reg. conf. 49. n. 43.

m h. c. §. 9.

† XI. [i] [33] Patrimonium quoque populi, [l] † cujus fructus deſtinati ſunt ad ſuſtentanda reipublicæ, † aut regiæ dignitatis onera; (ee) [k] † à regibus alienari, nec in totum, nec in partem poteſt. † Nam & in hoc jus majus [34] fructuario non habent. † Nec admitto exceptionem, ſi res modicum valeat: quia quod meum non eſt, ejus nec exiguam partem alienare mihi jus eſt; † ſed in rebus modicis, quam in magnis, conſenſus populi ex ſcientia, & ex ſilentio facilius præſumitur. † Quo ſenſu & ad res patrimonii publici aptari poſſunt, quæ de neceſſitate, & utilitate publica, in alienandis imperii partibus, [m] [35] ſupra diximus: tantoque magis, † quia momenti minoris res hic vertitur. Eſt enim patrimonium imperii cauſa conſtitutum.

XII. Sed † in eo falluntur multi, quod res, quæ in fructu ſunt patrimonii, cum rebus patrimonii confundant. † Sic jus alluvionum in patrimonio eſſe ſolet, ipſæ res, quas fecit alluvio, in fructu: † jus vectigalia exigendi in patrimonio, † pecunia ex vectigalibus procedens in fructu: † jus confiſcandi in patrimonio, † fundi confiſcati in fructu.

n L. Grege 13. §. cum pignori, 2. D. de pignor.

XIII. Partes autem patrimonii † pignori opponi ex cauſa poſſunt à regibus, † qui plenum habent imperium, id eſt, † qui jus habent ex cauſa tributa nova indicendi. † Nam ſicut populus tributa ex cauſa indicta ſolvere tenetur, ita & [36] rem ex cauſa pignori oppoſitam luere; † Luitio enim iſta tributi quædam eſt ſpecies. † Eſt autem populi patrimonium regi, pro debitis populi, pignoris jure obligatum. † Poteſt autem [n] pignori dari etiam [37] res mihi pignorata. † Quæ autem dicta ſunt a nobis hactenus, ita locum habent, † niſi lex imperio addita, aut regis, aut populi poteſtatem magis aut auxerit, aut contraxerit.

o Ariſt. II. Pol. VII.

† XIV. 1. Illud quoque ſciendum eſt, † cum de alienatione agimus, ſub eo genere nobis etiam teſtamentum comprehendi. Quanquam enim teſtamentum, † ut actus alii, [o] † formam certam accipere poſſit a jure civili, † ipſa tamen ejus ſubſtantia cognata eſt dominio, † & eo dato juris naturalis. (ff) † Poſſum enim [38] rem meam alienare non pure modo, ſed & ſub conditione; † nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter, atque etiam retenta interim

GROTII.

i *Patrimonium quoque populi, cujus fructus ſunt deſtinati ad ſuſtentanda reipublicæ, aut regiæ dignitatis onera*] Veteres Græci *τεμένη* vocabant partem agri publici conceſſam regibus. Exempla habes apud *Homerum* de Bellerophonte apud Lycios Iliados ζ. (*verſ.* 194.) de Meleagro Iliados ι. (*verſ.* 573.) de Glauco Lycio Iliados μ. ubi ſcholiaſtas vide. (*verſ.* 313.)

k *A regibus*] Sine ordinum conſenſu. Exemplum apud *Thuanum* libro LXIII. in anno MDLXXVII.

GRONOVII.

33 *Patrimonium populi*] Vulgo *Domanium* appellant.

34 *Fructuario*] Qui cedendo extraneo nihil agit de uſufructu.

35 *Supra diximus*] 1, 3. 12.

36 *Rem ex cauſa*] Vere debitum, propter quod partem illius patrimonii pignori dedit.

37 *Res mihi pignorata*] L. 1. Cod. *ſi pignus pignori datum ſit.*

38 *Rem meam alienare*] Re mea cedere alii, non modo ſtatim, ſed etiam ex tempore certo, & in certum caſum; nec modo ut indubitato habeat, ſed etiam ut habeat, niſi mihi aliter poſtea viſum fuerit, & ut uſque ad illud tempus, vel uſque ad eum caſum ea res ſit omnino mea.

(ee) Confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 5. §. 8. & 11. *J. B.*

(ff) Confer quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 10. præſertim in altera Editione. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

terim poſſeſſione, & pleniſſimo fruendi jure. + Alienatio autem in mortis eventum, ante eam revocabilis, retento interim jure poſſidendi, ac fruendi, eſt teſtamentum. Vidit hoc recte + Plutarchus, qui cum à Solone, p dixiſſet, permiſſam civibus teſtamenti factionem, addit: *τὰ χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν·* + *effecit, ut res cuique ſuæ propriæ, & in pleno dominio eſſent.* + Quinctilianus pater in declamatione: q *Poteſt grave videri etiam ipſum patrimonium, ſi non integram legem habet, & cum omne jus nobis in id permittatur viventibus, auferatur morientibus.* Hoc jure Abrahamus, ſi ſine liberis deceſſiſſet, res ſuas + Eliezero relicturus fuerat, ut indicat locus [1] Gen. XV, 2.

p *Vit. Solon.* p. 90. A. Decl. 308.

q Decl. 308. *init.*

2. Quod vero alicubi + externis teſtamentum facere non conceditur, id non eſt ex jure gentium, ſed ex jure proprio illius civitatis, + & ni fallor, ab illa veniens ætate, qua externi quaſi pro hoſtibus habebantur; + itaque apud moratiores populos merito exolevit.

GRONOVII.

1 *Gen.* XV, 2.] Habes apud *Sophoclem* Trachiniis (*verſ.* 1164.) teſtamentum Herculis; apud *Euripidem* Alceſtidis (*Alc.* 282. *& ſeqq.*); & apud *Homerum* Odyſſeæ ρ. (*verſ.* 79.) Telemachi donationem mortis cauſa, quæ & ipſa teſtamentum quoddam eſt. Eſt apud *Homerum* etiam voluntas ultima de rebus agendis: ut ex Andromaches, & Penelopes verbis oſtendit *Plutarchus*. [*De Poeſi Homer.* p. 74. *Ed. Barnes.*] Alia veterum teſtamentorum exempla attulimus ſupra libro I. cap. III. §. XII. in textu, & annotatis. Hebræis uſitata teſtamenta, apparet *Deut.* XXI, 16. *Siracbida* capite XXXIII, 25. [In teſtamento *Herculis*, & *Alceſtidis*, quod vocat Auctor noſter, nil de bonis ſtatuitur; ſed tantum mandata quædam dantur. At eſt donatio quædam mortis cauſſa, in *Alceſtide* EURIPIDIS; non quidem ab ipſâ *Alceſtide* facta, ſed ab *Hercule*, verſ. 1020. *& ſeqq.* quam etiam Auctor pro exemplo adfert, in *Sparſione Florum ad Jus Juſtinian.* pag. 36. unde fortè orta confuſio. *J. B.*]

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. VI.
§. I.

1 ACQUISITIONE *derivativa &c.*] Hactenus egit Auctor de acquiſitione originaria juris, eaque VEL IN RES, quæ fit per occupationem rei communis (*vid. ſupr. c.* 3.), aut rei tacite derelictæ (*vid. ſupr. c.* 4.): VEL IN PERSONAS, quæ fit aut per generationem, aut per conſenſum, aut ex delicto. *Vid. ſupr. c.* 5. Sequitur nunc tractatio de acquiſitione derivativa; ſcilicet qua quid non primi, ſed ab alio acquirimus: ſive res illa ſit publica, ſive privata.

Additio.

„ Auctor per acquiſitionem *derivativam* „ aliquid noſtrum fieri, ait: 1°. facto ho- „ minis, nimirum, per alienationem (etſi „ traditio non ſequatur) imperii, vel re- „ rum imperii, *h. cap.* 6: 2°. per legem; „ quo etiam refert ſucceſſionem ab inteſta- „ to, & teſtamentum. *vid. h. c.* §. *f.* & *c.* 7. „ 3°. jure gentium, quo refert modos acqui- „ rendi quos Jcti Romani juri gentium tribu- „ unt; & ſpeciatim traditionem. *Vid. cap.* 8.

„ Quibus abſolutis, modos finiendi explicat *cap. 9;* & tandem, locutione admodum impropria, *c.* 10. exponit obligationem, quæ ex dominio naſcitur adverſum „ nos.

„ Magis placet methodus juris Romani, „ & magis naturalis tractandi eſt ordo, „ quem JCti Romani elegerunt. Omne jus „ enim verſari dixere, vel circa *ſtatum hominum*, vel circa *res*, vel circa *obligationes perſonæ*. Ad *ſtatum hominum* pertinent „ ea, quæ tractavit Auctor capite V. De „ *jure rerum*, & modis acquirendi dominium, hoc capite, & ſequentibus agit, „ *De actionibus*, quæ ex obligatione deſcendunt, tractat capite XI. ſeq.

Facto hominis, aut legis] Facto hominis noſtrum aliquid fit, v. g. traditione, quando res ab eo, qui jus habet tradendi, in noſtram poteſtatem confertur: facto legis noſtrum fit, quando lex diſponit ut res in alium ipſo jure transferatur, ut in ſucceſſione ab inteſtato.

Additio.

„ Juxta doctrinam JCtorum res ſingulorum fiunt vel facto noſtro, vel jure rei „ noſtræ, vel per continuationem familiæ, „ i. e. jure hæreditatis. *Vid. Diſſ. proœm.* „ *XII.* §. 250.

Homines rerum Domini, ut dominium &c. transferre poſſint, eſt juris naturalis &c.] Prout enim quis de re ſua diſponit, ita jus eſt: *Poſ. VI.*

Aut totum, aut ex parte] „ Qui enim „ totum dominium transferre poteſt, multo „ magis poteſt partem.

Poſt introductum Dominium] Imo ſtatim in primo momento creationis occupata res iterum potuit alienari. *Vid. indicem*, voce *dominium.*

Additio.

„ De hac diſtinctione inter jus naturæ ſimpliciter tale, & quod ſequitur introductum dominium, late egimus *ſupra l.* 2. „ *c.* 5. §. 1*:* nullumque ejus uſum eſſe in „ diſciplina juris naturalis, diximus *ibid.* „ Conſ. *not. ad* §. 6. *ſeq. in fin.* & *Diſſ. proœm. I. Cap. fin.*

Ineſt enim hoc in ipſa hominis natura] Dominium enim natura ſua conſiſtit in libera facultate de re diſponendi. Vid. *L.* 21. *C. Mand.*

Additio.

„ Ex hypotheſi Auctoris dominia a natura „ nulla ſunt; poſtquam autem conſenſu hominum introducta fuere, in ipſa dominii „ natura ineſſe putat, ut alienari res noſtra „ poſſit. Dum enim homines conſenſerunt, „ ut quod quiſque occupaſſet ſuum eſſet; eo „ ipſo quoque conſenſiſſe fingit, ut de ſuo „ dominio pro lubitu diſponere poſſit. *Diſſ. proœm. VI.* §. 23.

Pleni ſcilicet] „ Quid ſit plenum dominium, quid minus plenum, *vide L.* 1. „ *c.* 1. §. 5.

Proprietatis definitio eſt] „ Rei enim „ ſuæ quiſque eſt moderator, & arbiter. *Vid.* „ *d. l.* 21, & *L.* 9. *C. Judæis, ibique Goth.* „ Unde regula inter leges XII. tabb. refertur, *prout quiſque rei ſuæ legaſſet, ita* „ *jus eſto.*

Duo tamen notanda ſunt, alterum in dante, alterum in eo, cui datur] „ Senſus eſt, „ quod dominus transferre in alium dominium rei ſuæ poſſit: modo de voluntate „ transferentis, & acceptantis, rite conſtet. „ *Vid.* §. *b.*

In dante non ſufficere actum internum voluntatis] „ Ad id, ut dans alienare poſſit, „ requiritur 1°. legitima facultas alienandi. „ Nam qui ultra fines facultatis a natura „ conceſſæ alienat, injuria agit, *Poſ. VII.* „ 2°. Voluntas alienandi, quia mihi invito „ res mea auferri nequit: eaque rationalis; „ non enim videtur velle, qui cognitum „ non habet quid velit. Non ergo ſufficit „ voluntas infantium, & furioſorum. 3°. „ Voluntatis illius declaratio; nam conceptus voluntatis in vita civili effectum non „ habet, niſi & declaretur; idque verbis, „ vel factis.

Sed ſimul requiri, ait, verba, aut alia ſigna] „ Quod plenius probabimus *infra c. V.* „ §. 11. & *c.* 16. §. 26.

Actus internus non eſt congruens naturæ ſocietatis humanæ] „ Rectius: actus internus „ non eſt modus declarandæ voluntatis; (ſocietatem enim humanam non dari, alibi „ demonſtravimus) unde voluntas mente „ retenta nihil operari dicitur. *L.* 7. *C. Cond.* „ *ob cauſ. Leg.* 46. *ff. Her. inſt. Barboſ. l.* 19. „ *c.* 8. *ax.* 32. & *cap.* 41. *ax.* 31.

Ut vero traditio etiam requiratur, ex lege eſt civili] Celebris hæc eſt quæſtio, *an* 2 *jure naturæ ad tranſlationem dominii requiratur traditio?* Valde diſputata fuit hæc quæſtio inter duos ſummos JCtos, Huberum, qui eam negavit *in prælect. ad Inſt. Rer. div. l.* 16. & *paſſim*, ſecutus *Grotium hic*, & *in introd. ad jus Holl. L.* 2. *c.* 5*:* & Strauchium, qui

qui affirmavit, ſecutus Vinnium in *Inſt. R. D. §.46. n.* 4. & *Wiſſenbach. in diſp. de Mutuo D.* 1. *th.* 4. Novam viam ingreditur Pufendorfius *de J. N. L.* 4. *c.* 9. §. 4. *ſeq.* & diſtinguit inter dominium: quatenus eſt qualitas moralis, & quatenus eſt cum poſſeſſione conjunctum: atque hoc, non illo caſu, traditionem requiri, ait. At nemo horum vera principia cognita habuit; quod ex ſequentibus propoſitionibus apparebit.

PROPOSITIO I.

ALIENATIO *eſt actus, quo jus in alterum transfertur:* TRADITIO, *quo res in alterius cuſtodiam, & poteſtatem corporalem confertur.*

DEMONSTRATIO.

Alienare enim eſt, ex noſtro aliquid alienum facere, *l.* 1. *C. fund. dat.* Alienatio igitur eſt actus, quo jus ab uno transfertur in alium, & ſic jus unius fit jus alterius: *L.* 4. *C. de Præd. min. L.* 28. *V. S.* quod fieri poteſt etiam citra traditionem; ſufficit enim ibi declaratio voluntatis de jure in alium transferendo. *Tradere* autem eſt quaſi transdare: & traditio definitur, quod ſit actus, quo res in alterius poteſtatem corporalem, i. e. poſſeſſionem transfertur; unde nemo poſſidet, niſi qui facultatem naturalem habet rem tenendi.

In poteſtate noſtra corporali, ſeu cuſtodia, vel poſſeſſione non tantum eſt, quando manu rem actu tenemus, vel pedibus ei inſiſtimus, ita ut alius inſiſtere ei, vel tenere eam non poſſit; ſed & quando per alium poſſidemus: quia ſi quis legem actui tali dixit, is ſaltem eſt inſtrumentum alterius; actio autem non eſt inſtrumenti, ſed cauſæ. Quando ergo alius meo nomine tenet, non ille poſſidet, aut tenet, ſed ego; is nudum eſt inſtrumentum, ego ſum cauſa: & hoc eſt quod JCtus ait in *l.* 3. §. *f. A poſſ.* illum poſſidere, cujus nomine poſſidetur. Porro & 2°. dicimus, rem ſemel nobis traditam a nobis teneri, i. e. in noſtra cuſtodia, & poteſtate corporali eſſe, etſi impedimentum temporarium interveniat, quo minus actu tenere poſſimus: uti ſi dormimus, ſi iter facimus, &c. Non enim hic ſublata eſt facultas noſtra tenendi, ſed ſuſpenſa ſaltem; nam poſſumus ſublato impedimento, quod ſua natura temporarium eſt, iterum tenere. Sane alias jus occupandi fruſtraneum eſſet, nam res noſtræ nobis ſimul in manibus eſſe non poſſunt; neque ſunt eum edimus, dormimus &c. Si proinde deſinerent eſſe in poteſtate, & cuſtodia noſtra, cederent occupanti; ſine quo igitur jus occupandi exerceri non poteſt, illud eſt juris naturalis. *Poſ. IV. n.* 4. 3°. Sed & ſi impedimentum ſit perpetuum; tamen ſi incertum eſt an perpetuum ſit manſurum, nondum facultas tenendi ſublata videtur, donec conſtet, eam vere ſublatam eſſe. Atque hæc ratio eſt cur inundatione non tollatur poſſeſſio, quia incertum eſt, anne ad alveum reditura ſit aqua; ſecus ergo ſi novus alveus factus eſt, intra quem aqua decurrit; §. 23. *Inſt. Rer. div.* Pari ratione ſi quis me abſente fundum meum clam ingreſſus ſit, eumque occupaverit, non tollitur mea tenendi facultas; quia incertum eſt, numne mihi reverſo ceſſurus ſit qui clam tenet: ſecus ſi vi intrat *L.* 6. *l.* 7. *ff. Acq. poſſ.*

Additio.

„ Alibi, & loco magis congruo, de materia poſſeſſionis, & modis eam amittendi agemus: *Vid. infr. c.* 8. §. 2. & *Diſſ. proœm. XII* §. 588. *ſeq.*

PROPOSITIO II.

Dominii uſus eſt vel civilis, vel naturalis.

DEMONSTRATIO.

Naturalis uſus eſt, cujus cauſa natura rem produxit: ita v. g. vini uſus conſiſtit in bibendo, frumenti in comedendo. Civilis vero conſiſtit in eo, quod res alienari, & lucrum ex ea capi: item quod vindicari a quocunque poſſeſſore, inſtituta actione, poſſit. Effectus hujus differentiæ inſignis hic eſt, quod translatis licet uſibus civilibus, dominium naturaliter non ſit translatum, quia id natura conſtitutum eſt ad uſus naturales: reliqui acceſſorii tantum uſus ſunt, & conſectarii. Non ergo dominium habet, ad quem non jus dominii principale, ſed acceſſorii tantum effectus transeunt: nec ſoli illi effectus civiles conſtituunt dominium naturale.

PROPOSITIO III.

Dominii uſus exerceri poteſt vel ſine re, vel non poteſt.

DEMONSTRATIO.

Illud fit per actiones; per has enim vindicare dominus rem poteſt, quam non habet: quin non datur vindicatio, niſi ei, qui non poſſidet, §. 1. *Inſt. de act. Poſterius* contingit in alienatione rei, ejuſque traditione; nemo enim poteſt alii tradere rem, quam non habet.

PROPOSITIO IV.

Hinc ſequitur, plenum dominium transferri ſine traditione nec natura poſſe.

Digitized by Google

DEMONSTRATIO.

Diximus enim, dominii uſum naturalem ſine re non eſſe; nemo enim edere, bibere, ſe tegere &c. poteſt, nisi vinum, frumentum, veſtis &c. in ejus poteſtate naturali ſit. Idque adeo verum eſt, ut nec lege aliud ſtatui poſſit; nam nec per leges fieri poteſt, ut aliquis bibere poſſit vinum, quod non habet. Unde etiam jure civili Romano traditio ad transferendum dominium eſt neceſſaria.

Equidem effectus quidam dominii ſine traditione in alium tranſire poſſunt, ut in hæreditate, *L.* 23. *pr. Acq. her.*, in cauſis piis, *L.* 23. *c. de SS. Eccleſ. L.* 1. *c. de don. quæ ſub mod. L.* 64. *ff. de furt. L.* 1. *c. Com. de leg. L.* 18. *Acq. poſſ. L.* 86. §. 2. *de leg.* 1. &c., ubi actiones hæredi, Eccleſiæ, &c. dantur etſi res tradita non ſit; ſed hoc ex mero jure civili eſt. Interim certum eſt, uſum naturalem non niſi accedente traditione tranſire poſſe; quod etiam innuitur *d. l.* 86.

Neque obſtat §. *interdictum.* 47. *Inſt. de Rer. div.* ubi miſſilia acquiruntur ſine traditione. Reſp. ibi non agitur de acquiſitione derivativa, quæ fit per traditionem, ſed de originaria; nam ille, qui ejicit miſſilia, ea derelinquit: res iterum fit nullius, indeque cedit occupanti. Acquiruntur igitur miſſilia non ex traditione, aut diſpoſitione hominis, ſed ex jure occupationis.

Additio.

„ Quæſtionem, *an traditio ad transferendum dominium ſit neceſſaria*, peculiari „ diſſertatione illuſtravit B. Parens.

„ Late hanc quæſtionem examinavimus in „ *Diſſ. proœm. XII.* §. 268. Diximus ibidem, JCtos Romanos, qui jura civilia ex „ principiis juris gentium hauſerunt, aperte „ docere, natura dominia rerum non acquiri, niſi accedat actualis apprehenſio; „ unde dominia ex naturali poſſeſſione originem cepiſſe, ajunt in *L.* 1. *pr. Acq. poſſ.* „ & cum ſpeciatim de derivativa acquiſitione agunt, regulam conſtituunt: *dominia* „ *non nudis pactis, ſed traditionibus acquiri. L.* 20. *C. Pact.* Conf. *l.* 13. *ff. de Diſtr.* „ *pign. L.* 73. *pr. de Leg.* 1. *L.* 2. *C. Stellion.* „ Unde traditionem inter modos acquirendi „ juris gentium referunt §. 40. *inſt. Rer. div.* „ *l.* 8. §. 3. *de Acq. rer. dom.* ſolam autem „ voluntatem transferendi non ſufficere, „ ajunt *l.* 31. *ff. Acq. rer. dom. d. l.* 2. *C.* „ *Stell. d. l.* 20. Atque hæc ratio eſt, cur res „ duobus vendita ei propria ſit, cui prius „ tradita eſt: *l.* 15. *C. Rei vind.* & cur conductori cedere debeat emtori. Denique „ hæc ratio eſt, cur res non ei acquiratur, „ qui prior rem videt, ſed qui prior occupat: quod ex conſenſu gentium alibi probavimus.

„ Puſendorfius *de jur. nat. l.* 4. *c.* 9. §. 4. „ 5. & 7. diſtinguit dominium, *quatenus* conſideratur ut qualitas mere moralis, ſecundum quam res ad aliquem pertinere, ipſiuſque diſpoſitioni ſubjecta eſſe debere intelligitur; *vel quatenus* adjunctum etiam „ habet aliquid facultatis phyſicæ, ut quæ „ circa eandem nobis placuerunt, ſtatim „ in effectum poſſimus deducere. *d.* §. 4. „ & 5. Dominium igitur *quando* conſideratur prout præſcindit a poſſeſſione, & ab „ ea abſtrahit, poſſe per ſola pacta tranſire, „ ait; at *quando* in exercitium deduci, & „ actu exerceri debet, pacta etiam traditionem requirere, §. 7.

„ Hinc concludit, poſt pactum completum rem ſtatim ad alterum pertinere, alienantem nullum jus in re illa retinere: „ adeoque quidquid de re iſta diſponit, nullum eſſe; niſi quod facit ad poſſeſſionem „ alteri tradendam. Neque traditionem eſſe „ actum dominii, ſed poſſeſſionis abdicationem: quæ ſi negatur, coactione opus eſſe „ ad poſſeſſionem, non ad dominium nanciſcendum, *d.* §. 7.

„ Præmittendum hic eſt, *moralem illam* „ *qualitatem, quatenus a poſſeſſione ſeparatur*, pugnare cum natura dominii, ejuſque „ definitione. Sane dominium per rerum naturam concipi non poteſt, niſi cum facultate de re diſponendi; ad id autem requiritur, ut res in poteſtate noſtra corporali ſemel ſit conſtituta: tunc enim rem „ meam eſſe aſſerere poſſum. Quis quæſo „ effectus eſſet illius qualitatis moralis? Sane, „ actio inde non datur niſi ex pacto, quia „ ſcil. alter rem tradere promiſit; ex pacto „ autem perſona ſaltem obligatur, etiam „ naturæ jure. Auctor igitur non ait, rem „ ſuam eſſe: non agit ad dominium reſtituendum, ſed ad illud conſtituendum.

„ Res igitur alii promiſſa manet in dominio promittentis; ille alienare rem, & de „ ea diſponere poteſt: neque is, cui promittitur a tertio, rem vindicandi jus habet.

Jus gentium improprie dicitur] „ Auctor „ notat JCtos Romanos, qui traditionem „ inter modos acquirendi juris gentium retulerunt. *L.* 8. §. 3. *ff. de Acq. rer. dom.*

„ Nos

„ Nos probavimus, traditionem eſſe mo-
„ dum acquirendi vere naturalem. Cæterum
„ figmentum hoc *juris gentium improprie ſic*
„ *dicti* late examinavimus *in Diſſ. proœm. IV.*
„ §. 24. *ſeq.*

*Sic alicubi uſurpatum videmus, ut pro-
feſſio apud populum*] „ Ita hodieque jure Sa-
„ xonico dominium non transfertur, niſi ju-
„ dicialis accedat renunciatio: quod vocatur
„ *gerichtliche Auflaſſung.* Vid. *Carpz. Juriſpr.*
„ *for. p.* 2. *c.* 31. *d.* 13. *n.* 4. *p.* 2. *c.* 38. *d.* 13.
„ *n.* 6. *p.* 2. *c.* 23. *d.* 1. *n.* 3.

*Quæ omnia ex jure eſſe civili, certiſſimum
eſt*] „ Verum hoc eſt de profeſſione apud
„ populum, & de renunciatione judiciali;
„ non autem de traditione.

Additio.

„ Paciſcentes intelligere debent quid ve-
„ lint; Nihil enim eſt in voluntate, quod
„ non antea fuit in intellectu. Hinc infan-
„ tes, & furioſi, voluntatem non habent,
„ quia ceſſat intellectus, ſeu ratio perfecta;
„ indeque nec alienatio, nec traditio a fu-
„ rioſo facta effectum habere poteſt: de quo
„ plenius infra. *L.* 2. *c.* 11. §. 5.

Ad §. II.

Vicissim] Uti in danto tria requi-
runtur ut transferre dominium poſſit, ita
etiam in accipiente tria requiruntur ut ac-
quirere dominium poſſit. 1. Legitima facultas
accipiendi; hinc v. g. rem ſacram, alienam,
&c. nemo acquirere poteſt. 2. Voluntas ac-
quirendi: nam nec invito, nec ignoranti
acquiri poteſt; intelligitur autem voluntas
rationalis. 3. Voluntatis illius declaratio,
quæ vel ex factis, vel ex verbis apparet.
De quo plenius infra *L.* 2. *c. XI.* §. 1. *Pro-
poſ. VI.*

In eo, cui res datur] „ In quem domi-
„ nium rei transfertur.

Sepoſita lege civili] „ Quaſi jure civili do-
„ minium transferatur ſine acceptatione. E-
„ quidem negari nequit, in quibuſdam ca-
„ ſibus dominium tranſire ipſo jure; at id ra-
„ riſſime contingit, & tantum quoad effectus
„ quoſdam dominii, uti id plenius explica-
„ bimus. *L.* 2. *c.* 8. §. 25.

Requiritur naturaliter voluntas accipiendi]
„ Res enim, me invito, per rerum naturam
„ mea fieri non poteſt.

Cum ſuo ſigno] „ Aliquo indicio exter-
„ no; declarari enim voluntas debet vel ver-
„ bis, vel factis: voluntas igitur mente re-
„ tenta nihil operatur.

Quæ voluntas ordinarie ſequitur dationem]
„ Nemo enim acceptare poteſt, quod ab al-
„ tero ei oblatum non eſt.

*Sed poteſt & præcedere, puta ſi quis quid
dari, aut concedi ſibi petierat*] „ Caſus hic
„ eſto: Titius a me rogavit ut ei rem meam
„ donem; Ego nec annui, nec reſpui: octi-
„ duo elapſo trado Titio rem. Tunc con-
„ ſenſus donatarii præcedens habetur pro
„ acceptatione. Hic ergo caſus eſt, ubi ac-
„ ceptatio præcedit dationem.

Cenſetur enim durare voluntas] „ Ti-
„ tius enim ſemel declaravit voluntatem,
„ ſe cupere illam rem, eamque ſuam fieri
„ velle; ſi poſtea ego eandem rem ei do,
„ cenſetur priſtina voluntas accipiendi du-
„ rare, donec mutatio probetur. Idque non
„ tantum in datione rei, ſeu translatione
„ dominii, ſed & in promiſſione, i. e. in
„ translatione juris obtinet: de qua vide *L.*
„ 2. *c.* 11. §. 19.

*Cætera, quæ tum ad juris conceſſionem,
tum ad acceptationem requiruntur*] „ Ni-
„ mirum juſta facultas tum transferendi ju-
„ ris, tum acceptandi: cujus effectus late
„ recenſentur *L.* 2. *c.* 11. §. 1. *prop. V.* §. 4.
„ *ſeq.*

Et quomodo fieri utrumque poſſit] „ Scili-
„ cet per voluntatem ſufficienter declaratam.

Alienandi, & promittendi par eſt ratio]
„ Par eſt ratio in eo, quod utrobique re-
„ quiratur 1. juſta facultas ſive alienandi,
„ ſive juris transferendi; eaque 2. ſuffi-
„ cienter declarata; & 3. juſta acceptatio
„ alterius.

Jure quidem naturali] „ Conf. L. 2. c.
„ 11. §. 11. §. 14.

Ad §. III.

Ita & *imperia*] Famoſa hic tractatur
quæſtio, *an Imperium alienari poſſit*? Quam
Auctor ſupra jam tetigit, *L.* 1. *c.* 3. §. 12.,
& quam repetit infra *L.* 3. *c.* 20. §. 5. *ſeq.*
Equidem communiter traditur, principem ni-
hil de imperio alienare poſſe; quam in rem
infinitos Doctores cumulat Ziglerus *ad Grot.
l.* 1. *c.* 3. §. 12. Conf. *Vaſq. Qu. ill.* 5. *n.* 5.
Alii cum Grotio diſtinguunt inter regna pa-
trimonialia, & uſufructuaria: *Vid. Grot. h.
& d. l.* 1. *c.* 3. §. 12. *Puſend. l.* 8. *c.* 5. §. 1.
Menoch. conſ. 962. *per tot. Teſm. h. lit. a. Con-*

ring. de fin. imp. c. 9. Hottom. qu. ill. 9. n. 1. ac in illis, non his, alienationem licitam eſſe, ſtatuunt. Verum hanc ſententiam., & inprimis diſtinctionem inter regnum patrimoniale, & uſufructuarium, jam exploſimus ſupra *L.* 1. *c.* 3. §. 12., ibique notavimus 1. male Auctorem ſtatuere, imperium in patrimonio eſſe: 2. male imperii talis alienationem tribui regi: 3. male regem in regno non patrimoniali comparari uſufructuario: 4. male Auctorem alienanti partem minus jus tribuere, quam alienanti totum.

His præmiſſis in genere cum Ziglero ſtatuimus, regem alienare imperium, ejuſque partem, non poſſe: *I.* Quia reges a natura conſtituti ſunt ad tuendam, & conſervandam rempublicam curæ ſuæ commiſſam; non autem tuetur, ſed perdit, qui alienat, & imperium in alium transfert. *Vid. l.* 3. *C. Procur. Caſ. II.* Omne jus principis eſt ex conceſſione populi: populus autem certæ ſaltem perſonæ, vel familiæ conceſſit, non aliis; ceſſante igitur jure hujus familiæ, uti ceſſat ſi alienatur, omne jus imperii redit ad populum. Neque enim princeps hoc jus eventuale populo quæſitum ſuo facto ei auferre poteſt. Sane *III.* ex hac diſpoſitione populi, qua jus in totam familiam collatum eſt, etiam filiis, & poſteris alienantis jus competit; hoc jus poſteris ex diſpoſitione populi quæſitum alienans auferre nequit. Atque in id *IV.* conſpirant omnium gentium exempla. In Gallia per decretum publicum omnes alienationes rerum imperii a prædeceſſoribus factæ, irritæ declaratæ ſunt. *Thuan. Hiſt. l.* 16. *ad ann.* 1555. In Anglia regnum Hyberniæ, ſub Henr. II. alienatum in Pontificem, recte repetitum, ait Thomas Morus apud *Camden. in Britt. tit. de Hybernia.* Aquitania a regibus Angliæ alienata vindicata eſt a ſucceſſoribus. *Froſſard. Hiſt. l.* 4. *pr. Puf. J. N. l.* 8. *c.* 5. §. 9. Atque ex eo capite Conſtantini M. donatio, etſi vera eſſet, merito ab Imperio Romano Germanico impugnatur. *Alciat. l.* 7. *c.* 19. æque ac ficta donatio Ottonis I. Vid. *Prudentia noſtra jur. publ. c.* 6. §. 18. & 19. Alienationem regni Scotiæ Buchananus integro tractatu impugnavit, cui titulus *de jure regni in Scotiam.* Nuper quoque vidimus in Suecia bona coronæ a Chriſtina, aliiſque regibus alienata, revocata fuiſſe. Olivarius Miniſter Galliæ decretum fecit de revocandis donationibus, exceptis juſtis cauſis. *Thuan. L.* 16. *ad an.* 1559. *p.* 714. Atque hinc Franciſcus I. noluit ſtare pactis cum Carolo V. initis, quibus certas provincias Carolo ceſſit, cauſatus, ſe abſque procerum conſenſu alienare non poſſe. Albertus degener ducatum Miſniæ vendidit Adolpho Imperatori, excluſis filiis; at nulla declarata alienatio, & jus ducatus a filiis defenſum fuit. *Vid. Albin. Chron. Miſn. tit.* 20. *Spen. Op. Her. pag.* 321.

Excipe, ſi populus conſentiat. Nam cum imperium jus populi ſit, is pro lubitu de eo diſponere, illudque in alium transferre, adeoque & regi transferenti conſentire poteſt.

Conſenſus autem ille æque apparet ex factis, ac ex verbis: Tale autem factum eſt, ſi rex prælio victus, & in ſumma neceſſitate conſtitutus, pacem aliter impetrare non poteſt, niſi parte territorii alienata; valet ergo hoc caſu alienatio ex conſenſu populi tacito. Ita Hadrianus alienavit integras provincias non contradicente Senatu, quod fines hos defendere non potuerit. *Feſtus in breviar. in Hadriano.* Tale quoque factum eſt, ſi longæva conſuetudine obtinuit, ut ſine conſenſu populi imperium alienari poſſit: ut in regnis orientalibus, in quibus jam Salomonis temporibus mos ille obtinuit. Denique tale factum eſt, ſi populus novo acquirenti ultro homagium præſtat. His igitur principiis poſitis tota res clara eſt.

Ita & imperia alienari poſſunt ab eo, cujus in Dominio vere ſunt] Talia regna non dari, vidimus, *L.* 1. *c.* 3. §. 12. & 13.

Additio.

„ Alibi demonſtravimus, dari omnino regna patrimonialia, quæ ab arbitrio populi victoris dependent, qui vel delere hoſtes bello victos, vel eos ſervare, & qua vult lege ſervare poteſt. Tale regnum a populo victore vel totum, vel pro parte alienari poteſt: *Vid. ſupra l.* 1. *c.* 3. §. 12. & *infra l.* 3. *c.* 20 §. 5. Conf. *Diſſ. proœm. XII.* §. 755.

Ut ſupra oſtendimus] „ *L.* 1. *c.* 3. §. 12. §. 13. *c.* 4. §. 1. 1. Add. *L.* 3. *c.* 20. §. 5.

Si imperium in patrimonio habet] „ De diſtinctione in regnum patrimoniale, & uſufructuarium, ex profeſſo egimus *L.* 1. *c.* 3. §. 12. Conf. *Diſſ. proœm. XII.* §. 752.

Alioquin] „ Scilicet ſi regnum eſt uſufructuarium. *d. c.* 3. §. 12.

A populo] „ Populus ſemper conſentire debet, quia de ejus jure agitur.

Sed accedente regis conſenſu] „ Quia populus imperium contulit in regem, ejuſque familiam: quod jus quæſitum nec re-

„ gi,

Digitized by Google

„ gi, nec ejus familiæ auferri poteſt. Ut „ igitur valeat alienatio, & populus, & „ rex conſentire debent; quia de utriuſque „ jure agitur.

De toto imperio] „ Scilicet ut alienari poſ„ ſit a populo, & rege; aliud autem eſſe, „ ait, in parte imperii. *Vid.* §. *ſeq.*

A d §. IV.

Aliud *inſuper requiritur*] „ Adeoque „ facilius *totum imperium* alienari putat, „ quam partem; *Vid.* §. 6. *pr.* quod non ad„ mittimus: cui enim plus licet, ei etiam „ licet minus.

Ut etiam pars, de qua alienanda agitur, conſentiat] „ Nam in alienando *toto impe„ rio* conſenſum populi, & regis ſufficere, „ dixit §. præced.

Societatem quandam contrahunt perpetuam] Unde concludit, jus non eſſe corpori partem invitam abs ſe abſcindere. At hæc ratio non impedit alienationem; ſupponimus enim, corpus hanc partem a ſe abſcindere ad conſervationem totius corporis.

Ratione partium, quæ integrantes dicuntur] „ Intelligit plures civitates, & provincias, „ quæ conſenſu ſuo in unum coaleſcunt cor„ pus, ut communi ope tutæ ſint.

Has partes non ita eſſe ſub ſuo corpore, ut ſunt partes corporis naturalis] „ Imo „ eadem ratio eſt; membrum enim quamdiu „ ſanum eſt, non ſeparatur a corpore: at „ ſi pars illa morbo, aut ulcere ita affecta „ eſt, ut parti ſinceræ damnum inde im„ mineat, recidenda omnino eſt, ne pars „ ſincera trahatur.

„ Multo magis igitur id ferendum eſt in „ corpore artificiali, de quo quæ ſeparantur „ non intereunt, ſed in aliud corpus tranſ„ eunt, cujus ſpiritu perinde aluntur ut in „ priori. *Gron. b.*

Quæ ſine corporis vita vivere non poſſunt, & ideo &c.] „ Adeoque ubi membra pereunt, „ ut corpus ſervetur.

Alterius eſt generis, voluntate nimirum contractum] „ Differentiam inter corpus ar„ tificiale, & naturale, expoſuimus infra *l.* „ 2. *c.* 9. §. 3. *n.* 1. Adde ea, quæ diximus „ ſupra *l.* 1. *c.* 3. §. 7. *n.* 2.

Jus ejus in Partes ex primæva voluntate metiendum eſt] „ Primævam autem illam vo„ luntatem contrahentium fuiſſe, dixit, per„ petuo, & immortali ſocietatis vinculo jungi.

Quæ minime credi debet talis, ut jus eſſet corpori partes & abſcindere a ſe. &c.] „ Ex „ vaga hac conjectura nihil inferri poteſt; „ vera illatio hæc eſt: Partes ideo pacto ſe „ junxerunt corpori, ut perpetua cum hoc „ ſit ſocietas; ſi proinde corpus partem il„ lam alii in ditionem dat, violat pactum, „ & ſocietatem. *Vid.* §. *ſeq.* At aliud eſt, „ ſi corpus neque ſe, neque partem ſervare „ poteſt, & ad conſervationem corporis par„ tem a ſe abſcindit, alias æque perituram.

Et alii in ditionem dare] „ Si totum ſer„ vari nequit niſi abſciſſa parte, neque pars „ ſervari poſſit ſublato toto. Aliud igitur di„ cendum, ſi corpori nullum immineat pe„ riculum, ſed provincia in periculo ſit con„ ſtituta, quam corpus, forte quod diſſita ſit „ provincia, tueri nequit. Hoc enim caſu adeo „ alienari pars illa nequit, ut potius priſti„ nam recipiat libertatem. Ea enim lege im„ perio alterius ſe ſubjecit illa provincia, ut „ contra injurias aliorum defendatur; con„ ditione hac ceſſante, res redit in priſti„ num ſtatum: & provincia illa de jure ſuo „ diſponere, aliique ſe ſubjicere poteſt. „ *Vid.* §. *ſeq.*

A d §. V.

Sic *viciſſim parti jus non eſt a corpore recedere*] Uti ergo populus, ſeu rex provinciam, ſeu partem imperii, abſque illius partis conſenſu alienare non poteſt: ita nec parti illi a corpore recedere, invito corpore, licet; jus enim corpori itidem ex pacto quæſitum eſt, quod non niſi mutuo diſſenſu tolli poteſt.

Niſi evidenter ſe aliter ſervare non poſſit] Hoc ex duplici ratione verum eſt: 1. ex jure privatæ defenſionis; uti enim ſingulis privatis omnia licent, ſine quibus ſalvi, & tuti eſſe non poſſunt: ita civitati quoque id jus competit. Si proinde abſque deditione ſalvi eſſe non poſſunt, injuriam nemini faciunt ſe aliis dedendo. 2. Ex ratione imperii, quod juris tuendi cauſa eſt conſtitutum; Ideo enim civitates ſe junxerunt corpori, ut ſecuritatem præſtet corpus: ſi proinde corpus illud ſuas partes tueri non poteſt, ceſſat tota imperii ratio, redit priſtinum jus civitatis, & priſtina libertas, de qua proinde civitas illa diſponere, aliique ſe ſubjicere poteſt.

Additio.

„ Circa hanc quæſtionem conferri debent „ ea, quæ diximus ſupra *L.* 1. *c.* 3. §. 4. &

„ 5. „

Digitized by Google

,, 5., & quæ dicentur infra *l.* 3. *c.* 23. §. 5.
,, Exempla partium, quæ a corpore receſſe-
,, re, refert *Teſm. in not. b.* ita Grœningia
,, deſerta a præſule Ultrajectino An. 1518.
,, Carolo Geldro fidem, & obſequium pro-
,, miſit, ſed addita conditione, *niſi vi ma-*
,, *jore, ac neceſſitate adacta aliter facere co-*
,, *gatur*, apud *Iſaacum Pontanum ad d. an.*
,, Atque hæc ratio eſt, cur Boruſſia imperio
,, Romano jure erepta fuerit; cum enim Or-
,, do contra reges Poloniæ aliter defendi non
,, potuerit, ejus ſummus Magiſter Albertus
,, III. anno 1528. Boruſſiam feudi lege, &
,, Ducis titulo a Sigiſmundo accepit; *Vid.*
,, *B. Par. jus publ. c.* 5. §. 11. *&* 39, con-
,, tradicente licet imperio. *Vid. Rec. Imp. de*
,, *anno* 1500.*tit.vom Hochmeiſter aus Preuſſen.*
,, Quo exemplo etiam Livoniæ Magiſter an-
,, no 1567. Curlandiam, & Semigalliam Du-
,, cis nomine nactus eſt. *d.c.*5. §. 11. *&* 39.

Ut ſupra diximus] *L.* 2. *c.* 2. §. 6. *n.* 2.
,, *ſeq.* Add. *L.* 3. *c.* 17. §. 1.

Quæ humani ſunt inſtituti] ,, Ex hypo-
,, theſi Auctoris etiam leges Dei quædam ta-
,, citam habent exceptionem ſummæ neceſſi-
,, tatis. *L.* 1. *c.* 4. §. 7. *n* 1.

Excepta videtur neceſſitas ſumma] ,, Si
,, ſcilicet pars illa aliter ſervari non poteſt.
,, At diximus *d. c.* 2. § 6, neceſſitatem nul-
,, lum jus natura tribuere. Vera ratio, cur
,, civitas a ſocietate cum corpore inita re-
,, cedere poſſit, hæc eſt: quia ſocietas inita
,, eſt ſub lege defenſionis, ſi corpus partem
,, defendere non poteſt, ſocietas, eoque to-
,, ta ratio imperii ceſſat.

Quæ rem reducit ad merum jus naturæ]
,, Adeoque in eum ſtatum, qui fuit antequam
,, partes in civitatem coirent. *Vid.* §. *præced.*
,, *&* §. *ſeq.*

Niſi plane coacti] ,, Imo etiam abſque tali
,, clauſula recedere a corpore, & alii jure
,, neceſſariæ defenſionis dedere ſe potuerunt;
,, ſua natura enim clauſula illa ſubintelligitur.

AD §. VI.

AUCTOR hic rationem reddit illius erroris, quem §. *IV.* defendit, *quod ſcilicet facilius totum imperium alienetur, quam pars:* & fruſtra de ratione differentiæ quæritur, cum dictum ſit, non poſſe plus juris eſſe in parte, quam in toto. Quod igitur juris eſt in toto, multo magis juris eſt in parte.

Additio.

,, Plenius mentem ſuam explicavit B. Pa-
,, rens in Diſſert *de teſtam. Princip. part.* 2.
,, §. 17. his verbis:

Hinc jam ultro quaſi fluit, principem non poſſe de principatu, bonisque coronæ teſtari, niſi conſenſu populi expreſſo, vel tacito: quia qui alienat, ille perdit, & abutitur, l. 3. §. 2. ff. ad SC. Mac. l. 3. §. 1. ff. de Off. Proc. Cæſ.; *quod contra naturam Imperii eſſe, jam dictum eſt. Secus ergo eſſe, jam patet, ſi per alienationem rem Imperii potius conſervet, quam perdat, vel ea abutatur; quod fit ſi neceſſitas, vel juſta ſit cauſa alienandi, v. g. ſi totum conſervare non poſſet, niſi partem alienaret: tunc enim eſt pars ejus adminiſtrationis, quam ipſi populus conceſſit. Neque obſtant tot exempla eorum, qui in teſtamentis de regnis ſuis ſtatuerunt, eaque alienarunt. Nam* ſupra §. 13. *ſatisfactum ei fuit: vel enim effectum non habuere, vel conſenſu populi tacito, ſeu expreſſo factæ, aut poſtea tacite ſaltem approbatæ fuere; vel etiam vis prævaluit. Illud autem tolerari vix poteſt, quod Grotius* l. 2. c. 6. §. 4. *dicit, difficilius eſſe partem alienare, quam totum; Utique enim is magis peccat, qui totam rem perdit, quam qui partem alicujus rei. Neque obſtat ratio, quam Grotius* d. l. *allegat: quod illi, qui in civitatem coeunt, ſocietatem quandam perpetuam contrahant, & unum corpus conſtituant, ut nulla pars deſeri a reliquis invita debeat. Nam cum ipſe Grotius* d. l. *recte fateatur, quod partes corporis abſcindi naturaliter poſſint in conſervationem totius; hoc, quod procedit in corpore naturali, multo magis fieri poteſt in corpore civili, cujus partes nec adeo cohærent, nec tanto cum periculo ſeparantur: hæ enim partes, etſi ſeparatæ a corpore civitatis, vivere tamen poſſunt; partes autem corporis naturalis viventi abſciſſæ interire neceſſe eſt. Illius partes tranſeunt in novum corpus, cujus ſpiritu perinde vegetantur, ac priore; ut vere dici poſſit:*

Quid refert cui ſerviam, clitellas dum porto
meas.

hujus vero plane extinguuntur: prout pluribus, & eleganter hoc deducit Gronovius d. §. 6. *Et licet Grotius contra hoc regerat, quod alia ratio ſit in corpore civili, quod voluntate contractum eſt; primævam vero voluntatem eorum, qui primi talem ſocietatem contraxerunt, inſpiciendam eſſe, qui minime credi debent voluiſſe, ut jus eſſet corpori partes invitas, & abſcin-*

*abſcindere a ſe , & alii in deditionem dare :
id tamen vanum , & inane eſt ; nam jam ſu-
pra diximus , ex hujuſmodi hariolationibus ,
& divinationibus nullum jus certum , nedum
naturale deduci poſſe. Quod ſi liceret tales con-
jecturas voluntatis primorum hominum affer-
re , & inde jus ſtatuere , (quod tamen non
eſſet jus naturæ , de quo hic quæritur) ; quæ
non exinde orirentur abſurditates ? Sed & po-
ſito , voluntatem primorum hominum ſocieta-
tem contrahentium ſpectari debere , eamque hic
certam eſſe , ne diſcederent ; id tamen hacte-
nus tantum intelligendum eſſet , ne ſine cauſa
poſſent diſcedere. Imo contra , ſi neceſſitas ac-
cideret , credendum potius eſt , eos potius vo-
luiſſe partes ſeparari , quam totam civitatem
in diſcrimen adduci.*

Atque hinc] ,, Quia ſcilicet in omnibus
,, iis , quæ humani ſunt inſtituti , excepta
,, videtur neceſſitas ſumma.

*Utitur jure , quod ante ſocietatem initam
habuit*] ,, i. e. libertate ſuo jure vivendi ,
,, aut alii corpori ſe jungendi.

Corpus non item) ,, Quia qui in civitatem
,, coeunt , ſocietatem quandam contrahunt
,, perpetuam , & immortalem , *ſup.* §. 4 , cui
,, renunciari non poſſe putat , nec ex neceſ-
,, ſitate.

Alienari ab eo poſſe , ut dominium] ,, Cu-
,, jus ſubjectum eſt res privata. *Gron. h.*

Non diviſibiliter in plura corpora] ,, Quo-
,, rum pars ab altera ſeparari poſſit.

*Neceſſitas autem &c. hic locum habere non
poteſt*] ,, Hanc rationem enim obtinere pu-
,, tat , ſi pars illius corporis ob neceſſitatem
,, a corpore recedit. *Vid.* §. 5. Non vero ſi
,, corpus partem ex neceſſitate alienat. *Vid.*
,, §. *h.*

Quæ ad jus naturæ rem deducit] ,, i. e.
,, ad eum ſtatum , quo omnia inter omnes
,, fuiſſe communia , fingit , nondum quippe
,, facto hominum introducto dominio , *l.* 2.
,, *c.* 2. §. 2.

Quia in eo jure naturæ] ,, Ubi ſupponit ,
,, omnia fuiſſe communia.

Uſus quidem comprehendebatur] ,, i. e.
,, quiſque hominum res communes ad ſuos
,, uſus arripere potuit quod vellet , & quæ
,, conſumi poterant conſumere. Ac talem
,, uſum univerſalem juris tum fuiſſe vice pro-
,, prietatis , dixit ſupra *c.* 2. §. 2.

Quæ ſunt naturalia] ,, Imo præter eſum ,
,, & detentionem , uſus rerum naturalis con-
,, ſiſtit in facultate pro lubitu de re diſponendi.

At non alienandi jus] ,, Cum enim in
,, ſtatu illo naturæ primævo , ex hypotheſi
,, Auctoris , omnia communia , adeoque do-
,, minia fuerint incognita ; nemo ſibi pro-
,, prietatem arrogare : adeoque nec alienare
,, res , nec de iis diſponere potuit. *L.* 2. *c.* 7.
,, §. 2. & *c.* 6. §. 1. *n.* 1. *L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 5.
,, *c.* 1. §. 10. *n.* 4. Quod refutavimus *ibidem.*

Quod facto hominum introductum eſt]
,, Grotius enim ſupponit , primos homines
,, initio per diviſionem receſſiſſe ab illa com-
,, munione ; aucto vero hominum numero
,, tacite inter ſe conveniſſe , ut in rebus indi-
,, viſis unicuique hominum jus eſſet ſibi ha-
,, bendi id , quod occupaſſet , *L.* 1. *c.* 1. §. 10.
,, *n.* 4. *l.* 2. *c.* 2. §. 1. *n.* 5. & §. 2. *n.* 4. & 5.
,, *l.* 2. *c.* 9. §. 1. *n.* 2. Atque hinc dominia juris
,, naturæ eſſe , ait , pro certo rerum ſtatu ,
,, i. e. poſtquam facto humano introducta
,, ſunt. *L.* 2. *c.* 7. §. 2. *n.* 2. & 14. *l.* 1. *c.* 1.
,, §. 10. *n.* 4. & 7. *c.* 2. §. 1. *n.* 5.

Atque ideo inde menſuram accipit] ,, Id
,, eſt , non reducitur res ad jus naturæ , ut-
,, pote ubi jus alienandi nemo habet ; ſed
,, menſuram res accipit ex voluntate domini ,
,, qui ſocietatem perpetuam contrahere voluit.

,, Miſera foret facies juris naturæ , ſi ex
,, ejuſmodi conjecturis decidendi rationes de-
,, ſumendæ eſſent. Ex hujuſmodi enim ver-
,, borum involucris obſcuris , vagis , & falſis ,
,, jus naturæ deducere , idem eſt , ac illud
,, ſuſpectum reddere. Diximus in præceden-
,, tibus , corpus ſi partem ſervare nequit ,
,, eam jure a ſe abſcindere poſſe.

AD §. VII.

AT *imperium*] ,, Auctor ait , *partem ter-
,, ritorii non habitatam , aut deſertam* , alie-
,, nari a populo poſſe : hanc enim partem ab
,, arbitrio populi dependere ; ſecus ac in alie-
,, natione *partis populi* , qui liberam habet
,, voluntatem , & contradicere poteſt. Nos
,, etiam *partem populi* alienari invitam poſſe ,
,, diximus , ſi corpus aliter ſervari nequit.
,, *Vid. ad* §. 6. *pr.*

In locum] ,, i. e. In *territorii* partem :
,, aliud enim obtinere putat , ſi agitur de
,, parte populi alienanda. *Vid.* §. 5.

A populo libero] In ſtatu populari , ubi
,, ſolius populi jus eſt ; is ergo de ſuo jure
,, diſponere poteſt.

Aut etiam a rege , accedente conſenſu populi]
,, Nam de utriuſque jure tunc agitur : adeo-
,, que uterque conſentire debet.

Nam populi pars &c. jus quoque habet contradicendi] „ Communi enim conſenſu „ in civitatem recepta eſt, adeoque non „ niſi communi conſenſu ſeparari poteſt, ex- „ cepta neceſſitate. *Vid.* §. 6. *& ſeq.*

Et ejus partes] „ Puta, non habitatæ, „ aut deſertæ.

Communia populi pro indiviſo] „ Populus „ enim in ſingulas territorii partes jus com- „ mune habet.

Ac proinde ſub arbitrio populi] „ Ad eum „ effectum, ut populus liber territorium, & „ partem ejus alienare poſſit.

Si alienare populo non licet] „ Quia pars „ illa in ſocietatem coivit, ſub lege defen- „ ſionis: alienare autem non eſt defendere.

Ut jam diximus] „ §. 4. *& ſeq.* Ubi ex- „ cepimus caſum, ſi corpori, & parti „ pereundum eſſet, niſi abſcindatur pars.

Multo minus regi] „ Rex enim non plus „ juris habet, quam populus, qui jus ſuum „ in regem contulit.

Imperium etſi plenum habenti, attamen non plene] „ Nam Auctor ſupra dixit, pleraque „ imperia ſumma non plene haberi, ſed le- „ gibus, & capitulationibus circumſcripta eſſe: „ indeque talem regem alienare imperium *in* „ *partem populi* non poſſe, ait; (Quod ad- „ mittimus, ſi nulla alienandi neceſſitas ad- „ ſit) aliud autem obtinere in rege, qui & „ plenum imperium habet, & plene: ut in „ regno patrimoniali. Nos alibi demonſtra- „ vimus, populum quidem victorem regnum „ tale alienare poſſe, non vero regem.

Ut ſupra diximus] „ *L.* 1. *c.* 3. §. 11. 12. „ 13. & 14 ubi hanc ſententiam Auctoris „ plenius examinavimus.

A d §. VIII.

S u b s c r i b e r e *non poſſumus JCtis, qui ad regulam de non alienandis partibus imperii adjiciunt exceptiones duas, de publica utilitate, & de neceſſitate*] Rejicit hic Auctor duas exceptiones, quas *ſupra* §. 3. & §. *præced.* admiſimus, atque eo ipſo omne fundamentum adminiſtrationis evertit. Adminiſtratio enim reipublicæ conſiſtit in cura efficiendi id, quod *utile* eſt civitati, & ad ejus *neceſſitates* pertinet.

Additio.

„ Grotius ſtatuit, regi jus partem imperii „ alienandi non competere, nec ex *utilitate*, „ nec ex *neceſſitate*, niſi accedat populi con- „ ſenſus. B. Parens diſſentit, & conſenſum „ partis neceſſarium non eſſe, ſtatuit, ſi ne- „ ceſſitas alienationem ſuadeat.

Ut ubi eadem eſt utilitas communis, &c. facile ex ſilentio &c. conſenſus & populi, & partis interveniſſe videatur] „ Grotius putat, „ populum tacite conſenſiſſe videri, ſi utili- „ tas, aut neceſſitas alienandi partem impe- „ rii adſit, & populus etiam non longo tem- „ pore ſileat. Equidem ſupra cap. IV. pro- „ bavimus, ſilentium, etiam longiſſimi tem- „ poris, conſenſum non inferre, nedum ſi- „ lentium longi temporis; indeque populo „ ſemper jus ſe in libertatem vindicandi com- „ petere.

Et partis] „ Diximus, partis conſenſu „ opus non eſſe, ſi corpus conſentit.

Facilius vero ſi etiam neceſſitas apparet] „ Si „ de alienatione totius imperii agitur, con- „ ſenſus populi ex ſilentio non præſumitur, „ etſi neceſſitas adſit; ſi de alienatione partis „ populi æque perituri agitur, conſenſus par- „ tis plane non requiritur, ſi corpus conſentit.

Aut partis] „ Quæ alienari debet.

Nihil actum debet intelligi] „ Rex enim, „ & populus diſpoſuerunt de jure alieno.

Ubi pars a corpore coacta eſt abſcedere] Adeoque ubi pars, deficiente quippe lege dilationis, libera fit, & de ſuo jure imperii diſponere, aliique ſe ſubmittere poteſt.

A d §. IX.

S u b *alienatione*] Quæritur, an Rex imperium, vel ejus partem, abſque conſenſu populi in feudum dare, aut oppignorare poſſit? Reſp. regulariter non poſſe, niſi in caſibus, quibus alienatio licita eſt: adeoque quoties infeudatio, aut oppignoratio ſunt pars adminiſtrationis. Nimirum 1. ex neceſſitate, ſi pax mitioribus conditionibus obtineri nequit, quam ea, ut feudi jure rex imperium ab alio teneat: 2. Propter utilitatem publicam, uti ſi propter bene merita pars imperii in feudum alii conceditur; Nam feuda nihil aliud ſunt, quam beneficia, quæ bene merentibus conceduntur. Sane intereſt reipublicæ, vicinum, vel familiam illuſtrem in perpetuum ſibi devincire, quod fit per feuda, unde perpetua in rempublicam eſt obligatio. Hinc & in eccleſia, ejuſque rebus, ejuſmodi infeudationes admittuntur. Atque hæc origo eſt ducatuum, & comitatuum

Digitized by Google

tatuum in Imperio Romano Germanico, quæ ob merita feudi jure concedi ſtatibus ſolent.

Infeudatio] „ Quando rex jus directum „ imperii alienat, & in extraneum transfert, „ retento ſaltem jure utili.

Sub onere commiſſi ex felonia, aut deficiente familia] „ I. e. Ut commiſſa felonia, „ vel deficiente familia, imperium pleno ju„ re ad alterum pertinere debeat.

Nam & hæc eſt conditionalis alienatio] „ Si enim rex feloniam committit, vel fa„ milia ejus deficit, omne jus imperii in al„ terum transfertur.

Ita infeudationes regnorum, quas populis inconſultis reges fecerant] „ Legibus Imperii „ Rom. Germanici ne bona quidem imperii „ in feudum dari, abſque conſenſu ſtatuum, „ poſſunt. *Carpz. ad l. reg. c. 7. ſect. 3. §. 1.* „ Conſenſu populi igitur regna in feudum „ dari poſſunt. Exempla de regnis Bohemiæ, „ Poloniæ, Hungariæ, &c. Vide in *B. Par.* „ *prud. jur. publ. cap. 5. §. 21. §. 22. notl.* „ *c. 7. §. 5. c. 21. §. 6.*

Sive totus coit] „ Ubi populus viritim „ comparebat, uti ſub Romulo factum. *Liv.* „ *L. 1. c. 8. & 17.* Apud Batavos quoque „ recentius exemplum affert Temple *dans* „ *les remarq. ſur l'état. &c. c. 2. pr.*

Apud Germanos] „ *Tac. de Mor. Germ.* „ *c. 11.*

Et Gallos] „ *Cæſ. de bell. Gall. l. 5.* ubi „ Ambiorix rex Germanorum ait, *in ſe non* „ *minus juris multitudinem habere, quam* „ *ſe in illam.* Conf. *B. Par. Jus publ. c. 7.* „ *§. 10.*

Sive per legatos partium integrantium] „ Ut in Comitiis Imperii Germanici, ubi „ ſingulæ civitates, & provinciæ per depu„ tatos comparent, *d. jus publ. c. 20. §. 11. 12.* „ *& 13*; quod in Anglia, Polonia, & ali„ quando in Gallia quoque fieri ſolet.

Nam facimus & quod per alium facimus] „ Legati nihil aliud ſunt, quam inſtrumen„ tum populi; actio autem eſt cauſæ, non „ inſtrumenti: de quo alibi egimus. *Vid.* „ *L. 1. c. 5. §. 3. & infra L. 2. c. 11. §. 18.*

Sed nec pignori pars imperii dari poteſt] Duplicem Auctor affert rationem: 1. quia qui pignus dat, concedit ſimul facultatem illud diſtrahendi non ſoluta pecunia: 2. quia induſtriæ perſonæ, ejuſque familiæ commiſſum a populo imperium, eaque lege in eam collatum eſt, ut familia curam reipublicæ gerat. Tota autem hæc ratio delati imperii ceſſat, ſi illud transferretur in aliam familiam, & contra pactum: adeoque ultra fines facultatis legitimæ agit princeps, ſi curam illam alii committit. Secus ſi utile, vel neceſſe ſit fieri: tunc enim pars adminiſtrationis eſt.

Additio.

„ Dictum jam in præcedentibus eſt, ne„ ceſſitatem non tribuere jus in rem alie„ nam: adeoque nec jus alienandi, aut op„ pignorandi. Cæterum oppignorationes Im„ perii, factæ ab Imperatoribus Germanicis, „ Capitulationibus Imperii inſertæ ſunt, ut „ validitatem, quam per ſe non habent, ex „ conſenſu demum Statuum conſequantur. „ *Vid. B. Par. Jus publ. c. 9. § 19.*

Niſi conſenſu ſimili] „ Scilicet populi, „ ad quem proprietas illarum terrarum per„ tinet.

Quod ex pignoris datione ſequi alienatio ſoleat] „ Non ſoluta enim pecunia diſtrahitur „ pignus *L. ſ. C. de Reb. al. non al.*

Ad exercendum per ſe ſummum imperium] „ Certæ enim familiæ induſtria electa, ei„ que ſoli pacto populi delata eſt admini„ ſtratio.

Et populus partibus &c.] „ Auctor eun„ dem hic errorem committit, quem in §. „ 4, 5, & 6. defendit: nimirum, partem „ populi nec infeudari, nec oppignorari poſ„ ſe, niſi præter populum pars illa conſen„ tiat. Rationem allegat, quod rex, & po„ pulus teneantur partibus ſuis ad conſer„ vandum exercitium imperii in ſua integri„ tate. Sane, partem etiam invitam alienari, „ nedum in feudum, aut pignori dari poſ„ ſe, ſi totum conſervari aliter nequit, pro„ bavimus allegatis locis.

Ad §. X.

Minores *vero functiones civiles*] „ Alibi Auctor diſtinguit inter partes imperii „ neceſſarias, & inter eas, quæ aut ſeparari „ naturaliter, aut ſaltem cum aliis commu„ nicari poſſunt. *Vid. l. 2. c. 4. §. 13. & 14.* „ Quo refert jus appellandi, *ibid.* reditus „ oppidi, regionis, &c. *h. §. & ſeq.*

Quo minus populus etiam jure hæreditario poſſit concedere, nihil obſtat] „ Jure feudi „ nimirum, & vi officii; tunc enim im„ perium non alienatur, ſed res, ejuſque „ reditus, ſub onere ſubditis ſaltem aſſignan„ tur. De urbibus Ponti jure perpetuo a Per„ ſarum rege præfectis conceſſis vide *Corn.*

 „ *Nep.*

Digitized by Google

„ *Nep. in Miltiade c.* 3., & *Themiſt. c.* 10.

Cum ea corporis, ſummique imperii integritatem nihil imminuant] „ Quia ſalvo ſum-
„ mo imperio ſaltem privata proprietas, &
„ uſus illarum functionum aliis conceditur.

Inconſulto vero popu'o rex id non poteſt]
„ Cur non? Nam ſupponimus caſum, ubi
„ princeps ſubditis ſuis feudi, vel officii ju-
„ re Ducatum, Comitatum, vel aliam por-
„ tionem terræ concedit, ea lege, ut tem-
„ pore belli ſervitia reipublicæ præſtent, ut
„ juſtitiam adminiſtrent ſubditis, &c. ſalvo
„ ſummo imperio. Ejuſmodi alienatio jure
„ fieri poteſt, quia officium principis eſt,
„ ſalaria aſſignare illis, qui rempublicam
„ defendunt, & jus dicunt. Pars ergo ad-
„ miniſtrationis reipublicæ eſt, vel ſalaria
„ ſolvere, vel loco ſalariorum reditus pro-
„ vinciæ, comitatus, vel portionis terræ aſ-
„ ſignare; quod inprimis in terris bello
„ quæſitis fieri ſolet. Atque ex hoc titulo
„ Electores, Principes, Comites, & Baro-
„ nes Romano-Germanici Imperii, terras
„ ſuas tenent.

„ Si vero terræ illæ ad alios uſus publi-
„ cos, & v. g. ad inſtruendam menſam prin-
„ cipis deſtinatæ ſunt, nec jure feudi, nec
„ jure officii aliis concedi poſſunt in præ-
„ judicium ſucceſſorum.

Quia juris temporarii effectus niſi pariter temporarii eſſe non poſſunt] „ Imo cum pars
„ adminiſtrationis ſit, officia conſtituere;
„ hoc jus aliquod perpetuum eſt, & effectum
„ quoque perpetuum producit.

Quale eſt regum, electorum] „ Quorum jus
„ interit morte.

Aut lege ſuccedentium in imperio] „ Quo-
„ rum jus definit exſtincta familia.

Potuit tamen] „ Sed tunc non manere
„ rem intra terminos naturales, ait.

Populi ut expreſſus conſenſus, ita tacitus conſuetudine introductus &c. id jus regibus tribuere] „ Imo eſt pars adminiſtrationis,
„ modo fiat intra fines ante præſcriptos.

Qualem nunc paſſim vigere cernimus] In Germania notus eſt ille modus, quo terræ in beneficium dantur ſub lege fidelitatis, & ſervato dominio directo. *Vid. B. Par. jus publ. cap.* 21. §. 6.

Eo jure uſos olim reges Medos, & Perſas]
„ Orientis reges ipſa imperia quoque, eo-
„ rumque partem, vi antiquæ conſuetudinis
„ alienaſſe, vidimus *ſupra* §. 3.

Oppida, aut regiones totas] „ Ex his jam facilis eſt deciſio agitatæ illius quæſtionis, an regalia alienari poſſint? Diſtinguendum enim eſt inter regalia majora, & minora. *Priora* alienari non poſſunt directo, quia ſunt pars majeſtatis, & populo propria. At poſſunt alienari 1. jure feudi, ubi jus directum manet penes principem concedentem: 2. Jure officii, quia tum officialis agit jure, & nomine conſtituentis; pars autem adminiſtrationis eſt, officiales conſtituere, iiſque ſalarium dare. *Vid. jus publ. noſtrum c.* 21. §. 8. *c.* 15. §. 4. & *ſupra L.* 1. *c.* 3. §. 21. De *poſterioribus*, quatenus alienari poſſint, videbimus §. *ſeq.*

Additio.

„ Præmittendum eſt, regalia *majora* eſſe
„ jura illa majeſtatis principalia, quæ a ma-
„ jeſtate ſeparari non poſſunt, & in ipſa
„ poteſtate tuendi jura, & rem publicam
„ conſiſtunt. *Minora* autem, ſeu ſubſidia-
„ ria, eſſe ea, quæ in mediis, & ſubſidiis
„ ad eam tuitionem pertinentibus conſiſtunt.
„ Ad *majora* pertinent jura belli, & pacis,
„ jus condendi leges, eoque & concedendi
„ honores, ac privilegia, &c. Ad *minora*
„ referri ſolent viæ publicæ, flumina, fo-
„ dinæ, adeſpota, & loca publica, ut fo-
„ reſta, &c. *B. Bar. jur. publ. c.* 2. 22. 23.

„ *Majora* abſque conſenſu populi alienari
„ nequeunt, quia a majeſtate ſeparari non
„ poſſunt. Princeps igitur non poteſt juri
„ belli, & pacis renunciare, illudque in
„ alium transferre, nec jus collectarum alii
„ populo concedere, niſi conſenſu populi.
„ At *minora* regalia alienari poſſunt, vel
„ quoad uſum, ut via publica, flumen, lit-
„ tora, &c. vel quoad proprietatem priva-
„ tam; ita enim alienare poteſt fodinas, fo-
„ reſta, aliaque adeſpota. Salvum enim
„ ubique eſt imperium, & commoda hæc
„ ab arbitrio principis dependent.

AD. §. XI.

HACTENUS Auctor probavit, imperium nec totum, nec ejus partem, nec functiones civiles, abſque conſenſu populi alienari poſſe. Hic jam quærit, *an alienari poſſit patrimonium populi, cujus fructus deſtinati ſunt ad ſuſtentandam rempublicam, aut dignitatem regiam.* Et recte id negat, etſi res modica ſit; quia rex nudus adminiſtrator eſt, qui utendi jus non habet niſi ſalva ſubſtantia. Exc. ſi populus conſentiat: quem conſenſum facile præſumi, Auctor fingit.

Ut

Digitized by Google

Ut rite intelligatur difficilis hæc materia de jure regis in bona regni, eorumque reditus, & quatenus alienari poſſint; præmittendum eſt

Primo, alia eſſe bona *regis*, alia *regni*. *Illa* dicuntur, quæ ex re privata habet, v. g. ex hæreditate, ex pacto, &c. in quibus principes non differunt ab aliis privatis. §. *f. Inſt. Uſuc. L.* 3. *& tot. tit. C. quadr. præſcr. Hæc* ſunt, quorum proprietas ad populum pertinet, adeoque ipſa terrarum, acceſſionumque ſubſtantia. *Vid. jus publ. noſtrum c.* 9. §. 14.

Secundo: Hæc bona regni in patrimonio populi eſſe dicuntur. *L.* 14. *pr. ff. A. R. D. l.* 15. *ff. V. S. l.* 17. *ff. Ed. l.* 3. *pr. ne quid in loc. publ.* Unde Florus quoque vectigalia imperii patrimonium vocat. *L.* 3. *Hiſt. c.* 13. *Vid. dict. jus publ. c.* 9. §. 17. Adminiſtratio vero horum bonorum ad principem pertinet.

Tertio: Diſtinguenda ſunt *bona* illa *regni* a *reditibus*, qui itidem populi ſunt, quia e re populi oriuntur. Nam

Quarto: Princeps vi imperii exigere poteſt a ſubditis, ut contribuant tum quæ ad rempublicam tuendam ſunt neceſſaria, tum quæ ad familiam, & dignitatis ſuſtentationem pertinent. PRIUS, quia aliter defendi reſpublica nequit, *Poſ. IV. n.* 4. Hinc Tacitus ait: *neque reſpublica ſine milite, neque miles ſine ſtipendio, nec ſtipendia ſine tributis eſſe poſſunt*. POSTERIUS ideo, quia tantam curam ſuis impenſis ſuſcipere non tenetur; neque tueri rempublicam poteſt, niſi ſuam dignitatem conſervet, quod ſine impenſis fieri nequit.

Quinto: Cives contribuere quoque tenentur tum *operas*, tum *bona*. *Operas* proportione Arithmetica; cum enim omnium civium æqualiter interſit rempublicam defendi, eaque cauſa initæ ſocietatis ſit, omnes quoque æqualiter operas ſuas conferre tenentur. Ex *bonis* autem contribuere tenentur cives proportione Geometrica; quia ejus, qui 1000 habet in bonis, magis intereſt conſervari civitatem, quam ejus, qui 10 habet.

Sexto: Populus certos reditus deſtinare ad defenſionem reipublicæ, ac dignitatis regalis ſolet. Ita enim Romani ſuis imperatoribus alios aſſignarunt reditus ad defenſionem reipublicæ, qui in *ærario* aſſervabantur: alios ad ſuſtentationem familiæ, qui *fiſco* inferebantur.

Septimo: Certo reditu conſtituto, quæritur, an princeps de recepto populo rationem reddere debeat? Equidem jure naturæ id de *prioribus* reditibus ad defenſionem reipublicæ deſtinatis affirmandum eſt: atque ita in Angliæ regno ſæpius vidimus, Parlamentum regiſtra expenſarum a rege popoſciſſe, & obtinuiſſe: ſed & in ſtatu populari, & ariſtocratico id quotidie fieri videmus. At in pleriſque regnis, inprimis illis, ubi omnis adminiſtratio collata eſt in Principem, ſimul arbitrium diſponendi de illis reditibus Principi relinquitur; neque enim populum rationes exegiſſe a tali principe, exemplo probari poteſt. Populus igitur ſuo juri in ejuſmodi regnis renunciaſſe cenſetur. De *poſterioribus* diſpenſandi arbitrium eſt principis: nec ulli rationem reddere tenetur.

Octavo: Hinc jam quæritur, an Princeps reditus ad uſus publicos deſtinatos alienare poſſit? Equidem in illis regnis, ubi expenſarum rationem rex reddere tenetur, certum eſt, alienari illos reditus extra caſum defenſionis reipublicæ non poſſe; At ubi arbitrium omne in principem collatum eſt, vix eſt ut alienationes ex illis reditibus factæ revocari poſſint, quia rationem reddere non tenetur. At hoc 1. verum ſaltem eſt de reditibus, qui eo vivo curæ ejus committuntur. Nam de futuris diſponere nulla ratione poteſt: adeoque non poteſt civem, ejuſque bona, in præjudicium ſucceſſorum eximere cataſtro, eumque liberare ab excubiis, ab acciſis &c.; ſed ſucceſſor ejuſmodi privilegia conceſſa ſemper revocare poteſt: quia princeps nudus adminiſtrator eſt horum redituum, quos conſervare tenetur, non perdere. 2. Succeſſori æque incumbit officium defendendi rempublicam ex illis reditibus: adeoque in præjudicium ſucceſſorum reditus illi minui non poſſunt. Sed & 3. hoc etiam de præſentibus reditibus ſaltem verum eſt, ſi reliquis civibus inde non fit præjudicium, quia onera æqualiter inter cives diſtribui debent; hoc jus quæſitum ſubditis princeps auferre non poteſt. Atque ex eadem ratione Princeps civem ab excubiis liberare nequit, neque eximere bona quædam cataſtro, ſi onus illud in vicinos tranſiturum eſſet.

Nono quæritur, an Princeps reditus menſæ deſtinatos alienare poſſit? Equidem *bona ipſa*, ex quibus reditus debentur, alienari non poſſe, certum eſt; quia proprietas illorum bonorum ad populum pertinet, de cujus jure Princeps diſponere nequit. Dictum enim eſt, principem hactenus ſaltem adminiſtratorem eſſe illorum bonorum, cujus eſt

Digitized by Google

conſervare rem, non perdere. Sed & ſucceſſoribus jus quæſitum eſt percipiendi fructus ex illa re ad ſuſtinendam ſuam dignitatem: idque ex diſpoſitione vel populi, vel primorum conſtituentium. Hoc jus quæſitum præſens poſſeſſor auferre ſucceſſoribus nequit. Atque hinc etiam princeps in re domaniali nec ſervitia remittere, nec jus braxandi vendere, nec aliquid, quo res domanialis, eique cohærentia jura minuuntur, aliis permittere poteſt. An vero *reditus* minuere in præjudicium ſucceſſorum poteſt? Negatur, quia ſucceſſores jus in reditus illius rei domanialis habent ex pacto primorum conſtituentium: adeoque ſi Princeps jus paſcendi, vel reditus annuos, vel jus molendini, vel jus cauponæ &c. aliis concedit, eoque reditus rei domanialis minuuntur; revocare ſucceſſor ejuſmodi privilegia poteſt.

Additio.

,, Optime B. Parens diſtinguit *I.* inter *bona*
,, *regis*, ac *bona regni*: & HÆC, ait, eſſe,
,, quorum ſubſtantia, & proprietas ad po-
,, pulum pertinet; *Vid. l.* 3. *C. Quadr. præſcr.*
,, quo referuntur non tantum ipſum territo-
,, rium imperiale, ſed & omnes terræ, lo-
,, ca, ac jura publica. *Vid. B. Par. jus pu-*
,, *bl. c.* 9. §. 16. & 17. ILLA, quorum
,, dominium ad principem pertinet; quo re-
,, feruntur omnia, quæ rex privato titulo,
,, vel ex pacto, vel ex ultima voluntate,
,, vel præſcriptione acquiſivit. Atque hæc
,, bona ſubſtantia privata principis dicuntur.
,, *L.* 3. *C. Collat. fund. fiſc.* eaque commu-
,, nem legum regulam ſequuntur. *Vid. Grot.*
,, *l.* 2. *c.* 14. §. 1. 2. & 5. De quo vide ſupra
,, *L.* 1. *c.* 3. §. 12. *n.* 1.

,, *Bona regni* nullo modo alienari, adeo-
,, que nec infeudari, nec oppignorari poſſe
,, inconſulto populo, in præcedentibus vi-
,, dimus. *Add. Brunn. Conſ.* 1. At de *bonis*
,, *privato titulo quæſitis* rex pro lubitu diſpo-
,, nere poteſt.

,, Porro & *II.* bene diſtinguit B. Parens
,, inter *proprietatem* illorum bonorum, &
,, jurium: & inter *reditus*, qui ſunt com-
,, moda, & fructus ex illis orti. Cum enim
,, reſpublica multis indigeat, reſervavit ſibi
,, plerumque quædam bona, & jura, quo-
,, rum reditus ad ſuſtentationem reipublicæ
,, adhiberi ſolent, & debent; qui ſi vel
,, non ſunt, vel non ſufficiunt, ſinguli ci-
,, ves contribuere ad eum uſum tenentur.
,, Id enim pars eſt officii civium, tueri
,, rempublicam opibus, & operibus ſuis;
,, ideo enim in civitatem coiverunt.

,, Ex quibus proinde *III.* conſtat, *redi-*
,, *tus* hos eſſe populi, quia e re populi ori-
,, untur: & reges ſaltem eorum eſſe admi-
,, niſtratores, nec in alios uſus, quam ad
,, quos deſtinati ſunt, ſcilicet ad utilitatem
,, reipublicæ, impendi, ac diſpenſari poſſe.
,, Atque hinc cum remittere Nero tributa
,, vellet, obſtitit Senatus, cauſatus hos eſſe
,, fructus, quibus reſpublica ſuſtinetur, *Tac.*
,, 13. *ann.* Sine tributis enim rempublicam
,, ſubſiſtere non poſſe, vidimus *ſupra L.* 1.
,, *c.* 3. §. 8. *n.* 12. Add. *Flor.* 3. 13. Unde
,, bene obſervavit B. Parens, principem ra-
,, tionem quoque horum redituum populo
,, reddere teneri, uti in Rebuſpublicis, in A-
,, riſtocratiis, & quibuſdam regnis hodieque
,, fieri ſolet. Etſi enim adminiſtrationem ho-
,, rum redituum, ſimulque arbitrium de iis
,, diſponendi relictum ſit principi; id tamen
,, tantum verum eſt intra terminos legitimæ
,, adminiſtrationis: quanquam populus in
,, pleriſque regnis rationes exigere non ſo-
,, leat.

,, In hos igitur reditus *IV.* nil niſi admi-
,, niſtrandi jus, i. e. jus ad neceſſitates pu-
,, blicas diſpenſandi, regi competit; unde
,, neceſſario ſequitur, quod reditus illos non
,, poſſit minuere in præjudicium ſucceſſo-
,, rum: *tum* quia minuere reditus, non eſt
,, pars adminiſtrationis: *tum* quia jus ejus
,, adminiſtrandi cum vita finitur: *tum* quia
,, ſucceſſor jus ex diſpoſitione primorum diſ-
,, ponentium habet, quod ei facto præſen-
,, tis poſſeſſoris auferri nequit. Atque hinc
,, eſt, quod Princeps nemini immunitatem
,, perpetuam ab acciſis, a contributionibus,
,, &c. concedere poſſit; quod inprimis ve-
,, rum eſt ſi cives reliqui prægravarentur:
,, uti ſi totum corpus certam ſummam tri-
,, buere tenetur, & unus eximitur; tunc
,, enim reliquis hoc onus accreſceret. Ita
,, angariæ publicæ juxta numerum prædio-
,, rum præſtandæ, uno liberato reliquis im-
,, ponerentur ſolis. Atque hæc ratio eſt,
,, cur in quibuſdam locis prædia deſerta,
,, *die wüſte Bauer-Höfe*, tanta cura, non
,, obſtante præſcriptione ulla, reædificari de-
,, beant, ne reliqui ſubditi in præſtatione
,, angariarum, &c. (quæ in his oris vocari
,, ſolent *Nachbarrecht*) prægraventur.

,, Uti autem *V.* ad neceſſitates reipublicæ,
,, ejuſque majeſtatem, ac ſplendorem perti-
,, net,

Digitized by Google

„ net, ſuſtentare dignitatem, & domum regis: ita populus quoque his proſpicere eo „ magis tenetur, quia Princeps non tenetur „ ſuis ſumtibus rempublicam adminiſtrare; „ neque enim ſubditi in operas principis ullum jus habent. Unde apud omnes fere „ gentes certi quidam reditus, ſive ex patrimonio populi, ſive ex juribus publicis, „ aſſignari principi ſolent, ut ex iis dignitatem ſuam ſuſtineat. Horum redituum Princeps non nudus adminiſtrator eſt, ſed dominus: adeoque rationes reddere non tenetur; etſi fundum, ſeu jura, ex quibus „ illi reditus oriuntur, alienare non poſſit: „ de quo mox.

„ *VI.* Jure Romano duplices illi reditus „ optime diſtinguuntur. Illi enim, qui deſtinati ſunt ad ſuſtentationem reipublicæ, referuntur ad *ærarium* in ſpecie ſic dictum, „ ſeu publicum; illi autem, qui ad ſuſtentandam dignitatem, & familiam principis „ pertinent, ad *fiſcum*, ſeu ad ærarium privatum.

„ Prius ærarium publicum eſt, eique præeſt Comes ſacrarum largitionum, *L.* 14. „ *C. de Palat. L.* 15. *C. de Suſcept. L. un. C.* „ *de Ponderat.* qui Comes Theſaurorum dicitur, *L.* 2. *C. Ult. in ord. dign. ſerv.* & „ diſtinguitur a Comite rei privatæ, *ibid.* „ Olim Quæſtores præerant, *Kock. de contrib. L.* 1. *c.* 2. *n.* 25, poſtea Prætores, „ *ibid. n.* 31. *Suet. in Aug. c.* 36. Mox revocati Quæſtores, *Suet. in Claud. c.* 24; „ tum ſecuti Ædiles, *Klock. d. l.* 32.

„ Fiſcus vero quodammodo privatum jus „ eſt, (quanquam ſubſtantiæ privatæ Principis opponatur *Leg.* 3. *C. de Collat. fund.* „ *fiſc.*) hinc ærarium vocatur: *L.* 4. *C. de* „ *Fund. patr. L.* 2. *eod. L.* 7. §. 5. *eod. L.* 5. „ *de Bon. vac. L.* 7. §. 5. *C. de Delat.* ſed privatum, *L.* 1. *C. de Quæſt. Goth. ad L.* 2. „ *C. ut ord. in dign.* Unde etiam Comiti rei „ privatæ ſubeſt. *L.* 3. *C. de Collat. fund.* „ *L.* 3. *C. de Bon. vac.* & pro lubitu alienari „ uri privata ſubſtantia poteſt, *per text. expr.* „ *in l.* 4. *de Quadr. præſcr.*

„ Hinc duplex ærarium, *publicum*, & *privatum*: *L.* 1. *C. de Quæſt. Goth. ad l.* 2. „ *Ut in ord. dign.* duplex Comes *d. l.* 3, „ duplices Palatini, *tot. tit. Rub.* & *L.* 9. „ *L.* 19. *C. de Palat.* ſcil. ſacrarum largitionum, & rerum privatarum. Ita diſtinguit „ ærarium, & fiſcum, *Suetonius in Veſp. c.* 16. „ *Plin. in Paneg. ad Traj. cujus verba refert* „ *B. Par. in Prud. jur. publ. c.* 9.

„ *VII.* Ex hoc fiſco Princeps comparabat „ omnia neceſſaria, & quæ ad ſuſtinendam „ dignitatem requirebantur. *Goth. ad rubr.* „ *C. de Can. largit. tit.* (Neque enim certa „ prædia ad menſæ utilitatem addicta tum „ fuere, Conf. *L.* 1. *c.* 3. §. 12. *n.* 3.) Atque „ hinc Imperatores de eo, ut de privata „ ſubſtantia, diſponere, *L.* 4. *C. de quadr.* „ *præſcript.* neque ita alienata a ſucceſſore „ revocari potuerunt, *arg. d. l.* 4.

„ Apud Germanos itidem non apparet, „ certa prædia aſſignata fuiſſe regibus ad uſus „ menſæ: nec hodie ſunt. Multo minus Status Imperii olim bona domanialia poſſederunt; ſed reditus ſui Principatus adhibebant ad menſæ, familiæque ſuſtentationem, & commoda, lucraque fiſcalia eo conferebant. Cum vero non ſufficerent hi reditus ad Principis ſuſtentationem, tractu temporis, & ex quo principatus illi hæreditarii „ facti ſunt, Status provinciales, vel ipſi „ Principes, certa prædia deſignaverunt, ex „ quorum reditibus ſumtus ad menſam neceſſarii deſumerentur. Unde vulgo bona „ domanialia (quæ vox ex jure civili, ubi „ res dominicæ ſæpius occurrunt, originem „ traxiſſe videtur, *Schilt. Inſt. J. publ. L.* 2. „ *t.* 1. §. 11.) vocantur. *Vid. infra* §. *b.*

„ Domanium ergo *VIII.* conſiſtit in reditibus certorum prædiorum, vel jurium, „ quæ vel ab ipſo principe, vel a Statibus „ provinciarum, vel quolibet alio, ad id deſtinata ſunt, ut ex eorum reditibus menſa „ principalis inſtruatur.

„ Conſtituitur autem domanium 1. Pacto, „ ſi vel princeps pia intentione feudum forte ſibi apertum, vel prædium pecunia ſua „ comparatum, ad perpetuos ſucceſſorum „ uſus deſtinat: vel ſi Status provinciales „ prædia quædam menſæ principali addicunt: „ vel denique ſi privatus de re ſua cum tali „ lege diſponit. 2. Ultima voluntate, ſi iidem, „ v. g. per legatum, prædium aliquod in „ uſum ſucceſſorum relinquunt. 3. Uſucapione, & præſcriptione, ſi ſcilicet res ſua natura non domanialis, bona fide, & juſto „ titulo, longoque tempore tanquam domanialis poſſidetur: vel ſi Princeps per 30. „ annos rem tanquam domanialem poſſidet. „ Non ergo ſtatim bona fiunt domanialia, ſi „ forte Princeps, per plurimos licet annos, feudum apertum, aut bona vacantia, ad menſæ inſtructionem adhibuerit, eaque rationibus domanialibus inſeri curaverit; niſi deſtinatio, ſaltem ex lapſu temporis, appareat.

„ Hinc

Digitized by Google

,, Hinc *IX.* facilis eſt deciſio celebris quæſtionis: *an ſucceſſor bona domanialia ab anteceſſore alienata revocare poſſit?* Sane, ſi bona illa unquam principali menſæ deſtinata fuiſſe probari poteſt, affirmanda omnino erit quæſtio. Nam 1. in his bonis præter uſum nihil ad principem pertinet: adeoque nudus adminiſtrator, & fructuarius eſt, qui de ſubſtantia rei nulla ratione diſponere poteſt.

,, Hæc enim ſubſtantia 2. ad provinciam pertinet, & hactenus res aliena eſt, quam nemo nec naturali ratione alienare poteſt. Sed & 3. ſucceſſoribus ſingulis jus reditus ex his bonis percipiendi quæſitum eſt ex pacto primorum conſtituentium, quod ipſis facto anteceſſoris auferri nequit. Quæ etiam 4. ratio eſt, cur nec feuda antiqua in præjudicium agnatorum alienari queant. Sed & 5. licet ſucceſſor nihil moveret, ipſa tamen provincia, ejuſque Status, dominium ejuſdem rei a quocunque poſſeſſore vindicare poterunt.

,, Neque obſtat 6. hæredem factum defuncti præſtare debere. Reſp. præſtare omnino tenetur hactenus, ut omne id, quod intereſt poſſeſſori, evincat, non vero ut præciſe rem ei relinquat; de quo plenius infra. Atque ita res deciſa eſt in curia Halberſtadienſi in cauſa fiſci contra *den von* Stryska: in puncto *des Hauſes-Neindorff.*

,, Atque id 7. verum eſt, licet res minima alienetur: uti ſi jus braxandi, ſervitia quædam, molendinum &c. alienentur. *Grot.b.*§. Certiſſimum enim eſt, in præjudicium rei domanialis alii privilegium, v. g., braxandi, molendinum habendi &c. concedi non poſſe.

,, Hæc igitur alienatio rei domanialis nulla eſt, etſi permutatione alia res in ejus locum ſurrogata fuerit; quia res aliena, uti nec alienari, ita nec permutari poteſt. Atque ita judicatum, memini, *in eadem cauſa.*

,, Sed & ampliatur ea regula, ut vera ſit etſi ob bene merita alienatio facta fuerit. Nam 1. remuneratio non poteſt de re aliena fieri: nec 2. de re ad alios uſus, menſæ nimirum regiæ utilitatem, deſtinata; inprimis cum 3. alia ſint præmia, quibus bene merita ornari poſſunt: ſcilicet officia, dignitates equeſtres, feuda, præbendæ &c. Quanquam contrarium in contradictorio in dicta curia obtinuerit *in cauſa fiſci*, *contra Pflugern.*

,, Neque obſtat, adminiſtrationis quoque munus eſſe, bene merita remunerare. Reſp. At non de bonis, quæ ad alium uſum reipublicæ, aliumque finem deſtinata ſunt: inprimis ſi alia remunerationis media adſunt.

,, Certum ergo *X.* eſt, ſucceſſorem rem domanialem ab anteceſſore alienatam revocare poſſe. At quæritur: *an ſucceſſor poſſeſſorem indemnem præſtare teneatur?* Reſp. *ſi hæres eſt* alienantis, & alienatio facta eſt titulo oneroſo (in lucrativa enim cauſa alienans evictionem non præſtat. *L. 62. de Ædil. Ed. L.* 18. §. *f. ff. de Donat.*) omne id, quod intereſt, præſtare tenetur: tum ex generali, & notiſſima illa regula, quod hæres repræſentet perſonam defuncti, indeque ejus factum præſtare debeat: tum quod contra naturam eſſet, ſi hæres ſimul & rem, quam vindicat, & pretium, quod in donis defuncti eſt, retinere, & ſic cum alterius jactura, & damno locupletior fieri, vellet.

,, Atque ita ad relationem regiminis Halberſtadienſis Sereniſſimus reſcripſit *in cauſa fiſci contra den von Stryska.*

,, Neque obſtat, quod ſtatutum eſt lege civili in *L. 14. C. de R. V.* ubi hæres rem ſuam a defuncto alienatam vindicans, repellitur exceptione doli. Reſp. Aliud eſt in Principe vindicante; hic enim cum vi officii teneatur ejuſmodi bona, non ad ſe, ſed ad rempublicam pertinentia, vindicare, dolo agere non videtur: indeque doli exceptione repelli non poteſt.

,, *Si ſucceſſor rei domanialis hæres alienantis non eſt*, nulla ratione poſſeſſor indemnitatem a ſucceſſore impetrare poteſt; ſucceſſor enim ſuo jure rem domanialem vindicat, niſi pretium in principatus utilitatem erogatum probetur. Nullum ergo aliud ſubſidium ejuſmodi ſucceſſori ſupereſt, quam ut alienantis hæredes allodiales ad præſtandam evictionem juris remediis compellat.

,, Ultimo loco, & *XI.* notandum eſt, hanc qualitatem domanialem nec conſenſu Statuum provincialium mutari poſſe, quia, ut in feudo, ita & hic, ſingulis ſucceſſoribus jus ex pacto, & prnvidentia primorum conſtituentium quæſitum eſt, quod facto Statuum ipſis auferri nequit: niſi aliud prædium ejuſdem valoris ſubſtituant.

,, Appendicis loco quæri poteſt: an bona domanialia immemoriali poſſeſſione acquirantur, ita ut ſucceſſores imperii ea vindicare ab eo, qui tanto tempore rem poſſedit,

Digitized by Google

,, ſedit, non poſſint ? Negant DD. apud
,, *Lynk. Cent.* 13. *dec.* 1202. *Roſenth. C.* 4.
,, *concl.* 29. *n.* 10. *Klok. Vol.* 4. *c.* 80. *n.*226.
,, *ſeq. Chriſt. IV. Dec. Belg.* 83.*n.*3. *Charond.*
,, 2. *Reſp.* 1. Affirmant *Lynk. d.l. Chriſt. d.l.*
,, *Carpz. L.* 1. *Reſp.* 38. *n.*11. *Weſenb. Conſ.*
,, 43. *n.* 22. *C.* 26. §. *Præterea* &c. *X. de*
,, *V. S.* Prior ſententia verior eſt; etſi enim
,, non conſtet, quo jure, & quo titulo res
,, hæc ad præſentem poſſeſſorem, vel ad eos,
,, a quibus cauſam habet, pervenerit: inde
,, tamen poſſeſſor jus non conſequitur. Suf-
,, ficit enim conſtare, rem olim fuiſſe doma-
,, nialem, indeque alienari non potuiſſe;
,, qui proinde allegat, ex juſta cauſa alie-
,, natam fuiſſe, id probare tenetur. Conf.
,, ea, quæ ſupra *c.* 4. dicta ſunt.

Cujus fructus deſtinati ſunt ad ſuſtentanda republica &c. onera] ,, Quos Romani æra-
,, rio publico inferre ſolebant.

Aut regiæ dignitatis onera] ,, Quos Ro-
,, mani fiſco inferebant: & quia bona hæc
,, *res dominicæ* dicebantur, recentiores Do-
,, ctores nomen hoc retinuerunt, indeque
,, bona menſæ regiæ deſtinata *domania* di-
,, cuntur.

A regibus alienari nec in totum, nec in partem poteſt] ,, Vera ratio eſt, quia diſpo-
,, neret de re aliena, ſcilicet de patrimonio
,, populi, cujus adminiſtrator ſaltem eſt
,, princeps.

Nam & in hoc jus majus fructuario non habent] ,, Male rex dicitur fructuarius pa-
,, trimonii populi; fructuarius enim in ſuam
,, utilitatem fructus percipit: at rex fructus
,, ex patrimonio populi non niſi in utilita-
,, tem reipubl. impendere poteſt; exceptis
,, illis ſaltem reditibus, qui ex diſpoſitione
,, populi deſtinati ſunt ad ſuſtentandam di-
,, gnitatem regis.

Nec admitto exceptionem, ſi res modicum valeat] ,, Exceptionem hanc probat *Me-*
,, *noch. conſ.* 962. *n.* 20. 21. 22. Recte au-
,, tem eam rejicit Auctor, ſecutus *Vaſquium*
,, *controv. l.* 1. *c.* 5. *n.* 23; rei enim alienæ,
,, etſi minimæ, alienatio nulla eſt.

Sed in rebus modicis, quam in magnis, conſenſus populi &c. facilius præſumitur]
,, Dixi ſupra, conſenſum populi non præſu-
,, mi, neque magis in modicis, quam in
,, magnis, ſed eum probandum eſſe.

Quo ſenſu & ad res patrimonii publici aptari poteſt] ,, Ut ſcilicet etiam illud patrimo-
,, nium conſenſu tacito populi alienatum vi-
,, deatur, ſi neceſſitas, vel utilitas publica
,, adſit; quod refutavimus ſupra §. 9.

Quia momenti minoris res hic vertitur; eſt enim patrimonium imperii cauſa conſtitutum]
,, Auctor rationem differentiæ reddit, cur
,, magis populi conſenſus præſumatur in a-
,, lienatione *patrimonii publici*, ſi neceſſitas,
,, aut utilitas adſit: quam in alienatione
,, neceſſaria *ipſius imperii*, *vel ejus partis*;
,, quia ſcilicet bona illa ad tuendum impe-
,, rium ſunt deſtinata. Si proinde per alie-
,, nationem finis ille obtinetur, licita omni-
,, no eſſe videtur. At dictum ſupra eſt; ne-
,, ceſſitatem nullum jus in res alienas, a-
,, deoque nec in imperium ipſum, nec in
,, ejus partem, nec in patrimonium populi
,, Principi tribuere: neque partem admini-
,, ſtrationis eſſe, rem populi alienare.

Ad §. XII.

Sed *in eo falluntur multi*] Auctor di-
ſtinguendum eſſe, ait, inter rem ipſam, quæ
in patrimonio populi eſt, & inter fructum,
qui ex re illa redundat. Jus enim alluvionis,
vectigalis &c. eſſe in patrimonio populi:
ſed quod ex alluvione, vectigali &c. acqui-
ritur, in fructu; quod ideo notare videtur
Auctor, quia etſi jus ipſum alienare non
poſſit, tamen commoda exinde provenientia
alienari poſſe, cenſet: utpote quæ principis
arbitrio, adminiſtrationi, ac diſpenſationi
relinquuntur.

Additio.

,, Differentia inter res patrimonii, & fru-
,, ctus earum, vera eſt. Quod vero regi fa-
,, cultas pro lubitu de illis fructibus diſpo-
,, nendi, adeoque & eos alienandi, com-
,, petat, id admittere non poſſumus. Uti
,, enim res, ita fructus ſunt populi; rex nu-
,, dus adminiſtrator eſt: adeoque de iis non
,, niſi ad uſus deſtinatos diſponere poteſt.

,, Cum igitur fructus ex vectigalibus ad
,, defenſionem reipublicæ ſint deſtinati, non
,, poſſunt ad alios uſus adhiberi: adeo ut
,, rex rationes reddere teneatur populo id
,, petenti. Eademque ratio eſt in omnibus
,, reditibus ad defenſionem reipublicæ de-
,, ſtinatis.

,, At ſi reditus ad ſuſtentationem menſæ,
,, familiæ, & dignitatis regi aſſignantur, de
,, his rex pro lubitu diſponere poteſt, nec
,, de iis rationes reddere tenetur. Ejus enim
,, arbi-

Digitized by Google

,, arbitrio relinquitur, quantum ad ſuſten-
,, tationem menſæ &c. adhibere velit. Idem
,, dicendum, ſi res quædam, ut adeſpota,
,, regi ſunt relicta; hæc enim pariter pro
,, lubitu alienare poteſt: ea enim lege ei aſ-
,, ſignantur.

Sic jus alluvionum in patrimonio eſſe ſolet, &c.] ,, Si ſcilicet alluvione aliquid accedit
,, patrimonio populi. (Nam de alluvione
,, privata id intelligi nequit; quia per allu-
,, vionem id, quod accedit, acquiritur do-
,, mino.)

Jus vectigalia exigendi in patrimonio]
,, Nam pars majeſtatis eſt, tributa populo
,, indicere.

Pecunia ex vectigalibus procedens in fructus] ,, Eſt enim ea pecunia commodum,
,, quod ex jure illo provenit; at uti jus, ita
,, & fructus eſt populi.

Jus confiſcandi] ,, Confiſcatio enim ſup-
,, ponit jus leges faciendi, & pœnas ſta-
,, tuendi; quod jus pars eſt majeſtatis, &
,, ſic in patrimonio populi.

Fructi confiſcati] ,, I. e. commoda, quæ
,, ex jure puniendi oriuntur. Hæc commoda
,, relinqui ſolent regibus ad ſuſtinendam di-
,, gnitatem.

Ad §. XIII.

Pignori *opponi ex cauſa poſſunt a regibus, qui plenum habent imperium*] Auctor ait, pignori dari a rege poſſe patrimonium populi, ſi rex *plenum* habet *imperium*, i. e. ſi ea lege delatum eſt imperium, *ut nova tributa indicendi jus habeat.* Ex medii enim neceſſitate tunc ſequi, ait, populum luere pignus, teneri, & hanc ipſam luitionem eſſe tributi ſpeciem.

Qui plenum habent imperium] ,, De regnis
,, plenis, vel minus plenis, vide *l.* 1. *c.* 3. §.
,, 11. 12. 13. 14.

Qui jus habent ex cauſa nova tributa indicendi] ,, In omni regno regi jus eſt tri-
,, buta ex juſta cauſa indicendi, etſi id in
,, ſpecie in delatione dictum non ſit: quia
,, cui cura defendendi civitatem commiſſa
,, eſt, ei etiam omnia conceſſa ſunt, ſine
,, quibus defenſio commode peragi nequit.

Nam ſicut populus tributa ex cauſa indicta ſolvere tenetur, ita & rem &c. luere] Hoc verum eſt, quia res populi ad defenſionem populi oppignorata eſt: adeoque relui pignus ab ipſo populo debet, ſaltem ob rem populi utiliter geſtam.

Luitio enim iſta tributi quadam eſt ſpecies] ,, Quia ſcilicet indicuntur tributa ad
,, reluendum. Si igitur rex pro ſuo arbitrio
,, indicere tributa poteſt, poteſt quoque ea
,, indicere ad luendum pignora, quæ ob uti-
,, litatem civitatis creditoribus data ſunt.

Eſt autem populi patrimonium regi pro debitis populi pignoris jure obligatum] ,, Minus
,, proprie aſſeritur, patrimonium populi re-
,, gi pignoris jure eſſe obligatum. Si enim
,, princeps ad defenſionem reipublicæ debita
,, contrahit, is adigere populum poteſt,
,, indicendo tributa, ut id, quod in reipu-
,, blicæ utilitatem verſum eſt, ſolvat, eo-
,, que pignus reluat; idque non jure pigno-
,, ris, ſed jure imperii.

Poteſt autem pignori dari etiam res mihi pignorata] ,, Theſis vera eſt, quia creditor
,, jus ſuum ſecuritatis, quod in re habet,
,, in alterum transfert. At negamus, regi
,, patrimonium populi pro his debitis pi-
,, gnori eſſe.

Quæ autem dicta ſunt a nobis hactenus]
,, Scil. de alienatione, infeudatione, oppi-
,, gnoratione, vel ipſius imperii, aut patri-
,, monii populi, vel partis.

Niſi lex imperio addita, aut regis, aut populi poteſtatem magis aut auxerit, aut contraxerit, &c.] Plerumque enim poteſtas principis per leges, aut capitulationes ſolet reſtringi. Ita in imperio Romano Germanico per capitulationes imperii cautum eſt, ne Imperator jus aliquod imperii alienet, aut pignori det. Idque in Gallia, Suecia, Anglia &c. obtinere, vidimus ſupra §. 3. E contrario, in univerſo oriente mos obtinuit, ut reges libere alienare vel imperium, vel partem imperii, poſſint. *Vid. d.* §. 3. *& ſeq.*

Ad §. XIV.

Quærit hic Auctor: *an regnum per diſpoſitionem teſtamentariam relinqui alii poſſit?* Res ita ſe habet:

Propositio I.

Teſtamentum eſt actus ſolius teſtantis de hæreditate transferenda in alium, qui poſt mortem teſtatoris eam acceptet.

Demonstratio.

Hinc differt a diſpoſitionibus inter vivos,
,, ubi

ubi requiritur conſenſus duorum; nemo enim vendere poteſt, niſi alter emat: nemo tradere, niſi alter acceptet. &c. Eſſentia vero teſtamenti in diſpoſitione unius conſiſtit; definitur enim, juſta voluntatis *noſtræ* (i. e. ſolius teſtatoris) ſententia. *L.* 1. *ff. teſtam. ord.*

Præterea per teſtamentum transfertur ſola hæreditas, i. e. complexus omnium jurium; hinc res ſingulares non poſſunt teſtamento relinqui hæredi.

Denique ut cum effectu teſtamentum obtineat, requiritur ut poſt mortem acceptetur, i. e. ut hæres adeat hæreditatem mortuo teſtatore: alias teſtamentum deſertum dicitur. §. 7. *de Hær. quæ ab int.*

PROPOSITIO II.

Talis non eſt alienatio, quæ fit in tempus mortis, cum lege revocandi.

DEMONSTRATIO.

Equidem inter vivos quoque dominus omne patrimonium ſuum in aliquem transferre poteſt, ea lege, ut demum poſt mortem domini effectum habeat, & interim pœnitere poſſit. At hæc diſpoſitio non eſt teſtamentum. Nam 1. eſſet translatio bonorum, non hæreditatis, quæ eſt complexus omnium jurium, etiam perſonalium. Acceptatio ab altero hic fit vivente teſtatore; teſtamentaria autem diſpoſitio ab hærede acceptatur demum poſt mortem. Adeoque 3. in priori diſpoſitione eſt actus inter duos, cum in teſtamento ſit actus ſolius teſtantis: in quo eſſentia teſtamenti conſiſtit.

Neque *obſtat*, quod etſi hic ſit diſpoſitio inter vivos, ea tamen vim non habeat niſi poſt mortem. Reſp. jus tamen ex conſenſu mutuo ſtatim quæſitum, & executio ſaltem poſt mortem dilata eſt: ſecus ac in teſtamentaria diſpoſitione, ubi jus demum quæritur ex acceptatione, quæ fit poſt mortem. *Priori* igitur caſu revocare poteſt, quia partes ita pactæ ſunt, & quamdiu non revocat, jus quæſitum manet ei, cui promiſſum eſt. *Poſteriori* caſu revocare teſtator poteſt ex natura negotii, quod imperfectum eſt, quamdiu hæres non acceptat; acceptare autem non poteſt, niſi poſt teſtatoris mortem.

PROPOSITIO III.

Teſtamentum igitur jure naturæ nullum eſt, per Prop. VI; *ſed nec jure civili validum, niſi ad hoc, ut hæres poſt mortem teſtatoris accipere, eoque validum efficere poſſit, ope fictionis.*

DEMONSTRATIO.

Ex diſpoſitione igitur teſtatoris jure naturæ nulla obligatio oritur *I.* quia diſponit de hæreditate *poſt mortem* transferenda; poſt mortem vero omne jus teſtatoris ceſſat. *II.* In translatione juris neceſſario requiritur actus duorum; quia agitur de jure ejus, qui transfert, & de jure eius, in quem transfertur. At teſtamentum eſt diſpoſitio unius: ex qua proinde nemini jus quæritur. *III.* Nullum tempus eſt, in quo utrinſque conſenſus concurrit: non vivo teſtatore, quia ibi deficit acceptatio hæredis: non tempore aditionis hæredis, quia tunc deficit voluntas teſtatoris, cum mortuus conſentire non poſſit. Neque *IV.* allegari poteſt, vivum ſemel conſenſiſſe, atque hunc conſenſum morte confirmaſſe; nam vera diſpoſitio, ex qua jus alii quæritur, requirit ut uterque *ſimul* conſentiat: vid. Auctorem *ſupr.* §. 2. conſ. *l.* 9. §. 4. *A. R. D. l.* 10. §. 1. *l.* 20. *eod. l.* 37. §. 3. 4. *& fin. eod. l.* 10. *de Donat.* qui caſus in teſtamento nunquam occurrit. Porro & *V.* tota teſtamentaria diſpoſitio nititur fictionibus; is enim, qui poſt mortem acceptat teſtamentum, fingitur acceptaſſe in ipſo momento mortis. Ideo igitur etiam jure civili conſenſus utriuſque, & teſtatoris, & hæredis neceſſarius videbatur, ut tria tempora, diſpoſitionis, mortis, & aditionis, per fictionem conjungerent leges Romanæ: fictiones autem ſunt meri juris civilis.

Sed nec *VI.* jure civili jus ex teſtamento quæſitum eſſe, vel exinde apparet, quia diſpoſitioni ineſt lex, ſi hæres adierit: adeoque acceptatione approbaret diſpoſitionem teſtatoris; quæ ſi deficit, teſtamentum eſt ipſo jure nullum. §. 7. *Inſt. Hæred. quæ ab int.* Quod verum non eſſet, ſi per ſe, & ante acceptationem ſubſtitiſſet. Certum ergo eſt, teſtamentum per ſe vim juris non habere, ſed ſuſtineri ſaltem ad eum effectum, ut hæres adeundo poſt mortem teſtatoris validum efficere poſſit. Atque hinc etiam apud pleraſque gentes, quæ Græcis, vel Romanis non paruerunt, incognita fuere teſtamenta. De Germanis id diſerte tradit *Tacitus de mor. Germ. c.* 20. De Americæ, & Aſiæ populis id docet experientia. Ariſtoteles inter leges conſervandæ Democratiæ hanc quoque tradit: *hæreditates non teſtamento, ſed agnatione ſunt deferendæ.* Addita ratione, quia ſic eo magis æquabiles erunt facultates. *V. Polit. c.* 8. Quantum malorum libertas teſtandi

Digitized by Google

introduxerit, ex Ariſtotele *Polit. l. 2. c. 9*, & Plutarcho *in Agide*, ac denique ex Bodino *de republ. l. 5. c. 2*, refert Puſendorf de *Jur. Nat. l. 4. c. 11.*

Neque *obſtat*, morem aliquem teſtandi inter omnes fere gentes receptum fuiſſe, quod teſtatur Valerius Maximus *l. 5. c. 2. in fin.* & Tacitus tanquam ſingulare aliquid in Germanis notat, quod uſum teſtamentorum non habeant. De uſu minoris Aſiæ conſtat ex Attali exemplo, qui populum Romanum teſtamento hæredem inſtituit. *Vid. Florus libro II.* De Perſarum more Cyrus exemplum præbet apud *Xenoph. l. 8.* In Africa Jugurtha filium Micipſam hæredem fecit. *Salluſt. in Jugurtha.* Conf. ea, quæ Auctor *in notis ad h.* §. & ſupra *c. 4.* §. *12.* habet. Reſp. 1°. Pleraque exempla magis ſunt diſpoſitiones inter vivos, quæ vel præſentibus liberis, vel Statibus imperii &c. peractæ ſunt. Sic etiam Jacobus, per diſpoſitionem inter vivos, filios Joſephi hæredes ſuos conſtituit, qui ipſi præſentes tunc fuere: & de tali diſpoſitione intelligi debet admonitio Ezechiæ facta a Propheta, *præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non vives. 2. Reg. c. XVIII. v. 1.* 2°. Sæpius ejuſmodi teſtamentis contradictum fuit, & plerumque effectu caruerunt. *Vide diſputationem noſtram de Teſt. princ. part. 11.* §. 2. 3°. Sæpius quoque vi, non jure, tales diſpoſitiones effectum nactæ ſunt. *d. diſſert. part. 2.* §. 2. *in fin.* 4°. In quibuſdam regnis, quibus commercium cum Romanis fuit, uti aliæ conſuetudines, ita & teſtamentorum quoque uſus receptus eſt; ſed id tum meri juris civilis eſt.

Propositio IV.

Hinc 1. teſtamentum etiam jure Romano pro lubitu a teſtatore mutari poteſt. 2. Hæreditas ab hærede non acceptata non tranſmittitur.

Demonstratio.

Ex eo igitur, quod diſpoſitio ſola teſtatoris nullum jus in hæredem transferat, ſequitur *I.* Quod mutare voluntatem poſſit, etſi juramento ſe adſtrinxerit, ſe non mutaturum. *L. 1. C. SS. Eccleſ.* Quia hæredi nullum jus quæſitum eſt ex diſpoſitione, etſi jurata; nam cum totum teſtamentum vim juris, vivente teſtatore, non habeat: nedum lex teſtamento addita, quæ eſt pars teſtamenti. Si vero valida fuiſſet diſpoſitio teſtatoris, mutari non poſſet. *II.* Quod ſi hæres moritur ante acceptationem, hæreditatem non tranſmittat ad ſuos hæredes, quia jus nondum ei quæſitum eſt; utpote quod demum adquiritur per additionem: quod ergo defunctus non habet, ad ſuos hæredes tranſmittere nequit.

Utrumque ſecus ſe habet in actu inter vivos, ubi bona transferuntur in caſum mortis, & ſub lege revocandi. Nam ibi mutare neuter voluntatem poteſt; & ſi jus pœnitendi reſervatur, id ex pacto eſt, non ex natura negotii. Sed & is, qui acceptat promiſſum, jus hoc ſemel ſub conditione, & in caſum mortis quæſitum, tranſmittit ad omnes hæredes, qui in jus defuncti ſuccedunt; in momento enim mortis purificatur conditio.

Propositio V.

Jure naturæ rex nec ex teſtamento valido obligari: capere vero etiam ex invalido: facere denique teſtamentum de rebus ſuis, poteſt, prout lubet.

Demonstratio.

Primo igitur rex ex teſtamento ſui anteceſſoris, utut valido, non obligatur. Cum enim ſummi principes ſolo jure naturæ obligentur, quo nullum eſt teſtamentorum veſtigium; ex diſpoſitione, quæ jure non ſubſiſtit, nullum jus, nec ulla obligatio oriri poteſt. *d. diſp. p. 2.* §. 2. & §. 12.

Secundo, Rex hæres in teſtamento imperfecto ſcriptus, capere hæreditatem poteſt, quia ſolennitates ſunt meri juris civilis, quo princeps inſtitutus non obligatur. Sed in aliorum quoque teſtamentis omnes ſolennitates ſupplet. *dict. diſp. part. 2.* §. 5. Atque hinc teſtamenta Statuum valere, etſi ſolennia obſervata non fuerunt, verum eſt. *ibid.* §. 8.

Excipe, ſi res inter principem, & extraneum privatum agitur. Quia princeps ſaltem ſupplet ſolennia in ſuis terris, non in alieno territorio. *ibid.* §. 6.

Tertio, Rex teſtamento de rebus ſuis diſponere poteſt prout lubet, nec ſolennia jure civili præſcripta obſervare tenetur: modo inter ipſum, & cives res agatur. *ibid.* §. 8.

Hinc Princeps pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus decedere poteſt. *ibid.* §. 15.

Additio.

„ Notum eſt, teſtamentorum ſubſtantiam „ certis ſolennibus conſiſtere, quibus deficientibus non eſt teſtamentum, nec ulla „ jure civili inde oritur obligatio. Præterea „ certum eſt, principem, quoties ut privatus agit, ac de ſuo jure privato diſponit, „ jure privatorum uti, ac in ejuſmodi actibus leges civiles locum obtinere: adeoque „ defi-

Digitized by Google

„ deficientibus ſolennibus, quæ ad ſubſtan-
„ tiam actus pertinent, actum Principis nul-
„ lum eſſe, *Grot. l.* 2. *c.* 14. §. 1. §. 2. *n.* 2.
„ §. 6. *n.* 3, & late Doctores apud *Muller. ad*
„ *Struv. Ex.* 33. §. 9. *lit. b*; etſi ipſe cum
„ Struvio diſſentiat. *Conf. Diſſ. XII.* §. 297.
„ *&* 421. Si proinde teſtamentum ſolenni-
„ bus deſtitutum eſt, id nec jure naturæ ſub-
„ ſiſtit, nec jure civili: non *jure naturæ*,
„ utpote quod teſtamenta ignorat; nec *jure*
„ *civili*, quia teſtamentum jure civili non eſt,
„ ſolennibus quippe deficientibus. *dict. Diſſ.*
„ §. 270.

„ Neque *obſtat*, principem eſſe ſolutum
„ legibus, adeoque & ſolennibus lege ſtatu-
„ tis. Reſp. Quando princeps actum aliquem,
„ cujus ſubſtantia certa ſolennia requirit, per-
„ agere vult, neceſſario illa ſolennia adhi-
„ bere debet; qui enim vult antecedens,
„ vult etiam conſequens. Hinc non valet
„ emtio Principis ſine pretio, locatio ſine
„ mercede, ſtipulatio ſine verbis. *Grot. d. c.*
„ 14. §. 5.

„ Totam hanc materiam, omneſque, quæ
„ *de teſtamentis Principum* formari ſolent
„ quæſtiones, latius expoſui in *Diſſert.procem.*
„ *XII.* §.296. *Junct.* §. 421. *& ſeq.* Cæterum
„ B. frater, quondam Præſes Regiminis Mag-
„ deburgici, graviſſimam hanc materiam ſpe-
„ ciali diſſertatione illuſtravit, quam *de te-*
„ *ſtamentis principum* inſcripſit.

1 *Cum de alienatione agimus*] „ Auctor enim
„ hoc capite agit de acquiſitione derivativa
„ facto hominis, quæ fit per alienationem,
„ *Grot. h. c.* §. 1. eoque refert teſtamentum.
„ §. *b*

Ut actus alii] „ v. g. ſtipulatio, quæ ne-
„ ceſſario verba &c. requirit.

Formam certam accipere poſſit a jure civili]
„ Qua neglecta actus nullus eſt.

Ipſa tamen ejus ſubſtantia cognata eſt do-
„ *minio*] Senſus eſt: ſubſtantiam dominii
„ conſiſtere in jure alienandi. Cum igitur
„ teſtator teſtamentum conficiens alienat in
„ mortis eventum, hactenus teſtamentorum
„ ſubſtantiam cognatam eſſe dominio, putat.
„ At dictum eſt, plane hic non ſubeſſe alie-
„ nationem, tum quia teſtator non diſponit
„ niſi mortuus, tum quia hæres non accep-
„ tat niſi teſtatore mortuo: adeoque verum
„ non eſt, teſtamenti ſubſtantiam cognatam
„ eſſe dominio. *Conf. Diſſ. proœm. XII.* §.269.
„ *n.* 7.

Et eo dato juris naturalis] „ Auctor in-
„ telligit jus naturale pro certo rerum ſtatu,
„ poſtquam nimirum gentium conſenſu do-
„ minia introducta fuere. In primævo enim
„ hominum ſtatu nulla fuiſſe dominia, ſed
„ omnes res communes fuiſſe, fingit. Sed ali-
„ bi probavimus, tale jus naturæ pro certo
„ rerum ſtatu non dari, & dominia cum ipſo
„ genere humano initium cepiſſe. Sed & in
„ præcedentibus demonſtravimus, per teſta-
„ menta non fieri alienationem, indeque ea
„ nullo ſenſu dici poſſe juris naturalis; ſed
„ merum ſunt inventum juris civilis.

Poſſum enim rem meam alienare non pure modo, ſed & ſub conditione] In theſi hoc verum eſt, quia quiſque de rebus ſuis diſponere, eiſque pro lubitu legem dicere poteſt; poteſt igitur etiam alienare *in mortis eventum.*

Nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter] Ex eadem ratione; prout enim quiſque de jure ſuo diſponit, ita jus eſt: adeoque dominus omnia ſua bona in mortis eventum alienare poteſt, ea lege, ut ſalvum ſit jus revocandi ante mortem.

Alienatio autem in mortis eventum ante eam revocabilis, retento interim jure poſſidendi, ac fruendi, eſt teſtamentum] Hanc definitionem toto cœlo a teſtamento differre, modo diximus. Nam *alienatio* ſua natura ſupponit actum duorum, & voluntatem tum alienantis, tum acceptantis; *teſtamentum* autem eſt actus unius, unde jure naturæ nullum jus oritur, nullaque obligatio. Hic igitur actus nullum effectum habet: non vivente teſtatore, quia hæres non acceptavit, adeoque nullum jus habet; non mortuo teſtatore, quia tunc ceſſat conſenſus diſponentis, cujus jura, adeoque & facultas conſentiendi, morte deficiunt. Nunquam igitur hic caſus exiſtit, ubi utriuſque voluntas concurrit. *Vid. ſupra Prop. III.*

Plutarchus] „ In *Solone*, quem locum ex-
„ plicat *Puſend. de jur. nat. l.* 4. *c.* 11. §. 8.
„ Addatur *Demoſthenes adverſus Leptinen.*

Effecit ut res cuique propria, & in pleno dominio eſſent] „ Plutarchus ſupponit, teſta-
„ menta a Solone, adeoque lege civili, in-
„ troducta eſſe. Et hoc poſito verum eſt,
„ per hanc introductionem civium dominium
„ pleniſſimum, & plenius dominio naturali,
„ factum eſſe; quia diſpoſitio talis ex lege
„ civili valet etiam poſt mortem, cum jure
„ naturali morte deſinat omnis diſpoſitio.

Quinctilianus] „ Hic oratorio more com-
„ mendat ſaltem jus teſtandi, tanquam egre-
„ gium juris civilis inventum.

„ Quanquam aliæ gentes æquitatem ultima-
„ rum voluntatum admodum ſuſpectam ha-

„ buerint. Ariſtoteles inter leges conſervan-
„ dæ Democratiæ hanc tradit: Hæreditates
„ non teſtamento, ſed agnatione ſunt deferen-
„ dæ; ſic enim facultates magis erunt æqua-
„ biles: *Lib.* 5. *pol. c.* 8. Quantum malorum
„ libertas teſtandi introduxerit, ex *Ariſtotele*
„ *Pol. l.* 3. *c.* 9, *Plutarcho in Agide*, *&* *Bo-*
„ *dino de republ. l.* 5. *c.* 2. *&c.* refert Pu-
„ fendorf *de J. N. l.* 4. *c.* 11. Conf. *Argen-*
„ *træus in Comment. ad Conſ. Britt. ad Rubr.*
„ *tit.* 22. *&* 23. *Boer. in Conſ. Biturg.* §. 4.
„ *tit de teſtam. Tiraq. Le mort ſaiſit le vif*
„ *p.* 3. *Sect.* 7.

Res ſuas Eliezero relicturus fuerat] Dictum ſupra eſt, inter pleraſque gentes, & præcipue inter Hebræos, fuiſſe aliquem teſtandi modum; ſed id ex lege erat, non ex naturæ ratione.

Additio.

„ Imo non de teſtamento loquitur Abraha-
„ mus, ſed cogitavit forte de eo adoptando.
„ *Vid. Teſm. h. & Puf. jur.nat. l.*4. *c.*1. §.10.

Externis teſtamentum facere non conceditur, 2
id non eſt ex jure gentium] Omnino hoc eſt ex jure gentium; nam lex, quæ facultatem teſtandi concedit, in favorem civium lata eſt: adeoque ad extraneos non pertinet.

Additio.

„ Auctor, qui teſtamenta eſſe juris natu-
„ ralis aſſeruit, obſervavit, apud plurimas
„ gentes extraneos excludi a teſtamenti fa-
„ ctione; hinc quærit, an id ſit ex jure gen-
„ tium voluntario? Quod negat, & id eſſe
„ juris gentium plurium civitatum, ait. Nos
„ neutrum jus agnoſcimus; teſtamenta ſunt
„ meri juris civilis: adeoque civitas quælibet
„ extraneos excludere ab hoc beneficio po-
„ terit.

Et, ni fallor, ab illa ætate, qua externi quaſi pro hoſtibus habebantur] Talem ætatem nunquam fuiſſe, vidimus ſupra *L.* 1. *c.*2. §. 8. *n.* 3. *Vid. indicem voc. externus.*

Itaque apud moratiores populos merito exolevit] „ Jus, quod nunquam fuit, exolere
„ non poteſt.

CAPUT VII.

De acquiſitione derivativa, quæ fit per legem; ubi de ſucceſſionibus ab inteſtato.

I. *Leges civiles quaſdam injuſtas eſſe, ac proinde dominium non transferre, ut quæ naufragorum bona fiſco addicunt.*

II. *Lege naturæ rem acquiri ei, qui alienum accepit ad debiti ſui conſecutionem, quod quando locum habeat.*

III. *Origo ſucceſſionis ab inteſtato quomodo a natura.*

IV. *An aliquid de bonis parentum liberis debeatur jure naturæ, per diſtinctionem explicatur.*

V. *In ſucceſſione liberos defuncti parentibus præferri, & cur.*

VI. *Origo vicariæ ſucceſſionis, quæ repræſentatio dicitur.*

VII. *De abdicatione, & exheredatione.*

VIII. *De jure liberorum naturalium.*

IX. *Liberis deficientibus, ubi nec teſtamentum, nec lex certa exſtant, bona avita deferenda his, a quibus venerunt, aut eorum liberis.*

X. *Bona noviter quæſita proximis.*

XI. *Legum circa ſucceſſiones diverſitas.*

XII. *In regnis patrimonialibus qualis ſit ſucceſſio.*

XIII. *Si ea regna ſint individua, præferri maximum natu.*

XIV. *Regnum ex populi conſenſu hereditarium in dubio individuum eſſe.*

XV. *Non durare ultra poſteros primi regis.*

XVI. *Non pertinere ad liberos naturales tantum.*

XVII. *In eo mares præferri feminis in eodem gradu.*

XVIII. *Inter mares præferri natu maximum.*

XIX. *An tale regnum pars ſit hereditatis.*

XX. *Præ-*

XX. *Præſumi in regno talem ſucceſſionem inſtitutam, qualis in aliis rebus in uſu erat tempore regni inchoati: ſive regnum fuerit allodiale:*
XXI. *Sive feudale.*
XXII. *Succeſſio linealis cognatica quæ ſit, & qualis in ea tranſmiſſio juris.*
XXIII. *Succeſſio linealis agnatica qualis.*
XXIV. *Succeſſio, qua ſemper reſpicitur proximitas ad primum regem.*
XXV. *An exheredari poſſit filius, ne in regnum ſuccedat.*
XXVI. *An abdicare quis regnum poſſit pro ſe, & pro liberis.*
XXVII. *Judicium proprie dictum de ſucceſſione, nec regis eſſe, nec populi.*
XXVIII. *Filium, qui ante patris regnum natus eſt, poſt nato præferendum.*
XXIX. *Niſi alia lege delatum regnum appareat.*
XXX. *An nepos ex filio priore filio poſteriori præferatur, per diſtinctionem explicatur.*
XXXI. *Item an minor frater ſuperſtes regis majoris fratris filio præferendus ſit.*
XXXII. *An fratris filius regis patruo præferatur.*
XXXIII. *An nepos ex filio præferatur filiæ regis.*
XXXIV. *An minor nepos ex filio nepoti majori ex filia.*
XXXV. *An neptis ex majore filio præferatur filio minori.*
XXXVI. *An filius ſororis præferendus filiæ fratris.*
XXXVII. *An ´ıa fratris majoris fratri minori.*

+ I. LEge + quæ fit acquiſitio derivativa, ſive alienatio, + fit aut lege naturæ, + aut lege gentium [1] voluntaria, aut lege civili. + De lege civili non agimus; id enim infinitum foret: + & præcipuæ de bellis controverſiæ ex lege civili non definiuntur. Tantum notandum eſt, [a] + leges quasdam civiles eſſe plane injuſtas, ut quæ [2] + bona naufragorum fiſco [a] addicunt. Nulla enim cauſa præcedente probabili + dominium alicui ſuum auferre, mera injuria eſt. Bene Euripides Helena (*verſ.* 456.) *a Auth. naufragia. poſt leg. 18. C. de furtis.*

Ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος.
Sum naufragus, [b] ſpoliare quod genus eſt nefas.

Quod

GROTII.

a *Leges quaſdam civiles*] Ut olim apud Anglos, Armoricos, Siculos. Veteris talis legis in Græcia mentio apud *Sopatrum*, & *Syrianum* in Hermogenem. (Εἰς στάσεις, pag. 107. *Ed. Venet.* 1509.) Christianus rex Daniæ, lege de naufragorum bonis confiscandis abrogata, dicebat ſibi periiſſe annua c. aureorum millia. Meminit & Brigitta mali hujus moris VIII, 6. & Speculum Saxonicum II, 29. de Dania agens, &c. Excommunicationis, de raptoribus. Tum vero *Crantzius* Vandalicorum XIII, 40. XIV, 1. *Cromerus* Polonicorum XXI. (pag. 509. *Ed. Baſil.* 1555.)

Nicetas Chon. Andron. Comn. l. 2. 353. Ἔθος δὲ ἀλογωτάτῳ παρὰ Ῥωμαίοις, ὡς ἔοικε, μόνοις ἰσχύοντος· τὸ δέ ἐστι τὸ τὰς χειμαζομένας ναῦς ὑπὸ πνευμάτων καὶ φλοίσβων θαλαττίων ταλαντευούσας, μηδένα ἔχειν τὸν συναιρόμενον, καθ' ὡς ἂν λιμένας καὶ τόπους ἐκφράσσωνται, κύμασιν ἐλαυνόμεναι· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ καταιγίδος χεῖρας ὁρᾶν τοὺς ἐκεῖσε πηλαχόντας τὴν οἴκησιν, διασπῶντας καὶ διαρπάζοντας ὁπόσα μὴ παρέσυρε θάλασσα.

GRONOVII.

1 *Voluntaria*] 1, 1. 13. & 14.

2 *Bona naufragorum*] Naufragio facto in littus ejecta, quamvis ſalvis, & evadentibus dominis, non maneant eorum: ſed ſint ejus, cujus in territorio littus eſt, & ſic in fiſcum vindicantur.

3 *Auth. naufragia. C. de furtis*] Auth. naufragia 18. C. *de furtis*.

GROTII.

b *Spoliare quod genus eſt nefas*] Adde l. nequid 7. D. de incendio, ruina, naufragio. *Nicetas*

b L. 1. C. de naufrag. Lib. XI. *Quod enim jus habet fiſcus* (verba ſunt [b] Conſtantini) *in aliena calamitate, ut in re tam luctuoſa compendium ſectetur?* + Dion Pruſæenſis oratione VII. c de naufragio locutus: μὴ γὰρ εἴη ποτὲ, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μηδὲ κερδᾶναι κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυστυχίας· *Abſit, ô Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio.*

c Pag. 109. B.

II. 1. + Lege naturæ, quæ ex ipſa dominii natura, ac vi ſequitur, dupliciter fit alienatio: + expletione juris, & ſucceſſione. + Expletione juris fit alienatio, + quoties (a a) + loco rei meæ, + aut mihi debitæ, cum eam ipſam conſequi non poſſum, c aliud tantundem valens [5] accipio ab eo, qui rem meam detinet, vel mihi debet. Nam juſtitia expletrix quoties [6] ad idem non poteſt pertingere, [7] + fertur ad tantundem, + quod eſt morali æſtimatione idem. [d] + Dominium autem hoc modo transferri, probatur a fine: + quæ [8] in moralibus optima eſt probatio. + Neque enim juris mei explementum conſequi potero, niſi dominus fiam; + Fruſtra enim erit [9] rei detentio, ſi ea [10] uti pro arbitrio non poſſum. + Antiquum hujus rei exemplum eſt in hiſtoria [e] Diodori; ubi Heſioneus, pro his, quæ filiæ ſuæ ab Ixione promiſſa non præſtabantur, equos ipſius accipit.

d Sylv. in verbo Bell. p. 2. q. 13.

e Lib. IV. c. 71. pag. 189. Ed. H. Steph.

2. + Legibus

cetas Choniates in Andronici imperio vocat ἠθος ἀλογώτατον. (*Lib.* II. *Cap.* 3.) vide & *Caſſiodorum* IV, 7. Quid in mentem venit *Bodino*, ut talia defenderet? idem ſcilicet, qui Papinianum reprehendit, quod mori, quam conſcientiam lædere maluerit. (At verò *Bodinus* occupationem bonorum naufragio amiſſorum vocat *barbarum* quid, & *crudelitatem tum in cives, tum in peregrinos*, Lib. 1. c. 10. *de Republ.* Edit. Latin. *Francof.* 1622. ubi hæc addit: *Jus quæris? Error jus facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientiâ, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur.* Pag. 267. Quod ſpectat *Papinianum*, ait *Bodinus*, illum JCtum *fortiter magis, quàm ſapienter* egiſſe: quâ de cauſſâ ita ſtatuat, videre poteris *Lib.* III. c. 4. pag. 458, 459. *J. B.*)

c *Aliud tantundem valens*] Vide quæ infra libro III. c. VII. §. 6. Sic ipſo naturæ jure defendit Hebræos *Irenæus*, (Lib. IV. c. 49. *Maſſ.* 30.) quod in compenſationem operæ res Ægyptiorum ceperint. *Ægyptii enim*, inquit, *populi erant debitores, non ſolum rerum, ſed & vitæ ſuæ. Tertullianus* idem tractans ſecundo adverſus Marcionem: *Cap.* 20.) *Repoſcunt Ægyptii de Hebræis vaſa aurea, & argentea. Contra, Hebræi mutuas petitiones inſtituunt, allegantes, ſibi mercedes reſtitui oportere illius operariæ ſervitutis*; & oſtendit minus multo exactum, quam debebatur. (Adde CLEMENT. ALEXANDR. *Strom.* L. I. c. 23. p. 415. *Ed. Oxon.*) Cum his cohærent ea, quæ dicentur libro III. c. II. (Delevi, quod jam in contextu poſitum repetierat heic Auctor, exemplum *Heſionei*, ex DIOD. SICULO petitum: ubi tamen, pro Ἡσιονεὺς, legemium Ἠιονεὺς, *Eioneus*, ut ad *Hygin.* Fabul. 155. obſervavit *Munckerus*, & dudum antea obſervaverat *Meziriacus*, in *Ovidii* Epiſt. p. 151. T. 1. nuperæ Edit. *J. B.*)

GRONOVII.

4 *Expletione juris*] Apprehenſione rei alienæ pro mea, aut mihi debita, quam poſſeſſor reddere, aut ſolvere negat.

5 *Accipio*] Immo arripio, aufero, tollo.

6 *Ad idem*] Ad ipſum, quod debetur, vel ſuum eſt, non poteſt pervenire.

7 *Fertur ad tantundem*] Compenſationem poſtulat, quæ commoda interpretatione pro ipſa re habetur, cujus vicem præſtat.

8 *In moralibus*] In actionibus mores ſpectantibus. Cujus cauſa fieri quid conceſſum eſt, ſi conceſſum fiat, exſtitiſſe, & ad effectum veniſſe cauſam, intelligi debet.

9 *Rei detentio*] Rem acquirere, vel poſſidere.

10 *Uti pro arbitrio*] Quod eſt domini.

(aa) Ejeci hinc voces iſtas, (*id quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet, aut*) quæ, quamquam in omnibus Edd. legantur, omnino abundant, & ſermonem admodum hiulcum efficiunt. Nimirum, ut mihi videor probabilitor conjicere, Auctor ſtatim voluerat dicere, *loco illius, quod meum eſt, vel quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet* &c. Poſtea animadvertit, brevius dici poſſe: *loco rei meæ, aut mihi debitæ*: quum igitur brevitatis eſſet ſtudioſiſſimus, ita quoque mutavit; ſed oblitus eſt delere nonnulla ex iis, quæ jam ſcripſerat, & quæ forſan etiam fuſius concepta erant. Vide infra, *Lib.* III. Cap. XIX. §. 15. ubi planè eodem modo loquitur, dum huc remittit. *J. B.*

2. + Legibus quidem [f] civilibus ſcimus vetitum eſſe, [11] ſibi jus dicere; + adeo quidem ut vis dicatur, ſi quis quod ſibi debitum eſt manu repoſcat, + & multis in locis jus crediti amittat qui id fecerit. Imo etiamſi lex civilis hoc non directe prohiberet; + ex ipſa tamen judiciorum inſtitutione ſequeretur, hoc eſſe illicitum. + Locum ergo habebit quod diximus, ubi judicia continue ceſſant; + quod quomodo contingat, [12] explicavimus ſupra: + ubi vero momentanea eſt ceſſatio, [13] + licita quidem erit acceptio rei, puta ſi alioqui [g] nunquam tuum recuperare poſſis, + aufugiente forte debitore. + Sed [14] dominium a judicis addictione erit exſpectandum; + quod fieri ſolet in repreſſaliis, [h] de quibus [15] infra erit agendi locus. Quod ſi jus quidem certum ſit, + ſed ſimul [16] moraliter certum per judicem juris explementum obtineri non poſſe, puta quia [17] deficiat probatio; in hac etiam circumſtantia + ceſſare legem de judiciis, (bb) + & ad jus rediri priſtinum, verior ſententia eſt.

+ III. + [i] Succeſſio ab inteſtato quæ dicitur, (cc) + poſito dominio, + remota omni lege civili, [d] [18] + ex conjectura voluntatis naturalem habet originem. Nam quia dominii ea vis erat, + ut domini voluntate transferri in alium poſſet, + etiam mortis cauſa, ac [19] retenta poſſeſſione, [20] + ut ſupra diximus, + ſi quis voluntatis ſuæ nullam edidiſſet teſtationem; + cum tamen credibile non eſſet, ejus eum mentis fuiſſe, ut poſt mortem ſuam bona [21] occupanti cederent, + ſequebatur, ut ejus eſſe bona intelligerentur, + cujus ea eſſe voluiſſe defunctum maxime erat probabile. + *Defunctorum voluntatem intellexiſſe*, inquit [k] Plinius junior: *pro jure eſt.* + Creditur autem in dubio id quiſque voluiſſe, quod æquiſſimum, atque honeſtiſſimum eſt. + In hoc autem genere + prima eſt cauſa [22] ejus, quod debetur: + proxima ejus, quod etſi non debetur, [23] officio congruit.

+ IV. 1. + [l] Diſputant Juriſconſulti, an alimenta a parentibus liberis debeantur? Nam quidam ſentiunt, eſſe quidem naturali rationi ſatis conſentaneum, ut

f L. 5. D. de acq. poſſ. l. 2. §. 18. De vi bon. rapt. l. 13. D. quod met. l. 7. 8. D. ad l. Jul. de vi priv. Thom 2, 2. 66. art. 5.

g L. 54. C. de decur. l. 12. C. de ep. & cler. DD. in l. 39. §. 1. in fin. D. ad l. Aquil.

h Bart. in tr. repreſſ. q. 59.

i Soto de juſt. q. 3. art. 2. Cajet. d. q. 66.

k Lib. IV. *ep.* 10. *& l.* II. *ep.* XVI. *& l.* V. *ep.* 7.

l Franc. Piſci. de ſtat. exc. fem. n. 133. Meneh. in auth. noviſſima. C. de inoff. teſt. n. 296. Tell. Fernandes in l. 10. *Taurin. quæſt.* 4.

GROTII.

d *Ex conjectura voluntatis naturalem habet originem*] *Ideo fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur paterfamilias ſponte ſua his relinquere legitimam hereditatem*, ait *Paulus* L. conficiuntur. 8. §. 1. D. de jure codicillorum.

GRONOVII.

11 *Sibi jus dicere*] Non exſpectare judicem, ſed ipſum per ſe, quod cum alio controverſiæ habeat, exſequi, & exigere.

12 *Explicavimus ſupra*] 1, 3. 2.

13 *Licita quidem*] Licebit in anteceſſum rei manus injicere.

14 *Dominium a judicis*] Non prius eris juſtus dominus, quam docueris judicem jus tuum, & quid ejus conſequendi ergo feceris, iſque, quod feceris, ratum habeat, remque poſſeſſam tibi addicat.

15 *Infra*] 3, 2. 4.

16 *Moraliter*] Ex juſta ſuſpicione, vel potius ex more, & inſtituto.

17 *Deficiat probatio*] Judex enim acta, & probata ſequitur, & ea habet pro veritate.

18 *Ex conjectura*] Quod probabile eſt, hominem ſanæ mentis voluiſſe bona ſua venire ad proximum ſanguine.

19 *Retenta poſſeſſione*] Sc. dum vivit.

20 *Ut ſupra*] 2, 6. 14.

21 *Occupanti*] Cuivis, qui primus eis manum injicere vellet; ut ille Cinnarus in proverbio Ἁρπαγὰ τὰ Κιννάρου. Zenob.

22 *Ejus, quod debetur*] Nempe ut ad ſuum heredem perveniant.

23 *Officio congruit*] Ut deferantur ad conſanguinitate propinquos.

(bb) Modo ſcilicet ille, à quo petitur, ſciat, aut ſcire poſſit, ſe debere quod petitur. Deinde fruſtra hoc fieret, ſi Creditor non inveniret rationem clam conſequendæ, ſine ullius injuria, rei debitæ, aut æſtimationis ejus, ita ut factum à Debitore in jure probari non poſſet. *J. B.*

(cc) In toto iſto argumento confer PUFENDORFIUM, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 11. *J. B.*

ut a parentibus alantur liberi; [24] debitum tamen non eſſe. + Nos omnino diſtinguendum arbitramur (dd) in voce debiti, + quod ſtricte interdum ſumitur pro ea obligatione, quam inducit [25] jus expletorium; + interdum laxius, ut ſignificet id, quod niſi inhoneſte omitti non poteſt, + etiamſi honeſtas illa non ex juſtitia expletrice, + ſed ex alio fonte proficiſcatur. + Eſt autem id, de quo agimus + (niſi lex aliqua humana accedat) debitum illo ſenſu laxiore. + Ita accipio quod dixit Valerius [m] Maximus: *Parentes nos alendo*, inquiens, *nepotum nutriendorum debito alligarunt*. Et Plutarchus in libello [n] elegantiſſimo de prolis amore: *οἱ παῖδες ὡς ὀφείλημα τὸν κλῆρον ἐκδεχόμενοι* [e] + *liberi hereditatem ut ſibi debitam exſpectant*. + Qui dat formam, dat quæ ad formam ſunt neceſſaria, dictum eſt Ariſtotelis: + quare qui cauſa eſt ut homo exiſtat, is + quantum in ſe eſt, & quantum neceſſe eſt, proſpicere ei debet + de his, quæ ad vitam humanam, ideſt, [26] naturalem, ac [27] ſocialem, + nam ad eam natus eſt homo, ſunt neceſſaria.

m Lib. II. c. 9. num. 1.
n Tom. II. p. 497. B.

2. + Ea de cauſa, inſtinctu ſcilicet naturali, cætera quoque animantia proli ſuæ, quantum neceſſe eſt, alimenta ſuppeditant. Unde Apollonius [o] Tyanæus quod ab Euripide erat dictum, (*Androm.* verſ. 418.)

o Philoſtr. in ejus vit. Lib. II. c. 14. 15. Ed. Olear.

> *Ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.*
> *Cunctis hominibus liberi vita altera.*

Ita emendabat:

> *Ἅπασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.*
> *Animantibus quaſi vita ſunt partus ſui:*

Plurimis ſane allatis argumentis, [f] quibus inſitum hunc affectum probat, quæ videre eſt apud Philoſtratum libro [p] VII. capite ſeptimo, & octavo: cum quo loco

p Cap. 14. 15. Ed. Olear.

GROTII.

e *Liberi hereditatem ut ſibi debitam exſpectant*] *Julianus* Cæſaribus *παισί τε γὰρ νόμιμον ἐπιτρέπειν τὰς διαδοχάς*· *Æquum, liberis hereditatem relinqui* (Pag. 334. D. *Edit. Spanhem.*) Etiam filiabus, quas juxta filios heredes parentum fuiſſe more antiquiſſimo, teſtatur Jobi hiſtoria in fine. Hanc æquitatem reſpiciens *Auguſtinus*, ne ab eccleſia quidem recipi vult bona eorum, qui liberos ſuos exheredabant. Loca ſunt libro I. de vita clericorum, (*Cap.* 3.) & ſermone LII. ad fratres in eremo, ſi tamen id opus *Auguſtini* eſt. Poſuit ea *Gratianus* in cauſa XIII. quæſt. II. (*c.* 8.) & cauſa XVII. quæſt. IV. in fine (*c.* 43.) *Procopius* Perſicorum I. *οἱ νόμοι τῷ διαλλάσσοντι ἀλλήλοις ἀεὶ ἔν πᾶσιν ἀνθρώποις μαχόμενοι, ἐνταῦθα ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι βαρβάροις ξυνίασί τε καὶ ξυνομολογοῦντες ἀλλήλοις κυρίους ἀποφαίνουσι τοὺς παῖδας εἶναι τῶν πατρὸς κλήρων*· *Leges, quæ cæterum inter homines plurimis differentiis invicem pugnant, in hac re tam apud barbaros, quam apud Romanos conſentiunt, atque conſpirant, ut liberos dominos pronuntient rerum a patre relictarum*, (Cap. II.)

f *Quibus inſitum hunc affectum probat*] *Plinius* X, 33. de hirundinibus. *In fœtu ſumma æquitate alternant cibum.*

GRONOVII.

24 *Debitum tamen non eſſe*] Hinc conceſſum antiquis, recens natos infantes non modo exponere, ſed etiam necare. *Terent.* Heaut. 4, 1. 13. & 21. *Ovid.* 9. Metam. 678. Et pro re mira narrat *Tacitus* de Judæis, necare quemquam ex natis nefas eſſe, 5. hiſtor. 5.

25 *Jus expletorium*] Juſtitia commutativa, vel διορθωτική. 1, 1. 10.

26 *Naturalem*] Ut vitalis, & ſuperſtes ſit.

27 *Socialem*] Ut vivat, tanquam civis ejus ordinis, in quo eum pater ſuſcepit.

(dd) Diſtinguendum potius inter tempus, quo liberi non poſſunt ſibi ipſi alimenta quærere, & tempus, quo id poſſunt. Priori tempore omnino, & ex jure ſtricto parentes liberos alere tenentur: poſteriori non ita tenentur; ſed nemo eſt tamen, cui potius de alimentis proſpicere, & bona ſua etiam, vel ſaltem majorem partem, relinquere eos honeſtum ſit. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

loco optime conſentit is, qui eſt apud Oppianum de venatu tertio, & de piſcatu primo. Et in Dictye tragœdia idem ille Euripides [q] hanc unam omnium legem eſſe, ait, quæ & hominibus inter ſe, & cum cæteris animantibus communis ſit. Hinc + Juriſconſulti veteres liberorum educationem [r] ad jus naturale referunt, id eſt, ad illud, quod cum inſtinctus naturæ aliis quoque animantibus commendat, + nobis ipſa præſcribit ratio. *Naturalis ſtimulus*, ut Juſtinianus [s] loquitur, id eſt, στοργὴ, *parentes ad liberorum educationem hortatur.* Idem alibi: [t] *Filium, vel filiam alere patri neceſſe eſt, propter ipſam naturam.* Diodorus Siculus: [u] ἀγαθὴ γὰρ ἡ Φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐςὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γενωμένων, διὰ τῆς συγγενοῦς Φιλοζωΐας τὰς διαδοχὰς εἰς ἀΐδιον ἄγουσα διαμονῆς κύκλον· *Optima quippe magiſtra natura eſt cunctis animantibus, non tantum ad ſui, ſed & ad prolis ſuæ conſervationem,* + *ut cognata hac charitate continua ſucceſſio ad æternitatis circulum perveniat.* Apud Quinctilianum [x] filius, + *partem jure gentium peto.* Salluſtius [y] + teſtamentum, quo filius excluditur, impium dixit. Et quia naturale eſt hoc debitum, + ideo etiam [28] vulgo [z] quæſitos alere mater debet.

3. Et quanquam + ex [29] damnato legibus concubitu natis nihil relinqui leges Romanæ volebant: + ſicut & [30] naturalibus ne quid relinquere neceſſe eſſet, caveat + lex (ee) Solonis; canones [a] Chriſtianæ pietatis hunc rigorem correxerunt, qui docent, qualibuſcumque liberis id recte relinqui: imo ſi opus ſit, + relinquendum etiam quod ad alimenta neceſſarium eſt. + Nec aliter capiendum quod dici ſolet, [31] legitimam humanis legibus tolli non poſſe, quatenus ſcilicet in legitima inſunt alimenta neceſſaria. + Nam quod ſupra eſt, tolli poteſt non repugnante natura.

4. + Ali autem debent non tantum liberi primi gradus, ſed & ſecundi, ſi ita res ferat, + & ulterioris: quod oſtendit [b] Juſtinianus, cum non filios tantum, ſed & qui deinceps ſunt, alendos propter ipſam naturam pronuntiat; + quod ad eos etiam producitur, [32] qui per mulieres ex nobis veniunt, + ſi aliunde ali non poſſunt.

V. 1. + Debentur quidem & [33] parentibus alimenta: quod non legibus tantum proditum eſt, ſed vulgari proverbio g [34] ἀντιπελαργεῖν. adeo quidem ut laudetur

q *Apud Stob.*
r *Pr. Inſt. de jur. nat. gen.* l. *Juri*, 1. §. *Jus naturale.* 3. D. *de juſt. & jur.*
s *L. un.* §. *taceat.* 5. *verſ. ſileat. C. de rei ux. act.*
t *L. ult. C. de bon. quæ lib.* §. *ipſum.* 5.
u *Lib.* 11. c. 50. *pag.* 94. *Ed. H. Steph.*
x *Inſt. Orat.* VII, 1.
y *Fragm.* IV, 2. *Ed. Waſſ.*
z *L. ſi quis,* 5. §. *Ergo,* 4. *D. de agnoſc. liber.*
a *C. Cum haberet,* 5. *de eo, qui dux. quam poll. adul.*
b *L. ult.* §. 1. *C. de bon. quæ lib.* 5. §. 1. 5. *l.* 8. *D. de agn. lib.*

G R O T I I.

g Ἀντιπελαργεῖν] Vide *Leonem Afrum* libro IX. de Neſro. (*Pag.* 388. *Ed. Elzevir.*)

G R O N O V I I.

28 *Vulgo quæſitos*] Incerto patre natos.

29 *Damnato legibus*] Inceſto, aut adulterio. (Vid. *Novel.* 89. cap. 15.)

30 *Naturalibus*] Ex concubina, vel ſtupro.

31 *Legitimam*] Quadrantem bonorum. D. *de l. Falcidia, & Trebelliano, Sc.* Inſt. *de l. Falcid.* & *de fideicomm. hered.*

32 *Qui per mulieres*] Nepotes, nepteſque ex filia.

33 *Parentibus alimenta*] L. 5. §. 16. D. *de lib. gnoſc.* Parens ali à filio naturali ratione debet. *Cic.* ad Atticum 9, 9. *cum parentes non alere nefarium ſit. M. Seneca* 1. Contr. 1. *Lex eſt, liberi parentes alant, aut vinciantur.*

34 Ἀντιπελαργεῖν] Inſtar ciconiæ ſenio defectis parentibus ſervire, ac conſulere. *Plinius* 10, 23. Ciconiæ genitricum ſenectam invicem educant. Inde ciconia *Pietaticultrix*, *P. Syro* apud *Petronium. Ariſtoteles* hiſt. anim. 6, 13. *Ælianus* de anim. 3, 23.

(ee) Memoria heic fefellit Auctorem noſtrum. *Solon* enim non ſolvit parentes neceſſitate aliquid relinquendi natis ex concubitu illegitimo; ſed contra, liberos naturales ſolvit neceſſitate alendorum parentum: Τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν &c. ait PLUTARCHUS, in ejus Vit. pag. 90. E. *J. B.*

c Diog. Laërt. in Solon. §. 55.

laudetur [c] + Solon, quod qui id non facerent, eos notarit infamia. + Sed non hoc æque eſt ordinarium, atque illud, quod de liberis diximus; nam liberi cum naſcuntur, + nihil ſecum afferunt unde vivant. + Adde quod vivendum diutius habent, quam parentes: atque ideo + ſicut honor, & obſequium parentibus debetur, non liberis; + ita educatio liberis magis, quam parentibus. Quo ſenſu accipio illud [d] Luciani: *καὶ δεῖ γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν·* + *Magis natura jubet à parentibus liberos, quam a liberis parentes diligi.* Et illud [e] Ariſtotelis: *μᾶλλον συνῳκείωται τὸ ἀφ᾽ οὗ τῷ γενηθέντι, ἢ τὸ γενόμενον τῷ ποιήσαντι· τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ᾽ οὗ· Magis afficitur cauſa gignens erga genitum, quam genitum erga gignentem. Nam quod ex aliquo ortum eſt, id ei quaſi proprium eſt.*

d In Abdic. T. I. p.721. Ed. Amſt.
e Nic. VIII. c.14.

2. Hinc fit ut + etiam citra auxilium legis civilis prima bonorum ſucceſſio liberis deferatur; + quia creduntur parentes illis, ut corporis ſui partibus, + non tantum de neceſſariis, + ſed & de his, quæ ad vitam ſuavius, honeſtiuſque tranſigendam pertinent, quam uberrime voluiſſe proſpectum: + ab eo maxime tempore, quo ipſi rebus ſuis frui non poſſent. *Ratio naturalis*, inquit + Paulus Juriſconſultus [f] *quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando.* Papinianus [g] vero: [h] + *Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum, debetur hereditas. Parentes ad bona liberorum + ratio miſerationis admittit: liberos + naturæ ſimul, & parentum* [35] *commune votum*; id eſt, liberos hereditas ſequitur + partim quidem ob præciſum debitum naturale, + partim ex conjectura naturali, qua parentes creduntur id velle, ut liberis quam optime proſpectum ſit. [36] *Sanguini* [37] *honorem debitum reddidit*, ait Valerius [b] Maximus de Q. Hortenſio, qui filium minus ſibi probatum heredem ſcripſerat. Huc ſpectat illud Apoſtoli Pauli: [i] *οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ᾽ οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις· Non enim liberi parentibus, ſed parentes liberis rem congerere, & ſervare debent.*

f L. Cum ratio, 7. D. de bon. damn.
g Leg. 7. §. 1. D. Si tab. teſt. nul. ext. unde lib.
b Lib. V. c. 9. num. 2.
i 2 Corinth. XII, 14.

VI. Quia vero & hoc ordinarium eſt, ut pater, materque liberis ſuis proſpiciant, + ideo dum illi exſtant, avi, aviæque ad alimenta danda teneri non intelliguntur: ubi illi, + eorumve alter defecerit, + æquum eſt ut avus, aviaque, pro mortuo filio, filiaque, curam ſuſcipiant nepotum, ac neptium: + quod & in parentibus longius remotis pari ratione procedit. + Atque hinc ortum traxit

GROTII.

h *Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum, debetur hereditas*] Philo de vita Moſis III. [*Pag.* 689. E. *Ed. Pariſ.*] *ἐπειδὰν ὁ νόμος φύσεώς ἐστι κληρονομεῖσθαι τοὺς γονεῖς ὑπὸ παίδων, ἀλλὰ μὴ τούτους κληρονομεῖν, τὸ μὲν ἀπευκταῖον καὶ παλίμφημον ἡσύχασε· Cum lex ſit naturæ ut liberi parentibus, non parentes liberis in bona ſuccedant, Moſes id, quod contra vota parentum, malique ominis erat, texit ſilentio.* Xenophon libro II. Socraticorum: *ὁ μὲν ἀνὴρ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι παισὶ προκατασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν βίον, καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα· Vir is, quos habiturus eſt liberis, parat omnia, quæ uſui fore ad vitam putat, & quidem quam maxima poteſt in copia.* (Cap. 2. §. 5.)

GRONOVII.

35 *Commune votum*] Quia parentes optant, ſe liberos relinquere ſuperſtites. Inde in lapp. antiquis 675, 13. *Infanti mellitiſſimo, & dulciſſimo contra votum* 697, 10. *Filio dulciſſimo memoriam poſuerunt contra votum.* 716, 7. *Mater infeliciſſima contra votum pietatis poſuit.* Adde *Gruterum* 4. Suſpic. I. Et ipſa natura, ordoque mortalitatis videtur poſtulare, ut juniores ſenioribus ætate matura compoſitis ſuccedant. Hinc in iiſdem 348, 8. *Turbato ordine in ſenio parentes infeliciſſimi filio optimo.* 436, I. *Filio ordine retrogrado defuncto.*

36 *Sanguini*] Quem ſcilicet non erat habiturus moribus ejus.

37 *Honorem*] Ut *Quinctil.* declam. 2, 61. *Qui non eundem honorem ſupremis defuncti tabulis habuerant.* Tacitus Agric. 43.

GRO-

traxit jus illud, [i] ut nepos [k] filii loco ſuccedat, quemadmodum + Ulpianus loquitur. Id + Modeſtinus dixit, [l] τὸν τῦ πατρὸς ἀποθανόντος τόπον πληροῦν. + Juſtinianus, [m] τὴν πατρῴαν ὑπεισιέναι τάξιν. Iſæus oratione de Philoctemonis hereditate, hoc ipſum (ff) vocat ἐπανιέναι. Philo Judæus: [n] υἱωνοὶ γὰρ πατέρων ἀποθανόντων ἐν υἱῶν τάξει παρὰ πάπποις καταριθμοῦνται· *Nepotes parentibus mortuis apud avos filiorum obtinent locum.* Vicariam hanc ſucceſſionem, [k] [38] + quæ per ſtirpes fit, + repræſentationem vocare amant recentiores juriſconſulti; quam valuiſſe etiam + apud Hebræos, diviſio agrorum terræ Jacobi filiis (gg) promiſſæ aperte ſatis oſtendit. Sicut filius, & filia proximi ſunt cuique, + ita & qui ex filio, filiave naſcuntur, ait Demoſthenes oratione [o] adverſus Macartatum.

k L. 7. D. de bis. qui ſ. v. al. jur. ſ.

l L. 2. §. 7. D. de exc. cur.

m Novel. 127. pr.

n Legatione ad Cajum, pag. 996. C.

o Pag. 661. B.

VII. + Quæ autem diximus hactenus de conjectura voluntatis, + ita locum habent, [39] niſi in diverſum indicia ſuppetant. In hoc indiciorum genere primum habet locum [40] + abdicatio, quæ Græcis: tum [l] [41] + exheredatio, quæ Romanis fuit uſitata. + Ita tamen ut ei, qui mortem peccatis ſuis meritus non eſt, [42] alimenta præſtanda ſint, + ob eam, quam ſupra attulimus, rationem.

VIII. + Sed & illa regulæ exceptio addenda eſt, + ſi non ſatis conſtet hunc illo eſſe genitum. + Verum eſt, [43] de factis nullam eſſe certam perceptionem; + ſed ea, quæ ſolent in hominum conſpectu fieri, ſui generis certitudinem habent

GROTII.

i *Ut nepos filii loco ſuccedat*] Quod Hebræi dicunt, *filius etiam in ſepulchro ſuccedit*; item: *filii filiorum ſunt tanquam filii.* (Vide SELDEN. *De ſucceſſionib. ad Leges Hebr.* Lib. I. c. 1. & 2.) Meminit ejus juris ut naturalis *Jacchiades* ad Danielem V, 2. *Æquiſſimum eſſe videtur, nepotes, nepteſque in patris ſui locum ſuccedere*, ait Juſtinianus titulo Inſtitutionum de Hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur. (§. 6.) Pietati id aſcribit *Eginhardus* in vita Caroli Magni. (*Cap. 9. Ed. Schminck.*) καταστάντας εἰς τὸν ἴδιον γονέως τόπον ὑπεισελθεῖν· *Poſteros in ſui quemque parentis locum ſubire*, dixit Michael Attaliata.

k *Quæ per ſtirpes fit*] Sic in ſortiendis urbibus inter Heraclidas *Proclo*, & *Euryſtheni*, ut ab Ariſtodemo venientibus, una ſors fuit contra Temenum, & Creſphontem; meminit *Appollodorus* libro II. (c. 8. §. 4.) Pauſanias (*Meſſeniac.* c. 3.) *Strabo* Lib. VIII. [pag. 364.]

l *Exheredatio, quæ Romanis fuit uſitata*] Vide *Baba Kama* cap. IX. §. 10. vide infra §. XXV.

GRONOVII.

38 *Quæ per ſtirpes*] *Succeſſio per ſtirpes*, ubi plures filii cum aliis coheredibus ſuccedunt in partem patris, quam ille habere deberet, ſi viveret. *Succeſſio in capita*, ubi ſinguli pares cum coheredibus partes accipiunt. De quo ſolet quæri in ſucceſſione patrui. Nam ſi ſuccedat frater, & alterius fratris filii, in ſtirpes eſt ſucceſſio; ſi duorum fratrum filii, in capita, ex *Novel.* 118. cap. 3. quorum poſterius tamen in dubium nonnulli vocant.

39 *Niſi in diverſum*] Appareat probatio mutatæ voluntatis l. 7. D. *de probat.*

40 *Abdicatio, quæ Græcis*] Ἀποκήρυξις.

41 *Exheredatio*] Quæ nomen apud Græcos non habet: ſed qui jus Romanum Græce tradiderunt, exheredare vocant ἀπόκληρον ποιεῖν. & *Theophilus* de exheredatione liberorum περὶ ἀποκλήρων παίδων.

42 *Alimenta*] Sic T. Arrius filium in parricidii molitione deprehenſum Maſſiliam relegavit, & annua illi præſtitit. *Seneca* 1. de benef. 15.

43 *De factis*] Inde regula: juris ignorantiam cuique nocere, facti vero non item. l. 9. D. *de juris, & facti ignor.*

(ff) Locus eſt pag. 467. *Ed. Wech.* Ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἐᾷ ἐπανιέναι, ἐὰν μὴ υἱὸν καταλίπῃ γνήσιον. Sed ibi non agitur de ſucceſſione Nepotis in locum filii, verum de Filii Adoptivi reditu in familiam Patris Naturalis, qui reditus fieri non poterat, niſi ipſe in familia Patris Adoptivi reliquiſſet filium legitimum: idque ſecundum Legem *Solonis*, quæ legitur integra apud DEMOSTHENEM, *Orat. in Leochar.* pag. 673. B. Adeoque locus omnino alienus eſt à re, de quâ agitur. *J. B.*

(gg) Poſteri *Ephraimis*, & *Manaſſis*, non tantum propter *jus repræſentationis* partem habuerunt Terræ promiſſæ: ſic enim ambo unam tantum ſortiri debuiſſent, qualem *Joſephus* pater ipſorum conſequuturus erat. Verum adoptionis jus heic valuit, ut Auctor noſter ipſe obſervat in Nota ad §. ſequ. *J. B.*

bent ex teſtimonio : quo ſenſu mater certa eſſe dicitur, quia inveniuntur, [44] qui, quæve partui, & educationi adfuerint ; + at de patre hujus gradus certitudo haberi non poteſt, quod + p Homerus indicat dicens:

p Odyſſ. Lib. I. verſ. 216.

— Οὐ γάρ πω τὶς ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.
— *Generis nemo ſibi conſcius ipſe eſt.*

Et eum ſequutus Menander: (hh)

Αὐτὸς γὰρ ὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγείνατο.
Nemo ipſe novit quo ſit exortus ſatu.

Qui & alibi: [Apud *Stob.* Florileg. tit. 76.]

Ἔςιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς,
Ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν υἱὸν, ὁ δ' οἴεται.
Mater tenerius liberos adamat patre:
Quia mater eſſe ſcit ſuos, pater autumat.

+ Ideo ratio aliqua reperienda fuit, qua probabiliter conſtaret, quis eſſet partus cujuſque pater. + Ea [45] ratio eſt, conjugium ſumtum in terminis naturalibus, + id eſt, conſociatio, qua femina ſub maris cuſtodia [46] conſtituitur. Sed etſi alio quovis modo conſtet quis fuerit pater, aut pater id pro explorato habuerit ; + naturaliter is partus non minus, quam alius quivis ſuccedet. Quidni? cum etiam m + extraneus palam pro filio habitus, quem adoptatum vocant, ſuccedat + ex conjectura voluntatis?

q Fragm. Andromed. verſ. 12. & ſeqq. Ed. Barnes.

2. Naturales vero, etiam + poſt lege introductum eorum diſcrimen a legitimis,

q (Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
Νόμῳ νοσοῦσιν — — —
Notha parte nulla ſobole legitima minor,
[47] + *Sed lege premitur.* — — —

r L. Jubemus, 6. C. d. natural. lib.

Ut dixit Euripides) + poſſunt tamen adoptari, [48] + niſi lex obſtet. Atque id olim permittebat lex Romana Anaſtaſii r ; ſed poſtea in juſti matrimonii favorem + difficilior quædam ratio eos legitimis æquandi reperta eſt, [49] + per curiæ oblationem, + aut ſubſequens matrimonium. Exemplum veteris adoptionis naturalium eſt + in Jacobi filiis, qui adæquati a patre ſunt liberarum mulierum filiis, & æquis partibus [50] hereditatem creverunt.

3. Contra

GROTII.

m *Extraneus palam pro filio habitus*] Aut nepos in filium adoptatus, ut a Jacobo nepotes Ephraim, & Manaſſes.

GRONOVII.

44 *Qui, quæve partui*] Sic Virginius ex uxore ſua natam Virginiam probabat contra M. Claudium Appii clientem. *Dionyſ. Halic.* l. II, 57.

45 *Ratio eſt conjugium*] Inde illud: *Pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant.*

46 *Conſtituitur*] Rurſus omittit, mutui auxilii, & procreationis cauſa, ut ſupra 2, 5. 8.

47 *Sed lege premitur*] Legem civilem, i. quæ legitimos prætulit in honorem conjugii, iniquam experitur, & gravem.

48 *Niſi lex obſtet*] Niſi lex civilis prohibeat.

49 *Per curiæ oblationem*] §. ult. Inſtit. *de nupt.*

50 *Hereditatem creverunt*] Verbum priſci juris. Nam heredem inſtitutum oportebat intra certam diem declarare, ac profiteri, velletne adire, an non. Quod tempus *cretionem* dicebant. Formula teſtamenti. *L. Titius mihi heres eſto, cernitoque intra tot dies.* Si cretio non erat definita, centeſimus dies juſtus habebatur. *Varro de LL.* lib. 5. p. 60. & lib. 6. p. 81. *Cic.* II. ad Attic. ep. 2. Inde *cernere hereditatem* eſt, non modo profiteri ſe heredem, ſed etiam hereditatem adire, ac capeſſere, quia cretionem aditio ſequebatur.

(hh) Habet ab EUSTATHIO, in *Homer.* pag. 1412. *Ed. Rom.* ubi tamen alio modo, & ſenſu, quem Auctor ipſe ſequutur in verſione ſuâ: Αὐτὸν γὰρ ὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο &c. *J. B.*

GRO-

3. Contra evenire poteſt, + non ex lege tantum, + ſed & ex pactione, [n] ut qui ex conjugio nati ſunt, alimenta ſola habeant, + aut certe [51] excludantur a præcipua hereditate. Conjugium tali pacto initum etiam cum libera femina + concubinatum Hebræi vocant: + quale erat Abrahami cum Cethura, [s] cujus liberi perinde, ut Iſmaël ancillæ Agaris filius, + dona, id eſt, legata quædam acceperunt; + hereditatem autem non creverunt. + Tale eſt matrimonium ad [52] morgengabicam quod dicitur: a quo non longe abeunt ſecundæ nuptiæ [o] + apud Brabantos; nam rerum ſoli, quæ exſtabant cum matrimonium [53] prius ſolveretur, + proprietas acquiritur prioribus liberis. *s Gen. XXV, 6.*

IX. 1. + Ubi deſunt liberi, quibus naturaliter deferatur ſucceſſio, + minus expeditum eſt, nec ulla in parte magis variant leges. Tota tamen varietas ad duos maxime fontes referri poteſt, + quorum alter reſpicit proximitatem gradus, alter bona redire vult unde venerant; quod dici ſolet, + paterna paternis, materna maternis. Nobis omnino + diſtinguendum videtur inter [p] bona paterna, avitaque, + ut dici ſolebat [54] in formula, qua prodigo bonis interdicebatur: & inter [q] noviter quæſita, + ut in illis locum habeat [t] Platonis illud: *ἐγὼ οὖν νομοθέτης ὢν οὐχ ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν εἶναι τίθημι, οὔτε τὴν οὐσίαν ταύτην, ξύμπαντος δὲ τοῦ γένους ὑμῶν, τοῦ τε ἔμπροσθεν καὶ τοῦ ἔπειτα ἐσομένου· Ego legum conditor, neque vos veſtri juris eſſe ſciſco, neque patrimonium veſtrum, ſed totius veſtri generis, tum quod fuit, tum quod futurum eſt.* Qua de cauſa Plato *κλῆρον πατρῷον* ſalvum eſſe vult generi, unde venit. Quod non ita accipi velim, + quaſi naturaliter de bonis paternis, avitiſque [55] teſtari non liceat ([r] ſæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile modo ſit, + ſed etiam neceſſarium) + ſed ut appareat, [56] quæ in dubio credenda ſit fuiſſe voluntas inteſtati. Concedimus enim, + plenum dominium eſſe penes eum, de cujus voluntate agimus. *t De Legib. Lib. XI. p.923. A. Tom. II. Ed. II. Steph.*

2. Sed + cum poſt mortem dominium hoc retinere non poſſit, + & omnino pro certo haberi debeat, [57] noluiſſe eum perdere beneficii materiam, + videndum

GROTII.

n *Ut qui ex conjugio nati ſunt, alimenta ſola habeant*] Ut olim filii poſt primum geniti in Mexicanis terris. [Vide *Fr. Lopez de Gomara*, *Hiſt. gener. Ind. Occid.* Lib. II. C. 76.]

o *Apud Brabantos*] Vide legem ſimilem veterum *Burgundionum*, Lib. I. tit. 1. n. 2. (De *Brabantis* vide *Petrum Stockman.* in libro *De jure Devolutionis* &c. *J. B.*

p *Bona paterna, avitaque*] Hebræis מורשה.

q *Noviter quæſita*] Hebræis נחלה. Diſcrimen hoc vide in *lege Burgundica* lib. I. tit. 1. num. 1.

r *Sæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile modo ſit*] Seneca de Beneficiis libro IV. c. 11. *Quid cum ipſo vitæ in fine conſtitimus, cum teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? quantum temporis conſumitur, quamdiu ſecreto agitur, quantum, & quibus demus? quid enim intereſt quibus demus a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia noſtra torquemus, quam ubi remotis utilitatibus, ſolum ante oculos honeſtum ſtetit?*

GRONOVII.

51 *Excludantur a præcipua*] Non ſint heredes, ſed accipiant legata.

52 *Morgengabicam*] Donationem propter nuptias, aliam doti, de qua videndus *Lindenbrogius* in gloſſ. ad Cod. legum antiquarum. *Gregor. Turon.* matutinale donum vocat lib. 9, 19.

53 *Prius ſolveretur*] Morte uxoris. Hinc Galliæ rex ſe ducem fert Brabantiæ.

54 *In formula, qua prodigo*] Quando tua bona paterna, avitaque, nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico. *Paulus* 3. Sent. tit. 4. §. 7.

55 *Teſtari*] Aliquid pro arbitrio relinquere aliis, quam unde venerunt.

56 *Quæ in dubio*] Quos ſi teſtamentum nullum fecerit, optaverit tamen habere ſucceſſores.

57 *Noluiſſe*] Habuiſſe in animo, ut relinqueret bona gratia, quod omnino relinquendum erat,

&

w Ethic. Nic. IX, 2. *x De Off. I, 15.* *y De Off. I, 31.* *z Off. I, 31.*

dendum eſt [58] quis ſit in beneficiis ordo maxime naturalis. Bene [w] Ariſtoteles: εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον· *Potius eſt gratiam referri ei, qui benefecit, quam amico conferre beneficium.* Et [x] Cicero: *Nullum officium referenda gratia magis neceſſarium eſt.* Item: [y] *Cum duo genera liberalitatis ſint, unum dandi beneficii, alterum reddendi; demus nec ne, in noſtra poteſtate eſt; non reddere bono viro non licet: modo id facere poſſit ſine injuria.* [z] Ambroſius: *Pulchrum eſt, propenſiorem haberi ejus rationem, qui tibi aut beneficium aliquod, aut munus contulit.* + Et mox: *Quid enim tam contra officium, quam non reddere quod acceperis?* Gratia autem + refertur aut viventibus, [s] aut defunctis.

a Cap. 20. & ſeqq.

Defunctis, ut oſtendit Lyſias [a] oratione funebri, refertur gratia in eorum liberis, + qui naturaliter pars ſunt parentum, + & quibus, ſi viverent parentes, maxime vellent benefieri.

b L. Quod ſcitis. 3. C. de bon. quæ lib. l. 13. de emancipatis. §. 1. Cum enim. C. de legit. her. l. Sancimus 11. C. com. de ſucceſſ. Novel. 84. de conſ. & uter. frat. *c Eth. Nicom. VIII, 14.* *d Lib. V. c. 5.* *e Lib. X.*

3. + Et hanc æquitatem ſequuti ſunt Juſtinianei juris [b] conditores, + æquitatis ſtudioſiſſimi, + in quæſtione inter [59] fratres + plenos, & [60] + conſanguineos, & [61] + uterinos, & aliis quibuſdam. Ariſtoteles: [c] ἀδελφοὶ ἀλλήλους φιλοῦσιν τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι· ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις ταὐτὸ ποιεῖ· *Fratres ſe invicem diligunt quatenus ex iisdem nati ſunt; nam ortus communis ipſos quaſi eoſdem facit.* [d] Valerius Maximus: *Ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima, & maxima beneficia accepiſſe; ita proximum judicari debet ſimul accepiſſe.* [62] + Gentium commune jus, ut frater fratri ſuccedat, dicitur apud [e] Juſtinum.

f Ethic. Nic. VIII. 14.

4. Quod ſi non reperiatur is, a quo proxime bona venerunt, ejuſve liberi, + reſtat ut gratia referatur his, quibus minus quidem, ſed tamen poſt illum proxime debetur, id eſt, + parenti ſuperioris gradus, ejuſque liberis, + præſertim cum eo modo maneatur intra proximos, + & ejus, de cujus hereditate agitur, + & ejus, a quo proxime bona venerunt. Idem ille + Ariſtoteles: [f] ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ τούτων συνῳκειῶνται· τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι γίγνονται οἱ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δὲ ἀλλοτριώτεροι· *Patrueles vero, & cæteri cognati conjunguntur per parentes, quatenus ex iiſdem ortum habent: ita ut alii conjunctiores ſint, alii minus conjuncti, pro ortus ratione.*

X. 1.

& beneficio potius ſuo penes alium eſſet, quod alioqui quacunque ratione penes alium futurum erit.

GROTII.

s *Aut defunctis*] Sic moriturus apud *Procopium* Perſ. 1. τὰ παιδία ὠφελῶν, ὠφελήσεις ἐμέ· *In me conferes quidquid in liberos meos contuleris.* (Cap. 4.) Vide exemplum in facto Theodoſii, patrem Valentiniani junioris in ipſo Valentiniano remunerantis, apud *Zoſimum* libro IV. Lege Moſis ſuccedebat poſt fratres patruus, ut primo poſſeſſori propior, quam fratrum filii. *Num.* XXVII, 10. (Imp. *Gratianus*, cui debebat imperium *Theodoſius*, non erat *pater Valentiniani junioris*, ſed *frater*, ut notum. Deinde *Theodoſius* nequaquam ex animo grato erga defunctum arma cepit pro *Valentiniano*, ſed amore *Gallæ* hujus ſororis. Vide Capp. 43. & 44. Libri IV. *Zoſimi*, heic indicati. *J. B.*)

GRONOVII.

58 *Quis ſit in beneficiis*] Cui recta ratio primo, cui poſteriore loco beneficium dictet tribuendum.

59 *Fratres plenos*] Eodem utroque parente natos.

60 *Conſanguineos*] Eodem patre, ſed diverſis matribus.

61 *Uterinos*] Eadem matre, non uno patre.

62 *Gentium commune*] Videtur ſumſiſſe ex lib. 34, 3. ſed mendoſe. Nam dicit ibi Demetrius, ſe majori fratri jure gentium regnum ceſſiſſe, non ſe majori fratri jure gentium ſuccedere oportere. (Immo Auctor, vitio memoriæ, ſcripſit heic *Juſtinum*, pro *Q. Curtio*, apud quem *Lib.* X. (ut heic numerus ſe habet in ora libri) dicitur de *Aridæo*, fratre *Alexandri Magni*: *Cur etiam* GENTIUM COMMUNI JURE *fraudetur?* Cap. 7. n. 2. *J. B.*

GRO-

X. 1. + At in [63] bonis noviter quæſitis, quæ [64] *περίοντα τῦ κλήρυ* [a] Platoni, + cum ceſſet gratiæ referendæ officium; ſupereſt, ut ei deferatur ſucceſſio, qui defuncto chariſſimus fuiſſe creditur. t + Is autem eſt, qui gradu cognationis proxime defunctum attingit. Sic + Iſæus [b] apud Græcos receptum, ait, *τοῖς ἐγγυτάτω γένυς τὰ τῦ τελευτήσαντος γενήσεσθαι· defuncti bona ei cedere, qui genere ſit proximus*; addit: *τί ἂν, τί δικαιότερον, ἢ τοῖς συγγενέσι τὰ τῦ συγγενοῦς*; + *quid juſtius, quam ut quæ cognati fuerant, cognatis cedant?* + Idem ſenſus eſt apud Ariſtotelem libri ad Alexandrum capite 11. *Optime*, inquit [c] + Cicero, *ſocietas hominum, conjunctioque ſervabitur, ſi ut quiſque erit conjunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur.* u Qui & alibi poſt liberos ponit bene convenientes propinquos, + ut & Tacitus: [d] *Liberos cuique, ac propinquos ſuos natura chariſſimos eſſe voluit.* + Idem Cicero alibi de cognatis agens: [e] *Neceſſaria præſidia vitæ debentur his maxime.* + Debentur ſcilicet non ex jure expletorio, ſed + *κατ' ἀξίαν*. Et alibi, cum de affectione erga propinquos egiſſet [f] + *Ex hac animorum affectione*, ſubdit, *teſtamenta*, [65] *commendationeſque morientium natæ ſunt.* + Idem [g] copias noſtras proximis, quam alienis, & ſuppeditari, & relinqui æquius eſſe, ait. Ambroſius quoque: [h] *Eſt etiam illa probanda liberalitas*, x *ut proximos ſeminis tui non deſpicias.*

a De Legg. L. XI. p. 923. D.
b Orat. III. p. 413. & 417. Ed. Wech.
c Off. 1. c. 16.
d Vit. Agric. c. 31.
e Offic. 1. 17.
f De Finib. III, 20.
g De Off. 1. cap. 14.
h Offic. 1. 30.

2. Succeſſio autem ab inteſtato, de qua agimus, + nihil aliud eſt, quam [66] tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura. + Quinctilianus [i] pater in [67] declamatione: *Proximum locum a teſtamentis habent propinqui: & ita, ſi inteſtatus quis, ac ſine liberis deceſſerit. Non quoniam utique juſtum ſit, ad hos pervenire bona defunctorum: ſed quoniam relicta, & velut in medio poſita nulli propius videntur contingere.* Quod de bonis noviter quæſitis diximus, ea naturaliter proximis deferri, + idem locum habebit in bonis paternis, avitiſque, ſi nec ipſi, a quibus venerunt, nec eorum liberi exſtent, + ita ut gratiæ relatio locum non inveniat.

i Decl. 308.

XI. 1.

GROTII.

t *Is autem eſt, qui gradu cognationis proxime defunctum attingit*] Vide *Deuter.* XV, 11. XXIII, 7. *Prov.* XI, 17. Tractat hoc *Servius* ad illud Æneidos VI. (verſ. 611.)

Nec partem poſuere ſuis —

Hierocles: *ἡ δὲ τῶν ἀγχιστέων (τιμὴ) πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐγγύτητα παραμετρήσει τὴν θεραπείαν, τοσῦτον τῆς μετὰ γονέας τιμῆς ἑκάςῳ τῶν συγγενῶν νέμυσα, ὅσον ἂν ἡ πρὸς ἐκείνυς ἐγγύτης ὑποφαίνῃ· Cura autem propinquorum menſuram ſuam accipiet a propinquitate naturali, ut poſt parentes tantum cognatorum cuique deferatur, quantum ad parentes propinquitas exigit.* [In *Aurea Carm. Pythag.* verſ. 4. pag. 46, 48. *Ed. Needh.*] *Poſſidius* de Auguſtino: *Juſtum, & æquum eſſe videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis poſſiderentur*, hereditates ſcilicet, de quibus ibi agit. (*Cap.* 24. *Vit. Aug.*)

u *Qui & alibi*] Duo hæc loca ex *Cicerone* poſterius producta, ſunt ex eodem libro officiorum primo. (c. 17.)

x *Ut proximos ſeminis tui non deſpicias*] Ex *Eſaia* ſumtum LVIII, 7. Paria habes apud *Chryſoſtomum* 1. Cor. IV, 7. & apud *Auguſtinum* de doctrina Chriſtiana lib. 11, 12.

GRONOVII.

63 *Bonis noviter quæſitis*] Quæ non hereditate delata, ſed poſſeſſoris induſtriâ parta ſunt.

64 Περίοντα] Affluentia ultra ſortem.

65 *Commendationes*] 2. de Finibus 20. Idem 3. de Off. *Is, qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaviſſet.* Vide 3. obſerv. 23, 655. Sic priſci ſolebant & uxores ſuas commendare ducendas, ſi quid ipſis contingeret. *Salmaſ. de modo uſur.* p. 168.

66 *Tacitum teſtamentum*] Conſtitutio legis de ſucceſſione, cum dantis ſucceſſorem, quem conjicimus, & exiſtimamus defuncto placiturum fuiſſe, ſi teſtamentum feciſſet.

67 *Declamatione*] CCCVIII. quæ inſcribitur: *Duo teſtamenta.*

\+ XI. 1. + Hæc vero, quæ diximus, quamquam + naturali conjecturæ maxime ſunt conſentanea, + non ſunt tamen jure naturæ neceſſaria; + ac proinde ex diverſis cauſis voluntatem humanam moventibus variari ſolent, pactis, legibus, moribus: + qui [68] ſubitionem in locum in nonnullis gradibus admittunt, y + in aliis non admittunt; + alibi diſtinguunt, [69] unde bona veniant, + alibi id [70] inſuper habent. + Eſt ubi primogeniti plus poſtgenitis ferunt, + ut apud Hebræos: + eſt ubi inter ſe æquantur. + Eſt [71] ubi agnatorum habetur ratio: + eſt ubi cognati quilibet cum agnatis tantundem ferunt. [72] + Etiam ſexus alicubi momentum habet, alicubi non habet: + & alibi cognationis ratio habetur intra propriores gradus: alibi longius extenditur; quæ longum eſſet exſequi, + nec inſtituti noſtri.

2. Illud tamen tenendum eſt, + quoties voluntatis expreſſiora indicia nulla ſunt, + credi quemque id de ſua ſucceſſione ſtatuiſſe, quod lex, aut mos habet populi, + non tantum [73] ex vi imperii, ſed ex conjectura, + quæ etiam in eos valet, quorum in manu eſt ſummum imperium. + Nam & hi probabiliter creduntur in rebus ſuis æquiſſimum judicaſſe, quod aut legibus ſanxerunt ipſi, aut moribus probant; + in iis dico rebus, in quibus de nullo ipſorum damno agitur.

\+ XII. Sed + in regnorum ſucceſſione diſtingui debent regna, quæ pleno modo poſſidentur, & in patrimonio ſunt, ab his, quæ modum habendi accipiunt ex populi conſenſu; + quo de diſcrimine [74] egimus ſupra. + Prioris generis regna z + dividi poſſunt etiam inter mares, a + & feminas, ut in Ægypto, & Britannia olim factum videmus.

— *Nullo*

G R O T I I.

y *In aliis non admittunt*] Veteres Germanorum mores ſubitionem iſtam, ſive repræſentationem ignorarunt etiam inter liberos. Introduxit primus id jus in Franciam Childebertus edicto: in Trans-Rhenanas partes Otho Henrici filius, teſte *Witekindo* lib. II. vide *legem Langobardicam* lib. II. tit. XIV, 18. Scoticum quoque jus vetus ſolam ſpectabat gradus proximitatem. Vide *Pontanum* Danicorum ſeptimo, ubi narrat a rege Angliæ arbitro ſumto ita pronunciatum. (*Pag.* 378.)

G R O N O V I I.

68 *Subitionem in locum*] Repræſentationem, ſucceſſionem in ſtirpes.

69 *Unde bona veniant*] Paterna, an materna ſint.

70 *Inſuper habent*] Nihil morantur, ſed utroſque pari gradu admittunt.

71 *Ubi agnatorum*] Ubi agnati, ſeu per virilem ſexum conjuncti, præferuntur.

72 *Etiam ſexus*] Ut feminæ poſthabeantur maritis.

73 *Ex vi imperii*] Quæ poſtulat in ſingulis vel invitis valere, quod publice jus ſive ſcriptum, ſive non ſcriptum introduxit; ſed etiam quia credibile eſt, ipſos inteſtatos nihil aliud voluiſſe.

74 *Egimus ſupra*] 1, 3. 11.

G R O T I I.

z *Dividi poſſunt etiam inter mares*] In Aſia fratres ſimul regnabant, ſic ut uni præcipuum eſſet jus diadematis. *Polybius* Exc. legationum XCIII. Invenies & apud *Livium* (XLIV, 19. XLV, 11.) eundemque *Polybium*, (*Excerpt. leg.* 89.) Ægyptum inter fratres Ptolemæos diviſam. Filii Attilæ gentes ſibi dividi æqua ſorte poſcebant: *Jornandes* de rebus Gotthicis. (*Cap.* 50.) *Gregoras* lib. VII. de Irene Andronici Palæologi uxore: τὸ δὲ καινότερον, ὅτι οὐ μοναρχίας τρόπῳ κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν Ῥωμαίοις ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλὰ τρόπον λατινικόν, διανεμημένους τὰς Ῥωμαίων πόλεις καὶ χώρας, ἄρχειν κατὰ μέρος τῶν υἱέων ἕκαστον, ὡς οἰκείου κλήρου καὶ κτήματος τοῦ λαχόντος, ἐκ πατρῴων μὲν ἐς αὐτοὺς κατὰ τὸν ἐπικρατήσαντα νόμον ταῖς περιουσίαις καὶ κτήσεσι τῶν βαναύσων ἀνθρώπων κατιόντος, παραπεμπομένου δ' ἐπειθ' ὁμοίως εἰς τοὺς ἐφεξῆς παῖδας καὶ διαδόχους· λατίνων γὰρ οὗτα γέννημα καὶ παρὰ τούτων εἰληφυῖα τουτὶ τὸ νεώτερον ἔθος, ἐπάγειν ἐβούλετο· *Quod maxime mirandum erat, voluit ut non unus imperaret, ſecundum morem Imperii Conſtantinopolitani veterem, ſed ad inſtar principum in Occidente civitates, & regiones dividerentur in ſingulos filiorum, ut ſic regnum tanquam proprium cujuſque patrimonium a patribus ad ipſos perveniret,*

ita

——— Nullo diſcrimine ſexus
Reginam ſcit ferre Pharos ———

Ait [k] Lucanus: de Britannis Tacitus, [l] *Neque enim ſexum in imperio diſcernunt.* + Nec adoptati minus veris liberis ſuccedent + ex præſumta voluntate; ſic Æpalio [m] Locrorum regi Hyllus Herculis filius per adoptionem in regnum ſucceſſit. (ii) Moloſſus [b] nothus [n] ex patris Pyrrhi, legitimos liberos non habentis, judicio, ſucceſſit in regnum Epiri: de adoptando [o] in ſucceſſionem Scythiæ Philippo egit rex [75] + Atheas: Jugurtha nothus, [p] ſed adoptatus, ſucceſſit in regno Numidico: ſicut & in regnis, + quæ [q] Gothi, & Langobardi armis quæſierant, adoptionem valuiſſe legimus. Imo etiam ad eos proximos ultimi poſſeſſoris regnum perveniet, + qui primum regem [76] ſanguine non attingunt, + ſi talis ſucceſſio in iis locis recepta ſit: ſicut Paphlagoniam regum domeſticorum interitu hæreditariam + patri ſuo obveniſſe, ait apud [r] Juſtinum Mithridates.

XIII. + Quod ſi dictum ſit ne dividatur regnum, nec cui cedere debeat expreſſum ſit, [c] ut quiſque natu eſt maximus, + mas, aut femina, regnum habebit.

k *Pharſal.* X, 91.
l *Vit. Agric*, c. 16.
m *Strabo l.* IX. *pag.* 427.
n *Pauſ.* 1.
o *Juſtin.* IX, 2.
p *Sall. bell. Jugurth.* c. 10, 11, 25.
q *Caſſiodor. Chron. Paul. Diac. l.* VI. *de geſt. Langob.*
r *Libro* XXXVIII. c. 5.

ita ut in plebejorum hominum bonis fieri ſolet: ac ſic perpetuo ad cujuſque liberos, heredeſque deſcenderet. Ipſa enim cum ex occidentis partibus ortum haberet, morem, quem ab ipſis acceperat, huc ſine exemplo introducere animo agitabat. (Pag. 106. *Edit. Genev.*)

a *Et feminas, ut in Ægypto, & Britannia*] De Alexandro, & Laodice vide *Polybium* excerptis legationum CXL. de Auletæ filia *Strabonem* XVII. (*pag.* 796.) In Aſia poſt Semiramidem feminas regnaſſe plures, narrat *Arrianus* ἀναβάσει. (*Lib.* 1. c. 24.) Talis Nitocris Babylone, Artemiſia Halicarnaſſi, Tomyris apud Scythas. *Servius* ad primum Æneidos: (*verſ.* 654.) *Quia ante etiam feminæ regnabant.* Idem apud Rutulos obtinuiſſe docet ad IX. Æneidos. (*verſ.* 654.) [De Feminarum ſucceſſione in regnum, ut putatur, apud *Aſſyrios*, vide *Conrad. Samuel. Schurzfleiſch.* Diſp. LVIII. *pag.* 28, & ſeqq. *J. B.*]

b *Nothus*] Apud Tartaros nothi. & legitimi pares. De Perſis vero *Herodotus*: νόθον ὔ σφι νόμος ἐςὶ βασιλεῦσαι, γνησίυ παρεόντος. *Mos non eſt illis ut nothus regnet, dum legitimus aliquis reperitur.* (Lib. III. c. 2.) In Hiſpania Wandali regnarunt duo, Gontharis legitimus, Gizerichus nothus Godigiſcli, teſte *Procopio* (*Vandalic.* 1. 3.) ex Septentrionalium nimirum gentium more veteri, cujus teſtes *Adamus Bremenſis* hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 106. *Helmoldus* Slavicis lib. I. c. 51. & 52. Michaeli Theſſaliæ domino ſucceſſit legitimis deficientibus nothus Michael. *Gregoras* lib. II. (*Pag.* 22.) Huic itidem nothus ſucceſſit ex parte: idem *Gregoras* lib. IV. (*Pag.* 52. *Ed. Genev.* 1616.) De Moloſſo Pyrrhi notho vide *Servium* ad III. Æneidos. (*verſ.* 297.)

c *Ut quiſque natu eſt maximus*] De Suedis vide *Brigittam* IV, 3. De Danis *Saxonem* XII. & XIII. Appianus Mithridatico: δικαιῶντα τὸν πρεσβύτερον ἄρχειν: (pag. 178.) *Æquum judicabat, regnum eſſe natu maximi. Nicetas Choniates* Johanne Comneno: ἡ φύσις τοῖς πρωτοτόκοις παισὶ τῇ τάξει ἐμμένυσα τὰ πρωτεῖα βραβεύειν εἴωθε· παρὰ δὲ Θεῷ ὐχ ὕτως ἐν ταῖς τῶν προβλήσεων μεγίςαις ἀεί πως φιλεῖ γίνεσθαι· *Natura quidem ſuum ſequens ordinem primum natos honorat; At Deus non ſemper in maximis privilegiis eum ordinem inſiſtit.* (Cap. 12.) Idem Manuele de Iſaacio loquens: ἀπὸ γενέσεως εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλύμενος· *Naſcendi ordine ad regni ſucceſſionem vocatus.* (Lib. I. c. 1.) Apud Joſephum Antipater dicebat, Hyrcani ἀρχὴν εἶναι διὰ τὸ πρεσβεῖον· *Principatum eſſe ob naſcendi ordinem.* (Bell. Jud. Lib. I. Cap. VI. §. 2. *Edit. Hudſon.*) vide & *Leunclavium* Turcicorum XVI.

GRONOVII.

75 *Atheas*] Ateas.

76 *Sanguine non attingunt*] Ut affines ejus, qui regnum poſtremus ex ſuperiore familia regum obtinuit.

(ii) In orâ libri Auctor heic teſtem indicat *Pauſaniam*, *Lib.* 1. Locus eſt *Cap.* XI. Sed non ſatis accuratè, quæ in eo legerat, retulit. Nam I. *Moloſſus* non erat filius nothus *Pyrrhi*, ſed major natu trium liberorum ſuſceptorum ex *Andromache*, quam pro legitima uxore habuerat, ut ait SERVIUS in *Æn.* III. 297. II. Non dicit *Pauſanias*, *Moloſſum*, deficientibus liberis legitimis, à *Pyrrho* heredem regni inſtitutum: ſed *Helenum*, filium *Priami*, poſt mortem *Pyrrhi*, uxore ductâ *Andromache*, *Pyrrho* in regnum ſucceſſiſſe, quod moriens ipſe *Moloſſo* reliquit. *J. B.*

habebit. + In Thalmudico, titulo de regibus, legitur: + *Qui præcipuum jus habet in hæreditate, is & in poſſeſſione regni.* + *Ideo filius natu major præfertur minori.* Νομιζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, inquit
s Lib. VII. c. 2. Herodotus: [s] *Mos omnium populorum eſt, ut natu maximus imperium habeat.* Idem alibi ſæpe νόμον legem, ſive conſuetudinem regnorum, hoc vocat. Livius [t]
t Lib. XXI. c. 31. duorum fratrum Allobrogum de regno contendentium minorem, ait, jure mi-
u Just. lib. 11. c. 10. nus, vi plus potuiſſe. Apud Trogum [u] Pompejum, [77] + *Artabazanes maximus natu ætatis privilegio regnum ſibi vindicabat: quod jus, & ordo naſcendi, & na-*
x Lib. XL. c. 11. *tura ipſa gentibus dedit.* + Idem alibi [78] jus gentium vocat: ut & [x] Livius, qui
y Lib. XVI. c. 2. & ordinem appellat ætatis, atque naturæ; quod intellige, + niſi pater aliud juſſerit, + ut [79] Ptolemæus apud eundem [y] Trogum. Qui autem in regno tali ſuccedit, + coheredibus tenebitur pro ipſorum partibus [80] æſtimationem rependere, ſi, & quatenus id fieri poteſt (kk).

XIV. At ea regna, quæ populi libero conſenſu facta ſunt hereditaria, + ex præſumta populi voluntate deferuntur. Præſumitur autem populus id voluiſſe, + quod maxime expedit. + Hinc primum illud naſcitur, ut [d] + ni aliud lex, aut mos ferat (ſicut Thebis Bœotiis regnum fuiſſe inter mares dividuum, ex
z Eurip. in Oedip. [e] + Zethi, & Amphionis, itemque ex Oedipodis filiorum [z] hiſtoria apparet; & vetus (ll) Attica inter Pandionis liberos diviſa eſt; & quæ (mm) circa Rhodum, inter Camirum, Jalyſum, Lindum fratres; & regnum Argivum inter [81] quatuor Perſei filios) [82] individuum ſit regnum, + quia id ad tuendum regnum, & civium concordiam plurimum valet. + Juſtinus [a] libro XXI. *Firmius*
a Cap. 1. n. 2. *futurum eſſe regnum, ſi penes unum remanſiſſet, quam ſi portionibus inter plures filios divideretur, arbitrabantur.*

XV. + Alte-

GROTII.

d *Ni aliud lex, aut mos ferat*] Dardanus, & Jaſius pariter in Troja regnarunt. *Servius* ad illud Æneidos: (III, 15.) *Sociique penates.* In Creta Minos, & Rhadamanthus. *Julianus* contra Chriſtianos. (*Pag.* 190. D. *Ed. Spanh.*) Albæ Numitor, & Amulius, ut quidam ait ſcriptor de Viris illuſtribus. (c. 1.) Alii enim Numitori pecunias, regnum Amulio ceſſiſſe, ajunt, ut *Plutarchus*: (*in Rom.* p. 19. a.) ſicut & Eteocli regnum Thebanum, Polynici ejus loco monile Hermiones obveniſſe, quidam prodidere. (Vide Scholiaſten *Euripidis*, in *Phœniſſ.* verſ. 71.) Pari modo in Norvagia alteri regnum, alteri naves, & ſpes ex maritimis expeditionibus.

e *Zethi, & Amphionis*] Euripides Hercule furente: (*verſ.* 29.)

Τῶ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς
Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.

Regnum priuſquam venit ad claros equis
Amphionem, Zethumque, prognatos Jove.

GRONOVII.

77 *Artabazanes*] Sic vocatur *Herodoto* lib. 7. qui *Juſtino Artemenes.*

78 *Jus gentium*] Lib. 34, 3. & *naturæ jus* lib. 21, 1.

79 *Ptolemæus*] Qui maximum natu Ptol. Ceraunum ſprevit, & minorem ejus fratrem Ptol. Philadelphum ſibi ſuffecit.

80 *Æſtimationem rependere*] Opulentum pro dignitate familiæ ſumtum præbere.

81 *Quatuor Perſei filios*] Electryona Alcmenes patrem, Meſtora Pterelæ proavum, Sthenelum Euryſthei patrem, Alcæum Amphitruonis. Quamquam & Perſes Helam, vel Elium genuiſſe, dicatur.

82 *Individuum ſit*] Ne dividatur inter ſucceſſores, quamvis paris gradus, ſed ut univerſum uni acquiratur.

(kk) Confer, de tota iſta materia ſucceſſionis in regna, PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. 7. §. 11. & ſeqq. *J. B.*

(ll) Diviſio veteris Regni *Athenarum* ſpectabat agros, non autem imperium, quod uni manebat, ut Auctor ipſe ſupra obſervavit, in Nota ad Cap. III. hujus libri, §. 4. *J. B.*

(mm) Refert id PINDARUS, *Olympion.* VII, 135. & ſeqq. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

XV. + Alterum, + ut ſucceſſio ſtet [83] intra eos, qui deſcendunt a primo rege: ea enim familia ob nobilitatem electa cenſetur, eaque finita + regnum redire ad populum. Curtius [b] libro X. *In eadem domo, familiaque, imperii vires remanſuras eſſe: hereditarium imperium ſtirpem regiam vindicaturam: aſſuetos eſſe ipſum nomen colere, venerarique: nec quenquam id capere, niſi genitum ut regnaret.* b Cap. 7. n. 15.

+ XVI. Tertio, + ne ſuccedant niſi qui nati ſunt ſecundum patriæ leges: + non naturales tantum, + quia [84] + ad contemtum patent, quorum matrem pater juſto conjugio dignatus non eſt, + & præterea quia [85] minus certi habentur; + at in regnis expedit populo haberi maximam certitudinem, quæ haberi poteſt, ad vitandas controverſias: quæ cauſa fuit + cur Macedones Demetrio minori potius, quam Perſeo majori regnum deberi exiſtimaverint, [c] quod Demetrius juſta matrefamilias natus eſſet. Et [86] apud Ovidium legimus: c Livius lib. XXXIX c. 53.

At ne nupta quidem, tedaque accepta jugali:
Cur? niſi ne caperes regna paterna nothus.

+ Sed nec adoptivi, quia nobilitas generis vere regii magis reverendos efficit reges, majorque de eis ſpes concipitur:

[d] + *Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
Virtus ——— ——— ——— d Horat. Od. IV, 4.

XVII. Quartum, + ut inter eos, qui pariter in hereditatem admitterentur, + ſive [87] quia unius ſunt gradus, + ſive quia in parentum ſuorum gradum ſuccedunt, [f] + præferantur mares feminis: + ideo quod mares tum ad bella, tum ad alias imperii partes magis idonei feminis cenſentur.

+ XVIII. 1. + Quintum, + ut inter mares, + aut inter feminas ubi mares deficiunt, [g] + præferatur natu maximus; [88] + quod is judicio aut perfectior jam

GROTII.

f *Præferantur mares feminis*] Vide *Nicetam Choniatem Manuele*, libro IV. (Cap. 4.)

g *Præferatur natu maximus*] *Homerus* de regno Cretenſi Iliad. N.

Ἠμὰν δ᾽ ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ᾽ ἴα πάτρη,
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη

Noſtrum utrique ſolum patrium fuit, & genus unum,
Juppiter at ſenior, rerumque peritior idem.

(Verſ. 354.) Ubi ſapienter *Homerus*, ut ſolet, cauſam reddidit, cur majores natu in regnis prælati, valentem ἐπὶ τὸ πολὺ, ut plerumque, id enim in talibus ſufficit: τοῦ νόμου τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέως παίδων διδόντος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ait *Zoſimus* libro II. (*Cap. 27. Ed. Cellar.*) de Perſarum lege: *cum lex daret è regum filiis natu maximo ſummam rerum.* Periander in regnum Corinthiorum patri ſucceſſit κατὰ πρεσβεῖον, ordine naſcendi. Ita *Nicolaus Damaſcenus* in excerptis, quæ beneficio viri maximi Nicolai Peireſcii habemus. [*Pag.* 450.]

GRONOVII.

83 *Intra eos, qui deſcendunt*] Sic quum Hephæſtion, gratia Alexandri nixus, Sidonis regnum deferret hoſpitibus ſuis, nobilibus juvenibus, negaverunt illi patrio more in id faſtigium recipi, niſi regia ſtirpe ortum. *Curt.* 4, 1.

84 *Ad contemtum patent*] Carent veneratione, atque auctoritate, ob favorem matrimonii.

85 *Minus certi*] Stat. 2. Theb. 444. *Pudet heu! plebiſque, patrumque, Ne toties incerta ferant, mutentque gementes Imperia, & dubio pigeat ſervire tyranno.*

86 *Apud Ovidium*] In epiſt. Phædræ ad Hippolytum. (*verſ.* 121.)

87 *Quia unius*] Sive per capita, ſive per ſtirpes ſuccedant.

88 *Quod is judicio*] Sic Demetrius Poliorcetes apud Macedones allegat contra Caſſandri filios adoleſcentes ætatis experimenta. *Juſtin.* 16, 1.

e Cyrip. Lib. VIII. c. 7. §. 3. jam eſſe, aut prius futurus, creditur. + Cyrus apud [e] Xenophontem: *τὸ προηγεῖσθαι προςάττω τῷ προτέρῳ γενομένῳ, καὶ πλειόνων κατὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ· Imperium relinquo majori natu, ut quem par eſt rerum eſſe peritiorem.* + Quia vero hæc [89] ætatis præſtantia temporaria eſt dumtaxat, + ſexus autem perpetua, *f Lib.* VII. c. 61. + ideo ſexus prærogativa potior eſt, quam ætatis. Sic [f] Herodotus cum dixiſſet, Andromedæ filium Perſam Cepheo in regnum ſucceſſiſſe, cauſam reddit: *ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἔρσενος γόνου· nullos enim Cepheus habebat* *g Lib.* IV. cap. 33. pag. 167. *Ed. H. Steph.* *liberos mares.* Et Diodoro [g] narrante, Teuthras Myſiæ regnum filiæ Argiopæ reliquit *ἄπαις ὢν ἀῤῥένων* non habens mares liberos. Sic [h] Trogus dixit, ad *h Juſtin.* I, 4. filiam pertinuiſſe Medorum imperium; quod nullum Aſtyagi virilis ſexus genus erat. Similiter Cyaxares apud Xenophontem, Mediam filiæ ſuæ deberi: [i] *οὐδὲ γάρ ἐςι μοι*, inquiens, *ἀῤῥην παῖς γνήσιος· neque enim eſt mihi legitimus* *i Cyrip. L.* VIII. c. 5. §. 9. *filius mas.* De Latino rege Virgilius: (*Æn. VII*, 50. *& ſeqq.*)

> *Filius huic fato divum, proleſque virilis*
> *Nulla fuit, primaque oriens erepta juventa eſt:*
> *Sola domum, & tantas ſervabat filia ſedes.*

k Pauſ. lib. III, c. 1. Sic ante [90] Heraclidarum imperium apud Lacones Eurotæ [k] ſucceſſit [91] Sparte filia, aut ejus liberi, ut Tyndareo [92] Helenæ liberi, quia mares filii non extabant; & Euryſtheo in Mycenarum imperium ſucceſſit Atreus ejus avun- *l Lib.* I. c. 9. culus, notante [l] Thucydide. Eodem jure regnum Athenarum [h 93] ad Creuſam, Thebanum (nn) ad Antigonem perveniſſe notatur, quod mares deficerent. Et regnum Argolicum ad Argum Phoronei [i] ex filia nepotem.

2. + Unde & illud intelligere datur, + quanquam liberi nonnullis gradibus parentum præmortuorum vicem impleant, + id tamen dumtaxat intelligendum, ut capaces ſint juxta cæteros: + ſalva tamen ſexus primum, + deinde ætatis prærogativa + inter capaces. + Nam qualitas & ſexus, + & ætatis, quatenus in hac re a populo conſideratur, ita perſonæ adhæret, ut avelli inde nequeat.

XIX. + Quæritur, an regnum, ubi hunc in modum defertur, pars ſit hereditatis.

GROTII.

h *Ad Creuſam*] Vide *Euripidem* Ione. [*verſ.* 72, 73, 578.]

i *Ex filia nepotem*] Et ſi ſine ſtirpe mortuus fuiſſet Oreſtes, in eodem regno Argolico ſucceſſiſſet ei Electra, ut ex *Euripidis* Taurica Iphigenia (*verſ.* 681, 695. *& ſeqq.*) diſcimus. Sic Calydonis regnum pervenit ad Andræmona Oenei generum, [*Apollodor.* I. 8, 6.] Aſterii regnum ad generum Minoa, ut refert *Apollodorus*, (III. I. 3.) addita cauſa, quod liberi mares nulli eſſent.

GRONOVII.

89 *Ætatis præſtantia temporaria*] Ut quis ſit intra tutelæ ſuæ annos, aut fœmina ætate maturior ſit, id brevi poſt ceſſat; quæ autem fœmina nata eſt, ſemper manet fœmina, & ſic inferior ſexu; ideo vel puer præfertur virgini, aut matronæ.

90 *Heraclidarum*] Qui 80. poſt Trojam captam anno Peloponneſum occuparunt ducibus Temeno, Creſphonte, Ariſtodemo, *Vellej.* I, 2.

91 *Sparte filia*] Sed & maritus ejus Lacedæmon, Eurotæ frater uterinus.

92 *Helenæ liberi*] Hermione cum marito Oreſte.

93 *Ad Creuſam*] Habet ex *Euripidis* Ione V, 178. Non ponitur tamen inter reges Atticæ Xuthus maritus ejus, neque Ion filius: ſed Erechtheo ſucceſſerunt Cecrops minor, & Pandion filii: Xuthus autem dux Athenarum vocatur *Pauſaniæ*, & Ion coloniæ Ionum in Aſia conditor.

(nn) Vide EURIPIDEM, *Phœniſſ.* verſ. 1580. *& ſeqq.* 584. *& ſeqq.* *J. B.*

GRO-

reditatis. Et verius eſt, eſſe + [k] [94] hereditatem quandam, + ſed ſeparatam ab aliorum bonorum hereditate, + qualis hereditas peculiaris in feudis + quibuſdam, [95] + emphyteuſi, [96] + jure patronatus, & [97] + jure præcipui quod dicitur, conſpicitur. + Unde ſequitur, ut regnum ad eum pertineat, + qui & bonorum heres eſſe poſſit, ſi velit; + ſed ita [98] ut etiam [99] ſine bonis, & eorum onere poſſit adiri. Ratio eſt, + quia populus regnum voluiſſe creditur

quam

G R O T I I.

k *Hereditatem quandam*] Putavit Innocentius III. talis regni ſucceſſionem amitti ab eo, qui ultima defuncti mandata non impleverit. c. licet. 6. de voto. (*Decretal.* III, 33. Sed malè. Vide quæ diximus in Notis Gallicis.]

G R O N O V I I.

94 *Hereditatem quandam*] Jus hereditarium, vel dignitatem. Alioqui *Tacito* per invidiam imperium Rom. vocatur unius familiæ hereditas, 1. hiſt. 16.

95 *Emphyteuſi*] Quum fundus in perpetuum, aut plures annos utendus fruendus traditur ſtatuta penſione, ita ut etiam ad heredes tranſeat.

96 *Jure patronatus*] Videndus tit. Inſt. *de adſignatione libertorum.* Sic Lacedæmonii in tutela Claudiorum erant. *Sueton.* Tib. 6.

97 *Jure præcipui*] *Præcipuum* eſt legatum uni inter coheredes, quod is habeat præ cæteris, & judicio familiæ erciſcundæ capere poſſit, antequam aliæ partes diſtribuantur. *Legatum per præceptionem.* §. 2. Inſtit. *de legat. Sueton.* Galba cap. 5.

98 *Ut etiam ſine bonis, & eorum onere poſſit adiri*] Periculoſe hoc dicitur, ſi trahatur quo a politicis aulicis ſolet, quaſi Princeps deceſſoris nomina expungere non teneatur: præſertim ſi ex hiſtoria meminerimus, hac ipſa præſcriptione quoſdam principes uſos ad fraudandos creditores publicos. Quod nihil aliud eſt, quam fidem tollere, præcipuum generis humani vinculum, & ipſos Principes, quo tempore maxime pecunia indigent, pauperare, atque nudos deſtituere. Nam quis mutuum dare velit, qui ſciat ſe recipere ſuum non poſſe, ſi moriatur Princeps ante ſolutionem? Ego & omni jure obligari Principem puto, & Regem, ut ferat onus, quod deceſſor contraxit: & peſſime facere conſiliarios, qui aliud ſuggerunt Principi.

Creditores illi vel ſubjecti, vel exteri ſunt: ſi exteri, famam vereri debet; ſi ſubjecti, non debet ſuorum injuria creſcere. Tum deceſſor, & rex præſens moraliter ſunt una perſona. Unde vox illa, *Regem Galliæ non mori.* Quemadmodum & populus idem intelligitur, qui ante centum annos fuit, ut eleganter diſputat Auctor cap. 9. num. 8. Ergo quantum in ipſo eſt, quod recte faceret defunctus, idem ſibi quoque faciendum putet.

Populum voluiſſe, quam optimo jure regnum deferri, admitto: ſed ea phraſis haudquaquam excludit onera regni, quaſi ſubtrahere ſe illis poſſit ſucceſſor, & tantum voluptatibus, & pompa regnum ſentire. Veteres ſic loquebantur, in omnibus magiſtratibus, & ſacerdotiis deferendis. Feſtus: *Ut qui optima lege fuerint, adjici ſolet, cum quidam magiſtratus crearentur.* Cic. 2. Agrar. *Tum ii Decemviri eodem jure ſint, quo qui optima lege.* Philipp. 5. *Demus igitur imperium Cæſari. Sit pro prætore, eo jure, quo qui optimo.* Formula virginis Veſtalis capiendæ, *Gell.* 1, 12. *Uti quæ optima lege fuit, ita te, amata, capio.* Sic cum Appius Claudius cenſor creatus, *ut qui optimo jure* (fuerat autem cenſura primum quinquennii, poſtea lege Æmilia intra annum, & ſemeſtre coarctata eſt) pertenderet, ſe oportere quinquennalem cenſuram gerere: hanc enim *optimo jure* cenſuram eſſe, non illam anni, & ſex menſium; oſtendit Sempronius Tribunus plebis, ita accipiendam hanc formulam, ut ratio reip. & aliæ leges patiantur. *Liv.* 9, 34. Videndus locus. Nimirum auctoritatem, majeſtatem, facultatem pro imperio, & loco agendi tantum, quantum qui maxime legitimam habuit, tribuit hæc formula; non muneribus, oneribuſque officii, non legibus ſolvit.

Certe refert populi, fidem publicam eſſe ſalvam. Eam autem ſuſtinet perſona, quæ imperat. Refert populi, ingentem numerum hominum bonorum, multas familias, non redigi ad egeſtatem, ſtatum amittere (quod quid aliud eſt, quam civiliter mori) quia caput populi principem, vel regem ſui patrimonii viſceribus adjuverunt. Facilius onus hoc fert princeps de largo erogaturus, & ipſum populum ad hoc adjutorem habiturus, quam privati ab omnibus relicti, & de mediocri patrimonio, quod optime collocatum putabant, perdituri. Pudor eſt populi, principem habuiſſe conturbatorem. Mala commendatio novi principatus eſt, famam, & exiſtimationem defuncti non tueri. [Vir Doctiſſimus heic mutat ſtatum quæſtionis, eaque impugnat, quæ Auctor noſter nequaquam ſtatuit, ut dudum obſervavimus ad P U F E N D O R F I U M, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VII. §. 12. *Not.* 4. Vide infra Cap. XIV. §. 11. & 12. *J. B.*]

99 *Sine bonis*] Repudiata ſucceſſione in privato inſtrumento, ac prædiis, quæ poſſedit deceſſor, ut patrimonium ſuum, non ut rem populi, ſimulque in debitis, quibus ille res privatas oneravit.

G R O.

quam [1] optimo jure deferri; + nec quicquam ejus refert, hereditas a rege adeatur, nec ne, cum hereditarium ordinem [2] + non ob hoc elegerit, ſed [3] + ut certi quid eſſet, + & reverentia conciliaretur ex ſanguine: + ſimulque ex genere, & educatione ſpes eſſet præclaræ virtutis, & regni poſſeſſor regnum magis curaret, animoſiuſque defenderet, + ſi id ipſum iis eſſet relicturus, quos ipſe [4] + ob acceptum beneficium, aut ob charitatem maximi faceret.

+ XX. + Ubi vero mos ſuccedendi diverſus eſt in [5] allodiis, & feudis, + ſi regnum non ſit feudale, + aut certe primitus non fuerit, etiamſi poſtea [6] + hominium pro eo præſtetur, ſucceditur ex lege, qua in allodiis ſuccedebatur tempore regni inſtituti.

XXI. + In iis autem regnis, quæ primitus data ſunt in feudum + ab eo, qui plene dominus erat, + ſequenda erit lex ſucceſſionis feudalis; + non ſemper [7] Langobardica illa, quam perſcriptam habemus, + ſed quæ in gente quaque recepta fuit, quo tempore data eſt prima veſtitura. Nam Gothi, Vandali, Hunni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicæ, qui partes optimas imperii Romani bello occuparunt, ſuas ſinguli leges, aut mores de feudis, non minus, quam Langobardi, habuerunt.

XXII. 1. + Frequens autem in regnis eſt alia quædam ſucceſſio, non hereditaria, ſed quæ [1] linealis [m] dicitur; + in qua obſervari ſolet non jus illud ſubitionis in locum, + quæ repræſentatio dicitur: + ſed jus tranſmittendi futuram ſucceſſionem, + quaſi [8] delatam, + lege ſcilicet [9] + ex ſpe, quæ nihil ex ſe

[m] Cognatica.

GROTII.

1 *Linealis*] Vide Cardinalem *Tuſchum* pract. concl. 88. verbo *regni ſucceſſio: Guilielmum de Montisferrato* de ſucceſſionibus regum, qui liber eſt in Oceano Juris. *Peregrinum* de jure fiſci lib. I. tit. 11. n. 48. & lib. V. tit. 1. n. 109. Vide exempla talis ſucceſſionis in Norvagico regno apud eruditiſſimum, ſummæque diligentiæ virum *Johannem Pontanum* hiſtoriæ Danicæ libro IX. [*Pag.* 514, 515.] conſuetudinibus Normanniæ de propinquioritate heredum: & apud *Johannem Serranum* in Ludovico Groſſo, ſuper controverſia Borbonienſi. *Argentræus* hiſtoria Britannica libro VI. c. 4. *In ſucceſſionibus liberi primogeniti, ſive ſint maſculi, aut femellæ, & ſimiliter liberi ſecundogenitorum; ſi primogeniti abſque liberis ex proprio corpore deceſſerint, in ſucceſſione feudorum jure primogenituræ repræſentant perſonas patrum ſuorum, & veniunt ad talia jura ſucceſſionum, & primogenituræ, ſicut eorum patres ſi viverent, eorum patruos, avunculos excludendo, ſecundum generalem, & notoriam conſuetudinem, tam in ſucceſſionibus per rectam lineam, quam a latere obvenientibus: & de uſu, & conſuetudine ante dicta, filia ſuccedit in feudis, ſive ſint Ducatus, Comitatus, Perriæ, aut Baroniæ, quantumcunque magni, & nobiles, & quod ita evenerat in Comitatibus Arteſii, Campaniæ, Toloſæ, & Britanniæ.* Talis ordo ſuccedendi præſcriptus Marchæ Mantuanæ ab Imperatore Sigiſmundo anno M CCCC XXXII. Et a Carolo Quinto Imperatore, & rege Hiſpaniæ Philippo II. in regnis ſuis, ac principatibus, annis MDLIV. & M D XCIV.

GRONOVII.

1 *Optimo jure*] Vide ad *Liv.* 9, 34.

2 *Non ob hoc*] Ut tanquam heres id demum haberet ſucceſſor, quod ſupereſt, ſoluto ære alieno. l. 11. D. *de jure fiſci*.

3 *Ut certi quid*] Ne periclitaretur regnum vacua, vel dubia poſſeſſione: utque ſucceſſor eſſet venerabilior, communicata cum eo per conſanguinitatem deceſſoris majeſtate; & quia credibile eſt, in ſpem regni educatos neceſſariis ad id artibus diligentius inſtrui.

4 *Ob acceptum*] A ſuis, & illorum majoribus tranſmiſſum ipſum regnum. *Supr.* n. 9. Hoc pertinet etiam ad eos, qui liberi non ſunt.

5 *Allodiis*] *Allodium* proprium cujuſque liberi hominis patrimonium. Oppoſitum *feudo*, quod beneficio alterius obtinetur: unde in *alode* eſſe, & *ex beneficio* obtineri, pro diverſis ſtatuuntur in *capitularibus Caroli M.*

6 *Hominium*] Quod & *homagium*, jusjurandum fidelitatis.

7 *Langobardica*] Quia Langobardorum, Germanicæ gentis, in Italia regnantium, inventum creditur jus feudorum, 1, 3. 23.

8 *Delatam lege*] Qua futurus regni heres, ſi qui præcedit, & regnat, prior mortuus fuiſſet, etſi moriatur ante regnantem, nec ad regnum pervenerit, jus tamen in regno ſuccedendi transfert in heredem ſuum, quaſi revera poſſediſſet. Qui ſemel proximus fuit, etſi non regnavit, ejus poſteri, quamdiu ſuperſunt, excludunt alios propiores.

GRO-

ſe, & naturaliter operatur, [10] + jus quoddam verum excitante; + quale ſcilicet jus eſt [m] in his, quæ ex [11] ſtipulatione [n] conditionata debentur: + ita ut hoc ipſum jus in poſteros, ex primo rege venientes, neceſſario tranſeat, + ſed ordine certo, + ut primum vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradus, + tam qui vivunt, quam qui mortui ſunt: + tum vero inter vivos, & mortuos ratio habeatur [12] ſexus primum, [13] deinde ætatis; + Mortuorum autem jus [14] ſi prævaleat, + tranſeat ad eos, qui ab ipſis deſcendunt, + pari rurſum inter pares prærogativa ſexus, ac deinceps ætatis, + ſalvaque ſemper transmiſſione mortuorum in vivos, + vivorum in mortuos. + Si liberi ejus deſint, + venitur ad alios, qui proximi ſunt, + aut, ſi viverent, eſſent, + ſimili transmiſſione, + & inter pares, in eadem linea, obſervato diſcrimine ſexus, + & ætatis, + ita ut [15] ob ſexum, & ætatem nunquam tranſeatur de linea in lineam. + Cui conſequens eſt ut filia ex filio præferatur filio ex filia, + & filia ex fratre filio ex ſorore, + item filius majoris fratris fratri minori, + atque ita in cæteris. + Hæc eſt ſucceſſio regni Caſtellæ; + ad cujus exemplum etiam [16] majoratus [o] jura in eo regno conſtituta ſunt.

n §. Sub cond. 4. Inſt. de V. O.

2. + Succeſſionis autem hujus linealis argumentum, ſi lex, & exempla deſint, + ſumi poterit [17] ex ordine, qui in publicis cœtibus ſervatur. + Nam ſi in eo ratio habeatur linearum, + id ſignum erit, [18] ſpem a lege in jus animatam, + ita ut a morientibus in ſuperſtites tranſeat. + Hæc autem eſt ſucceſſio linealis cognatica, + in qua fœminæ, & fœminis nati non excluduntur, ſed poſtponuntur in eadem linea, + ita ut etiam regreſſus ad eas ſit, ſi propiores, aut pares cætera mares, aut ex maribus defecerint. + Fundamentum autem hujus ſucceſſionis, quatenus ab hereditaria differt, eſt + ſpes populorum de optima educatione eorum, qui ſpem regni habent juſtiſſimam; + quales ſunt quorum parentes, ſi viverent, eſſent ſucceſſuri.

o Covar. t. 2. pract. q. c. 38. num. 6. Molin. de primogen. Hiſp. cap. 8.

XXIII. + Eſt & alia linealis ſucceſſio agnatica, + duntaxat marium ex maribus; quæ + ex nobiliſſimi regni exemplo [n] + ſucceſſio [19] juris Francici vulgo appellatur.

G R O N O V I I.

9 *Ex ſpe*] Qua deſtinabatur ſucceſſurus, qui obiit, ſi locus vacuus eſſet factus ante mortem ejus.

10 *Jus quoddam verum*] Ut mortuorum liberis, & nepotibus, jus ſit ex eo, quod illis deberetur, ſi vivi eſſent.

11 *Stipulatione conditionata*] §. 4. Inſtit. *de verbor. oblig.*

12 *Sexus primum*] Ut primo mares, deinde fœminæ.

13 *Deinde ætatis*] Ut primò majores, poſt minores annis.

14 *Si prævaleat*] Si ille, qui mortuus eſt, ſiquidem ſuperſtes foret, deberet ſuccedere ante illos, qui vivunt.

15 *Ob ſexum, & ætatem*] Ubi paris gradus ſunt mas, & fœmina, mas præfertur: ſi fœmina propior, aut fœminæ propioris liberi, præferuntur mari remotiori.

16 *Majoratus jura*] 2, 4. 10.

17 *Ex ordine, qui in*] Ex conſenſu in comitiis. (Neſcio quid ſibi velit Vir Doctiſſimus. Scripſerat forte, *Ex conſeſſu in Comitiis.* Sed ne ſic quidem mens Auctoris noſtri recte explicatur: qui loquitur de iis Cœtibus, ſive Conciliis publicis, in quæ ſemel recepti jus ſuum ad heredes transferunt. *J. B.*)

18 *Spem a lege in jus*] Futuram ſucceſſionem, per interpretationem legis, accipi quaſi extitiſſet, & effectum habere.

19 *Juris Francici*] Ex lege Salica. De terra Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſexum tota terræ hereditas perveniat.

G R O T I I.

m *In his, quæ ex ſtipulatione conditionata debentur*] Item in legatis, quorum dies ceſſit, non venit. (Vid. *L.* 5. *princ. D. Quando dies Legat.* &c.)

n *Succeſſio juris Francici*] Vetus teſtimonium moris hujus Franciei habes apud *Agathiam* libro II. (*Cap.* 7.) Eadem fuit ſucceſſio in Davidis ſtirpe poſt Solomonem. Vide II. *Paralip.* XXIII, 3.

appellatur. Hæc [+] quatenus a cognatica differt, in hoc maxime introducta eſt, [+] ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum ſanguinem imperium deveniret. [+] In utraque autem lineali ſucceſſione [+] in infinitum admittuntur etiam, qui ab ultimo poſſeſſore remotiſſimo gradu diſtant, [+] dum a primo rege deſcendant. [+] Eſt & [o] ubi deficiente agnatica ſubſtituitur ſucceſſio cognatica.

XXIV. [p] [+] Poſſunt & alii ſucceſſionum modi introduci, aut populi voluntate, [+] aut etiam ejus, qui regnum ita in patrimonio habet, ut alienare poſſit. Licet enim exempli cauſa conſtituere, [20] [q] ut qui ſibi quoque tempore futuri
p Livius ſunt proximi, ſuccedant in regnum, ſicut apud Numidas [p] olim, puto tali
XXIX, 29. ex cauſa, [+] fratres liberis ultimi poſſeſſoris præferebantur. Idem in Arabia
q Lib. XVI. pag. Felice uſurpatum olim fuiſſe, [+] ex Strabone [q] colligo. [+] De Taurica Cherſoneſo
783. idem recentiores prodidere: nec ita dudum eſt cum [r] apud Afros Maroci, & Feſſæ

GROTII.

o *Ubi deficiente agnatica ſubſtituitur ſucceſſio cognatica*] Ut in Provincia Narbonenſi. Vide *Serranum* Carolo VII. (de Comitatu *Commingenſi*, pag. 322, 323. *Edit. Pariſ.* 1627.) Ex tali credo lege Theudericho ſine liberis defuncto ſororis filius Athalaricus ſucceſſit. [PROCOP. Gotthic. L. I. c. 2.] Videtur & in Arragonia id olim valuiſſe.

p *Poſſunt & alii ſucceſſionum modi introduci*] Apud Æthiopes olim regibus ſuccedebant ſororum filii, narrante *Nicolao Damaſceno.* (*p.* 518. *Excerpt. Peireſc.*) Idem apud Pictos uſurpatum, ſemperque ſucceſſiſſe cognatos per fœminas, notat *Beda. Tacitus* de Germanis: *Sororum filiis apud avunculum idem, qui apud patrem, honor. Quidam ſanctiorem, arctioremque hunc nexum ſanguinis arbitrantur.* (Germ. c. 20.) Apud Indos quosdam idem fieri, docet nos *Oſorius*, & alii.

q *Ut qui ſibi quoque tempore futuri ſunt proximi*] Id in Africa obtinuit ex Gizerichi teſtamento. *Procopius* Vandalicorum primo: χρόνον δὲ ὀλίγον Γιζέριχος ἐπιβιοὺς ἐτελεύτα, πόῤῥω που ἤδη ἡλικίας ἥκων, διαθήκας διατιθέμενος, ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ Βανδίλοις ἐπέσκηψε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀεὶ Βανδίλων εἰς τοῦτον ἰέναι, ὃς ἂν ἐκ γόνου ἄῤῥενος αὐτῷ Γιζερίχῳ κατὰ γένος προσήκων, πρῶτος ὢν ἁπάντων τῶν αὐτοῦ συγγενῶν τὴν ἡλικίαν τύχοι· *Aliquanto poſt tempore Gizerichus obiit, multa jam ætate, facto teſtamento, quo tum multa alia præceperat Vandalis, tum regnum Vandalicum ſemper venire voluit ad eum, qui per lineam maſculinam ipſi Gizericho genere proximus, & inter proximos maximus eſſet ætate.* (Cap. 7.) Jornandes: *Gizerichus diu regnans, ante obitum ſuorum filiorum agmine accito ordinavit, ne inter ipſos de regni ambitione eſſet diſſenſio, ſed ordine quiſque, & gradu ſuo aliis ſuperveniret, id eſt ſeniori ſuo filio fieret ſequens ſucceſſor, & rurſus ei poſterior ejus.* (Cap. 33.) *Victor Uticenſis* lib. II. *Cui ſecundum conſtitutionem Gizerichi regis, eo quod major omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſſimum debebatur.* Hic ſemper ſpectatur non poſſeſſor ultimus, ſed primus regni acquiſitor; quod ſuccedendi genus ex ipſane Africa ſumſerit Gizerichus, ubi id valuiſſe, in textu oſtendimus: an vero a quibuſdam Septentrionis noſtri populis, dubitari poteſt. Nam & apud Langobardos Vaaci regi filios relinquenti non aliquis filiorum ſuccedere debebat, ſed ejuſdem generis Riſiulphus; teſtis *Procopius* Gothicorum III. (Cap. 35.) Et in Hungariæ regnum mortuo Iatra non liberis ejus, ſed fratri jus fuiſſe, narrat *Nicetas Choniates* de rebus Manuelis libro IV. (*Cap.* 1.) Neſcio, an eodem pertineat recepta apud Patzinacitas ſucceſſio, ſed obſcurius propoſita a *Conſtantino Porphyrogenneto* de adminiſtratione Imperii c. XXXVII. In Dania idem obſervatum, tradit *Crantzius* Danicorum IV, & Suedicorum V. Etiam Albæ ſucceſſit Æneæ non Iulus Aſcanio majore filio Æneæ natus, ſed alter filius Æneæ Silvius. [Vide *Dion. Halicarn.* Antiq. Rom. Lib. I. c. 70. & *Aurel. Victor.* De orig. gentis Roman. c. 17.]

r *Apud Afros Maroci, & Feſſæ reges*] *Livius* de Maſiniſſa: *Militante eo pro Carthaginienſibus in Hiſpania, pater ejus moritur: (Galbæ nomen erat:) regnum ad fratrem regis Oeſalcen (mos ita apud Numidas eſt) pervenit.* [Idem locus eſt, qui in contextu indicatur, *Lib.* XXIX. c. 29.] De Mauritania omni vide *Marianam* libro XXIX. (Cap. 22.) Hinc ſumto exemplo etiam apud Saracenos, qui ex Africa in Hiſpaniam venerant, fratres prælati filiis ad tempora Abderamenis; *Rodericus Toletanus* hiſtoriæ Arabum c. 6. *Thuanus* hiſtoriarum libro LXV. in anno M D LXXVIII. de Hamete: *Quippe patris teſtamento ad regnum ordine poſt fratres vocatus, excluſis illorum filiis.* Idem ſuccedendi genus valuiſſe & in Mexicano, & in Peruano regno, ex hiſtoriis illorum locorum obſervo.

GRONOVII.

20 *Ut qui ſibi quoque*] Ut ſemper ætate proximus defuncto ſuccedat. Hoc placuit in Demetrio Nicanore. *Juſtin.* 34, 3. in Mithridate Partho, idem 41, 5. in regno Numidiæ Maſæſulorum, *Livius* 29, 29.

GRO-

Feſſæ reges, idem eſt factitatum. + Atque hoc in dubio obſervandum in [21] fideicommiſſo, quod familiæ relinquitur, verior eſt ſententia, + Romanis [r] quoque legibus congruens, + quanquam eas interpretes [s] aliò detorquent. + His bene cognitis facile erit reſpondere ad controverſias de regnorum jure, quæ ob differentes juriſconſultorum ſententias difficillimæ putantur.

r L. Cum ita legatur. 32. §. in fideicommiſſo. 6. D. de leg. 2.

s Covar. Pract. quæſt. c. 38. Molin. d. l. c. 6. n. 47.

XXV. + Primum quæritur, + an filius a patre exheredari poſſit, ut ne in regnum ſuccedat. + In quo diſtinguenda ſunt regna alienabilia, id eſt, [22] patrimonialia, a non alienabilibus. + Nam in alienabilibus dubium non eſt, quin exheredatio procedat, + cum a bonis aliis nihil differant: + atque ideo quæ legibus, aut moribus obtinent de exheredatione, hic quoque habebunt locum: & ſi nullæ proferantur leges, aut mores, + tamen naturaliter [s] licita erit exheredatio [23] + uſque ad alimenta; + aut etiam [24] ſine ea exceptione, + ſi crimen morte dignum filius admiſerit, aut alioqui graviter peccaverit, + & ſit unde ali poſſit. + Sic Ruben a Jacobo [25] ob culpam privatus eſt jure * primi nati, [26] + Adonia regno [t] a Davide. Imo etiam + pro tacite exheredato habebitur, [t] + qui grave crimen commiſerit in patrem, (oo) + ſi nulla ſunt condonatæ culpæ indicia. + Sed in non alienabilibus, + quanquam hereditariis, + idem non procedet, + quia populus viam quidem elegit hereditariam, [u] + ſed hereditariam [27] ab inteſtato. + Multo minus procedet exheredatio in lineali ſucceſſione, + ubi [28] nulla imitatione hereditatis + ex dono populi regnum pervenit ad ſingulos, præſcripto ordine.

t L. 88. §. 11. D. de leg. 2. L. Filio. 3. §. Sejo, 11. D. de adim. leg. Hoſtienſis, & alii in c. licet de voto.

XXVI.

G r o t i i.

s *Licita erit exheredatio*] De tali regno intelligendum quod ait *Baldus* in proœmio decretalium Gregorii, a rege ſucceſſorem poſſe eligi è liberis quem velit. Exemplum eſt etiam in Mexicana hiſtoria.

t *A Davide*] Erat enim regnum illud velut patrimoniale Davidi, non quidem belli jure, ſed Dei ipſius dono. (At non ob culpam excluſus eſt regno *Adonia*. Antequàm enim regiam dignitatem adfectaſſet, jam *David* pollicitus erat *Bathſebæ*, matri *Solomonis*, ſe hunc ſucceſſorem ſuum declaraturum, fidemque datam jurejurando firmarat, 1. *Reg.* 1, 17. quod Deus etiam ſibi placere ſignificaverat, 2 *Paralip.* XXII, 9. 10. 11. Deinde Reges Hebræorum in deſignando Succeſſore ſuo liberrimè egiſſe, & nullam ferè ordinis naſcendi rationem habuiſſe, ex totâ Hiſtoriâ Sacrâ adparet. *J. B.*)

u *Sed hereditariam ab inteſtato*] Non teſtamento: non adoptione. Vide de Neapolitano regno *Marianam* libro XX.

G r o n o v i i.

21 *Fideicommiſſo, quod familiæ*] Non uni perſonæ niſi fruendum, cæterum non alienandum, ſed a primo fideicommiſſario ad ſecundum, a ſecundo ad tertium: & deinceps aliquem e familia eadem transferendum l. 54. D. *ad l. Falcid.*

22 *Patrimonialia*] 2, 6. 3. in quæ plenum jus habet teſtator, ut privatus in patrimonium.

23 *Uſque ad alimenta*] Qualis quam minatur Chremes filio, *Terent.* Heauton. 5, 2. 15. ut ſit nihil, niſi victus, veſtitus, tectum, quo ſe receptet.

24 *Sine ea exceptione*] Ne alimentis quidem relictis: ut Auguſtum filiam Juliam tractaſſe voluit credi Tiberius. *Suet.* c. 50.

25 *Ob culpam*] Quod patris concubinam Bilham vitiaſſet. *Geneſ.* 36, 22. & 49, 4.

26 *Adonia*] Quod vivo patre regnum adfectaſſet. 1 *Reg.* 1, 5.

27 *Ab inteſtato*] Ita ut de regno teſtandi arbitrium regi non permiſerit.

28 *Nulla imitatione*] Quia in ea non ſuccedunt, tanquam heredes defuncti regis, ſed quaſi ſingulos populus olim deſignaſſet, & creaſſet.

* In omnibus Edd. quæ vivo Auctore prodierunt, heic legitur: *primi natus*. Et videtur ita voluiſſe in caſu ſecundo uti ſubſtantivo *natus*, obſoleto extra caſum ſextum. *J. B.*

(oo) Durum hoc eſt nimis: & merito ab Interpretibus Auctor noſter heic reprehenditur. In dubio potius adfectus paternus mitiorem partem ſequi jubet. Legum ex Jure Civili in ora libri indicatarum ſpecies planè diverſæ ſunt, ut in Notis Gallicis fuſè oſtendimus. *J. B.*

Digitized by Google

XXVI. + Similis eſt quæſtio, an abdicari poſſit regnum, aut jus ſuccedendi in regnum. + Et quin pro ſe quiſque abdicare poſſit, non eſt dubium: + an & pro liberis, magis controverſum, + ſed quod eadem diſtinctione expediri debet. + Nam in hereditariis + qui jus a ſe abdicat, in liberos nihil poteſt transferre; + at in lineali ſucceſſione, patris factum nocere non poteſt liberis natis, + quia ſimul atque exiſtere cœperunt, [29] jus proprium eis quæſitum eſt ex lege: + ſed nec naſcituris, quia impedire non poteſt quin ad illos quoque [30] + ſuo tempore jus pertineat + ex populi dono. + Neque obſtat [31] de tranſmiſſione quod diximus: eſt enim ea tranſmiſſio neceſſaria, non voluntaria, ad parentes quod attinet. + Illud intereſt inter natos, & naſcituros, quod naſcituris nondum quæſitum ſit jus, atque ideo auferri iis poſſit populi voluntate, + ſi etiam parentes, quorum intereſt jus ad filios tranſire, jus illud remiſerint: + quo pertinent ea, quæ de derelictione [32] ſupra diximus.

XXVII. 1. + [33] Solet & hoc quæri, + an de ſucceſſione regni judicare poſſit,

GRONOVII.

29 *Jus proprium*] Non dependens a ſtatu parentis.

30 *Suo tempore*] Ubi nati fuerint.

31 *De tranſmiſſione*] Quod non poſſit videri tranſire, quæ ceſſavit, & abrupta eſt in abdicante ultimo poſſeſſore.

32 *Supra diximus*] 2, 3. 19.

33 *Solet & hoc &c.*] Negat vel regem nunc regentem, vel populum de ſucceſſione per tranſmiſſionem incerta, inter duos judicare poſſe judicio juriſdictionis. An hoc non eſt regem, vel principem cogere, ut belli civilis ſemina relinquat, & vivus, videnſque creſcere ſinat, cum poſſit in radice extinguere? Quid ſi ſic argumentemur. Cujus officium eſt conſulere populo, & pacem ei præſtare, non modo in præſens, ſed etiam in longitudinem, quantum humanitus provideri poteſt, ejus eſt cognoſcere de ſucceſſione, præſertim inter cognatos, ut nunc eſt, ſubjectos ſuos. Atqui, ergo. Ille excipit juriſdictionem non eſſe, niſi apud ſuperiorem, non modo perſonæ, ſed vel maxime cauſæ reſpectu.

Quod ſi ſic obluctemur: de quocunque jure ambigitur in regno, quod vivum, & regnantem regem habet, de eo poteſt cognoſcere, ac debet, rex regnans. Cauſa ſucceſſionis, de qua quæritur, eſt jus, de quo ambigitur in regno, quod vivum, & regnantem regem habet. Neque enim dici poteſt, hoc jus demum naſci poſt mortem regnantis, ob ea quæ ipſe tradidit num. 22. Extitit enim ex quo illi pars familiæ ſunt facti, & ambigere cœperunt, ex quo uterque ſpem, & potiores partes ſibi tribuit, etſi poſt mortem regnantis exercitium iſtius juris demum exiſtat. Sic Darius Hyſtaſpis, ut vult *Herodotus*, inter Artabazanem & Xerxem filios cognovit, & hanc juriſdictionem, & illi, & omnis Perſarum populus ratam habuerunt. Sic Darius Nothus inter Artaxerxem, & Cyrum minorem: Cyrus, cui judicium patris injuria videbatur, quique propterea improbo bello fratrem aggreſſus eſt, dignos conatibus eventus habuit. Rationem, quare ſucceſſionis cauſa non ſit ſub juriſdictione Regis nunc regnantis, edit ancipitem, & periculoſiſſimæ ſententiæ. Quia Rex nunc regnans nulla lege ſucceſſorem obligare poſſit. Hoc enim ſi verum eſt, prorſus gratuito bonus eſt ſucceſſor, & omnia pacta, fœdera, contractus, privilegia conceſſa revocandi jus eſt ſucceſſori, ſi libuerit. Certe aliter judicavit Titus, deliciæ generis humani, qui cum ex inſtituto Tiberii omnes deinc Cæſares beneficia a ſuperioribus conceſſa Principibus aliter rata non haberent, quam ſi eadem iidem & ipſi dediſſent, præterita omnia uno confirmavit edicto, nec a ſe peti paſſus eſt. *Sueton.* Tito cap. 5. En conditorem præclarum hujus juris Tiberium; ſed & imitatorem non meliorem habemus C. Caligulam, qui prolata Divi Julii, & Auguſti de civitate Romana data diplomata, ut vetera, & obſoleta delebat. *Sueton.* Cal. 38. Quid vero Lycurgus tam ineptus fuit, ut Reges Lacedæmoniorum, ante liberos & poteſtatis incircumſcriptæ, ipſe Regiæ familiæ, & Regis tutor interim regnans legibus obligavit? Cur vero qui ſecuti ſunt, tam ſtulti, tam male Politici, & ignorantes juris ſui fuerunt, ut illi tam duræ moleſtæque Lycurgi diſciplinæ parerent? Poterant enim dicere eum Politicis novis, Lycurgum nulla lege obligare ſucceſſorem potuiſſe. Valet hic quoque quod dictum eſt, Regem & ſucceſſorem, vel deceſſorem ejus eſſe, quod una perſona. Itaque qua ſe lege obligarit Rex, quæ quidem juſta ſit, & ſervari poſſit, eadem ſucceſſorem tanquam ſua, donec impleatur, teneri puto. Sed hoc ſequitur ex illa magnifica doctrina, quam ſupra accepimus, ſua quoque lege neminem obligari. Imo ad impia, & vetita divino, & humano jure, nulla lege obligatur ſucceſſor: ad juſta & utilia omnibus modis obligatur, & quidem magis, ſi deceſſoris placitum & promiſſum interceſſit: ad juſta ob

ſit, + aut rex qui nunc regnat, + aut populus per ſe, aut per judices datos. (pp) Negandum utrumque eſt de [34] + judicio juriſdictionis. + Nam juriſdictio non eſt niſi apud ſuperiorem, [35] non nuda ratione habita perſonæ, + ſed cauſæ ſimul, quæ ſpectanda eſt cum ſuis circumſtantiis. Eſt autem x cauſa ſucceſſionis non ſubjecta regi nunc regnanti: quod inde apparet, + quod rex nunc regnans nulla lege obligare poteſt ſucceſſorem. + Succeſſio enim imperii non eſt ſub jure imperii: + ac proinde manſit in ſtatu naturali, + quo nulla erat juriſdictio.

2. Attamen ſi controverſi juris ſit ſucceſſio, + recte, & pie facient [36] qui jus vindicant, ſi de arbitris inter ſe conveniant; quod alibi u tractabitur. *u L. III. c.20. §.46.* + Populus vero omnem a ſe juriſdictionem in regem, & regiam familiam tranſtulit, nec ea durante ullas ejus habet reliquias. + De vero regno loquor, non de principatu. Attamen ſi de primæva populi voluntate quæſtio incidat, y + non abs re erit populum, qui nunc eſt, quique [37] idem cum eo, qui olim fuit, cenſetur, ſuum ſuper ea re ſenſum exprimere, qui ſequendus erit, + niſi ſatis certo conſtet, olim aliam fuiſſe populi voluntatem, & ex ea jus quæſitum. Sic Euphaes Rex x Meſſeniis permiſit (qq) diſpicere quem ex regali Æpytidarum *x Pauſ. l.IV. c.10.*

ob pactionem, etſi gravi & damnoſa paciſcenti, quæ tamen neceſſitas utilitaſque præſens imperavit, ita, ut niſi valde ſenſim ac molliter, minimaque cum querela eorum, quorum intereſt, recedere debeat.

Succeſſio, inquit, non eſt ſub jure imperii. Concedo in illis regnis, in quibus jure ſuccedītur, quamdiu lex ipſa ſufficit ad deſtinandum ſucceſſorem. At ubi ambigitur inter duos, eandem legem utroque ad ſe trahente, quis erit ejus interpres? niſi arma volet, haud dubie vel tutor legis, qui eſt vivens rex, vel auctor, qui eſt populus; quidquid etiam dedignetur Grotius, etſi ad poſtremum admittat, quaſi conſilium dans, non ullum jus tribuens. Populum dicit omnem a ſe juriſdictionem in Regem & regiam familiam tranſtuliſſe, nec ullas ejus durante illa reliquias habere. Quaſi vero quod omnibus privatis conceſſum eſt, ut cum jure introducto uti non licet, regreſſus detur ad merum jus naturæ, ut etiam communia quis invadere poſſit, ut ceſſantibus judiciis, ipſe ſibi judex vindexque eſſe, id ſoli populo non liceat. Sic illudunt nobis imperii ſummi interpretes per vocabulum populi. Quidquid reges faciant, licet, quia ſunt pro populo, repræſentant populum, creditur id facere populus: tum populus poteſt omnia. Ubi aliquid populo agendum in Principem, tum pupillus, infans, omnis juris expers, populus eſt. Tum populo nihil vilius, & magis recte, pieque faciunt, qui de arbitris conveniunt, quam populum, puta per ordines, & comitia, faciunt arbitrum. Quaſi quidquam magis rectum piumque ſit, quam non invitis imperare. Dein rectum illud piumque ab eo, qui vires & factionem habet, quomodo exſpectabo?

34 *Judicio juriſdictionis*] Quod habeat vim definitivam & imperantem, ut cum prætor jus dicit inter partes.

35 *Non nuda ratione*] Intellige ſuperiorem, non tantum eo, quod illi ſubjecta ſit perſona litigans, ſed & inprimis, quod ad forum ejus cauſa pertineat.

36 *Qui jus vindicant*] Certant, & ſinguli contra alios ſibi ſucceſſionem deberi contendunt.

37 *Idem cum eo*] 2, 9. 3.

G r o t i i.

x *Cauſa ſucceſſionis non ſubjecta regi*] De Galliæ regno vide *Thuanum* libro CV. anno M D XCIII. vide & *Guicciardinum*.

y *Non abs re erit populum*] Sive in conventu Ordinum, ut factum in Anglia & Scotia, teſte *Camdeno* in annis M D LXXI. & LXXII. ſive per delegatos ad id negotium, ut factum in Arragonia teſte *Mariana* libro XX.

(pp) Populi eſt omnino judicium, qui hoc caſu, ſalvo jure ſucceſſionis, interim quaſi ſui juris ſit, quantum neceſſe eſt ad litem dirimendam. Quâ de re plenius egimus in noſtris ad hunc locum Notis Gallicis. *Gronovius* tamen in Notâ ſuâ diffuſa, quod alibi haud ſemel feciſſe vidimus, heic etiam mirè cavillatur. *J. B.*

(qq) Ita quidem Interpres *Pauſaniæ*: *Regnum populi arbitrio permiſit*: ſed aliud Græca ſignificant: Εὐφάει δὲ οὐκ ὄντων παίδων, τὸν αἱρεθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου κατελείπετο ἔχειν τὴν ἀρχήν· *Quum* Euphaes *nullos haberet liberos, relinquebatur ut ille ſuccederet in imperium, qui à Populo electus futurus*

darum genere regnare oporteret : + & de Xerxis, & Artabazanis [y] controverſia [38] populus cognovit.

XXVIII. + Ut ad alia veniamus ; [z] filium, qui ante regni adeptionem natus eſt, + in regno individuo + præferendum ei, qui in regia fortuna natus eſt, + in quavis ſucceſſionis ſpecie, verum eſt. Nam + in regno dividuo + haud dubie partem feret, + ut in bonis cæteris, + in quibus nunquam diſtinguitur quo tempore ſint quæſita. + Qui autem partem ferret in dividuo, & in individuo, ætatis privilegio præfertur : + quare & feudum ſequitur filium, qui [39] ante primam veſtituram natus eſt. + Sed & in lineali ſucceſſione [40] ſimul atque regnum quæſitum eſt, ſpes aliqua parta eſt liberis ante natis : + nam fac alios poſtea natos non eſſe, nemo prius natos excludendos dixerit. + In hoc autem genere ſucceſſionis + ſpes ſemel parta jus facit, + nec [41] ex poſt facto ceſſat, [42] + niſi quod ex ſexus privilegio ſuſpenditur in cognatica ſucceſſione. Obtinuit hæc, quam diximus, ſententia in Perſide + inter [43] Cyrum, [z] & Arſicam; in Judæa inter [a] Antipatrum Herodis magni filium, & ejus fratres ; + in Hungaria cum Geiſſa regnum adiit ; & in Germania, non ſine armis tamen, [a] inter Ottonem primum, & Henricum.

XXIX. + Quod autem [44] Spartæ aliter factum legimus, + ex lege propria eſt ejus populi, + quæ ob educationem magis accuratam natos in regno præferebat. Idem accidere poterit ex peculiari lege veſtituræ primævæ, + ſi imperium detur in feudum vaſallo, & ex eo naſcituris : quo argumento + nixus videtur fuiſſe [45] Ludovicus adverſus Galeatium fratrem in controverſia ducatus Mediolanenſis. Nam [b] + in Perſide Xerxes, qui contra fratrem [46] Artabazanem obtinuit regnum, ut Herodotus [b] notat, + potentia Atoſſæ matris magis

y *Juſt.* lib. II. c. 10. *Plut. de amor. frat.* p. 488.

z *Hotom. Ill. q.* 2. *Tir. de primog. qu.* 31.

a *Joſeph.* Antiq. Jud. Lib. XVI. Cap. 3. §. 3. & Cap. 4. §. 6. *Ed. Hudſon.*

b *Lib.* VII. c. 3.

rus eſſet; id eſt, eo res omnino deveniebat. Ut proinde innuat *Pauſanias*, Populum uſum eſſe ſuo jure, neque ex conceſſione Regis tunc regnantis arbitrium illud nactum eſſe. Ceterum, ut heic κατελείπετο, ita λείπετο ſumitur apud *Polybium*, Lib. VI. Cap. 54. Eodem ſenſu eſt apud *Epictetum*, Enchirid. Cap. 73. ἀπολείπεται (Cap. 46. *Edit. Meibom.*) J. B.]

GRONOVII.

38 *Populus cognovit*] *Herodotus* ſcribit, ipſum Darium inter liberos cognoviſſe, quod repetere in Græciam expeditionem vellet, nec liceret regi Perſarum in expeditionem ire, niſi ſucceſſore declarato, libro 7. *Juſtin.* Artaphernem patruum domi audita cauſa Xerxem præpoſuiſſe, lib. 2.

39 *Ante primam*] Priuſquam feudum conferretur in patrem.

40 *Simul atque regnum*] Statim ex quo regnum in familia fixum eſt, omnibus ejus familiæ partibus jam exiſtentibus ſpes ſuccedendi loco vacuo facto data eſt.

41 *Ex poſt facto*] Ex eo, quod alii ſubnaſcuntur.

42 *Niſi quod ex privilegio*] Si non exiſtat niſi filia, tamdiu ſpes ſucceſſionis incerta eſt, quamdiu ei frater gigni poteſt, quippe qui præferatur.

43 *Cyrum & Arſicam*] Cyrum minorem, & illum, qui poſtea Artaxerxes Mnemon dictus Darii ſecundi heres.

44 *Spartæ aliter*] *Herod.* lib. 7. initio.

45 *Ludovicus*] Sforza cognomento. *Paul. Jovius* 2. hiſt. p. 39.

46 *Artabazanem*] Sic vocatur *Herodoto* 7. qui *Juſtino* Ariamenes, 2.

GROTII.

z *Et Arſicam*] Cui nomen factum Artaxerxi Mnemoni. Vide *Plutarchum* Artaxerxe.

a *Inter Ottonem primum, & Henricum*] Vide hac de re *Sigebertum*, & notata ad librum III. Wittikindi. Bajazetes, & Gemes, inter ſe de Turcico regno certarunt ; major natu Bajazetes, at Gemes natus imperanti, prævaluit Bajazetes. *Mariana* libro XXIV. (*Cap.* 21.) Conſtantinus Ducas imperium reliquit filiis, quorum duo privato erant geniti, tertius πορφυρογέννητος. Zonaras. (*Lib.* XVIII. *Cap.* 9. *Ed. Reg.*) Vide *Corſetum* tract. de prole regali III. parte, quæſtione 26.

b *In Perſide Xerxes*] Imo & Xerxi ſocius regni factus Artaxerxes, non autem Darius & Hyſtaſpes, majores, ſed ante adeptum imperium geniti.

Digitized by Google

magis, quam jure valuit. Atque in eadem Perſide cum eadem poſtea controverſia nata eſſet, + ut jam attigimus, [47] inter Artaxerxem Mnemona, & Cyrum, Darii, & Pariſatidis filios, Artaxerxes ut natu major, quanquam in privata fortuna genitus, rex dictus eſt.

+ XXX. 1. Non minus agitatum + etiam bellis, & + pugnis ſingularibus, [c] + an [48] nepos ex filio priore filio poſteriori ſit præferendus. [c] Sed hoc + in lineali ſucceſſione difficultatem nullam habet : + ibi enim [49] mortui pro vivis habentur in hoc, ut jus in liberos tranſmittant ; + quare in tali ſucceſſione + ſine ullo ætatis reſpectu præferetur filius, + imo in cognaticis regnis & + filia, primo nati : + quia nec ætas, nec ſexus efficiunt, ut deſeratur linea. + At in hereditariis + dividuis [50] + concurrent ad [d] partes, niſi in iſtis regionibus, + ubi [51] ſubitio in locum non obſervatur, [d] + ut olim in Germania apud populos pleroſque ; + ſero enim nepotes admiſſi ſunt cum filiis ad hereditatem. + At in dubio credendum potius eſt, locum eſſe vicariæ iſti ſucceſſioni, + quia natura ei favet, ut ſupra diximus.

c Hott. Ill. q. 3. Tiraq. de prim. q. 40. Molin. de prim. l. III. c. 6.
d Wittich. Sax. hiſt. II. pag. 18. Ed. Wech. 1577. Molin. de prim. l. III. c. 8.

2. + Quod ſi aperte jure civili regionis introducta ſit ſubitio in locum mortui parentis, + locum habebit etiam ſi in aliqua lege [52] proximi fiat mentio. + Rationes, quæ ex legibus Romanis adferuntur ad hanc rem, minus firmæ ſunt; quod apparebit leges ipſas inſpicienti. + Sed hæc ratio optima eſt, quod in materia favorabili [53] dictionum ſignificatio extendenda eſt ad omnem proprietatem, + non [54] vulgarem tantum, ſed & [55] artificialem, + ita ut ſub nomine filiorum comprehendantur adoptivi, + & ſub nomine mortis [56] mors civilis, quia leges ita loqui conſueverunt. + Quare merito proximi nomine veniet is, [57] quem

niti. (Vide PETAVIUM, *Doctrin. Tempor.* Lib. X. c. 25. & *Rationar.* Part. II. Lib. III. c. 10.) At forte verum eſt, regnum Perſidis pependiſſe a populi ſuffragiis, ſed intra gentem regiam concluſis. Nam id de Arſacidis, qui Parthi Perſis imperavere, tradidit *Ammianus* libro XXIII. (c. 6. p. 397. *Ed. Valeſ. Gron.*) & de Perſis, qui iiſdem Parthis ſucceſſere, *Zonaras* in Juſtino. [*Lib.* XIV. *Cap.* 5. ubi id tantum dicit, *Cavadem*, *Perſarum* Regem, *Choſroæ* filio ſuo natu minimo deſtinaſſe imperium, excluſis filiis natu majoribus.]

c *An nepos ex filio priore, filio poſteriori ſit præferendus*] Vide *Choppinum* de Domanio lib. II. *Thomam Grammaticum* deciſione Neapolitana 1. *Johannem le Cirier* de Primogenitura, qui liber inſertus eſt in Oceanum juris. *Marianam* lib. XX. (Cap. 3.) & libro XXVI. *Cromerum* libro XXX.

d *Ut olim in Germania*] Vide quæ ſupra notavimus ad §. XI. Ea de cauſa olim in Palatinatu prælatus Rupertus minor Ruperto alteri venienti ex primogenito. Vide apud *Reinkingium* lib. I. claſſe IV. c. XVII. n. 35.

GRONOVII.

47 *Inter Artaxerxem*] Hic *Artaxerxem* vocat, quem pr. num. vocavit *Arſicam*, quaſi duæ eſſent hiſtoriæ diverſæ, cum ſit eadem, & ille, qui prius appellabatur *Arſica*, mutato nomine diceretur *Artaxerxes*. [Immo Auctor ſe pro una eademque hiſtoria habere manifeſto innuit. Nec ſcio, qua de cauſſa contrarium in mentem venerit Viro Eruditiſſimo. *J. B.*]

48 *Nepos ex filio*] Ut inter Archagathum Archagathi F. Agathoclis N. & Agathoclem ejuſdem Siciliæ tyranni filium. *Juſtin.* 23, 2. inter Antiochum Eupatora & Demetrium Sotera. 34, 2.

49 *Mortui pro vivis*] Defuncti, qui ſpem habuerunt ſucceſſionis, & ſucceſſiſſent, ſi illi, qui præcedebant eos, ſuperſtites fuiſſent, conſiderantur, quaſi revera ſucceſſerint, & illorum liberi alios excludunt.

50 *Concurrent ad partes*] Nepos ex priore filio partem ſui patris, ſi viveret, accipiet.

51 *Subitio in*] *Repræſentatio*, vel *ſucceſſio in ſtirpes.*

52 *Proximi*] Quæ vox videri poſſet favere filio minori contra majoris fratris nepotem : nam filius utique propior, quam nepos.

53 *Dictionum*] *Alciat.* 8. Parerg. 15.

54 *Vulgarem*] Quæ apud omnes recepta eſt.

55 *Artificialem*] Quam docti per interpretationem fecerunt.

56 *Mors civilis*] Cum civitas, & libertas adimitur.

57 *Quem lex in*] Nepos v. g. repræſentans patrem.

GRO-

quem lex in proximum gradum perducit. + In regnis vero hereditariis individuis, + ubi ſubitio in locum excluſa non eſt, + neque ſemper nepos, neque ſemper filius ſecundo genitus præferuntur; ſed ut inter pares, + quippe [58] juris effectu quoad gradus adæquatos, potior erit is, qui ætate præcedit: + nam [59] in ætatis privilegium non ſuccedi in regnis hereditariis, ſupra diximus. + Apud Corinthios ſuccedebat ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῶν ἐκγόνων, ex liberis defuncti regis is, qui natu eſſet maximus, ut ex Diodori Siculi libro ſexto + exſcripſit Georgius Monachus. + Sic apud [e] Vandalos, + cauto ut hæres eſſet, qui ſanguine proximus & maximus eſſet natu, [e] + prælatus filius ſecundus natu major filii primi filio. + Sic [f] [60] in Sicilia [61] Robertus prælatus eſt [62] Martelli fratris majoris filio, + non ea proprie ratione, quam excogitavit Bartolus, + quod feudum eſſet Sicilia, + ſed quod regnum eſſet hereditarium.

3. + Exſtat ſimilis ſucceſſionis vetus in Francorum [g] regno exemplum in Guntrano; + ſed id ex electione potius populi contigit, quæ eo tempore nondum plane deſierat. + At poſtquam ſine ulla electione linealis agnatica ſucceſſio introducta eſt, res caret controverſia, + ut olim apud Spartanos, ubi [63] ad Heraclidas regno delato ſimilis exſtitit ſucceſſio linealis agnatica. + Ideo [b] Areus ex fratre majore Cleonymo natus patruo ſuo Cleonymo antepoſitus eſt. + Sed & in cognatica lineali ſucceſſione præferetur nepos: ut in Anglia [f] Johannes Eduardi nepos ex primogenito, ejuſdem Eduardi filiis Hemoni, & Thomæ: + quod & in Caſtellæ regno lege cautum eſt.

XXXI. + Pari diſtinctione reſpondendum eſt ad quæſtionem inter fratrem ſuperſtitem

e *Procop. bell. Vand.* Lib. I. c. 7, 8.
f *Conr. Vicerius vita Hen.* VII.
g *Aymo. lib.* III. c. 62.
b *Plutarch. Lycurg.* p. 40. *Juſtin.* III, 2. *Pauſan.* L. III. c. 6.

G R O T I I.

e *Prælatus filius ſecundus natu major filii primi filio*] Honoricus Genzonis filius Gundemundo. De tali ſucceſſione vide quæ ſupra in textu & Notis §. XXIV. [*Honoricus*, ſive *Hunnericus*, non autem *Henricus*, (ut haſtenus fuerat in omnibus Edd. mendo Typographico) frater erat junior *Genzonis* præmortui, non filius: *Gundemundus* vero, filius *Genzonis*. Dicendum igitur erat, *Honoricum*, filium *Gizerici* natu minorem, prælatum fuiſſe *Gundemundo*, fratris natu majoris *Genzonis* filio: ſicque exemplum veritati hiſtoriæ, ſimul & argumento, congruit. Vide locum *Procopii*, adcuratius laudatum, quàm à *Grotio* fuerat, & à B O D I N O, *De Rep.* Lib. VI. c. 5. pag. 1145. unde errorem hauſiſſe videtur noſter. *J. B.*]

f *Johannes Eduardi nepos*] Vide *Serranum* (p. 196.) Carolo Sapiente: & *Marianam* lib. XVIII. qui ab Eduardi filiis ne controverſiam quidem motam, ait. (c. 1.) Idem *Mariana* cum libro XIV. (*Cap.* 8.) egiſſet de controverſia inter Alfonſi filium, & nepotem ex filio, a conventu, ait, pro Sanctio filio pronuntiatum, incertum jure an injuria. *Johannem* Auctor noſter dixit, pro *Richardo*, ut vel ex Hiſtoricis heic laudatis manifeſtum eſt. *Johannes* unus fuit è patruis *Richardi*; alter vocabatur *Edmundus*, non *Hemon*. Vide P O L Y D O R. V I R G I L. *Hiſt. Angl.* Lib. XX. *init.* & Clariſſ. C L E R I C I *Bibl. Select.* Tom. XXVI. pag. 1, & ſeqq. *J. B.*]

G R O N O V I I.

58 *Juris effectu*] Etſi natura differant.

59 *In ætatis privilegium*] Majoratus jus non transfertur ad filium, ut patruo præferatur, quia pater ejus prælatus eſt.

60 *Conr. Vicerius vita Henr. VII.* pag. 463. *Reuberi.*

61 *Robertus*] Caroli II. filius.

62 *Martelli*] Caroli Martelli.

63 *Ad Heraclidas*] Hæc verba repugnant ſuperioribus num. 29. Nam quod ait Spartæ factum, ut nato ante regnum præferatur natus jam regi, id in ſucceſſione lineari agnatica locum non habet, in qua tranſmittitur etiam ſpes ſucceſſionis adjuta lege, ſup. n. 22. & 23. Neque excuſat Auctorem, quod addit, regno ad Heraclidas delato, nam quod relatum eſt num. 29. dicit apud *Herodotum* Heraclides Demaratus, tanquam obtinens etiam inter Heraclidas. Cleonymus autem repudiatus eſt, non ob legem ſucceſſionis, ſed propter mores, & violentum ingenium: quare ille, quod injuriam ſibi factam putaret, impulit Pyrrhum ad bellum Spartiatis inferendum. *Plutarch.* Pyrrh.

G R O-

Digitized by Google

perſtitem ultimi regis, [64] & fratris majoris filium: niſi quod ſciendum eſt, + multis in locis inter liberos ſucceſſionem [65] in gradum mortui eſſe receptam, + ubi recepta non ſit in limite tranſverſo. + Sed ubi jus non eſt manifeſtum, [g] + in partem eam, quæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt, quia eo nos ducit æquitas naturalis, + in bonis [66] nempe avitis. Nec obſtat quod hoc jus in fratrum filiis [67] + προνόμιον vocat [i] Juſtinianus: id enim facit + non ratione habita æquitatis naturalis, + ſed juris antiqui Romanorum. Percurramus alias quæſtiones, quas profert + Emanuel Coſta. *i Nov. 118. c. 3.*

XXXII. + Defuncti fratris filium, + aut etiam filiam patruo regis præferri, ait; recte, + non in lineali tantum ſucceſſione, + ſed & in [k] hereditaria, + in regnis, ubi ſubitio in locum mortui obſervatur: + non item in regnis, quæ verbis præciſis [68] gradum naturalem ſpectant: is enim vincet + qui ſexu, + aut ætate erit potior. *k L. Tutela, 3. §. ſed ſi aliquis, 5. D. de leg. tutoribus.*

XXXIII. + Addit, nepotem ex filio filiæ præferri: recte, + ob ſexum ſcilicet: cum hac exceptione, niſi quæſtio ſit in ea regione, + quæ etiam inter liberos [69] gradum ſolum ſpectet.

XXXIV. Adjicit, + minorem nepotem ex filio præferri nepoti majori ex filia, [h] + quod in lineali cognatica ſucceſſione verum eſt, + in hereditaria non item, + niſi lex ſpecialis oſtendatur. + Nec ratio allegata ſufficit, quia pater hujus illius matrem fuerat excluſurus: + id enim eveniſſet ob præſtantiam mere perſonalem, quæ non tranſit.

XXXV. + Quod addit, veriſimilius ſibi videri, ut neptis ex filio primogenito [70] filium excludat, + in regnis hereditariis recipi non poteſt, + etiam admiſſa in vicem mortui ſubitione: + ea enim efficit, ut capax ſit ſucceſſionis; + ſed inter capaces valere debet ſexus privilegium.

XXXVI. [l] + Atque ideo [i] in Arragoniæ regno + filius ſororis + filiæ fratris prælatus eſt. *l Illeſca; l. IV. hiſt. Pont. cap. 19. Afflict. c. 1. col. 5. n. 20. de natura ſucced. Aguirr. apol. n. 82.*

XXXVII. + Eundemque ad modum + in regnis hereditariis + poſtponenda erit filia fratris maximi natu, fratri regis natu minori.

GROTII.

g *In partem eam, quæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt*] Vide de Johanne, & Arto, *Serranum* in Philippo Auguſto. Idem in Britannia Armorica pro lineali ſucceſſione judicatum, narrat in Philippo Valeſio, & Carolo VIII. (Pag. 165. & 422. De prioribus autem p. 118.)

h *Quod in lineali ſucceſſione verum eſt*] Idque in Luſitania probat *Mariana* libro XXVI. Tamen contra id Emanuelem, ait, Imperatori Maximiliano prælatum, gentis ſtudiis. (*Cap.* 11.) Sic idem libro XII. quod in Caſtellæ regno Ferdinandus filius Berengariæ ſororis minoris defuncti regis Henrici prælatus eſt Blancæ, ſorori majori ejuſdem regis, Galliæ odio factum, ait, in quam Blanca innupſerat. (*Cap.* 7.)

i *In Arragoniæ regno*] Olim ibi creditum, ait *Mariana*, fratrem regis, non filias, debere ſuccedere. Poſtea vero linealem ſucceſſionem ita placuiſſe, ut ſororis filius iis, qui ex fratre, ſed remotiore gradu, veniebant, præferretur: libris XV, 13. XIX, 21. XX, 2. & 8. Idem libro XXIV. de Alfonſo agens: (C. 18.) *Ad Arragonii regni hereditatem nepotes Fernandi filiis: ex filia etiam, ſi maſcula proles deeſſet, filiabus ejuſdem præferendos ſanxit*; additque: *Sic ſæpe ad regum arbitrium jura regnandi commutantur.* Vide eundem *Marianam* libro XXVII, 3.

GRONOVII.

64 *Et fratris majoris*] Si rex moriens ſine liberis relinquat ex proximo fratre, etiam mortuo, filium, & fratrem tertium.

65 *In gradum mortui*] Nepotem ex filio, qui ante poſſeſſum regnum obiit, præferri patruo, ubi non fratris majoris filius præfertur fratri minori.

66 *Nempe avitis*] Non noviter quæſitis.

67 Προνόμιον] Privilegium.

68 *Gradum naturalem*] Ordinem naſcendi.

69 *Gradum ſolum*] Non etiam ſexum.

70 *Filium*] Suum patruum.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII

LIB. II. CAP. VII.

„ IN NULLA juris naturalis parte magis a
„ ratione naturali recedit Auctor, quam
„ in modis acquirendi dominii.

„ Poſtquam expoſuit, quo modo *ſingulari*
„ *jure* aliquid noſtrum fieri poſſit, (nimirum,
„ 1°. per acquiſitionem *originariam*, *c.* 3. §. 1.
„ tum rerum, *c.* 4. *c.* 5. tum juris in per-
„ ſonam, *c.* 5. §. 1 : 2°. Per acquiſitionem *de-*
„ *rivativam*, *d. c.* 3. §. 1 *junct. c.* 6. §. 1.);
„ porro ſupponit, acquiſitione *derivativa* no-
„ ſtrum aliquid fieri *facto hominis*, aut *legis*.
„ *c.* 8. §. 1.

„ *Facto hominis* noſtrum aliquid fieri, ſta-
„ tuit, ſi quis dominium rei ſuæ, vel partis
„ ejus, in nos transfert; quod etiam citra
„ traditionem, ſola voluntate, & nudo pa-
„ cto fieri, putat, *d. c.* 6. §. 1. *c.* 8 §. 25.
„ *c.* 11. §. 1. *n.* 3. *c.* 12. §. 15. *c.* 13. §. 15. *n.* 1.

„ *Facto legis* noſtrum aliquid fieri derivati-
„ ve, ait, aut *lege naturæ*, *c.* 7. §. 1. aut *lege*
„ *gentium voluntaria*, *d.* §. 1. *junct. c.* 8.

„ De acquiſitione derivativa, quæ fit ex *le-*
„ *ge naturæ*, Auctor hoc capite agit; eam-
„ que duplici modo fieri, ait, vel *per exple-*
„ *tionem juris*, quando ſcil. id, quod meum
„ nondum eſt, ſed mihi dari debet, vel lo-
„ co rei meæ, aut mihi debitæ, æſtimatio-
„ nem, ſeu tantundem accipio: *cap. h.* §. 2.
„ vel per *ſucceſſionem*, per quam lex naturæ
„ bona defuncti in proximos tranſfert, ex con-
„ jectura voluntatis defuncti. *cap. h.* §. 3.

„ De acquiſitione, quæ fit ex *lege gentium*,
„ agit *cap. ſeq.* §. 1.

„ Satis repeti non poteſt, quod ſæpius mo-
„ nuimus, novas has diviſiones, novosque,
„ ac obſcuros hos terminos, diſciplinam per
„ ſe claram, ac certis principiis conſtantem,
„ incertam, & dubiam reddere. Magis ſe no-
„ bis commendat methodus juris Romani,
„ quæ ſupponit: *omnes res natura nullius eſſe;*
„ *adeoque originarie non niſi per occupationem,*
„ *ſeu apprehenſionem corporalem*, *in proprie-*
„ *tatem venire*, *i. e. ſingulorum fieri poſſe.* Re
„ autem ſemel occupata, adeoque in domi-
„ nio noſtro conſtituta, derivari eam in alios,
„ vel *facto noſtro*, ſcil. per ſpecificationem,
„ traditionem &c: vel *jure rei noſtræ*, ſcil.
„ per ventrem, incrementa fluvialia, &c:
„ vel per *ſucceſſionem*, ſeu hæreditatem. *Vid.*
„ §. 2.

„ Cæterum ſuo loco notavimus 1. acquiſi-
„ tionem originariam *juris in perſonam* male
„ inter modos acquirendi dominii referri. 2.
„ Verum non eſſe, dominium rei in alios
„ transferri ſola voluntate, & citra traditio-
„ nem. Addimus 3. acquiſitiones *derivati-*
„ *vas*, quas Grotius ex *lege naturæ* fieri, ait,
„ per *expletionem juris*, potius referri debe-
„ re ad acquiſitiones, quæ fiunt *facto hominis.*
„ Uti enim res ipſa citra traditionem noſtra
„ non fit, ita nec ejus æſtimatio. Sane res
„ tantundem valens non poteſt dici in noſtra
„ eſſe proprietate, niſi corporaliter ejus poſ-
„ ſeſſio a nobis apprehenſa, i. e. facto homi-
„ nis tradita ſit. Sed & 4. verum non eſt, *ſuc-*
„ *ceſſiones* citra *factum hominum* ſola naturæ
„ lege deferri. Liberi enim ſuccedunt ex vo-
„ to parentum, qui ea lege ſe jungunt, ut
„ liberi ex iis nati familiam continuent: hinc
„ liberi quodammodo domini rerum paterna-
„ narum dicuntur. Denique 5. acquiſitiones,
„ quas Auctor juri gentium voluntario tribuit,
„ ex ipſa lege naturæ ſequi, cap. ſeq. demon-
„ ſtrabimus.

AD §. I.

LEGE *qua fit acquiſitio derivativa*] Ha-
ctenus enim Auctor egit de acquiſitione deri-
vativa, quæ fit *facto hominum*, ſcilicet per tra-
ditionem, & alienationem, *tot cap.* 5.

Fit

Fit aut lege natura] Vel, quod idem eſt, jure gentium primævo.

Aut lege gentium voluntaria] Quam Doctores vocant jus gentium ſecundarium.

Additio.

„ Tale jus gentium voluntarium, ſeu ſecundarium non dari, neque jure Romano id unquam cognitum fuiſſe, alibi demonſtravi. *Vid. Diſſertat. proœm. IV.* Sed & modos acquirendi, quos Auctor juri huic gentium tribuit, vere naturales eſſe, capite ſequenti demonſtrabimus.

„ *De lege civili non agimus*; *id enim infinitum foret*] Legislatores enim, pro varia utilitate reipublicæ, infinitos acquirendi modos ſtatuere poſſunt, & actu ſtatuerunt.

„ *Et præcipue de bellis controverſia ex lege civili non definiuntur*] Quia bellum inter populos, & populorum rectores geritur, inter quos ſolum jus naturæ obtinet. *Vid. Proleg.* §. 1.

Leges quasdam civiles eſſe plane injuſtas] Doctores magnum cumulum injuſtarum legum afferre ex jure Romano ſolent; ſed ſi ratio earum rite evolvitur, nihil, quod injuſtum videri poſſet, remanebit.

Quæ bona naufragorum fiſco addicunt] Nam quorundam locorum conſuetudine id apud Romanos receptum fuiſſe, patet ex *Authentica Naufragia* &c. *C. de furtis.*

Merito igitur quæritur, an Princeps talem legem ferre poſſit? Negatur 1. quia Princeps jus alii a natura quæſitum auferre nequit, niſi ex utilitate publica, aut in pœnam; at publice non intereſt ut miſeri deprædentur: nec pœnam merentur qui naufragium faciunt. Sane 2. jus transeundi natura omnibus commune eſt: quo etiam pertinet appulſus ad littora; hoc jus impeditur per talem legem. 3. Princeps juris tuendi cauſa conſtitutus eſt; non autem tuetur jura, qui innocentibus bona aufert. Sed & 4. nihil magis perfectioni, humanitatique contrarium eſt, quam afflictos, quos juvare magis debemus, tam atrociter ſpoliare. Atque hinc 5. apud moratiores gentes conſuetudo talis improbatur. Idque ex legibus inprimis Romanis apparet. Nam in *L. 3. § 5. ff. Incend. ruin.* is, qui naufragos ſuppreſſit, fecitque dolo malo quo minus navi, vel periclitantibus ſubveniretur, ex lege Julia de Siccariis tenetur. Add. *L. 1. C. Naufr.* ubi hanc rationem addit Imperator: *Quod enim jus habet fiſcus in aliena calamitate, ut de re tam luctuoſa compendium ſectetur?* Sed & porro in *Auth. Naufragium C. de furt.* ita diſponitur: *Tam ipſa navigia, quam navigantium bona, illis integra ſerventur, ad quos ſpectabant antequam navigia hujusmodi periculum incurriſſent: ſublata penitus omnium locorum conſuetudine, quæ huic adverſatur ſanctioni.* Deſumta autem eſt hæc Authentica ex conſtitutione Friderici in *V. feud.* 9. Atque hanc prohibitionem renovavit Carol. V. in *O. C. art.* 221. ibi: *Desgleichen an vielen Enden der Miſsbrauch, ſo ein Schiffmann mit ſeinem Schiff verfährt, ſchiffbrüchig würde, daſs er alsdann der Obrigkeit deſſen Orts mit Schiff, Leib und Gutbern verfallen ſeyn ſoll.* &c.

Neque OBSTAT *I.* quod Princeps prohibere poſſit, ne amicorum quoque naves accedant ad littus: ergo & pœnam ſtatuere, ut accedentium bona cedant fiſco. Reſp. Et antecedens, & conſequens falſum eſſe: *prius*, quia tranſitus eſt juris gentium: *poſterius*, quia pœna ſtatui non poteſt in eos, qui inviti accedunt.

OBSTAT *II.* Legem eſſe poſſe, & alicubi eſſe, ut ex quavis nave principi ſolvatur certa pecuniæ quantitas; id vero longe pluris eſſe, quam commodum naufragii, cum vix milleſima navis pereat: minus ergo eſſe, naufragia dari loco nummorum. Reſp. Immo magna differentiæ ratio eſt. Nam 1. in ſolutione certæ pecuniæ par cauſa eſt omnium; ſecus ac in naufragio. 2. Pecunia illa ex lucro ſolvitur, & ejus intuitu; hic omnia perdit dominus. 3. Hoc jure poſito lucroſi nihil, calamitoſi omnia ſolverent pro aliorum tranſitu felici. Sed & 4. onus illud ſolvi ſolet pro ſecuritate, pro receptione in portum, & in compenſationem impenſarum &c.

OBSTAT *III.* quod naufragi appellentes, & hanc legem ſcientes, videantur conſentire. Reſp. 1. cum talis lex ſtatui non poſſit citra injuriam, nunquam videri poteſt in eam conſenſiſſe naufragus. 2. Sane is, qui appellit ad littus, ſuo jure gentium utitur; non autem videtur conſentire in ablationem rei ſuæ qui utitur ſuo jure. Neque 3. conſentire videtur qui non ultro, ſed tempeſtate coactus, ad littus accedit.

OBSTAT *IV.* Mos plurium gentium, quem refert *Bodin. L. 1. de rep. c.* 10, & Auctor in notis antea relatis. Adde *Nicet. Chron. Andron. L. 2. p.* 353, qui apud Romanos, eosque ſolos, hoc jus obtinuiſſe, ait. Anna Mumorantius legato Cæſaris bona naufraga repetenti reſpondet, ea, quæ ad littus ſunt ejecta, gentium omnium jure ad principes, qui littoribus imperant!

perant, pertinere: rationem addit Grammondus *Hiſt. Gall.* 16. *p.* 717. *Certo naufragio mutatur titulus poſſeſſionis: defendique poteſt opinio, quæ maris littora communia omnibus faciens, primo occupanti res in littore inventas tribuit.* Reſp. 1. Pauciſſimæ ſaltem gentes ſunt, ubi mos hic obtinuit; apud Romanos enim, qui tres fere orbis partes tenebant, abolita fuit. 2. Obtinuit ergo inter gentes feras: adeoque eſt potius veſtigium primæ illius feritatis.

Additio.

,, Plerisque legibus maritimis hic mos abro-
,, gatus eſt. Vide *das Jutlandiſche Recht c.* 61,
,, *&* 64, *L.* 3. *das Dänmiſche Recht art.* 49, *&*
,, 73, *Norwegiſche Recht c.* 26. *Schwediſche*
,, *Recht*, *c.* 14, *item Seerecht p.* 378., *das*
,, *Niederländiſche Recht de anno* 1498. *Loc-*
,, *cen. de jur. mar. c.* 8. *n.* 20. *Stypm. de jur.*
,, *Mar. part. v.* 25. *Strauch. de imper. Mar.*
,, *p.* 5. *c.* 9. Jus canonicum excommunicat eos,
,, qui naufragis bona auferunt. *Cap. Excommu-*
,, *nicationis. X. de rapt.* Andronicus Græco-
,, rum Imperator ſeveriſſimo edicto id prohi-
,, buit *Nicet. Chron. Andron. d. l.* Duces Po-
,, meraniæ variis edictis anno 1274, 1497,
,, & 1560, in mari Baltico ſuſtulerunt hunc
,, abuſum. Vid. *Crameri Pommerſche Kirchen-*
,, *Hiſtorie L.* 2. *c.* 49. *f.* 133. *Rangon. de o-*
,, *rig. Pomer. p.* 316. In ipſa Gallia, ubi ta-
,, men morem hunc barbarum obtinere ajunt,
,, quosdam inter conſiliarios fuiſſe, refert Gram-
,, mondus *d. l. qui proprietariis merces reſtitui*
,, *oportere contendebant: non adeo interverſa*
,, *poſſeſſione, quin capſulis manerent adhuc ſi-*
,, *gilla impreſſa, queis diſtinguebantur.* Sane
,, ratio a Grammondo contra naufragos alle-
,, gata inepta eſt. Naufragium non mutat titu-
,, lum poſſeſſionis: & verum in genere non
,, eſt, res in maris littoribus inventas cedere
,, occupanti; hoc enim concedi ſaltem debet
,, de rebus nullius, quæ dominum non habent:
,, at non de rebus jam occupatis, quarum do-
,, minium ad naufragos pertinet. Atque hanc
,, ſententiam omnes defendunt Doctores, ne-
,, mine fere excepto. *Vid. Jac. Gothofr. in*
,, *in diſp. ſpeciali ad l. deprecatio. ff. L. Rhod.*
,, *de jactu. Rebuff. in proœm. ad Leg. Reg.*
,, *gloſſ.* 5. *n.* 74. *Mathiæ de crim. tit. furt. n.*
,, 4. *Gudelin de Jur. nov. L.* 5. *c.* 10. *Gail.* 1.
,, *Obſ.* 18. *Tepat. dec.* 534. *Leon. in conſ.* 17.
,, *n.* 4. *Chriſtinæ. Vol.* v. *dec.* 64. *Mindan. de*
,, *Mandat. L.* 2. *c.* 57. *Leſſ. de juſt. & jur.*
,, *L.* 2. *c.* 5. *dub.* 18. *n.* 67. *Parthen. litig.*
,, *L.* 1. *c.* 11. *n.* 5. *Panschm. Supplic. Cam.*
,, *c.* 11. *p.* 588. *Schottel. de ſing. in Germ. jur.*
,, *c.* 20. *p.* 378. *ſeq. Add. Caſſiodor.* 4. *Var.* 7.
,, Etſi contrarium ſentiat Caramueles apud
,, *Oſiandrum in not. b.* & Monorantius apud
,, *Bodin. de republ. l.* 1. *c. ſ. in fin.* nec non
,, Grammondus *alleg. loc.*

,, Triplex tamen hujus regulæ eſt exceptio.
,, Nam 1. Jure talionis omnino bona naufra-
,, gorum fiſco vindicari poſſunt. Naufragi enim
,, non poſſunt improbare leges, quibus ipſi
,, utuntur. 2. Auferri quoque poſſunt in pœ-
,, nam; ita enim apud Romanos lex perpe-
,, tua lata fuit, quæ juſſit Judæos in Inſu-
,, lam Cypri allidentes, ſive ultro, ſive vi
,, tempeſtatis, cruci affigi; idque in pœnam
,, rebellionis ita decretum fuit. Huc quoque
,, pertinet Lex Armoricorum, quæ ideo nau-
,, fragos bonis ſpoliabat, quod homines ſe mari
,, ſcopuloſo, & portubus carente, adeoque
,, præſenti periculo, lucri cauſa committerent.
,, *Vide Choppin. de Doman. l.* 1. *c. ſ. n.* 10.
,, 3. Si dominus non apparet; tunc enim bona
,, acquiruntur fiſco tanquam adeſpota, & hero
,, carentia. At certum tempus plerumque defi-
,, niri ſolet, & fere ubique annus, & ſex
,, ſeptimanæ, intra quod domino jus vindi-
,, candi res naufragas conceditur: quo tempo-
,, re elapſo res pro derelicta habetur, & ſic
,, tanquam res nullius cedit fiſco; idque Ju-
,, re Prutenico quoque obtinet. *Vid. Grœn-*
,, *weg. ad l.* 1. *c. Naufr. Perez ibid. n.* 79.

,, Denique notandum eſt, moribus quoque
,, obtinuiſſe, & quidem jure, ut naufragi pro
,, opera, & impenſis certum pretium domino
,, littorum ſolvant, quod Berge-Geld vocant.
,, *Grœnw.* §. 1.

,, *Dominium alicui ſuum auferre, mera in-*
,, *juria eſt.*] Nam contra ſocietatem huma-
,, nam peccari, ait *Proleg.* §. 8. Vera ratio eſt,
,, quod nemo in res, quas ex conceſſione di-
,, vina meas feci, jus ſibi arrogare, vel eam
,, mihi eripere poſſit.

,, *Dion Pruſaenſis*] Similia ex legibus, ſta-
,, tutis, ac ſapientum opinionibus, allega-
,, vimus in præcedentibus. *Vid. ſup. h.* §.

Ad §. II.

Lege naturæ, quæ ex ipſa dominii natura, 1
ac vi ſequitur] Minus apte hæc ita dicuntur. Lex naturæ non ſequitur ex vi dominii, ſed vis dominii ex lege naturæ. Nam a natura conceſſa eſt nobis facultas occupandi, unde dominium oritur.

Additio

Additio.

„ Poſito ſyſtemate Grotii, lex naturæ omnino ſequitur ex ipſa dominii natura, & vi. Nam is ſupponit, natura omnes res terræ eſſe communes, indeque in primævo rerum ſtatu nullum fuiſſe dominium: homines vero ab illa comunione receſſiſſe, atque hinc dominia facto demum hominum introducta, eoque poſito, facultatem de rebus terræ diſponendi eis conceſſam eſſe.

„ Proprietas ergo rerum ex hypotheſi Grotii, & facultas de illis diſponendi non eſt ex lege naturæ; ſed introducto demum facto hominum dominio, ex natura, & vi dominii, ipſa naturæ lege ſequi, ait, ut res occupata cedat occupanti, *l.* 2. *c.* 8. §. 1. *n.* 2. & §. 5. nec ab alio auferri poſſit. *l.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 5. & 6. *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 4. *L.* 2. *c.* 6. §. 1. Quæ principia examinavimus in *Diſſert. proœm. I. c.* 2, & ex profeſſo in *Diſſert proœm. VI. c.* 1. 3. 4, & 6.

Expletione juris, & *ſucceſſione*] „ Auctor has alienationes ad acquiſitiones derivativas refert, quibus aliquid noſtrum fit ex ſola lege naturæ, non facto hominum. Nam *expletio juris* ſupponit, alterum ex pacto mihi teneri ad rem præſtandam: & ſi res ipſa præſtari non poſſit, ad æſtimationem, i. e. tantundem. *Succeſſio* ſupponit res a defuncto occupatas fuiſſe, & ex tacita ejus voluntate ad hæredes transferri.

„ At initio hujus § diximus, nec per *expletionem juris* aliquid derivative noſtrum fieri; niſi æſtimatio *tradatur*: adeoque tantundem in corporali noſtra cuſtodia conſtituatur. Sed & *Succeſſio*, quatenus naturalis eſt, i. e. quatenus ad ſolos liberos pertinet, ſupponit factum hominis: nimirum, votum parentum, qui ea intentione familiam conſtituunt, & liberos ſuſcipiunt, ut hi familiam continuent, i. e. in omne jus ſuccedant.

Quoties id, quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet, &c. accipio ab eo, qui rem mihi debet] „ Auctor ſibi ipſi contrarius videtur; in capite præcedente §. 1. enim alienationem fieri ſola voluntate domini, dixit, citra traditionem. Si proinde ego dominus factus ſum rei, quæ mihi promiſſa, ſed non data eſt; qua ratione fieri poteſt, ut eadem res, ſi eam accipio, demum alienari dicatur, quod ab Auctore aſſeritur? Duplex igitur alienatio hic ſupponenda eſſet ejuſdem rei.

Aut loco rei meæ] „ Quæ forte periit: adeoque reſtitui nequit.

Aut mihi debita „ Cujus ſcil. dominium promiſſor pacto in me transtulit, & quam tradere vel non vult, vel non poteſt.

Fertur ad tantundem &c.] „ Rationem naturalem hujus juris expoſuimus in *Diſſert. proœm. X.* §. 10.

Quod eſt morali æſtimatione idem] Hoc obtinet in omni præſtatione rei, ut ſi tradi non poſſit, reparatio facta cenſeatur ſi tantundem præſtetur. *Vid. Poſ.* VII. Eo enim præſtito, omnis injuria ceſſat, omne damnum: nihil alii abeſt; quia eadem quantitas in patrimonio alterius eſt.

Additio.

„ De liberatione rei, ſi tantundem præſtat, alibi agemus Eaque obtinet in juribus in re; *vid. L.* 2. *c.* 10. §. 2 *ſeq.* in contractibus, *L.* 2. *c.* 12. § 13. *n.* 1; in delictis, ubi delinquens ſemper tantundem mali pati debet, quantum egit, *vid. L.* 2. *c.* 20. *per tot.* Uſum quoque hujus juris obtinere, Auctor ait, in bello captis, *l.* 3. *c.* 10. §. 6.

Dominium autem hoc modo transferri, probatur ex fine] Auctor probare vult, dominium natura acquiri non tantum ſi res debita mihi præſtatur, ſed & ſi præſtatur *tantundem*: probat id, inquam, a fine.

Quæ in moralibus optima eſt probatio], *Vid.* „ *Diſſ. proœm. X.* §. 7. *ht. ſ.* & *Diſſ. XII.* §. 45.

Neque enim juris mei explimentum conſequi potero, niſi Dominus fiam] i. e. tantundem non eſſet, niſi dominus fierem; rei enim dominium acquiſiturus fuiſſem ſi alter, uti debuit, tradidiſſet.

Additio.

„ Regula naturæ eſt, jus ſuum cuique tribui debere. Si proinde res ipſa, quæ vel mea, vel mihi debita eſt, tribui alicui nequit; neceſſario æſtimatio, ſeu tantundem valens præſtari debet: quia hic unicus modus eſt jus ſuum cuique tribuendi. Hoc modo juſtitiæ ſatisfit, nihilque amplius creditori, ejuſque patrimonio abeſt. At dixi, dominium hoc caſu transferri, non ſola lege naturæ, ſed facto hominis, per traditionem.

Fruſtra enim erit rei detentio, ſi ea uti pro arbitrio non poſſim] Adeoque tantundem præſtitum non eſſet, ſi pro re, qua uti pro arbitrio potuiſſem, præſtaretur alia, qua uti non poſſum.

Antiquum hujus rei exemplum eſt in Diodori] Imo hoc exemplum huc non pertinet: Aliud enim eſt quærere, an pro re, quæ præ-

ſtari debebat, tantundem debeatur? aliud, an quis ipſe aliam rem a debitore, qui paratus eſt rem præſtare, extorquere poſſit? Hoc ultimum fecit Heſioneus: neque equos accepit tanquam ſuos, ſed pignoris loco, ut ait *Diod. Sic. d. l. 4. c. 67. in. f.* Ixion autem adeo male id habuit, ut ſocerum occiderit. *d. l.*

2 *Legibus quidem civilibus ſcimus vetitum eſſe ſibi jus dicere*] *l. 23. Quod met. cauſ. l. pen. & ult. ff. Vi privat. l. 5. ff. Acq. poſſ.* Auctor in perpetuo illo errore eſt, jure naturæ quemlibet ſibi ipſi jus dicere poſſe, ac legibus demum civilibus id vetitum eſſe; de quo late egimus *L. 1. c. 3. §. 2. ſeq.* Diximus nimirum, natura neminem poſſe eſſe judicem in propria cauſa; quia enim uterque contradicit, & neuter in alterum imperium habet, aliquis eſſe debet major, qui eos cogat etiam invitos. Sed & fugitivus eſt hic §., & plane ad hanc materiam non pertinet, ubi ſaltem aſſeritur, quod debitor vel rem, vel tantundem præſtare teneatur; non autem quo modo ad id adigi poſſit; ut proinde hic extra oleas vagetur Auctor.

Additio.

„ Imo non eſt fugitivus hic §; ſed cum præcedenti numero connecti debet. Grotius enim ſupponit *lege naturæ* aliquando *alienationem fieri*, per *expletionem juris*. Cum igitur expletio juris ſæpius incerta ſit, inprimis ſi æſtimatio, ſeu tantundem reſtitui debet; merito quærit, quisnam determinare æſtimationem debeat? & reſpondet, neminem ſibi ipſi jus dicere poſſe, ſi judicia adſunt; adeoque æſtimationem a judicis addictione eſſe expectandam. Si deſunt judicia, vel per judicem juris explementum obtineri non poſſit, jus vi agendi obtinere, ait.

Adeo quidem ut vis dicatur ſi quis, quod ſibi debitum eſt, manu repoſcat] „ Jus naturæ, ne ſcilicet quis propria auctoritate id, quod ſibi debetur, repoſcat manu, in jus civile Romanum relatum eſt. *Vid. l. 10. ff. jund. l. 17. ff. judic. l. 9. C. Sol. matr. l. 175. ff. R. J. l. 5. ff. Acq. poſſ.* Idque adeo obtinet, ut nec pacto contrarium inter partes ſtatui poſſit, quia diſponerent de re aliena, ſcilicet, de jure, quod ſoli magiſtratui competit. *L. 3. C. Pign.* Unde etiam domini rem ſuam a poſſeſſore manu repoſcentes, vim facere dicuntur *l. 7. C. Unde vi.*

Et in multis locis jus crediti amittat] „ *d. l. 7.* Add. *§. 5. Inſt. de vi bon. rapt. L. 23. ff. Quod m. c.* Quod etiam hodie obtinere, ait *Carpz. Juriſpr. for. p. 4. c. 35. def. 5.* „ *Brun. cent. 2. dec. 9. & dec. 78.* &c. etſi „ diſſentiat *Mev. p. 1. dec. 99.*

Ex ipſa tamen judiciorum inſtitutione ſequeretur, hoc illicitum eſſe] „ Explicat hoc Auctor *L. 1. c. 1. §. 1. n 2. Quanquam enim judicia publica non a natura, ſed a facto ſint humano: cum tamen multo ſit honeſtius, & ad quietem hominum conducibilius, ab eo, cujus nihil interſit, rem cognoſci, quam homines ſingulos, nimium ſæpe amantes ſui, quod jus putant, id manu exequi; tam laudabili inſtituto obſequendum ipſa dictat æquitas, & ratio naturalis.*

Locum ergo habebit quod diximus, ubi judicia continue ceſſant] Adeoque inter eos, qui judicem non habent, privata auctoritate res, vel tantundem, manu repoſci poteſt. Ceſſante enim judice, hic unicus, & ſolus juris reparandi, ſeu explendi eſt modus.

Quod quomodo contingat, explicavimus ſupra] „ *L. 1. c. 3. § 2. n. 1.* Nimirum, contingit id jure, vel facto. *Jure*, ſi quis verſatur in locis non occupatis: ut mari, ſolitudine, vacuis, & ſi quæ alia ſunt loca, in quibus nulla eſt civitas. *Facto*, ſi ſubditi judicem non audiunt, aut judex aperte cognitionem denegat.

Ubi vero momentanea ceſſatio] „ i. e. ubi expectari judex non poteſt ſine certo periculo, aut damno. *L. 1. c. 3. §. 2. n. 1.*

Licita quidem erit acceptio rei] „ Etiam adhibita vi, quia tum eſt neceſſaria defenſio.

Aufugiente forte debitore] „ Tunc enim aliter jus meum ſalvum eſſe non poteſt.

Sed dominium a judicis addictione erit expectandum] „ i. e. is determinare æſtimationem „ prius, & tunc rem mihi addicere debet.

Quod fieri ſolet in repreſſaliis] „ Auctor exiſtimat, jure civili hoc caſu citari quorum intereſt, & rem publica auctoritate divendi, aut addici debere eis, quorum intereſt: quod quatenus verum ſit, videbimus infra *L. 3. c. 2. §. 7. n. 3.*

Sed ſimul moraliter certum, per judicem juris explementum obtineri non poſſe] Si actor certus eſt rem ſuam eſſe, Grotius exiſtimat, eum propria auctoritate rem repetere poſſe, ſi deficiat probatio: Quod admittendum non eſt. Nam 1. nemo natura poteſt eſſe judex in propria cauſa: uti vidimus. Sane 2. quilibet ſtudio ſui de jure ſuo certus eſſe, vel ſaltem id allegare poterit. Quæ non inde diſcordiæ, motus &c., inprimis ubi alter contradicit, vel ubi plures idem aſſerunt, orituræ eſſent? Neque enim 3. in arbitrio agentis eſt, an certus

Digitized by Google

certus ſit de ſuo jure ; alter enim id negat, ac certitudinem ſui juris allegat : agens autem non plus juris habet ad aſſerendum, quam alter ad negandum ; neuter enim in alterum imperium habet. Rectius igitur 4. dicendum, partes poſſeſſoris eſſe potiores ; certum enim eſt, eum rem poſſidere: adeoque tamdiu in ea poſſeſſione naturali ratione defendi debere, donec is, qui jus in illa re prætendit, id probet. Unde naturæ regula eſt, deficiente probatione alterum tutum eſſe ſua poſſeſſione. Atque hoc inter privatos veriſſimum eſt : at inter principes, ubi alter negat, alter affirmat, cum judex non ſit, coram quo probatio peragi poſſit, ſolum belli judicium obtinet.

Additio.

„ Auctor rem invertit. Nam *inter principes* „ negat bellum inchoari poſſe ab eo, qui ju„ ſtam cauſſam habere ſe ſcit : ſed documen„ ta non habet ſufficientia, quibus poſſeſſo„ rem de injuſtitia ſuæ poſſeſſionis convincat. „ *L.* 2. *c.* 23. §. 11. *in fin.* Additque rationem, „ *quia non habet jus cogendi alterum, ut de* „ *poſſeſſione decedat. d.* §. 11. *Inter privatos* „ autem, ait, deficiente probatione ceſſare le„ gem de judiciis, & ſic jus priſtinum, quo „ ſibi ipſi quilibet jus dicere potuit, redire. „ *Vid. h.* §. 2. *in fin.* At male tribuit privatis, „ qui judicem, & ſuperiorem habent, quod „ negat principibus, qui ſuperiorem non ha„ bent, adeoque nullum judicem præter bel„ lum agnoſcunt. Rectius igitur aſſerimus, „ *Principes* armis jus ſuum vindicare poſſe, etſi „ deficiant documenta, aliaque probationis „ inſtrumenta. Cum enim Deus ſit arbiter hu„ jus litis, non opus eſt ut adverſario proba„ tiones exhibeantur : ſed Deo dirigente, ul„ tima victoria de jure utriuſque decidit. E„ contrario, *privati* nullum repoſcendi rem „ ab alio jus habent, niſi dominium proba„ re, adeoque jus ſuum coram judice ab ipſa „ natura conſtituto, exponere poſſint. Defi„ ciente igitur probatione, reus abſolvitur. „ Olim lis aliquando duello, petente actore, „ decidebatur. De quo vide *Diſſ. proœm. XII.* „ §. 686.

Ceſſare legem de judiciis] „ Rationem ſupra „ allegavit, quia lex vetans ſine judicio ſuum „ conſequi, intelligi commode debet, ubi co„ pia eſt judicii. *Vid. L.* 1. *c.* 3. §. 2. *n.* 1.

Et ad jus rediri priſtinum, verior ſententia eſt] „ Priſtinum autem jus eſſe, putat, lice„ re rem ſuam manu repoſcere. Vid. *indicem* „ voce *judicium.* At dixi talem ſtatum nun„ quam fuiſſe.

Ad §. III.

„ Auctor hic fontes juris naturalis conſti„ tuit, ex quibus juſta ratiocinatione omnes „ ſucceſſionum caſus decidi poſſe, contendit; „ ſed infeliciter admodum : quod ut eo evi„ dentius appareat, conſpectum totius ma„ teriæ ex tractatione Grotiana, erudita qui„ dem, ſed confuſa admodum, & obſcura, „ exhibere liceat.

„ Grotius originem ſucceſſionis naturalis „ deducit ex conjectura illa voluntatis, qua „ dominus, qui teſtamento de re ſua diſpone„ re poteſt, nec diſponit, non creditur voluiſſe „ bona ſua occupanti cedere. Unde concludit, „ cedere debere bona ei, cui defunctus ea re„ linquere voluiſſe maxime erat probabile. §. 3.

„ Probabile autem eſſe, quod eo magis vo„ luerit relinquere DESCENDENTIBUS, „ quia eis debet alimenta. Adeoque ex hac „ præſumpta patris voluntate præferri in ſuc„ ceſſione, putat, liberos, nepotes, &c. in „ infinitum, §. 4. *juncl.* §. 5 : etſi præmor„ tui ſint : §. 6. vel illegitimi : §. 8. niſi pater „ liberos exhæredaverit. §. 7.

„ His deficientibus, fingit Auctor aliam „ conjecturam, ex qua defunctum ASCEN„ DENTES quoque ſuccedere voluiſſe, in„ nuit : quia ſcilicet defunctus præſumitur vo„ luiſſe id, quod æquiſſimum, & honeſtiſſi„ mum eſt, non tantum ex jure expletorio, „ ſed etiam ex jure attributorio. §. 4. Cum „ ergo ex hoc jure attributorio, quod laxius „ vocat, parentibus alimenta debeantur ; inde „ oriri putat quoque præſumtionem, defun„ ctum voluiſſe aſcendentes ad ſucceſſionem „ vocare. §. 4. & 5.

„ Inter COLLATERALES, quibus ali„ menta non debentur, jus ſuccedendi pro„ bat ex alia conjectura voluntatis, pro di„ verſitate ſcil. bonorum ; nam in PATER„ NIS, ET AVITIS bonis ſtatuit, defun„ ctos voluiſſe credi juxta beneficii ab aliis „ accepti ordinem bona ſua relinquere, §. 9. „ *n.* 1 ; indeque concludit, eum 1°. defer„ re voluiſſe bona *fratribus, & ſororibus* : „ tum quia ab eorum parente vitam, & ali„ menta, adeoque ſummum beneficium ac„ cepit : tum quia pater defunctis his, tan„ quam proximis, omnium maxime ex bonis a „ ſe relictis benefieri voluiſſe præſumitur. §. „ 9. *n.* 2. & 3. 2°. Poſt fratres vocare vo„ luiſſe *reliquos*, prout affectus defuncti vel „ proximior, vel remotior eſt. *d.* §. 9. *n.* 4.

„ In

Digitized by Google

„ In bonis Noviter quæſitis au-
„ tem, ubi præſumtio illa de gratia referen-
„ da ceſſat, præſumi, ait, defunctum voluiſ-
„ ſe ea relinquere chariſſimo. §. 10. Chariſ-
„ ſimum autem eſſe, qui defuncto chariſſi-
„ mus eſſe creditur, i. e. qui ei cognationis
„ gradu eſt proximior. §. 10. Etſi autem Au-
„ ctor id non defioiat, videtur tamen in his
„ bonis primas dare fratribus, & tunc vo-
„ care thios: denique vero reliquos, juxta
„ proximitatem gradus.

„ Tandem fatetur, hæc naturali conjectu-
„ ræ quidem eſſe conſentanea, non tamen
„ jure naturæ neceſſaria: atque ideo ſucceſ-
„ ſionis normam arbitrariam pactis, & legi-
„ bus civilibus adeo variare, ait. §. 11. Un-
„ de regulam generalem ſtatuit, quod quili-
„ bet, etiam Princeps, ab inteſtato id vi-
„ deatur voluiſſe, quod lex, aut obſervan-
„ tia, vel conjectura illa ſuppeditat. *dict.*
„ §. 12.

„ Cum igitur tota ratio ſucceſſionis natu-
„ ralis, ex hypotheſi Grotii, *in conjectura*
„ *voluntatis defuncti* conſiſtat; hoc ipſo ſatis
„ conſtat, ex vagis, & variis ejusmodi con-
„ jecturis, nullum jus, nedum jus naturæ de-
„ duci poſſe.

„ Aliam viam ingreſſus eſt B. Parens, cu-
„ jus principia expoſuimus *in Diſſert. proœm.*
„ *VIII.* §. 13. & uberius exponit ipſe in ſe-
„ quentibus propoſitionibus.

Succeſſio ab inteſtato] Antequam ad interpretationem Auctoris accedamus, noſtra principia circa ſucceſſionem ab inteſtato exponere neceſſe eſt.

PROPOSITIO I.

Succeſſio jure naturæ, ſpectato ejus ſtatu primævo, nulla, nec neceſſaria eſt: ne filiorum quidem.

DEMONSTRATIO.

Nam 1. natura omne jus parentis finitur morte; jus enim eſt facultas agendi, & utendi moralis, quæ morte neceſſario tollitur, cum nulla ſit facultas mortui, ſed animati. Sane 2. dominia rerum, ſeu res terræ, pro viventibus, non pro mortuis, & ad uſum vitæ, ac hominum, a natura conditæ ſunt; *Poſ. IV. n.* 3. mortuus autem & homo eſſe deſiit, nec ullus ejus eſt uſus terræ. Unde 3. neceſſario ſequitur, finito jure parentis, & ceſſante ejus agendi, utendique facultate, jus illud iterum fieri nullius, ac cedere occupanti, non filio. Quidquid enim in ſtatu naturæ primævo occupatum non eſt, aut eſſe deſiit; id nullius fit; nam per occupationem rei, quæ nullius fuit, ſoli occupanti jus quæſitum eſt: nec alia facultas hominibus natura data eſt, quam occupandi, *Poſ. V. n.* 1. & de re occupata diſponendi, *Poſ. VI.* At quod mortui fuit, id occupatum eſſe deſinit, quia nulla amplius mortui eſt facultas: ergo ceſſante occupatione fit iterum nullius. Bona igitur occupatione quæſita redeunt ad ſtatum, in quo fuerunt ante occupationem, i. e. fiunt nullius; omne enim jus occupatione quæſitum, ea ceſſante deſinit: & exſtincto dominio, quod ſolum fuit, res iterum fit nullius. Neque 4. illatio hæc ulla ratione nititur: *parentis jus, & facultas, agendi morte ceſſat, ergo filius ei ſuccedit;* cum nemo jus in illa re habeat, niſi pater, cujus facultas diſponendi morte finitur. Adeoque nulla ratio dari poteſt, cur filius, qui nullum jus in re patris habet, & in quem pater vivus nihil tranſtulit, in momento mortis patris ſuccedere, i. e. ipſo jure dominus fieri debeat: ſane alia eſt facultas agendi patris, alia filii. Filius ergo 5. nec originarie, nec derivative res patris adquirit (tertium autem non datur). Non *originarie*, i. e. per occupationem, quia hoc jus omnibus hominibus commune eſt, & extraneis æque, ac filio competit: adeoque tunc non ex ſucceſſione, ſed ex nova occupatione filius acquireret; ſed & quilibet primus occupans, adeoque non ſolus filius, pro ſucceſſore haberetur. Nec *derivative*, quia per derivationem non fit acquiſitio, niſi ex diſpoſitione domini, accedente traditione. At pater ante mortem nihil diſpoſuit, nec tradidit: poſt mortem autem nec diſponere, nec tradere amplius poteſt. Sed & 6. poſito ſuccedendi jure, abſurdum ſequeretur, quod finito jure patris occupantis per derelictionem, filius etiam vivo parente dominus fieri deberet; nihil enim intereſt, an facultas patris ceſſet morte, an derelictione. Nec 7. in ſtatu primævo neceſſaria fuit ſucceſſio, cum terra omnium uſibus ſuffecerit: adeoque ubi nulla indigentia, nec ſpeciale fuit votum relinquendi liberis, ratione quorum nullus metus erat ne indigeant.

PROPOSITIO II.

In ſtatu terræ prope occupatæ, neceſſario in locum juris occupandi poſt mortem parentum ſurrogata eſt ſucceſſio deſcendentium, non aliorum.

DEMONSTRATIO.

Succeſſionem liberorum neceſſariam non fuiſſe in eo ſtatu, ubi omnia omnibus ſufficiebant, ante diximus. At aucto hominum nume-

numero, & occupatis prope omnibus terræ rebus, jus occupandi non amplius ſufficit alendis omnibus hominibus: & homines hoc ſtatu nati revera excluderentur ab illo jure, defectu rerum, quæ nullius ſunt. Huic juri reparando non niſi unum remedium eſt, ut ſcilicet liberi ſuccedant parentibus; qua ſola ratione omnibus proſpectum eſt, neminique hominum ſit injuria. Data enim ſucceſſione liberorum, omnibus hominibus ſupereſt jus quoddam occupandi etiam occupata terra; quia omnibus hominibus ſunt parentes, quorum bona poſt mortem quaſi occupare poſſunt. Quod proinde ex jure naturali ſolum ſupereſt, id ſolum eſt naturale: atqui ex occupationis jure naturali, quo promiſcue omnes homines occupant, ſolum ea occupationis ſpecies ſupereſt, qua liberi occupant bona parentum mortuorum; ergo ſucceſſio liberorum eſt juris naturalis. Sine quo igitur 1. jus commune occupandi, omnibus hominibus natura conceſſum, conſervari inter homines non poteſt, id *ex medii neceſſitate* juris naturalis eſt. *Poſ.* 4. *n.* 4. At occupata terra jus occupandi commune conſervari non poteſt, niſi ſucceſſione in bona parentum: (quæ itidem ſpecies quædam communis juris occupandi eſt, cum omnes homines parentes, quibus ſuccedant, habeant) ergo jus ſuccedendi eſt juris naturalis. Sed & 2. ſucceſſio hæc liberorum in ſtatu præſenti *a fine creationis* probatur. Non enim voluit creator, omnes homines ſimul vivere; ſed ſucceſſione, & propagatione genus humanum conſervare: neque terram fecit, quæ omnibus hominibus unquam victuris ſufficeret, ſed quæ præſentibus. Hujus actionis alia intentio eſſe non poteſt, quam ut eadem ſerie, qua naturaliter vita, & bona (quæ condita ſunt propter vitam) propagentur: & homines eodem ordine naturali continuent uſum bonorum, quo uſum vitæ. Atqui ordo vitæ propagandæ naturalis eſt a parentibus ad liberos. Uti igitur liberi ſuccedunt parentibus in vita, ita & in bonis: & uti olim jus occupandi ordine continuavit in poſteros, ita nunc jus ſuccedendi. Accedit 3. *inſtinctus naturæ*, & votum illud commune parentum, quo parentes occupando non ſibi tantum proſpicere voluiſſe conſtat, ſed & familiæ. *Vid. L.* 30. *C. fideicom.* Atque hinc 4. non immerito ſucceſſio liberorum communi gentium conſenſu naturali juri tribuitur, non quidem primævo illi, ſed ſurrogato, quo nimirum in locum juris occupandi communis, ſucceſſit jus occupandi liberorum. Unde JCti Romani ſucceſſionem liberorum debitum naturæ vocarunt. *L.* 7. *ff. Bon. damn. l.* 7. *§. f. ff. Unde liberi l.* 15. *pr. Inoff. teſt.* Apoſtolus apud Galatas *IV*, 11. ait: *Si filius, ergo hæres.* Add. *Rom. VIII*, 17. Cum Roſcius de parricidio accuſabatur, & inter indicia afferebatur, *quod pater eum exhæredare voluerit;* Cicero patronus ipſius cum reliqua tanquam levia tranſiiſſet, ait: *nunc dicis aliquid;* ſed pergit: *tanti ſceleris cauſam addi debuiſſe, quia pater naturam viciſſet, & patrem ſe eſſe oblivisceretur. Orat. pro Roſc.* 2. *fere in pr.* Valerius M. de Hortenſio ait, quod filium etſi impium hæredem reliquerit, *ne naturæ ordinem confunderet*. *L.* 6. *c.* 9. Procopius 1. *Perſ.* ait, *natura res paternas liberis deberi.* Novella 18. *præf.* debitum dicitur, & *c.* 1. natura curata. Plutarchus *de amore prolis*, deberi liberis hæreditatem.

Atque ex his conſtat, aliam ſucceſſionem, præter eam, quæ liberis debetur, jure naturæ ſurrogato non dari; quia ſolis deſcendentibus, negata ſucceſſione, jus occupandi auferretur, non fratribus, nec parentibus: adeoque tota neceſſitatis, eoque ſurrogationis ratio in aliis cognatis ceſſat, utpote qui non excluduntur a jure occupandi, quia parentes habent, quorum bona occupare, adeoque quibus ſuccedere poſſunt. Unde apud Græcos ab initio bona ſine liberis decedentium ad magiſtratus pertinuiſſe, colligo ex *Homero Odiſſ.* 2. *circa finem.* Ubi proci jactant, mortuo Telemacho ſe omnia diviſuros. Apud Mexicanos id jus obtinere, ait *Grot. in not. ad l.* 2. *c.* 3. §. 19. Sed & idem Homerus Phœnopis ſenis luctum deſcribit, quod filiis duobus a Diomede bello cæſis, nec alio filio ſuperſtite, χήρωσαι partituri ſint bona; quod de magiſtratu interpretatur Euſtatius in *Iliad.* ε´ 158: quanquam alii de remotioribus agnatis id intelligant. Atque hinc Prætor, qui ex æquitate naturali jura ſtatuebat, eam ſecutus ſolos liberos ad bonorum poſſeſſionem vocavit. *L.* 2. *pr. Bon. poſſ. ſec.*

Quæri ſolet, an hæc ſucceſſio liberis auferri a parentibus poſſit, quod recte negatur: quia debitum naturæ eſt, unde conſtat, querelam inofficioſi teſtamenti a natura eſſe. Poſſunt tamen liberi excludi a ſucceſſione parentum, propter utilitatem publicam; uti ob favorem militiæ, quo pertinet lex Voconia: vel in pœnam, quo pertinet exhæredatio ex juſta cauſa facta. (*Vid. tamen infra* §. 7.)

Porro ex ante dictis conſtat, non uni tantum

tum parentum, ſed utrique ſuccedere liberos, quia par utriuſque conditio a natura eſt. Adeoque ſuccedunt vel in utriuſque, vel in neutrius bonis, quia unus præ altero eis res ſuas relinquere non tenetur. Et ſic eadem ratio eſt voti, & naturæ, quæ ab utroque parente vitam tranſmittit, adeoque & bona.

PROPOSITIO III.

Hæc ſucceſſio in locum juris occupandi ſurrogata non incipit, niſi poſt mortem parentum.

DEMONSTRATIO.

Nam 1. quamdiu parentes vivunt, bona ipſorum ſunt, proprio jure occupata, vel quæſita: de quibus proinde pleniſſimam diſponendi facultatem uſque ad mortem retinent. *Poſ. VI.* Neque 2. ſucceſſio in locum alterius actu fieri poteſt, niſi locus vacet: adeoque non niſi poſt mortem parentum; cum 3. conſtet, duos dominos ejuſdem rei in ſolidum eſſe non poſſe. Sed & 4. jus occupandi non eſt niſi rerum vacantium: adeoque nec jus ſuccedendi; ſurrogatum enim ſuccedit in locum ejus, cui ſurrogatur.

PROPOSITIO IV.

Liberi ſuccedunt in omnia jura parentum, quæ tempore mortis fuerunt.

DEMONSTRATIO.

Nam ex eo momento, quo moriuntur parentes, jura eorum diſſolvuntur: adeoque ex eo demum tempore vacant, indeque occupari a liberis poſſunt. Idque jure Romano quoque ita ſtatutum eſt; Gajus enim *L.* 73. *pr. ad Leg. Falc.* ait: *in quantitate patrimonii exquirenda, viſum eſt mortis tempus ſpectari.* Neque aliud momentum definiri poteſt; nec vivo patre, quia quamdiu vivit, liberrime de bonis diſponere poteſt: nec poſt mortem, quia ex momento mortis res fieret nullius, & cederet occupanti.

PROPOSITIO V.

Liberi in ea quoque jura patris ſuccedunt, quæ in eventum ſuſpenſa ſunt.

DEMONSTRATIO.

Equidem jura, quæ patri ſub conditione debentur, non videntur contineri ſub ejus bonis: tum quia conditio nihil ponit ineſſe, & ante exiſtentiam dies nec cedit, nec venit: tum quia conditio exiſtens retrotrahitur, qui effectus mere juris civilis eſt. His vero non obſtantibus, aſſerimus, etiam ea, quæ in eventum ſuſpenſa ſunt, verè in bonis parentum eſſe. Pendente enim conditione (& magis labente die) patri revera jus aliquod natum, & quæſitum eſt: nimirum, ſi promiſi Titio 100 ſi navis ex Aſia venerit, ſtatim nata eſt facultas naturalis petendi in eventum, quæ æque naturalis eſt, ac facultas videndi homini ineſſe dicitur, etiam noctu: adeoque a parte mea neceſſitas eſt exſpectandi eventum, & Titio invito interim pœnitere non poſſum, quia jus illud eventualiter quæſitum ei facto meo auferre nequeo. Ratio hujus obligationis conſiſtit in eo, quod quilibet hominum de jure ſuo pro lubitu diſponere poſſit, & prout diſponit, ita jus ſit; at hic partes diſponunt ut in eventum debeatur: ex hac diſpoſitione igitur jus oritur exſpectandi illum eventum, quod jus ad hæredes quoque tranſit. Atque hoc jus eventuale JCti appellant *ſpem debitum iri.* §. 24. *inst. ſtip. L.* 73. §. 1. *ad Leg. falc.* §. 4. *V. O. L.* 57. *Eod.*

Adeo autem verum hic jus natura quæſitum eſt, ut contineat utramque juris ſpeciem: & *jus permiſſivum*, vi cujus *creditori* competit legitima facultas petendi in eventum: & *jus decretivum*, unde *debitor* obligatur exſpectare eventum, adeo ut interim recedere non poſſit. Si vero jus ex tali diſpoſitione natum non eſſet, neuter obligaretur ut eventum exſpectet. Neque *obſtat*, quod pendente conditione dies nec ceſſerit, nec venerit, adeoque jus nondum natum videatur. Reſp. jus actuale natum nondum eſt, nondum actu peti poteſt; quin & ipſum jus petendi nondum natum eſt, quia illud deficere poteſt non exiſtente conditione. At jus expectandi eventum, nec pendente conditione mutandi, quæſitum eſt, quod omnino ad hæredes tranſit. Alia vero eſt obligatio præſtandi, alia exſpectandi eventum.

Equidem jure civili in legatis conditionalibus jus petendi non tranſit ad hæredes, quia legatum nondum fuit acquiſitum vivo legatario; legata enim ſunt diſpoſitiones civiles, de qua ſpecie lex diſponere, eamque formam præſcribere poteſt, quam vult: & ratio ibi additur mere civilis, quia teſtator ſuis potius hæredibus, quam legatariis proſpicere voluiſſe, præſumitur.

Cæterum in hoc jure eventuali diligenter attendenda eſt lex eventus, ejuſque qualitas; tranſit enim jus illud eventualiter patri quæſitum, in liberos, cum omni ſua qualitate, prærogativa, onere, &c. Quod eſt unicum fundamentum ſucceſſionis, quod in regnis obtinet. De jure eventuali. *Vide indicem*, voce *ſpes.*

PRO-

Digitized by Google

PROPOSITIO VI.

Jus hoc ſuccedendi poſt mortem parentum incipit in momento nativitatis, & transfertur in nepotes.

DEMONSTRATIO.

Etſi igitur liberi non ſuccedant niſi poſt mortem parentum, jus tamen ſuccedendi eis natum eſt in momento nativitatis: ſed in eventum, *ſi parentes morientur.* Homo enim ex quo naſcitur, & ſpiritum ducit, habuit jus occupandi ad ſuum uſum, in cujus locum ceſſit liberorum ſucceſſio; adeoque ex eo tempore, ex quo natura liberis datum eſt jus in hanc terram, ejuſque uſum, fundatum quoque eſt jus ſuccedendi, quod in locum juris occupandi, & utendi res terræ ſubiit. Sane, ſi pater in momento nativitatis moreretur, filius eo momento ſucceſſurus eſſet: adeoque tunc jus jam habuit. Denique ſi ex momento nativitatis jus liberis quæſitum non eſſet, adhuc deficeret jus occupandi, ſi forte pater decederet ante avum, nec propria bona ſibi acquiſiviſſet.

Hinc jam apparet origo juris repræſentandi in deſcendentibus: ut nepos ex filio defuncto ſubeat in locum patris, ejuſque jure cum filio ſuperſtite ſuccedat avo. Filius enim defunctus jus ſuccedendi in caſum mortis patris jam habuit; quod jus, cum eventu ſuo, tranſmittit in nepotem, & hic in pronepotem, & ſic porro. Unde eſt quod in hac ſucceſſione repræſentativa jus defuncti filii inſpiciatur, ſeu ſtirpis, qui jus ſuum tranſmittit; adeo ut licet plures nepotes exiſtant, tamen unam ſaltem acquirant portionem patris prædefuncti. Atque hæc ſucceſſio vocatur in ſtirpes (*Vid. Nov.* 118); quia non jure proprio ibi ſucceditur, ſed jure ſtirpis.

Hæc autem ratio cum tantum in deſcendentibus obtineat, ad collaterales, & aſcendentes non pertinet. Nam in præcedenti *Prop.* 2. dictum jam eſt, collaterales, & aſcendentes non ſuccedere ex jure naturæ ſurrogato: adeoque dici non poteſt, jus ſuccedendi illis ex momento nativitatis quæſitum eſſe. Cum ergo lege demum civili admittuntur, jus eorum incipit ex momento mortis ejus, de cujus hæreditate agitur. Atque hinc ſi præmoriuntur hæredes ex lege vocati, quia nullum jus habent, nullum jus transferunt. Adeoque ex ſingulari juris civilis beneficio eſt, quod fratrum germanorum liberi cum fratribus concurrant in ſtirpes in ſucceſſione fratris. *Nov.* 118.

Sed & porro ex his conſtat, patrem jus hoc eventualiter liberis quæſitum auferre illis nulla ratione poſſe. Etſi enim vivus de bonis ſuis diſponere pro lubitu, eaque alienare poſſit; tamen hoc ipſo non jus ſuccedendi tollitur, ſed bona ſaltem deficiunt, in quæ ſuccedat. Equidem uſu teſtamentorum introducto, eoque parentibus conceſſa facultate etiam poſt mortem diſponendi, recte ſimul leges ſtatuerunt, ut jus liberorum pro ratione dignitatis, & patrimonii ſalvum ſit; adeoque jure civili conceſſus teſtandi uſus eſt ſalva parte, quæ cum jure naturæ definita non ſit, lege eſt definienda, & a JCtis Romanis ita definita eſt, ut olim quarta, poſtea triens, vel ſemis relinqui debuerit: adeo ut ea non relicta, teſtamentum contra officium pietatis tanquam a furioſo factum videatur.

PROPOSITIO VII.

Succeſſionis jure naturæ incapaces ſunt 1. *illegitimi; hi enim tantum ad matris ſucceſſionem admittuntur;* 2. *legitimati omnes:* 3. *adoptati, niſi quatenus ex pacto jus oritur:* 4. *qui jure naturæ ſupplicio afficiendi. Non* 5. *infantes: nec* 6. *furioſi: nec* 7. *ex capta nati: nec* 8. *fœminæ: nec* 9. *hæredes diverſæ confeſſionis.*

DEMONSTRATIO.

Primo igitur a patris ſucceſſione excluduntur illegitimi, ſive illi naturales ſint, ſive ſpurii, ſive ex damnato coitu, ſive ex adulterio nati. Idque verum eſt, etſi pater putet, & fateatur, ſe patrem eſſe. Quia natura unicum ſaltem medium conſtituit certitudinem prolis cognoſcendi, juſtum ſcilicet conjugium. Hoc unicum argumentum naturæ eſt, quo patrem demonſtratum voluit; quo ceſſante, jure naturæ pro patre non habetur. Hinc alibi diximus, vocem filii non eſſe meram vocem naturæ, ſed juris; ut non intelligantur, niſi qui jure filii ſunt: adeoque jura filiorum ad hos ſolos pertinere poſſunt. Sed & porro liberi illegitimi nec pars familiæ ſunt, (quia nec eorum mater pars eſt familiæ) nec eo animo aſſumti. De quo plenius *infra ad* §. 8.

Aliud obtinet in matre: neque hactenus par eſt utriuſque parentis conditio. Nam 1. cauſa vetiti promiſcui concubitus eſt in ſolo patre, non in matre; hæc enim ſemper certa eſt, nec ideo opus fuit lege nuptiarum: ſed propter patrem, ut ille certus ſit. Cum ergo ratione matris filius certus ſit, jura quoque filiorum ei denegari nequeunt. Alias 2. ſpurii excluderentur a jure occupandi,

quod citra ſucceſſionem eis ſalvum eſſe nequit. Sed & 3. adeſt affectus in matre, utpote certa, eoque & votum illud naturæ. Atque hinc ſpurii jure civili ſuccedunt matri, & cognatis maternis. *L.* 2. *l.* 8. *ff. Unde cogn.*

Atque hinc eſt quod pater alere quoque non teneatur ſpurios, quia certus non eſt, niſi ſuos eſſe fateatur: uti in liberis ex concubina natis fit. At mater ſemper alere liberos tenetur, quia ſemper certa eſt, & in ſpuriis eadem eſt neceſſitatis ratio, & idem matris affectus, qui in legitimos. Neque crimen matrem abſolvit ab onere, ut improbæ ſint melioris conditionis, quam probæ: *de quo infra* §. 8.

Secundo, legitimati quoque non ſuccedunt patri; 1. quia illegitimi natura filii non ſunt: adeoque impoſſibile eſt ut pacto parentum jus, quod natura negavit, iis tribui poſſit. Sed & 2. legitimatio fieri non poteſt, niſi per retrotractionem, adeoque per fictionem: omnes autem fictiones ſunt juris civilis. Accedit 3. quod jus ſuccedendi quæſitum jam ſit legitimis liberis ex momento nativitatis, quod pater, legitimando naturales, auferre illis nequit. Equidem 4. donare illis bona, & inter vivos relinquere, pater poteſt; non vero legitimando efficere, ut beneficio, quod natura ſolis liberis legitimis dedit, fruantur. (*Vid. tamen infra* §. 9.)

Tertio, adoptivis natura nullum jus ſuccedendi competit; ſed ſi ſuccedunt, id ex pactu eſt: de quo plenius *dict.* §. 8.

Quarto, is, qui crimen commiſit morte dignum, jus ſuccedendi non habet. *Vid. not. ad d.* §. 8. *in fin.* Quia qui vita indignus eſt, jurium quoque vitæ dignus haberi nequit.

Quinto, infantes omnino ſuccedunt. Nam jus ſuccedendi ex momento nativitatis naſcitur, quia ex hoc quoque momento jus occupandi illis competit. *Vid. infra* §. 8. *in fin.* Adminiſtratio autem aliis interim defertur. *Vid. ſupr. cap.* 3. §. 6. & *c.* 5. §. 2. *n.* 2.

Sexto, nec furioſi excluduntur ab hæreditate parentum, quia jura quoque furioſis quæruntur, *vid. infra.* §. 8. *in fin.*; etſi adminiſtratio per alios fieri debeat. *Vid. indicem*, voce *furioſus*.

Septimo, de natis ex capta dubitari poteſt, quin ſerva eſt: adeoque omnium jurium incapax. Reſp. incapax eſt jurium civilium; at jura naturæ cum ea obtinent, adeoque & conjugium, & quæ exinde ſequitur ſucceſſio: etiam in regnis. *Vid infra* §. 8. *in fin.*

Octavo, nullum dubium eſt, fœminus natura parentibus ſuccedere æque, ut maſculi; quia utrobique eadem ratio, eadem neceſſitas, idem affectus, eademque propagationis ratio eſt. *Vid. prop.* 2. Cur autem fœminæ naturaliter a regnorum ſucceſſione excludantur, videbimus infra §. 17.

Nono, de diverſæ confeſſionis perſonis, quin natura invicem ſuccedere poſſint, itidem dubium non eſt. Nam certum eſt, nuptias inter hujusmodi perſonas licitas eſſe, quia de ſuo jure cohabitandi diſponunt: atque hæc regula, uti omnia jura naturæ, æque cum gentili, ac cum Chriſtiano, obtinent. Dato autem, nuptias legitimas eſſe, neceſſario ſequuntur jura ſucceſſionis, etſi liberi quoque diverſæ ſint confeſſionis. Excipe, ſi lege civili ſtatutum ſit, ne hæretici ſuccedant; quales jure codicis ſunt illi, qui a IV. conciliis Oecumenicis diſſentiunt. *Vid. infr.* §. 8. *in fin.*

Additio.

„ Expoſuimus ſyſtema Grotii. Principia B. Parentis manifeſta ſunt ex Poſitionibus præcedentibus. Supereſt ut noſtram quoque ſententiam *de origine ſucceſſionum ab inteſtato* aperiamus, quam ex Diſſertationibus proœmialibus delibare liceat.

NOTA EDITORIS. Sequitur in *Editione Wratislav.* hæc ſententia, impletque aliquot paginas. At cum Diſſertationum ipſarum Proœmialium volumen Tomo I. hujus noſtræ editionis præmiſſum ſit, illuc Lectorem amandamus. Patebit autem illa evolventi *Diſſertat. Proœm. XII.* §§. 278 - 282.]

Poſito dominio] „ Nam ex hypotheſi Auctoris quædam juris naturalis dicuntur citra voluntatem humanam: quædam non niſi poſita voluntate humana; atque ad hæc refert dominium, *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 4. Quia in primævo rerum ſtatu natura omnes res communes fuiſſe, & facto demum hominum dominia orta eſſe, fingit. *Vid. Diſſ. Proœm.* 1. §. 79. & *Diſſ.* VI. §. 39. *n.* 3. & 4.

„ Poſito igitur tali dominio, ſucceſſionem ex teſtamento, (*Vid. c.* 6. §. *f.*) & ſucceſſionem ab inteſtato, naturalem originem habere, §. 2. *pr.* & §. *b.* indeque *juris naturalis* eſſe *pro certo rerum ſtatu*, ait. *Vid. Diſſ. Proœm.* 1. §. 79.

Remota omni lege civili] „ De lege civili enim ſe non agere, dixit *ſupra* §. 1. *n.* 1.

Ex conjectura voluntatis] „ Ex hypotheſi Autoris tota ratio ſucceſſionis naturalis inter aſcendentes, & deſcendentes, his conjecturis nititur. 1. Quod cum introducto „ dominio

Digitized by Google

„ dominio quilibet jus habeat de re ſua diſponendi, nec tamen ante mortem de ea diſponit; præſumatur bona ſua relinquere voluiſſe ei, cui ea relinquere voluiſſe maxime probabile eſt. 2. Quod in dubio credi debeat voluiſſe id, quod honeſtum, vel æquiſſimum eſt, ſive ex debito, ſive ex officio. 3. Æquiſſimum autem eſſe, ſuccedere debere *liberos* parentibus; partim ex debito naturæ ſaltem laxiori, quia alere eos debent; partim ex conjectura naturali, qua parentes creduntur id velle, ut liberis quam optime proſpectum ſit. 4. Æquiſſimum eſſe ut *nepotes* ſuccedant in locum liberorum præmortuorum; quia cum avi, deficientibus parentibus, alere ex honeſtate nepotes teneantur, credendum ſit avos nepotibus ſuis bona relinquere voluiſſe. 5. Æquiſſimum eſſe ut poſt liberos ſuccedant *parentes*, quia parentibus ſaltem ex officio alimenta quoque debeantur. Quod ſyſtema uberius expoſuimus in *Diſſ. proœm. VI.* §. 29. §. 5. *ſeq.*

„ In genere autem hic notandum eſt, male *jus naturæ* ex conjecturis deduci, utpote cujus norma certa eſſe debet. Sane de voluntate creatoris certo conſtare debet, eum jus dediſſe liberis in bonis parentis ſuccedendi. &c. Conjectura autem ſemper incerta eſt; adeoque non niſi jus incertum inde oriri poteſt. Præterea notandum eſt, per ſolam hanc conjecturam voluntatis, jura hæreditatis in hæredes non transferri poſſe; quia dominia non aquiruntur niſi accedente traditione.

„ Adeoque *I.* male fingitur, *eum ſuccedere jure naturæ, quem defunctus probabiliter voluit.* Quia 1. hæc conjectura admodum incerta eſt. Nam 2. cum amico, cum remotiore agnato &c. ſæpius major eſt conſuetudo, quam cum liberis, & cum agnato proximiori: utpote quos odio aliquando habere ſolet defunctus; & tamen ab inteſtato præferuntur. 3. Hæc voluntas teſtatoris inferret diſpoſitionem poſt mortem, ubi velle amplius nequit.

„ *II.* Male fingitur, *defunctum voluiſſe quod honeſtiſſimum, ac æquiſſimum eſt.* Nam ponamus, hominem impie vixiſſe, & abſque pœnitentia mortuum eſſe: illa conjectura honeſtatis, & æquitatis in eo ceſſabit; & tamen ejus liberi ſuccedunt.

„ *III.* Male fingitur, *æquiſſimum, ac honeſtiſſimum eſſe, ſuccedere liberos.* Quid ſi enim improbi ſint liberi, & male morati? quid ſi divites ſint liberi? Anne tunc æquius eſt bona dare pauperibus? Sed ponamus, honeſtum eſſe liberos ſuccedere parentibus; non tamen id eſt neceſſitatis, neque jus inter homines inde oritur.

„ Sed & verum non eſt, ex jure alimentorum neceſſitatem ſuccedendi ſequi: ut mox plenius explicabimus.

„ *IV.* Male fingitur, *nepotes ſuccedere in locum filiorum, vice alimentorum;* quia ſtatim probabimus, debitum alendi nihil commune habere cum jure ſuccedendi: & jus repræſentandi ex plane alia ratione ſequi.

„ *V.* Male fingitur, *poſt liberos ſucceſſionem deberi parentibus, ex eadem æquitatis, & alimentorum neceſſitate.* Cum enim præſumta illa æquitas, & alendi neceſſitas, nec liberis jus ſuccedendi tribuat; nedum parentibus, quibus alimenta jure naturæ non debentur, tribuere poterit. Et ſi ex officio, & pietate demum debentur, id debitum nullam infert neceſſitatem inter homines.

Ut domini voluntate transferri in alium poſſit] „ Hic perpetuus eſt error Auctoris, ſola voluntate dominium in alium transferri poſſe, adeoque ex conjectura talis voluntatis dominium etiam ab inteſtato translatum videri. Nam alibi probavimus, ſine traditione non transferri dominium. Quo modo autem traditio fiat in ſucceſſione liberorum, infra videbimus.

Etiam mortis cauſa, ac retenta poſſeſſione &c.] „ i. e. per diſpoſitionem teſtamentariam. Hanc enim Auctor definit alienationem rei in caſum mortis, retenta interim poſſeſſione, & pleniſſime fruendi uſu, ſub lege revocandi.

Supra diximus] „ *l.* 2. *c.* 6. §. *fin.* Ubi definitionem hanc refutavimus.

Si quis voluntatis ſuæ nullam edidiſſet teſtationem] „ i. e. ſi abſque teſtamento mortuus eſſet.

Cum tamen credibile non eſſet &c.] „ Imo hoc magis credibile eſt, *voluiſſe bona ſua cedere occupanti:* tum quia cum potuiſſet teſtari, & liberis relinquere bona, id non fecit: tum quia hæreditas, eique cohærens dominium, ſine traditione nec natura transferri poteſt.

Sequebatur ut ejus bona intelligerentur &c.] „ Hinc ſucceſſionem ab inteſtato, Auctor ait, eſſe teſtamentum ex conjectura voluntatis. *Vid. infra* §. 10. *n.* 1.

Cujus ea eſſe voluiſſe defunctum, maxime erat probabile] „ Dictum jam eſt, contrariam potius inde ſequi præſumtionem; dum enim in

,, in ſavorem liberorum diſponere potuiſſet,
,, nec id fecit, de iis cogitaſſe non videtur.
,, Dictum quoque eſt, ſola voluntatis conjectu-
,, ra jura in re non in alium transferri; cum
,, nec voluntate ſatis declarata poſſint.

Defunctorum voluntatem intellexiſſe &c. *pro jure eſt*] ,, Poſito ſcilicet teſtamentorum uſu;
,, nam Plinius ſupponit teſtamentum ſactum,
,, & in eo legatum fuiſſe: & quærebatur,
,, quomodo voluntas teſtatoris, quæ dubia vi-
,, debatur, ſit interpretanda? Plinius decidit,
,, *hæredibus faciendum eſſe, quaſi teſtator ſcrip-*
,, *ſerit, quod ipſe ſcripſiſſe ſe credidit*; inde-
,, que concludit, cuſtodiendam eſſe defuncti
,, voluntatem, *quam bonis hæredibus intelle-*
,, *xiſſe, pro jure eſt. Plin. l.* 4. *ep.* 10. Ex hoc
,, igitur Plinii loco plane non ſequitur, jure
,, naturæ *ejus eſſe bona intelligi, cujus ea eſſe*
,, *voluiſſe defunctum maxime erat probabile.*
,, Nam uti teſtamenta ipſa ſunt ex jure civili,
,, ita & hoc juris civilis eſt, ut non tam ver-
,, ba teſtatoris, quam ejus mens, inſpici de-
,, beat *l.* 12. *ff. Reg. jur. Barboſ. l.* 2. *c.* 52.
,, *Ax.* 2.

Creditur autem in dubio id quoque voluiſſe &c.] ,, Quia moriens non videtur aliquid vo-
,, luiſſe, quod lædat juſtum, & honeſtum. *l. f.*
,, *C. Leg. Jul. rep. Teſm b.* At regulam hanc
,, refutavimus in præcedentibus. Sed & con-
,, jecturam hanc voluntatis non ſufficere ad
,, jus hæreditarium, i. e. ad jus in transfe-
,, rendum, diximus.

In hoc autem genere] ,, Ubi de honeſta-
,, te, & æquitate agitur.

Prima eſt cauſa ejus, quod debetur] ,, De-
,, beri autem hic ſumit, non ſenſu proprio, &
,, ſtricte ſic dicto; ſed ſenſu laxiori, nimirum,
,, ex caritate. Nam ex hoc demum jure liberis
,, alimenta, adeoque & ſucceſſionem deberi,
,, ait §. *ſeq.*

Proxima ejus, quod etſi non debetur, officio congruit] ,, Auctor enim in actibus virtutum
,, diſtinguit eas virtutes, quæ obligationem
,, intuitu Dei producunt, & quam ex jure
,, naturæ laxiori ſenſu ſumto deducit; ab eis
,, virtutibus, unde nulla oritur obligatio, etſi
,, ſi ultro ab hominibus peraguntur, ſua non
,, ſunt caritura mercede. *Vid. Diſſ. proœm. II.*
,, §. 9. Atque ad hos actus poſteriores refert
,, ſucceſſionem parentum. Quia defuncti vo-
,, luiſſe creduntur id, quod honeſtiſſimum
,, eſt. §. *b.*

Ad §. IV.

Auctor totam ſucceſſionis rationem inter aſcendentes, & deſcendentes, ex alimentis deducit: & ex ordine alendi ad ordinem ſuccedendi argumentatur; quod omni ratione caret. Nam 1. alimenta tantum debentur vivo patre; (poſt mortem enim pater alere liberos nec debet, nec poteſt) ſucceſſio vero demum poſt mortem patris incipit. 2. Alimenta tantum debentur uſque ad pubertatem: adeoque & jus ſuccedendi cum pubertate deficeret. 3. Alendi neceſſitas tunc demum obtinet, ſi filius ſe ipſum exhibere non poteſt: adeoque jus ſuccedendi ceſſaret, ſi liberi ſunt locupletes. 4. Pater ſpurium quoque natura alere tenetur, qui tamen non ſuccedit.

Diſputant JCti] ,, Præter auctores à Grotio 1
,, ad marginem allegatos, vide *Puſendorf.*
,, *de Jur. Nat. L.* 4. *c.* 11. §. 5. *Carpz. p.* 2.
,, *c.* 10. *d.* 18. & *p.* 3. *c.* 26. *d.* 5.

Debitum tamen non eſſe] ,, Adeoque nec
,, liberos jus habere exigendi alimenta, nec
,, parentes obligari ad ea præſtanda.

Nos omnino diſtinguendum arbitramur]
,, Diſtinctionem inter juſtitiam expletricem,
,, & attributricem, exploſimus ſupra *L.* 1. *c.*
,, 1. §. 4. §. 7. & 8. Nam juſtitia illa attri-
,, butrix, quæ aptitudinem reſpicit, nihil a-
,, liud eſt, quam perfectio, quæ regula eſt
,, virtutis: adeoque ad juris noſtri doctrinam
,, plane non pertinet.

Quod ſtricte interdum ſumitur pro ea obligatione, quam inducit jus expletorium] ,, Ali-
,, bi dixi, omne jus eſſe expletorium, neque
,, debitum inter homines ex alio jure concipi
,, poſſe. *Vid. Diſſert. proœm. I.*

Interdum laxius, ut ſignificet id, quod niſi inhoneſte omitti non poteſt] ,, Debitum hoc
,, non ex jure ſociali, ſed ex jure humanæ na-
,, turæ, ſeu laxiori oriri, ait; de quo integra
,, diſſertatione procemiali II. egimus.

Etiamſi honeſtas illa non ex juſtitia expletrice] ,, i. e. ex jure naturæ ſociali.

Sed ex alio fonte],, Nimirum ex jure naturæ
,, laxiori, quod ex convenientia cum natura
,, humana, i. e. exjudicio recte conformato
,, ad æſtimanda, quæ delectant, aut nocent,
,, oritur. *Vid. proleg.* §. 9.

Eſt autem id, de quo agimus, debitum illo ſenſu laxiore] Verum non eſt, alimenta liberis tantum ex honeſtate deberi; nam ſtricto jure naturæ parentibus neceſſitas alendi liberos in-

Digitized by Google

incumbit : idque ex medii neceſſitate , & fine propagationis, probavimus *ſupra c. V. §. 1. pag.* 229. ad verba *Generatione parentibus.* Neque enim vivere liberi , neque propagari familiæ poſſunt , niſi infantes alantur. Atque hac ipſa ratione utitur Auctor, & præterea provocat ad motum omnibus animantibus communem ; quæ rationes non ad jus aliquod laxius , adeoque non ad juſtitiam attributricem, ſed ad jus expletorium pertinent. Sane JCti Romani educationem liberorum ex eo jure naturæ deducunt , quod natura omnia animalia docuit.

Niſi aliqua lex humana accedat] ,, Imo de-
,, bitum hoc ex ipſo jure naturæ ſtricte ſic di-
,, cto ſequitur.

Ita accipio] ,, Imo debitum Valerius Max.
,, non in ſenſu Auctoris accepit pro eo , quod
,, ex honeſtate debetur : ſed pro eo , quod ſtri-
,, cto jure naturæ debitum eſt.

Liberi hæreditatem ut ſibi debitam expectant]
,, Quia liberi vivo parte jam ſunt quodam
,, modo domini bonorum paternorum ; cujus
,, rei rationem naturalem expoſui §. *præced.*

Qui dat formam , dat quæ ad formam ſunt neceſſaria] ,, Ex medii , & finis neceſſitate.
,, vid. *indicem* , voce *finis.*

Quare qui cauſa eſt ut homo exiſtat , is &c. proſpicere ei debet de his , quæ ad vitam humanam &c. ſunt neceſſaria] ,, Officium enim ,
,, & ordo propagationis aliter expediri non
,, poteſt.

Quantum in ſe eſt] ,, Secus ergo ſi pau-
,, per eſt , vel alias impeditur ; ad impoſſi-
,, bilia enim non tenetur.

Et quantum neceſſe eſt] ,, Superflua igitur
,, exhiberi non debent. Sed & tunc alimenta
,, ceſſant , quando liberi ſe ipſos exhibere,
,, (*vid. l.* 7. §. 5. *ff. Agnoſc. lib.*) vel ipſi lu-
,, crari panem opera ſua poſſunt.

De his , quæ ad vitam humanam , natu-
,, *ralem , ac ſocialem*] Per ea , quæ ad *vitam*
,, *ſocialem* pertinent , Auctor intelligit ſumtus
,, ad inſtruendum mores adhibendos , qui pa-
,, riter ad educationem pertinent. *Vid. l.* 5. §.
,, 12. *de Agn. lib.*

Nam ad eam natus eſt homo] ,, Hoc ve-
,, rum non eſſe, vidimus *in proleg.* §. 7. & 8.

2 *Ea de cauſa , inſtinctu ſcilicet naturali*]
,, Ex hoc autem inſtinctu apparet , naturam
,, id non ſaltem ſuadere , ſed præcipere.

Juriſconſulti veteres] ,, Ulpianus in *L.* 1.
,, §. 3. *ff. Juſt. & jur.* & *L.* 5. *per tot. de*
,, *agn. lib.* Paulus ait , necare videri , qui li-
,, beris alimenta denegat. *L.* 4. *ff. Agn. lib.*

Nobis ipſa præſcribit ratio] ,, Non ergo
,, ſola honeſtas.

Ut cognata hac charitate continua ſucceſſio ad æternitatis circulum perveniat] ,, Natura
,, voluit , humanum genus propagari ; at fieri
,, id non poteſt , niſi parentes liberos ſuos a-
,, lant.

Partem jure gentium peto] ,, I. e. jure na-
,, turæ : non ergo demum ex honeſtate.

Teſtamentum , quo filius excluditur , impium dixit] ,, Tale teſtamentum impugna-
,, tur tanquam a non ſanæ mentis homine , *l.*
,, 2. *l.* 5. *Inoff. teſt.* tanquam a demente , &
,, furioſo , *l.* 13. *in ff. Eod.* ac contra officium
,, pietatis factum , *d. l.* 2. *d. l.* 5. §. 1. & *pr.*
,, *Inſt. de inoff. teſt.*

,, Cæterum neceſſitas alendi liberos infini-
,, tis auctoritatibus firmari poteſt. Vide *Gell.*
,, *N A. l.* 12. *c.* 1. *I. Timoth. V* , 8. *Diſt.*
,, 30. *c.* 14. *Caſſiod.* 1. *Var.* 38. Conf. ea, quæ
,, late expoſita ſunt ſupra *ad c.* 5. §. 1. &
,, *ſeq.*

Ideo etiam vulgo quæſitos alere mater debet] ,, Non pater , quia incertus eſt : utpote
,, cum ſolæ nuptiæ certum patrem demon-
,, ſtrent. Secus ſi pater non neget ſe patrem
,, eſſe , vel convictus ſit ; tunc enim omnino
,, alere debet ſpurium , quia educare eum de-
,, bet : pars autem educationis eſt alere , etſi
,, non ſuccedat patri.

Additio.

,, Quæritur , an jure civili quoque, & mori-
,, bus , pater liberos ſpurios alere teneatur ?
,, Affirmatur : *Auth. Licet. C. de Nat. lib.*
,, idque ex ratione ante allegata. Quod ve-
,, rum eſt , etſi pater 1°. probet , ſe invita-
,, tum ad ſtuprum fuiſſe, *Brunnem. J. Eccl. L.*
,, 3. *c.* 5. §. 9. 2°. Etſi partus ex damna-
,, to coitu natus ſit. *Carpz. Juriſpr. Conſ. L.*
,, 2. *tit.* 14. *def.* 242. *n.* 5. 3°. Etſi mater
,, jam ante ſtuprata fuerit. *Carpz. Prax. crim.*
,, *p.* 2. *q.* 68. *n.* 118. 4° Licet quoque par-
,, tus ſit adulterinus , *Carpz. d. qu.* 68. *n.*
,, 122.

,, Si contumax ſit ſtuprator , partus immit-
,, titur in ejus bona. *Carpz. Juriſpr. Conſ. L.*
,, 2. *tit.* 14. *d.* 230. & 243. Quod etiam
,, verum eſt ſi de ſtupro accuſatus fugiat : vel
,, prætextu militiæ , ſtudiorum , aut peregri-
,, nationis, in alium ſe transferat locum. *Stryk.*
,, *ad Brun. J. Eccl. L.* 2. *c.* 18. *n* 28. *per l.* 3.
,, §. 7. *ff. de milit. L.* 7. §. 2. *ff. Suſp. tut.*
,, Et tum curator abſentis neceſſaria partui
,, ſubminiſtrat *Brunn. L.* 3. *dec.* 38.

,, Si ſtuprator vel contumax , vel fugiti-
,, vus ipſe bona nnn habet ; uſu receptum eſt,
,, ut pater ejus alimenta partui præſtet in ſub-
,, ſidium : *vid. L.* 5. §. 2. & 9. *ff. h. t. Carpz.*

J.

Digitized by Google

„ *J. Conſ. p.* 2. *tit.* 14. *def.* 243. *Coler. de*
„ *alim. L.* 1. *c.* 8. *n.* 12. *Stryk. U. M. tit. de*
„ *Concub.* §. 3. *Id. ad Tit. de adult.* §. 24. *Id.*
„ *ad Brunn. J. Eccl. L.* 2. *c.* 18. §. 28; modo
„ conſtet, partum filii eſſe, quod ex fuga ejus
„ præſumitur. *Brunn. cent.* 3. *dec.* 35. *n.* 3.
„ Deficiente patre, avus, & avia paterna
„ in ſubſidium alere tenentur. *arg. l.* 5. §. 2.
„ *&* 9. *Agn. lib.* His deficientibus mater ſtu-
„ pratoris, & materni aſcendentes, in offi-
„ cium alendi ſuccedunt. *d. l.* 5. §. 2. *Surd.*
„ *dec. L.* 2. §. 8. *def.* 3. *Stryk. U. M. tit. de*
„ *Conc.* §. 5. *Col. de alim. L.* 1. *c.* 8. *n.* 4.
„ *Carpz. p.* 2. *c.* 10. *def.* 20. Atque ita contra
„ matrem ſtupratoris pronunciatum eſt in Su-
„ pr. appell. jud. Berol. Menſ. Jun. 1723. in
„ cauſa *der Wittwen Kottenkampff* contra
„ S. *Marien Moſerin.*

„ Stuprator, qui fatetur ſtuprum, at ne-
„ gat ſe patrem filii eſſe, nihilominus ali-
„ menta partui præſtat; quia præſumtio eſt
„ contra eum, quod pater ſit, donec alios
„ cum ea rem habuiſſe probetur. *Carpzov.*
„ *J. Conſ. L.* 2. *tit.* 14. *def.* 232. Eadem quo-
„ que præſtandorum alimentorum neceſſitas
„ obtinet, etſi ſtuprator ſit egenus, & quo-
„ tidianis laboribus victum quærere tenea-
„ tur: quidquid diſſentiat *Carpz. J. For. p.* 4.
„ *c.* 27. *def.* 11. *& Prax. Crim. p.* 2. *q.* 68.
„ *n.* 127, qui ad impoſſibilia neminem te-
„ neri, ait; verum ſi alere partum, inde-
„ que dotare ſtupratam non poteſt, ducere
„ eam debet. Alere ſtuprator quoque partum
„ tenetur; etſi ſtuprata delatum ſibi jura-
„ mentum, quod cum nemine alio rem ha-
„ buerit, præſtare noluerit: niſi juſta cauſa
„ ſit de levitate ſtupratæ ſuſpicandi, ejuſque
„ vita ante acta ſuſpecta ſit, *Carpz. J. Conſ.*
„ *L.* 2. *tit.* 14. *def.* 239: talis cauſa autem
„ non eſt, quod ſemel jam ſtuprata ab alio
„ fuerit; nam inde non ſtatim promiſcuus
„ concubitus infertur.

„ In cauſa hac alimentorum nec appella-
„ tio, nec ullum aliud remedium, niſi quoad
„ ſolum effectum devolutivum, admittitur.
„ Vid. *Stryk. ad Brunn. J. Eccl. L.* 2. *c.* 18.
„ §. 28.

„ Not. Voce alimentorum continentur
„ omnia, quæ ad ſuſtentationem partus, &
„ matris requiruntur, *L.* 1. §. 19. *ff. de Ven-*
„ *tr. in poſſ. mitt. L.* 5. §. 12. *ff. h. t. L.* 43.
„ *L.* 44. *de V. S.* adeoque & miniſtræ, *L.* 4.
„ §. 1. *de Ventr. in poſſ.* Eoque pertinent *die*
„ *Gerichts-Koſten*, ſi ratione partus proceſſus
„ geritur, *L.* 5. §. *f. de Ventr. in poſſ.*

„ Quid ſi partus intra tempus, quo lactari
„ ſolet, moriatur? Resp. Tunc proprie ali-
„ menta non decernuntur; at quia obſtetrix
„ ſuum rogat præmium, quia in baptiſmum
„ quædam impendenda, quia mater, dum alit
„ partum, victum quærere vix poteſt, &c.
„ certa quædam Summa ex officio pro rata
„ determinari ſolet. *Carpz. Prax. Crim. p.* 2.
„ *q.* 68. *n.* 106. *Stryk. de Act. for. Sect.* 1.
„ *m.* 1. §. 7.

Ex damnato coitu natis nihil relinqui, le- 3
ges Romanæ volebant] Jure naturæ ex damnato concubitu nati ali omnino debent a parentibus, quia eſt pars educationis. Jure Romano adeo odio habiti ſunt hujusmodi concubitus, ut liberi ex tali conjugio nati non tantum non ſuccedant ab inteſtato, ſed & nec hæredes inſtitui, nec iis aliquid in teſtamento relinqui poſſit; quia inſtitutiones &c. oriuntur ex affectu, qui hic eſt damnabilis, & execrabilis. Neque hæc eſt pœna liberorum, qui inſontes ſunt: ſed parentum, quorum affectus lege damnatur. Sed & porro adeo ille affectus patris damnatus fuit legibus Romanis, ut parentes non obligati fuerint alere tales liberos. *Nov.* 89. *c. f.* At merito canones hoc correxerunt: & pœnam illam tantum ad ſucceſſiones, quæ lucrum inferunt, non vero ad alimenta, quæ ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria ſunt, pertinere voluerunt.

Sicut & naturalibus] i. e. qui non ex ſtupro, ſed ex concubina nati ſunt; differunt autem, quod illi vulgo, & ex promiſcuo concubitu nati ſint: hi ex concubina, quæ uni ſoli cohabitat. His ergo liberis omnino debentur alimenta, quia pater certus eſt; non vero ſucceſſio eis defertur, quia non ſunt ex juſtis nuptiis nati.

Lex Solonis] „ Idque etiam legibus Roma-
„ nis cautum eſt.

Relinquendum etiam quod ad alimenta neceſſarium eſt] Minus recte; nam morte patris neceſſitas alendi finitur.

Nec aliter capiendum eſt quod dici ſolet, legitimam humanis legibus tolli non poſſe, quatenus ſcil. ei inſunt alimenta] Cum præmiſſa vera non ſint, nec concluſio hæc vera eſſe poteſt. Diximus 1. ſucceſſionem deberi liberis, nullo reſpectu habito ad alimenta: adeoque & legitimam; imprimis cum 2. poſita hypotheſi Auctoris, legitima non deberetur liberis locupletibus, vel qui manu victum quærere poſſunt, vel poſt pubertatem: quia his caſibus alimenta eis non debentur. Sed & 3. ſæpius legitima non ſufficit ad alimenta: adeoque

Digitized by Google

que eorum intuitu conſtituta videri non poteſt.

Explicavimus rationem legitimæ in *Poſ. XI.* & *XII.* Diximus ibi, jure naturæ nullam eſſe ſucceſſionem liberorum, ſed patre mortuo bona illius eſſe nullius, & cedere occupanti: at jure gentium, & ceſſante occupatione, ſurrogatum eſſe jus ſuccedendi liberorum. Quo ipſo vero facultas patris diſponendi de re ſua inter vivos non tollitur; neque enim liberis in bonis patris ullum jus eo vivente quæſitum eſt.

Verum poſtquam teſtamentorum uſus introductus eſt legibus civilibus, iniquum viſum fuit, teſtatori facultatem concedere totam hæreditatem liberis auferendi; cum enim quædam ſucceſſio ex ſurrogatione juris naturæ neceſſaria ſit, ea teſtamento patris auferri liberis nequit: uti auferretur, ſi facultas teſtandi in infinitum patri competeret. Quantitas autem neque jure naturæ, neque jure gentium definita eſt; ſed id demum jure Romano factum, ubi legitima eſt & quarta, & poſtea triens portionis ab inteſtato debitæ. *Nov.* 18. *c.* 1.

Additio.

„ Nos liberis ſucceſſionem parentum ab in-
„ teſtato ipſa natura decretam eſſe, alibi pro-
„ bavimus. Hine ſacilis in ſtatu naturæ eſt de-
„ ciſio quæſtionis: *an liberis natura debeatur le-*
„ *gitima?* Nam non tantum legitima eis na-
„ tura debetur, ſed tota hæreditas: adeo ut
„ nec teſtamento patris ea auferri liberis poſ-
„ ſit, quia diſpoſitio teſtamentaria jure na-
„ turæ nulla eſt.

„ At introducto legibus civilibus teſtamen-
„ torum uſu, quæri poteſt: *an pater teneatur*
„ *liberis legitimam rilinquere, tanquam portio-*
„ *nem natura debitam?* Idque merito affir-
„ mamus. Diximus enim, naturali jure totam
„ deberi hæreditatem liberis. Si proinde le-
„ ge permittitur, ut pater de parte hæredita-
„ tis diſponere, eamque liberis auferre poſſit;
„ neceſſario ſequitur, reliquam partem, de
„ qua lex non diſponit, *natura* debitam ma-
„ nere. Idque probatur ex ipſis legibus Ro-
„ manis; nam teſtamentum, in quo liberis
„ legitima non eſt relicta, a non ſanæ men-
„ tis homine *l.* 2. *l.* 5. §. 1. *ff. inof. teſt.* tan-
„ quam a demente, & furioſo, *l.* 13. *in fin.*
„ *Eod.* ac contra officium pietatis factum cen-
„ ſetur, *d.l.* 2. *d. l.* 5. §. 1. *pr. Inſt. de inof. teſt.*
„ Indeque querela inofficioſi teſtamenti tale
„ teſtamentum infirmatur. *tot. tit. ff. inoff.*
„ *teſt.*

„ Alia autem quæſtio eſt: *an leges civiles*
„ *patri permittere poſſint, ut etiam de reliqua*
„ *illa parte, adeoque de legitima teſtari poſſit?*
„ Equidem nullam video rationem, quæ id
„ impediat. Nam 1. civitas communi conſen-
„ ſu leges de ſuo jure ſtatuere, & juri ſuo
„ natura quæſito renunciare: adeoque & civi-
„ bus facultatem de omnibus bonis poſt mor-
„ tem teſtandi concedere poteſt. Nam 2. ea-
„ dem jure, quo civitas, partem natura quæ-
„ ſitam liberis auferre potuit, eadem ratio-
„ ne quoque totam hæreditatem auferre po-
„ teſt. Idque 3. actu fecere legiſlatores, dum
„ militibus talem facultatem conceſſerunt,
„ & parentibus permiſerunt liberos ex qui-
„ buſdam cauſis exhæredare. Neque 4 me-
„ tuendum eſt, parentes id ſine juſta cauſa
„ facturos eſſe; quia affectus, quem natura
„ indidit parentibus erga ſobolem, hanc tu-
„ tam reddit. Conf. *Thomas. Diſſert. de le-*
„ *gitima viventis c.* 3. §. 23. *ſeq.* qui ex alia
„ ratione jus exhæredandi deducit, quia ſcil.
„ bona parentum liberis poſt mortem plane
„ non debentur jure naturæ: adeoque nec
„ legitima; idque ex ea ratione probat, quia
„ ſi hæreditas liberis deberetur natura, con-
„ tra jus peccatum fuiſſet, quod liberis cer-
„ ta ſaltem hæreditatis portio fuerit aſſignata,
„ &c: jus autem naturæ eſſe immutabile. *d.*
„ *l.* §. 25. At hæc ratio fallit; nam dictum
„ eſt, civitatem juri ſuo renunciare poſſe:
„ renunciat autem dum promittit ſe legibus
„ civitatis ſtaturam. Si proinde utilitas pu-
„ blica ſuadet, ut patribusfamilias liceat
„ excludere liberos vel a parte hæreditatis,
„ vel a tota; hæc lex eodem jure valet, quo
„ uſucapio, præſcriptio, res judicata &c.

Nam quod ſupra eſt, tolli poteſt, non repugnante natura] „ Verum non eſt, alimen-
„ ta liberis a patre poſt mortem deberi. Ve-
„ rum non eſt, liberis hæreditatem teſtamen-
„ to ad quantitatem alimentorum auferri ju-
„ re naturæ poſſe. Verum non eſt, lege non
„ poſſe legitimam tolli.

Ali autem debent, non tantum liberi primi gradus. ſed & ſecundi] Nam officium alendi natura regulariter quidem competit patri; at ſi hic deficit, idem officium incumbit avo: idque ex medii neceſſitate, quia familia avi absque alimentatione ſuperſtitis nepotis propagari nequit. Nec ulla ratio dari poteſt, cur ea extraneo magis incumbat, quam avo, qui formam dedit partui mediate. 4

Et ulterioris] v. g. pronepotes, abnepotes. &c.

Quod ad eos etiam producitur, qui per mulieres ex nobis veniunt] Nepotes, neptesque ex filia, ex eadem medii neceſſitate.

Si aliunde ali non poſſunt] „ Si aliunde
„ ali poſſunt, etiam illi, qui per maſculos ex
„ nobis veniunt, ali ab avo, & patre non
„ debent. *Vid. pr. h.* §.

Ad §. V.

1 Debentur *quidem & parentibus alimenta*] Quærit Auctor, *an parentibus alimenta jure naturæ debeantur?* Nos negamus 1. quia ratio nulla naturalis dari poteſt, cur filii parentes alere debeant. Nam talis quidem naturæ lex in liberis exſtat, qui a parentibus educari, adeoque & ali debent, cum alias propagari humanum genus non poſſit: at tota hæc ratio ceſſat in parentibus; liberi enim parentes educare non tenentur, teſtante id ſacra quoque pagina, 2. *Cor. III. v.* 4. Adeoque per denegationem alimentorum propagationis ordo non turbatur, aut impeditur; ſed & inſtinctus naturæ ceſſat. Sane nec bruta ferri in alitionem parentum, experientia docet. Idque fatetur ipſe Auctor, dum ait, jus alendi parentes non æque eſſe ordinarium, ac jus alendi liberos. Si vero naturæ jure liberi tenerentur alere parentes, id jus æque ordinarium foret; obligatio enim, quæ ex jure naturæ deſcendit, non habet gradus, ſed ſemper eadem eſt, i. e. pleniſſima. Natura enim jus ſuum cuique æqualiter tribuendum eſt.

Equidem ingrati ſunt liberi, qui parentibus alimenta negant, indeque pietatis eſt ea tribuere egentibus; at jure non tenentur. Cum vero leges civiles ſæpius circa ea, quæ virtutis ſunt, ferantur; idem contigiſſe videmus in officio alendi parentes: at tunc obligatio non ex naturæ ratione oritur, ſed ex lege civili.

Additio.

„ Negari nequit, pleraſque gentes jus alen-
„ di parentes inter debita poſuiſſe. Cicero,
„ parentes non alere, nefarium dixit, *ad*
„ *Attic.* 9. 9. Seneca legem apud Romanos
„ affert, *liberi parentes alant, aut vinciantur*, 1. *Controv.* 1. Jure civili Romano le-
„ ges tales exſtant in *L.* 5. §. 16. *ff. agn. &*
„ *al. lib. L.* 8. §. 5. *C. bon. quæ lib.* Atque ad
„ exemplum volucrum provocat Sophocles
„ *Electr. v.* 1061. Quinctilianus ait, parenti-
„ bus non præſtari alimenta, ſed reddi. *De-*
„ *cl.* 5. Apud Hebræos exſtitit lex de alen-
„ dis parentibus: atque hæc ratio eſt cur
„ *Korban* adeo improbet Servator, quia hoc
„ voto id, quod parentibus etiam alendi
„ cauſa datur, eccleſiæ cedit. *Vide infra c.*
„ 13. §. 7.

Solon] „ Verba Solonis apud Laertium hæc
„ ſunt: *Si quis parentes non enutrierit, is*
„ *ignobilis, obſcuruſque eſto. Teſm. h.*

Sed hoc non æque eſt ordinarium] „ Quia
„ parentibus tantum deberi alimenta, ait, ex
„ officio, ex pietate: adeoque ſaltem ex jure
„ naturæ laxiori.

Nihil ſecum afferunt, unde vivant] „ Ad-
„ eoque ex medii neceſſitate ali a parenti-
„ bus, qui formam eis dedere, debent; quæ
„ ratio ceſſat in parentibus.

Adde quod vivendum diutius habent]
„ Hæc ratio claudicat; nam nec liberis in
„ infinitum debentur alimenta, ſed ſaltem
„ ad pubertatem: nunquam autem poſt
„ mortem.

Sicut honor, & obſequium parentibus debetur] „ Id ergo proprium eſt ſolis paren-
„ tibus. *Vid. ſupra c.* 5. §. 6.

Ita educatio liberis magis, quam parentibus] „ Proprium igitur eſt liberis, ut illi a
„ parentibus educentur, non contra.

Magis natura jubet] „ Certum enim eſt,
„ amorem deſcendere, non aſcendere: ejuſ-
„ que rationem affert Ariſtoteles ab Auctore
„ allegatus *h.* §; nam quod ex aliquo ortum
„ eſt, id ei quaſi proprium eſt.

Etiam citra auxilium legis civilis] „ Quia 2
„ natura ipſa illis proſpexit. Non vero quia
„ id honeſtatis ſaltem, adeoque juris naturæ
„ laxioris eſt, uti putat Auctor. *Vid.* §. 4.

Quia creduntur parentes illis ut corporis ſui partibus &c. voluiſſe proſpectum] Conjecturam hanc voluntatis non inferre neceſſitatem, adeoque nec jus ſuccedendi, jam ante demonſtratum eſt. Sed & probavimus, ſucceſſionem a natura non dari, niſi ex ſurrogatione.

Additio.

„ Equidem conjectura voluntatis ab Au-
„ ctore allata inanis eſt; at ex alia ratione
„ originem juris ſuccedendi liberorum dedu-
„ ximus, illudque naturale eſſe probavimus.

Non tantum de neceſſariis] „ I. e. quæ
„ proprie ad alendum corpus pertinent.

Sed & de his, quæ ad vitam ſuavius, honeſtiuſque tranſigendam pertinent] „ I. e. Quæ
„ ad vitam ſocialem ſunt neceſſaria, quia ad
„ eam

Digitized by Google

„ eam natus eſt homo; ita enim rem explicavit Auctor §. *præced. n.* 1.

Ab eo maxime tempore] „ Imo eo ſolo tempore, quia tantum neceſſaria alimenta debentur.

Paulus JCtus] „ In *L.* 7. *pr. ff. Bon. damn.* ubi addit, propterea in jure civili ipſis *ſuorum* nomen inditum eſſe.

Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hæreditas] „ Auctor rationem ſucceſſionis aſcendentium pariter ex alendi neceſſitate deducit. Suppoſuit enim §. 3., defunctum indubie id voluiſſe, quod æquiſſimum eſt. Cum vero æquum ſit ut is, cui alimenta debentur, etiam ſuccedat, *ſupra* §. 4. & §. *b.* inde concludit, credibile, & probabile eſſe, defunctum parentibus bona relinquere voluiſſe (liberis ſcil. non exſtantibus); quia parentibus quoque alimenta a liberis debentur, ſaltem ex jure naturæ laxiori. §. 3. *in fin.* §. 4. §. *b.*

„ Nos demonſtravimus, liberos alere parentes jure naturæ non teneri: adeoque ex ipſis Auctoris principiis ratio ſuccedendi ceſſat. Diximus, argumentum ab alendi neceſſitate ad ſucceſſionem non valere: ſane juris naturæ laxioris eſt, alere egenos, *vid. L.* 1. *c.* 1. §. 8; non tamen inde jus eis oritur ſuccedendi. Sed & alibi probavimus, totam ſuccedendi rationem, quæ in liberis obtinet, ceſſare in parentibus. *Diſſ. proœm. XII.* § 285. *ſeq.* Unde notanter Papinianus ait, *parentes ad bona liberorum ratio miſerationis* (*quæ ratio mere civilis eſt*) *admittit: liberos naturæ ſimul, & parentum commune votum.*

„ Hinc ſponte ſequitur, jure naturæ (poſt introductum teſtamentorum uſum) parentibus non deberi legitimam. Quod igitur parentibus legitima ſit relinquenda, id ex arbitrio legiſlatorum Romanorum ita ſtatutum eſt.

Ratio miſerationis] In ſolatium amiſſi filii. &c.

Naturæ ſimul, & parentum commune votum] „ In quonam conſiſtat illud commune votum, vidimus in *Diſſert. proœm. XII.* §. 251.

Partim quidem ob præciſum debitum naturale] „ Imo jure naturæ plane non eſt ſucceſſio, niſi ex ſurrogatione: adeoque ex jure Gentium.

Additio,

„ Succeſſionem liberorum a natura eſſe, certum eſt. *Vid. ſupr.* §. Cæterum Auctor ſibi hic contradicere videtur, dum jus ſuccedendi ad *præciſum naturæ debitum* refert; cum ſupra §. 4. jus hoc non ad debitum ſtricte ſic dictum, ſed ad laxius, quod honeſtatis ſaltem eſt, retulerit.

Partim ex conjectura naturali] „ Imo ex conjecturis nullum jus ſequitur. Neque Papinianus *commune parentum votum* hoc modo intellexit; ſed ille ſupponit, parentes omnia acquirere familiæ, atque in uſum familiæ bona congerere: & cum hæc familia morte patris non intereat, ſed continuetur in liberis; merito, ait, ſucceſſionem ex voto parentum ad liberos transferri. Atque ita quoque rem explicat Apoſtolus in allegato loco.

Sanguini honorem reliquit, ait Valerius Maximus de Hortenſio, qui filium minus probatum &c.] „ Plane alio ſenſu id dixit Valerius Maximus; nam cum jure Romano exhæredari liberi nonniſi propter enormes injurias potuerint, Hortenſius diſſimulare potius injurias, quam ſanguini ſuo honorem adimere voluit.

AD §. VI.

Ideo *dum illi exſtant*] „ Quamdiu enim parentes exſtant, nondum exiſtit illa medii neceſſitas, ex qua ſola avo officium alendi incumbit. *Vid.* §. *præced. n.* 4.

Eorumve alter] „ Imo uterque deficere debet ad eum effectum, ut avi alere teneantur.

Æquum eſt, ut avus, aviaque, pro mortuo filio, filiaque curam ſuſcipiant] „ Hæc æquitas autem non eſt ex jure naturæ laxiori, uti Auctor putat, *Vid.* §. 4: ſed ex eo jure naturæ, quod homines inter ſe obligat; ex cujus diſpoſitione, deficientibus parentibus, officium educandi, adeoque & alendi, avis defertur: quia aliter propagationis negotium, quod natura humano generi commiſit, expediri non poteſt.

Quod & in parentibus longius remotis pari ratione procedit] „ Deficientibus parentibus, & avis, proavi, & ſic porro abavi, ſi exſtant, educare, ac alere liberos tenentur.

Atque hinc ortum traxit jus illud, ut nepos filii loco ſuccedat] Per jus repræſentandi intelligit Auctor jus, quo nepotes ſuccedunt in locum filiorum. Hoc jus deducit ex jure alendi nepotes, quod mortuis parentibus natura committit avis; hactenus enim nepotem

Digitized by Google

ſuccedere in locum filii, ait. At 1. verum non eſt, *ſucceſſiones* ab alendi jure dependere; quia *alimenta* debentur natura liberis, qui propter ætatem, vel egeſtatem, ſe ipſos exhibere non poſſunt, & ſequuntur ex educatione, ac ejus pars ſunt. *Hæreditas* autem debetur liberis etiam majoribus, & qui alimentis non indigent, ex ſurrogatione juris gentium. Hinc *alimenta* præciſe ſunt neceſſitatis, quia ſine illis liberi educari nequeunt, nec vivere; at *ſucceſſio* eis debetur, etſi nec a parentibus educentur, & licet abſque hæreditate vivere poſſint. Adeoque 2. jus repræſentandi non in eo conſiſtit, quod nepos ſuccedat in locum filii ad effectum alendi; ſed quod plures nepotes in locum unius parentis ſubeant: adeoque cum patruis non in capita ſuccedant, ſed in ſtirpes. Hoc autem jus 3. nititur ea ratione, quod liberi ex momento nativitatis jus aliquod eventuale ſuccedendi in bonis patris habeant, illudque jus in ſuos deſcendentes tranſmittant.

Additio.

„ Syſtema Grotii circa originem juris repræſentandi hoc eſt: Principii loco ponit, „ liberis deberi alimenta a parentibus, eoque bonorum ſucceſſionem. *Vid.* §. 4. & „ §. 5. Deficientibus vero parentibus, ait, „ avos ſuccedere in hoc alendi officium: „ atque ex eo capite nepotes avis quoque „ ſuccedere. §. 6.

„ Atque hanc originem eſſe, ait, vicariæ „ illius ſucceſſionis, qua nepos in locum filii ſuccedit, & quæ a recentioribus jus „ repræſentandi vocatur. §. 6. Addit, hoc „ jus pactis, moribus, & legibus variari poſſe. §. 11. *n.* 4.

„ At merito negamus, jus ſuccedendi oriri ex neceſſitate alendi. Liberi enim ſuccedunt patri, & avo, etſi vel ipſi habeant „ unde alantur, vel ipſi ſe alere poſſint: adeoque etſi neceſſitas alendi in parentibus „ ceſſet.

„ Alibi probavimus, liberos eſſe partem „ familiæ, & de juribus familiæ participare, „ eoſque hanc familiam patris continuare „ poſt ejus mortem, i. e. in omne jus ejus „ ſuccedere. *Vid. ſupra pag.* 678.

„ Equidem mortuis liberis ante patrem, „ omne eorum jus exſtinctum videtur, quia „ mortui nulla ſunt jura; adeoque etſi alios „ reliquerunt liberos, hi nullum jus in bona avi habere videntur: non ſuo jure, „ quia omne jus ſuum demum a patre habent: non jure patris, quia uti dictum „ eſt, jura patris cum vita exſtinguuntur.

„ At ex eo ipſo, quod nepos omne jus „ ſuum a patre habet, neceſſario ſequitur, „ nepotem ſubire in locum præmortui patris. „ Pater enim ex momento nativitatis jurium „ familiæ capax fit, ſimulque ſpem acquirit „ ſuccedendi in illam familiam, *ſi pater morietur.* Atque vi hujus juris eventualis „ dicitur quodammodo eſſe dominus bonorum paternorum.

„ Hoc jus, utut eventuale, hæc ſpes ſuccedendi, verum jus eſt, quod liberis jure „ familiæ cohæret: quodque ſi præmoriuntur, „ ad ſuos quoque liberos, qui pariter pars „ ſunt ejuſdem familiæ, tranſmittunt. Hi „ igitur nepotes uti in omnia jura familiæ „ ſuccedunt, ita & in jus illud eventuale, „ in ſpem, quam pater habuit, occupandi „ bona ſui patris.

„ Quando igitur caſus exiſtit, i. e. quando „ avus moritur, nepotes jure patris demortui, & ſubeundo in ejus locum, eam „ partem hæreditatis occupant, quam ipſe „ pater, ſi viveret, occupaturus eſſet. Et „ hoc eſt, quod Grotius ait, liberos primi „ gradus vocari, *etiamſi mortui ſint;* quia „ mortui in nepotes viventes jus ſuum tranſmittunt. §. 22. *n.* 1.

„ Inter collaterales jus repræſentationis „ natura locum habere nequit: quia collateralium ſucceſſio cognita natura non eſt. „ Sed nec in regnis juri repræſentationis locus eſſe poteſt; etſi enim toti familiæ, „ omnibuſque deſcendentibus delata ſit ſucceſſio, hi tamen non ſuccedunt niſi per „ lineas: adeo ut nunquam cum collateralibus concurrant.

„ Jus Romanum duo ſingularia conſtituit: „ 1. ut collaterales quoque ſuccedant: 2. ut „ inter collaterales, ſi fratrum prædefunctorum liberi cum thiis concurrunt, illi ſubeant in locum parentum. Ulterius enim „ juri repræſentandi locus non eſt.

Ulpianus] „ In *l.* 7. *ff. His, qui ſui, vel alien. jur.* ibi: *ſi qua pœna pater fuerit affectus, ut vel civitatem amittat, vel ſervus pœnæ efficiatur, ſine dubio nepos filii loco ſuccedit.* Nam pater nullum jus civitatis, „ utpote quod propter delictum amiſit, habuit: adeoque nec filius, nec nepos in „ illud ſuccedere poſſunt.

Modeſtinus] „ In *l.* 2. §. 7. *ff. Excuſ.* ibi: „ *auxiliantur autem tum, quando patre eorum mortuo, illius locum ſupplent avo; quotcunque autem nepotes fuerint ex uno*

„ *filio*

„ *filio , pro uno filio numerantur.*

Juſtinianus] „ In *Nov.* 118. *c.* 3.

Quæ per ſtirpes fit] „ Succeſſio in ſtirpes „ fit , quando remotiores gradus , ſubeundo „ in locum parentum præmortuorum , eo- „ rundem partem capiunt. §. 6. *Inſt. ſucc. ab* „ *int.*

Repræſentationem vocare amant recentiores] „ Indeque jus ſuccedendi in ſtirpes vo- „ cant jus repræſentationis.

Apud Hebræos diviſio agrorum &c.] „ Vid. „ *Num c.* 7. *& paſſ.* Adde *Seldenum de ſuc-* „ *ceſ. ad Leg. Hebræ. c.* 1.

Ita & qui ex filio, filiave naſcuntur] „ Nam „ ſunt portio carnis noſtræ.

A D §. V I I.

Q U Æ *autem diximus hactenus de conjectura voluntatis*] „ Quod ſcil. defunctus te- „ ſtamentum non conficiens non credatur „ voluiſſe bona derelinquere , ſed ei deferre, „ cui ex æquitate , & honeſtate debentur : „ adeoque liberis , & parentibus , ob alendi „ neceſſitatem.

Ita locum habent , niſi in diverſum indicia ſuppetant] „ Conjecturam enim per conjectu- „ ram fortiorem elidi hoc caſu , putat.

Abdicatio] Excludi hoc caſu filium a ſucceſſione ideo , putat , quia conſtat de contraria voluntate patris , quod noluerit filios ſuccedere. At *1.* diximus , liberos plane non ſuccedere natura : nedum 2. ex conjectura voluntatis paternæ. Sane 3. exhæredationes ſunt merum inventum juris civilis : uti 4. teſtamenta ipſa , in quibus exhæredatio fieri debet.

Additio.

„ Liberos naturali jure ſuccedere parenti- „ bus, probavimus; quia continuant familiam, „ adeoque in omne jus familiæ ſuccedunt. Hoc „ jus pater auferre liberis nec per abdicatio- „ nem poteſt , niſi lege publica id ſtatutum „ ſit.

„ De abdicatione Græcorum erudite ita „ diſſerit Van de Poll *de exhæred. lib. pag* 2. „ *cap.* 1. §. 2. 3. *&* 4.

De abdicatione primum , quia antiquior eſt exheredatione , & a qua quot modis differat, videamus. Abdicatio Athenienſibus , aliisque, ἀποκήρυξις *dicta, quia præco , Græcis* κήρυξ, *eam ſolitus ſuit pronunciare* (*quo de ritu Samuel Petitus in* leg. Attic. lib. 2. tit. 4. pag. mihi 158.) *olim in Græcia erat inter patriæ poteſtatis vires non poſtrema ; cujus vigore filii flagitioſi* (*de filiabus id negat M. de Valentia* illuſtr. tractat. lib. 3. tract. 3. c. 2. n. 8.) *familia excidebant , negante patre , ſecundum legem filium ſuum amplius eſſe qui abdicabatur, cognita hac a judicibus cauſa , atque iis inſuper probata.*

Legitimos quidem liberos habenti alium teſtamento heredem ſibi inſtituendi jus denegatum Athenis fuiſſe, ex Iſæo probat Meurſius. Them. Att. lib. 2. c. 13. *habenti nempe filios : ſecus, exiſtentibus filiabus ; & Meurſius e lege Athenienſium , ſi vides Petitum* ad eaſd. leges lib. 6. tit. 6. pag. mih. 480. *ſic explicandus. Nihil tamen impediebat quo minus qui natura erat filius , filii & nomine , & jure , ob ingratitudinem , vitæque deteſtandam impietatem , cenſeretur indignus : atque hinc ut paterna domo , ac familia , ita & bonis ejiceretur , ſine ſucceſſionis ſpe , quamdiu in gratiam receptus non erat ; adeoque teſtamenti condendi jus jam acquirebat pater , qui filios abdicaverat. Meurſ.* d. loc. *Sic ipſa lege cum filius ab hereditatis honore amoveretur, ſupervacua fuit exheredatio. Lex dicit, abdicatum non eſſe participem bonorum paternorum. Meurſ.* ibidem.

Et hæc quidem duo Græcorum adeunt abdicatio; quam ſi cum Romana exheredatione conferamus , maxime tum modo , tum effectu , diverſum fuiſſe apparebit. Abdicatio fiebat citra ultimam voluntatem inter vivos : exheredatio non inter vivos; vivus enim nec heredem habet, nec exheredem , quia nec hereditatem. l. 1. ff. de hered. vel act. vend. *fit igitur teſtamento, ſit herede inſtituto alio. Exheredi iniquæ facto datur notiſſima inofficioſi teſtamenti querelas ſoboli abdicatæ dabatur ſe defendendi palam poteſtas. Quinctil.* declam. 378. *Filiorumque querelas in vivos abdicantes intendit argumentis concinnis Lucianus* in Abdicat. ; *intendit Seneca* 1. controv. 1 ; *intendit ſæpe Fabius* declam. 281. 283. 290. 330. *Audiebatur & parens ; pro quo ſi ſtabat æquitas , audiebatur abdicationem deprecantis laudabile illud :* Ignoſce pater. *Quinctil.* declam. 9 ; *& ut Seneca.* d. controv. 1 : Surgite patres ; adeſte Judices. *Sed in exheredatione vox nulla erat Judicis , nulla præconis , licet coram judicio centumvirali ad examen poſt exheredantis mortem revocarentur rationes. Abdicatus abigebatur ab irato patre foras, rerum omnium egenus : & alibi diſcere coactus artem medicam ſuus defenditur ab eodem Luciano abdicati patrono,* d. loc. *Exheredatio autem & bono interdum , & paterno fit animo : nec ut exheredi filio obſit ,*

ſed ut conſulat, l. 18. ff. de lib. & poſt. *Abdicatio etiam a domo, & conſuetudine, & familia paterna, arcebat filium; exheredatio a bonis ſolis. Illius vis erat ante, hujus poſt paternum obitum: illa filium eſſe negebat, hæc non item. Cæterum abdicatio an Romanis etiam fuerit recepta, videndum erit inferius.*

Tum exhæredatio] „ Quid ſit exhæreda-
„ tio, ex quibus cauſis illa fieri poſſit, tam in-
„ tuitu patris, quam filiorum, item de ef-
„ fectu ejus &c, late agitur *tot. tit. Inſt. de*
„ *Exhær. lib. & tot. tit. ff. de Hær. Inſt.*

Ita tamen ut ei, qui mortem peccatis meri-
„ *tus non eſt, alimenta præſtanda ſint*] „ Hæc
„ limitatio nulla ratione nititur. Nam 1. ve-
„ rum non eſt, patrem debere alimenta ei, qui
„ mortem meritos eſt: exemplom in contra-
„ rium allegat Gronovius *in not. b.* in T. Ar-
„ rio, qui filium in parricidii molitione depre-
„ henſum Maſſiliam relegavit, & annua illi
„ præſtitit, *Senec. 1. beneſ. c.* 15; at pater
„ ultro eum aluit. 2. Verum non eſt, patrem
„ teſtamento relinquere debere alimenta fi-
„ lio, qui mortem meritus non eſt: tum quia
„ teſtamenta jure naturæ incognita ſunt, &
„ omnis facultas diſponendi poſt mortem ceſ-
„ ſat; tum quia poſt mortem pater alere libe-
„ ros nec poteſt, nec tenetur. Sed nec 3.
„ jure civili, ex quo ſolo exhæredatio cogni-
„ ta eſt, requiritur, ut alimenta exhæredato
„ relinquantur.

Ob eam, quam ſupra attulimus rationem]
„ Quia ſcilicet ex debito naturæ laxiori pa-
„ rentes alere liberos tenentur. §. 4. *n.* 1.
„ *ſeq.*

Ad §. VIII.

Sed & illa regula &c] Scilicet conjecturæ illi voluntatis, qua parentes creduntur voluiſſe res ſuas liberis relinquere.

Si non ſatis conſtet, hunc illo eſſe genitum] Qoæritur, an ſpurii jure naturæ patri ſuo ſuccedant? Auctor id negat, ſi de patre non conſtat. At verius eſt, non ſuccedere ſpurios, etſi de certo patre conſtet. Conf. *ſupra prop.* 7. Idque probatur 1. quia omne jus inter parentes, & liberos, naſcitur ex ſocietate domeſtica. *Poſ. V.* Atqui hæc non conſtituitur niſi per nuptias. Ideo enim natura voluit ut mulier uni viro cohabitet, ut inde conſtet de juribus, & officiis patris, ac filii; & hunc ſolum natura probavit modum, ex quo jura inter patrem, & filium ſtatuerentur; extra illum modum juſtarum nuptiarum igitur non eſt ſocietas: adeoque nec pater, nec filius. Unde 2. ex conjunctione illegitima, ac prohibita, neque jus, neque effectus juris oriri poteſt: & ſic illegitimi liberi jure liberi non ſunt; uti illegitimæ nuptiæ jure non ſunt. In quos ergo 3. non cadunt jura liberorum, in illos nec ſucceſſio, quæ eſt jus ſolis liberis competens. Etſi igitur 4. pater liberos tales generaverit, deque eo conſtet; non tamen jure pater eſt, quia non juxta leges naturæ, earumque ordinem, ſobolem procreavit. Accedit 5. quod ſucceſſio naturalis ſequatur jus, & modum propagationis; eodem enim ordine ſuccedi natura voluit, quo propagari. At propagationis jus, ratio, & ordo eſt, ut pater ſit certus, i. e. ut juſtæ præcedant nuptiæ.

Atque id 6. confirmatur exemplo Partheniarum apud *Juſt. l.* 3. *c.* 4. Hi enim metu inopiæ (nulli enim pater exiſtebat, cujus in patrimonium ſucceſſio ſperaretur) ſolum vertere coacti ſunt.

Obſtat I. quod jus occupandi competat illegitimis: ergo & jus ſuccedendi, quod ſurrogatum eſt in illius locum; ſi igitur excluderentur a ſucceſſione parentum, revera excluderentur a jure occupandi. Reſp. 1. excluduntur ab occupatione, non quia jus occupandi non habent, ſed quia bona non ſunt, quæ occupari poſſunt: jus in bona paterna non deficit, ſed pater; pater enim jure non eſt. Reſp. 2. non excluduntur a jure occupandi, quia alimenta ipſis debentur, ſaltem a matre.

Obſtat II. quod illegitimi matri ſuccedant: ergo & patri. Reſp. hoc juris poſitivi eſt; nam ſola certitudo, ſive patris, ſive matris, non dat jus ſuccedendi: ſed legitimum jus familiæ, quod non niſi ex legitima ſocietate, quæ per juſtas nuptias contrahitur, oritur. Si igitur factum natura vitioſum eſt, ex eo jus non oritur, quia facultas deficit. Neqoe enim jus certo generi, ordini, aut qualitati tributum alliis competere poteſt, quam qui juſte ejuſdem generis, ordinis, aut qualitatis ſunt.

Obſtat III. quod filii illegitimi tamen a patre ali debeant? Reſp. Verum id eſt ſi de patre conſtet, quia jus hoc commune eſt brutis, nedum homini; alias enim pereundum eſſet nato. Alimentorum igitur neceſſitas non a jure ſolo nuptiarum dependet, ſed cujusque generationis, cui nati cohæret educatio: nec a ſolo jure familiæ, ſed ab inſtinctu. At diverſa eſt ratio ſocceſſionis; nam hæc etiam debetur puberibus, quibus alimenta non debentur.

Quid in regnis obtineat, *vide infra* §. 16.

Addi-

Digitized by Google

Additio.

„ Sæpius jam dictum eſt, jus ſuccedendi „ non dependere a jure alendi; quia *liberi naturales* quoque a patre alendi ſunt, qui „ tamen non ſuccedunt.

„ Cæterum verum eſt, quod Auctor ait, „ non alendos eſſe eos, de quibus non conſtat a quibus geniti ſunt. Officium enim „ alendi competit patri; pater autem non eſt, „ de quo non conſtat.

„ Non tantum autem ali non debent illi, „ de quibus non ſatis conſtat a quo geniti ſunt; „ ſed & a ſucceſſione excluduntur. Cujus ratio non tam in incertitudine patris poſita „ eſt, (quia non ſuccedunt, etſi pater eos „ pro ſuo partu agnoſcat: imo etſi ex concubina nati, eoque pater certus ſit) quam „ in genitoris voluntate, & intentione. Votum enim patris ceſſat, qui non cohabitat familiæ conſtituendæ, vel propagandæ: „ ſed libidinis explendæ cauſa. *Vid. Diſſ. proœm. XII.* §. 173. & §. 283.

Verum eſt, de factis nullam certam eſſe perceptionem] Regula apud Jctos exſtat, facti interpretationem etiam prudentiſſimos fallere: *L. 2. ff. jur. & fact. ign.* atque hinc facti ignorantiam nemini nocere, dicitur. *L. 9. ff. jur. & fact. ign.*

Sed ea, quæ ſolent in hominum conſpectu fieri, ſui generis certitudinem habent ex teſtimonio] Rationem probationis naturalis expoſuit B. Parens in diſputatione *De directa probatione negativa. cap. 1. §. 6. ſeq.*

At de patre hujus gradus certitudo haberi non poteſt] „ Neque enim matri hac in re „ creditur: tum quia in propria cauſa teſtatur: tum quia teſtis unicus eſt; neque patris teſtimonio, & aſſertioni creditur, quia „ ille de facto alieno, ſcilicet matris, teſtaretur.

„ Atque hinc Paulus ait, inſtitutionem, quæ „ fit ſub conditione *ſi filium meum ſe eſſe judici probaverit*, nullam eſſe, quia ea conditio eſt impoſſibilis. *l. 81. ff. de cond. & dem.* Huc pertinet apophtegma Philoſophi „ illius, qui ſpurium lapide aliquem petentem dehortabatur, ne patrem tangat: & „ exemplum Perſarum regis, qui ex homine „ quodam, quem nunquam mentitum fuiſſe „ ajebant, percontabatur quis parens ejus „ eſſet; hic, incertitudinis hujus ſibi conſcius, dubitative reſpondit, *ajunt N. N. patrem eſſe.*

Homerus] „ *Odyſſ.* 1. *v.* 216. ubi Telemachus Minervæ ex eo quærenti, num filius ſit Ulyſſis? ita reſpondet.

Ideo ratio aliqua reperienda fuit, qua probabiliter conſtaret, quis eſſet partus cujusque pater] „ In moralibus enim non æque, ut „ in mathemathicis diſciplinis, certitudo „ invenitur. *Grot. l. 2. c. 23.* §. 1. Inprimis ubi de interpretatione facti agitur, in „ quo omnimoda certitudo vix occurrit. *l. 2. l. 9. & paſſim. ff. de Jur. & fact. ign. d. diſp. B. Par. de prob. neg. c. 1.* §. 6. „ Cum igitur plenaria certitudo natura haberi non poſſit, in jure admittitur qualis inter homines commode haberi poteſt, & „ haberi ſolet. Jure naturæ igitur certum dicimus, quod in vita civili pro certo, probatoque eſſe, & haberi ſolet. *d. diſp. c. 1.* §. 12.

Ea ratio eſt conjugium ſumtum in terminis naturalibus] „ Sane, in vita civili non eſt certitudo major, quam quæ ex præſumtione juſti „ matrimonii oritur. *Non enim ferendum*, ait Julianus, *eum, qui cum uxore ſua aſſidue moratus nolit filium agnoſcere, quaſi non ſuum. L. 6. ff. de his, qui ſui, vel al.* Hinc Ulpianus „ filium definit, *qui ex viro, & uxore ejus naſcitur, d. l. 6*; & in poteſtate demum „ noſtra eſſe, ait, filios, *quos ex juſtis nuptiis procreaverimus, l. 3. ff. eod. pr. inſt. de patr. pot.* & Paulus refert, *patrem eſſe, quem nuptiæ demonſtrant. l. 5. ff. in jus voc. l. 19. ff. de ſtat. hom.*

Id eſt conſociatio, qua fœmina ſub maris cuſtodia conſtituitur] Imo hæc non eſt definitio conjugii, ſeu juſtarum nuptiarum, uti id plenius probavimus *l. 2. c. 5.* §. 8. Nuptiæ enim definiuntur conjunctio maris, & fœminæ, ad individuam vitæ conſuetudinem. *d.* §. 8.

Additio.

„ At hoc ipſo, dum fœmina ſub mariti „ cuſtodia perpetua conſtituitur, contrahitur individua vitæ conſuetudo.

Naturaliter is partus non minus, quam alius quivis ſuccedet] „ Imo partus nunquam ſuccedit, ſi alio modo, quam per „ juſtas nuptias, liberi procreantur: uti „ mox liberorum naturalium exemplo probabimus.

Extraneus, quem adoptatum vocant, ſuccedat &c.] Hoc jus ſuccedendi non eſt ex generatione, ſed ex pacto. Si enim pater vivus cum extraneo ita paciſcitur, ut hic eadem jura habeat, quæ filius, adeoque & jus ſucceſſionis; id valet ex utriuſque diſpoſitione, quæ ceſſat in ſpuriis. Talia autem pacta omnino etiam jure naturæ valent: & in ſacris quoque exſtat exemplum in Jacobi filiis,

filiis. *Gen.* 48. 5. Idque in terminis probatur in *l* 132. *pr.V.O.* Requiritur enim in tali adoptione 1°. conſenſus utriuſque : 2°. ut jus filii transferatur ; ex eo enim ſucceſſio ſequitur, *d. l.* 132 : 3°. ut pater de ſucceſſione diſponere poſſit ; uti poteſt, ſi de hæreditate privata agitur : ſecus ſi de feudis, de regnis &c. agitur. In regnis ergo non ſuccedunt adoptati, quia populus jus ſuum contulit in familiam regis, qua exſtincta redit ſumma poteſtas ad populum. Si autem rex adoptaret extraneum, contra placitum transferretur imperium in alienam familiam : & ſic revera alienatio fieret regni; quod fieri non poſſe *c. præced.* vidimus. Aliud eſt ſi populus conſentiat, uti in Piſone factum legimus apud *Tac. 1. hiſt.* 30.

Ex conjectura voluntatis] „ Adoptati non ſuccedunt ex conjectura voluntatis, ſed expreſſa voluntate adoptantis.

2 *Poſt lege introductum eorum diſcrimen*] „ Imo diſcrimen inter liberos naturales, i. e. ex concubina natos, & legitimos, i. e. ex juſtis nuptiis natos, a jure naturæ eſt, & ex lege cohabitantium ſequitur : non demum a lege civili. *Vid. Diſſ. proœm. XII.* §. 141. §. 156. *n.* 1. §. 183.

Sed lege premitur] „ Hoc jam refutavimus. Non ſola lege premitur, ſed natura quoque.

Poſſunt tamen adoptari] „ At tum non ſuccedunt ex generatione, ſed ex pacto, uti quilibet extranei. Atque hoc modo filium Eliezeris ſibi adoptione parare voluit Abraham.

Niſi lex obſtet] „ Ita enim lex Romana prohibet ne adoptetur filius naturalis. *Nov.* 74. *c.* 3. Ratio eſt, quia adoptio eſt remedium ſubſidiarium, ubi alio modo filios ſibi parare pater non poteſt ; at naturales liberi per legitimationem legitimi fieri poſſunt.

Difficilior quadam ratio] „ Inventa eſt hæc adoptionis ſpecies : 1. in favorem matrimonii, ut per ſubſequens matrimonium mater quoque ſpurii legitima uxor fiat. 2. Ob favorem publicum, ut ſint, qui onera curiæ præſtent : uti præſtare debent, ſi per oblationem curiæ legitimantur. Cæterum facillimus modus eſt, ſi fiat per reſcriptum principis. *Vid. B. Par. hyp. Inſt. L.* 1. *t.* 10. §. 22.

Per curiæ oblationem] Cum pater filium curiæ offert, vel filiam curiali nuptui locat : tantum enim onus huic officio cohærebat, ut vix alii, qui hoc onus ſubirent, inveniri potuerint. *L.* 3. *C. Nat. lib. Philip. Inſt. Eclog.* 72. *L.* 1. *n.* 1. *Vinn. ad tit. Inſt. de nupt.* §. 13. *n.* 2.

Aut ſubſequens matrimonium] Legitimatio per ſubſequens matrimonium fit, cum pater concubinam, duci non vetitam, uxorem ducit. *L.* 5. *C. Nat. lib. Nov.* 89. *c.* 8.

Quæritur, an legitimati per ſubſequens matrimonium jure naturæ ſuccedant cum legitimis? Negatur 1. quia legitimati ſunt filii naturales, i. e. nati ex copula natura prohibita, unde nullum jus inter parentes, & liberos oritur. 2. Tempore legitimationis aliis jam jus quæſitum eſt, quod facto patris, & per nuptias poſtea ſequentes, auferri eis non poteſt. 3. Quia legitimatio hæc eſt modus civilis, & fit fictione retroactionis, quæ non eſt a natura. Sed & 4. valebat tantum illa legitimatio in natis e concubina, non in ſpuriis ; quæ differentia jure naturæ cognita non eſt.

Hinc jam facile conſtat, legitimatos per ſubſequens matrimonium plane non ſuccedere in regnis. Non 1. ex generatione, quia legitime non ſunt generati, i. e. non ex juſtis nuptiis. Neque 2. ex pacto, aut conſenſu ; quia rex pacto ſuo imperium alienare, & extra familiam transferre, eoque jus populo (ad quem exſtincta familia jus reverſurum eſt) quæſitum auferre nequit. Sed & 3. proximis agnatis jus ſuccedendi in regnis eo tempore quæſitum eſt, quod tolli ejuſmodi diſpoſitione nequit. Equidem 4. plurima allegari ſolent exempla, ubi legitimati ſucceſſerunt, inprimis in regno Auſtraſiæ. *Vid. Capyc. dec.* 121. *n.* 4. *Myler. Gamol. c.* 25. §. 5. Ita Robertus III. ex tali matrimonio natus rex Scotiæ factus eſt. Ericus IV. concubinam Lictoris filiam uxorem duxit : & liberi ex concubina nati ſucceſſere, *Thuan. l.* 43. Alberti Bavariæ ducis filii ex concubina tonſoris filia ante matrimonium nati, ſucceſſere. *Myler. Gam. c.* 24. Arthurus Uterius Britanni filius ex adulterio natus rex factus eſt, quod matrem pater poſtea duxerat. Vid. *Buchan. l.* 5. *Rer. Scot.* At vel conſenſu populi id factum eſt, vel vi, ac potentia. Hinc Buchananus *d. l.* prætenſionem Arthuri vocat *juris colorem*, & mox, *juris ſpeciem ;* & tunc addit : *quanquam hunc juris colorem prætenderent, plus tamen Arthuro profuit præclara indoles : & Lothus (Pictus) non ſolum illa juris ſpecie, (quæ certe poſt id tempus ſemper in Brittannia valuit) ſed ſtudiis ſuperatus deſtitit.* Cæterum in contrarium

tratium

trarium plurima exſtant exempla. Ita Fridericus Arragonius rejectus eſt, etſi a Papa legitimatus fuerit. Antonius Luſitaniæ rex repulſus eſt a Philippo, etſi legitimatus. *Thuan. L.* 65.

Interim verum eſt, magna ejuſmodi exempla obſervantiam inſerre ſolere. Nam exemplo Arthuri morem in Scotia ortum eſſe, ut ſpurii per ſubſequens matrimonium legitimati in regnis ſuccederent, teſtis eſt Buchananus *d. l.*

Additio.

„ Liberi ex concubina nati cenſentur nati „ ex vero conjugio, licet inæquali; pater „ ibi æque certus eſt, filius æque eſt in po- „ teſtate, &c: & in eo ſaltem differunt, „ quod ea lege nati ſint, *ne ſuccedant.* Cum „ vero hæc lex a parentibus conſenſu ſtatuta „ ſit; eam mutare, & nunc legem dicere „ poſſunt, *ut ſuccedant.* Neque liberis ex „ juſtis nuptiis natis fit injuria, quia eorum „ jus ſuccedendi incipit demum poſt mortem „ patris. Hinc licet jure civili liberi naturales „ excludantur a ſucceſſione, quia ſolennita- „ tes civiles adhibitæ non fuere; certum ta- „ men eſt, eis poſtea accedentibus, natu- „ ræ jura obtinere. *Vid. diſſ. proœm. XII.* „ § 156.

In Jacobi filiis, qui adæquati a patre ſunt liberarum mulierum filiis] Jacobus enim filios ex Joſepho, & ex ancillis natos, ſimul participes fecit ſuæ ſucceſſionis.

Additio.

„ Nam ea lege dabantur in concubinatum „ marito, ut liberi exinde nati tanquam „ ex uxore nati reputarentur, indeque ſuc- „ cederent.

Non ex lege tantum] „ Summa poteſtas
„ enim diſponere de actionibus, & rebus 3
„ privatorum poteſt, ſi utilitas publica id re- „ quirat. Ita enim in pœnam ſecundarum „ nuptiarum portiones hæreditariæ minuun- „ tur jure Romano. Ita lege Voconia filiabus non niſi certa pars relinqui poterat.

Sed & ex pactione] „ Nam prout quiſque „ de jure ſuo diſponit, ita jus eſt.

Aut certe excludantur a præcipua hæreditate] Uti fit per jus primogenituræ: per pacta familiarum illuſtrium, quibus filiæ contentæ eſſe debent dote ſua, &c.

Concubinatum Hebræi vocant] Copula, quæ inter Jacobum, & concubinas interceſſit, non fuit verum conjugium: neque liberi exinde nati ſucceſſere jure familiæ, ſed ex diſpoſitione patris. *Vid. ſup. c. 5. §. 15. & ad f. n. 2. b.*

Additio.

„ Imo verum conjugium fuiſſe, alibi pro- „ bavi. *Vid. Diſſ. proœm. XII. n.* 173.

Quale erat Abrahami cum Ketbura &c.] Imo id verum erat conjugium, ſed ad morganaticam contractum. Succeſſio enim definiri pactis parentum poteſt: Vid. *Diſp. noſtra de Leg. Morgan. Sect.* 10. §. 1. Conf. *d. l.* §. 15.

Dona, i. e. legata quædam acceperunt] „ Male hic dona pro legatis ſumuntur: *Vid.* „ *Gen.* 25. §. 6. nam per diſpoſitionem inter „ vivos id actum fuit. *Vid. Teſm. b.*

Hæreditatem autem non creverunt] „ Nam „ Iſaaco totam bonorum maſſam reſervavit.

Tale eſt matrimonium ad Morgengabicam] Rectius matrimonium ad *Morganaticam* vocatur. Ceterum definitur illud, conjugium inæquale, legitimum, cum impari perſona ea lege initum, ne ipſa, & liberi ex ea naſcituri, de dignitate familiæ participent, ſed certa portione contenti ſint. 2. *feud.* 29.

Ita contractum matrimonium natura non ſubſiſtere quoad legem adjectam, dictum, & rationibus probatum eſt ſupra *c.* 5. §. 15. & in *dict. diſp. ſect.* 5. §. 7.

Additio.

„ Imo pactum tale naturali jure ſubſiſtit; „ idque alibi probavimus. *Vid. Diſſ. proœm.* „ *XII.* §. 173. *n.* 7. *Conf. ſupr. c.* 5. §. 15. „ *in not.*

Apud Brabantos] „ Imo hic quoque ve- „ rum, & æquale eſt matrimonium; uxor „ enim de dignitate mariti participat: ſed in „ pœnam ſecundarum nuptiarum liberi po- „ ſterioris matrimonii non ſuccedunt in im- „ mobilibus, ſed ſaltem in mobilibus. Jure „ Romano itidem certæ pœnæ ſecundarum „ nuptiarum conſtitutæ ſunt, quæ tamen non „ efficiunt conjugium inæquale. *Vid. jus* „ *meum controv. L.* 23. *tit.* 2. *q.* 10.

Proprietas acquiritur prioribus liberis] „ Atque ex eo jure Galliæ rex jus in Braban- „ tiam in ſe devolutum contendebat.

Ad §. IX.

Ubi *deſinunt liberi*] „ De quibus §. 5. *n.* 2, 1
„ & §. *ſeq.* egit.

Minus expeditum eſt, nec ulla parte magis

variant leges &c.] ,, Ratio facilis eſt, quia
,, extra ſucceſſionem liberorum nulla alia na-
,, tura cognita eſt; inter collaterales igitur
,, ſucceditur demum ex lege civili, quæ ſuc-
,, ceſſioni legem dicere poteſt, quam vult.
,, *Conf.* §. 11.

Quorum alter reſpicit proximitatem gradus, alter bona redire vult unde venerant] ,, Ve-
,, rum eſt, leges quaſdam collaterales ad ſuc-
,, ceſſionem vocare, qui gradu proximi ſunt,
,, non habita ratione diſtinctionis bonorum:
,, quaſdam vero rationem habere bonorum,
,, unde venerunt, & bona tribuere iis, qui
,, ei, a quo venerunt, proximi fuere. Auctor
,, æquitatem poſteriorum legum præfert, ut-
,, pote pro qua conjecturam voluntatis de-
,, functi magis militare, ait; quem ordinem
,, conjecturarum modo expoſuimus. At om-
,, nia hæc gratis dicuntur, quia natura non
,, datur ſucceſſio collateralium.

Paterna paternis, materna maternis] ,, Imo
,, hanc diſtinctionem nec jure naturæ, nec
,, jure Romano obtinere, egregie probavit
,, B. Parens in diſput. *de diſtinctione bono-*
,, *rum. Cap.* 3. *per tot.* his verbis:

Hujus inprimis diſtinctionis (de bonis ſcilicet paternis, & maternis &c.) *cauſa ſuſcepta eſt hac diſputatio. Illam enim diviſionem, etſi cum maxima litium expediendarum difficultate conjuncta ſit, probat Bartholus* in Auth. Itaque C. Comm. de ſucceſſ. *eamque mordicus tuentur Dd. in ſucceſſione ab inteſtato, contra Baldum.* in Auth. defuncto C. ad SCt. Tertyll. *Occurrit autem quæſtio in pluribus caſibus.* 1. *Quoties parentes ex parte patris, & matris, ſimul cum liberis ſuccedunt.* 2. *Quando cum iis concurrunt defuncti fratres, & ſorores germani.* 3. *Quando Germani cum avis maternis concurrunt.* 4. *Quando conſanguinei, & uterini una ſuccedunt. Omnes enim hæ ſpecies in controverſiam deductæ ſunt a Dd.; & in omnibus, excepta tertia, diſtingui bona debere, decidit* Hart. Piſt. obſ. 51. per tot. *Alii variant.*

Etſi vero Sereniſſimus Elector Saxoniæ omnem hanc diſtinctionem rejecerit, & in territorio ſuo aboleverit, part. 3. Conſt. Elect. 14; *illi tamen JCti, quorum conſilio edita eſt dicta conſtitutio, in ea aſſeruerunt, jure communi diſtinctionem iſtam obtinere: & hinc extra Saxoniam ita reſpondent. Quod pace eorum, & ſalva omnium ſententia, veritatis ſtudio examinabimus.*

Præcipue nituntur l. 13. §. 1. C. de legit. hær. l. 4. C. de ſec. nupt. Nov. 84. c. 1. l. 3. C. de Bon. quæ lib. *Verum nec inde illud probare, nec obtinere eam diviſionem in ulla ſpecie, perſuaſi ſumus. Etenim* I. *cum ſublata veteri ſucceſſionis ab inteſtato ratione, quæ nimium ſcrupuloſa, & implicita videbatur, novam ſuccedendi formam conſtituerit* Juſtinianus in Nov. 118: *& plane conſtet, in ea nullum penitus hujus diſtinctionis veſtigium eſſe, & ne quidem paternorum, & maternorum bonorum ullam mentionem fieri; non poteſt illa obtinere, cum Juſtinianus* in præf. d. Nov. 118. *diſerte teſtetur*, ſe voluiſſe omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per iſtam legem, ſcil. Nov. 118, clara, compendioſaque diviſione diſponere: & ideo prioribus legibus pro hac cauſa poſitis vacantibus, de cætero ea NB. ſola ſervari, quæ in d. Nov. conſtituit. *Rejicienda eſt igitur in ſucceſſionibus ab inteſtato omnis paternorum, & maternorum diſtinctio; cujus adeo nec umbra in* d. Nov. *extat, nec ex ea ullatenus doceri poteſt, extra illam vero nec debet.*

II. *Quia quos Imperator ad ſucceſſionem defuncti* in d. Nov. *vocat; eos heredes ejus ab inteſtato facit. Hæres autem ſuccedit omnino in omne jus defuncti, quod ejus tempore mortis fuit.* l. 62. ff. de re jur. l. 24. ff. de verb. ſign. l. 3. §. 2. ff. de bon. poſſ. *Cum igitur omnia bona paterna, & materna defuncti fuerint, quæ tempore mortis habuit; certum eſt, heredes ſine ulla diſtinctione ſuccedere in omnia hæc bona paterna, & materna: ejuſdemque poteſtatis, jurisque eſſe, cujus defunctus fuit.* l. 59. de Reg. jur.

III. *Neque vero poteſt ex eo, quod jure extinctum jam eſt, jus inter heredes eſſe, ſtatui: nec effectus juris intelligi, ubi tota cauſa ceſſat.* l. 4. § 6. ff. de. re jud. l. 4. §. fin. ff. de act. empt. *Differentia vero paternorum, & maternorum, aditione confuſa, & plane extincta fuit: nec amplius ſunt paterna, vel materna; ſed omnia æqualiter fraterna, ſeu liberorum bona. Nemo igitur heredum poteſt ſibi jus aliquod in paterna, vel materna præ aliis arrogare, cum talia amplius non ſint: neque vel hic ex jure matris, vel ille ex jure patris ſibi aliquod vindicare, quod nullum fuit.*

IV. *Quin cum non ſuccedatur patri, vel matri, ſed filio, vel fratri; non quæritur, quid patris, vel matris, ſed quid filii, vel fratris fuerit: non magis, quam ſi defunctus emiſſet a patre, vel matre, aut acquiſiviſſet ab extraneis. Nam ea bona, quæ a patre, vel matre acquiſivit, æque ſua propria fecit, extincta tota domini priſtini cauſa, ut qualia,*

te,

te, quam quæ ab extraneis comparavit. Ut proinde omnis illa diſtinctio in prædictis caſibus merum ſit non ens.

V. *Sed & pugnat illa diſtinctio manifeſtiſſime cum* d. Nov. 118. cap. 2, *ubi de ipſis parentibus utriusque generis ſtatuitur, ut inter paternos, & maternos*, ex æquo hæreditas dividatur; *ergo non attento, utrum amplius ſit in paternis, an in maternis. Et ſequitur porro*, ut medietatem quidem accipiant omnes a patre aſcendentes, quanticunque fuerint; medietatem vero reliquam a matre aſcendentes, quantoſcunque eos inveniri contigerit. *Non ergo illi paterna, hi materna: ſed utrique medietatem omnium capiunt. Quod ſi igitur ne ipſi quidem parentes paterni, vel materni, quando liberis ſuccedunt, diſtinctionem bonorum facere poſſunt: a quibus tamen illa bona profecta ſunt, & diſtinctio hæc nata eſt; nedum, cum alii, ſcil. collaterales, liberis ſuccedunt.*

Atque hoc expreſſe quoque additur in d. Nov. 118. cap. 2. verſ. ſi vero, *in caſu, quo fratres, & ſorores germani una cum aſcendentibus concurrunt: Quod* dividenda ſit inter eos hæreditas ſecundum perſonarum numerum, ut & aſcendentium, & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem &c. *Nihil ergo evidentius eſt, quam omnium promiſcue bonorum æquales portiones fieri; non autem paterna, & materna ſeparari.*

In priori igitur ſpecie cum aſcendentes utriusque lateris ſoli ſunt, ſemiſſes totius hæreditatis, omniumque defuncti bonorum ſiunt: & alter paterno generi, alter materno tribuitur. In poſteriori vero caſu tota hæreditas, omniumque defuncti fratris bona in partes viriles, & æquales dividuntur. Quod ideo factum, ne unquam parentes deterioris eſſent conditionis, quam collaterales; uti fieret ſi plures eſſent parentes, quam fratres: adeoque fratris, vel unius fratrum portio major, quam unius parentum. Hoc igitur caſu partes viriles ſiunt totius hæreditatis, & omnium bonorum; neutro autem aliis paterna; aliis materna cedunt.

Nec quicquam frigidius, aut ineptius, ac refutatione indignius eſt, quam quod dicitur, loqui Imperatorem de caſu, quando nulla ſunt bona paterna, vel materna. Hoc vero eſt hariolum, non interpretem agere; neque immorandum tam cruda, & pro libidine conficta, nec ullo momento probatæ aſſertioni: cui præterea reclamant omnes jam allatæ rationes.

VI. *Et ſane, ſi in perſonis fratrum, & ſororum diſtinctio illa bonorum tenenda eſt, nulla cauſa ſufficiens allegari poteſt, cur non idem in infinitum extendendum ſit; cum illa diſtinctio jam non minus confuſa, atque obliterata ſit in fratrum perſonis, quam in remotiſſimis cognatis: & tam in momento, quo liberis quæſita ſunt, deſierunt eſſe paterna, vel materna, quam cum longiſſime poſt cognati ſuccedunt.*

VII. *Sed & alia ſequerentur abſurda, ſi paternis paterna, maternis materna conceſſa eſſent. Nam ſi filius non haberet niſi materna, avia, vel proavia materna excluderet ipſum patrem; nec paterni concurrerent cum maternis, ſi bona paterna, vel alia, quam materna, non eſſent. Item uterinus excluderet conſanguineum, & concurreret cum Germanis, & cum eorum liberis: & contra, ſi tantum eſſent paterna. Quæ omnia pugnant cum* d. Nov. 118. cap. 2. & 3.

Et cum VIII. *expreſſe diſpoſitum ſit in* d. cap. 2. *ut proximiores præferantur remotioribus; in prædicto caſu remotiores excluderent proximiores, ipſumque parentem. Quæ omnia ſi conſerantur cum verbis luculentis, & perſpicuo ſenſu* d. Nov. 118, *longiſſime a vero recedunt.*

Nec ſibi conſtant, qui hoc caſu aliud eſſe volunt, nec diſtinctionem admittunt, niſi cum utrinque pari gradu concurrunt. Theſaur. dec. 27. n. 4. *Quaſi vero in arbitrio cujusque ſit, legibus fines, quos lubet, ponere, & veluti cereum naſum in omnes formas ducere; nullo judicio, nulla ratione, nullo jure, contra manifeſtum legis tenorem, & ipſius rationis evidentiam.*

Atque hæc ſententia communior, ac receptior eſt. Et licet multi olim Bartholum ſecuti ſint, plures tamen Baldum, vide Tiraq. du retrait. lignag. §. 14. n. 12. 13. *Ubi ab utraque parte plurimos pro more allegat. Nec* Carpzov. Part. III. conſt. 14. def. 2. & Hartmann. Piſt. d. obſ. 51. *defugiunt facile auctoritatem aſſertionis Conſtitutioni Electorali inſertæ; quanquam verba ejus non ſunt diſpoſitiva, ſed mere narrativa, quæ non obligant. Verum extra Electoratum JCti, etiam Saxonici, frequentius diſtinctionem rejiciunt.* Ant. Fab. C. lib. 6. tit. 33. def. 2. Fachin. lib. 6. quæſt. 4. & 5. Forſter de ſucceſſ. ab inir. lib. 7. c. 2. n. 13. Bach. vol. 2. diſp. 16. th. 5. lit. c. Hunn. var. reſ. lib. 3. tract. 1. quæſt. 31. Dn. Struv. Exerc. 38. theſ. 27. Addit. Sim. Piſt. ad Hart. Piſt. d. obſ. 51. lit. a. b. c. *ubi* lit. b. *ait*, lege regia

Digitized by Google

Bartholi ſententiam in Hiſpania exploſam eſſe; *quomodo & rejecta eſt ipſo jure Saxonico Electorali* Part. 3. conſt. 14.

Sed & ſtatutis inclytæ civitatis Hamburgenſis memorata diſtinctio bonorum nullibi attenditur; ſed omnes indiſtincte in bona ejus, cujus hæredes ſunt, ſuccedunt. Stat. Hamburg. Part. 3. tit. 3. art. 12. 13. 14. 15. 16. *Equidem in perſonis liberorum merito diſtinguuntur paterna, & materna, etiam jure communi; cum revera diſtinctæ ſint hæreditates, in quas ſuccedunt, alia patris, alia matris. In quo quædam diſparitas eſt; mater enim ad ſecunda vota tranſiens, ante deductionem in domum tenetur omnia ſua bona cum liberis dividere, iisque beſſem relinquere: vel ſi nonniſi filium, vel filiam habeat, ſemiſſem,* d. tit. 3. art. 6: *cum a parte patris aliam uxorem ducturi ſufficiat, ſi intra 4. ſeptimanas ante concubitum liberis ſatisfaciat; & vel bona materna ipſis reddat, ſalva ſucceſſione virili in bona patris: vel edito omnium bonorum inventario jurato, trientem liberis prioris matrimonii, aut ſi unus ſit, ſemiſſem tribuat,* tit. 3. art. 4; *utrobique quibusdam reſervatis, quæ latius exponuntur* d. art. 4. & 6. *Verum de eo hic non quæritur, ſed de caſibus, quibus bona paterna, & materna, ſemel jam aditione confuſa ad alios devolvuntur.*

Ita ergo abunde demonſtrata ſententiæ veritate, ſupereſt ut reſolvuntur dubia antea allata. Illa vero haud levia videntur, nec patroni hujus ſententiæ ſcrupulum omnem eis exemiſſe; quod firmavit adverſantium caſtra. Primum igitur obſtat maxime lex 13. §. Ideoque C. de leg. hær. , *ubi filio emancipato mortuo, qui reliquit patrem, & fratres, hi ſuccedunt in proprietatem, exceptis bonis maternis, in quæ ex eadem matre nati ſoli ſuccedunt. Cui congruere videtur* lex 4. C. de ſecund. nupt.; & Nov. 84. cap. 1. *bona materna diſtinguuntur a reliquis, & conſanguinei inde excluduntur.* d. Nov. 84. cap. 1. *Deinde objicitur* lex. 3. C. de bon. quæ lib. *ubi itidem excipiuntur bona a matre, vel a materna linea profecta, ibi:* Si autem idem nepos ſuperſtitibus tam patre, quam avo paterno, diem ſuum ſine liberis obierit: eorum dominium, quæ ad ipſum ex matre, vel ab ejus linea pervenerint, non ad avum, ſed ad patrem ejus perveniat.

Ad hæc varie reſpondent. Fachinæus ait, in d. l. 13. *non agi de uterinis, ſed Germanis: Hunnius, agi de collateralibus: Bachovius, de caſu patris ſuperſtitis; eaque ſpecie evidentiorem eſſe diſtinctionem bonorum, &c; denique in his textibus jus vetus contineri, & eſſe alios caſus.*

Verum ne quid diſſimuletur, hæ reſponſiones neque objectis textibus, neque reliquo juri convenire, neque difficultates ſuſtuliſſe videntur. Nec ſufficiet regerere, alium caſum eſſe, niſi & idonea differentiæ ratio afferri poſſit. Et ſane caſus d. l. 13. *non videbatur eſſe abſimilis. Neque tam his reſponſionibus convulſa eſt ſententia adverſaria, quam fluxa earum varietate magis ſuffulta, alteraque ſuſpecta reddita. Diligentius igitur eximendi ſunt ſcrupuli.*

Et primum quidem in genere reſponderi poteſt, ex iis, quæ tradita ſunt ſupra ex præfat. Nov. 118, *quod ea edita Juſtinianus jura vetera ſucceſſionum tollere, omnemque ab inteſtato ſuccedendi formam nova iſta conſtitutione definire, ac comprehendere voluerit. Ut adeo non amplius jura ſucceſſionis ex antiquis legibus demonſtrari poſſint, niſi & nova huic legi conveniant.*

Cæterum ne quid dubii, aut difficultatis reliquum ſit, plenius cauſam evolvemus. Notandum itaque eſt I. *illo jure adhuc duraſſe differentiam inter cognatos, & agnatos, ſeu legitimos: & hos illis omnino eſſe prælatos, etiam jure prætorio, ex capite unde legitimi; adeo ut ſenſim quidam ex ordine cognatorum tranſlati fuerint in ordinem legitimorum, eo effectu, ut ſimul cum iis ſuccederent, & cognatos alios excluderent jure legitimorum. Quomodo Anaſtaſius liberis emancipatis conceſſit, ut jura legitimorum inter ſe, & cum iis, qui in poteſtate manſere, fratribus, & ſororibus, ſalva, & integra retinerent, quoad tutelas, & ſucceſſiones, quaſi emancipati non eſſent.* l. 11. C. de legit hær. d. l. 13. §. 1. l. 15. §. 1. C. eod. tit. *Quod Juſtinianus ipſis etiam fratribus, & ſororibus uterinis, qui natura ſua cognati ſaltem erant, permittere haud dubitavit.* d. l. 15. §. 2.

II. *Patrem vel jure patriæ poteſtatis, omnia filiorumſ. bona etiam caſtrenſia occupaſſe,* l. 2. l. 9. ff. de caſtr. pec; *qui proinde ab inteſtato hæredem habere non poterant. Quemadmodum & emancipatorum bona jure quodam patronatus pater aſſeruit* §. 1. in fin. de bon. poſſ. & fin. de leg. agn. ſucc. *Atque ita pater, avique paterni, liberis ſucceſſere: in poteſtate conſtitutis, jure dominii; cæteris jure quodam patronatus.*

Ab hoc jure exempta primum ſunt bona

a matre, vel a materno genere profecta, quæ patribus non jure acquiſita, niſi quoad uſumfructum, & in quibus liberi ipſi hæredem habere potuerunt, l. 1. & tot. tit. c. de bon. matern. *Quod deinde extenſum fuit ad lucra nuptialia conjugum, qui in poteſtate parentum adhuc erant, & ipſis ſimiliter, non eorum patribus proprietate acquirebantur: unde & in iis habere hæredem potuerunt.* L. 1. & ll. ſeq. C. de bon. quæ lib.

Igitur tum non fuit regulariter alia hæreditas liberorum, quam bona materna, & memorata lucra; cum reliqua pater jure peculii occuparet. Unde tum quæſitum fuit, quos in illis bonis hæredes habituri eſſent? Et ordo talis conſtitutus fuit, ut primum ſuccederent ipſorum liberi: deinde fratres, & ſorores ex eodem matrimonio, unde illa bona profecta ſunt, nati: tertio fratres, & ſorores ex alio matrimonio nati: & denique ſi horum nulli ſupereſſent, tum demum patri acquirerentur. l. 4. C. de bon. quæ lib. C. fin. C. commun. de ſucceſſ.

Hinc jam alia dubia ſuborta ſunt, & inprimis d. l. 13. *ſi filius emancipatus mortuus ſit vivo patre, utrum ejus bona patri acquiri deberent*, juxta §. 21. ſupra, *an hæreditario jure ad fratres pervenire? & conſtituit Imperator, hæc quoque bona ad exemplum maternorum, & lucrorum nuptialium eximenda eſſe ab adquiſitione patris, ut in iis quoque filii hæredes ab inteſtato habere poſſint. Unde tertia hæc bonorum ſpecies facta eſt, in qua filii hæredem habere poterant ab inteſtato: ſcil.* 1°. *materna*, d. l. 1. C. de bon. mat. 2°. *Lucra nuptialia*, d. l. 1. C. de bon. quæ lib. 3°. *Bona a filiis emancipatis vivo patre relicta*, d. l. 13. C. de legit. hæred.

Unde iterum quærebatur, in his bonis emancipatis quinam hæredes eſſe deberent? Et conveniens fuit juribus tum editis, ut in his bonis proxime ſuccederent fratres, & ſorores emancipati; quia his ab Anaſtaſio jura legitimorum reſervata fuere, per §. 20: *& illi ergo excluſere patrem in his quoque bonis. Cæterum in maternis bonis, & lucris nuptialibus, ordo ſuccedendi jam ante definitus fuit, ut illi primum ſuccederent, qui ex eodem matrimonio, unde bona illa, & lucra pervenere, ſuccederent*, per §. 23; *quem proinde ordinem intactum, & ſalvum reliquit Imperator* in d. l. 13. in fin.

Hinc vero jam omni luce evidentius eſt, textum d. l. 13. *nihil officere, minimeque omnium ex ea probari, paterna paternis, materna maternis dividenda eſſe. Non enim diſtinguitur ibi inter materna, & paterna: ſed inter materna, & reliqua emancipati filii bona omnia, qui in illis jam antea habuit hæredem*, per §. 23. *In his, excluſo patre, qui antea ea acquirebat, eos permiſit eſſe hæredes, qui & alias defuncti proximi, & legitimi eſſent, ſcil. fratres, & ſorores*, per §. 20.

Sed nec reliqua iſta bona emancipati ſoli paterno lateri quæſita ſunt: ſed omnibus fratribus, & ſororibus; & e contrario pater ipſe, avique paterni excluſi, d. l. 13. §. 1. &. 2. *Quia nec materna ſolis maternis conceſſa; ſed primum iis, qui eodem: tum deinde, qui alio matrimonio nati*, per §. 23. *Adeo ergo ex illa lege non apparet, paterna paternis, materna maternis dividi, ut potius omnia in contrarium pateant.*

Denique tota quoque cauſa d. l. 13. *penitus mutata, atque inverſa eſt per* Nov. 118; *& proinde nullum inde argumentum duci poteſt. Etenim tum pater, avique paterni, non ſuccedebant jure hæredis, ſed jure domini, vel patroni; quæ tota ratio abolita eſt per* Nov. 118: *poſt illam nunquam aliter, quam ut hæredes. In* d. l. 13. *pater, avique paterni, excluſi ſunt a fratribus omnibus: in* d. Nov. 118. *a nullo fratrum; ſed contra cum germanis conjuncti, reliquis omnibus prælati ſunt. In* d. l. 13. *diſtinctio adhuc fuit inter legitimorum, & cognatorum ordines: illa vero per* d. N. 118. c. 4. *univerſaliter ſublata, & in totum rejecta eſt.* In d. l. 13. *liberi nondum habebant proprium hæredem, niſi in certis bonis maternis, & lucris nuptialibus; eaque regulariter ſola eorum erant hæreditas: at in* d. Nov. 118. *in omnibus bonis hæredem habent. Unde non amplius diſtingui poteſt inter materna, paterna, & alia; ſed perinde ut alii, hæredem nunc habent univerſalem, qui in omnia æque jura ſuccedit, uti alii hæredes: cum olim non haberent, niſi in certis rebus. Quæ ratio vel ſola ſubruit intentionem adverſantium. In* d. l. 13. *longe alius ordo ſuccedendi inter fratres fuit, ac in* Nov. 118: *ut collatis textibus patet. Et certum proinde, manifeſtiſſimumque eſt*, ex d. l. 13. *nihil aſſerri poſſe ad ſtabiliendam prædictam diviſionem.*

Reliquæ leges jam non obſtant, ſed conſentiunt. Etenim prædictis conſequens eſt, quod in l. 4 C. de ſecund. nupt. *dicitur, liberos in bonis maternis, & lucris nuptialibus, hæ-*

redes habere deſcendentes ſuos : nec ea acquiri patri jure dominii, ut reliqua bona.

Ita & in Nov. 84. c. 1, *in cujus caſu pater jam mortuus fuit, Imperator provocat ad priores leges, & ex iis cauſam decidit; hoc ſaltem addito, quod quo ordine fratres, & ſorores, in bonis maternis, & lucris nuptialibus patre vivo ante ſuccedebant: eodem & in reliquis bonis (in quibus liberi, quippe ſui juris, hæredem omnino habent,) ſuccedere deberent. De diviſione vero paternorum, & maternorum, inter paternam, maternamque lineam, ne verbum quidem.*

Similiter in l. 3. C. de bon. quæ lib. *nihil refertur ex prædicta diviſione : ſed tantum dicitur, quod lucra nuptialia, & bona materna non debeant jure peculii, & poteſtatis, avo paterno acquiri per nepotes; ſed his mortuis, nulliſque fratribus ſuperſtitibus, jure hæredis ad patrem, non jure peculii ad avum, in cujus poteſtate pater eſt, pertinere, niſi quoad uſumfructum. Quæ omnia prædictis accurate conveniunt. Atque ita effluit, & evaneſcit vaniſſimum illud de diſtinctione bonorum commentum.*

Id enim relatu indignum, & nimis ridiculum videtur, quod quidam ex §. 1. per quas Perſ. cuique acq. *afferunt* : Quæ invidia eſt, quod ex patris occaſione profectum eſt, hoc ad eum reverti ? *Ita enim nec hodie liberi hæredem in bonis a parentibus acquiſitis habere poſſent : ſed ſemper aſcendentes in iis præferrentur deſcendentibus. Ratio ſcil. datur, cur peculium profectitium filiis non acquiratur. Quid hoc ad hæreditatem eorum, quæ filiis acquiſita ſunt ?*

Quod autem Carpzovius Part. 3. Conſtit. 14. def. 7. *inquit :* Diſtinctionem bonorum, etſi in ſucceſſione abrogatam, in diviſione hæreditatis obſervandam eſſe ; *non juris neceſſarii, aut perpetui, ſed arbitrii judicis eſt, qui de eo pro re nata ſtatuit, quod æquius, meliusque eſt.*

Diſtinguendum videtur inter bona] Auctor ut ſucceſſionem collateralium naturalem demonſtret, diſtinguit 1. inter bona *avita*, & *noviter quæſita* : 2. ILLA danda generi, ait; & quidem 3, ex conjectura voluntatis defuncti; qui cum dominus bonorum ſit, nec de iis diſponit, præſumitur noluiſſe perdere beneficii memoriam. Sed 3. voluiſſe gratiam referre defuncto, a quo beneficium accepit, in ejus *liberis*. Unde ſequi, ait, ſucceſſionem fratrum. At 4. 'HÆC danda chariſſimo, i. e. proximo (*vid.* §. 9.); quia ſucceſſio ab inteſtato eſſet tacitum teſtamentum. Quot verba, tot errores.

Nam præmittendum eſt, natura nullam eſſe ſucceſſionem, nec liberorum : adeoque fruſtra ibi de collateralium ſucceſſione quæri. Hinc apparet, collaterales nec in bona avita, nec in noviter quæſita ſuccedere, inprimis cum bona avita morte anteceſſoris deſinant eſſe bona avita, utpote qui morte omnia jura, & ſic dominium amittit : & ſucceſſor bona tanquam vacantia occupat, eoque ex nova occupatione dominus fit; atque hactenus omnia bona ſunt noviter quæſita.

Cæterum vaga nimis eſt conjectura, *defunctum voluiſſe gratiam referre defuncto, a a quo beneficium accepit* ; ſupra enim dictum eſt, jus naturæ non ex conjecturis, inprimis adeo vagis, deduci debere. Quæ conjectura in præſenti eo vanior eſt, quod hæres non accipiat bona ex beneficio defuncti, utpote qui poſt mortem diſponere amplius non poteſt : ſed a lege civili. Accedit quod incertum admodum ſit, an gratiam referre voluerit defunctus ; ex hac conjectura enim alii ſæpius ſuccedere deberent, quibus forte magis devinctus fuit.

Denique verum non eſt, in noviter quæſitis collaterales ſuccedere juxta affectum defuncti. Diximus enim 1. natura nullam eſſe ſucceſſionem. 2. Si quoque eſſet ſucceſſio collateralium, non tamen ex affectu metienda eſſet; quia is probari prius deberet. Sed & cum 3. remotiores ſæpius magis dilexerit, quam proximiores ; inquiri ante deberet, quemnam cognatorum magis dilexerit : unde incerta iterum fieret ſuccedendi ratio. Denique 4. allegata quoque ratio vera non eſt, quod *ſucceſſio ab inteſtato tacitum ſit teſtamentum* : quaſi hoc ipſo, dum non excludit teſtamento, tacite diſponere videatur ut proximus ſuccedat ; falſa, inquam, hæc eſt ratio, tum quia nec expreſſa diſpoſitio defuncti de eo, quod poſt mortem fieri vult, valet, nedum tacita : tum quia teſtamentum tacitum contrariatur definitioni teſtamenti, quod eſt juſta mentis noſtræ ſententia, quæ non valet niſi declarata : tum denique, quia ex tacita diſpoſitione, adeoque ex voluntate incerta, nullum jus naturæ ſequitur.

Repetimus igitur, natura nullam eſſe ſucceſſionem : nec liberorum, niſi ex ſurrogatione, & ne illis auferatur jus occupandi. Tota hæc ſurrogationis ratio ceſſat in collateralibus, quippe quibus non auferretur jus occupandi, etſi

Digitized by Google

etſi cognatis ſuis non ſuccederent; quia ſuos habent parentes, quibus loco juris occupandi ſuccedunt.

Eadem ratio quoque obtinet in parentibus, qui proinde naturali ratione non ſuccedunt liberis. Hinc jure Romano non aliter admittuntur, quam ex ratione miſerationis, *l.* 7. §. *f. Unde liberi:* ſuccedere dicuntur turbato mortalitatis ordine *l.* 15. *pr. inoff. teſt.* iiſque hæreditas *pie*, non ergo jure debiti, relinqui traditur *d. l.* 15. Sane ante SCtum Tertyllianum mater plane non ſuccedebat, & pater bona filii jure peculii occupabat. Poſt SCtum Tertyllianum conſanguinei excluſere matrem, & deinde omnes fratres omnes parentes. *L.* 4. *C. bon. qua lib. l.* 2. *C. SC. Treb. Nov.* 118. Hinc etiam apud gentes tam varie circa ſucceſſionem collateralium ſtatui ſolet; quia totum jus ſucceſſionis arbitrarium eſt.

Additio.

,, Hactenus Auctor egit de ſucceſſione *li-*
,, *berorum*, & *parentum*: eamque ex con-
,, jecturis voluntatis deduxit, quarum ſeriem
,, expoſuimus §. 3.

,, In ſucceſſione *collateralium* dubium ad-
,, modum eſſe, ait, quæ in dubio credenda
,, ſit fuiſſe voluntas inteſtati. *Vid. infra* §. 30.
,, *n.* 1., & §. 31. Indeque plane aliam ſeriem
,, conjecturarum conſtituit.

,, Ex præcedentibus autem ſupponit *I.* do-
,, minom non videri voluiſſe derelinquere
,, bona, §. 3: ſed ex eo ipſo, dum teſta-
,, mentum non fecit, cum potuerit, ſeqoi,
,, ut ejus bona eſſe intelligerentur, cujus ea
,, voluiſſe defunctum maxime probabile erat,
,, *d.* §. 3.

,, *II.* Credi autem voluiſſe id, quod æ-
,, quiſſimum, ac honeſtiſſimum eſt, vel ex
,, debito naturæ, vel ſaltem ex officio. *d.*
,, §. 3, & §. 10. *pr.*

,, *III.* His ſuppoſitis, ait, deficientibus *li-*
,, *beris & parentibus*, æquiſſimum eſſe intui-
,, tu *collateralium.*, ut bona redeant unde ve-
,, nerant, §. 9: adeoque bona paterna ad
,, cognatos paternos, materna ad mater-
,, nos.

,, *IV.* Cum enim defunctus plenos domi-
,, nus fuerit, illudque poſt mortem retineri ne-
,, queat; pro certo habendum eſſe putat, no-
,, luiſſe eum perdere beneficii memoriam: in-
,, deque videndum eſſe, quis in beneficiis ſit
,, ordo naturalis, §. 9. *n.* 2.

,, *V.* Gratiam autem referri non tantum vi-
,, ventibus, ſed & mortuis in eorum liberis,
,, quibus, ſi viverent parentes, maxime vel-
,, lent bene fieri, §. 9. *n.* 2. & 3.

,, *VI.* Hinc concludit, fratrem *fratri* vo-
,, luiſſe relinquere bona avita, quia is bona
,, ſua accepit a patre, cui proinde gratiam vi-
,, detur reddere voluiſſe in liberis, i. e. in
,, *fratribus* domini conſanguineis: in mater-
,, nis autem bonis matri gratiam referre vi-
,, deri, relinquendo bona fratribos uterinis,
,, *d.* §. 9. *n.* 3.

,, *VII.* Si non reperiatur a quo proxime
,, bona venerunt, i. e. ſi parentes, eorum-
,, que liberi (fratres ſcil. deficiunt, defun-
,, ctum credi referre voluiſſe gratiam defun-
,, ctorum parentum proximis, i. e. fratribus,
,, & ſororibus ejus. Videri igitur defunctum
,, voluiſſe relinquere bona Thiis, *d.* §. 9. *n.* 4.

,, *VIII.* Hæc vera eſſe, ait, in bonis avi-
,, tis; at in bonis noviter quæſitis ceſſare
,, gratiæ reddendæ officium. In his igitur
,, convenire officio, putat, ut deferatur ſuc-
,, ceſſio ei, qui defuncto chariſſimus fuit,
,, §. 10. *n.* 1.

,, *IX.* Chariſſimum autem cenſeri, qui
,, gradu cognationis defunctum proximo at-
,, tingit. Indeque concludit, in bonis novi-
,, ter quæſitis ſuccedere primo liberos, tum
,, fratres, poſtea thios, & denique reliquos
,, cognatos, ex proximitate gradus, §. 10.
,, *n.* 1.

,, Hoc Syſtema Grotii latius expoſui in
,, *Diſſert. proœm.* VI. §. 29. *n.* 9. & *ſeq.* At
,, ex ipſa inſpectione apparet, totam hanc
,, ſucceſſionem collateralium meris niti con-
,, jecturis, quæ nullam neceſſitatem joris in-
,, ferunt. Fatetur id ipſe Auctor, dum infra
,, ait, jure gentium demom juris neceſſita-
,, tem his conjecturis impoſitam eſſe. *Vid.*
,, §. 11. *pr.* & *l.* 2. *c.* 19. §. 6. Nos alibi pro-
,, bavimus, collateralium ſucceſſionem jure
,, naturæ incognitam eſſe.

Ut dici ſolebat in formula, qua prodigo bonis interdicebatur] ,, Apud *Paul.* 3. *ſent.*
,, *tit.* 4. §. 7. Imo prodigo bonis interdiceba-
,, tur etiam propriis, & noviter quæſitis.
,, Nam omnis tollitur adminiſtratio Legibus
,, XII. tabb. *Vid. l.* 1. *ff. curat. L.* 12. §. 1.
,, *ff. cur. dict.* Apod Paulum ideo bona pa-
,, terna, ac avita allegantur, quia potior
,, pars bonorum a patre, vel avo, ad liberos
,, provenire ſolet.

Ut in illis locum habeat] ,, I. e. ut bona
,, avita generi cedant: at dictum eſt, bona
,, avita deſinere eſſe talia, ex quo ad defun-
,, cti libros perveniunt. *Vid.* §. 11.

Quaſi

Quaſi naturaliter de bonis paternis, avitiſque teſtari non liceat] ,, Teſtari plane non licet; at non ideo quia bona paterna ſunt, ſed quia teſtamenta jure naturæ ſunt incognita.

Sed etiam neceſſarium] ,, Negamus neceſſarium aliquando eſſe ut quis de bonis avitis teſtetur: quia nunquam neceſſarium eſt teſtari in favorem indigentis amici; id enim virtutis, & honeſtatis eſſet, non juris.

Sed ut appareat, quæ in dubio credenda ſit voluntas fuiſſe inteſtati] ,, I. e. quoſnam optaverit hæredes, ſi nullum teſtamentum condidit.

Plenum dominium eſſe penes eum, de cujus voluntate agimus] ,, Quia dominium non poſſet in ſucceſſorem transferre, niſi dominus eſſet.

2 *Cum poſt mortem dominium hoc retinere non poſſit*] ,, Omnia enim jura morte diſſolvuntur.

Et omnino pro certo haberi debeat, noluiſſe eum perdere beneficii memoriam] ,, Egregia certitudo! Paulo ante dictum eſt 1. hanc eſſe meram conjecturam, ex qua nulla certitudo juris naturæ ſequitur: 2. omnem voluntatem defuncti morte ejus ceſſare, adeoque fruſtra de ejus voluntatis interpretatione poſt mortem quæri: 3. verum non eſſe, noluiſſe eum perdere beneficii memoriam; perdit enim eam omnino moriens. Sed & 4. in imbecillitate humana, ubi homines omnia minus perfecte agunt, vix præſumi poteſt, morientem ad animum ſibi revocaſſe beneficia in ſe collata. Denique & 5. prius inveſtigari deberet, quiſnam majus beneficium contulerit. Sæpius enim contingit, aliquem maxima beneficia accepiſſe ab extraneis, nulla a proximis: hoc igitur caſu ex eadem conjectura voluntatis his potius deberetur ſucceſſio.

Videndum eſt, quis ſit in beneficiis ordo naturalis] ,, Fruſtra de ordine naturali ſuccedendi quæritur, cum defuncti nulla concipi poſſit voluntas poſt mortem, & omne jus ejus, & diſpoſitio, morte exſtinguatur. Conjectura igitur de referenda gratia nullum effectum juris producit.

Et mox] ,, At omnes auctores allegati loquuntur de vivente, qui gratiam referre debet, non ex neceſſitate juris, ſed ex virtute: quo etiam collimant *Cicero* 1. *off.* 15, *Sen. ep.* 81, *Sophocl. Philoct. v.* 672, *Caſſiod.* 1. *Var.* 36. Sane is, qui beneficium dedit, non habet jus exigendi relationem gratiæ. Dignus eſt decipi, qui dando beneficium, de accipiendo cogitat. *Plin.* 9. *ep.* 30. & 1. *ep.* 13. *Cic.* 2. *Rhet.* 39. *Sen.* 1. *benef.* 2. & *L.* 2. *c.* 11. & *l.* 5. *c.* 1. & *l.* 7. *c.* 31. &c. *Vid. Teſm. b.*

Refertur gratia eorum liberis] ,, Idem aſſerunt Marcellus apud *Liv.* 25. 31, Plinius 3. *ep.* 3, Germanicus apud *Tacitum ann.* 2, 71, Caſſiodorus 1. *Var.* 36. Idque Deos quoque obſervare, ait *Sen.* 4. *benef. c.* 30, & 31. *Vid. Teſm. b.*

Qui naturaliter pars ſunt parentum] ,, Quod probavimus *in Diſſ. proœm. XII.* §. 330. Ideoque revera parentibus gratiam referunt, qui liberis, i. e. portioni corporis eorum benefaciunt.

Et quibus ſi viverent parentes maxime vellent benefieri] ,, Adeoque quibus ſucceſſionem deferri optarent.

Et hanc æquitatem] ,, Qua diſtinguitur 3
inter bona materna, & paterna: ita ut ea, quæ a matre proveniunt, cedant fratribus uterinis; paterna autem fratribus conſanguineis.

Æquitatis ſtudioſiſſimi] ,, Nam compoſuerunt Digeſta ex veterum JCtorum Romanorum legibus, quæ ex præceptis juris naturæ, & gentium deſumtæ ſunt.

In quæſtione inter fratres plenos, & conſanguineos, & uterinos] ,, Putat igitur Auctor, defunctum, gratiam relaturus parentibus, a quibus accepit bona, credi voluiſſe bona paterna, & avita, relinquere ejus liberis, i. e. fratribus. At hanc ſententiam refutavimus *n. præced.*

Plenos] ,, Quos Germanos vocant, & qui præferuntur conſanguineis, & uterinis. *Nov.* 118. *c.* 3. *pr.*

Conſanguineos] ,, Qui eodem patre, ſed diverſis matribus nati ſunt, & ſuccedunt ſi germani non extant. *d. Nov.* 118. *c.* 3.

Et uterinos] ,, Qui eadem matre, non uno patre nati ſunt. Hi una cum conſanguineis ſuccedunt, abſque diſtinctione bonorum. *d. c.* 3. Quod plenius in præcedentibus ex Diſput. B. Parentis de diſtinctione bonorum illuſtravimus.

Et aliis quibuſdam] ,, Scilicet 1. quoties parentes ex parte patris, & matris ſuccedunt: 2. quando cum iis concurrunt defuncti fratres, & ſorores germani: 3. quando Germani cum avis maternis concurrunt. De quibus caſibus, & quid in

illis

,, illis juris ſit, late egit B. Parens *in dict.*
,, *diſput. de diſtinct. bon. cap. 3. per tot.*

Gentium commune jus, ut frater fratri ſuccedat] ,, *Juſt. L.* 34. *c.* 3. At Juſtinus non
,, loquitur de ſucceſſione privata collatera-
,, lium, de qua ſola nobis quæſtio eſt, &
,, quam jure naturæ incognitam eſſe merito
,, ſtatuimus, ſed loquitur de ſucceſſione re-
,, gnorum, ubi fratres ideo ſuccedunt, quia
,, populus toti familiæ imperium detulit. Jure
,, gentium igitur hic ſuccedunt fratres, non
,, ex conjectura voluntatis, nec ex relatione
,, antiquæ gratiæ: ſed ex voluntate populi,
,, quæ ſingulos ex familia ad ſucceſſionem
,, vocat. Non ait, *ſe jure gentium fratri ſuc-*
,, *cedere debere:* ſed jure gentium, fratre
,, majore mortuo, regnum ſibi deberi, ex-
,, cluſis fratris majoris liberis: idque ex ju-
,, re primæ delationis; quod tamen injuria
,, prætendebat, quia major frater deceſſit re-
,, licto filio. Atque hinc etiam populus Ro-
,, manus dimittere Demetrium noluit, *Juſt.*
,, *L.* 34. *c.* 3. At fugam arripuit, eique re-
,, gnum occiſo Antiochi filio a tutoribus tra-
,, ditur. *d. l.* 34. *c.* 3. Sed injuriæ hujus pœ-
,, nam tulit; ſubornabatur enim alius filius
,, Antiocho, qui uſurpatorem regno, & vita
,, ſpoliavit. *Juſt. L.* 35. *c.* 1.

4 *Reſtat ut gratia referatur quibus minus quidem, ſed tamen poſt illum proxime debe-tur*] ,, Poſt fratres thios, i. e. qui parentum
,, loco ſunt, ſuccedere, ait, quia ab eorum
,, parente (avo ſuo) teſtator bona avita ac-
,, cepit: adeoque omnes præcedentes conje-
,, cturas hic quoque locum habere tradit. At
,, cum jure naturæ ne fratres quidem ab in-
,, teſtato ſuccedant, nedum remotiores ſuc-
,, cedere poſſunt: adeoque omnes ante al-
,, legatæ rationes hic quoque obtinent.

Parenti ſuperioris gradus, ejuſque liberis]
,, Senſus eſt, quia ab avo bona accepi, ad-
,, eoque ei gratiam debeo, credendum eſſe,
,, quod, proximioribus non exſtantibus, ejus
,, liberis bona cedere voluerim; quæ eſt ſuc-
,, ceſſio thiorum, i. e. patrui, avunculi, ami-
,, tæ, materteræ &c.

Præſertim cum eo modo maneatur intra proximos], , Eoque fontes varietatis, quæ in
,, legibus civilibus deprehenditur, & quam
,, Auctor initio hujus §. allegavit, ceſſant.

Et ejus, de cujus hæreditate agitur] ,, Nam
,, deficientibus *liberis*, *fratribus*, & *avis*,
,, proximi defuncto ſunt *thii:* adeoque eis
,, deferri, ait, hæreditatem, ex generali præ-
,, ſumtione, quæ obtineret, licet gratiæ re-
,, ferendæ officium ceſſaret; quia, nimirum,
,, gradu cognationis proximi defuncto cariſ-
,, ſimi eſſe creduntur. *Vid.* §. *ſeq.*

Et ejus, a quo proxime bona venerunt]
,, Thii enim proximi ſunt defuncti parenti-
,, bus, a quibus bona defunctus accepit:
,, adeoque in beneficii (quod gratiæ refe-
,, rendæ officium ſupponit, memoriam eum
,, credi bona avita relinquere thiis voluiſſe,
,, fingit.

Ariſtoteles] ,, Hic locus nullum momen-
,, tum affert pro ſucceſſione reliquorum co-
,, gnatorum. Ariſtoteles enim ſaltem ait, re-
,, liquos cognatos eſſe, vel propiores, vel
,, remotiores; at non aſſerit, eos natura
,, ſuccedere.

Ad §. X.

At *in bonis noviter quæſitis*] ,, Quæ ſcili- 1
,, cet nec a patre, nec ab avo veniunt: ſed
,, aliunde filio quæſita ſunt. At dixi, omnia
,, bona ratione ultimi poſſeſſoris eſſe noviter
,, quæſita.

Cum ceſſet gratiæ referendæ officium] ,, Bo-
,, na enim hæc non accepit a parentibus;
,, unde concludit, defunctum non videri vo-
,, luiſſe gratiam parentibus, eorumque libe-
,, ris, vel proximis referre: i. e. iis ſucceſ-
,, ſionem bonorum noviter quæſitorum re-
,, linquere. Atque hinc jus ſuccedendi in his
,, bonis ex alia conjectura deducit, æque
,, frivola: nimirum, credendum eſſe defun-
,, ctum voluiſſe ſucceſſionem deferre ei, qui
,, ei fuit chariſſimus, i. e. qui proximus ei
,, eſt cognationis gradu; quam hypotheſin
,, ſtatim examinabimus.

Supereſt ut ei deferatur ſucceſſio, qui de-functo chariſſimus fuiſſe creditur] ,, Ordinem
,, conjecturarum, quibus hæc ſucceſſio niti-
,, tur, expoſui §. *praced. n.* 2. *in fin.* At jam
,, ſupra dictum eſt, 1. ultra ſucceſſionem
,, liberorum natura nullam dari: 2. adeoque
,, fratres non ſuccedere, neque in bonis avi-
,, tis, neque in bonis noviter quæſitis: ne-
,, que 3. ex conjectura jus aliquod ſucceſſio-
,, nis oriri: 4. omnium minime ex conje-
,, ctura illa, quod deferre voluerit bona cha-
,, riſſimo, & quod chariſſimus videatur qui
,, gradu proximus eſt.

Is autem, qui gradu cognationis proxime defunctum attingit] ,, Unde hoc conſtat: ſæ-
,, pius extraneus nobis carior eſt; & tunc ex
,, eadem conjectura ei deberetur hæreditas.

Digitized by Google

Iſtus apud Græcos receptum, ait] „ Adeoque obtinet demum ex jure recepto, i. e. jure civili, quod ſucceſſio cognatis debeatur.

Quid juſtius, quam ut quæ cognati fuerant, cognatis cedant] „ Imo nulla ratio juſtitiæ naturalis hic ſubeſt: pater quidquid occupat, occupat, & acquirit in uſum *ſuæ familiæ*, ſub qua ſoli liberi comprehenduntur; hac familia ceſſante omne ejus jus ceſſat: adeoque res incipiunt eſſe nullius, & cedunt occupanti. At poſita lege civili, id juſtum omnino eſt; & talem legem receptam inter Græcos fuiſſe, paulo ante dixerat.

Idem ſenſus eſt apud Ariſtotelem] „ In *Rhet. ad Alex. c.* 2. Verum is plane de ſucceſſione non loquitur: ſed ait ſaltem, *juſtum eſſe beneficis benefacere*, & *iis*, *qui nos beneficio foverint*, *gratiam referri debere.*

Cicero] „ *L.* 1. *de off. c.* 16. Hic itidem non loquitur de ſucceſſione: ſed quod omnibus hominibus, præcipue autem conjunctis, benefacere debeamus.

Ut & Tacitus] „ Qui itidem non agit de ſucceſſione: ſed de caritate, quæ utique ex ſanguine oritur.

Idem Cicero alibi] „ *L.* 1. *off. c.* 30. At id officii, & virtutis eſt; neque inde ſequitur jus ſucceſſionis.

Debentur, *ſcilicet*, *non ex jure expletorio*, *ſed κατ' ἀξίαν*] „ I. e. Debentur non ex jure naturæ ſociali, ſed ex jure naturæ laxiori; quam diſtinctionem examinavi ſupra *L.* 1. *c.* 1. §. 7.

Κατ' ἀξίαν] „ Quam dignitatem vocat Ariſtoteles, aptitudinem Auctor *d. c.* 1. § 7, & quam ad jus naturæ laxius refert, ſed male *d. l.* cum dignitas, & aptitudo ad ethicam pertineant, non ad jus hominum inter ſe: nec ulla proinde ex ea oriatur obligatio. Quod ex Quinctiliani loco ab Auctore allegato apparet.

Ex hac animorum affectione teſtamenta, commendationeſque morientium natæ ſunt] „ Si quis teſtamento hæres inſtituitur, id omnino ab affectu eſt; at nulla ejuſmodi teſtamentis, & commendationibus natura vis ineſt: ſed eam accedente demum lege civili acceperunt. Præterea is affectus non ſanguinem ſolum reſpicit, ſed & extraneos: prout affectum ſuum teſtator verbis declarat.

Idem copias noſtras &c.] „ Poſt introducta lege civili teſtamenta æquum id omnino eſt: ſed lex neceſſitatem nobis non imponit. Imo aliquando æquius eſt extraneos præferre proximis.

Nihil aliud eſt, *quam tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura*] „ Quia dominus, qui moriens voluntatis ſuæ nullam edit teſtationem, videtur tamen voluiſſe de bonis ſuis diſponere. *Vid.* §. 3. Hoc jam a B. Parente refutatum eſt. Verum enim 1. non eſt, ſucceſſionem ab inteſtato ſequi ex voluntate defuncti, utpote quæ poſt mortem nulla eſt. 2. Certum eſt, teſtamentum nec expreſſum natura valere: nedum tacitum. 3. Ex conjectura voluntatis nullum jus naturæ oritur, adeoque nec jus ſuccedendi.

Quinctilianus] „ *Decl.* 308. quæ inſcribitur *duo teſtamenta.* At hic diſerte ſtatuit, fratribus, reliquiſque cognatis jure non deberi ſucceſſionem.

Idem locum habet in bonis paternis, *avitiſque*, *ſi nec ipſi*, *a quibus venerunt*, *nec eorum liberi &c.*] „ Nimirum, ut deferatur ſucceſſio bonorum avitorum ei, qui defuncto chariſſimus fuiſſe creditur; quia ex iis, a quibus venerunt bona, nemo supereſt: adeoque cui, & in quo gratiam referat, nullus exſtat.

Ita ut gratiæ relatio locum non inveniat] „ Omnes enim illi, a quibus bona venerunt, eorumque liberi, ſupponuntur exſtincti.

A d §. XI.

Auctor tandem hic fatetur, conjecturas naturales non ſufficere, neque inde neceſſitatem oriri: atque ideo ſucceſſiones pactis, legibus, & moribus variare. Cæterum in dubio, & ubi de voluntate non certo conſtat, unumquemque videri voloiſſe ſtatuere id, quod lex, aut mos populi habet.

Hæc vero, quæ diximus] „ Scilicet, quod 1
aſcendentibus, & collateralibus deferatur ſucceſſio ex tacita voluntate defuncti; quæ quoad poſteriores nititur illa conjectura, quod in *bonis avitis* videatur voluiſſe referre gratiam iis, unde bona venerunt, relinquendo ea liberis eorum, iiſque deficientibus, proximioribus: & quod in *bonis noviter quæſitis* videatur voluiſſe ea relinquere chariſſimo, i. e. proximiori cognato.

Naturali conjecturæ maxime ſunt conſentanea] „ Imo minime conjecturæ naturali conſen-

Digitized by Google

„ conſentaneum eſt, aliquem poſt mortem aliquid voluiſſe.

Non ſunt tamen jure naturæ neceſſaria] „ Unde Auctor has conjecturas non ex debito, ſed ex eo, quod officio congruit, deduxit. *Vid.* §. 3. *in fin.*

Ac proinde ex diverſis cauſis variari ſolent] „ Pro arbitrio legislatorum; quia ratio ſuccedendi naturalis in collateralibus non datur.

Qui ſubitionem in locum in nonnullis gradibus admittunt] „ In deſcendentibus ſubitio nepotis in locum filii jure naturæ obtinet, uti vidimus ſupra §. 6. At in collateralibus, quorum plane nulla eſt ſucceſſio natura, ea cx mero jure civili eſt. Unde non obtinet, niſi ubi in ſpecie eſt introducta; & non niſi in gradu, in quo eſt introducta. Sane, jure Romano jus repræſentandi ſolis fratrum liberis conceſſum eſt. *Vid. ſupr.* §. 6.

In aliis non admittunt] „ Atque hinc fratrum defunctorum nepotes cum germanis, vel thiis, nunquam concurrunt. *Vide ſupra* §. 6.

Alibi diſtinguunt, unde bona veniant] „ Quam diſtinctionem jure naturæ, & Romano, incognitam eſſe, vidimus §. *præced. n.* 1.

Alibi id inſuper habent] „ Idque jure quoque Romano obtinere, vidimus; quia in defuncto qualitas bonorum per confuſionem deſiit.

Eſt ubi primogeniti plus poſtgenitis ferunt] „ In ſucceſſione feudali id obtinet præprimis in feudis majoribus.

Ut apud Hebræos] „ Vid. Selden. de ſucceſſ.

Eſt ubi inter ſe æquantur] „ I. e. ubi liberi omnes æqualiter veniunt: quod juris naturalis eſt; etſi propter utilitatem publicam, & ad conſervandas familias illuſtrium, id mutari poſſit.

Eſt ubi agnatorum habetur ratio] „ I. e. ubi illi tantum ſuccedunt, qui a communi ſtipite ex meris maſculis deſcendunt, ut in ſucceſſione communi feudali, & apud francos in Allodiis.

Eſt ubi cognati quilibet] „ I. e. etiam illi, qui a communi ſtipite per fœminas deſcendunt. Unde jure Romano uterini, & conſanguinei in ſucceſſione fratris concurrunt.

Etiam ſexus alicubi momentum habet, alicubi non habet] „ Ita enim in Saxonia, præter jus ſuccedendi, fœminis etiam debetur gerada, &c.: maribus autem res expeditoriæ.

Et alibi cognationis ratio habetur intra propiores gradus] „ Ita enim Prætor agnatos ad X. uſque gradum, cognatos ſaltem ad VII. uſque gradum ad ſucceſſionem vocat. §. 5. *Inſt. ſucceſſ. cogn.* Poſtea exæquati ſunt. *Vid. Nov.* 118.

Nec inſtituti noſtri] „ Quia Auctor jura gentium tractat, non jura civilia; id enim infinitum foret, uti dixit ſupra §. 1.

Quoties voluntatis expreſſiora indicia nulla ſunt] „ I. e. quoties teſtamentum legitime factum non adeſt. 2

Credi quemque id de ſua ſucceſſione ſtatuiſſe, quod lex, aut mos habet populi] „ I. e. Succeſſio fit juxta leges loci.

Non tantum ex vi imperii, ſed ex conjectura] „ Imo ex ſola vi imperii; nam conjectura illa vaga nimium eſt. Sed & ſæpius de contraria voluntate conſtat, & tamen contra voluntatem defuncti ſucceditur: uti ſi forte ſolennia teſtamenti deficiunt.

Quæ etiam in eos valet, quorum in manu eſt ſummum imperium] „ Ita ſcilicet, ut in horum quoque bonis privatis deferatur ſucceſſio proximis, juxta leges a ſe ipſis ſtatutas; id enim in rebus ſuis æquum judicaſſe cenſentur, quod ipſi ſanxerunt. Vera ratio eſt, quod Princeps quoad jura privata ſequi teneatur formam legibus civilibus præſcriptam; quoad ea enim jura ipſe privatus eſt: adeoque ſucceſſio in ejus bonis fieri debet juxta formam ab imperante præſcriptam. Præterea commoda, & beneficia juris civilis omnino etiam principibus competunt; neque illi a privilegiis, quæ civibus conceſſa ſunt, excludi poſſunt. Atque hinc teſtamenta quoque faciunt, ex iis capiunt: juxta leges civitatis contrahunt, indeque acquirunt, &c.; de quo partim egimus ſupra *c.* 6. §. *fin.* partim autem agetur infra *c.* 14. §. 3. 5.

Nam & hi probabiliter creduntur] „ Imo hoc non eſt ex conjectura aliqua: ſed ex eo, quod non poſſint excludi a juribus, quæ privatis competunt, modo formam eſſentialem negotii obſervent. *Vid. d. c.* 14. §. 3. 5.

In iis dico rebus, in quibus de nullo eorum damno agitur] „ Si v. g. lex talis lata ſit, ut ſucceſſio in pœnam auferatur iis, quorum parentes hæretici ſunt, *L.* 4. §. 6. *l.* 19. *pr. c. hæret.* quæritur, ſi princeps

„ hæreticus ſit, an liberi ejus ſuccedere in „ bonis privatis poſſint? Reſp. Cum ex proſeſſo de actibus regis circa bona privata „ infra *c.* 14. §. 3. & 5. agatur, eo deciſionem hujus quæſtionis remittemus.

Ad §. XII.

Nulla in toto opere Grotiano difficilior, „ magiſque intricata occurrit materia, quam „ quæ de ſucceſſione regnorum tractat. Tot „ enim Auctor fingit ſucceſſionum ſpecies, „ ut vix concipi poſſit controverſia, quæ non „ defendi æque, ac refelli ex iiſdem principiis poſſit. Nam

„ *I.* Diſtinguit inter regna *patrimonialia*, „ & ea, quæ *ex populi voluntate hæreditaria* facta ſunt, §. 12. §. 14.

„ *II.* In regnis Patrimomialibus „ obtinere, ait, *ſucceſſionem allodialem*: adeoque in illis æque ſuccedi, ac in bonis „ privatis, §. 12. §. 25. Indeque admitti filias, liberos naturales, & adoptivos, & „ eos quoque, qui a primo acquirente non „ deſcendunt, §. 12.

„ Atque in his regnis patrem exhæredare „ poſſe liberos, ſtatuit, uſque ad legitimam, „ §. 25. Eumque pro lubitu ſuccedendi ordinem ſtatuere, §. 24. Imo & abdicare poſſe „ regnum pro ſe, & liberis, §. 26.

„ Ubi notat, ſolum primogenitum ſuccedere ſi dictum ſit, *ne regnum patrimoniale* „ dividatur: ſalva tamen reliquis liberis legitima, §. 13.

„ *III.* In regnis, quæ ex voluntate populi „ Hæreditaria facta ſunt, obtinere, „ ait, vel ſucceſſionem *hæreditariam*, vel „ *linealem*, §. 14. §. 22.

„ *IV.* Successionem hæreditariam obtinere, quando is, qui gradu proximior eſt, præfertur aliis, qui gradu remotiores ſunt.

„ Supponit autem 1°. tale regnum eſſe individuum, §. 14, & ſolum primogenitum „ ſuccedere, §. 18; Legibus tamen, & moribus introduci poſſe, ut dividatur, §. 14.

„ 2°. In his regnis *hæreditariis individuis* „ (inter eos, qui *pariter* in hæreditatem admitterentur, ſive quia unius gradus ſunt, „ ſive quia in parentum ſuorum locum ſuccedunt,) præferri, ait, mares fœminis, „ §. 17; Niſi fœmina ſive jure proprio, ſive „ jure ſubitionis *propior* ſit, §. 32. Inter mares autem, pariter jure ſubitionis concurrentes, præferri, ait, eum, qui ætate præcedit, §. 30. *n.* 2; in ætatis enim privilegium non ſuccedi, *ibid.*

„ 3°. In regnis autem, ubi *jus ſubeundi* „ non obtinet, & ubi præciſe gradus naturalis ſpectatur, ſi duo in eodem gradu concurrunt, eum vincere, ait, qui ſexu, aut „ ætate potior eſt, §. 32.

„ 4°. In regnis *hæreditariis dividuis*, in „ quibus jus repræſentandi obtinet, (quod „ in dubio credendum eſſe putat) illos, qui „ eodem gradu concurrunt, ſuccedere in partes, ait §. 30. *n.* 1. & 2. Neque diſtinguendum putat, an ante fortunam regiam „ nati ſint, an poſt, §. 28.

„ Si autem jus ſubeundi in locum parentum *in hæreditariis dividuis* non obtinet, „ præciſe gradum naturalem ſpectari, docet „ §. 30. *n.* 1, & 2. §. 32, & §. 33.

„ *V.* In Successione lineali, „ tradit, non obtinere jus repræſentationis, „ quia non ſuccedítur juxta proximitatem gradus, ſed lineæ: adeoque ſaltem jus tranſmittendi ſucceſſionem futuram, ſeu ſpem „ ſuccedendi, hic obtinere, ait §. 22. Ita „ ut hoc ipſum jus in poſteros ex primo rege venientes neceſſario tranſeat; ſed ordine certo: ut primum vocentur liberi *primi* „ *gradus*, (comprehenſis quoque mortuorum „ liberis) ita tamen ut præferantur mares, „ & inter mares ætate majores, §. 22. *n.* 1. „ Prima linea deficiente, ſucceſſionem tranſire ad liberos *ſecundi gradus*, eadem lege, „ & eodem modo: & ſic porro §. 22.

„ In hac ſucceſſione lineali patrem nec filium exhæredare, §. 25, nec abdicare regno, in præjudicium liberorum natorum, „ & naſciturorum, poſſe, ſtatuit, niſi populus conſentiat. At conſentiente populo „ abdicationem nocituram, ait, naſcituris, „ utpote quibus jus quæſitum nondum ſit, „ §. 26. Tandem addit, liberos ante natos „ præferri eis, qui in dignitate regia naſcuntur, §. 28.

„ *VI.* Hanc *ſucceſſionem linealem* triplicem „ facit, *cognaticam*, *agnaticam*, & *mixtam*.

„ *VII.* In Successione lineali cognatica, fœminas primæ lineæ „ non excludi, docet: ſed tantum poſtponi „ maſculis ejuſdem lineæ; præferri autem „ maſculis ſecundæ lineæ, §. 22. *n.* 1, & 2.

„ Atque hanc eſſe ſucceſſionem regni Caſtiliæ, ait §. 22. *n.* 1: ejuſque fundamentum eſſe ſpem populorum de optima educatione eorum, qui ſpem regnorum habent, quale

„ quales ſunt, quorum parentes, ſi viverent, „ eſſent ſucceſſuri, §. 22.

„*VIII.* In Successione lineali „ agnatica fœminas nunquam vocari „ ad ſucceſſionem, ſtatuit: ſed ſolos mares, „ juxta linearum proximitatem, §. 33.

„ Atque hanc ſucceſſionem dici juris Fran- „ cici, *ibid.* ejuſque fundamentum eſſe, ne „ per fœminarum matrimonia ad peregri- „ num ſanguinem imperium deveniret, *ibid.*

„ In hac ſucceſſionis ſpecie non ætate po- „ tiorem, ſed eum, qui linea potior eſt, „ ſuccedere; indeque nepotem ex filio ma- „ jore præferri patruo, ait §. 30. *n.* 3: ne- „ potem ex filio priore præferri filio poſte- „ riori, §. 30. *n.* 1; quia mortui pro vivis „ habentur, in hoc, ut jus ſuum in liberos „ tranſmittant, *ibid.*

„ *IX.* Mixtam ſucceſſionem linealem „ eſſe, ait, quando deficiente agnatica ſub- „ ſtituitur ſucceſſio cognatica, §. 23. *in fin.*

„ *X.* Denique concludit, poſſe alios quo- „ que ſuccedendi modos introduci, vel vo- „ luntate populi, vel ejus, qui regnum in „ patrimonio habet; ejuſque rei exempla af- „ fert §. 24.

„ XI. Repetendum eſt quod initio *h.* §. „ diximus, quemvis uſurpatorem, qui juxta „ naturalem ſuccedendi ordinem a ſucceſſio- ne excluderetur, ex his principiis arma, „ utut injuſta, defendere, & pro lubitu na- „ turam ſucceſſionis definire poſſe. Cum enim „ vix regnum exiſtat, ubi naturalis ſucce- „ dendi modus ſive vi, ſive pactis litigan- „ tium, aliquando non fuerit interruptus; „ uſurpator prout ejus intereſt aſſerere poſſet, „ regnum eſſe patrimoniale, aut hæredita- „ rium: dividuum, vel individuum: obti- „ nere ſucceſſionem vel hæreditariam, vel „ linealem: eamque vel agnaticam, vel co- „ gnaticam, vel mixtam: valere jus repræ- „ ſentandi, vel ſpectari gradum naturalem, „ &c.

„ *XII.* Vera Principia, ſimplicia, & cla- „ ra, rationibus naturæ, & gentium con- „ ſenſu firmata, propoſuit B. Parens; de „ quibus nunc agemus.

In regnorum ſucceſſione &c.] Cum non in omnibus nobis cum Auctore conveniat, noſtra principia paucis præmittemus.

Propositio I.

Succeſſio naturalis tantum pertinet ad patrimonia, & bona privata, non ad regna; niſi populus hac familiæ, vel deſcendentibus, expreſſa diſpoſitione detulerit.

Demonstratio.

Liberi regulariter in regnis non ſuccedunt: 1. quia adminiſtratio reipublicæ natura tantum tribuitur bene merentibus; dignitas enim, & meritum, i. e. dignum eſſe, & mereri, idem ſunt. Hæc autem dignitas, hoc meritum, perſonæ cohæret: adeoque non magis eſt ſucceſſio in dignitatem, quam in merita. Sane 2. perſonæ induſtria, & habilitas eligitur, quæ a perſona ſeparari nequeunt: adeoque nec jure hæreditatis tranſire poſſunt, uti nec pœnæ. 3. Ipſa regna non ſunt a natura originarie, ſed demum ex diſpoſitione populi orta; adeoque omne eorum jus non a natura, ſed ex populi delatione definiendum eſt. Sed & 4. diximus, ipſum ſuccedendi jus in bonis parentum non eſſe ex jure naturæ primævo, ſed ſurrogato; quæ ſurrogatio in regnis non apparet. Nam 5. tota ſurrogationis ratio in regnis ceſſat. Jus enim ſuccedendi liberorum ſurrogatum eſt in jus commune occupandi ad neceſſitatem, & uſum vitæ; quia homines vivere, aut ſe propagare ſine alimentis, aliiſque terræ uſibus, non poſſunt. At tota hæc ratio ceſſat in regnis, utpote quæ non pertinent ad vitæ neceſſitates. Indeque jus occupandi, ejuſque ſurrogatum ſuccedendi jus, in illis ceſſat. Accedit 6. quod jus occupandi ſupponat res vacuas, ſeu nullius, qualis non eſt imperium; utpote quod ſemper occupatum fuit, quia natura toti humano generi inhæret. Adeoque nec ſucceſſio in imperium dari poteſt; utpote quod morte regis non vacat, ſed redit ad populum.

At poteſt populus de ſuo imperio ita diſponere, ut familia quoque regis, ſeu ejus deſcendentes ſuccedant; at tunc ſucceſſio in regnis non obtinet a natura, ſed ex pacto: & jus tuendi populum, ac jus adminiſtrandi rempublicam, committitur regi, & ejus deſcendentibus. Fieri autem id poteſt vel expreſſa populi diſpoſitione, vel tacita; quia voluntas æque factis, ac verbis explicatur. *Vid. indicem, voce voluntas.*

Propositio II.

Quoties ex diſpoſitione populi familiæ regnum datum eſt, jus inde quæſitum eſt omnibus, qui ſunt de familia, eo modo, ac ordine, qui eligentibus placuit.

Demonstratio.

Cum liberi in regnis non ſuccedant niſi ex diſpoſitione populi, ante omnia videndum eſt, quænam fuerit lex diſpoſitionis, & quo jure delatum ſit regnum. Si igitur circa mo-

Digitized by Google

dum, & ordinem ſuccedendi in prima collatione quædam ſtatuta ſunt, illa religioſe obſervari debent; quia ea conditione imperium delatum, & a parente acceptatum eſt. Atque hinc ex arbitrio deferentium dependet, num lineæ, vel graduum ſucceſſionem ſtatuere: num aſcendentes, & collaterales regis quoque vocare: num fœminas vel ſimul, & cum maſculis, vel extinctis, maſculis ſaltem ejuſdem lineæ, admittere velint. Nam prout populus de ſuo jure imperii diſponit, ita jus eſt.

PROPOSITIO III.

Si in genere familiæ delatum eſt imperium, & præterea nihil dictum; ſucceſſio fiet juxta legem, & ordinem, quem natura ſurrogata in familiis conſtituit: ſed tantum inter capaces.

DEMONSTRATIO.

Dum enim populus vult ſucceſſionem, neceſſario quoque vult ordinem ſucceſſionis. Non autem datur alius ſucceſſionis ordo, niſi naturalis. Cum igitur alia ſucceſſio præter naturalem cognita non ſit, de ea ſola diſponentes cogitare potuerunt. Intelliguntur autem ſucceſſores capaces, qui præeſſe reipublicæ, ac eam adminiſtrare poſſunt: *Vid. prop.* 12.

PROPOSITIO IV.

Hinc ſequitur, ſolos deſcendentes ſuccedere in regnis: non aſcendentes, & collaterales.

DEMONSTRATIO.

Dum enim populus vult ſucceſſionem, & ordinem ſuccedendi naturalem; ſequitur, ſolos deſcendentes ſuccedere in regnis: quia præter liberorum ſucceſſionem natura nulla alia ſucceſſio, ſive aſcendentium, ſive collateralium, cognita eſt. Idem igitur ordo, qui in privata hæreditate natura obtinet, ſervatur quoque, cæteris paribus, in ſucceſſione regnorum. Sed nomine familiæ, cui regnum defertur, natura non niſi deſcendentes intelliguntur; naturaliter enim familia intelligitur quæ regi propria eſt: proprie autem deſcendentes ſunt in familia aſcendentium, ſcil. active, non contra; collaterales plane non ſunt in familia collateralium, etſi communi familia utantur.

PROPOSITIO V.

Inter deſcendentes habiles non ſunt fœminæ, ſed ſoli maſculi; niſi in delatione prima illæ quoque ſint comprehenſæ.

DEMONSTRATIO.

Fœminæ igitur regulariter a ſucceſſione regnorum excluduntur, etſi familiæ delata ſint Nam 1. imperium conſiſtit in facultate tuendi rempublicam, ſingulorumque jura: ac ſupponit prudentiam, potentiam, ac juſtitiam eminentiorem. Atqui eam facultatem natura dedit non ſexui fœminino in maſculinum: ſed potius maribus in fœminas. Sane, prudentiorem, potiorem, & juſtiorem natura eſſe ſexum maſculinum, demonſtravimus in *Poſit. IV. n.* 2. & 3. Adeoque contradictio eſſet, natura ſexum prudentiorem, potiorem, & juſtiorem, regi ab infirmiori, imprudentiori, & injuſtiori. Turnus ſacerdoti Junonis, fœminæ, ait apud *Virg.* 7. *Æneid. in med. p. m.* 278.

Cura tibi divûm effigies, & templa tueri:
Bella viri, pacemque gerant. —— ——

Atque hinc eſt quod ubique gentium fœminæ a judiciis, tutelis, aliiſque functionibus, quæ adminiſtrationem requirunt, excludantur. Fœminas natura remotas eſſe a publicis negotiis, ait *Sueton. in Tit. c.* 50. Sed & 2. ſupra oſtenſum eſt, in privata familia imperium ſolius eſſe patrisfamilias: multo magis ergo id verum erit in tota republica; cui enim ne partis quidem regendæ jus natura dedit, nedum totius imperium conceſſiſſe videri poteſt. Atque hoc 3. fuit argumentum Catonis pro lege Oppia apud Livium *l.* 34, *c.* 2: & Rennedi Archiepiſcopi apud Buchananum *Lib.* 12. ubi ait: *naturam poſuiſſe fœminam in alterius poteſtate, impotentem ſui tuendi, nedum alior.* Porro & 4. negari nequit, imperium non perſonis, ſed familiis, ex quibus civitates collectæ ſunt, competere; at fœminæ jus familiæ non habent, ſed ſequuntur familiam maſculorum: adeoque ad eas imperium pertinere nequit. Accedit 5. quod fœminæ nubendo exeant è familia: adeoque (contra intentionem eorum, qui regnum certæ familiæ detulerunt,) fœminæ jus imperii ad liberos ſuos, qui non ſunt in ejus familia, cui conceſſum eſt imperium, ſed in alia, transferrent. Unde 6. facile evenire poteſt, ut nulla amplius conſolidationis ſpes ſit in populo deferente; quæ voluntas probari debet. Sed & 7. ſi fœminis æquale jus imperandi cum maſculis a natura competit, cur excluduntur in ſtatu populari, & Ariſtocratico? Equidem 8. de ſumma injuria queri fœminæ Principes poſſent, quod ubique, & ab omni ævo, contra jus naturæ excluſæ fuiſſent a jure ipſis ſimul cum maſculis quæſito: at eas unquam ideo queſtas eſſe, non apparet. 9. Dum populus maſculum elegit, patet, eum voluiſſe maſculo parere; at quod fœminæ voluerit, non patet, ſed probanda erit voluntas. Denique & 10. fœminarum regna

Digitized by Google

na plerumque involvere regnorum mutationem, aliaque incommoda, probat *Thuan. l. 16. Bodin. l. 6. c.* 5: plerumque infelicia, & crudelia eſſe, apparet ex exemplis apud *Juſtin. l.* 37. *c.* 1. *ſeq. L.* 1. *c.* 4. Conf. *jus noſtrum publ. c.* 27. §. 4, & *Diſput. de juſt. regn. Portug. p.* 38. Hinc Deus pœnam minaturus ait: *pueri, & fœminæ tibi dominabuntur.* Monſtroſum tale regnum appellat Camdenus, *in vit. Eliſab. P.* 1. *pag.* 107. Tacitus de Sueonibus fœminarum imperium admittentibus, ait, *in ſervitutem degeneraſſe. de Mor. Germ. in fin.*

N o t a E d i t o r i s. Verba Taciti hæc ſunt *ibi: In tantum non modo a libertate, ſed etiam a ſervitute degenerant.* D.]

Dio Caſſius allegans exemplum Dionis, ait, turpe eſſe fœminam maribus imperare, *lib.* 50. Orſines Perſa tanquam mirum allegat, ſe audiviſſe regnaſſe olim in Perſia fœminas, *Curt. l.* 10. *c.* 1. Heliogabalus matrem ad Imperium admiſit contra legem. Sed eo mortuo cautum fuit ne unquam mulier in Senatum veniret: ut inferis caput ejus dicaretur, devoveretur que, per quem id factum. *Lamprid. in Heliogab.* Coſroes lectis litteris Theodoræ ad ſuum legatum Zaberganem datis, quibus jactabat Juſtinianum nihil absque ejus arbitrio agere, quæſivit e ſuis, num rempublicam crederent cui fœmina moderaretur. *Myler Gamol.* 3. *in fin.* Unde communi conſenſu gentium fœminæ a ſucceſſione regnorum excluduntur. *Procop. in reb. Goth.* Et hodieque apud barbaras nationes fere omnes regula illa obtinet, quod ex relationibus itinerariis videre eſt. Quin adeo filiæ regnorum incapaces viſæ ſunt, ut excluſis filiabus populus harum filiis regna contulerint. Ita Ferdinandus Hiſpanus filiarum filios hæredes fecit, ipſas excluſit. *Marian. l.* 20. *c.* 8. Idem Arragonius fecit. *Ibid. l.* 24. *c.* 18. Simile exemplum exſtat in Friderico Siciliæ rege. *Marian. l.* 16. *c.* 5. Jacobus V. Mariæ pater, ſi absque maſcula ſtirpe decederet, Matthæum Stuartum Liviniæ comitem ſucceſſorem deſtinavit: idque ſi vixiſſet publice confirmaturus fuiſſet. *Buchan. l.* 15. *p. m.* 520.

Neque obſtat, quod plurima regna referri a ſcriptoribus ſoleant, ubi fœminæ admittuntur ad ſucceſſionem. Nam duplex ejus rei cauſa eſt. *I.* Quod viduæ tutrices eſſent, quibus educatio filiorum natura competit, quam ſæpius, gratia, & vi, ad ipſam regni adminiſtrationem extenderunt; quod inprimis in Gallia in reginis tutricibus factum videmus. Huc quoque pertinet exemplum Zenobiæ apud *Vopiſc. in Aurel. c.* 22: Baudicæ Britannæ, *Tac. L.* 14. *Ann.* 31, & *in Agrippa c.* 15. *Dion. l.* 62. *pr.* Alexandra mortuo marito, & relictis duobus filiis, regnum Judææ affectavit improbante Joſepho *Antiq. l.* 13. *c.* 24. Simile exemplum eſt in Nitocre Babylonia regis Aſſyriorum vidua, *Herod. l.* 1. *n.* 34, in Artemiſia vidua Mauſoli, *Herod. l.* 7. *n.* 180. *in fin.*, in Semiramide vidua Nini, *Juſt. l.* 1. *c.* 1. & 2, in Thomire regina Scythiæ, *Juſt. l.* 1. *c.* 8, in Candace Ægyptia, cujus in ſacris mentio fit. Hæ igitur omnes filios habuerunt, adeoque non tam reginæ, quam tutrices fuere. II. Diſpoſitio populi, qui vel *ab initio* ea lege imperium familiæ defert, ut fœminæ quoque ſuccedere poſſint; quod in regnis Angliæ, Sueciæ, Daniæ &c. contingit. Atque hoc modo Oſiris, & Iſis ſimul regnaverunt in Ægypto; quod in exemplum poſtea abiit. *Lucan. l.* 10. Ita memoratur Cheophis Indica apud *Curt. l.* 8. *c.* 10, *Juſt. l.* 12. *c.* 7. Vel *exſtinctis maſculis*; tunc enim, ne ſemel in familia illuſtri conſtitutum regnum in novas turbas, motus, & æmulationes incidat, ultro factum plerumque eſt, ut filiæ, earumque mariti eligerentur: iisdem fere rationibus, quibus in electivis quoque regnis deſcendentibus Imperium ſervari ſolet. Atque hæc ſpes fuit filiæ Cyri apud *Juſt. l.* 1. *c.* 4, qua tamen fruſtra eſt: item Laviniæ apud *Virgil. Æneid.* 7. Quanquam *III.* negari non poſſit, plurimas harum ſucceſſionum a violentia, & dolo originem habuiſſe; quod vel exemplo Semiramidis apparet, quæ ſexum, ut imperaret, mentita eſt, *Juſt. l.* 2. *c.* 1; cui poſtea admiratione virtutis regnum relictum eſt, unde mos apud orientales.

Additio.

„ Quæſtio, an, & quatenus fœminæ jure naturali in Principatibus ſuccedant, agitata fuit in cauſa Aureliacenſi. B. Parens de jure conſultus maſculorum jura defendit *in Tom.* 1. *Conſ. VII. p.* 602.

P r o p o s i t i o VI.

Etſi vero fœmina in genere vocata ſint ad ſucceſſionem, non tamen ſuccedunt, niſi omnibus maſculis exſtinctis.

D e m o n s t r a t i o.

Quando igitur fœminæ in prima delatione quoque comprehenſæ ſunt, adeoque ex diſpoſitione populi ſuccedunt; porro quæritur, an cum maſculis æquo jure ſuccedant, an vero non niſi exſtinctis omnibus maſculis? Nos poſterius affirmamus: 1. quia maſculi jus quæſitum habent præ fœminis, eisque natura

Digitized by Google

natura præferuntur; hoc jus natura maſculis quæſitum admiſſione fœminarum ablatum non cenſetur. Etenim 2. alia quæſtio eſt, an fœminæ, quæ jure naturæ excluſæ ſunt, admitti debeant: alia, an, & cum maſculis concurrere, quin & quibusdam præferri? Prius apparet ex diſpoſitione populi, idque deciſum eſt: poſterius nun item; id ergo cum declaratum ſatis non ſit, diſpoſitum non intelligitur. Sane 3. patet, quod populus fœminis favere velit, non quod maſculis nocere; quod illis jus dare, non his auferre; quod illas ad jus, quod a natura non habent admittere, non quod hos eo, quod habent, privare voluerit. Neque 4. ratio, favor, aut voluntas ullius apparet; ſed in contrarium præſumtio omnis eſt: tum ratione *populi concedentis*, qui non videtur velle regi potius a fœminis, quam a maſculis, quamdiu hi ſuperſunt; nec transferri regnum in aliam familiam, quam, in ea retineri, cum adhuc exſtet: tum *ratione acquirentis*, qui non præſumitur proli ſuæ maſculæ, quæ nomen, & familiam ſervat, præferre voluiſſe fœminas, & maſculos jure ſuo naturali excludere. Hac ratione 5. fundantur feuda, in quibus fœminæ, etſi feudum fœmininum ſit, non ſuccedunt, niſi exſtinctis omnibus maſculis, 1. *f.* 6. §; quin etiam 1. *f.* 8. §. *f.* & 2. *f.* 49. Idque 6. ita inter gentes receptum eſſe, exempla docent, de quibus vide *Grot.* §. 12. *h. ibique Teſm. lit. f.* & *infra* §. 30.

PROPOSITIO VII.

Inter maſculos autem præfertur primogenitus.

DEMONSTRATIO.

Nam hanc voluntatem populi fuiſſe, ut unus ſaltem ſuccedat, apparet 1. ex populi facto, dum uni ſaltem detulit, non pluribus. Pari igitur ratione dum familiæ ſimul detulit imperium, unum ex ea vocaſſe videtur. Idque 2. confirmatur ex ipſa natura regnorum, & principatuum; nam ideo regna introducta, & reges conſtituti ſunt, ut unus dux ſit reliquorum, inprimis in bellis gerendis, quæ ſub plurium imperio feliciter geri vix poſſunt. Sed & 3. regna, & principatus ſua natura imperium unius denotare, ex ipſa voce apparet. Rex enim, dux, ac Princeps, unum ſignificat, quod reliquos regit, ducit, & ut primum omnes alios antecedit. Unde Tacitus vim principatus reſolvi, ait, *niſi una ratio reddatur.* Atque hinc 4. ſi plures imperium tenent, non regnum vocatur, ſeu principatus: ſed Oligarchia, Triumviratus, Duumviratus &c. Id vero ſpecialiſſimum eſt, & non niſi ex ſingulari diſpoſitione, ut tres ſint Augusti, & ſinguli in ſolidum; quæ exceptio regulam, & naturam rei non mutat, ſed firmat.

Cum igitur 5. ex prima delatione, & ex ipſa natura regnorum conſtet, unum ſaltem ex familia primi acquirentis ſuccedere poſſe; ultro inde ſequitur, primogenitum præferri, quia nulla ratio eſt cur minor natu ei præferri debeat. Cum e contrario 6. pro majori natu militet, quod ei jus ſuccedendi ex momento nativitatis quæſitum ſit, indeque ab eo, qui poſtea natus eſt, ei auferri non poſſit. Cum igitur 7. unus ſuccedere debeat, certe præferendus potius eſt ille, in quo aliqualis eſt prærogativa, ſcilicet ætatis, ei, in quo nulla eſt. Sane 8. ratione naturali nitītur regula, quod in pari cauſa is, qui potior eſt tempore, jure porior ſit. Atque ea 9. communis eſt gentium opinio, & praxis. Artemenes Darii Hydaſpis filius major *ætatis privilegio* regnum ſibi vindicaſſe dicitur. *Juſt. l.* 2. *c.* 10. ubi addit, *quod hoc jus, & ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dederit.* Ptolemæus minimo natu ex filiis regnum tradidiſſe dicitur *contra jus gentium. Juſt. l.* 16. *c.* 2. Dionyſio Siciliæ tyranno mortuo, cum populus majorem natu ſuffeciſſet, dicitur *Jus naturæ* ſecutus. *Juſt. l.* 21. *c.* 1. Perſeus fratri ſuo Demetrio objicit: *obſtat tua ſpei ætas mea, obſtat jus gentium. Juſt. l.* 16. *c.* 1. Herodotus primogenitum *lege* præferri, ait *L.* 6. *c.* 153. & *omnium gentium commune inſtitutum fuiſſe, ut primogenitus in regno ſuccederet. L.* 7. *c.* 167. Unde Cleomenes etſi mentis non compos, patre quoque invito prælatus eſt, *L.* 5. *c.* 133: & Amulius injuriam majori fratri Numitori illatam, (quem regno excluſerat) morte luit. *Juſt. L.* 43. *c.* 2. *Liv.* 1. *c.* 34.

Quid ſi gemini naſcantur? Reſp. tunc præfertur is, qui primus prodiit: in dubio uterque. Hinc apud Spartanos Ægina ſimulavit, ſe neſcire quis liberorum prior natus eſſet, eoque uterque rex factus eſt. *Herod. l.* 2. *c.* 135.

Equidem dubium moveri poſſet, quod populus totam familiam vocaverit, adeoque non uni, ſed omnibus ſimul regnum detuliſſe videatur? Verum populus jus ſaltem ſuccedendi definivit, illudque familiæ conceſſit; ſed de ordine nihil diſpoſuit, adeoque eum juri naturæ reliquit. Quod igitur ſecundo genitus ſuccedat, ex populi diſpoſitione eſt; ſed quod non ſuccedat, niſi poſt mortem fratris, id ex lege naturæ eſt.

PRO-

Digitized by Google

PROPOSITIO VIII.

Quilibet primogenitus etſi præmortuus, jus ſuum etiam eventuale cum omni ſuo eventu, ejusque ordine, conditione, ac prærogativa, transmittit ad ſuos deſcendentes habiles.

DEMONSTRATIO.

Demonſtratum jam eſt ſupra *Prop. V*, jus ſuccedendi liberis quæri ex momento nativitatis: atque hanc ſpem eſſe verum jus, non actuale quidem, ſed eventuale, & in conditionem *ſi pater mortuus fuerit* ſuſpenſum; ejusque effectum eſſe, ut expectari debeat eventus. Unde diximus, jus exſpectandi eventum eſſe in obligatione. Hoc jus eventuale, hanc ſpem, primogenitus transmittit ad omnes ſuos deſcendentes; utpote qui ſuccedunt in omnia jura defuncti, adeoque & in eum *eventum.*

Cum igitur deſcendentes jure patris ſuccedant, neceſſario ſequitur, deſcendentes eodem *ordine* ſuccedere, ita ut jus illud eventuale ad primogenitum maximum natu, ejusque deſcendentes, pari ordine pertineat. Sed & ſuccedunt in eandem *conditionem*, i. e. in caſum, *ſi mortui fuerint illi, qui actuale jus habent.* Imo ſuccedunt quoque in eandem *prærogativam*, ſcilicet ut maſculi ſemper præferantur fœminis in pari gradu conſtitutis.

Denique diximus, transmitti jus hoc eventuale ſaltem ad deſcendentes *habiles.* Quinam vero ſint habiles, videbimus infra. Atque ex his apparet, linealem ſucceſſionem eſſe juris naturalis: ac jus repræſentandi, ſeu transmittendi jus ſuum in deſcendentes, etiam in regnis ab ipſa natura eſſe.

Unde porro apparet, nepotem ex primogenito præferri patruo. &c. *Vid. infra.* §. 30. & nepotem ex fratre præferri patri regis, §. 31. Atque hæc ſucceſſio per Auream Bullam inter Electores ſtatuta eſt *A. B. c.* 5. Conf. *infra* §. 22.

PROPOSITIO IX.

Si nulli ſunt habiles deſcendentes ex primogenito, ſuccedit ex prima delatione alter filius, ejusque deſcendentes, pari ratione ut ante: tunc tertius, & ſic porro.

DEMONSTRATIO.

Primogenitum jus ſuccedendi in momento nativitatis habere, ſed eventuale, & ſub conditione *ſi pater mortuus fuerit*, diximus. Pari ratione ſecundo genito jus ſuccedendi in regno quæſitum eſt ex momento nativitatis; ſed ei longe plures conditiones inſunt, ſcilicet, ſi 1. pater, 2. frater major natu, & 3. ejus deſcendentes habiles mortui fuerint.

Atque hic ſecundo genitus hoc jus eventuale itidem ad omnes ſuos deſcendentes, pari ordine, conditione, & prærogativa, transmittit: ita ut hi deſcendentes præferantur cæteris fratribus parentis ſui minoribus, utpote ratione quorum parens ipſe quoque eſt primogenitus.

Deficiente ſecundo genito, ejusque linea, ſuccedit tertio genitus, ejusque linea, pari eventu, ordine, & prærogativa: & ſic in infinitum.

PROPOSITIO X.

Maſculis deficientibus, & admiſſis in prima delatione fœminis, filia ultimi regis, etſi ex natu minimo nata, præfertur filiabus ſemel excluſis, etſi ex primogenitis natis.

DEMONSTRATIO.

Filias regulariter non ſuccedere in regnis, probavimus ſupra *Prop. V.* Sed & licet a populo vocatæ ſint ad ſucceſſionem, non tamen admitti, niſi deficientibus omnibus maſculis, late demonſtravimus *ibidem.*

Deficientibus igitur omnibus maſculis, quæſtio oriri poteſt, an filiæ ultimi regis ſuccedant: an vero filiæ primogeniti ſemel excluſæ? Equidem cum omnium fœminarum par ſit conditio, & jus earum ſuccedendi actuale nunc demum incipiat, ordo temporis videtur inſpiciendus, vi cujus filiæ primogeniti videntur potiores eſſe. At poſito id verum eſſe ratione fœminarum ſemel excluſarum ſecundæ, & tertiæ lineæ; concedi id tamen non poteſt ratione filiæ ultimi defuncti regis. Filia igitur noviſſimi regis præfertur aliis fœminis, etſi ex prioribus lineis natis. Nam 1. filia hæc ſuccedit ex jure patris, qui omne jus ſuum transmittit ad deſcendentes capaces: at filia hæc capax eſt, deficientibus quippe maſculis. Sed & porro, ac 2. rex noviſſimus transmittit jus ſuum ad ſuos deſcendentes cum ſua qualitate. Ergo quia actu rex, eoque prioribus fœminis potior fuit, hanc qualitatem, & prærogativam, hoc jus potius, jure naturæ transfert ad filiam jam capacem. Neque enim 3. noviſſimus rex ſpem ſaltem transfert in ſuam filiam, ſed ipſum regnum, & jus purum, non eventuale; quod jus potius eſt nuda ſpe. Hæc ergo filia 4. nunquam excluſa fuit, ſed jus actuale habet: adeoque potior eſt illis, quæ ſemel excluſæ ſunt, indeque eventuale ſaltem jus habent. 5. Filia igitur hæc ſuccedit certo jure naturæ, nulla lege, & ratione ſuſpenſo. Reliquæ ſuccedunt quidem lege naturæ; at eorum jus

ſemel ſuſpenſum, adeoque mere eventuale eſt. Adeoque 6. attendi non debet quod reliquæ fœminæ antea fuiſſent potiores, quia tum fuere incapaces; in momento autem, quo fiunt capaces, ultimi defuncti filia potior eſt jure.

PROPOSITIO XI.

Ubi maſculi primi electi deficiunt, nec ultimus filiam habeat, in quam actu jus ſuum transferat, (hæc enim præfertur ex jure patris, vid. prop. præced.) filia ex tertia linea, præferenda eſt filiæ ex prima linea.

DEMONSTRATIO.

Diximus, fœminas etſi ad ſucceſſionem ex voluntate primorum diſponentium vocatas, non ſuccedere in regnis, niſi deficientibus omnibus totius familiæ maſculis. Extitit ergo conditio ſucceſſionis fœmininæ in momento, quo deficiunt maſculi. At valde quæritur, quænam fœminæ præferantur, & quisnam ordo ſuccedendi obtinere debeat? Equidem, ſi ultimus rex filiam reliquit, eam præferri diximus, quia nunquam excluſa fuit, adeoque jus actuale in eam transmittitur. *Vid. prop. præced.* Si vero filiam non reliquit, ſed ſine liberis deceſſit, & forte tres lineæ primi electi ſuperſint; tunc dubium eſſe incipit, an fœminæ primo electo proximæ, an vero illæ, quæ ultimo defuncto proximæ fuere, ſuccedant? adeoque an ordo ſuccedendi a majori linea, an ab ea, quæ noviſſimo regi proxima fuit, inchoari debeat?

Naturali ratione dicimus, præferri fœminam, quæ noviſſimo regi proxima eſt: adeoque ſi noviſſimus rex *ſororem* reliquit, ea præfertur omnibus fœminis priorum linearum. Nam 1. pater illius ſororis ſemel prælatus eſt anterioribus fœminis; quod jus potius parentes ad ſuas filias quoque transmittunt. Si *ſoror* non exſtat, amita ſuccedit, itidem excluſa prima linea, ex eadem ratione; quia maſculi ſequiorum linearum jus ſuum potius, quo anteriorum linearum fœminas excluſerunt, in omnes deſcendentes, etiam filias, tranſmittunt. Atque hactenus jus aliquod actuale habent fœminæ poſteriorum linearum, quod nudæ ſpei, qua fœminæ priorum linearum gaudent, præfertur. Neque 2. regeri poteſt, filias ſequiorum linearum itidem excluſas, adeoque incapaces fuiſſe: ac proinde parem omnium fœminarum nunc (exſtinctis ſcilicet maſculis) eſſe conditionem, eoque ordine tantum differre, qui incipit a prima. Nam verum quidem eſt, fœminas ſequiorum linearum ſemel excluſas fuiſſe; at NB. non per jus priorum fœminarum, ſed per jus ſequentium maſculorum, & inde naſcentium. His remotis proximum illorum jus invenitur, vi cujus ſuccedunt, ac ſi maſculi poſteriores non obſtitiſſent; remoto enim impedimento jus prius redit naturaliter. Fœminæ igitur ſecundæ lineæ quidem ſunt poſteriores maſculis etſi ſequentibus; ſed ſunt potiores anterioribus fœminis, quarum conditio ſemel defecit: cum ſequentium fœminarum jura, & ſpes adhuc integra ſint. Jus ergo fœminarum primæ lineæ non incipit, niſi maſculis ſequioris lineæ, & ex iis deſcendentibus fœminis exſtinctis. Unde ſimul apparet, filias in ſucceſſione præferri, prout vel magis, vel minus, vel nunquam excluſæ ſunt. Accedit 3. quod eo digniores videantur, quo propiores ſunt familiæ regiæ: eoque merito præferatur linea proximior cum regia domo. 4. Atque ex hoc principio jus feudale fœminas ſemel excluſas in perpetuum a ſucceſſione feudorum excludit, 1. *feud.* 6. §. 1. quod tamen jure naturali verum non eſt: filia enim ſemel excluſa non ſemper excluditur, ſed poſtponitur; neque excluſæ ſunt ſimpliciter, verum ob exiſtentiam maſculorum, quo obſtaculo ceſſante ceſſat excluſio.

Atque hinc jam 6. ſponte ſequitur deciſio caſus in *L.* 32. §. 6. *ff. leg.* 2. ubi teſtator primo certis perſonis nominatis, & tum *familiæ* fideicommiſſum relinquit: & quærebatur, an deficientibus nominatis ſuccedat is, qui ultimo nominato, an qui teſtatori proximior eſt. Ait JCtus, *omnes, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo teſtator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati ſint, vocari;* ubi per verba *primo gradu* intelligendi ſunt proximiores ultimo poſſeſſori.

PROPOSITIO XII.

Fœminæ etiam præmortuæ omne jus ſuum ſimiliter tranſmittunt ad ſuos deſcendentes habiles, cum ſuo eventu, ejuſque lege, ac prærogativa.

DEMONSTRATIO.

Uti enim maſculus omne jus ſuum, adeoque & jus ſuccedendi in regno, transfert ad ſuos deſcendentes; ita etiam fœmina primogenita ſuam ſpem, exſtinctis maſculis ſuccedendi, ad ſuos deſcendentes transfert: adeo ut quamdiu una deſcendentium ex hac linea ſupereſt, ſecunda linea excludatur, etſi forte gradu proximiores ſint perſonæ hujus lineæ.

Transfertur autem eventus ille cum ſua lege, ac prærogativa: adeoque exſpectare debent

bent conditionem; jus enim demum incipit exſtinctis maſculis; ſed & in ipſa linea ordo ſucceſſionis naturalis obtinet, & jus illud eventuale in infinitum tranſmittitur in ſolam primogenitam, ejuſque deſcendentes, pari ordine, & prærogativa.

Juri ergo ſuccedendi *maſculorum*, & quidem *filii primogeniti*, ineſt conditio ſi pater defecerit. *Secundo geniti*, ſi 1. pater, 2. frater primus, 3. hujus liberi maſculi defecerint. *Tertio geniti*, ſi 1. pater, 2. frater primus, ejuſque 3. deſcendentes, tum 4. frater ſecundus, & 5. ejus deſcendentes defecerint. Et ſic porro.

Fœminarum autem juri ſuccedendi ineſt conditio 1. ſi pater, 2. fratres omnes, ſive majores, ſive minores, 3. fratrum liberi maſculi, & 4. filia ultimi poſſeſſoris, nunquam excluſa, defecerint.

PROPOSITIO XIII.

Maſculus ex fœmina natus non plus juris habet, quam fœmina unde deſcendit.

DEMONSTRATIO.

Ponamus defuncto rege noviſſimo in prima linea exſtare liberos ex fœminis, tum maſculos tum fœminas; quæritur, an maſculi præferantur, an fœminæ? Quidam in genere putant, præferri maſculos, ob ſexus prærogativam. At ſi fœminæ, ex quibus fœminæ exſtant, potiores ſunt illis fœminis, ex quibus maſculi exſtant, verius eſt, fœminas præferri maſculis. Si proinde ex duabus ſororibus liberi exſtent, ex majori fœmina, ex minore maſculus, tunc illa hunc excludit. Uterque enim jus ſuccedendi ex fœmina habet: & ſic filius jure matris ſuccedit, quæ poſtponitur ſorori majori, & ejus filiæ; neque enim plus juris filius habere poteſt, quam ejus mater. Sic econtrario filia ſuccedit ex jure matris primogenitæ, quæ prælata fuit ſorori minori, ejuſque deſcendentibus.

PROPOSITIO XIV.

Si regina mortua concurrunt filia ejus, & filius, hic ſemper præfertur.

DEMONSTRATIO.

Si diverſarum linearum fœmininarum maſculi, & fœminæ concurrunt; diximus, fœminas præferri maſculis, ſi mater earum potior fuit. At ſi ex regina ſuperſint filiæ, & filii; quæritur, an filiæ majores præ filiis minoribus ſuccedant? Videtur id affirmandum, quia fœminæ capaces ſunt ſucceſſionis, & jus a matre habent, adeoque prærogativa ſexus ceſſat; at contrarium verius eſt, & filius, licet minor, præfertur ſorori majori. Etſi enim jus maternum par ſit, prærogativa tamen eſt ex proprio jure, & conditione ſexus. Jus enim, & capacitas naturalis maris certa eſt; de fœminæ autem capacitate, & jure, non conſtat.

Filius autem, qui ſorori hoc modo præfertur, jus ſuum potius tranſmittit ad omnes maſculos, qui ratione ipſius lineæ tantum capaces ſunt. Exſtinctis autem demum maſculis ſuccedit ſoror, ejuſque deſcendentes: etſi forte regina, (mater illius filii, & filiæ,) ſorores, & ex iis maſculos reliquerit.

PROPOSITIO XV.

Inhabiles ad regnorum ſucceſſionem ſunt omnes, qui 1. a primo acquirente non deſcendunt, & 2. a privata ſucceſſione excluſi ſunt: illegitimi vero etiam reſpectu matris.

DEMONSTRATIO.

Delata ſucceſſione familiæ primi acquirentis, *primo* excluduntur omnes, qui a primo acquirente non deſcendunt: adeoque aſcendentes, & collaterales; deficit enim delatio, & voluntas populi, de quo ſupra *prop. IV.* egimus. *Secundo* excluduntur omnes, qui ab hæreditate privata excluſi ſunt: adeoque *I.* ILLEGITIMI. Nam 1°. jure naturæ nec in bonis privatis patri ſuccedunt; ergo nec in regnis, ubi facta delatione ſucceſſio naturalis obtinet. *Vid. Prop. III.* Sed & 2°. licet ſpurii ſuccederent patri in bonis privatis, non tamen ſuccederent in regnis, utpote quæ non ſunt pars bonorum, & ubi tota ratio ſucceſſionis naturalis ceſſat; ceſſat inquam neceſſitas educationis, & propagationis, nec regna acquiruntur ex jure occupandi, uti ſucceſſiones privatæ, ſed ex pacto: quin & dignitas non tranſmittitur in hæredes. *Vid. infr.* §. 8. & 16. 3°. Ratio ſucceſſionis naturalis in regnis oritur ex pacto, & diſpoſitione populi; populus autem jus ſuccedendi ſaltem dedit familiæ, in qua non ſunt ſpurii. Familia enim eſt ſocietas conjugalis, ſeu conjugum: adeoque extra hanc ſocietatem conjugalem nati cenſentur nati extra familiam, indeque ſub pacto illo non comprehenduntur. Porro, & 4°. populus detulit regnum deſcendentibus certis; moraliter autem certitudo patris nulla eſt, niſi ex juſtis nuptiis: adeoque ex ſola ſocietate conjugii nati pro certis habentur. Sane 5°. ſanguine electo ſimul reverentia quædam ſanguini tribuitur, quam adeo delet incertus ſanguis, & dubius; & cum ob merita ſanguini jus datum ſit, merito excluduntur ſpurii, qui non ex merito, ſed ex vitio originem ceperunt: ſed & populus ideo elegit

Digitized by Google

familiam, ne paribus parere teneatur; magis ergo ne ſpuriis. Denique, & 6°. ſucceſſio non eſt ex jure, ſed ex voluntate ſingulari, de qua plene conſtare, & quæ probari debet: nec jus inde arrogari poteſt ſi dubia ſit, uti dubia eſt in ſpuriis. Idque 7°. omnium fere gentium exemplis probatur. De Perſeo ſpurio ait Livius, illum ut ex vulgato corpore genitum nullum certum patrem habuiſſe, indeque a ſucceſſione excluſum fuiſſe. *L.* 40. *c.* 9. *L.* 39. *c* 53. Vid. *infr.* §. 16. Statius *Thebaid.* 2. *v.* 444. ita canit:

—— Pudet, heu! plebisque, patrumque.
Ut toties INCERTA *ferant, mutentque gementes*
Imperia, & DUBIO *pigeat ſervire tyranno.*

Damaratus Spartanus, Septimeſtris, regno a collega dejectus eſt tanquam ſpurius. *Chev. hiſt. Xerx. p.* 84. Agis noluit agnoſcere ſucceſſorem regni poſt decimum menſem a concubitu natum. *Plut. in Alcibiade.* Martinus Arragonius ſummo ſtudio commendabat Fædericum nepotem nothum; ſed rejectus, & Ferdinandus ſucceſſor per vexillum duxit faſciam tranſverſam Veneti coloris. *Laurent. Valla de geſt. Ferd. l.* 3. Carolus VII. magni camerarii munus dedit fratris notho ob egregia in regnum merita, quia ob natalium defectum excludebatur a regno. *Thuan. l.* 27. *in f.* Johannes Cypri rex filium ſuccedere voluit, etſi ſpurius eſſet poſthumus Jacobus, qui per ſcelus, & ope Turcarum obtinuit. *Naucl. Gen.* 49. *f.* 1089.

Joannes Auſtriacus filius naturalis Caroli V. virtute illuſtris in nulla regni parte ſuccedere potuit. Alfonſus II. cum Ferrariæ Ducatum transferre in Cæſarem Eſtenſem vellet, interceſſit Papa, & prohibuit, quod ſpurius eſſet. *Thuan. l.* 100. Johannes Hamiltonius Prorex Scotiæ, at nothus, non modo non regni, ſed ne ſuæ quidem familiæ hæreditatem obtinuit. *Buchan. l.* 15. *p. m.* 520. Alexander Medicæus exſtincta Coſmi familia a ſucceſſione excluſus eſt. *Aut. Caſ. ill de Alex. Med. p.* 249. Matthiæ filius naturalis Johannes cum vi regnum prætenderet, victus, & a Hungaris occiſus eſt. *Dubrav. Hiſt. Boh. L.* 1. *p.* 31. Johannes Aureliacenſis nothus excluſus a ſucceſſione dicitur, etſi egregia ejus in regnum Galliæ merita fuerint, *Thuan. L.* 27. *in f.* Richardus III. excluſurus fratrem majorem, ſpurium prædicabat, *Flor. Angl. in Eduard. III. p.* 245: adeo ut Clerus ex publico ſuggeſtu pœnam, & iram cœli nunciaverit populo, ſi ſpuriam, & dubiam ſtirpem regiæ præferrent. *Polyd. Verg. l.* 25. *f.* 737. De moribus Germaniæ, Luſitaniæ, Perſarum, Macedonum, populorum Borealium &c. teſtatur *Mylerus in Gamolog. Princ. c.* 23. §. 3. *ſeq.* Wilhelmus conqueſtor, nothus, cum domi ſperare ſucceſſionem non potuit, Angliam invaſit, ibique vi regnum novum condidit.

Equidem negari nequit, ſæpius ſpurios quoque ſucceſſiſſe in regnis, cujus rei exempla refert *Grot. b.* §. 12. *ibique not. & Teſm. ibid. lit. b. & i. & ad* §. 16. *lit. a. Add. Cabed. p.* 1. *dec.* 100. Quin de ducibus Burgundiæ conſtat, eos qualitatem hanc ſpuriam titulis ſuis inſeruiſſe, ſeque ſcripſiſſe *Batard de Bourgogne Myl. d. l.* Sed pauciſſima hujuſmodi ſucceſſionis exſtant exempla, quæ jus gentium commune non faciunt: inprimis cum illa exempla vel vi nitantur, vel nova populi electione. Ita vidimus Johannem Cypri regem, excluſo filio ſpurio Jacobo, filiam ſibi ſuccedere voluiſſe; at Jacobus auxilio Turcarum jus regni ſibi aſſeruit. Theodoricus Clodovæi M. filius naturalis regnum Auſtraſiæ accepit conſenſu populi. Ita in Sicilia Ferdinandus ſucceſſit Alphonſo IX: & anteriori tempore Manfredus nothus Friderico II; ſed electione, adeoque populo adſtipulante.

Idque adeo verum eſt, ut nec matri reginæ ſuccedant ſpurii. Equidem in privatis bonis ſpurius matri ſuccedit, ne ab omni jure naturali in terram excluſus videatur. Secus autem eſt in regnis, in quibus jus occupandi non fuit, adeoque nec ſurrogata ſucceſſio, niſi ex voluntate, de qua hic non conſtat.

Denique adeo excluduntur ſpurii, ut nec ſufficiat ſi pater eos agnoſcat; quia populus non tenetur admittere regem, qui non in familia natus eſt, adeoque nec jurium familiæ capax eſt. Sed & ſucceſſor eum admittere non tenetur, quia jus ei quæſitum eſt ex prima electione, & ex jure familiæ, quod facto patris ei interverti nequit.

II. LEGITIMATI. Hi enim antea ſpurii fuerunt, adeoque ſucceſſionis incapaces: neque pater ſua agnitione jus populo, & ſucceſſori quæſitum auferre poteſt. Hinc Fridericus Arragonius nothus rejectus eſt, etſi mater ducta, & ſpurius a Papa natalibus reſtitutus fuerit. *Capyc. dec.* 121. *n.* 4.

III. ADOPTATI. Duo enim requiruntur ut ex pacto ſuccedant adoptati: 1. ut res ſit, de qua adoptans libere diſponere poſſit, qualis

qualis non eſt regnum: 2. ne præjudicetur juri natura liberis, vel aliis agnatis quæſito; præjudicium autem hic fieret liberis legitimis, & agnatis. Alias rationes, & exempla *vide infra* §. 12, & 16. Secus eſt ſi conſentiant illi, quorum intereſt, v. g. populus, & juſti liberi, aut agnati.

IV. Criminis capitalis rei. Hi enim jus vivendi non habent, nedum ſuccedendi, & imperandi; & qui vita indignus eſt, jurium vitæ dignus cenſeri nequit. Atque ideo Robertus Anglus Guilielmi filius a ſucceſſione excluſus eſt. *Flor. Angl. in Wilh. II.* Item Henricus I. cum filio ſuo. *ibid. p.* 32. Laurentius Medicæus etſi proximus non ſucceſſit, quod patrem occiderit. *Aut. Caſ. ill. in Alex. Med. p.* 294. Ita Darius, cui pater regno ceſſit, ob conſpirationem in patrem remotus, & trucidatus eſt. *Juſt. l.* 1. *c.* 1. & 2.

V. Non vero excluduntur Infantes, & Impuberes. Nam his natura jus ſuccedendi quæſitum eſt ex pacto primorum diſponentium, qui toti familiæ illud conceſſere. Hoc jus ob ætatem auferri liberis nequit, non magis, quam ob valetudinem, abſentiam, aut aliud impedimentum temporarium. Etſi adminiſtratio interim aliis committatur: quod per tutores fit; de quo jure tutelæ late egimus *ſupra.*

Atque hinc etiam apud omnes fere gentes infantes ad ſucceſſionem regnorum admittuntur. Ita Lud. XII. Lud. XIV. & Lud. XV. reges Galliæ fuerunt: ſed ſub tutela. Aſcanius, nondum maturus imperio, regnum habuit ſub tutela Laviniæ. *Liv.* 1. *c.* 3. Principes imperii Ottonem III. puerum regem fecerunt. *Ditmar. in Otton.* Henricus III. puer XI. annorum a patre commendatur proceribus: Henricus IV. pariter. *Herm. contr. in Henr. IV.* Henrico IV. procurante principes imperii omnes filium ejus parvulum Fridericum, adhuc in cunis vagientem, ſibi adſumſerant in regem, fidelitatemque ei juraverant. *Urſperg. in Henr. VI.* Ptolemæus puer rex Ægypti ſub tutore fuit. *Caſ. bell. Civ. l.* 8. *c. f.* Hieronymo Siculo pater 30. tutores dedit. *Liv.* 24. *c.* 4. Antigono dati ſunt tutores a populo. *Juſt. l.* 29. *c.* 1. Henricus rex Caſtellæ nondum impleto anno 14. regni habenas ſuſcepit ex teſtamento patris, qui ætatem hanc juſtam dixit. *Marian. l.* 19. *c.* 1.

Nec *VI.* excluduntur Furiosi. Calamitas enim jus ſemel furioſo (qui pars eſt familiæ) ex voluntate primorum diſponentium quæſitum auferre nequit; ſed adminiſtratio ſola alii confertur. Neque hoc impedimentum perpetuum eſt, quia nulla certitudo moralis adeſt, quæ impedit quo minus reconvaleſcere poſſit. Ita Carolus phreneticus jura majeſtatis retinuit.

An *VII.* Ex Capta nati ſuccedunt in regnis? Affirmatur. Captæ enim omnia jura naturæ ſalva, & integra retinent: adeoque & jura conjugii, ac familiæ, unde jus ſuccedendi oritur. Equidem cum pars Macedonum Alexandro M. ſucceſſorem deſtinarent filium Barſenes, aut Roxanes; Ptolemæus, & alii id indignum cenſuerunt. *Curt. l.* 10. *c.* 6: non quaſi juri gentium id regugnaret, ſed quod contra dignitatem, & decorum populi victoris eſſet a victis gubernari. Sed & Ptolemæus regnum ipſe affectabat.

An *VIII.* Foeminæ à ſucceſſione excluduntur? Merito id affirmamus, ac rationibus quoque probavimus *ſupra Prop. V.* Niſi populus eas quoque vocaverit; tunc autem ſuccedunt non niſi deficientibus maſculis totius familiæ: *ibid.*

An *IX.* excluduntur Diversæ confessionis liberi? Negatur: quia jura ſecularia, quo pertinet ſucceſſio, nihil cum ſpiritualibus commune habent. Excipe ſi lex fundamentalis ſit, ne is, qui religionem patriam non colit, ſuccedere poſſit. Ita in Gallia excluſus fuit Henricus IV, donec mutavit. Simile edictum obtinet in Anglia: atque ex eo ſolo capite, etſi de certitudine partus conſtaret, filius Jacobi II. prætenſus a ſuccedendi jure excluderetur. *Vid. ſupra prop.* 3. *infin.*

X. Denique quæritur, an liberi A rege exule nati jus ſuccedendi habeant? Affirmatur. Jus enim regni penes exulem manet, & injuria ejectus jus hoc tranſmittit ad omnes ſuos deſcendentes; quod late expoſitum eſt *ſupra l.* 1. *c.* 4. §. 15.

Quo de diſcrimine egimus ſupra] „ *L.* 1.
„ *c.* 3. §. 11. & 12. *c.* 4. §. 10. *L.* 2. *c.* 6. §.
„ 3. & 12. Conf. *L.* 2. *c.* 14. §. 10. *L.* 3. *c.* 8.
„ §. 1. & 2.

Prioris generis regna dividi poſſunt] „ Imo
„ non poſſunt, niſi populus victor (cui ſoli
„ jus imperii acquiritur) conſentiat. Equi-
„ dem civitas victa de injuria queri non po-
„ teſt; nam jus imperii amiſit. At populus
„ victor regem prohibere poteſt ne dividat;
„ neque enim Rex plus juris habet in po-
„ pulum armis ſubactum, quam in ipſum po-
„ pulum victorem.

Digitized by Google

Dividi etiam poſſunt inter mares] ,, De diviſione regni inter fratres varia inter gentes exſtant exempla, etiam in regnis, quæ notorie non fuere patrimonialia. Sic imperium orientis, & occidentis, inter Honorium, & Arcadium diviſum, legimus. Sed & antea Conſtantinus utrumque terminum terrarum orbis in tres filios diviſit. *Euſeb. in vit. Conſt.* 4. *c.* 51. Carolus magnus, & poſt eum Antoninus Pius, imperium inter filios diſtribuerunt. *B. Par. jus publ. c.* 5. §. 16. Verum hæe omnia conſenſu populi, vel expreſſo, vel tacito, acta fuere.

Et fœminas, ut in Ægypto] ,, De Cleopatra vide Strabonem *l.* 17. *p.* 596.

Nec adoptati minus veris liberis ſuccedent] Si conſenſu populi, liberis non exiſtentibus, adoptati ſunt, hoc verum eſt: alias non. Nam non ſunt pars familiæ naturalis, cui ſoli delatum eſt imperium. *Vid. ſup.* §. 3. *Prop. VII.*

Ex præſumta voluntate] ,, Quia dum filium aliquem adſumit, eique patrimonium relinquit, videtur etiam imperium, utpote quod pars patrimonii eſt, relinquere voluiſſe. At cum ſæpius jam dictum ſit, imperium nunquam eſſe in patrimonio regis, adeoque hunc neque expreſſe de eo diſponere poſſe; fruſtra de tacita ejus voluntate quæritur. Equidem plura exſtant exempla regum, qui ex adoptione ſucceſſerunt; at id conſentiente, & approbante populo factum in regnis, quæ notorie patrimonialia non fuerunt. Ita enim apud Romanos nulla fere fuit ſucceſſio, niſi per adoptionem; Auguſtus enim Tiberium, Tiberius, Germanicum, §. 11. *Inſt. adopt* Galba Piſonem, *Tac. Hiſt.* 1. 15. & 30. Hadrianus Antoninum Pium, &c. adoptaverunt. *Spart. in Vit. Hadr. c.* 24: neque tamen ſtatus ibi erat Monarchicus, ſed popularis. Alia exempla cumulat Teſmarus *in notis b.* Ita enim Johanna I. regina Neapolitana Alphonſum primo, deinde Ludovicum adoptavit. *Thuan.* 1. *p. m.* 4. Margarita Daniæ, Sueciæque regina adoptavit Ericum. *Crantz. Dan.* 8. *c.* 1. *pr.* Ada Alexandrum magnum. *Arrian.* 1. *p. m.* 68. De adoptanda Scotorum regina agitur apud *Cambd. Hiſt. Eliſ. p.* 1. *p.* 67.

Nothus] ,, Spurios, i. e. vulgo quæſitos nec in privata hæreditate ſuccedere, nedum in regnis, ſupra probavit B. Parens §. 3. *Prop. VII*: adeoque in regnis patrimonialibus quoque (ſi regi propria eſſent) excluderentur propter incertitudinem patris. Liberi quoque naturales excluduntur, quia ea lege nati ſunt *ne ſuccedant*. Si proinde admittuntur, id fit conſenſu patris, qui mutare legem illam, i. e. jus quoque ſuccedendi tribuere nothis poteſt. Sunt enim vere ex ſanguine regis nati, & de eo conſtat.

Rex Atheas] ,, Variæ ſunt lectiones circa hoc nomen; aliæ enim editiones habent Mattheas, aliæ Metheas, aliæ Atheas. *Vid. Berneger. ad Juſt. l.* 9. *c.* 2.

Quæ Gothi, & Langobardi armis quæſierant] Ita Theodahatus ab Amalaſuenta ad regnum aſſumtus. *Putean. Hiſt. Inſubr. L.* 1. *c.* 15. Ita Luitprandus Pipinum Caroli filium adoptavit. Quod fiebat per inciſionem capillorum: *Paul Diac. L.* 6. *c.* 53. Vid. *Putean. d. l. L.* 3. *c.* 12. *n.* 4.

Qui primum regem ſanguine non attingunt] Intelligit affines *Gronovius b.* Quod admitti nulla ratione poteſt, nec in regnis bello quæſitis, ſeu patrimonialibus; quia rex non plus juris in hæe regna (quæ populi jure, ac nomine acquiruntur) habet, ac in illud, quod ex populi voluntate ei delatum eſt. Neque exemplum Paphlagoniæ contrarium probat; hoc enim regnum non fuit patrimoniale, neque Mithridatis pater fuit proximus ultimo regi: ſed ſucceſſio patri delata fuit ex teſtamento; quanquam titulum illum dubium fuiſſe, vel exinde apparet, quia Romani Mithridatem ut regno decederet juſſerunt. *Juſtin. l.* 8. *c.* 5.

Si talis ſucceſſio in iis locis recepta ſit] At tunc id quoque obtinet in regnis non patrimonialibus, ſi ea lege delatum eſt imperium, ut princeps id extraneis relinquere poſſit.

Patri ſuo obveniſſe, ait apud Juſtinum Mithridates] ,, Imo id adoptione, & vi teſtamenti factum, ait Juſtinus *L.* 8. *c.* 5.

AD §. XIII.

QUOD *ſi dictum ſit, ne dividatur regnum, nec cui cedere debeat expreſſum ſit*] Auctor a regula, quod regnum patrimoniale dividi inter liberos poſſit, excipit caſum, ubi cautum eſt ne regnum dividatur. Verum, in omni regno, etiam quod patrimoniale vocant, unum ſaltem ſuccedere, diximus.

Mas, aut fœmina] Imo in omni regno marem præferri fœminæ, ſupra vidimus.

In

In Thalmudico, titulo de regibus] ,, Con-
,, trarium exinde probatur : nimirum, maſ-
,, culos ſemper prælatos fuiſſe fœminis.

Qui præcipuum jus habet in hæreditate, is & in poſſeſſione regni] Apud Hebræos primogenituræ jus in publicis, & privatis, juſſu divino ſtatutum eſt : adeoque ibi ſemper filii majores præferuntur minoribus. At jure naturæ omnes liberi æquales ſunt in juribus privatis ; in publicis autem præfertur mas, & inter mares natu major.

Ideo filius natu major præfertur minori] Rationes vide §. 12. *prop. VII*, & infra §. 18.

Artabazanes] ,, Sic vocatur quidem He-
,, rodoto *L. 7. c. 2.* At Trogus Pompejus
,, eum vocat Artemenem apud *Juſt. L. 2.*
,, *c. 10.* Plutarchus in *apophtegmatibus*, &
,, libro *de fraterno amore*, Ariamenem. Sed
,, & Herodotus, paulo poſt allegatum locum,
,, Achæmenem nominat, Darii filium, Xer-
,, xis fratrem. Plutarchus *in Artaxer. c. 2.*
,, ab Arſica, qui poſtea Artaxerxes dictus
,, eſt, & Cyro, eandem quæſtionem reno-
,, vatam ſcribit, & Darii contrariam huic
,, ſententiam commemorat. *Vid. Berneg. ad*
,, *Juſt. l. 2. c. 10.*

Idem alibi jus gentium vocat] ,, *L. 34. c.*
,, 3. Male autem ex hoc Juſtini loco inferre
,, voluit Auctor ſupra §. 9. *n.* 3, gentium
,, commune jus eſſe ut frater fratri ſuccedat.

Niſi pater aliud juſſerit] ,, Sic legimus,
,, Johannem Comnenum minorem filium ma-
,, jori prætuliſſe, quod dignior videretur.
,, *Nicetas in. vit. Joh. Comn.* At certum eſt,
,, patrem jus filio primogenito natura quæ-
,, ſitum auferre non poſſe. *Vid. B. Par. jus*
,, *publ. c. 27. §. 8. & 9. Menoch. conſ. 816.*
,, *n. 15. & conſ. 1032. n. 26.*

Ut Ptolemæus apud eundem Trogum] ,,Qui
,, Philadelphum minorem Cerauno majori ex
,, Eurydice nato prætulit. Idque contra jus
,, gentium factum, ait Juſtinus *L. 16. c. 2.*
,, Unde & vehementer diſſuadebat Deme-
,, trius Phalereus. *Vid. Diog. Laert. in ejus*
,, *vita.* Sed & juſtis ex cauſis id factum, &
,, conſenſu populi probatum fuiſſe, conſtat
,, ex *d. c. 2.*

,, Cæterum idem Juſtinus, dum refert mi-
,, lites in locum Dionyſii tyranni ſuffeciſſe
,, filium natu majorem, ait, eos *jus naturæ*
,, ſecutos eſſe. *L. 21. c. 1.* Unde Perſeus apud
,, Livium 40. 9. fratrem inceſſens : *huic ſpei*
,, *tuæ obſtat ætas mea : obſtat gentium jus :*
,, *obſtat vetuſtus Macedoniæ mos. Vid. Juſt.*
,, *l. 5. c. 10.* Atque hanc ſententiam exem-
,, plis, legibus, rationibuſque confirmant.
,, *Tholoſan. de republ. l. 7. c. 9. Arnis. Polit.*
,, *l. 2. c. 2. ſect. 21. Hottom. illuſtr. q. 2.*

Cohæredibus tenebitur pro ipſorum partibus] Imo hoc natura non requiritur ; nam jus ipſi nondum habent, niſi ex quo ordo illos tingit. At cum interſit & regis, & reipublicæ, non egere eos, qui ſpem ſuccedendi habent ; conſtitui ſolet poſtgenitis apanagium, de quo late egimus in *Diſput. noſtra de Apanagio*, & *Jprud. publ. c. 27. §. 10.*

A D §. XIV.

E x *præſumta populi voluntate deferuntur*] Imo regna deferuntur ex vera diſpoſitione populi, quæ vel ex verbis, vel ex factis apparet ; inprimis autem ex natura imperii. *Vid. not. ſeq.*

Cæterum Auctor differentiam inter regna *patrimonialia*, & *non patrimonialia*, in eo conſtituit, quod *priora* ſint dividua inter mares æque, ac fœminas, *vid.* §. 12 ; quia inſtar hæreditatis, & patrimonii ſunt, in quo omnes liberi æqualiter ſuccedunt : *poſteriora* autem individua, quia non niſi populi conſenſu deferuntur, qui præſumitur id voluiſſe, quod ſibi maxime expedit ; expedire autem ne dividatur regnum. At diſtinctionem inter regnum patrimoniale, & non patrimoniale, rejecimus ſupra. Nam in omnibus regnis ex natura imperii unus ſaltem ſuccedit ; niſi aliud vel ex delatione populi, vel moribus introductum ſit.

Additio.

,, Supra diximus, dari regna patrimonia-
,, lia, non intuitu regis, ſed intuitu populi
,, victoris, qui pro lubitu de tali regno diſ-
,, ponere poteſt.

Quod maxime expedit] Id non eſt ex præſumta voluntate populi, ſed ex natura imperii.

Hinc primum illud naſcitur, ut &c. individuum ſit regnum] Dixi, hoc non ex præſumta voluntate populi obtinere, ſed ex ipſa natura regni ; quia 1. regis, & regni voces ſua natura unitatem ſignificant. Conf. 2. *feud.* 55. Sed & 2. origo regnorum exinde eſt, quod plures familiæ, quæ vel bellum gerebant, vel vim ſibi illatam repellebant, uni fortiori, qui dux eorum eſſet, & belli imperium ſuſciperet, ſubmittere ſe ſoliti fuerint, eique curam belli, & reipublicæ commiſerint.

Unde

Digitized by Google

Unde 3. apud barbaros quoque regna non niſi uni deferri, & rariſſime ea inter fratres dividi, videmus.

Niſi aliud lex, aut mos ferat] „ Populus „ de ſuo jure imperii pro lubitu diſponere, „ illudque vel uni, vel pluribus deferre po- „ teſt.

Ex Zethi, & Amphionis] „ De diviſione „ imperii Romani inter tres filios Conſtanti- „ ni, item inter Honorium, & Arcadium: „ nec non de diviſione imperii Germanici „ inter filios Caroli Magni, & Ludovici „ Pii, (quæ regna ſunt non patrimonialia) „ egimus *l.* 1. *c.* 3. §. 17. Add. *Capitolin. in* „ *vit. Ant. Phil. c.* 7. *Spartian. in vita Ælii* „ *Veri c.* 5. *Puſend. de jur. nat. l.* 7. *c.* 7. „ §. 11.

Quia id ad tuendum regnum, & civium concordiam plurimum valet] „ Diſſidia enim „ inter plures facile oriuntur; quod exem- „ plo Triumvirorum &c. apparet. Sed & mi- „ nuuntur vires imperii. *Thuan. L.* 51. *p.* „ 1053. *Solvitur potentia in plures dedita,* „ *quæ ab uno melius regitur:* Stratius apud „ *Liv.* 45. 19. prudenter Attalo ingerit: *Si* „ *partem regni fraterni peteret, ambo infir-* „ *mos diſtractis viribus, & omnibus injuriis* „ *obnoxios fore.* Hinc Abimelech ex cogna- „ tis ſuis percontabatur: *quid vobis melius* „ *eſt, ut dominentur ſeptuaginta viri, omnes* „ *filii Jerubaal, an ut dominetur vobis unus* „ *vir? Jud. IX. c.* 2. *Lactant.* 1. 3.

Juſtinus L. XXI.] „ *C.* 1. loquitur autem „ de filiis Dionyſii tyranni.

Ad §. XV.

Alterum] „ Quod ſcilicet ſequitur ex „ eo, quod præſumatur populus id voluiſſe, „ quod maxime expedit. §. *præced.*

Ut ſucceſſio fiet intra eos, qui deſcendunt a primo rege] Nam populus certæ ſaltem familiæ jus ſuum imperii conceſſit; qua exſtincta ceſſat diſpoſitio, & jus imperii ad populum redit.

Regnum redire ad populum] „ Ceſſante „ quippe diſpoſitione populi, qui ſoli fami- „ liæ detulit imperium.

Ad §. XVI.

Auctor hic ait, filios naturales, & adoptivos in regnis non ſuccedere. Nos ſupra diximus, naturales nec in bonis privatis ſuccedere.

Ne ſuccedant niſi qui nati ſunt ſecundum patria leges] „ Id non tantum verum eſt de „ naturalibus, & adoptivis; ſed & ſi alias „ contra leges fundementales imperii quis „ naſcatur. Uti ſi legibus imperii cautum „ eſt, ut proximi agnati, & proceres puer- „ perio præſentes ſint; eo enim neglecto li- „ beri non ſuccedunt, propter metum *ne* „ *partus ſupponatur.* Equidem inter privatos „ obtinet, ut ſi metus eſt ne alienus partus „ ſupponatur, vel vidua ſpe conſervandi bo- „ na gravida fiat alieno concubitu, cuſtodia- „ tur; quod ſub his ſolennibus fieri ſolet: „ 1. bis in menſe eis, quorum intereſt, ſta- „ tus uxoris denunciari debet: 2. quinque „ mittuntur mulieres: 3. ſimul inſpiciunt „ ventrem: 4. fœmina ſequeſtrata parere de- „ bet: 5. triginta dies ante partum denun- „ tiat, ut cuſtodes mittantur: 6. partum „ edere debet in conclavi, quod unum adi- „ tum habet; ſi plures exſtant, reliqui præ- „ cludendi ſunt: 7. nulla cuſtodum prægnans „ eſſe debet: 8. tria lumina in conclavi re- „ quiruntur. Atque his ſolennitatibus negle- „ ctis, Prætor partui negat bonorum poſſeſ- „ ſionem. *L.* 1. §. 10. *ff. de inſp. ventr.*

„ Si in privata hæreditate (ubi nemo fa- „ cile tam nefarium crimen ob ſpem exigui „ lucri eſt ſubiturus, inprimis cum ipſa uxor „ in hæreditate concurrat, & plerisque lo- „ cis largiſſime ei proſpectum ſit) tam cauti „ fuere legislarores, ut omnem ſuſpicionem „ partus ſuppoſititii amoverent; mirandum „ non eſt, in regnis quoque ejuſmodi ſolen- „ nitates adhiberi ſolere, ubi regina aliis „ imperâre ſolita, deficiente prole ſubdita, „ & alieno imperio ſubjecta fieret.

„ Graviſſimus proinde hic ſubeſt metus, „ ne ſpe prolis deficiente alienus partus ſup- „ ponatur, ne illa ſpe regni ſimul excide- „ ret; unde magna incommoda oriri poſ- „ ſunt. Nam 1. magnum fieret præjudicium „ agnatis, qui ſpe ſuccedendi defraudaren- „ tur: & cum jam ipſos ordo ſucceſſionis „ tangere deberet, forte in æternum, fal- „ tem ad longum tempus, excluderentur. „ 2. Magis intereſſet ipſius populi, utpote „ cui obtruderetur rex ex aliena familia, & „ proinde tanto longiori tempore hæreret in „ ea familia, cum priori familia emortua „ ſtatim rediret. Sed & 3. cum furta in pri- „ vatis improbentur ſeveriſſime; nedum in „ imperiis, quæ ſunt res ſanctiſſima, & ip-

ſius

Digitized by Google

ſius Summi Numinis conſtitutio, damnanda erunt.

,, Hinc videmus, Reginas, in quibus vel propter ætatem, vel ob aliam cauſam ſuſpicio fuit, & metus eſſe potuit, ne partum ſupponant, religioſe ſolenuitates obſervaſſe: etſi tales leges fundamentales non exſtarent. De Maria Jacobi uxore vide *Becm. Conſp. moral. p.* 45. *Gomeſ. in vit. Jacob. t.* 3. *Rer. Hiſp. f.* 394. De Conſtantia jam vetula, *Helm. L.* 5. *c.* 2. *ſtad. p.* 437. *Fazell.* 2. *decad. rer. Sicul.* 8. *C.* 1. Hiſtoriam exhibet *Goth. ad L.* 1. §. 10. *de Ventr. Inſpic.* Alia exempla affert *Tac. L.* 3. *annal. c.* 22. *Lynck. de part. ſuppoſ. th.* 2. *Petr. Ærod. rer. Jud. L.*9. *t.*1. *c.*8. *f.*458.

,, Tales autem leges fundamentales exſtant in Gallia. Vid. *L'Etat de la France*, *f.* 55. ubi ait Auctor: *comme les Princes du ſang ont intereſt de la ſucceſſion, quand les reines accouchent, ils entrent par une prérogative ſpeciale dans la chambre, de peur qu'on ne ſuppoſe un enfant.* Idem de Anglia teſtatur Auctor *des Neugebarniſchten Engell. f.* 919, ubi ſucceſſoribus denunciatur tempus pariendi, ut videant Reginam iu ejus conclavi parientem.

,, Atque ex bis principiis B. Parens Principem prætenſum de Wallis, Jacobi filium, excludit a ſucceſſione regni, in *Diſſert. de Curioſitate legali proficua*, ubi ita diſſerit: *Et quis negaret, partum, in regia domo abſque bis cautelis editum, eoque ſaltem incertum æque, ac ſpurium, ſucceſſionis omni jure Naturali, & Civili prorſus incapacem eſſe? inprimis cum momento illo naſcitur, quo naſci eum, fruſtrata diuturno ſatis tempore expectatio, & plurimorum annorum experientia, vel uxorem ſterilem, vel maritum impotentem oſtenderat: imo omittendi prædictas cautelas ſtudium tunc cum naſci debuit, non tam ſuſpicionem fraudis auxerat, quam fraudem probaverat.*

Non naturales tantum] ,, Rationes cur liberi naturales, i. e. ex concubina nati, non ſuccedant, nec in hæreditate privata, nec in regnis, allegavimus ſupra §. 3. *Prop.* 8. & §. 12. *Prop.* 15.

,, Quæritur autem, an liberi naturales, ſi poſtea ſubſequuntur nuptiæ, fiant legitimi, ad eum effectum, ut præferantur liberis poſt eos ex juſtis nuptiis natis? Merito id affirmamus. Nam *I.* liberi ex concubina nati jure naturæ ex juſto matrimonio, ut inæquali, naſcuntur: ex conjunctione, nimirum, maris, & fœminæ, ad individuam vitæ conſuetudinem; adeoque intuitu patris æque certi ſunt, ac illi, qui ex juſtis nuptiis naſcuntur.

,, Hi liberi igitur *II.* non a natura excluduntur a ſucceſſione patris, ſed ex diſpoſitione parentum; quia ea lege, eaque conditione pater concubinæ ſeſe jungit, ut ſine dignitate ſaltem uxoris loco eſſet, & ne liberi ſuccedant.

,, Ceſſat igitur *III.* hoc impedimentum mutata voluntate patris; quod fit ſi concubinam juſtam uxorem declarat, adeoque liberis jus ſuccedeudi, quod eis a natura competit, reddit.

,, Neque *IV.* hac declaratione cuiquam fit injuria; non *populo*, quia hic omnibus a primo acquirente natis, (modo de patre certo conſtet) imperium detulit: adeo ut hi liberi non excludantur a ſucceſſione ob defectum diſpoſitionis populi, ſed ob defectum voluntatis patris.

,, Sed nec *liberis* poſtea ex juſtis nuptiis natis fit injuria; cum enim liberi naturales excludautur a ſucceſſione non a natura, nec ex voluntate populi, ſed ex voluntate patris, huic excluſioni tacita ineſt conditio, *niſi pater mutaverit voluntatem:* adeoque jus naturalium liberorum in hunc eventum ſuſpenſum eſt.

,, Si conditio exiſtit, i. e. ſi pater mutat voluntatem, liberi naturales nunquam excluſi, & ex momento nativitatis ſucceſſionis capaces fuiſſe cenſentur: atque ex hoc capite omnibus liberis poſtea natis præferuntur.

,, Idque *V.* confirmant exempla gentium, ubi ex concubina natos, & per ſubſequens matrimonium legitimatos, ſæpius iis, qui ex juſtis nuptiis poſtea nati ſunt, prælatos legimus.

,, Atque ita *VI.* jus Romanum quoque rem decidit; rationem enim, cur ita legitimati retro fiant legitimi, in tacita illa conditione, & quod ab initio maritalis animus adfuiſſe videatur, ponunt. *Neque enim veriſimile eſt*, quæ ſunt verba legis 10. *C. Nat. lib.*, *eum, qui poſtea donationem, vel dotem conſcripſerit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuiſſe, quæ eam dignam eſſe uxoris nomine faciebat.* Quo ipſo ſatis indigitatur, jus concubinæ, & ejus liberorum in ſuſpenſo eſſe, & a declaratione patris dependere.

„ Hinc *VII.* jure feudali quoque ſtatutum „ eſt, ut legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis (ubi eadem, quæ in regnis, obtinet ſucceſſio) ſuccedant. *Vid. jus noſtrum controv. tit. de his, qui ſui, vel &c. qu.* 17.

„ Neque obſtat *VIII.* liberis poſtea ex „ juſtis nuptiis natis jus ſuccedendi ex tempore nativitatis jam quæſitum fuiſſe, quod „ pater legitimando liberos naturales ipſis „ auferre nequit. Reſp. Imo poſteriorum liberorum jus ſuccedendi dependet ab illa „ conditione, quæ liberorum naturalium jura ſuſpendit. Si enim ea exiſtit, negamus „ liberis poſtea natis jus ſuccedendi potius „ quæſitum fuiſſe; cum excludantur a liberis anterioribus, qui mutata patris voluntate retro ſucceſſionis capaces fuiſſe „ cenſentur.

„ Neque obſtat *IX.* in legitimatione per „ ſubſequens matrimonium tempus nuptiarum per fictionem retrotrahi ad tempus „ nativitatis; fingitur enim retro fuiſſe legitimus: fictiones autem ſunt juris civilis. „ Reſp. retrotractio illa non fit per fictionem, ſed vi tacitæ conditionis, quæ juri „ liberorum naturalium ex tempore nativitatis ineſt. Si igitur exiſtit illa conditio, „ naturali quoque ratione ex momento nativitatis id jus habuiſſe videntur.

„ Denique & *X.* obſtat, quod jure Romano tantum liberi naturales, (non ſpurii) ita legitimari poſſint: certiſſimo indicio, hanc conſtitutionem eſſe juris civilis „ inventum, cum jure naturæ nulla ſit differentia inter liberos naturales, & ſpurios; „ utrique enim ex copula natura prohibita „ procreantur, unde nulla jura liberorum, & „ parentum ſequuntur. At negamus, natura „ parem eſſe conditionem liberorum naturalium, & ſpuriorum. Concubinatus verum eſt matrimonium, continens individuam vitæ conſuetudinem: & pater æque „ certus hic eſt, ac ex juſtis nuptiis; adeoque nihil hic deeſt ad effectum ſucceſſionis, niſi votum patris: quod ſi ſupervenit, totum impedimentum tollitur.

„ At in *ſpuriis* ratio illa ceſſat; ſpurii enim „ ſunt qui vulgo quæruntur, adeoque ubi „ nulla certitudo patris adeſt. Si igitur hi „ admitterentur ad ſucceſſionem, injuria fieret tum *populo*, qui non niſi ex ſanguine „ regis natis ſucceſſionem deferre voluit: „ tum *liberis*, quibus jus ſuccedendi, quod „ non a patre, ſed a populo habent, auferretur.

Quia ad contemtum patent] „ Vera ratio „ eſt, quia ea lege nati ſunt ne ſuccedant.

Et præterea, quia minus certi habentur] „ Imo certitudo eadem eſt, quæ in juſtis „ nuptiis. Nam concubina quoque in domo „ maris eſt, & individuam vitæ conſuetudinem contrahit. *Vid. Diſſ. proœm. XII.* „ §. 173. *n.* 2.

At in regnis expedit populo haberi maximam certitudinem] „ Auctor ſupra §. 14. dixit, „ præſumi populum in delatione regni id „ voluiſſe, quod maxime expedit. Unde jam „ concludit, expedire populo ut partus ſit „ certus. At diximus, partum concubinæ „ certum quidem, ſed ea lege natum eſſe, „ *ne ſuccedat.*

Cur Macedones] „ Apud *Liv.* 39. 53. ibi, „ *Nam etſi minor ætate, quam Perſeus eſſet, hunc tamen juſta matreſamiliæ, illum pellice ortum eſſe: illum, ut ex vulgato corpore genitum, nullam certi patris notam habere.* Adeoque Perſeus ne quidem ex „ concubina, ſed ex pellice, adeoque ex „ vulgato corpore genitus fuit.

Sed nec adoptivi] „ Vera eſt Auctoris ſententia; ſed ratio fallit. Non enim ideo „ adoptivi excluduntur, quod deficiat generis nobilitas, aut minor de iis ſpes concipiatur: ſed quia populus in favorem ſolius „ familiæ diſpoſuit, cujus pars non eſt filius „ adoptivus. Accedit quod exſtincta familia „ imperium redeat ad populum; hoc jus populo quæſitum rex adoptione extranei auferre nequit. Hine Seguierius apud *Priol. rer. Gall. l.* 12. *Sanguis regius non transfunditur in alienas venas; periculoſum eſt adoptare de regno auſos contendere.*

„ Exceptio eſt, niſi conſenſu populi id „ fiat. Atque id ſub primis Cæſaribus, ubi „ ſtatus mere erat popularis, factum eſſe, „ diximus *ſupra* §. 12. *prop.* 15. Quo & pertinent exempla ibi allegata. Modo liberi „ non exſtent.

Eſt in juvencis] „ *Horat. l.* 4. *Od.* 4. Atque hinc in regnis electivis quoque præferri ſolent liberi regum demortuorum: idque rationibus, & exemplis probat B. Parens in *J. publ. c.* 7. §. 16.

Ad §. XVII.

De fœminarum ſucceſſione late jam egimus ſupra §. 1. *Prop. V:* & diximus, eas excludi a maribus, adeo ut licet ex diſpoſitione

tione populi ſucceſſionis ſint capaces, tamen poſt mares demum vocentur. Hinc quamdiu ſuperſunt maſculi, etiam remotiſſimi, hi filiabus ultimi defuncti præferuntur.

Ut inter eos, qui pariter in hæreditatem admitterentur] „ Si ſcilicet populus toti fa- „ miliæ, adeoque & maſculis, & fœminis, „ regnum detulit.

Sive quia ſunt totius gradus] „ Uti ſi fra- „ tres, & ſorores concurrunt.

Sive quia in parentum ſuorum gradum ſuccedunt] „ De ſucceſſione vicaria in *bonis* „ *privatis*, ejuſque origine, egimus ſupra „ §. 6. Hic jam agendi locus eſt de ſucceſ- „ ſione vicaria, i. e. de jure repræſentatio- „ nis in *regnorum ſucceſſione*.

„ Equidem in *lineali ſucceſſione* ſubitionem „ in locum parentum non obtinere, ipſe Au- „ ctor fatetur. At in *ſucceſſione hæreditaria* „ juri repræſentandi locum eſſe, ac æquita- „ tem naturalem nos ad id ducere in bonis „ avitis, exiſtimat. *Vid.* §. 31. §. 18, *n.* 2. „ §. 22, *n.* 1.

„ Si proinde duo gradus concurrunt, ſive „ jure proprio, ſive jure ſubitionis, eos in „ regnis *dividuis* partes facere, ait §. 30, „ *n.* 1; in regnis *individuis* vero inter illos, „ qui ad effectus juris gradu adæquati ſunt, „ præferri eum, qui ſexu (ſi mas, & fœ- „ mina concurrunt), vel ætate (ſi duo „ mares, vel duæ fœminæ ita concurrunt) „ potior eſt, §. 30, *n.* 2. §. 18, *n.* 2. §. 32, „ & 33. Quia nec præſtantia ſexus, nec ætas „ tranſmitti in liberos poteſt. *ibid.*

„ Nos ſupra demonſtravimus, ſucceſſionem „ in regnis natura nullam eſſe, niſi linea- „ lem. Adeoque fruſtra de jure repræſenta- „ tionis quæritur, quæ in lineali ſucceſſione „ plane non obtinet. *Vid.* §. 22.

„ Si in prima delatione alius ſuccedendi „ modus definitus eſt, v. g. ut regnum di- „ vidatur inter eos, qui gradu proximi ſunt; „ hoc caſu verum eſt, gradu proximos etiam „ cenſeri, quos natura in locum proximi de- „ ducit, §. 39. *n.* 2. Adeoque ibi jus repræ- „ ſentandi obtinet, quia is, qui proximus „ olim fuit, jus ſuum proximitatis tranſmit- „ tit in omnes deſcendentes, qui proinde „ in locum parentum demortuorum ſucce- „ dunt: niſi appareat, primam delationem „ præciſe gradum naturalem, ejuſque pro- „ ximitatem ſpectaſſe. §. 32. §. 33.

Præferantur mares fœminis] „ Ex hypo- „ theſi Auctoris populus, qui præſumitur „ voluiſſe id, quod magis expedit, (*vid.* „ §. 14.) etiam mares præferre voluiſſe maſ- „ culis, videtur. Equidem theſis vera eſt; „ at id non ſequitur ex præſumta illa popu- „ li voluntate, qua creditur voluiſſe id, „ quod ſibi expedit: ſed quia regnum ſua „ natura officium virile eſt; idque conſenſu „ gentium probatur. Exſtat apud Nicetam „ oratio Imperatoris Johannis Comneni, in „ vita ejus, ad uxorem Irenem, volentem „ in ſucceſſione regni præferre filiam filio. „ *O mulier, & lecti, & imperii mei parti-* „ *ceps, non tandem ea mihi ſuadere deſines,* „ *quæ filiæ tuæ grata ſunt: & conari, ut* „ *ordo laudabiliter inſtitutus turbetur? Quod* „ *ſi numinis alicujus ira percita es, ad ſa-* „ *nam redito mentem: ac potius mecum con-* „ *ſiderato, an ullus ex ſuperioribus Romano-* „ *rum, cum filium imperio idoneum habe-* „ *ret, eo neglecto generum prætulerit? Ac ut* „ *aliquando acciderit, quod raro factum, pro* „ *lege habendum non erit. Conf.* §. 12. verb. „ *dividi etiam.* De Aſſyriis vide *Juſtin. L.* 1. „ c. 4, de Britannis *Thuan. l.* 1. *p. m.* 15, „ de regno Syracuſano *Liv.* 24. 4. Conf. *Pu-* „ *fend. Jur. Nat. L.* 7. *c.* 7. §. 11.

Ideo quod mares tum ad bella, tum ad alias imperii partes magis idonei] „ Rationes „ naturæ vide ſupra §. 12. *Prop.* 5.

AD §. XVIII.

Auctor ait, in regnis ex voluntate populi delatis filium primogenitum, vel filiam primogenitam, ſemper præferri poſtgenitis; quod late probavimus ſupra §. 12. *Prop.* 7.

Quintum] „ Quod, nimirum, ſequitur ex „ illa conjectura, quod populus præſumatur „ voluiſſe id, quod maxime expedit. *Vid.* „ §. 14.

Ut inter mares] „ Si ſcilicet ſolis maſcu- „ lis regnum a populo delatum eſt: uti de „ regno Galliæ id prædicatur.

Aut inter fœminas] „ Si ſcilicet ex diſpo- „ ſitione populi poſt mares etiam fœminæ „ vocantur.

Præferatur natu maximus] „ Idque juris „ gentium, ac naturalis eſſe, & qua tale ab „ omnibus fere gentibus aſſeri, probatum „ dedimus §. 12. *prop.* 7. & *ſupra* §. 13. Ita „ cum deceſſiſſet Archidamus filiis duobus „ relictis, Agis, quod Ageſilao major natu „ erat, regnare cœpit *Pauſan. l.* 3. Apud „ Juſtinum traditur, majorem Phrahatem, „ more gentis, hæredem regni fuiſſe, *L.* 41.

„ *c.* 5. Comnenus, qui juſta ex cauſa mino-
„ rem natu prætulit, fatetur, *naturam prin-*
„ *cipatum majori natu deferre ſolere.* Vid.
„ *Nicetas in vita ejus.* Conf. *Liv. L.* 40. *c.* 15.
„ *Tac. Ann.* 2. *c.* 2. *Lactant.* 1. *c.* 14. *So-*
„ *phocl. in Oedipo Colon. v.* 1287. 2. *Chron.*
„ 21. 3. *Tuſch. concl.* 651. *P.* & *Concl.* 19.
„ *M. Menoch. Conſ.* 163. *pr. Puſend. J.*
„ *Nat.* 7. 7.

Quod is judicio aut perfectior jam eſſe, aut &c.] „ Rectius, quia regna ſua natura ſunt „ individua, & uni deferuntur, adeoque ſoli „ primogenito, cui potius jus quæſitum eſt „ tempore, & ex momento nativitatis.

Cyrus apud Xenophontem] „ *De Inſtit.* 8. „ *p.* 252. ibi: *complector equidem filii pari* „ *utrumque veſtrum benevolentia; verum* & „ *conſilio providere*, & *ducis officio fungi*, „ &c. *eum jubeo, qui natu major eſt*, & „ *uſum rerum majorem de conſentanea qua-* „ *dam ratione habet.*

Quia vero ætatis præſtantia temporaria eſt duntaxat &c.] „ Peritia enim, quæ in natu „ majori præſumitur, ceſſat morte ejus.

Sexus autem perpetua] „ Sexus enim maſ- „ culinus ſua natura, adeoque in perpetuum, „ prudentior, & magis idoneus ad bella, „ aliaſque imperii partes, quam ſexus fœ- „ mineus cenſetur. §. 17. *in fin.*

Ideo ſexus prærogativa potior eſt, quam ætatis] „ Indeque ſexus maſculinus perpetuo „ excludit fœmininum, etſi fœmina major „ natu exiſtat; ætatis enim prærogativa ce- „ dit præſtantiæ ſexus.

2 *Unde*] „ Scilicet ex eo, quod in regnis „ hæreditariis individuis præferatur is, qui „ ætate potior eſt.

Quamquam liberi nonnullis gradibus parentum præmortuorum vicem impleant] „ Nam „ nepotes ſubire in locum filiorum præmor- „ tuorum, dixit ſupra §. 6. Eamque ſucceſ- „ ſionem vicariam vocat *ibid.*

Id tamen intelligendum, ut capaces ſint juxta cæteros] „ I. e. ut nati ſint juxta pa- „ triæ leges, & a primo rege deſcendant. „ §. 15. §. 16.

Salva tamen ſexus primum] „ Ita ut ma- „ res præferantur fœminis. *Vid.* §. 17.

Deinde ætatis prærogativa] „ Illuſtratur „ mens Auctoris exemplo, quod ipſe alle- „ gat §. 30. Si nimirum nepos cum patruo „ concurrit in regno hæreditario individuo, „ quæritur, an is præferatur, qui gradu pro- „ ximus eſt, an is, qui ætate præcedit? „ Et reſpondet, *in regnis hæreditariis indi-* „ *viduis, ubi ſubitio in locum excluſa non* „ *eſt, neque ſemper nepotem, neque ſemper* „ *filium ſecundo genitum præferri: ſed qui* „ *ætate præcedit.* Rationem addit, quia etſi „ nepos ſubeat in locum patris ſui, id ta- „ men verum ſaltem eſſe ad eum effectum, „ ut cum aliis in pari gradu conſtitutis (cæ- „ teris paribus) ſuccedere poſſit: non ut „ eis præferatur; quia in regnis hæreditariis „ non ſucceditur in privilegium ætatis.

Inter capaces] „ Hinc neque patruum, ne- „ que nepotem ſuccedere, ait (etſi uterque „ capax ſit, utpote effectu juris, quoad gra- „ dum adæquati); ſed eum præferri, qui æ- „ te præcedit. *d.* §. 30.

Nam qualitas ſexus &c. *ita perſonæ adhæret, ut avelli inde nequeat* &c.] „ Ad- „ eoque etſi ex filio primogenito filia ſuper- „ ſit, eaque ſubeat in gradum parentum; „ non tamen in privilegium ſexus ſuccedit, „ utpote quod mere perſonale eſt.

Et ætatis] „ Adeoque nepos non concur- „ rit cum patruo, ſi hic eſt ætate potior; „ quia etſi ſubeat in locum ſui patris præde- „ functi, non tamen ſuccedit in jus ætatis.

„ At omnia hæc gratis dicuntur. Alibi de- „ monſtravimus, natura ſucceſſionem regno- „ rum eſſe *linealem*, & ut Auctor vocat, „ *agnaticam.* Atque ex hac ratione nepos „ ſemper excludit patruum, etſi ætate ma- „ jorem. Eaque ſucceſſio tamdiu obtinet, „ donec legibus locorum alia ſucceſſio intro- „ ducta probetur. Sane, imperium deferri „ a populo poteſt ea lege, ut fœminæ quo- „ que ſuccedant; quam ſucceſſionem Auctor „ vocat *linealem cognaticam*: ut proximitas „ gradus inſpiciatur; quam ſucceſſionem vo- „ cat *hæreditariam*: ut juri repræſentationis „ in regno hæreditario locus ſit; quam in „ regno hæreditario *dividuo* ſimpliciter obti- „ nere, ait; in *individuo* autem ſalva æta- „ tis prærogativa &c.

Ad §. XIX.

Quæritur, *an regnum, ubi hunc in modum defertur*] „ I. e. quod libero conſen- „ ſu populi factum eſt hæreditarium. *Vid.* „ §. 14. Nam in regnis patrimonialibus id ex- „ tra dubium ponit Auctor. *Vid.* §. 12.

Eſſe hæreditatem quandam] Utrumque regnum, & patrimoniale, & non patrimoniale, eſt hæreditarium ratione ordinis ſuccedendi; non vero quoad reliquos effectus hæredita-

Digitized by Google

reditarios. Differunt enim toto cœlo imperium, & hæreditas. Nam 1. *hæreditas* eſt ſpecies dominii, quod jure privato competit: unde hæres ea abuti, eamque alienare poteſt; at *imperium* conſiſtit in ſola adminiſtrandi facultate, in jure civium, & reipublicæ tuendo. 2. *Hæreditatis* jus originem habet ex jure occupandi rem nullius; *imperium* vero ex diſpoſitione populi, ſive voluntaria, ſive coacta. Nullum enim regnum vacuum eſt: ſed imperium natura toti humano generi, eoque diviſo ſingulis populis competit. 3. *Hæreditas* eſt complexus omnium jurium privatorum, activorum, & paſſivorum; at *ſucceſſio in regnis* eſt ſucceſſio ſingularis: neque omnia jura paſſiva in ſucceſſorem tranſeunt, ſed ſaltem intra fines adminiſtrationis. Neque 4. ſucceſſor, ut in *hæreditate*, perſonam defuncti repræſentat; id enim ex fictione eſt, adeoque meri juris civilis.

Additio.

„ Sæpius diximus, REGNUM PATRIMONIALE, quod ſcilicet bello quæſitum eſt, *intuitu populi* victoris eſſe veram hæreditatem, partem patrimonii populi, de quo pro lubitu diſponere poteſt. *Intuitu regis* autem diximus, non plus juris huic competere in regnum devictum, quam in regnum cujus jure bellum gerit; utrumque enim curæ ejus, ac adminiſtrationi ſaltem commiſſum eſt. At in REGNIS VOLUNTATE POPULI DELATIS verum eſt, ea nullo ſenſu hæreditatem dici poſſe.

Sed ſeparatam ab aliorum bonorum hæreditate] „ Imo plane non eſt hæreditas; ſed ſucceſſio hic ſaltem imitatur ordinem ſuccedendi in hæreditate civili uſitatum, ſalva ſexus, & ætatis prærogativa.

Qualis hæreditas peculiaris in feudis quibuſdam] „ Minus proprie regna comparantur feudis, ubi dominium utile ad vaſallum pertinet; quod in regnis falſum eſt. At ſucceſſio regnorum fere convenit cum ſucceſſione feudali, ubi itidem linealis ſucceſſio obtinet, & fœminæ excluduntur: vel ſi ad ſucceſſionem admittuntur, non niſi poſt maſculos ſuccedunt; nam aliquando ea lege feudum defertur, ut maſculi, & poſt eos fœminæ ſuccedant. Quæ feuda fœminina vocantur.

Quibuſdam] „ Scilicet in feudis fœmininis; nam in maſculinis fœminæ nunquam ſuccedunt.

Emphyteuſi] „ Si fundus familiæ perpetuo fruendus traditur ſtatuta penſione.

Jure patronatus] „ Patronus enim liberto, qui improles obierat, ab inteſtato ſuccedebat. *pr. Inſt. de Succ. libert.*

Jure præcipui] „ Gronovius huc refert legata per præceptionem: *hæres præcipito*, *præcipuam rem accipito*. Hujuſmodi legatum tantum uni ex cohæredibus relinquitur. *Heinecc. Inſt. tit. de legat.* §. 603. At hic non agitur de ſucceſſione; rectius ergo huc refertur *ſenioratus*, ubi ſeniori familiæ præcipuum aliquod relinquitur jure ſucceſſionis.

Unde ſequitur] „ Quia ſcilicet regnum, quod ex libera populi voluntate factum eſt hæreditarium, Auctori eſt hæreditas quædam.

Qui & bonorum hæres eſſe poſſit, ſi velit] I. e. cui præter regnum, etiam privata hæreditas lege defertur.

Sed ita ut etiam ſine bonis, & eorum onere poſſit adiri] „ Duplicia enim, & diverſa ſunt bona: adeoque & diverſæ ſucceſſiones, quarum alteram repudiare, alteram retinere poteſt. Nam princeps in regno non ſuccedit tanquam hæres patris, ſed ex voluntate populi, ac ex diſpoſitione primorum acquirentium.

„ Repudiare igitur ſucceſſionem in *bonis privatis* poteſt, nec tum debita his bonis inhærentia ſolvere tenetur. At id non impedit, quo minus debita publica, i. e. in utilitatem reipublicæ contracta, ſolvere teneatur. Equidem Gronovius multis argumentis probat, principem ſucceſſorem obligatum eſſe ut ferat onus, quod deceſſor quocunque modo contraxit. At rationes illæ partim repugnant rationi juris, partim ad id, quod æquum, & virtuoſum eſt, pertinent.

Quia populus regnum voluiſſe creditur quam optimo jure deferre] „ Imo ex vaga hac conjectura nihil ſequitur. Vera ratio eſt, quia populus regnum detulit regi, ejuſque familiæ; liberi ergo jus ſuum habent non a patre, ſed ex diſpoſitione populi: adeoque repudiare hæreditatem patris poſſunt, ſalva ſucceſſione in regno.

Nec quidquam ejus refert] „ Scilicet populi. Sed & ſi intereſſet populi, non tamen jus eſſet populo obligandi regem, ut privatam hæreditatem adeat.

Non ob hoc] „ Ut filius neceſſario adeat privatam regis ſucceſſionem.

Sed ut certi quid eſſet] „ I. e. ut certa ſit
„ ſucceſſio, nec ſingulis caſibus de ſucceſſio-
„ ne lis moveri poſſit.

Et reverentia concilietur ex ſanguine]
„ Nam parere huic familiæ aſſuetus jam
„ eſt populus. *Vid.* §. 15. & 16. Atque
„ hæc ratio ſubſiſtit, etſi hæres patris, &
„ regis non ſit.

Simulque ex genere, & *educatione ſpes eſſet præclara virtutis*] „ Familia jam aſſueta
„ imperio, & ad id formata, atque ad tuendam
„ ejus vim, auctoritatemque, opibus
„ jam inſtructa eſt. Hinc ex eadem ratione
„ etiam in regnis electivis liberorum ratio
„ haberi ſolet. *B. Par. J. publ. c.* 7. §. 16.
„ *ſeq.*

Si id ipſum iis eſſet relicturus] „ In temporaria
„ nimirum fortuna, non tam rei publicæ,
„ quam familiæ cura haberi ſolet:
„ quod exemplo nepotiſmi ſatis conſtat; cum
„ econtrario majorem curam impenſurus ſit
„ rex, ſi certus eſt tranſiturum imperium
„ in deſcendentes.

Ob acceptum beneficium, *aut ob charitatem*] „ Hic enim duplex ille fons eſt, ex
„ quo Auctor ſucceſſionem collateralium,
„ quamvis erronee, deducit. *Vid. ſupra* §. 9.
„ & 10.

Ad §. XX.

Quæritur, ſi regnum ab initio, i. e. tempore delationis, fuit mere hæreditarium, adeoque ſucceſſio in eo obtinuerit hæreditaria, ſeu allodialis: poſtea vero hominium pro eo præſtetur; an ſucceſſio quoque mutetur in feudalem? Negat Auctor, & ſucceſſionem eam obtinere, ait, quæ fuit tempore regni inſtituti, i. e. allodialem; niſi regnum patrimoniale jure feudi concedatur. *Vid.* §. 21. Nos diximus, neutram ſucceſſionem ſimpliciter obtinere: adeoque nec feudalem, nec allodialem ſucceſſionem in regnis valere; magis tamen feudalem, quam allodialem, quia ſoli deſcendentes ſuccedere ſolent, & mares præferuntur fœminis. Etſi in eo differat, quod omnes maſculi ejuſdem gradus ſimul in feudum ſuccedant.

Additio.

„ Sententia Auctoris exemplo Ducum Si-
„ leſiæ confirmatur. Duces Sileſiæ jure hæ-
„ reditario Ducatus ſuos olim poſſederunt,
„ & ſucceſſio mere allodialis ibi obtinuit:
„ poſtea regibus Bohemiæ homagium præ-
„ ſtiterunt, reſervato jure antiquo; quære-
„ batur, an ſucceſſio allodialis in feudalem
„ mutata fuerit? & merito id negatur. Etſi
„ domus Auſtriaca per injuriam contrarium
„ ſtatuerit. *Conſ. ea*, *quæ circa cauſam Si-
„ leſiacam nuper prodiere ſcripta.*

Ubi vero mos ſuccedendi diverſus eſt in allodiis, & *feudis*] „ Differentias inter u-
„ tramque ſucceſſionem explicavit B. Parens
„ *in Hyp. Jur. feud. c.* 10. §. 2.

Si regnum non ſit feudale] „ Adeoque ubi
„ regnum abſolute ſummum eſt.

Aut certe primitus non fuerit] „ Nam
„ multa exſtant exempla regnorum, quæ ab
„ initio abſolute ſumma, poſtea autem feu-
„ di jure ab alia poteſtate recognita fuere:
„ *Vid. ſup. L.* 1. *c.* 4. §. 12. *l.* 2. *c.* 9. §. 2.
„ *Vid. Struv. Exerc. feud.* 1. §. 4.

Hominium] „ I. e. fidelitas juretur, &
„ ſervitia præſtentur.

Qua in allodiis ſuccedebatur tempore regni inſtituti] Imo magis feudalis obtinet, uti initio hujus §. notavimus. Nam & ratio in feudis magis convenit ſucceſſioni regnorum; feudum enim eſt dignitas quædam, quæ familiæ conceditur, & quæ onus aliquod defendendi continet: eadem autem ratio eſt in imperio.

Additio.

„ Quoties quis ducatum ſuum, vel reg-
„ num, in quo legibus loci ſucceſſio allodia-
„ lis obtinet, alii in feudum offert, eique
„ homagium præſtat; verius eſt ſucceſſionis
„ modum manere, qui ante obtinuit: quod
„ extra dubium eſt, ſi vaſallus ſibi priſtina
„ jura reſervavit.

Ad §. XXI.

In *iis autem regnis*, *quæ primitus data ſunt in feudum*] „Adeoque ubi tempore præ-
„ ſtiti hominii ſucceſſio allodialis non obtinuit.

Ab eo, *qui plene Dominus erat*] „ i. e.,
„ a populo victore, non a rege. Hunc enim
„ imperium bello quæſitum in feudum dare
„ non poſſe, vidimus ſupra *l.* 1. *c.* 3. §. 12;
„ niſi accedat conſenſus populi. *Conſ. l.* 2.
„ *c.* 6. §. 9.

Sequenda erit lex ſucceſſionis feudalis] „ *Ita
„ ut ſoli inveſtiti*, *eorumque deſcendentes*,
„ *non aſcendentes*, *vel collaterales*, *ſuccedant*:
„ *fœminæ autem penitus excluduntur.*

Non ſemper Langobardica illa] „ Immo, ſi
„ aliud in gente illa ſtatutum non eſt, jus
„ Longo-

Digitized by Google

,, Longobardicum omnino obtinere debet ;
,, nam hoc eſt jus commune feudale a Lon-
,, gobardis ſaltem compilatum.

Sed quæ in gente quaque recepta fuit] ,, Nam
,, in feudis ordo ſuccedendi pro variis pro-
,, vinciis variat. Unde formulæ illæ : *nach*
,, *Zutphenſiſchen* , *nach Munſterſchen* , *nach*
,, *Krumſtabs* &c. *Rechten*. Si igitur in regno
,, ſub feudi lege delato certa ſucceſſionis for-
,, ma præſcripta ſit , etiam regnum ſub ea le-
,, ge delatum videbitur.

Suas ſinguli leges , *aut mores de feudis*]
,, At quoad ſucceſſionis ordinem fere omnes
,, conſenſere. Longobardi enim non ſuum pro-
,, prium , ſed commune jus feudale compila-
,, runt.

Ad §. XXII.

1 Frequens] Auctor ait, in regnis aliquando obtinere ſucceſſionem *linealem*; quam ab *hæreditaria*, (de qua §. 14, & 19. egit) diſtinguit : & *hanc* eſſe , ait , quando juxta proximitatem graduum reſpectu primi acquirentis ſucceditur : *illam*, quando juxta proximitatem linearum ſucceditur , i. e., quando linea proximior præfertur remotiori , licet perſonæ hujus lineæ ſint gradu proximiores.

Hanc ſucceſſionem *linealem* Auctor triplicem eſſe , ait. 1. *Cognaticam* , quando tota linea , (adeoque & fœminæ ,) ad ſucceſſionem vocatur ; tunc exſtinctis maſculis , fœminas ejuſdem lineæ ſuccedere , ait , excluſis maſculis ſecundæ lineæ. 2. *Agnaticam* , ubi omnes fœminæ , (indeque nati) in perpetuum ſunt excluſæ , & tantum maſculi juxta ordinem linearum ad ſucceſſionem admittuntur. 3. *Mixtam* , ſi fœminæ poſt omnium linearum maſculos , juxta proximitatem linearum , ad ſucceſſionem vocantur.

Nos jam demonſtravimus , omnia dependere ex delatione populi. Si in genere familiæ delatum eſt imperium , ſucceſſio obtinet *linealis agnatica* , ubi fœminæ in perpetuum excluduntur.

Additio.

,, Secundum principia Auctoris 1. in ſuc-
,, ceſſione *hæreditaria* (quæ ſcilicet obtinet
,, in illis regnis , quæ ex populi diſpoſitione
,, hæreditaria facta ſunt , §. 14 , & quæ hæ-
,, reditatem quandam , ſed particularem , &
,, a reliquis bonis ſeparatam conſtituunt ,
,, § 19.) juxta proximitatem gradus intuitu
,, primi regis ſucceditur : In ſucceſſione *li-*
,, *neali* , juxta proximitatem lineæ. 2. In
,, *priori* jus repræſentandi obtinet : & nepo-
,, tes ſubeunt in locum demortuorum paren-
,, tum ; in *poſteriori* autem ſoli juri tranſmit-
,, tendi locus eſt , ut nimirum vivente prima
,, linea , altera linea jus ſuum eventuale ſuc-
,, cedendi tranſmittat ad omnes deſcendentes
,, ejuſdem lineæ. Cæterum 3. in eo conve-
,, niunt , quod utraque ſucceſſio ex diſpoſi-
,, tione populi , non ab ultimo rege , defera-
,, tur : & quod neuter ſucceſſor æs alienum
,, præſtare teneatur , niſi in utilitatem regni
,, contractum ſit.

,, Nos alibi probavimus , ſucceſſionem in
,, regnis naturali jure *linealem* eſſe ; niſi ea
,, lege delatum ſit imperium , ut juxta pro-
,, ximitatem gradus ſuccedatur.

Non hæreditaria] ,, Hæreditariam autem
,, vocat , ubi juxta proximitatem gradus ſuc-
,, ceditur , ſalvo jure repræſentationis , nec
,, non prærogativa ſexus , & ætatis. *Vid.* §.
,, 14. & *ſeq.* & §. 12. *n.* 2.

In qua obſervari ſolet non jus illud ſubitionis] ,, Quo nepos ſubit in locum filii.

Quæ repræſentatio dicitur] ,, De qua ſupra
,, egimus §. 6. Adde §. 17. & 18. *n.* 2.

Sed jus tranſmittendi futuram ſucceſſionem]
,, Jus enim ſuccedendi quæſitum eſt omnibus
,, lineis ; ita enim populus diſpoſuit. At pri-
,, ma linea habet jus actuale : reliquæ lineæ
,, jus ſaltem eventuale , ſeu ſpem ſuccedendi
,, exſtincta priori linea ; quæ ſpes verum jus
,, eſt. *vid. ſupra* §. 12. *prop.* 5.

Quaſi delatam] ,, Quia jus ſuccedendi ei
,, ex momento nativitatis quæſitum eſt , quod
,, ad ſuos hæredes tranſmittit.

Lege ſcilicet] ,, Non civili , ut Auctor vi-
,, detur innuere : ſed naturali. *d. prop.* 5.

Ex ſpe , quæ nihil ex ſe , & naturaliter operatur] ,, Spes illa actum excludit ; at verum
,, jus dat , etſi ſaltem eventuale. *d. prop.* 5.

Jus quoddam verum excitante] ,, De jure
,, hoc eventuali , ejuſque effectu , ex profeſſo
,, egimus *ſupra prop.* 5.


Quale ſcilicet jus eſt in his , quæ ex ſtipulatione conditionata debentur] ,, De quo jure plenius
,, agemus *ad c.* 11. §. 19. & *ad c.* 12. §. 23:
,, ibique demonſtrabimus , in ſtipulatione con-
,, ditionata verum jus exiſtere ; ſpes enim debitum iri , eſt in obligatione.

Ita ut hoc ipſum jus in poſteros ex primo rege venientes neceſſario tranſeat] ,, Quia hi
,, omnes ex pacto primorum acquirentium
,, ſuccedunt : & quidem prima linea actu , ſe-
,, cunda eventualiter. Cum igitur jus hoc
even-

Digitized by Google

„ eventuale verum jus det lineæ, hoc jus ad omnes ejusdem lineæ deſcendentes transfertur.

Sed ordine certo] „ Cum ea, quæ in Auctore ſequuntur, non niſi poſito ſchemate explicari, & perſpicua reddi poſſint, ſchema hoc eſto:



Ut primum vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradus] „ Sive maſculi ſint, ſive fœminæ. Ponamus, ultimum poſſeſſorem *a* deceſſiſſe, quatuor relictis liberis *b*, *c*, *d*, *e*; recte Auctor ait, ſolum *b*, *NB. ejusque deſcendentes* ſuccedere in regnis ex populi voluntate delatis, & in quibus ſucceſſio linealis cognatica obtinet:

Tam qui vivunt, quam qui mortui ſunt] „ Nam jus ſuccedendi in omnes poſteros a primo acquirente venientes, ex voluntate populi transmittitur: adeo ut licet mortui ſint, nihilominus jus illud eventuale in ſuos deſcendentes transferant. *Vid.* §. 12. *Propoſ. VIII.*

Tum vero inter vivos, & mortuos ratio habeatur ſexus primum, deinde ætatis] „ Ponamus, mortuo rege *a*, quatuor huic ſupereſſe liberos *b*, *c*, *d*, *e*. Hoc caſu, Auctor ait, rationem *inter vivos* haberi *ſexus*: adeoque filium *e* præferri filiæ *c*. Sed & *ætatis* rationem haberi, ait: indeque filium *b* præferri fratri *e*.

„ Caſus, ubi *inter mortuos* ratio habetur ſexus, & ætatis, hic eſt. Ponamus, mortuo rege *a*, & præmortuo primogenito *b*, tres ex hoc ſupereſſe liberos *f*, *g*, *h*. Hic primo ratio haberi debet *ſexus*: Adeoque filii ejus *f*, & *h*, præferuntur filiæ *g*. Deinde ratio quoque haberi debet *ætatis*: unde filius major *f*, præfertur filio minori *h*.

Mortuorum autem jus ſi prævaleat] „ *Vid. Gron. b.*

Tranſeat ad eos, qui ab ipſis deſcendunt] „ Si igitur agitur de ſucceſſione regis *a*, certum eſt, filium ejus *b*, ſi viveret, ſucceſſurum fuiſſe: indeque ſi præmortuus eſt, idem jus transmittit ad ſuos deſcendentes *f*, *g*, *h*.

Pari rurſum inter pares prærogativa ſexus, ac deinceps ætatis] „ Diximus, mortuo rege *a*, & præmortuo ejus primogenito *b*, præferri 1. *ſexum*: & filios *f*, & *h*, ſuccedere ante filiam *g*. Sed & 2. rationem haberi *ætatis*: indeque filium majorem *f*, excludere filium minorem *h*. Nam *h*, jus ſuum eventuale ſuccedendi, cum eadem qualitate, & conditione, ad ſuos deſcendentes transtulit.

Salvaque ſemper tranſmiſſione mortuorum in vivos] „ Adeoque ſi mortuo *a*, & prædefuncto ejus primogenito *b*, liberi ex hoc ſuperſtites ſunt, mortuus jus ſuum transmittit in viventes liberos *f*, *g*, *h*.

Vivorum in mortuos] „ Ita enim mortuo noviſſimo rege *b*, & præmortuo ejus primogenito *f*, hic quoque jus ſuum eventuale ſuccedendi transmittit ad liberos *m*, *n*, *o*; & ſic porro.

Si liberi ejus deſint] „ Cujus? Scilicet poſſeſſoris primæ lineæ *b*: adeoque ſi tota linea prima, tam maſculina, quam fœminina, exſtincta eſt.

Venitur ad alios, qui proximi ſunt] „ i. e. vocatur *e*, ejuſque deſcendentes: adeoque

„ linea

,, linea quarta, etſi filiæ *c*, *d*, ejuſque de-
,, ſcendentes, ex ſecunda, & tertia linea ſu-
,, perſint.

Aut ſi viverent, eſſent] Etſi ergo *e* præ-
,, mortuus ſit, certum tamen eſt eum, ſi
,, vixiſſet, ſuccedere debuiſſe, indeque libe-
,, ros ejus, ſi exiſtunt, præferri *c*, & *d*,
,, earumque poſteris.

Simili tranſmiſſione] ,, Ad eum effectum,
,, ut liberi ejus, ſi exſtant, ex jure patris in
,, eos tranſmiſſo ſuccedant.

*Et inter pares in eadem linea obſervato diſ-
crimine ſexus*] ,, Si igitur *e* tres reliquit li-
,, beros, filiæ etſi primogenitæ excluduntur
,, a fratribus.

Et ætatis] ,, Adeoque ſi *o* duos filios reli-
,, quit, præſertur primogenitus jure ætatis.

*Ita ut ob ſexum, & ætatem nunquam tranſ-
eatur de linea in lineam*] ,, Mens Auctoris hæc
,, eſt: quamdiu in linea prima aliquis ſuper-
,, eſt, ſive mas ſit, ſive fœmina, tamdiu non
,, tranſiri in aliam lineam; adeo ut omnes
,, maſculi, & poſt eos fœminæ, primæ lineæ,
,, præſerantur maſculis, & fœminis ſecundæ
,, lineæ: etſi illi gradu remotiores, vel ætate
,, minores ſint.

*Cui conſequens eſt, ut filia ex filio præfera-
tur filio ex filia*] ,, Ponamus, noviſſimo rege
,, *a* mortuo, concurrere *k* (qui eſt nepos ex
,, filia *d*) cum g (quæ eſt neptis ex filio *b*).
,, Recte Auctor ait, præſerri hanc neptem:
,, quia neptis hæc ſuccedit ex jure patris b,
,, qui excludebat ſororem ſuam *d*, adeoque
,, & ejus filium *k*. Nepos igitur ex filia natus
,, non utitur jure maſculorum; quia non niſi
,, in jus matris ſuccedit. *B. Par. in conſ. il-
,, luſtr. fol.* 876. *n.* 97. Atque hinc maſculi ex
,, fœminis nati jure feudali opponuntur maſ-
,, culis, & ſub fœminarum ſtirpe compre-
,, henduntur. *ibid. fol.* 534. *n.* 43.

Et filia ex fratre filio ex ſorore:] ,, Quia
,, verb. grat. g jus ex patre *b* habet, qui ex-
,, cluſit ſororem *d*; quod plenius explicavi-
,, mus §. 12. *Prop. XIV.*

Item filius majoris fratris fratri minori]
,, Quia ille ex jure patris ſuccedit, qui ſi vi-
,, xiſſet, excluſurus fuiſſet fratrem minorem.

Atque ita in cæteris] ,, Nam ita nepos ex
,, filio præfertur filiæ primogenitæ. *vid. infra*
,, §. 33: & filius præfertur nepti ex filio pri-
,, mogenito, *de quo vide* §. 37.

Hæc eſt ſucceſſio regni Caſtellæ] Quamdiu ergo mas, vel fœmina, ex prima linea ſupereſt, juxta mentem Auctoris nunquam deferetur ſucceſſio maribus, vel fœminis ſecundæ lineæ, etſi gradu proximioribus. At quod fœminæ primæ lineæ præferri debeant maribus ſecundæ lineæ, id naturæ imperii contrariari videtur: atque ideo etiam ab ipſis Hiſpanis impugnatur. *Vid. Zigl. b. & Larrea Dec. Gran.* 56. *n.* 8.

Atque hæc quoque fuit controverſia, tam jure, quam armis diſceptata, inter familias Lancaſtriæ, & Eboraci: ſeu inter Roſam rubram, quæ prioris familiæ inſigne erat, & albam, quæ poſterioris. Tempore Henrici VII. non ſupererat ex familia Eboracenſi, i. e. ex linea primogenita, niſi fœmina Eliſabetha: ipſe Henricus ex quarta linea erat, Lancaſtrica nimirum; quærebatur igitur, quis potior eſſet? Juxta principia Coſtæ, & Auctoris fœmina præferri debuiſſet, ſed male; eo enim tempore potior erat cauſa Lancaſtri, quia naturali jure fœminæ non ſuccedunt, niſi extinctis maſculis: adeoque hactenus Henricus potior erat. At quia ab initio parentibus Eliſabethæ injuria facta fuit, Henricus proceribus promiſit, ſe nuptias cum Eliſabetha contracturum: atque hoc modo lis illa ſopita fuit. Cæterum noluit rex jure uxoris regnum adire: ne ſcilicet ab uxore dependeret titulus, adeoque liberi ejus, quos ex alio forte matrimonio ſuſcepturus eſſet, a regno excluderentur. *Vid. Bacon. Hiſt. Henr. VII. p. m.* 999.

Ex his principiis Henricus IV. prælatus fuit patruo Duci Borbonio in ſucceſſione regni Galliæ. Eadem controverſia fuit in ſucceſſione Palatina inter lineam Neoburgicam, & Veldentiam. Prior enim obtinuit contra gradu proximiorem, quia ex proximiori linea deſcendebat.

Ad cujus exemplum etiam majoratus jura in eo regno conſtituta ſunt] ,, Ita ut prima linea
,, excludat ſecundam, & fœminæ primæ li-
,, neæ excludantur a maſculis ejuſdem lineæ.

*Succeſſionis autem hujus linealis argumen-
tum, ſi lex, & exempla deſint, ſumi &c.*]
,, Imo ſi in regno ſucceſſionis lex, & exem-
,, pla deficiunt, ſucceſſio naturalis obtinet,
,, quæ eſt linealis agnatica, non cognatica:
,, i. e., mares quidem ejuſdem lineæ præfe-
,, runtur maribus ſecundæ lineæ; ſed fœmi-
,, næ primæ lineæ excluduntur a maribus ſe-
,, cundæ lineæ. *Vid.* §. 12. *Prop. VI.*

*Sumi poterit ex ordine, qui in publicis cœ-
tibus obſervatur*] ,, Si exiſtente quodam caſu
,, ſolenni, primæ lineæ tam maſculi, quam
,, fœminæ, præcedunt lineæ ſequiori.

Nam ſi in eo ratio habeatur linearum:]

i. e. Si perſonæ primæ lineæ promiſcue præcedunt perſonis ſecundæ lineæ.

Id ſignum erit, ſpem a lege in jus animatam] i. e. legem ex ſpe jus quoddam verum excitaſſe. *Vid. n.* 1.

Ita ut a morientibus in ſuperſtites tranſeat] i. e. ut liberi præmortui tranſmittant futuram ſucceſſionem, ſeu ſpem ſuccedendi, in ſuos deſcendentes, ſalva ſexus, & ætatis prærogativa.

Hæc autem eſt ſucceſſio cognatica] ,, Quia omnes cognati, ſive maſculi, ſive fœminæ, ejuſdem lineæ, præferuntur maſculis, & fœminis ſequentis lineæ.

In qua fœminæ, & ex fœminis nati non excluduntur, ſed poſtponuntur] ,, Ita ut fœminæ non ſuccedant, quamdiu maſculi, vel ex maſculis nati ejuſdem lineæ ſuperſunt: iis autem exſtinctis, fœminæ ejuſdem lineæ ad ſucceſſionem vocentur, excluſis maribus ſecundæ lineæ.

Ita ut etiam regreſſus ad eas ſit, ſi propiores, aut pares cætera mares &c. defecerint] Hinc exſtinctis lineis *b*, & *e*, retro defertur ſucceſſio lineæ ſecundæ *c*, quæ fœminina eſt, & jam, deficientibus lineis maſculis, ſucceſſionis capax.

Fundamentum hujus ſucceſſionis, quatenus ab hæreditaria differt, eſt ſpes] ,, Fundamentum hujus ſucceſſionis eſt voluntas populi, qui ita diſponit, ut linea lineæ præferatur, etiam quoad fœminas. Sane inter principes educatio fere eadem eſt; quin ſæpius remotiores majori cura ſuos educare ſolent liberos, quam illi, qui regno ſunt proximi, qui nulla re indigere putant. Cæterum differentias inter ſucceſſionem *hæreditariam*, & *linealem cognaticam*, ex hypotheſi Auctoris expoſui in *Diſſert. proœm. VI.* §. 43.

Spes populorum de optima educatione] ,, Eandem rationem allegavit in ſucceſſione hæreditaria; quod, nimirum, ideo hæreditarium ordinem elegerit populus, ut ex genere, & educatione ſpes eſſet præclaræ virtutis.

Quales ſunt quorum parentes, ſi viverent, eſſent ſucceſſuri] ,, Adeoque in quos parentes præmortui jus eventuale, i. e. ſpem ſuccedendi, tranſmiſerunt.

Ad §. XXIII.

Eſt & alia ſucceſſio linealis agnatica] ,, Ubi non omnes cognati, i. e. mares, & poſt eos fœminæ: ſed ſoli maſculi, & ex iis nati ſuccedunt. Atque hanc ſolam jure naturæ in regnis cognitam eſſe, diximus *ſupra* §. 12. *Propoſ. III.*

Duntaxat marium ex maribus] ,, Excluſis in perpetuum fœminis.

Ex nobiliſſimi regni exemplo] ,, Scilicet, exemplo regni Galliæ, ubi vi prætenſæ alicujus legis Salicæ, fœminæ in æternum excluduntur. Unde parœmium, *La Couronne de France ne tombe point en quenouille.* Froſſardus *Hiſt. L.* 1. ad hunc morem provocat: *morte Caroli regis*, ait, *Galliæ proceres ad ſucceſſionem regni capeſſendam minime admittebant illius ſororem Anglo nuptam, quod ad fœminas tanti regni molem minime devolvi, jam olim iis locis receptiſſimum ſit. Deinde etiam Eduardum III. ipſius filium, & Philippi regis nepotem, repudiabant, tanquam a fœmina deſcendentem: adeoque uno conſenſu ſceptrum, & rerum ſummam detulerunt Philippo Valeſio defuncti regis Philippi cognato.*

Succeſſio juris Francici] ,, Hanc ſucceſſionem fundari, putant, in lege illa Salica: *De terra Salica nulla portio hæreditatis mulieri veniat.* At hanc legem de privatis ſaltem bonis, eorumque ſucceſſione loqui: de regni autem ſucceſſione talem legem non exſtare, dudum probavit B. Parens in *Oratione de lege Salica.*

Quatenus a cognatica differt] Ubi fœminæ primæ lineæ, excludunt mares ſecundæ lineæ.

Ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum ſanguinem imperium deveniret.] Imo hæc ratio non quadrat: fœmina extraneo marito nubens regina manet: maritus imperio ejus ſubeſt; adeoque hactenus non transfertur imperium in alienum ſanguinem. Sed & liberi inde nati ſunt vera pars corporis materni, eoque ex ſanguine regio nati. Sane, magis in his regius ſervatur ſanguis, quam in illis, qui a maſculo regio, & fœmina extranea nati ſunt; non tantum propter incertitudinem naturalem patris: ſed quia partus ille magis eſt portio matris, quæ extranea eſt. Unde in quibusdam regnis Orientis nati ex fœmina regia præferuntur in ſucceſſione regni natis ex mare regio. Vera igitur ratio eſt, quod natura imperii conſiſtat in defendendo, & adminiſtrando imperio, quæ officia natura ſunt virilia. *Vid. ſupr.* §. 12. *prop. V.*

In utraque autem lineali ſucceſſione] ,, Tam agnatica, quam cognatica.

In

Digitized by Google

In infinitum admittuntur etiam qui ab ultimo poſſeſſore remotiſſimo gradu diſtant] ,, Nam
,, toti familiæ imperium delatum eſt; præ-
,, mortoi igitur ſuam ſpem ſuccedendi, i. e.
,, jus eventuale, in ſuos deſcendentes io in-
,, finitum transferunt.

Dum a primo rege deſcendant] ,, Et qui-
,, dem in ſucceſſione agnatica per maſculos,
,, in cognatica etiam per fœminas.

Eſt & ubi deficiente agnatica ſubſtituitur ſucceſſio cognatica] ,, Quod fit quando ex-
,, ſtinctis omnium linearum maſculis, fœmi-
,, næ juxta eundem ordinem linearum ſucce-
,, dunt. Verum, id ex populi diſpoſitione
,, dependet, quæ probari debet. Quomodo
,, mixta hæc ſucceſſio differat a cognatica, &
,, agnatica, vide in *Diſſert. proœm. VI.* §. 46.

Ad §. XXIV.

Poſſunt & alii ſucceſſionum modi introduci, aut populi voluntate] ,, Nam populos pro lu-
,, bitu de ſuo jure imperii diſponere, adeo-
,, que & legem ſucceſſioni dicere poteſt: &
,, prout diſponit, ita jus eſt.

Aut etiam ejus, qui regnum ita in patrimonio habet, ut alienare poſſit] ,, Populus victor
,, quidem pro lubito de tali regno diſponere
,, poteſt: at rex, qui jure popoli vicit, legem
,, ſucceſſioni dicere nequit. *Vide ſupra* §. 12.

Fratres liberis ultimi poſſeſſoris præferebantur] ,, *Gala* enim rege Numidarum mortuo,
,, *Oeſalce* frater regis, excluſo filio ejus *Ma-*
,, *ſaniſſa*, ſucceſſit; & additur, ita moris eſſe
,, apud Nomidas. *Liv. l. 29. c. 29.*

Ex Strabone] ,, *Lib. 16. p. m.* 728. Strabo
,, non refert, gradu proximiorem in regno
,, ſoccedere: ſed eum, qui novo rege conſti-
,, tuto primus NB *ex proceribus* naſcitur. Ver-
,, ba hæc ſunt: *Succedit apud eos* (*Arabes*)
,, *non filius patri, ſed qui primus e nobili ge-*
,, *nere poſt conſtitutum regem naſcitur. Nam*
,, *ſimul, ac aliquis in imperio conſtitutus eſt,*
,, *omnes nobilium virorum uxores prægnantes*
,, *conſcribuntur, & cuſtodes apponuntur, qui*
,, *obſervent qua prima pepererit. Nam ejus fi-*
,, *lius ex lege aſſumitur, & ad regni ſucceſ-*
,, *ſionem regaliter educatur.*

De Taurica Cherſoneſo] ,, Qoæ Tartaria
,, Precopenſis dicitur: cujus urbs præcipua
,, Caffa; nunc Turcico imperio paret.

Atque hoc in dubio obſervandum in fidei commiſſo, quod familia relinquitur] ,, Hæc
,, eſt illa agitata admodum quæſtio, an fidei-
,, commiſſo *familia* relicto, cenſeatur vocatus
,, proximior ultimo poſſeſſori nominato, an
,, vero proximior ipſi teſtatori? qui eſt ca-
,, ſus legis 32. §. 6. *ff. leg.* 2. ubi ſi teſta-
,, tor *familia* fideicommiſſum relinquit, JCtus
,, ait, *primo venire eos, qui in ſpecie nomi-*
,, *nati ſunt:* iis vero exſtinctis, *omnes, qui*
,, *ex nomine defuncti fuerint eo tempore, quo*
,, *teſtator moreretur, & qui ex his primo gra-*
,, *du procreati ſunt.* Ex verbis *primo gradu*
,, Doctores (quos Grotius ſequitur) exiſti-
,, mant, vocatum cenſeri ad fideicommiſſum
,, *proximiorem ipſi gravato, & ultimo poſſeſ-*
,, *ſori;* quod late defendit *Covarr. pract. quæſt.*
,, *t. 2. c.* 38. Diſſentiunt *alii*, qui familia
,, vocata illos vocatos cenſent, qui teſtatori
,, proximi ſunt; idqoe ex ipſis verbis textus
,, probari putant, quia ibi dicitur, exſtinctis
,, nominatis (hi enim expreſſa voluntate te-
,, ſtatoris merito præferuntur *d. l.* 32. §. *f. in*
,, *fin.*) omnes venire, *qui ex nomine defun-*
,, *cti fuerint eo tempore, quo teſtator moritur,*
,, & *qui ex his* (ſcilicet, qui ex nomine de-
,, functi teſtatoris eo tempore, qoo moritur,
,, ſuperſunt) *primo gradu procreati ſunt:*
,, i. e. qui teſtatori proximi ſunt. Atque hinc
,, jus repræſentationis quoque hic obtinere,
,, i. e., deſcendentes in jos parentum præde-
,, functorom ſuccedere, probat Gothofredus
,, *ad d. l. 32. §. f. lit. r. Ceph. 1. Conſ. 16.*
,, *n. 29. Vid. ſupra* §. 12. *Prop. II.* Nos prio-
,, rem ſententiam veriorem eſſe, ſtatuimos.

Romanis quoque legibus] ,, Auctor ad mar-
,, ginem allegat legem *cum ita legatur. ff. de*
,, *leg.* 2. Cum ſit lex *omnia* 32. §. 6. *ff. Leg.* 2.

Quanquam eas interpretes alio detorquent]
,, Qui aſſerunt, non proximos ultimo poſ-
,, ſeſſori, ſed proximos teſtatori vocatos cen-
,, ſeri. Quod verius eſt.

His bene cognitis facile erit reſpondere]
,, Ex principiis Grotii nulla earum contro-
,, verſiarum, quæ de jure regnorum moveri
,, ſolent, decidi poteſt. Sæpius dictum eſt,
,, natura præter ſucceſſionem linealem, aliam
,, in regnis cognitam non eſſe: omnes reli-
,, quæ oriuntur vel ex diſpoſitione majorum,
,, vel ex jure belli, vel uſurpatiooe.

Ad §. XXV.

Primum *quæritur*] Quæriter, an rex filium exhæredare poſſit? Auctor id concedit in regnis patrimonialibus, non vero in illis, quæ ex voluntate populi deferuntur. At

dictum ſæpius eſt, non dari regna patrimonialia. Rectius diſtinguimus inter regna *avita*, & *noviter quæſita*. In *his* filius excludi poteſt a ſucceſſione: 1. quia populus regi ejuſque familiæ detulit imperium, adeoque regi nulla alia lex data eſt, quam illa, ne alienetur extra familiam; ſufficit ergo ſi uni e familia relinquat. Neque enim 2. populi intereſt, qui voluit regem habere, nec alium, quam ex familia: hoc princeps mutare nequit; at quiſnam ex illa familia ſuccedat, ad populum nun pertinet. Neque allegari poteſt 3. liberis ex diſpoſitione populi jus quæſitum eſſe, quia populus non præciſe primogenitum, ſed unum e familia ſuccedere voluit. Nedum 4. liberi ex pacto primi electi, & parentis, jus ſibi arrogare poſſunt; quia electus ſoli populo ſe obligavit, & cum eo pactus eſt, non cum liberis: quibus proinde ex pacto tertii nullum jus quæſitum eſt. Sane 5. primus rex poteſt plane non acquirere, adeoque & certa lege, ratione ſuæ familiæ: unde liberum ejus eſt arbitrium, nullibi reſtrictum, niſi quod extra familiam transferre non poſſit; intra familiam igitur diſponere, & ſucceſſionis leges dare poteſt. Accedit 6. quod electo rege, ejuſque familia, imperium in hanc transferatur, non ob merita familiæ, ſed ob merita electi: qui proinde de hoc ſuo favore diſponere poteſt prout vult, dummodo non diſponat extra familiam. Tale fuit 7. regnum Davidis, qui rejecto Adonia regnum contulit Salomoni, idque conſenſu populi factum Bathſeba dicebat. Alphonſus Arragoniæ rex Neapolitanum regnum tanquam primus acquirens in nothum tranſtulit. *Guicciard. l.* 5. Herodes de ſucceſſione liberorum ſuorum varie diſpoſuit. *Joſ. ant. l.* 17. *c.* 10, & 13.

In regnis *avitis* pater filium non poteſt excludere a regni ſucceſſione, quia omnes illæ rationes, quæ in primo acquirente obtinuerunt, hic ceſſant. Nam ex quo primus acquirens nihil diſponit, ejus deſcendentes jus quæſitum habent ſuccedendi ex voluntate & populi, & primi acquirentis. Hi ergo deſcendentes, qui omne jus ſuum a primo acquirente, & populo habent, immutare eorum voluntatem nequeunt; ſed cum illi ex diſpoſitione primorum acquirentium ſuccedant, legem quoque diſpoſitionis ſequi tenentur. Accedit quod talis exhæredatio fieri deberet teſtamento: teſtamenta autem ſunt meri juris civilis, cui ſucceſſores non obligantur. Atque ita quoque in feudis, quorum ſucceſſio maxime convenit naturali regnorum, ſtatutum legimus 2. *f.* 24. *in f.*

Atque hinc apparet, cur liberi primi electi ratione ſuorum deſcendentium minus poſſint, quam ipſe electus: quia ipſi non primi tranſmittunt, ſed jus a primo acquirente quæſitum ad ſuos liberos tranſmittunt; quod jus ſemel ita quæſitum pater auferre, aut amplius, quam de perſonali ſuo jure diſponere, non poteſt. Ergo jus hoc alienum alterius pacto conſtitutum, atque tranſmiſſum eſt, indeque diſponeret de alieno. Equidem negari nequit, in quibuſdam regnis longa conſuetudine, vel ſtudio ſaltem partium, aut vi, proximiores a ſucceſſione excluſos fuiſſe: at non quærimus quid vi factum ſit, ſed quid natura fieri debeat.

An filius a patre exhæredari poſſit] „ I. e. „ an poſſit teſtamento a ſucceſſione regni ex- „ cludi? Ego fruſtraneam hanc quæſtio- „ nem eſſe, puto. Cum enim exhæredatio „ non niſi teſtamento fieri poſſit: teſtamenta „ autem meri ſint juris civilis; facile con- „ ſtat, ſucceſſionem regnorum, ubi merum „ jus naturæ inſpicitur, per teſtamenta au- „ ferri non poſſe.

„ At alia quæſtio eſt, an pater liberos, „ vel unum liberorum, inter vivos a ſuc- „ ceſſione excludere, & alium e familia ſuc- „ ceſſorem denominare poſſit? Hoc fieri poſ- „ ſe in regnis noviter acquiſitis, quidam aſ- „ ſerunt, modo populus conſentiat. Cum „ enim is toti familiæ imperium detulerit, „ & quidem juxta ordinem ſuccedendi na- „ turalem, hunc ordinem patrem turbare „ abſque conſenſu populi non poſſe, ajunt.

„ Contraria ſententia magis nobis placet. „ Populus enim non ſoli primo acquirenti „ defert regnum, ſed ejus familiæ. In hac „ familia etiam ſunt *naſcituri*; adeoque his „ quoque verum jus ex diſpoſitione populi „ quæſitum eſt: ſed eventuale *ſi naſcuntur*, „ quod nec pater, nec populus ipſis auferre „ poſſunt. *vid.* §. *ſeq.* Atque ita quoque res „ deciſa eſt in jure feudali, ubi in genere „ traditur, patris ordinationem in feudis cir- „ ca ſucceſſionem non valere. 1. *F.* 8. *pr.* „ Neque obſtat 2. *f.* 24. *in f.* Nam ibi liberis „ jam natis ob crimen patris jus aufertur, „ quod jure civili ita ſtatutum eſt. Jure natu- „ ræ enim pœna ſaltem tenet ſuos auctores.

In quo diſtinguenda ſunt regna alienabilia, i. e. patrimonialia] „ Imo non dantur „ regna patrimonialia intuitu regis.

Nam in alienabilibus dubium non eſt quin exhære-

exhæredatio procedat] ,, Cum dictum ſit, non dari regna patrimonialia intuitu regis, ſed ejus intuitu omnia regna eſſe ex voluntate populi delata; fruſtra de excluſione filii quæritur.

Cum a bonis aliis nihil differant] ,, Populus victor quidem jus privatum in regnum tale acquirit; at rex, qui populi nomine illud regnum adminiſtrat, non aliud jus acquirit, quam in reliquas regni ſibi delati partes habet.

Atque ideo quæ legibus, aut moribus obtinent de exhæredatione, hic quoque habebunt locum] ,, Gratis hæc dicuntur, cum nemo regum tale regnum patrimoniale habeat.

Tamen naturaliter licita exhæredatio] De tali regno intelligendum quod ait *Baldus* in proœmio decretalium Gregorii, a rege ſucceſſorem poſſe eligi e liberis, quem velit. Exemplum eſt etiam in Mexicana hiſtoria.

Additio.

,, Exhæredatio jure naturæ cognita non eſt, cum non niſi per teſtamentum fieri poſſit, quæ diſpoſitio valet.

Uſque ad alimenta] ,, Pater alimenta filio non debet, niſi uſque ad pubertatem; adeoque ſi exhæredare eum poſſet, omnino adimere quoque poſſet alimenta.

Aut etiam ſine ea exceptione] ,, I. e. adimere quoque alimenta poſſet.

Si crimen morte dignum filius admiſerit, aut alioqui graviter peccaverit] ,, Si impubes eſt, criminis non eſt capax; ſi pubes, alimenta jure naturæ ei non debentur, etſi non peccaverit: adeoque gratis hæc dicuntur.

Et ſit unde ali poſſit] ,, Si non ſit unde ali poſſit, alimenta nec filio impuberi debentur, etſi non peccaverit.

Sic Ruben a Jacobo ob culpam privatus eſt jure primi nati] ,, Minus apte hoc exemplum hic allegatur. Nam 1. Jacobus non diſpoſuit de regno patrimoniali: nedum 2. primogenituram filio Ruben aufert; nam contrarium apparet ex *Gen. XLIX. v.* 4, ubi eum nominat primogenitum ſuum. Quod vero 3. Judæ promiſerit regnum, id de futuro regno Judæorum intelligit, quod Jacobus non habuit, & Judam habiturum prædixit.

Adonia regno a Davide] ,, Verum eſt, Adoniam fuiſſe fratrem Solomonis natu majorem, 2. *Reg. II. v.* 22, indeque ad regnum jure aſpiraſſe, *c.* 1. *per tot.* At juſſu divino Solomo delegatus fuit ut ſuccederet, & ædes ſacras exſtrueret, 1. *Paralip. XXII. v.* 8. 2. *Reg. VII. v.* 13. Ipſe quoque Solomo ad hanc conceſſionem divinam provocat 2. *Sam.* 5. *v.* 5. Deus autem jure ſupremi dominii jus hominibus quæſitum auferre poteſt.

,, Cæterum verum non eſt, regnum Davidis fuiſſe patrimoniale, uti Auctor inferre videtur.

Pro tacite exhæredato] ,, Tacita exhæredatio & jure naturæ, & jure civili incognita eſt; exhæredatio enim requirit ut ea nominatim fiat. *pr. Inſt. Exhær. lib.*

Qui grave crimen commiſerit in patrem] ,, Jura bonorum ob crimen non ipſo jure auferri, alibi vidimus. Sed & dictum eſt, fruſtra quæri, an filius ob crimen commiſſum a patre exhæredari poſſit in regno patrimoniali; cum tales reges, qui regnum in patrimonio habeant, non dentur.

Si nulla ſunt condonatæ culpæ indicia] ,, Gratis hæc dicuntur de regno patrimoniali, quale non datur intuitu regis.

Sed in non alienabilibus] ,, I. e. in regnis ex voluntate populi quæſitis: quo etiam pertinere, diximus, regna bello devicta, quæ populus curæ regis committit.

Quanquam hæreditariis] ,, I. e. quæ gradu proximiori deferuntur, non lineæ: §. 14. §. 17, & 22. *pr.*

Idem non procedet] ,, I. e. exhæredari filius nequit.

Quia populus viam quidem elegit hæreditariam] ,, I. e. hæreditarium ordinem ſuccedendi. *Vid.* §. 10.

Sed hæreditariam ab inteſtato] ,, Atque ex hac ratione negat Auctor, regem teſtamento de regno diſponere, & filium exhæredare poſſe. At vera ratio cur id fieri non poſſit, hæc eſt, quia teſtamenta ſunt juris civilis, & natura incognita: at exhæredatio non niſi teſtamento fieri poteſt. *Vid.* §. *præced.*

Multo minus exhæredatio procedet in lineali ſucceſſione] ,, I. e. ubi hæreditas defertur non juxta gradus proximitatem, ſed ſingulis lineis, cum lege tranſmiſſionis.

Ubi nulla imitatione hæreditatis] ,, Nam in lineali ſucceſſione non obtinet hæreditaria ſucceſſio, adeoque nec jus repræſentandi: ſed jus tranſmittendi futuram ſucceſſionem. *Vid.* §. 22. *pr.*

Ex dono populi pervenit ad ſingulos, præſcripto ordine] ,, Nam ex hypotheſi Auctoris ſucceſſio a natura eſt hæreditaria; vi cujus præfertur is, qui ſive jure proprio, ſive jure repræſentationis, proximus eſt.

Digitized by Google

Ad §. XXVI.

Similis *eſt quæſtio*] Quæritur, an quis poſſit regno ſe abdicare ? Auctor iterum diſtinguit inter regna patrimonialia, & non patrimonialia; in illis præjudicari poſſe liberis, ait, non in his. Nos in neutris præjudicium fieri ſucceſſori, dicimus, (niſi noviter ſint quæſita). Nam liberi jus ſuccedendi non habent a parentibus, ſed ex beneficio primorum acquirentium, quod incipit ex momento, quo primus acquirens deficit. Adeo ut nec noceat eis abdicatio patris quamdiu vivit; ſed ſtatim ſuccedunt, quia omne jus patris abdicatione finitur.

Et quin pro ſe quiſque abdicare poſſit, non eſt dubium] „ Modo fiat conſenſu populi. Exempla in Chriſtina Regina Sueciæ; in Sigiſmundo rege Poloniæ, & nuper in Philippo IV. rege Hiſpaniæ exſtant. Conf. *Cabedo part. 2. Dec. regn. Luſ.* 40. *n.* 8. Secus igitur ſi populus diſſentiat. Sane cum Antigonus regnum abdicare vellet, juſſit populus ut reciperet regnum. *Juſtin.* 28. 3. Sed & cum Johannes rex Caſtellæ cedere filio impuberi regnum vellet, proceres noluere. *Marian. l.* 18. *c.* 13.

An & pro liberis] „ I. e. an pater abdicatione ſua jus ſuccedendi liberis auferre poſſit.

Sed quod eadem diſtinctione expediri debet] „ Scilicet, inter ſucceſſionem hæreditariam, & linealem.

Nam in hæreditariis] „ In quibus hæreditario ordine ſucceditur, §. 69, i. e. juxta proximitatem gradus, §. 17.

Qui jus a ſe abdicat, in liberos nihil poteſt transferre] „ Imo nec in hæreditariis abdicatio patris nocet filio: quia filius non ſuccedit jure patris, ſed ex diſpoſitione primi acquirentis.

At in lineali ſucceſſione patris factum nocere non poteſt] „ Idem eſſe in ſucceſſione hæreditaria, jam vidimus.

Quia ſimul, ac exiſtere cœperunt, jus proprium eis quæſitum eſt ex lege] „ In utraque ſucceſſione liberi jus quæſitum habent non a patre, ſed ex diſpoſitione primorum acquirentium.

Sed nec naſcituris &c.] „ Recte Auctor ait, etiam hos jus eventuale ſuccedendi ex primorum acquirentium diſpoſitione habere; quanquam contrarium videatur innuere ſupra *c.* 4. §. 10.

Suo tempore] „ I. e. in caſum nativitatis.

Ex populi dono] „ In lineali enim ſucceſſione, nulla imitatione hæreditatis, ex dono populi regnum ad ſingulos pervenire, præſcripto ordine, dixit §. *præced. in fin.*

Neque obſtat de tranſmiſſione quod diximus] „ Ei, quod Auctor ſtatuit, patrem in regnis hæreditariis pro ſe, & liberis abdicare poſſe regnum, jure opponi poteſt, *quod liberis jus ſuccedendi quæſitum ſit ex diſpoſitione primorum acquirentium, quod pater neceſſario in liberos ex ſe natos tranſmittit.* Neque vera eſt reſponſio Auctoris, quod ea tranſmiſſio in lineali ſucceſſione non ſit neceſſaria, ſed ratione parentum voluntaria. Nam cum jus ſuccedendi liberis in caſum, *quo nati fuerint*, ex diſpoſitione primorum diſponentium quæſitum ſit; tranſmiſſio omnino eſt neceſſaria, & pater liberis jus ex diſpoſitione tertii quæſitum, facto ſuo auferre non poteſt.

Illud intereſt inter natos, & naſcituros, quod naſcituris nondum &c.] „ Imo differentia hæc vera non eſt. Naſcituris jus quidem actuale non eſt quæſitum, ſed eventuale, ſi naſcuntur. Exiſtente ergo conditione, i. e. natis liberis, jus illis quæſitum eſt ex voluntate primorum diſponentium, quod nec populus, nec rex illis auferre poſſunt, etſi regnum ſit noviter quæſitum.

Si etiam parentes, quorum intereſt jus ad filios tranſire, illud remiſerint] „ Dixi, parentes abdicando regnum pro liberis, diſponere de jure alieno, de jure, nimirum, quod naſcituris ex diſpoſitione primorum acquirentium quæſitum eſt. Unde ſimul apparet, non ſolius patris intereſſe ut jus ad filios tranſeat, ſed & filiorum intereſſe ne jus ipſis quæſitum auferatur.

Quo pertinent ea, quæ de derelictione ſupra diximus] „ *L.* 2. *c.* 4. §. 10. ubi demonſtravimus 1. verum jus, ſed eventuale, naſcituris quæſitum eſſe; indeque patrem hoc jus ex diſpoſitione populi quæſitum eis auferre non poſſe: 2. fruſtra quæri de tacita derelictione, utpote ex qua nunquam jus auferri poteſt.

Ad §. XXVII.

Solet *& hoc quæri*] Auctor quærit, cujus in dubia ſucceſſione ſit judicium? Nos

cum

Digitized by Google

cum Auctore dicimus, nec *regis viventis*, nec *populi*, nec *ſucceſſorum* eſſe judicium: ſed armis rem committendam eſſe.

Non enim *regis viventis* judicium eſt, quia ſucceſſores non ex ejus jure ſuccedunt, ſed ex jure primorum diſponentium, quod judicio ſuo illis auferre nequit. Sed & eo tempore, quo de ſucceſſione quæſtio incipit, deſinit judicium regis, utpote jam defuncti; vivente autem rege nulla eſt ſucceſſio: adeoque fruſtranea eſſet deciſio de lite, quæ nondum eſt, & de jure, quod nondum exiſtit. Etenim ex quo ſuccedendi jus incipit, ſucceſſor ſumma eſt poteſtas, adeoque ſuperiorem non recognoſcit, indeque nec judicem. Sed & porro nec *populus* judex eſſe poteſt, quia omne judicium ſuum in regem, ejuſque familiam tranſtulit. Denique ipſis *ſucceſſoribus* litigantibus judicium non competere conſtat, quia par in parem non habet judicium: cum igitur inter ſe litigent, tertius aliquis eſſe debet, qui litem hanc decidat.

Igitur ut in aliorum ſummorum principum controverſiis ſolius Dei, & armorum judicium eſt: ita hic quoque, ſi ſucceſſores diſſident, res armis diſceptanda erit. Unde Hiſtoria nos docet, in pleriſque caſibus, ubi vel populus, vel rex vivus judicium ſibi ſumſit, rem effectu caruiſſe, & vel arbitrio, vel armis controverſias deciſas eſſe. Ita enim Henricus Luſitaniæ rex judicium ſibi arrogavit, & fratris filium Antonium, qui dicebatur ſpurius, regem nominavit, eumque legitimum, ex clandeſtinis quippe nuptiis natum, aſſeruit; at non obtinuit, quin ipſe Philippo II. id monente abſtinuit. *Thuan. l.* 5. Martinus Arragonius rex ſtatuit quidem ſibi ſucceſſorem Ferdinandum Caſtellæ regem, ex ſorore filium; at 1. ipſe fatebatur ſibi judicium non competere, dum optabat ut eventum habere poſſit: adeoque ſuadendi, non jubendi animo ita ſtatuit. 2. A populo ad id rogatus fuit. Sed & 3. poſt mortem acriter res inter ſucceſſores adhuc diſceptata, & non niſi per arbitros compoſita fuit. *Marian. L.* 19. *c.* 20. *in fin.* Henricus III. rex Galliæ Carolum Borbonum Cardinalem ſibi deſtinavit ſucceſſorem, ſed nullo effectu: & Henricus IV. regnum obtinuit, adeo ut cum regnum ſub certis legibus ei offerretur, reſponderit, nolle ſe a ſubditis ſuis cogi. *Marian. L.* 19. *c.* 20. Vincentius III. Mantuæ dux, declaravit ſucceſſorem Nivernium: ſed eo non obſtante res armis diſceptata eſt. *Gramm. l.* 18. *p.* 782.

Additio.

„ Gronovius in annotatis ad hunc §. regi
„ viventi judicium de ſucceſſione ſtatuendi
„ tribuit: ſed ex frivolis rationibus.

„ Ait enim *I. Regis eſſe conſulere tranquil-*
„ *litati publicæ; ergo & cognoſcere de ſuc-*
„ *ceſſione.* Sed negamus conſequentiam: tum
„ quia jus ſucceſſionis demum poſt mortem
„ regis incipit, ubi nulla amplius regis cura
„ eſt reipublicæ, nedum judicium; tum quia
„ eo tempore, quo ſucceſſio defertur, par-
„ tes litigantes ſuperiorem non habent, nec
„ judicium defuncti agnoſcunt. Accedit quod
„ hi ſucceſſores ex voluntate primorum diſ-
„ ponentium jus ſibi quæſitum eſſe conten-
„ dunt, quod rex defunctus ſuo judicio iis
„ auferre non potuit.

„ Ait *II. omnes cauſas dubias regni depen-*
„ *dere a judicio regis viventis: adeoque &*
„ *judicium de dubia ſucceſſione.* Reſp. 1.
„ Conſequentia vera non eſt; nam dubium
„ illud de ſucceſſione incipit demum poſt
„ mortem regis: adeoque ad regem viven-
„ tem judicium ejus rei pertinere nequit. Immo
„ mo jus ſuccedendi dependet ex pacto pri-
„ morum acquirentium, non vero ex arbi-
„ trio regis viventis: adeoque hæc cauſa re-
„ gni non pertinet ad regem, ejuſque judi-
„ cium; hic igitur jus quæſitum ſucceſſoribus
„ prætextu dubiæ ſucceſſionis auferre non
„ poteſt.

Neque *III.* valet inſtantia Gronovii, *quod*
„ *lis de futura ſucceſſione inter duos ſubditos*
„ *jam vivo rege incipiat, cujus proinde co-*
„ *gnitio vi imperii ad regem pertineat.* Nam
„ vere lis non eſt, niſi ex tempore mortis,
„ adeoque ubi omnis regis cognitio, & ju-
„ dicium ceſſat. Sed & licet vere lis eſſet,
„ illa tamen oritur ex cauſa, quæ ſub regis
„ imperio non continetur; agitur enim de
„ voluntate primorum diſponentium, cujus
„ interpretatio regi non competit. Sane, rex
„ prætextu dubiæ ſucceſſionis cuique proxi-
„ miori jus ſuccedendi auferre poſſet.

„ Equidem *IV.* Gronovius affert exempla,
„ ubi rex de futura ſucceſſione diſpoſuit: uti
„ Darius Hiſtaſpis filius inter Artabazanem,
„ & Xerxem. *Herod. l.* 3. *pr.* Darius Nothus
„ inter Artaxerxem, & Cyrum minorem &c.
„ At B. Parens jam obſervavit, in pleriſque
„ caſibus effectum non habuiſſe judicium re-
„ gis: quod autem attinet ad exempla allata
„ ex Juſtino *L.* 2. *c.* 10, ex illis apparet,
„ rem arbitrio Artaphernis patrui commiſſam
„ fuiſſe, eumque cauſa domi cognita Xer-
„ xem

Digitized by Google

,, xem præpoſuiſſe. Alterum, quod allegatur,
,, exemplum, plane dubium non fuit; age-
,, batur enim de ſucceſſione primogeniti, cui
,, naturali ratione debebatur ſucceſſio, etſi
,, patre adhuc privato genitus eſſet. *Juſtin.*
,, *l.* 5. *c.* 11.

,, Neque *V.* dici poteſt, periculoſam eſſe
,, rationem, *quod rex vivens, ſucceſſorem*
,, *obligare non poſſit, quia ita omnia pacta,*
,, *fœdera, privilegia &c. prædeceſſoris revo-*
,, *cari poſſent.* Nam id ex noſtra ſententia
,, non ſequitur. Pacta enim &c. valent intra
,, fines adminiſtrationis, & hactenus ſucceſ-
,, ſor inde obligatur. At judicium de ſucceſ-
,, ſione futura non eſt pars adminiſtrationis:
,, neque ordo ſuccedendi ex arbitrio regis,
,, ſed ex voluntate primorum diſponentium
,, dependet, quam nec interpretari quidem
,, rex poteſt.

,, Denique & *VI.* Gronovius putat, regu-
,, lam illam, *ſucceſſorem ſub jure imperii non*
,, *eſſe*, exceptionem pati, *ſi lex ſucceſſionis*
,, *dubia ſit, adeoque uterque ſucceſſorum le-*
,, *gem ad ſe trahat;* tunc enim, ait, regem
,, tanquam legis auctorem omnino decidere
,, poſſe. At dictum jam eſt 1. ſucceſſionem
,, dubiam non eſſe, niſi poſt mortem regis,
,, adeoque ex eo tempore, ubi omne jus co-
,, gnoſcendi regis ceſſat, & ubi ſucceſſores
,, inter ſe diſceptantes, tanquam ſummæ po-
,, teſtates, judicem non agnoſcunt. Sed &
,, quilibet ſucceſſor legem ſucceſſionis certam
,, eſſe aſſeret: adeoque caſus dubiæ ſucceſ-
,, ſionis nunquam exiſtet. Et ſi jus decidendi
,, penes regem eſſet, etiam in certiſſimo jure,
,, exiſtente contradictione, poſſet proximio-
,, rem excludere, quod abſurdum eſſet. De-
,, nique ex præcedentibus conſtat, regi circa
,, voluntatem primorum diſponentium, ex
,, qua ſola ordo ſucceſſionis definitur, nul-
,, lum jus competere: nec eum jus ſucceſſo-
,, ribus quæſitum ſuo judicio auferre poſſe.

,, Cæterum quæſtionem hanc, *an ipſe rex,*
,, *dum vivit, in cauſa dubia ſucceſſionis ſit*
,, *judex competens, an populus*, olim jam
,, propoſuit *B. Parens in Diſp. de juſt. bell.*
,, *& pac. regn. Portug.*, eamque his verbis
,, decidit.

Varie equidem inter gentes id diſputatum, agitatumque in ſummis orbis imperiis fuit. In Perſarum imperio litem de imperio inter filios a Dario patre, & rege, Herodotus lib. 17. in princ. *a Darii fratre Artapherne, Juſtinus* lib. 2. c. 10. *a populo, Plutarchus* de Amor. fratr. *deciſam refert: niſi id ita concilietur, quod alter mediatoris, alter patris, ac regis vices geſſerit, populuſque id probaverit. Eadem quæſtio recurrens inter Cyrum, & Arſicam, ſeu Artaxerxem Mnemona, a patre rege definita dicitur apud Plutarch.* in Artaxerxe, *quanquam poſtea nihilominus res bello commiſſa fuerit.* Plutarch. ibid. *Cum poſt Euphaem Meſſeniorum regem dubium eſſet, quis ex regia Æpyditarum domo ſuccedere deberet, ipſe rex vivus cognoſcendi ea de re poteſtatem populo dedit, uti ex Pauſania citat Grot.* de J. B. & P. lib. 2. c. 7. §. 27. *In Ægypto Ptolemæum filio natu minimo regnum contra jus gentium tradidiſſe, ejuſque rei populo rationem reddidiſſe, ait Juſtin.* lib. 16. cap. *In Anglia Eliſabetham in Senatu Ordinum Reginam declaratam, dicit Camdenus* in hiſt. Eliſ. part. 1. in princ. *cauſamque Reginæ Scotorum Mariæ itidem apud Ordines tractatam, narrat idem Camdenus* part. 2. ann. 1571. *De ſucceſſione Henrici IV. cauſam prolixe agitatam fuiſſe in comitiis Pariſienſibus, recenſet Thuan.* Hiſt. lib. 105. *Martino Rege Arragoniæ defuncto, cum plures de regno acriter contenderent, partim JCti, partim Theologi arbitri electi, & tamdiu arci incluſi ſunt, donec de rege conveniit. Marian.* lib. 13. in fin. *Atque ex hac ipſa varietate potius apparet, neque regi, neque populo, neque conventui ordinum, hoc judicium proprio jure, atque ad illum effectum competere, ut eo judicio partes efficaciter obligentur, niſi id jus eis reſervatum, vel legitime quæſitum, vel compromiſſum in eos fuerit; cum & ipſa cauſa ſucceſſionis in regno, & ipſæ perſonæ, quæ reges ſe eſſe, ſummamque poteſtatem habere perhibent, alium in ſe judicem verum admittere, ſalva prætenſione ſua non poſſint. In allegatis vero exemplis magis id obtinuit veneratione patris, aut regis, quorum judicio ultro ſæpe ex pietate, vel verecundia defertur, quam juris obligatione. Uti & in exemplo Angliæ ſucceſſio Eliſabethæ indubia fuit: nec ſententiam de regno, ſed parendi promptudinem, hoc facto ordines declararunt. In Scotia, & Gallia, res vi, & bello potius, atque inter civilia diſſidia, agebatur. In Arragonia communi placito in arbitros conſenſum fuerat. Atque in ſpecie noſtra Henricus in id intentus fuit, ut rationibus partium auditis auctoritate ſua, & perſuaſoria magis, quam decretoria poteſtate, litem, ſi poſſet, componeret: quemadmodum etiam partibus acriter diſſentientibus, atque ad alia remedia provocantibus, laudabilis hic conatus Henrici effectu caruit.*

An

Digitized by Google

An de ſucceſſione regni judicare poſſit] ,, Si
,, ſcilicet poſt mortem regis inter ſucceſſores
,, lis metuitur.

Aut rex, qui nunc regnat] ,, Quod Gro-
,, novius ſtatuit.

Aut populus per ſe] ,, Quod Grotius tunc
,, concedit, ſi de populi primæva voluntate
,, quæſtio incidat: alias aut arbitris rem com-
,, mittendam pie ſuadet, aut armis diſce-
,, ptandum, ſtatuit.

De judicio juriſdictionis] ,, Quod effectum
,, obligationis inducere poſſit, ita ut ſucceſ-
,, ſores acquieſcere teneantur. Nam regis ju-
,, riſdictio (ſive rectius imperium) ceſſat eo
,, tempore, ubi jus ſucceſſionis incipit.

*Nam juriſdictio non eſt niſi apud ſuperio-
rem*] *Vid. ſupr.*

*Sed cauſa ſimul, quæ ſpectanda eſt cum ſuis
circumſtantiis*] ,, Senſus eſt, quod non ſuffi-
,, ciat, imperium in perſonam competere, ſed
,, & in cauſam. Cauſa autem dubiæ ſucceſ-
,, ſionis non ſubeſt imperio.

*Quod rex nunc regnans nulla lege obligare
poteſt ſucceſſorem*] ,, Tum quia eo tempore,
,, quo jus ſucceſſoris incipit, deſinit jus re-
,, gis nunc regnantis: tum quia ſucceſſor jus
,, habet ex pacto primorum diſponentium.
,, Certiſſimum ergo eſt, cauſam ſucceſſionis
,, non pertinere ad adminiſtrationem regni,
,, nec ab arbitrio regis pendere.

*Succeſſio enim imperii non eſt ſub jure im-
perii*] ,, Succeſſores enim jus quæſitom habent
,, ex pacto primorum diſponentium, quod
,, jus a rege vivente eis auferri nequit.

Ac proinde manſit in ſtatu naturali] ,,Sen-
,, ſus eſt, quod cum rex nunc regnans nul-
,, lam juriſdictionem habeat in ſucceſſorem,
,, res maneat in ſtatu naturali, ubi, ceſſante
,, quippe juriſdictione, cuique licet jus ſuum
,, vi privata tueri. At veram rationem jam
,, allegavimus, quod jus ſuccedendi incipiat
,, poſt mortem, ubi ſucceſſores nullius juriſ-
,, dictioni, ſeu imperio ſubſunt, adeoque ſo-
,, lum jus belli obtinet.

Quo nulla erat juriſdictio] ,, Imo impe-
,, rium, adeoque & juriſdictionem, natura
,, patribus familias a creatore in membra fa-
,, miliæ delatum eſſe, alibi probavimus.

2 *Recte, & pie facient, qui jus vindicant,
ſi de arbitris inter ſe conveniant*] ,, Hoc con-
,, ſilii eſt, virtutis, & honeſtatis: ſummæ
,, autem poteſtates ad id non tenentur.

Populus vero] ,, Hactenus Auctor proba-
,, vit, judicium in dubia ſucceſſione non eſſe
,, penes regem. Hic porro probat, nec po-
,, puli eſſe judicium, quia is omne jus, &
,, judicium ſuum in regem, ejuſque ſucceſſo-
,, res tranſtulit. *Vid. L. 1. ff. Conſt. Princ.*

De vero regno loquor, non de principatu]
,, De imperio loquitur, quod jure proprio com-
,, petit, non quod jure officii; de qua diffe-
,, rentia late egimus ſupra *L. 1. c. 3. §. 8.* In
,, principatu enim, ubi nuda adminiſtratio
,, commiſſa eſt certæ familiæ, judicium ſem-
,, per populi eſt, quia ejus eſt ſumma poteſtas.

Non abs re erit populum &c.] ,, Capita
,, populi, quæ cum primo acquirente contra-
,, xerunt, dudum deceſſerunt: adeoque fru-
,, ſtra voluntas eorum exploraretur. Præterea
,, non ſaltem quæritur de populi, ſed etiam
,, de primi acquirentis voluntate; ex utriuſ-
,, que enim diſpoſitione jus ſuccedendi ori-
,, tur: adeoque ſucceſſores quoque, obi de
,, interpretatione voluntatis primi acquirentis
,, agitur, adhiberi deberent. Nihil ergo ſu-
,, pereſt, quam jus armorum.

Niſi ſatis certo conſtet] ,, Quid ſi alter ſuc-
,, ceſſorum neget, præſentem populum primæ-
,, vi populi voluntatem rite explicaſſe? quid
,, ſi aſſerat, olim aliam fuiſſe populi volun-
,, tatem, & ſibi jus ex ea quæſitum eſſe?
,, Sane judicium præſentis populi bic ſine ef-
,, fectu foret, quia ſummam poteſtatem,
,, adeoque judicium non habet: nec ſucceſ-
,, ſor cognitioni populi ſubjectus eſt. Hinc
,, etiam merito Gronovius hanc Auctoris ſen-
,, tentiam refellit.

*Et de Xerxis, & Artabazanis controver-
ſia populus cognovit*] ,, Imo ex compromiſſo
,, res compoſita eſt. Uterque enim in ſen-
,, tentiam patrui Artaphernis conceſſit. *Juſtin.*
,, *L. 2. c. 10.*

Ad §. XXVIII.

Ut *ad alia veniamus*] Quæſtionem hic Auctor movet celebrem: *An filius, qui ante regni adeptionem natus eſt, præferendus ſit filio, qui in regia fortuna natus eſt?* Auctor recte ait, illum pro primogenito habendum, *I.* quia in momento nativitatis jus quæſitum eſt filio, vi cujus participat de omnibus juribus patris, tam præſentibus, quam futuris: ita ut eventuale jus habeat ſuccedendi in id, quod tempore mortis pater relinquit. Quod *II.* inprimis de regno verum eſſe, ex ſequenti apparet dilemmate. Vel enim filius jus habet ex momento nativitatis, etiam ratione poſtea quæſitorum: vel non habet. Si

prius, neceſſario etiam jus habet in regnum poſtea quæſitum; ſi poſterius, plane non ad regnum admitteretur: nec ſi ſolus exiſtit: nec defuncto eo, qui in regia fortuna natus eſt; cui tamen omnes contradicunt, Sane *III.* populus defert regnum principi, ejuſque familiæ, ſub qua etiam continentur jam nati. Idque *IV.* probatur exemplo Wilhelmi II, qui patri ſuo Wilhelmo conqueſtori ſucceſſit, etſi ante dignitatem patris natus, excluſo Henrico. Ita Darius Nothus regem conſtituit Artaxerxem (etſi privato patre natum) prætereito filio Cyro minore. *Plut. in Artax. c.* 2. *Juſt. l.* 5. *c.* 11.

Idque *V.* JCti Romani quoque ita ſtatuunt. *Vid. l.* 5. *ff. Senat. L.* 11. *in f. C. Dignit. L.* 9. §. 14. *ff. Pœn. & late Dd. apud Menoch. conſ.* 677.

Neque *obſtat L.* 61. *ſeq. C. de Decur. l.* 6. *C. Suis, & legit.* ubi tantum ſenatorius filius (non vero ante natus) immunitatem ab oneribus curialibus habet. Reſp. ſingulare hoc eſt, & in favorem curiarum ſtatutum, ne decuriones deficiant; utpote cum decurionatus, quaſi ſupplicii loco, ob muneris difficultatem, haberetur. *Vid. Goth. ad rub. C. de Decur. & ad l.* 38. *C. Eod.*

Obſtat porro *L.* 7. *C. de principibus agentium in reb.* ubi patre natus nondum cohortali, non eſt cohortalis filius; ſed manet in priſtina conditione parentis, in qua fuit antequam eſſet cohortalis. Reſp. id mere juris civilis eſt in caſu hoc ſingulari: ut & hi filii ad principatum illum ſuo merito acquirendum excitentur.

Denique *obſtat L.* 11. *C. de dignit.* ubi filius ante dignitatem editus privatus dicitur. Reſp. privatus dicitur non ad effectum jurium, quaſi deterioris ſint conditionis, ac in dignitate nati, (nam contrarium dicitur in *d. l.* 11. *in fin.*, ubi etiam poſt dignitatem ſenatoriam, vel clariſſimatus, nati jure eo utuntur) ſed ut dignoſcantur ab iis, qui poſtea, patre in dignitate conſtituto, nati ſunt. Atque hanc ſententiam *VI.* probant Dd. communiter. *Vid. Duaren. L.* 2. *Diſput. c.* 29. *Cujac. ad d. l.* 11. *Arniſ. pol.* 2. *c.* 2. *Sect.* 2. *Tholoſan. de Republ.* 7. *c.* 9. *Hotoman. quæſt.* 2. *Vid. diſſ. noſtr. de juſt. regn. Portug. Sect.* 2. *art* 3. *q.* 1.

Equidem exſtant in contrarium exempla, ubi filius poſt adeptum regnum natus, prælatus eſt filio ante nato. *Vid. Grot. h.* Sed pauciſſima exempla, quæ cum naturæ ratione pugnant, ac vi plerumque nituntur, nihil probant.

In regno individuo] „ Quale eſſe, ait, „ quod ex populi libera voluntate delatum „ eſt, §. 14. *junct.* §. 18: vel etiam patri„ moniale, ſi dictum eſt ne dividatur. §. 12. „ *junct.* §. 13.

Præferendum ei &c.] „ Ex momento enim „ nativitatis, ſpem, adeoque jus eventuale ſuc„ cedendi acquirit in omnia jura patris, quæ „ moriens relinquit.

In quavis ſucceſſionis ſpecie] „ Sive hæredi„ taria, ſive allodiali, ſi dictum eſt ne regnum „ dividatur: ſive lineali.

In regno dividuo] „ Quale regulariter eſt „ regnum patrimoniale, §. 12. §. 13.

Haud dubie partem feret] „ Sæpius dictum „ eſt, regna quoque patrimonialia ex volun„ tate populi deferri regi: adeoque eſſe in„ dividua; indeque fratres partem non ferre.

Ut in bonis cæteris] „ Imo regna nunquam „ partem bonorum regis eſſe, ſupra vidimus: „ adeoque nunquam in iis ſucceditur tanquam „ in hæreditate privata.

In quibus nunquam quæritur, quo tempore ſint quæſita] „ Quia ex momento nativita„ tis jus liberorum ſuccedendi incipit.

Qui autem partem feret in dividuo, & in individuo ætatis privilegio præfertur] „ Au„ ctor ut probet, *natum ante adeptum re„ gnum præferri poſtea natis*, hoc utitur ar„ gumento: Si is, qui ante dignitatem na„ tus eſt, in regnis dividuis partem fert; „ ſequitur, eum in regnis individuis neceſſa„ rio totum acquirere: quia ſi capax eſt pro „ parte, capax etiam eſt ratione totius; At„ qui verum prius: Ergo &c. At dictum eſt, „ regna, etiam bello quæſita, eſſe individua: „ adeoque ante dignitatem natum ſolum ſuc„ cedere. Si autem quædam regna dividua „ facta ſunt conſenſu populi, verum omni„ no eſt, ante dignitatem natum partem fa„ cere.

Quare & feudum ſequitur filium, qui ante primam veſtituram natus eſt] „ Quia feudum „ itidem non tantum primo acquirenti: ſed „ omnibus ejus deſcendentibus defertur; ſub „ quibus continentur etiam jam nati.

Sed & in lineali ſucceſſione ſpes aliqua parta eſt liberis ante natis] „ Nam hic quoque li„ beris ejuſdem lineæ ex momento nativita„ tis jus eventuale quæſitum eſt ſuccedendi „ in omnia jura patris, quæ moriens reli„ cturus eſt.

Nam fac, alios natos non eſſe, nemo prius natos excludendos dixerit] „ Senſus eſt, „ quod ante dignitatem nati, ſi alii poſtea „ nati

Digitized by Google

,, nati non fuiſſent, citra omne dubium
,, ſucceſſuri fuiſſent. Cum igitur natura ſuc-
,, ceſſionis ſint capaces, idque jus ex mo-
,, mento nativitatis ipſis quæſitum ſit; po-
,, ſtea nati ipſis hoc jus ſemel quæſitum,
,, capacitatem nimirum ſuccedendi, auferre
,, non poſſunt.

In hoc autem genere ſucceſſionis] ,, Nimi-
,, rum, in ſucceſſione lineali.

Spes ſemel parta jus facit] ,, Propter jus
,, tranſmittendi ſucceſſionem futuram, quaſi
,, delatam: lege, ſcilicet, ex ſpe jus quod-
,, dam verum excitante, ſed conditionale.
,, *Vid. ſupr.* §. 22. *n.* 1.

Nec ex poſt facto ceſſat] ,, Scil. ex eo,
,, quod alii liberi ſuperveniant durante di-
,, gnitate, quia hæc ſupervenientia jus ſe-
,, mel quæſitum auferre non poteſt.

Niſi quod ex ſexus privilegio ſuſpenditur in cognatica ſucceſſione] ,, Adeoque jus omnibus
,, liberis ex momento nativitatis quæritur;
,, ſed ſalva ſexus, & ætatis prærogativa in
,, qualibet linea: adeoque ſpes filiæ ſuſpen-
,, ditur per nativitatem filii.

Inter Cyrum, & Arſicam] ,, Hiſtoriam
,, etiam refert *Juſtin. l.* 5. *c.* 11. Adeoque du-
,, plici jure præferebatur Artaxerxes Cyro
,, Minori; 1. jure primogenituræ: 2. ex diſ-
,, poſitione patris.

In Hungaria cum Geiſſa regnum adiit]
,, *Guthberl. Chronol. pag.* 386. Geiſſa autem
,, erat filius Belæ major in privata fortuna
,, natus. *Vid. Blond. L.* 6. *dec.* 2.

Ad §. XXIX.

Quod *autem Sparta aliter factum legimus*] ,, Demaratus id aſſerit apud *Juſt. l.* 2.
,, *c.* 10. *Herod. L.* 7. *pr.* Unde ſimul appa-
,, ret, Auctorem ſibi contradicere, dum ait,
,, apud Heraclidas ſucceſſionem linealem a-
,, gnaticam obtinuiſſe. §. *ſeq.* Atqui in tali
,, ſucceſſione primogenitus ſemper in ſpem
,, quoque ſuccedit. §. 22. & 23.

Ex lege propria eſt ejus populi] ,, Adeoque
,, ex mera ratione civili.

Quæ ob educationem magis accuratam]
,, Majori enim cura educari, dixit, filios
,, regum, quam filios privatorum. §. 22.
,, *n.* 2.

Si imperium detur in feudum vaſallo, & ex eo naſcituris] ,, Vix invenietur talis for-
,, mula in literis inveſtiturarum, utpote cum
,, feuda concedi ſoleant vaſallis, eorumque
,, *liberis*, vel *heredibus*; quibus formulis
,, comprehenduntur etiam *jam nati*. Si vero
,, talis lex in ſpecie dicta ſit, *ut ſoli naſcitu-*
,, *ri* ſuccedant, liberi nati vi pacti exclu-
,, duntur.

Nixus videtur fuiſſe Ludovicus adverſus Galeatium] ,, Cauſabatur Ludovicus, ſe na-
,, tu quidem minorem, ſed patre jam duce
,, natum. *Jov.* 2. *hiſt. p.* 92. Add. Gerardus
,, de Roo, apud *Boecl. in not. h.*

Nam in perſide Xerxes] ,, Supra jam di-
,, ctum eſt, poſt mortem patris rem compro-
,, miſſo deciſam fuiſſe. *Juſtin. l.* 2. *c.* 10.

Potentia Atoſſæ matris] ,, In cujus favo-
,, rem Demaratus diſtinctionem illam allega-
,, vit: *Herod. l.* 7. *pr.*

Ut jam attigimus] ,, Inter Artaxerxem,
,, & Cyrum minorem. *Juſt. L.* 5. *c.* 11. Un-
,, de hic bello quoque ſuccubuit. *ibid.*


Ad §. XXX.

Postquam Auctor principia juris, & ordinis naturalis in cauſa ſucceſſionis poſuit, jam caſus ſingulares proponit, quorum deciſio tota ex eis, quæ *ſupra* §. 12. diximus, dependet.

Etiam bellis] ,, Vix quæſtio de ſucceſſione
,, regnorum mota eſt, quæ non armis diſce-
,, ptata fuit.

Pugnis ſingularibus] ,, Exempla vide infra
,, *c.* 23. §. 10. & *l.* 3. *c.* 20. §. 43. *Hottom.*
,, *ill. q.* 3.

An nepos ex filio priore filio poſteriori ſit præferendus] Schema hoc eſto:



Quæritur, an mortuo rege *a*, ejuſque primogenito *b*, hujus filius *d* præferatur patruo *c*? Auctor id affirmat in *lineali* ſucceſſione: negat in *hereditaria*; quia hic ex proximitate gradus ſucceditur. Verum in præcedentibus demonſtravimus, nullam aliam natura in regnis cognitam eſſe ſucceſſionem, præter linealem agnaticam: eamque tamdiu obtinere, donec alius ſucceſſionis ordo voluntate

 populi

Digitized by Google

populi ſtatuatur. Adeoque nepos *d* ſemper præfertur patruo *c* ; quia *b* jus ſuccedendi eventuale, quod habuit, transfert ad omnes deſcendentes, etiam cum ſua prærogativa, qua præferebantur omnibus fratribus poſterioribus.

Neque *obſtat* 1. quod jus tributum ſit primogenito, quia *ætate* potior eſt: Patruus autem ætate major eſt. Reſp. Non de ætate agitur, ſed de jure ætati quæſito: hoc transfertur ad omnes deſcendentes.

Obſtat 2. Primogenituram eſſe aliquid perſonaliſſimum, quod cum perſona exſtingui videtur. Reſp. jus, quod primogenituræ cohæret, tranſmittitur ad deſcendentes liberos.

In lineali ſucceſſione &c.] „ At ſucceſſio „ in regnis ſemper eſt linealis.

Ibi enim mortui pro vivis habentur] „ Vide „ ſupra §. 20. Quod aliter ſe habere, ait, „ in ſucceſſione hæreditaria. §. 17. §. 18. *n.* „ 2, & §. 22. *n.* 1.

Quare in tali ſucceſſione] „ Scilicet lineali.

Sine ullo ætatis reſpectu præfertur filius] „ Nam ex gradu parentis præmortui, adeo„ que ex ejus jure, & ætatis prærogativa, „ ſuccedit.

Imo in cognaticis regnis] „ I. e. ubi filii, „ & filiæ lineæ primæ, præferuntur maſcu„ lis ſecundæ lineæ. *Vid.* §. 22.

Filia primo nati] „ Ita ut filia ex filio præ„ feratur filio ex filia. *Vid.* §. 22. *n.* 1.

Quia nec ætas, nec ſexus efficiunt ut deſeratur linea] „ Cum enim jus ſuccedendi lineæ „ cohæreat, quamdiu aliquis, ſive mas, ſive „ fœmina, ex prima linea ſupereſt, ſecunda „ linea non ſuccedit. *vid.* §. 22, ubi *ob ſexum,* „ *& ætatem, nunquam tranſiri de linea in* „ *lineam*, dixit.

At in hæreditariis] „ I. e. ubi juxta pro„ ximitatem gradus ſucceditur; ibi enim ne„ potem ex filio poſtponi patruo, putat, ſi „ regnum eſt individuum.

Dividuis] „ Regnum hæreditarium regu„ lariter individuum eſſe, ſupra §. 14. aſſe„ ruit Auctor: at populi conſenſu dividi poſ„ ſe. Tali igitur lege ſtatuta, quæritur, an „ nepotes ex filio primogenito præferantur „ patruis viventibus? Negat id Auctor in iis „ locis, ubi jus repræſentandi non obtinet.

Concurrent ad partes] „ Quia nepotem „ ex filio priore ſubire in locum patris, pu„ tat. Uti igitur pater in partem admiſſus „ fuiſſet, ſi vixiſſet: ita & ejus filius. Si „ nimirum jus repræſentationis obtinet, & „ regnum eſt dividuum.

Ubi ſubitio in locum non obſervatur] „ In „ regnis ſua natura non obtinere ſucceſſio„ nem hæreditariam, diximus: adeoque fru„ ſtra hæc diſputantur.

Ut olim in Germania] „ Fruſtra de Ger„ manis quæritur, an jus repræſentandi lo„ cum habuerit in regnis; quia nulla ibi „ fuit ſucceſſio. *Conſ.* 1. *feud.* 1.

Sero enim nepotes admiſſi ſunt cum filiis ad hæreditatem] „ Imo nunquam admiſſi ſunt „ in regnis, ſive filii, ſive nepotes.

At in dubio credendum potius eſt, locum eſſe vicariæ iſti ſucceſſioni] „ Vicariam ſuc„ ceſſionem intelligit, quæ fit jure ſubitio„ nis, ubi liberi cum proximioribus concur„ rentes in parentum ſuorum gradum ſuc„ cedunt. *Vid.* §. 6. §. 17. §. 18. *n.* 2, & „ §. 22. Sæpius dictum eſt, vicariam hanc „ ſucceſſionem ratione naturali in regnis non „ obtinere; ſi enim regnum delatum eſt fa„ miliæ, jus ſuccedendi primogenito in ipſo „ momento nativitatis quæſitum eſt, in even„ tum mortis parentis. Hoc jus eventuale „ primogenitus iterum in ſuos deſcendentes „ tranſmittit: nec alii cum eo concurrunt. „ Idque tamdiu obtinet, donec appareat, „ populum aliud voluiſſe.

Quia natura ei favet, ut ſupra diximus] „ *Vid.* §. 6. ubi ſimul demonſtravimus, jus „ repræſentationis ex jure alendi plane non „ ſequi.

Quod ſi aperte jure civili regionis introducta ſit ſubitio in locum] „ I. e. ut nepos ſub„ eat in locum patris prædefuncti.

Locum habebit etiam ſi in aliqua lege proximi ſit mentio] „ I. e. ſi dictum ſit aliqua „ lege, proximos in regno ſuccedere debere. „ Nam revera proximus eſt ex jure patris, „ in cujus locum ſubit.

Rationes, quæ ex legibus Romanis adferuntur ad hanc rem, minus firmæ ſunt] „ Imo „ rationes juris Romani ſunt ipſæ rationes „ naturæ; quia nepotes proximi ſunt ex „ gradu, & jure parentum prædefunctorum. „ *Supra* §. 6. *Vid. Menoch. Conſ. n.* 15. & „ *Conſ.* 357. *n.* 23. *ſeq.*

Sed hæc ratio optima eſt, quod in materia favorabili] „ Imo hæc ratio, ex præſumtio„ ne deſumta, mere cerebrina eſt. Naturali „ jure interpretatio, etiam in cauſis favora„ bilibus, jus non facit; omne enim jus „ natura oritur ex diſpoſitione certa, & ex „ voluntate ſatis declarata. *Vid. Cap.* 16. §. „ 10, & 12.

Non vulgarem tantum, ſed & artificialem]

Digitized by Google

lem] „ Quod plenius examinabimus] *infra* „ *c.* 16. §. 10, & 12.

Ita ut ſub nomine filiorum comprehendantur adoptivi &c.] „ In juribus privatis id „ verum eſt. *Laut. comp. p.* 18, & *ſupra* §. „ 8. *n.* 1. At in regnis adoptivi nunquam li„ berorum nomine comprehenduntur, nec in „ regnis patrimonialibus, nec in hæreditariis. „ *Conf. ſupra* §. 12. & §. 15.

Et ſub nomine mortis mors civilis] „ Qua „ ſcil. civitas, & libertas aufertur.

Quare merito proximi nomine veniet is, quem lex in proximum gradum perducit] „ Senſus eſt, quod *in regnis hæreditariis dividuis*, ſi jure civili regionis introducta „ ſit ſubitio in locum mortui parentis, pro„ ximus etiam videatur qui jure repræſen„ tationis ſuccedit.

In regnis vero hæreditariis individuis] „ Qualia regulariter eſſe putat Auctor. *Vid.* „ §. 14.

Ubi ſubitio in locum excluſa non eſt] „ Si „ enim excluſa eſt, ſolam gradus proximi„ tatem inſpici, putat.

Neque ſemper nepos, neque ſemper filius ſecundo genitus præferuntur: ſed ut inter pares, potior eſt is, qui ætate præcedit] „ Ne„ potem igitur non ſemper patruo præferri, „ putat; quia etſi ſubeat in locum parentis, „ non tamen ſubit in ejus ætatem. *Vid.* §. „ 18. *n.* 2. Nec etiam ſemper præferri ſecun„ do genitum, quia nepos poteſt eſſe ætate „ major. Atque hinc concludit, cum utor„ que gradu par ſit, eum eſſe potiorem, „ qui ætate prævalet.

„ Nos diximus 1. regnum hæreditarium „ dividuum in ſenſu Auctoris non dari: & „ 2. natura aliam ſucceſſionem: præter li„ nealem, & quidem agnaticam, cognitam „ non eſſe: adeoque 3. nepotem ex primo„ genito ſemper præferri ſecundo genito, „ ſeu patruo, etſi ætate majori. At ſi 4. vo„ luntate populi filii omnes ſimul ſuccedunt, „ adeoque linealis ſucceſſio ceſſat; negari ne„ quit, fratrum liberos concurrere cum pa„ truo in ſtirpes: 5. non habita ætatis ra„ tione, quaſi ille, qui ætate major eſt, præ„ ferri debeat; uterque enim defuncto æque „ proximus eſt. *Vid. not. ſeq.*

Quippe juris effectu quoad gradus æquatos] „ Uterque enim defuncto regi eſt in ſecun„ do gradu cognatus: alter jure nativitatis: „ alter jure ſubitionis.

Nam in ætatis privilegium non ſuccedi in regnis hæreditariis, ſupra vidimus] „ Vid. „ §. 18. *n.* 2. Cur non? Primogenitus in li„ neali ſucceſſione omne jus ſuum, & pri„ vilegium ætatis tranſmittit, fatente ipſo „ Auctore: cur non in ſucceſſione hæredita„ ria? Si priori caſu privilegium ætatis tranſ„ it in liberos, cur non poſteriori caſu? utro„ bique eadem eſt ratio.

Apud Corinthios ſuccedebat ex liberis defuncti regis is, qui natu eſſet maximus] „ I. e. „ primogenitus: adeoque hoc exemplo non „ probatur, nepotem, præmortuo primoge„ nito, excludi a patruo.

Exſcripſit Georgius Monachus] „ Nam „ liber ſextus Diodori, ut & ſequentes, (*ad* „ *Undecimum uſque*) non amplius exſtant.

Sic & apud Vandalos] „ Gizerichus enim „ rex moriens teſtamentum condidit, in quo „ cum alia multa Vandalis mandaret, juſſit, „ ut imperium propinquiori ex genere vi„ rilis prolis traderetur: & ex his, qui æta„ te præcederet. *Procop. L.* 1. *bello Vand.* „ *pag.* 190. Apparet ergo, hanc ſucceſſio„ nem eſſe mere civilem, teſtamento Gize„ richi introductam, & a populo approba„ tam, qui ſæpius ad teſtamentum illud pro„ vocavit.

Cauto, ut hæres eſſet, qui ſanguine proximus, & maximus eſſet natu] „ Diximus, „ hanc ſucceſſionem eſſe ſingularem.

Prælatus filius ſecundus natu major, filii primi filio] „ Gizericho mortuo, filius ejus „ ſecundo genitus ſucceſſit, etſi ex primogenito „ Genzone, (qui præmortuus erat) liberi ſu„ perſtites eſſent, Gundebandus, nimirum, „ Gilimer, & Amata. *Procop. d. l.*

Sic in Sicilia Robertus prælatus eſt Martelli fratris majoris filio „ Vecerius in vita Hen„ rici VII. (*apud Urſtis Script. rer. Germ.* „ *Vol.* 2. *p. m.* 69.) ait, Robertum reſpon„ ſis prudentum, & pontificia pronunciatio„ ne quadam annixum, compendium hære„ ditatis obtinuiſſe.

Non ea proprie ratione, quam excogitavit Bartolus &c.] „ Non invenio locum, „ ubi Bartolus de lite inter Robertum, & „ Martelli filium agat, ac pro ratione de„ cidendi afferat, *quod Sicilia ſit feudum*; „ minus enim apte hæc ratio allegaretur, „ quia jure feudali quoque nepos ex primo„ genito præfertur patruo. *B. Par. Hyp. Jur.* „ *feud. tit.* 10. §. 18. Id ſolum evolventi Bar„ tolum occurrit, quod probet ſententiam „ Papæ (qui deciſum Imperatoris, quo dam„ nat Robertum regem Siciliæ ſuſtulit,) ex „ ea ratione, quia Sicilia eſt feudum Papæ:

„ unde concludit, Imperatorem nec citare „ Robertum, nec condemnare potuiſſe. *Bartol. in tract. ſuper conſtitutione, qui ſunt rebelles. n. 7., qui exſtat inter Conſilia fol. m. 85.*

Quod feudum eſſet Sicilia &c.] „ Papa „ enim feudi jure Siciliam ſibi vindicat. *B. Par. Jur. publ. prud. c. 6. §. 22.*

Sed quod regnum eſſet hæreditarium] „ Unde hoc conſtat? Natura talis ſucceſſio non „ obtinet: nec lege talis ordo ſuccedendi „ ullibi in regno Siciliæ ſtatutus eſt; ſed „ omnia nutu Papæ fiebant, durante bello „ inter imperium, & ſacerdotium. *B. Par. d. l.*

Exſtat ſimilis ſucceſſionis vetus in Francorum regno exemplum in Guntrano] „ Imo nunquam ſucceſſio hæreditaria in regno Franciæ obtinuit: neque unquam ibi talis lex „ ſtatuta fuit, ut hæres eſſet qui ſanguine „ proximus, & maximus eſſet natu. Neque „ id probatur exemplo Guntrani, vel potius „ Guntranni, cujus litis ſchema hoc eſt:

Chlotarius,

Charibertus, Guntrannus, Chilpericus, Sigebertus.

Childebertus.

„ Mortuo nimirum Chlotario, quatuor ejus „ filii inter ſe diviſerunt regnum Franciæ, „ eoque quatuor regna conſtituerunt. *Aymon. Hiſt. Franc. l. 3. c. 1.* Moritur primum „ Charibertus *d. l. 3. c. 2.* Mox interficitur „ Sigebertus, relicto filio Childeberto. *ibid. c. 12, & 14.* Chilpericus, patruus Childeberti, eripuerat partem nepoti ſuo ex „ hæreditate Ariberti debitam, nimirum, „ provinciam Turonenſem. Mortuo Chilperico alter patruus Guntrannus has urbes occupabat. *Aymon. d. l. c. 62.* Childebertus „ ad Turonenſes legatos mittebat, rogans, „ ut in fidelitate ſua permanerent; at reſpondit Gregorius Epiſcopus cauſam Guntranni ſecutus, *poſt fratrum obitum omne regnum Francorum deberi Guntranno: ut quemadmodum Chlotarius pater ejus ſuper proprios filios, ſic Guntrannus ſuper nepotes ſuos, principaretur.*

„ Primo igitur notandum eſt, exemplum hoc ad §. *ſeq.* pertinere. Hic enim „ agitur de ſucceſſione avi, an nepos ex filio priore filio poſteriori ſit præferendus: „ cum exemplum loquatur de caſu, ubi „ mortuo dudum avo plures fratres exiſtunt, „ & decedente uno fratrum, concurrunt & „ fratres, & fratrum filii; de quibus caſibus „ §. 31, & 32. agetur.

„ Deinde, ratio Epiſcopi cum principiis juris naturalis pugnat; regnum enim „ fuit dividuum: adeoque nepos ſuccedere „ omnino jure patris potuit. Ipſe Epiſcopus, „ inepte Childebertum agere, ajebat, quod „ putaret, ſe tanto principi reſiſtere poſſe: „ adeoque vi omnia agi, ipſe innuit.

„ Sed & Tertio Guntrannus, cum „ Childebertus patris hæreditatem per legatos repeteret, non uſus eſt eo argumento: „ ſed ad pacta, & quod Childebertus jura „ ſua ei ceſſerit, provocavit. *Aymon. d. c. 62.*

„ Quarto: Tum demum acquievit „ Childebertus, poſtquam a Guntranno adoptatus, & tutius Franciæ hæres declaratus fuit. *ibid. c. 68. & 76.*

Sed id ex electione totius populi contigit, qua eo tempore nondum plane deſierat] „ Verum non eſt, Guntrannum a populo electum eſſe. Nam primo patri ſuo Chlotario „ in parte Franciæ, quæ regnum Aureliacenſe vocatur, ſucceſſit. *Aymon. L. 3. c. 1.* „ Sed & in ea parte regni, de qua cum „ Childeberto ei lis erat, non vi electionis, „ ſed ex jure ceſſo Childeberti, jus ſibi arrogabat. *d. c. 62*


At poſtquam ſine ulla electione linealis agnatica ſucceſſio introducta eſt] „ Imo in Gallia „ nunquam alia ſucceſſio obtinuit, quam linealis agnatica; quæ & naturalis eſt.

Ut olim apud Spartanos, ubi ad Heraclidas regno delato, ſimilis exſtitit ſucceſſio linealis agnatica] „ Lycurgus enim cum fratri ſuo „ Polybitæ Spartanorum regi ſucceſſiſſet, „ regnumque ſibi vindicare poſſet, (populo „ eum ad ſucceſſionem vocante) Carillo filio Polybitæ poſthumo, cum ad ætatem „ adultam perveniſſet, regnum ſumma fide „ reſtituit: ut intelligerent omnes, quanto „ plus apud bonos pietas, quam omnes opes „ valerent. *Juſtin. l. 3. c. 2.* Quam hiſtoriam „ quoque recenſet Plutarchus *in Lycurgo in pr.* ubi ait: *quod ubi primum comperit Lycurgus* (ſcilicet fratris defuncti uxorem „ gravidam eſſe) *ad fœtum conceptum pertinere regnum, ſi quidem maſculus exſtiteret, affirmans, ipſe tutoris loco regnum adminiſtravit.* „ Ca-

„ Cæterum Gronovius bene notat, Aucto-
„ rem ſibi hic non conſtare. Apud Heracli-
„ das enim exſtitiſſe ſucceſſionem *linealem*
„ *agnaticam*, hic ait; cum tamen alibi aſ-
„ ſeruerit, filios ante dignitatem natos apud
„ eoſdem poſtponi eis, qui in regia dignita-
„ te nati ſunt. *Vid.* §. 29. At ſi ſucceſſio *li-*
„ *nealis agnatica* obtinuiſſet, omnino ſucce-
„ dere deberent; quia ex ſententia Auctoris
„ in hac ſucceſſione ſpes quoque tranſmitti-
„ tur. *Vid.* §. 22. & 23.

„ Obiter hic adhuc notandum eſt, Hera-
„ clidas fuiſſe Lydiæ populum, qui primo
„ ab Euryſtheo, deinde ab Atridis, expulſi
„ occuparunt Spartam &c. anno ab excidio
„ Trojæ octuageſimo. *Vid. Thucyd. Lib.* 1.

Ideo Areus ex fratre majore Cleonymo natus patruo ſuo Cleonymo antepoſitus eſt] „Schema ita ſe habet: *




„ Cum Cleomenes e vivis deceſſiſſet, inter
„ Cleonymum Cleomenis filium, & Areum
„ filium Acrotati præmortui, de regno coorta
„ lis eſt: & Senatus paternum regnum Areo
„ adjudicavit. *Pauſan. l.* 3. *n.* 30. *p. m.* 157.
„ Unde etſi Pyrrhus impulſu Cleonymi Spar-
„ tiatis bellum intulerit, eventus tamen ejus
„ conatibus non reſpondit. *Plut. in Pyrrho.*
„ *Juſtin. l.* 25. *c.* 4.

Sed & in cognatica lineali ſucceſſione præfertur nepos] „ i. e. in ea ſucceſſionis ſpecie,
„ ubi juxta lineas ſucceditur ea lege, ut fœ-
„ minæ prioris lineæ præferantur maſculis ſe-
„ cundæ lineæ.

Quod & in Caſtellæ regno lege cautum eſt]
„ *Vide ſupra* §. 22. *n.* 1, *& Hottom. qu.* 3.
„ Conferatur exemplum Alfonſi, quod Auctor
„ in præcedenti nota allegat.

Ad §. XXXI.

Pari *diſtinctione*] Adeoque in hoc ſchemate



„ ordo ſuccedendi ex hypotheſi Auctoris va-
„ riat juxta varia ſucceſſionum genera; in li-
„ neali enim ſucceſſione, mortuo rege *b* præ-
„ fertur *e* (qui nepos eſt ex fratre *c*) tertio
„ fratri *d* ſi linealis obtinet ſucceſſio.

Sed in *regnis hæreditariis dividuis*, ſi jus repræſentationis *obtinet*, (uti obtinere, ait, in dubio) concurrunt ad partes: adeoque *e*, & *d* dividunt imperium æquis portionibus. Si jus repreſentandi *non obtinet*, præciſe proximitas gradus ſpectatur, & *d* ſolus ſuccedit. In *regnis hæreditariis individuis*, quoties ibi *jus repræſentationis* excluſum non eſt, adeoque ubi *e*, & *d* gradu æquiparantur, præfertur ætate major; *ſi non obtinet jus repræſentandi*, ſolus gradus naturalis, ejusque proximitas ſpectatur: i. e. ſolus *d* ſuccedit.

Confuſa hæc admodum ſunt, uti totus ſuccedendi ordo ab Auctore propoſitus. Diximus paſſim, jure naturali in regnis ſucceſſionem præter linealem cognitam non eſſe; reliqui ordines pactis, & uſu recepti ſunt.

Multis in locis inter liberos ſucceſſionem in gradum mortui eſſe receptam] „ Si ſcil. in ſche-
„ mate noſtro mortuo rege *a*, quæſtio eſt in-
„ ter liberos ejus *e*, & *d*.

Ubi non recepta ſit in limite tranſverſo]
„ Si ſcilicet de ſucceſſione regis *b* quæritur
„ inter fratrem minorem *d*, & fratris ma-
„ joris filium *e*: adeoque non inter liberos,
„ ſed in limite tranſverſo.

Sed ubi jus non eſt manifeſtum] „ i. e. ubi
„ dubium eſt, an jus repræſentandi in limite
„ tranſverſo receptum ſit.

In partem eam, qua liberos parentibus ſurrogat] „ i. e. in dubio obtinere jus repræ-
„ ſentationis.

Quia eo nos ducit æquitas naturalis] „ In
„ §. præcedenti dixit, *naturam favere juri*
„ *repræſentationis.* At id in regnorum ſucceſ-
„ ſione non admittimus, *Vid. ſupra b.* §.

In bonis nempe avitis] „ Non in bonis
„ noviter quæſitis. *Vid. ſupra* §. 9. & 10.

Προνόμιον] „ Privilegium. Ut proinde ſubi-
„ tio illa in locum parentum non videatur ex
„ æqui-

,, æquitate naturali oriri, ſed ex lege ſingu-
,, lari.


Non habita ratione æquitatis naturalis]
,, Quaſi ſubitio illa in locum, & gradum pa-
,, rentum, non conveniat æquitati naturali.

Sed juris antiqui Romanorum] Ubi jus re-
,, præſentationis in limite tranſverſo cogni-
,, tum non fuit: adeoque a Juſtiniano demum
,, jure privilegii collateralibus conceſſum eſt.
,, Sane, cum natura nulla ſit collateralium
,, ſucceſſio, antiqua illa conſtitutio juris Ro-
,, mani, qua fratres ad ſucceſſionem admit-
,, tebantur, ſtrictæ erat interpretationis: ne-
,, que eis demortuis ad eorum liberos, abſ-
,, que nova lege, extendi potuit.

Emanuel Coſta] ,, Qui jura docuit Sala-
,, mancæ. Exſtant operum ejus volumina duo.


Ad §. XXXII.

Defuncti *fratris filium*] In hoc ſchemate



ultimo rege *d* mortuo, nepos ex fratre *f* præfertur regis patruo *c*; quia quamdiu linea *b* durat, tamdiu *c* a ſucceſſione excluditur.

Aut etiam filiam] Adeoque in hoc ſchemate



,, ultimo rege *d* mortuo, neptem ex fratre
,, *f* præferri regis patruo *c*, putat, ex ea-
,, dem ratione. *Vid. ſupra* §. 22.

Non in lineali tantum ſucceſſione] ,, Tam
,, *agnatica*, ſi fratris filius concurrit cum re-
,, gis patruo: quam *cognatica*, ſi fratris fi-
,, lia cum eodem patruo concurrit.

Sed & in hereditaria in regnis &c.]
,, Ubi non juxta proximitatem lineæ, ſed
,, gradus ſucceditur: at ubi effectu juris quo-
,, ad gradum remotiores adæquantur proxi-
,, mioribus.

Non item in regnis, quæ verbis præciſe gradum naturalem ſpectant] Ibi enim, citra repræſentationem, ſolam proximitatem gradus, adeoque ordinem naſcendi inſpici, ait.

In regnis, ubi ſubitio in locum mortui obſervatur] ,, Quod in dubio credendum eſſe,
,, dixit §. 31. In his igitur quoque regnis *fi-*
,, *lium* fratris præferri, ait, regis patruo,
,, §. 30. *n.* 2. *pr.* quia proximior eſt gradu
,, jure repræſentationis.

Qui ſexu &c. potior eſt ,, Inter eos enim,
,, qui pariter ad hæreditatem admittuntur,
,, ſive quia unius ſunt gradus, ſive quia in
,, parentum ſuorum gradum ſuccedunt, præ-
,, feruntur mares fœminis. *Vid. ſupra* §. 17.

Aut ætate] ,, In regnis enim hæredita-
,, riis individuis, ubi ſubitio in locum ex-
,, cluſa non eſt, inter pares (quia ſcil. juris
,, effectu adæquati ſunt) potiorem eſſe, dixit,
,, eum, qui ætate præcedit.

,, Nos ſæpius diximus, in regnis linealem
,, ſucceſſionem obtinere, ibique ſubitionem
,, in locum inter collaterales cognitam natu-
,, ra non eſſe.

Ad §. XXXIII.

Addit, nepotem ex filio filiæ præferri] Nam filia jus non habet, quamdiu maſculus, licet remotior, ſupereſt. Sed & nepos ex minore filio ſubit in locum patris.

Additio.

,, In hoc ſchemate



,, Mortuo rege *a*, & præmortuo filio *b*, ne-
,, pos *d*, præfertur regis filiæ *c*, ex jure præ-
,, defuncti patris, qui ſi vixiſſet, excluſurus
,, erat ſororem *c*.


Ob ſexum ſcilicet] ,, Nam ex hypotheſi
,, Auctoris in *hæreditaria ſucceſſione* mares con-
,, curren-

„ currentes cum fœminis ſemper his præfe-
„ runtur. §. 23. In lineali ſucceſſione *agnati-*
„ *ca* fœminæ in perpetuum excluduntur, in
„ *cognatica* fœminæ ſecundæ lineæ non ad-
„ mittuntur, quamdiu ex prima linea ſive mas,
„ ſive fœmina ſupereſt: adeoque *nepos ex fi-*
„ *lio majori natus ſemper præfertur filiæ.*

Qua etiam inter liberos ſolum gradum ſpectet] Adeoque ubi liberi non ſubeunt in locum patris; (nam aliquando ſubitionem in locum excludi; ait §. 30. *n.* 1.) Hoc enim caſu *filiam præferri, putat, nepoti ex filio:* quia gradu naturali, qui ſolus hic ſpectatur, proxima eſt. At talis mos regionis probari debet; nam naturali jure liberi ſemper ſuccedunt in jus patris, juxta lineas.

Ad §. XXXIV.

Minorem nepotem ex filio præferri majori nepoti ex filia] In hoc ſchemate



nepos *d* ex filia regis majori *b* cum nepote *e* ex filio minore *c* concurrit: & Auctor ait, nepotem ex filio minori præferri, ſi ſucceſſio linealis cognatica obtinet. Mas enim *c*, qui ſorori *b* præfertur, licet majori, jus ſuum tranſmittit ad omnes ſucceſſores capaces; ſupereſt autem nepos *e*, qui ſucceſſionis capax eſt.

Quod in ſucceſſione lineali cognatica verum]
„ I. e. in illa ſucceſſionis ſpecie, ubi fœmi-
„ næ lineæ imperantis excludunt maſculos ſe-
„ quiorum linearum. *Vid.* §. 22. At toties
„ diximus, talem ſucceſſionem natura non
„ dari: adeoque eam inter gentes non obti-
„ nere, niſi ſpeciatim populus ita diſponat.
„ Jure naturæ ſola ſucceſſio linealis agnatica
„ obtinet, in qua fœminæ in perpetuum à
„ ſucceſſione excluduntur.

In hæreditaria non item] „ Hæreditaria
„ ſucceſſio eſt, ubi præfertur is, qui gradu
„ proximus eſt defuncto. Hoc caſu Auctor
„ ſtatuit, utrumque in partes ſuccedere ſi
„ regnum eſt dividuum. *Vid.* §. 18. Si vero
„ regnum eſt individuum, præferri eum,
„ qui ætate eſt potior. §. 30. *n.* 2. Nos in præ-
„ cedentibus probavimus, hanc quoque ſuc-
„ ceſſionis ſpeciem natura cognitam non eſſe.

Niſi lex ſpecialis oſtendatur] „ Ut nimirum
„ filiæ non ſuccedant, niſi exſtinctis maſculis
„ etiam ſequioris lineæ. At non opus eſt,
„ talem legem ſpecialem oſtendi: naturalis
„ is eſt ordo ſuccedendi in regnis. *Vide ſu-*
„ *pra* §. 12. *prop.* 6. 12. *ſeq.* Adeoque potius
„ oſtendi debet lex, quæ ſucceſſionem hanc
„ naturalem mutaverit, i. e. hæreditariam
„ fecerit.

Nec ratio allegata ſufficit &c.] „ Imo ra-
„ tio veriſſima eſt. Loquitur enim Coſta de
„ ſucceſſione naturali, quæ nunquam eſt hæ-
„ reditaria in eo ſenſu, quo Auctor eam ſu-
„ mit: ſed talis, ut filii ſemper excludant fi-
„ lias. Adeoque in caſu propoſito naturale eſt,
„ ut mortuo rege *a* filius ejus *c* ſuccedat,
„ excluſa filia majore *b*. Hoc jus, & hanc
„ prærogativam *c* transfert ad filium *e*,
„ qui proinde jure patris excludit & amitam
„ *b*, & ejus filium *d*. Hic enim jus ſuum
„ à matre *b* habet, quæ vero excludebatur
„ à fratre *c*. Neque allegari poteſt, qualita-
„ tem ſexus, & ætatis, non tranſire in de-
„ cendentes; nam dubio huic ſtatim ſatisfa-
„ ciemus.

Id enim eveniſſet ob præſtantiam mere perſonalem, quæ non tranſit] „ Reſpondet Au-
„ ctor objectioni, quam ſibi ipſe formavit.
„ Ait nimirum, filium *c*, ſi vixiſſet, exclu-
„ ſurum quidem fuiſſe ſororem *b* matrem ne-
„ potis *d*: ſed id eventurum fuiſſe *ob præ-*
„ *ſtantiam ſexus*; eam autem, cum mere
„ perſonalis ſit, in liberos non tranſmitti.
„ Nam qualitatem & ſexus, & ætatis, qua-
„ tenus a populo conſideratur, ita perſonæ
„ adhærere putat, ut avelli inde nequeat.
„ *Vid.* §. 18. *n.* 2.

„ Nos ſupra demonſtravimus, fœminas, ſi
„ ex diſpoſitione populi ad ſucceſſionem vo-
„ cantur, nunquam admitti, niſi exſtinctis
„ omnibus liberis ultimi regis maſculis; unde
„ neceſſario ſequitur, etiam in hæreditaria
„ ſucceſſione nepotem ex filio minore *e*,
„ præferri nepoti ex filia majori *d*. Filius
„ enim *c* jus ſuum excludendi ſororem *b*
„ tranſmittit ad ſuos liberos.

„ Adeoque reſponſio Auctoris non evertit
„ argumentum, quod in contrarium ſibi for-
„ mavit. Nam 1. verum eſt, ſexum non
„ tranſmitti in liberos; ſed jus, quod ſexui
„ cohæret, tranſmittitur. Sane 2. naturæ
„ magis repugnaret, ſi mater *b* jus prælatio-
„ nis in filium *d* tranſmittere poſſet, quod
„ ipſa non habuit. Sed & 3. ipſe Auctor fa-

Digitized by Google


„ tetur, nepotem ex filio præferri filiæ ob ſexum, §. 33: adeoque filius jus prioritatis ex ſexu quæſitum ad nepotem tranſmittit.

A d §. XXXV.

Q u o d *addit*] Coſta ait, neptem ex filio primogenito excludere filium, i. e. patruum ſuum. Grotius id tantum admittit in regnis hæreditariis. At ex ante dictis apparet, neptem illam nec in regnis hæreditariis ſuccedere poſſe, quamdiu mas ex rege ſupereſt.

Additio.

„ In hoc ſchemate



„ Auctor recte aſſerit, rege *a* mortuo, filium ejus *c* excludere filiam *d* ex fratre majori *b* natam: idque verum eſt etiam in ſucceſſione lineali. Diximus enim, naturali jure fœminas plane non ſuccedere in regnis: & ſi lege regni admittuntur, non ſuccedere, niſi poſt omnes deſcendentes primi acquirentis maſculos.

In regnis hæreditariis recipi non poteſt] „ Imo nec in lineali ſucceſſione, quam Auctor cognaticam vocat; quod obſervavimus ſupra §. 30. *n.* 1. Neptis enim *d* ex filio primo *b* nullum jus ſuccedendi habet, niſi exſtinctis maſculis totius familiæ.

Etiam admiſſa in vicem mortui ſubitione] „ Adeoque etſi neptis *d* ſuccedat jure repræſentationis in filii *b* gradum, eoque effectu juris quoad gradum patruo *c* adæquetur; nihilominus Auctor patruum præferri, ait, in ſucceſſione hæreditaria. Quod verum eſt; at non ideo, quod filius *b* ſexum ſuum non transmittat, ut Auctor putat: ſed quia ea eſt natura imperii, ut fœminæ non ſuccedant, quamdiu maſculi ex primo acquirente ſuperſunt; niſi in delatione aliud cautum ſit, quod probari debet.

Ea enim efficit, ut capax ſit ſucceſſionis] „ i. e. ut ſuo tempore ad ſucceſſionem vocetur.


Sed inter capaces valere debet ſexus privilegium] „ Nam inter eos, qui pariter in hæreditatem admitterentur, ſemper præferuntur mares. §. 17.

A d §. XXXVI.

A t q u e *ideo in Arragonia regno filius ſororis filiæ fratris prælatus eſt*] Ex ratione juris naturalis male prælatus fuit; nam filius fratris utitur jure patris: filius vero ſororis, jure matris. Uti igitur frater ſororem excluſurus erat, ita & filia fratris filium ſororis. Cæterum neutra pars jus ſuccedendi ſibi arrogare poterat, quia mas, nimirum, dux Orcalenſis, adhuc ſupererat. Atque hinc etiam per tranſactionem demum lis compoſita fuit.

Additio.

„ Ideo Auctor in hoc ſchemate



„ filium ſororis *d* prælatum eſſe filiæ fratris *e*, exiſtimat, quia regnum hoc eſſet hæreditarium, ubi liberi quidem ſubeunt in locum parentum, non vero in ſexum; quia præſtantia ſexus mere perſonalis eſſet, quæ non tranſeat: quam rationem exploſimus ſupra §. 14.

„ Hæc quoque quæſtio fuit inter Philippum II. & familiam Bragantinam circa ſucceſſionem regni Portugallici. Ille ex filia minore Iſabella Carolo V. nupta natus erat: Bragantinus ex filia fratris Eduardi jus habebat, indeque jure patris merito præferendus erat. Equidem Hiſpanus vi occupavit regnum; at tandem jus ſuum vindicavit Bragantinus. *Vid. Thuan. lib.* 65. *Camd. ad an.* 1582.

Filius ſororis] Ferdinandus.

Filiæ fratris] Violandæ.


A d §. XXXVII.

E u n d e m q u e *ad modum*] Grotius ait, filiam majoris fratris non excludere fratrem regis

regis natu minorem, quia frater regis eſt maſculus, qui quamdiu ſupereſt, omnes excludit fœminas.

Additio.

In hoc ſchemate



,, mortuo rege *b*, lis eſt inter filiam ex fratre majori *e*, & fratrem minorem *d*: & quæritur, quis præferatur in ſucceſſione? Auctor diſtinguit inter ſucceſſionem *linealem*, & *hæreditariam*. In *priori*, (ubi linea ſecunda non ſuccedit quamdiu linea prima ſupereſt) præferri, ait, filiam ex fratre majore *e*, fratri minori *d*. In *poſteriori*, (ubi gradus proximitas ſpectatur) præferri, ait, fratrem regis *d*. Etſi enim filia *e* in locum patris *c* ſubeat; id tamen ad eum ſaltem effectum verum eſſe, ait, ut fœmina capax fiat ſucceſſionis: at inter capaces præferri ſexum. §. 35.

,, Nos ſupra diximus, jure naturæ ſucceſſionem linealem obtinere, & fœminas non eſſe ſucceſſionis capaces; ſi vero legibus regni admittuntur, certum eſt, non admitti, niſi exſtinctis omnium linearum maſculis. Adeoque jure naturæ frater *d* ſemper præfertur fratris majoris filiæ *e*; ni in prima delatione alius ſucceſſionis ordo ſit ſtatutus, quod factum eſſe, ab afferente probari debet.

In regnis hæreditariis] ,, ubi proximitas gradus, non lineæ, ſpectatur.

Poſtponenda erit filia fratris] ,, Quia patruus *d* gradu proximior eſt: quod regulariter, & naturali jure, verum non eſſe, dixi; quia præter linealem agnaticam, alia ſucceſſio natura cognita non eſt.

CAPUT VIII.

De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur juris gentium.

I. *Multa dici juris gentium, quæ, ſi proprie loquamur, talia non ſint.*

II. *Piſces, & feras ſtagnis, aut vivariis incluſas in dominio eſſe jure naturali, contra, quam jure Romano proditum eſt.*

III. *Feras, ſi aufugerint, non deſinere eorum eſſe, qui ceperant, ſi recte agnoſci poſſint.*

IV. *Poſſeſſio an per inſtrumenta acquiratur, & quomodo.*

V. *Ut feræ regum ſint, non eſſe contra jus gentium.*

VI. *Rerum aliarum hero carentium quomodo acquiratur poſſeſſio.*

VII. *Theſaurus cui cedat naturaliter: & legum circa hoc varietas.*

VIII. *Quæ jure Romano de inſulis, & alluvionibus ſint prodita, nec naturalia eſſe, nec juris gentium.*

IX. *Naturaliter inſulam in flumine, & alveum exſiccatum ejus eſſe, cujus eſt flumen, aut pars fluminis, id eſt, populi.*

X. *Inundatione naturaliter dominium agri non amitti.*

XI. *Alluviones quoque in dubio eſſe populi.*

XII. *Sed conceſſas videri his, quorum agri alium finem, quam flumen non habent:*

XIII. *Idem cenſendum de relicta ripa, & ſiccata alvei parte.*

XIV. *Quid pro alluvione, quid pro inſula habendum.*

XV. *Quando vaſallis cedant alluviones.*

XVI. *Solvuntur argumenta, quibus Romani jus ſuum quaſi naturale defendunt.*

XVII. *Via naturaliter alluvionem impedit.*

XVIII. *Naturale non eſſe ut partus ſolum ventrem ſequatur.*

XIX. *Naturaliter ut confuſione, ita ſpecificatione ex materia aliena rem fieri communem:*

XX. *Etiam ſi materia mala fide attrectata ſit.*
XXI. *Naturale non eſſe ut per prævalentiam res minor potiori cedat: ubi & alii Romanorum juriſprudentium errores notantur.*
XXII. *Naturaliter ex plantatione, inſitione, ædificatione in alieno communionem naſci.*
XXIII. *Poſſeſſorem naturaliter fructus ſuos non facere; ſed impendia imputare poſſe:*
XXIV. *Etiam qui mala fide poſſidet.*
XXV. *Traditionem ad dominii translationem naturaliter non requiri.*
XXVI. *Uſus hactenus dictorum.*

+ I. 1. + PErduxit nos ordo ad acquiſitionem, quæ fit jure gentium, [1] diſtincto a jure naturali, + quod jus gentium voluntarium ſupra diximus. + Talis eſt ea, quæ fit belli jure; + ſed de hac re rectius infra agemus, ubi belli effectus explicabuntur. + Romani juriſconſulti ubi de acquirendo rerum dominio agunt, (aa) + complures ejus acquirendi recenſent modos, quos juris gentium vocant: ſed ſi quis recte advertat, + inveniet, eos omnes, + excepto belli jure, non pertinere ad jus gentium illud, de quo agimus; + ſed aut referendos ad jus naturæ, non quidem merum, [2] ſed quod ſequatur introductum jam dominium, + & legem omnem civilem antecedat, [a] + aut ad ipſam legem civilem, non ſolius populi Romani, ſed multarum circa nationum: credo + quia talis legis, ſive moris origo a Græcis venerat, quorum inſtituta, ut Halicarnaſſenſis, & alii notant, [3] Italiæ, ac vicini populi ſequebantur.

2. + Hoc autem non eſt jus illud gentium proprie dictum; + neque enim pertinet ad mutuam gentium inter ſe ſocietatem, + ſed ad cujuſque populi tranquillitatem: + unde & ab uno populo aliis inconſultis mutari potuit, + imo & hoc evenire, ut aliis locis, atque temporibus longe alius mos communis, ac proinde jus gentium improprie dictum introduceretur; + quod & revera factum videmus, ex quo Germanicæ nationes Europam ferme omnem invaſerunt. + Sicut enim olim jura Græca, + ita tunc Germanica inſtituta paſſim recepta ſunt, & nunc etiam vigent. Primus acquirendi modus, qui juris gentium

GROTII.

a *Aut ad ipſam legem civilem, non ſolius populi Romani, ſed multarum circa nationum*] Qualis conſenſus gentium incertis ex cauſis, etiam in aliis moribus ad jus nihil facientibus, notatur a *Plinio*: ut hominem non cremari priuſquam genito dente VII, 16. ut Ionum literis uterentur, VII, 57. uti tonſoribus, VII, 59. in horarum obſervatione, VII, 60. genibus tribuere quandam religionem, XI, 45. fulgetra poppyſmis adorare, XXVIII, 2.

GRONOVII.

1 *Diſtincto a jure naturali*] Quia ſæpe duo hæc JCC. confundunt. Dixerat autem proximi ſuperioris capitis initio, acquiſitionem derivativam, quæ lege fieret, aut naturæ, aut gentium, aut civili lege fieri.

2 *Sed quod ſequatur introductum*] Quod vidit, ſanxitque recta ratio, ex quo intellexit utilius eſſe, non omnium indiviſa omnia manere, ſed poſſeſſiones cujuſque rerum fieri proprias: & quidem, priuſquam ullæ leges ſcriptæ exſtiterunt. 1, 1. 10.

3 *Italiæ, ac vicini*] Quippe cum Græcæ coloniæ eſſent.

(aa) Juriſconſulti Romani, ubi de modis illis adquirendi dominii agunt, non eodem ſenſu *Jus Gentium* intelligunt, ac Auctor noſter; ſed de ipſo *Jure Naturali* agunt, quod recentiores Interpretes *Secundarium* vocant. Res clara eſt ex toto Titulo & *Inſtitutionum*, & *Digeſtorum*; ubi etiam interdum illud vocant diſertè *Jus Naturale*. Igitur in eo tantum rectè reprehendit Auctor noſter priſcos Juriſconſultos, quòd illi nonnulla quaſi Juris Naturalis tradant, quæ veris Juris Naturalis principiis minimè conſentanea ſunt. *J. B.*

GRO-

gentium a Romanis dicitur, + eſt occupatio eorum, quæ nullius ſunt: + qui modus hand dubie eſt naturalis, + eo, quo dixi ſenſu, introducto jam dominio, + & quamdiu [4] aliud lex nulla conſtituit. Nam & dominium a lege civili effici poteſt.

II. + Ad hoc caput refertur primum captura ferarum, avium, piſcium. + Sed hæc omnia quamdiu nullius dicenda ſint, quæſtione non caret. + Nerva filius *a* piſces, qui in piſcina ſunt, poſſideri a nobis, ait, + non [5] qui in ſtagno: & feras, quæ in vivario ſunt incluſæ, non quæ in ſilvis (bb) circumſeptis vagantur. Atqui piſces non minus + ſtagno privato includuntur, quam piſcina; + & feras non minus coercent ſilvæ bene circumſeptæ, quam vivaria, quæ Græci vocant + θηριοτροφεῖα· + nec alio hæc differunt, quam quod altera anguſtior, altera laxior cuſtodia eſt. + Quare noſtro ſeculo rectius contraria opinio prævaluit, ut & feræ ſilvis privatis, & piſces ſtagnis incluſi, + ut poſſideri, ita in dominio eſſe intelligantur.

a L. poſſideri. 3. §. Item feras, 14. D. de acq. poſſ.

III. + Feras ſimul, atque [6] naturalem *b* libertatem recipiunt, noſtras eſſe deſinere, ajunt Romani Juriſconſulti: atqui in rebus omnibus aliis *c* + a poſſeſſione quod incipit dominium, [7] + non ideo amiſſa poſſeſſione amittitur; + imo jus dat etiam ad repetendam poſſeſſionem. + Res autem noſtras alius a nobis auferat, an ipſæ ſeſe, ut ſervus fugitivus, non multum refert. + Quare verius eſt, non per ſe amitti dominium, eo quod feræ cuſtodiam evaſerint; ſed ex probabili conjectura, [b] + quod ob difficillimam perſecutionem eas [8] pro derelictis habere credamur, + præſertim cum internoſci quæ noſtræ fuerint ab aliis non poſſint. + Sed hæc conjectura per alias conjecturas elidi poteſt; ut ſi addita ſunt feræ [c] [9] γνωρίσματα, ſive [d] crepundia, + qualia ſcimus habuiſſe cervos quoſdam, & accipitres, atque inde agnitos, & dominis redditos. *e* + Requiritur autem [10] corporalis quædam poſſeſſio ad dominium adipiſcendum; + atque ideo vulneraſſe non ſufficit, ut recte [11] contra *d* + Trebatium

b L. Quod enim. 3. §. 1. D. de acq. rer. dom.

c L. Pomponius 13. D. de acq. poſſ.

d L. Naturalem, 5. §. 1. D. de acq. rer. dom.

GROTII.

b *Quod ob difficillimam perſecutionem eas pro derelictis habere credamur*] יאוש Hebræis id dici, notavimus ſupra ad caput IV. §. V.

c Γνωρίσματα] *Donatus* ad Eunuchum IV, 6. monumenta ſunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα, ſeu σπάργανα. (Ad verſ. 15.)

d *Crepundia*] Uſurpat hoc ſenſu hanc vocem apologetico *Apulejus* (*Pag. 64. Ed. Pricæi.*)

e *Requiritur autem corporalis quædam poſſeſſio*] Harmenopulus lib. II. tit. 1. *μὴ ἑτέρως γὰρ τὸν τρώσαντα γενέσθαι δεσπότην τοῦ θηρίου, εἰ μὴ καὶ τοῦτο δράξεται· non aliter enim dominus feræ ſit qui vulneravit, niſi & ceperit.*

GRONOVII.

4 *Aliud lex nulla*] Non excepit quaſdam res ab occupatione privatorum, quod publicæ eſſent factæ. 2, 3. 5.

5 *Qui in ſtagno*] Intellexit lacus, qui publicis in vectigalibus fruendi locabantur. *Feſtus* in *lacus Lucrinus. Serv.* ad 2 Georg. V, 161.

6 *Naturalem libertatem*] Evaſerunt e cuſtodia, & in ſilvam ſe receperunt.

7 *Non ideo amiſſa*] Nam & ſolo animo dominium retinetur.

8 *Pro derelictis habere*] De recipiendis eis deſperare, ideoque curam, & voluntatem retinendi eas dimittere.

9 Γνωρίσματα] Signa, & ſymbola, unde noſcantur.

10 *Corporalis*] Ipſum ut corpus in noſtra poteſtate ſit.

11 *Contra Trebatium*] L. 5. §. 1. D. *de acq. rer. dom.*

(bb) At vero in *L.* 3. §. 14. *D. De adquir. vel amitt. poſſeſſ.* legendum, *quæ in ſilvis* NON *circumſeptis vagantur:* ut poſt *Franc. Hotomannum* probat Clariſſ. NOODT, Obſ. 1, 11. Ceterum de adquiſitione, & amiſſione dominii in Feras, vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 6. § 5. *& ſeqq.* in altera præſertim Editione. *J. B.*

tium placuit. Hinc [12] proverbium: f *Aliis leporem excitaſti.* + Et Ovidio metamorphoſeon quinto aliud eſt ſcire ubi ſit, aliud reperire.

IV. Sed (cc) poſſeſſio illa poteſt acquiri non ſolis manibus, ſed inſtrumentis, + ut decipulis, + retibus, laqueis, + dum duo adſint: primum, ut ipſa inſtrumenta [13] ſint in noſtra poteſtate: + deinde, ut fera ita incluſa ſit, ut exire inde nequeat; + ad quem modum definienda eſt quæſtio de apro, e qui in laqueum inciderit.

V. + Hæc ergo locum habebunt [14] + ſi lex nulla civilis intervenerit; valde enim falluntur recentiores f Juriſconſulti, + qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant: + ſunt enim [15] naturalia non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu, + id eſt, ſi aliter cautum non ſit. Germaniæ autem populi, + cum principibus, ac regibus bona quædam eſſent aſſignanda, unde dignitatem ſuam ſuſtinerent, g ſapienter exiſtimarunt ab illis rebus incipiendum, + quæ ſine damno cujuſquam tribui poſſint; cujuſmodi ſunt res omnes, quæ in dominium nullius pervenerunt. Quo jure uſos & Ægyptios, video. g + Nam & ibi regum procurator, (dd) quam ἴδιον λόγον vocabant, [16] vindicabat res ejus generis. + Potuit autem h lex etiam [17] ante occupationem harum rerum dominium transferre, + cum ad dominium producendum lex ſola ſufficiat.

VI. Quo modo feræ, eodem acquiruntur h + & alia ἀδέσποτα, id eſt, res

e L. in laqueum, 55. D. de acq. rer. dom.

f Hoſt. & alii in c. non eſt de decimis. Jaſon conſ. 119.

g Strabo XVII.

h Covar. in c. peccatum part. 2. §. 8.

GROTII.

f *Aliis leporem excitaſti*] Eſt apud *Petronium.* (*Cap.* 131. *Ed. Burm.*) *Ovidius* (*Art. am.* III, 661:)

Et lepus hic aliis exagitatus erit.

Langobardorum jure, qui feram ab alio vulneratam occidit, aut reperit, aufert dextrum armum cum ſeptem coſtis. In reliqua is, qui vulneravit, jus habet, ſed non niſi intra horas XXIV. (*Lib.* 1. *Tit.* XXII, Leg. 4, 6.)

g *Sapienter exiſtimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ ſine damno cujuſquam tribui poſſunt*] Sed de vitioſo uſu hujus juris vide *Sariſberienſem* Policratico. (*Lib.* I. c. 4.)

h *Et alia ἀδέσποτα*] Balænæ ejectæ regis ſunt in Luſitania. *Georgius de Cabedo* deciſ. Luſit. parte II. dec. XLVIII.

GRONOVII.

12 *Proverbium*] In eos, qui lucrum perſequendo, id notum faciunt aliis, qui deinde nos occupant, & præveniunt. *Ovid.* de Arte . . . . . *Petronius* c. 91.

13 *Sint in noſtra*] Non ab alio poſita, vel tenſa fuerint. [Minimè hoc vult Auctor: ſed nihil obſtare quonimus quis utatur inſtrumentis illis, in eo loco ubi poſita ſunt; adeoque locum illum eſſe debere vel publicum, vel illius, qui inſtrumenta poſuit; aut ſi alterius ſit, conſentiente domino ibi inſtrumenta collocata. *J. B.*)

14 *Si nulla lex*] Ubi non quid ſecus lege civili conſtitutum eſt.

15 *Naturalia non ſimpliciter*] Non imperata a natura, ſed ſic comparata, ut arbitrium ſervandi, & mutandi hominibus relictum ſit.

16 *Vindicabat*] Fiſco adſerebat.

17 *Ante occupationem*] Has res donare principibus: nam ubi lex non eſt, quæ impediat, privatorum non fiunt, niſi occupatæ, & lex, ſive juſſus populi, vel principum, ſine alio adminiculo ſatis valida eſt ad privatum faciendum, quod hactenus nullius fuerat.

(cc) De univerſo jure *Occupationis* vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 6. ubi in Notis, præcipuè alterius Editionis, naturam, & effectus ejus accuratiùs expoſuimus. *J. B.*

(dd) Procurator ille non erat veterum Regum *Ægypti* miniſter, ſed Imperatorum Romanorum, ex eo tempore conſtitutus, quo in formam provinciæ regio illa redacta eſt: Ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος Ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων, καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων, ἐξεταστής ἐστι. STRAB. *Geogr.* Lib. XVII. pag. 797. *Ed. Pariſ.* Idemque erat, qui in Pandectis dicitur *Procurator Cæſaris, vel Rationalis*, ut rectè obſervavit *Caſaubonus*; quem vide & Not. in LAMPRID. *Alex. Sever.* c. 45. & CAPITOLIN. *Maximin. duob.* c. 14. Fefellit Auctorem noſtrum, quod paullo poſt apud *Strabonem* legitur: Ἦσαν δ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν Βασιλέων αὗται αἱ ἀρχαί. Sed ibi agitur de Magiſtratibus indigenis, τῶν δὲ ἐπιχωρίων ἀρχόντων, qui manifeſto ſecernuntur à Romanis, quos Cæſares *Ægypto* imponebant. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

res hero carentes. Nam & hæ, + ſi naturam ſolam ſequimur, ſunt invenientis, & occupantis. + Sic [i] Acanthos (ee) inſula deſerta adjudicata eſt Chalcidenſibus, qui priores intraverant, non Andriis, qui priores jaculum immiſerant: + quia poſſeſſionis initium eſt [18] corporis ad corpus adjunctio, qualis circa res mobiles + maxime fit [19] manibus, circa res ſoli [20] pedibus. + Scire ubi res eſt, non eſt reperire, ut habemus apud Ovidium Metam. V.

i Plut. quæſt. Gr. 29.

VII. + Inter ἀδέσποτα ſunt & theſauri, id eſt, [k] pecuniæ, + quarum dominus ignoratur; + quod autem non apparet, pro eo eſt quaſi non ſit: quare & theſauri + naturaliter fiunt inventoris, id eſt, ejus, + qui loco moverit, apprehenderitque. Neque tamen id obſtat quo minus [i] + legibus, aut moribus aliud conſtitui poſſit. Plato [l] magiſtratibus [21] indicium fieri vult, & [22] oraculum conſuli: & [m] Apollonius theſaurum quaſi [23] Dei beneficium + ei adjudicabat, qui ipſi optimus videbatur. Apud Hebræos receptum, [k] ut domino agri theſaurus cederet, + videtur colligi poſſe ex Chriſti parabola, (ff) quæ extat Matthæi XIII. Idemque in Syria juris fuiſſe, colligo + ex hiſtoria, quæ eſt apud [n] Philoſtratum libro VI. cap. XVI. Romanorum + Imperatorum leges valde hac in parte variarunt; quod partim conſtitutiones oſtendunt, partim [l] hiſtoriæ [m] Lampridii, [o] Zonaræ, [p] Cedreni. Germaniæ populi theſauros, + ut & alia ἀδέσποτα addixerunt principi: + atque id nunc jus commmune eſt, & quaſi gentium. + Nam & [n] in Germania, + & Gallia, + & Anglia, + & Hiſpania, & in Dania id obſervatur. + Quod cur injuriæ [q] accuſari non poſſit, [24] ſatis jam diximus.

k L. III. de acq. poſſ.
l De Legib. L. XI. pag. 913. 914. Ed. H. Steph.
m I hiloſtr. II. 15. c. 39. Ed. Olear.
n Cap. 39. Ed. Olear.
o In Nerva.
p In Nicephor.
q Th. 2. 2. 66. 5. & ib. Cajet. Covar. inc. peccatum p. 3. §. 2.

VIII.

GROTII.

i *Legibus, aut moribus*] Bybliorum lex, *quod non poſuiſti, ne tollas.* Probat id *Apollonius* apud Philoſtratum. [Lex non eſt *Bybliorum*, ſed *Stagyritarum*, referente ÆLIANO, *Var. Hiſt.* III, 46. *Byblii* vero idem habebant in more, IV, 1. p. 302. *Ed. Perizon.* Locus autem PHILOSTRATI idem eſt, qui in orâ libri indicatur: ubi etiam de caſu tantum ſingulari agitur. *J. B.*]

k *Ut domino agri theſaurus cederet*] Id jus etiam Romæ obtinuiſſe videtur Plauti tempore. Ait enim *Callicles*: (*Trinumm.* I, 2. 141.)

Qui emiſſet, ejus eſſetne ea pecunia?

Deinde: (*Ibid.* V, 2. 22.)

Atque eum a me lege populi patrium poſceret,
Emtor ædilium, theſaurum.

l *Hiſtoriæ*] Vide *Tacitum* de theſauris in Africa, quos Nero ſpe devoraverat, Annalium XVI. c. 1. Vide *Philoſtratum* de vita Attici, (*Vit. Sophiſt.* II, 1. 2.) quem locum *Zonaras* tranſcripſit in Nerva.

m *Lampridii*] In Adriano, & Severo. [c. 46. ſed Vita *Hadriani*, in quâ de hac re agitur, c. 18. eſt *Spartiani*, ut omnes norunt.]

n *In Germania*] Vide Speculum Saxonicum c. 35. *Conſtitutiones Siculas* Friderici lib. I. tit. LVIII, & CIII. (Nullus eſt Tit. 103. in eo 1. Lib.) Idem Gotthis mos. Rex Teuderichus apud Caſſiodorum IV, 34. *Non eſt cupiditas eripere quæ nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe.* Idem VI, 8. *Depoſitiones quoque pecuniæ, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt, inquiſitione tua noſtris applicentur ærariis, ut quia ſua cunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre: ſine damno ſiquidem inventa perdit, qui propria non amittit.*

GRONOVII.

18 *Corporis ad corpus*] Rei, quæ adhuc libera, aut ſaltem a nobis libera fuit, applicatio ad alias res noſtras.

19 *Manibus*] Prehendendo.

20 *Pedibus*] Intrando, aut circumeundo.

21 *Indicium fieri*] Ab eo, qui invenit.

22 *Oraculum conſuli*] Cujus eum eſſe velit.

23 *Dei beneficium*] Sic *Juſtinus* appellat aurum, quod e terra fulgure proſciſſa emicuit. 44, 3.

24 *Satis jam diximus*] Nempe, quia poteſt lex horum dominium ante occupationem tranſtuliſſe.

(ee) Non eſt inſula *Acanthos*, ſed urbs *Macedoniæ*, prope mare, verſus *ſinum Strymonicum.* *J. B.*

(ff) Non ſatis tuto ex illa parabola hoc colligi poteſt. Vide quæ diximus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 3. §. 3. *Not.* 2. *J. B.*

GRO-

VIII. + Veniamus ad fluvialia incrementa, de quibus complura extant + juriſconſultorum veterum reſcripta, ° + recentiorum etiam integri commentarii. Quæ vero in hoc argumento ab ipſis ſunt tradita, r + ea magnam partem omnia ſunt ex inſtituto + quarundam gentium, + neutiquam a naturali jure; + quanquam ipſi ſæpe ſua inſtituta eo nomine venditant. + Nam plurimæ eorum definitiones hoc fundamento nituntur, quod & ripæ ſint proximos fundos poſſidentium, s + & ipſi alvei ſimul, atque a flumine derelicti ſunt. + Cui conſequens eſt, + ut & inſulæ in flumine natæ ſint eorundem. + Tum vero in fluminis inundatione diſtinguunt, t ut levis quidem dominium non auferat, major auferat; ſed ita, ut ſi fluvius uno ſecedat impetu, [25] + poſtliminio fundus, qui merſus fuerat, ad dominum redeat; ſi + paulatim, non item: imo proximis poſſeſſoribus accedat. Quæ omnia + lege potuiſſe introduci; & p [26] + utilitate quadam muniendarum riparum defendi, non nego; + naturalia eſſe quod ipſi ſentire videntur, minime concedo.

r Bart. Tyber. Bapt. Aymus de all. jure. Connan. l. III. jur. civil. c. 5.
s L. adeo, 7. D. de acq. rer. dom.

IX. I. + Nam u ſi id, [27] quod plerumque eſt, reſpicimus, q (gg) prius populi terras occuparunt, [28] + nec imperio tantum, + ſed & dominio, quam in privatos agri deſcriberentur. + *Fines*, inquit x Seneca, *Athenienſium, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt.* + Sic & y Cicero: + *Sunt autem privata nulla naturâ;* + *ſed aut veteri occupatione,* + *ut qui quondam in vacua venerunt;* + *aut victoria, ut qui bello potiti ſunt;* + *aut lege, pactione, conditione, ſorte:* + *ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum:* + *ſimiliſque eſt privatarum poſſeſſionum deſcriptio.* Dion Pruſæenſis Rhodiaca: z πολλὰ ἐςιν εὑρεῖν, ἃ κοινῇ μὲν ἀπεγράψατο ἡ πόλις, διήρηται δὲ εἰς τοὺς κατὰ μέρος, ὅλως δὲ οὐχ· *multa inveniri poſſunt,* + *quæ univerſim civitas ſua cenſet,* + *in ſingulos autem dominos partitim diviſa ſunt.* Tacitus a de Germanis: *Agri pro numero cultorum* + *ab univerſis* [29] *per vicos* + (male vices legitur) *occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur.* + Quamobrem quæ primitus a populo ſunt occupata, neque poſtmodum diſtributa, ea cenſenda ſunt propria eſſe populi; + ac ſicut in privati juris flumine nata inſula, aut derelictus alveus privatorum eſt: + ita in publico utrumque eſt populi, + aut ejus, cui populus dedit.

t D. l. adeo, 7. §. 5. quod ſi l. ergo. l. Attius, 38. eod. tit.
u Vide ſupra hoc libro c. III. in fine.
x De benef. l. VII. c. 4.
y De offic. l. I. c. 7.
z Pag. 325. C.
a Germ. c. 26.

2. Quod

GROTII.

o *Recentiorum etiam integri commentarii*] Johannis Boreo, Antonii Marſæ, Johannis Gryphiandri, præter ea, quorum nomina ſunt in textus margine.

p *Utilitate quadam muniendarum riparum*] Vide locum *Caſſii* apud Aggenum Urbicum (*pag.* 56, 57. in *Auct. Rei Agrar.* Ed Goes.) & *Boëthium* (*De Geometr.* Lib. II. pag. 1231. *Edit. Opp. Baſil.* 1546.)

q *Prius terras populi occuparent*] Vide quæ ſupra in textu, & notis cap. III. §. 19.

GRONOVII.

25 *Poſtliminio fundus*] Quaſi non fuiſſet inundatus: ut poſtliminio fingitur, qui captus abfuit, ſi revertatur, captus non fuiſſe. 3, 9.

26 *Utilitate quadam*] Ut metu amittendæ poſſeſſionis incitarentur homines ad ripas muniendas.

27 *Quod plerumque eſt*] Quod ordinarie contingit.

28 *Nec imperio tantum, ſed & dominio*] 2, 3. 4.

29 *Per vicos*] Videtur ferri poſſe hoc ſenſu, ut certus numerus cultorum, quod hoc anno poſſederat, ſequenti relinquere, & alio tranſire cogatur. *Cæſar* 6. Gall. 22. & 4, 1.

(gg) Contrarium verius eſt. Vide quæ obſervavimus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 7. §. 12. *Not.* 1. alterius Edit. Et confer quæ Auctor ibi dicit de toto iſto argumento. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

2. Quod autem de alveo diximus, [r] + idem & de ripa tenendum eſt, + quæ pars eſt extima alvei, id eſt, quo naturaliter flumen excurrit. Atque ita videmus nunc paſſim uſurpari. In Hollandia, & vicinis regionibus, ubi frequentiſſimæ antiquitus fuerunt hujus generis controverſiæ ob [30] depreſſum ſolum, magnitudinem amnium, & vicinitatem maris, limum hinc recipientis, illuc revehentis [31] per æſtuum vices, + ſemper conſtitit, inſulas, quæ vere inſulæ eſſent, eſſe in patrimonio publico. Nec minus + derelictos alveos totos Rheni, ac Moſæ, + quod ſæpius judicatum eſt: + & ratione optima nititur.

3. + Nam & ipſi Romani Juriſconſulti concedunt, [b] inſulam, [s] + quæ in flumine [32] natat, puta virgultis ſuſtentata, eſſe publicam; + quia cujus juris ſit flumen, ejus eſſe debeat & inſula in flumine nata. + Atqui alvei, & fluminis eadem eſt ratio: non ea tantum ex parte, quam Romani Juriſconſulti conſiderant, + quia alveus flumine tegitur; verum alia, + quam ſupra attulimus, + quòd hæc ſimul a populo occupata ſunt, nec in privatum dominium tranſierunt. + Quare nec illud recipimus ut naturale, quod ajunt, [c] ſi [33] limitati fuerint agri, inſulam eſſe occupantis. Id enim ita demum haberet locum, [t] + ſi flumen ipſum, & cum eo alveus, a populo occupati non eſſent, + ſicut in mari nata inſula ſit occupantis.

[b] *L.* 65. §. 1. & §. *ult. de acquir. rer. dom. L.* 1. §. 7. *ſimili modo. D. de flum.*

[c] *L.* 1. §. *Si inſula,* 6. *D. de flum.*

X. 1. + Nec magis admittendum eſt illud de graviore inundatione, ſi naturalem tantum rationem ſequimur. Nam ut maxime [34] ſumma pars agri in arenam diſſolvatur, + manet tamen ſolida pars fundi inferior; + & ut de qualitate aliquid mutet, ſubſtantiam non mutat: + non magis, quam pars agri, quæ a [d] lacu hauritur, + cujus jus non mutari, Romani recte ſentiunt. Neque illud naturale eſt, quod ajunt, [u] + flumina [35] cenſitorum vice fungi, & de publico in privatum, de privato in publicum addicere. Melius Ægyptii, de quibus hæc ſunt apud Strabonem: [e] ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν

[d] *L. Lacus,* 12. *D. de acq. rer. dom. L. Vicinus,* 24. §. *fin. D. de aqua pl. L. Rutilia Polla.* 69. *D. de cont. empt.*

[e] *Geogr. Lib.* XVII. p. 787.

GROTII.

r *Idem & de ripa tenendum eſt*] Sic in Gallia obtinet. *Sanction des eaux & foreſts* lib. II. c. 1.

s *Quæ in flumine natat*] Deſcriptio natantium inſularum apud *Senecam* naturalium III, 25. *Plinium* majorem lib. II. c. XCV. *Macrobium* 1. Saturnalium I, 7. Elegans talium in Vadimone lacu inſularum deſcriptio apud *Plinium* minorem lib. VIII. c. XX. & Flandricarum in libro lectu digno *Chiffletii.*

t *Si flumen ipſum, & cum eo alveus, a populo occupati non eſſent*] *Siccului Flaccus* libro de conditionibus agrorum: (*pag.* 18, 19.) *In quibuſdam regionibus fluminis modus aſſignationi ceſſit: in quibuſdam autem tantum ſubſecivus relictus eſt. Aliis autem exceptus, inſcriptumque flumini illi tantum.* De ſubſecivis vide egregia quæ habet, ut omnia ſunt illius, *Salmaſius* ad Solinum. (Adde *Wilhelmi Goëſii* Antiquitates Agrarias, ubi accuratiùs rem pertractavit. *J. B.*) De toto hoc argumento fluviorum, & fluvialium incrementorum, videat, ſi cui vacat, *Roſenthalium* de jure feudorum cap. V. concl. 23. *Sixtinum* de regalibus libro II. cap. 3. *Capollam* de ſervitutibus ruſticorum prædiorum, c. 31.

u *Flumina cenſitorum vice fungi*] De agri menſore Caſſiodorus: *More vaſtiſſimi fluminis aliis ſpatia tollit, aliis jura concedit.* [Var. III, 52. ubi alii legunt, *rura concedit*, aut *terram.*]

GRONOVII.

30 *Depreſſum ſolum*] Humile, nullis montibus tumens.

31 *Per æſtuum vices*] Alternos acceſſus, & receſſus.

32 *Natat, puta virgultis*] Plinius 8. ep. 20. *Macrobius* I. Saturn. 7.

33 *Limitati*] Per centurias, & jugera diviſi, qui quoniam ſtatutos habebant terminos, incrementum ex alluvione, aut inſula locum in eis non habebat. l. 16. D. *de acquir. rer. dom.*

34 *Summa pars agri*] Superficies obruatur, & contegatur arenis.

35 *Cenſitorum vice*] L. *Ergo* 30. §. *alluvio* 3. *de acq. rer. dom. Cenſitores*, qui tributa agraria de colonis exigebant, & jure pignoris vendebant prædia, ſi cenſus non præſtaretur, eoque ablatos aliis agros aliis addicebant.

λεπτὸν διαιρέσεως, διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ὅρων συγχύσεεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς, καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα, καὶ τἄλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς διακρίνεται τό τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον. ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν· Opus fuit exacta, & ſubtili agrorum diviſione, + *eo quod Nilus per incrementa ſua addens, minuens, faciemque, ac ſigna immutans, confundat terminos, quibus ſuum, atque alienum alibi internoſcitur. Ideo & repetenda ſæpe fuit dimenſio.*

f L. 2. D. De div. rer. Jur.

2. Ab hac ſententia non diſſentit quod *f* ipſi Romani auctores tradiderunt, + quod noſtrum eſt, noſtrum eſſe non deſinere, niſi [36] facto noctro, + adde, aut lege. + Sub factis autem & non facta comprehendi, ſupra diximus, + quatenus [37] conjecturam adferunt voluntatis. + Quare hoc damus, ſi graviſſima ſit inundatio, neque alia ſigna ſint, quæ retinendi dominii animum notent, facile præſumi agrum habitum derelictui; [38] + quæ æſtimatio ſicut naturaliter indefinita eſt ob varietatem circumſtantiarum, & viri boni arbitrio permittenda, ita legibus civilibus definiri ſolet. Sic in + Hollandia derelictus habetur ager, qui per decem annos merſus fuerit, ſi non aliqua exſtent ſigna continuatæ poſſeſſionis: quo in genere + receptum apud nos non immerito eſt, + quod Romani rejiciunt, *g* ut ſi aliter nequeat, vel piſcando retineri poſſeſſio cenſeatur. Sed + ſolebant principes tempus præfigere, intra quod veteres agrorum poſſeſſores [39] + ſiccare agros deberent: qui ni id facerent, + tum monebantur [40] qui in agros jus pignoris habebant, + deinde hi, qui juriſdictionem aut civilem tantum, aut etiam criminalem: qui ſi omnes in mora eſſent, + tum eorum jus omne ad principem deferebatur: atque is aut ipſe agros ſiccabat, + ſuique patrimonii faciebat, + aut aliis ſiccandos dabat retentâ parte.

g L. Si ager. 23. D. quibus mod. uſusfr. amitt.

h L. 4. D. ſi certum pet. L. 30. §. 2. D. de acq. rer. dom. L. 7. §. 1. eodem tit.

XI. De alluvione, + hoc eſt, de adjectione particularum, quæ a nullo vindicari poſſunt, *h* quia [41] unde veniant neſcitur, ([42] + alioqui enim naturaliter dominium non mutabunt) + certum haberi debet, hanc quoque eſſe populi, + ſi modo populus flumen dominio occupaverit, + quod in dubio credendum eſt; alioqui occupantis.

i L. 16. D. de acq. rer. dom. L. 1. §. 6. D. de flum. Bald. in c. ſi quis de manſo. §. 1. ſi de jure feud. cont. fuerit.

+ XII. 1. + Sed [43] populus + ut aliis, + ita & proxima prædia poſſidentibus jus illud concedere poteſt, + & conceſſiſſe haud dubie videtur, ſi agri illi non alium finem ea ex parte, quam naturalem, id eſt flumen ipſum habeant. + Quare non contemnenda eſt hac in parte Romanorum diligentia, *i* qui limitatum agrum ab aliis agris diſtinxerunt, dummodo meminerimus, [44] +

agrum

GRONOVII.

36 *Facto noſtro*] Velut contractu, vel delicto.

37 *Conjecturam adferunt*] Ut in uſucapione, & ſucceſſione ab inteſtato.

38 *Quæ æſtimatio*] Quod intra quod tempus, quamque ſufficientibus ſignis præſumi debeat, ſi ut in univerſum facile ſtatui non poteſt.

39 *Siccare*] Derivare inde aquam inundatione immiſſam. *Juſt.* 31, 5.

40 *Qui jus pignoris*] Quibus illi agri pro debito obligati eſſent.

41 *Unde veniant, neſcitur*] Nam alluvio eſt *incrementum latens.* §. 20. Inſtit. *d. R. D.*

42 *Alioqui enim*] Sc. ſi vis fluminis partem de prædio meo detraxerit, & vicini prædio adpulerit, vel adjecerit, tum enim conſtat, unde venerit.

43 *Populus ut aliis*] 2, 3. 16.

44 *Agrum menſura comprehenſum*] Hoc nec dixerunt veteres, nec verum eſt. Sed & menſura comprehenſus privatus nullus eſt, verum univerſitatis. 2, 3. 16.

GRO-

agrum menſura comprehenſum hac in re paris juris eſſe cum limitato. + Nam quæ de imperiis ſupra diximus, cum de eorum occupatione ageremus, eadem & in agris privatis obtinent: + ſed hoc adhibito diſcrimine, quod imperia in re dubia [45] credenda ſunt eſſe arcifinia, + quia id territorii naturæ maxime convenit. + At agri privati magis eſt ut arcifinii non credantur, ſed aut limitati, aut certa menſura terminati; + quia hoc privatarum poſſeſſionum naturæ eſt congruentius.

2. + Neque tamen negamus fieri poſſe, ut populus agrum aſſignet eo jure, quo ipſe occupaverat, id eſt, ad flumen uſque; & ſi id appareat, + jus eſſe alluvionis: + quod in Hollandia ante ſæcula aliquot judicatum eſt de agris ad Moſam, & Iſalam ſitis; quia & in [46] + literis mancipationum, & in [47] + libris cenſualibus ſemper dicti erant ad flumen pertingere. + Et tales agri ſi vendantur, + quamvis in lege emtionis menſura aliqua nominata fuerit, + dum tamen vendantur, non ad menſuram, ſed ſuo corporis nomine, + naturam ſuam, + & jus alluvionis retinent; + quod [k] Romanis quoque legibus proditum eſt, + & paſſim uſurpatur.

k L. Julianus, 13. §. 4. Si Titius fundum. D. De act. emt. & vend.

XIII. Quod de alluvione diximus, + id & [48] de relicta ripa, + & ſiccata parte alvei cenſendum eſt, ut + in non occupatis + ſint ea occupantis: + in fluminibus occupatis, + populi; + privatorum autem ita demum, ſi a populo, aut [49] jus populi habente, + agrum ad flumen excurrentem, [50] qua talem acceperint.

XIV. Sed + cum aliud eſſe jus, dixerimus, [51] inſulæ, aliud vero [52] alluvionis, frequens hinc controverſia oritur, [53] utro nomine cenſendum ſit, + quod [54] cum emineat nonnihil, cum proximis prædiis ita cohæret, ut tamen interjecta planities aquis ſuperfundatur: quod paſſim apud nos ob locorum inæqualitatem videmus accidere. Mores hic variant. In Gelria prædiis accedit, [55] + addita occupatione, id, quod plauſtro onerato adiri poteſt: in agro Putteno [x] id, quo [56] pedes gladium exſertum tenens poteſt pertingere. Maxime naturale

GROTII.

x *Id, quo pedes gladium exſertum tenens poteſt pertingere*] Ex vetuſtiſſimo Germanicarum gentium more. *Paulus Warnefredi* de Authari rege Langobardorum: *Uſque ad eam* (columnam in mari) *equo ſedens acceſſit Autharis, eamque de haſtæ ſuæ cuſpide tetigit, dicens: uſque hic erunt Langobardorum fines.* (Lib. III. Cap. 33.) Similem hiſtoriam habes de lancea, qua in mare jacta Otto Imperator fines imperii in freto Baltico deſignare ſe dixit, apud *Saxonem* libro X. & alios. (Hoc tantum dicit SAXO *Grammat. Haſtam, cujus uſum habebat, maritimos in fluctus, relinquendi monumenti gratiâ jaculatus, ſuum freto vocabulum indidit.* Pag. 165. *Ed. Wech.* 1576.

GRONOVII.

45 *Credenda eſſe arcifinia*] Ager arcifinius eſt, qui definit in ſolitudinem. Is poteſt eſſe tam privati, quam populi: ſed hodie omnibus occupatis, principibuſque, ac civitatibus tam intentis ad territorium ſuum vindicandum, longe facilius invenietur hic ager penes privatos ruſticos in vaſtis campis caſam ſtatuentes, quam in fine territorii.

46 *Literis mancipationum*] *Pachtbrieven.*

47 *Libris cenſualibus*] *'s Lands rekeningen.*

48 *De relicta*] Si ripam alterius lateris promoveat amnis, & in illud inclinans ſuffoſſo ibi, adjectoque ſibi ſpatio terrarum, contrariam ripam in parte nudaverit, ibique aridam auxerit.

49 *Jus populi habente*] Magiſtratu, vel principe.

50 *Qua talem*] Non præciſe limitatum, ubi nunc incipit flumen, ſed quatenus eum agrum pertinere ad flumen patitur.

51 *Inſulæ*] N. 9.

52 *Alluvionis*] Num. 11.

53 *Utro nomine*] Inſulæne, an alluvionis.

54 *Cum emineat*] Ubi pars ſicca, & ſuperans aquam, brevi velut valle merſa intercidítur ab adjacente fundo.

55 *Addita occupatione id*] Si per interfluentem licet aquam plauſtrum oneratum poſſit adigi, & id occupetur a poſſeſſore.

56 *Pedes gladium*] Quod ſtans pedibus in ſuo poſſeſſor enſe protento poteſt attingere.

Digitized by Google

naturale eſt, + ut [57] diſcretum videatur id, qua majori temporis parte navigio tranſiri ſolet.

+ XV. 1. Nec minus trita uſu quæſtio eſt + inter principem, qui jure populi utitur, + & ejus vaſallos, qui imperium [58] ſummo minus acceperunt. + In imperii ſola conceſſione fluvialia incrementa non ineſſe, ſatis apertum eſt. Sed notandum eſt, horum vaſallorum nonnullos cum illo definito imperio ſimul accepiſſe [59] agrorum univerſitatem, + ſalvo eo, quod privatis competit, puta + quod ager is olim populi, aut principis fuerit, + aut [60] a principe ſiccatus. Et hoc caſu dubium non eſt, + quin vaſalli jus habeant, quod populi, aut principis fuit. Ac ſic videmus in Zelandia vaſallos, + etiam qui [61] de civilibus tantum judices dant, + pro tota agrorum univerſitate tributum pendere: cujus partem a ſingulis pro privatarum poſſeſſionum modo [62] ferunt. + Et his de alluvionibus non movetur controverſia.

+ Sunt quibus flumen ipſum datum eſt, + qui proinde inſulas + ſive limo aggeſtas, ſive + factas ex alveo, quem amnis circumluit, ſuas recte dicunt.

2. Sunt alii, + in quorum inveſtitura nec hoc, nec illud comprehenſum eſt: + & horum [63] adverſus fiſcum mala cauſa eſt, + niſi aut mos regionis illis faveat, + aut longi ſatis ſerie temporis poſſeſſio, + accedentibus quæ oportet, jus pepererit.

Quod ſi non imperium, + ſed ager in feudum datus ſit, + videndum quæ
l §. 12. n. 1. ſit agri natura, ut ſupra *l* diximus. + Nam is ſi eſt arcifinius, alluvio feudo
m L. 9. comprehenſa cenſebitur, + non ex jure peculiari principis, + ſed ex agri qua-
item ſi fundi §. 4. litate: + nam & *m* uſufructuario tali caſu alluvio prodeſſet.
huic vicino. D. De uſufr. XVI. Solent (hh) Romani, ut jus, quo utuntur ipſi, probent eſſet naturale, tritum illud pronuntiatum afferre: + Secundum naturam eſt, ut cujuſque rei [64] eum ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda; + quare cum amnis de agro meo ſæpe partem deterat, æquum eſſe ut [65] ejus beneficio utar. + Sed ea regula locum non habet, niſi ubi ex re noſtra commoda exiſtunt: at hic exiſtunt e flumine, quod [66] alienum eſt. Quod autem perit, domino perire, + id vero naturale eſt. Denique + non eſſe univerſale quod adferunt, + ipſa oſtendit admiſſa ab ipſis agrorum limitatorum exceptio: ut jam omittam, ita plerumque evenire, + ut alios flumen ditet, alios paupe-
n Pharſal. VI, 277. ret. *n* Lucanius:.

Illa

GRONOVII:

57 *Diſcretum*] Non vacuum, neque occupationi patens; ſed publicum, ubi vallis illa ita cava eſt, ut plerumque navigia tranſmittat.

58 *Summo minus*] Puta creationem magiſtratus oppidani, vel vicani, jus patronatus eccleſiæ, jus capitalis ſupplicii.

59 *Agrorum univerſitatem*] Dominium majus, ſive jus regium in univerſos fundos; ita tamen, ut dominium inferius quiſque in ſuam partem privatus obtineat.

60 *A principe ſiccatus*] Principis cura, & ſumtu, aqua inde molibus expulſa, aut foſſis deducta.

61 *De civilibus*] Criminalibus, ſcilicet, principi, vel reipublicæ reſervatis.

62 *Ferunt*] Ipſi exigunt.

63 *Cauſa adverſus fiſcum*] Hi non poſſunt illa incrementa ſibi vindicare, neque impedire, quo minus ea fiſcus auferat.

64 *Eum ſequantur commoda*] L. 10. D. *de reg. jur.*

65 *Ejus beneficio*] Partem eam nanciſcar, & habeam pro mea, quam adjicit.

66 *Alienum*] Populi nimirum, vel principis.

(hh) Non ipſi JCti veteres, ſed recentiores Interpretes. Nam Romani eo principio nitebantur, quod Alveus pars Ripæ cenſeatur. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

Illa terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado —— ——

+ XVII. Sed & [o] quod ajunt [67] + viam publicam non intercedere alluvioni, + rationem naturalem nullam habet; + niſi [68] ager privatus ſit, qui viam debeat. *o L. 38. D. De adq. rer. dom.*

+ XVIII. Eſt & acquirendi modus inter eos, qui juris gentium vocantur, + per genituram animantium; qua in re [y] quod a Romanis, & aliis quibuſdam gentibus eſt ſtatutum, ut partus [69] ventrem ſequatur, + non eſt naturale, [70] + ut ſupra diximus, + niſi quatenus plerumque pater ignoratur. At ſi probabili ratione de eo conſtaret, + cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil poteſt afferri. Nam & patris partem eſſe quod naſcitur, certum eſt. + Pluſne vero de patre, an de matre habeat, inter Phyſicos diſputatur. Plutarchus ea de re ſic [p] differit: ἡ φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωμάτων ἡμᾶς, ἵν' ἐξ ἑκατέρων μέρος λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμφοτέροις ἀποδῷ τὸ γενόμενον· ὥστε μηδέτερον διορίσαι, μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον, ἢ τὸ ἀλλότριον· *Natura ſexuum corpora miſcet, ut ita de utroque parte ſumta confundat: &* [z] *commune utriſque reddit quod naſcitur, ita ut neuter poſſit, quid ſuum ſit, quid alienum, diſcernere.* Et hoc ſecutæ ſunt + veteres Francorum, & Langobardorum leges. *p Conjug. præcept. p. 140. E. Tom. II. Ed. Wech.*

+ XIX. 1. + Si [71] ex aliena materia ſpeciem quis feciſſet, [72] + Sabiniani + dominium ejus eſſe volebant, qui materiæ fuiſſet dominus; + Proculus ejus, qui ſpeciem feciſſet, + quia per eum eſſe cœpiſſet quod ante non exiſteret: arrepta tandem eſt media ſententia, + ut [73] ſi reverti ad priorem ſpeciem materia poſſet, materiæ dominus rem haberet; ſi non poſſet, tum is haberet, qui ſpeciei eſſet auctor. + Quod ipſum [74] improbat [q] Connanus, & hoc unum videri vult, pluſne ſit pretii in opere, an in materia: ut quod pluris eſt, id prævalentia ſua quod minus eſt ad ſe trahat; + argumento eorum, quæ a Romanis quoque juriſconſultis [75] de acceſſione tradita ſunt. *q L. 3. c. 6.*

2. At ſi naturalem veritatem reſpicimus, + ſicut [76] confuſis materiis communionem induci pro rata ejus, quod quiſque habeat, + Romanis quoque Juriſcon-

GROTII.

y *Quod a Romanis*] Cum quibus conſentit c. 31. *Caroli Calvi* edicto Piſtenſi. De aliorum circa hanc rem legibus vide quæ ſupra in textu, & notis c. V. hujus libri §. 29.

z *Commune utriſque reddat*] Vide appoſitum ad hanc rem locum Galeni II. de ſemine, & quæ ibi ex Athenæo. *Chryſoſtomus* ad V. Epheſiorum: μιγέντων τῶν σπερμάτων τίκτεται ὁ παῖς· *mixta genitura fœtus oritur.* (Verſ. 31. Tom. III. pag. 865.)

GRONOVII.

67 *Viam publicam*] Si meum inter agrum, & fluvium interjaceat via publica, tamen meum fieri, quod alluvio adjecit.

68 *Ager privatus*] Niſi domino agri viæ iſtius muniendæ, & reficiendæ munus incumbat.

69 *Ventrem ſequatur*] Sit ejus, cujus eſt armentum, vel pecus pariens, ſi ſit alterius, quod gignit. l. 5. §. 2. D. *de R. V.*

70 *Ut ſupra*] 2, 5. 29.

71 *Ex aliena materia*] §. 25. Inſtit. *de R. D.*

72 *Sabiniani*] Maſſurii Sabini JC. ſectatores. l. 2. §. 47. *de orig. jur.* ubi & de Proculi ſchola.

73 *Si reverti*] Si diſſoluto opere, quod factum eſt, conſtet priſtina ſubſtantia partibus.

74 *Improbat Connanus*] Vide *Vinn.* ad §. 25. Inſtit. de R. D.

75 *De acceſſione*] §. 26. Si quis alienam purpuram veſtimento ſuo intexuerit, aut emblema addiderit poculo.

76 *Confuſis materiis*] §. 27. Si qui vina ſua confuderint, aut maſſas auri, vel argenti conflaverint.

Juriſconſultis placuit, + quia res alium exitum naturaliter reperire non poterat; ita cum res conſtent materia, & ſpecie tanquam ſuis partibus, ſi alterius ſit materia, alterius ſpecies, + ſequitur, naturaliter rem communem fieri pro rata ejus, quanti unumquodque eſt. + Species enim pars eſt ſubſtantiæ, non ſubſtantia tota, quod Ulpianus vidit, [r] cum dixit mutata forma [77] prope interemtam ſubſtantiam.

XX. Ut autem qui mala fide materiam alienam attrectant, [s] + ſpeciem perdant, eſt quidem non inique conſtitutum, ſed pœnale, atque ideo non naturale. [78] + Natura enim pœnas non determinat, [79] + nec ob delictum per ſe dominia aufert, + quanquam naturaliter pœna aliqua digni ſunt, qui delinquunt.

r L. 9. Julianus. §. 3. ſed ſi quis. D. ad exhib.

s L. 12. de eo exhibendo. §. 3. ſi quis. D. ad exhib.

XXI. + Ut vero rei majori acquiratur res minor, + quo fundamento Connanus nititur, + naturale eſt facti, non juris; atque ideo qui fundi pro viceſima parte eſt dominus, + tam manet dominus, quam qui partes habet novendecim. Quare + quod de [80] acceſſione ob prævalentiam, aut certis in caſibus lex Romana conſtituit, aut in aliis etiam conſtitui poteſt, + id naturale non eſt, ſed civile, + ad commodius tranſigenda negotia; natura tamen non repugnante, + quia lex dandi dominii jus habet. Vix autem ulla eſt tractatio juris, + in qua tot diſcrepantes (ii) ſint juriſconſultorum ſententiæ, + & errores. Nam quis concedat, + ſi æs, & aurum mixtum fuerit, alterum ab altero diduci non poſſe, [t] quod ſcripſit Ulpianus; aut + ferruminatione confuſionem fieri, [81] [u] quod Paulus; aut [82] aliam eſſe ſcripturæ, [x] aliam picturæ rationem, + ut huic tabula cedat, illa tabulæ?

+ XXII. + Plantata, & conſita [83] ut ſolo cedant, + ſimiliter eſt juris conſtituti, + cujus ratio eſt, quod iſta ſolo alantur. + Nam ideo & de arbore diſtinguitur, an radices egerit. + Atqui alimentum rei jam ante exiſtentis [84] partem duntaxat facit: + atque ideo ſicut ex alimento jus quoddam in rem ſoli domino naſcitur; + ita domino ſeminis, plantæ, aut arboris jus ſuum naturaliter certe ob id non perit. + Quare & hic communio locum habebit: + nec minus in ædificio, cujus [85] partes ſunt ſolum, & ſuperficies; [y] + nam ſi mobile ſit, nullum in eo jus habebit ſoli dominus; + quod & Scævolæ placuit.

+ XXIII. [86] + Bonæ fidei poſſeſſor + ut fructus omnes ex re ſuos [z] faciat, quos percepit, naturale itidem non eſt: + ſed hoc tantum ut jus habeat, impendia in rem facta, + & operam utilem imputandi, ac pro iis deducendi fructus perceptos; [a] + imo & exſtantes, + ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi.

t L. Idem, 5. §. 1. D. de rei vind.

u L. in rem. 23. §. Item, 5. D. eod.

x Inſtit. de rer. div. §. litteræ, 33. & §. ſi quis, 34.

y L. Titius, 60. D. de acquir. rer. dom.

z L. Sed & ſi, 25. §. conſuluit 11. D. de petit hered.

XXIV.

GROTII.

a *Imo & exſtantes, ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi*] Vide hac de re *Speculum Saxonicum*, in quo multa æquitatis pleniſſima. II, 46.

GRONOVII.

77 *Prope*] Non omnino.

78 *Natura pœnas non determinat*] Sed mos, aut lex humana.

79 *Nec ob delictum*] 2, 1. 9.

80 *Acceſſione ob prævalentiam*] In quibus mea res, quia longe præſtat, alienam trahit. l. 23. §. 4. *de R. V.*

81 *L. ſi rem*] 23.

82 *Aliam eſſe ſcripturæ, aliam picturæ*] Hoc contra ſententiam Pauli l. 23. §. 3. D. *de R. V.*

83 *Ut ſolo cedant*] §. 31. Inſtit. *de R. D.*

84 *Partem duntaxat*] Non ſc. ipſum totum.

85 *Partis ſunt ſolum*] L. 49. D. *de R. V. Solum partem eſſe ædium, exiſtimo.*

86 *Bonæ fidei poſſeſſor*] Qui rem alienam imprudens, & ſine dolo malo tenet. §. 35. inſtit. *de R. D.*

(ii) Nec mirum: quum in toto iſto jure Acceſſionis Veteres nullo principio certo, & ſolido niteren-

XXIV. + Atque idem dicendum videtur (kk) de malæ fidei poſſeſſore, + ubi lex pœnalis non intercedit. a *Benignius eſt*, ait + Paulus Juriſconſultus, *etiam in prædonis perſona haberi rationem impenſarum; non enim debet petitor ex aliena jactura lucrum facere.*

+ XXV. Ultimus acquirendi modus, qui juris gentium dicitur, + eſt per traditionem. Atqui [87] ſupra diximus, ad dominii translationem b naturaliter traditionem non requiri; + quod & ipſi Juriſconſulti in quibuſdam caſibus agnoſcunt, b + ut in re donata uſufructu retento, c + aut in eum collata, qui poſſideat, d + aut commodatam ſervet, in [88] + jactis miſſilibus: imo + etiam ante adeptam poſſeſſionem nonnullis caſibus nunc quoque tranſit dominium, + ut e hereditatis, f + legatorum, g + rei donatæ eccleſiis, & piis locis, aut civitatibus, aut h cauſa alimentorum, i + bonorum, quorum univerſalis ſocietas contracta eſt.

+ XXVI. Hæc ideo annotavimus, + ne quis repertâ juris gentium voce apud Romani juris auctores ſtatim id jus intelligat, quod mutari non poſſit: ſed + diligenter diſtinguat naturalia præcepta ab his, quæ pro certo ſtatu ſunt naturalia; + & jura multis populis ſeorſim communia, ab his, quæ ſocietatis humanæ vinculum continent. Cæterum illud ſciendum eſt, + ſi hoc + jure gentium improprie dicto, aut unius etiam populi lege introductus ſit modus acquirendi, + ſine diſcrimine civis, & peregrini, + jam inde quoque exteris jus naſci: + & ſi juris conſecutio impediatur injuriam etiam talem, quæ juſtam belli cauſam præbere poſſit.

a *L. Plane*, 38. *D. de hered. pet.*
b *L. Quiſq.* 28. *C. de don.*
c *L.* 21. §. 1. *D. de acq. rer. dom.*
d §. 44. I. *de rer. div.*
e *L. Cum heredes.* 23. *D. de acq. poſſ.*
f *L. a Titio. D. de furtis*: 64.
g *L. ut inter.* 23. *C. de SS. Eccl.*
h *L. Si docem.* 1. *C. de don. quæ ſub modo.*
i *L.* 1. §. 1. & *l.* 2. *D. pro ſocio.*

niterentur. Vera, & ex ipſâ naturali ratione petita, nobis videmur poſuiſſe in Notis ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 7. alterius Editionis: præſertim vero ad Compendium *De Officio Hom. & Civis*, Lib. I. Cap. 12. §. 7. *Not.* 4. tertiæ, & quartæ Edd. *J. B.*

GROTII.

b *Naturaliter traditionem non requiri*] Non ſa- Vide *legem Wiſigotthicam* lib. V. tit. II. c. 6. *Tum videtur vera eſſe traditio, quando jam apud illam ſcriptura donationis habetur.* Et apud veteres Romanos res mancipi alienabantur plene per æs, & libram. Vide *Varronem* lib. VI. de Lingua Latina (*pag.* 82.): *Feſtum Pompejum* in voce Rodus: *Ulpianum* inſtitutionum tit. XIX. *Boethium* ad Topica Ciceronis. (Lib. III. pag. 797.)

GRONOVII.

87 *Supra diximus*] 2, 6. 1.
88 *Jactis miſſilibus*] 3, 6. 22. §. 45. Inſtit. de R. D.

(kk) Non mihi videtur. Sed de eo diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

HENRICI

Digitized by Google

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. VIII.

§. I

„ TOTUS in eo eſt Auctor, ut probet, „ modos acquirendi, quos JCti juri gen- „ tium tribuunt, non oriri ex primævo ju- „ re naturæ, nedum, ut illos ſtatuere pu- „ tat, ex jure gentium voluntario: ſed vel „ ex jure naturæ pro certo rerum ſtatu, vel „ ex jure gentium improprie ſic dicto §. *b*.

„ Equidem facile concedimus, modos illos „ acquirendi non oriri ex *jure gentium vo-* „ *luntario*; nam nec JCti Romani id aſſe- „ runt: ſed negamus, cauſam illos habere a „ *jure naturæ pro certo rerum ſtatu*, vel a „ *jure gentium improprie ſic dicto;* talia enim „ jura non exiſtere, demonſtravimus in *Diſſ.* „ *proœm. I. c. fin.* & in *Diſſ. proœm. IV.* §. „ 29. Sed & in proceſſu demonſtrabimus, „ acquiſitionem dominii ex *jure naturæ pri-* „ *mævo* oriri, & cum ipſo genere humano ori- „ ginem cepiſſe; quæ etiam eſt ſententia „ JCtorum Romanorum.

1 *Perduxit nos ordo ad acquiſitionem, quæ fit jure gentium, diſtincto a jure naturali*] „ Au- „ ctor enim *cap. præced.* §. 1. dixit, acqui- „ ſitionem derivativam, quæ lege fit, fieri „ aut *lege naturæ*, aut *lege gentium volun-* „ *taria*: de *illa* egit *capite præcedente;* de „ *hac* hic agit. Verum in proceſſu videbimus, „ omnes acquirendi modos hoc capite recen- „ ſitos ſequi ex ipſa lege naturæ.

Quod jus gentium voluntarium ſupra diximus] „ Et quale non exſiſtere, notavimus „ *Lib* 1. *c.* 1. §. 14. Conf. *Diſſ. proœm. IV.* §. 29.

Talis eſt ea, quæ fit belli jure] Auctor in hoc §. tria erronea ſupponit. 1. bella eſſe juris gentium ſecundarii: 2. aliud eſſe jus naturæ merum, aliud, quod ſequitur introductum dominium: 3. ad poſterius pertinere jus occupandi res nullius. Quod enim ad *primum* attinet, ſupra jam demonſtravimus, bella eſſe ex ipſo jure naturæ, (quod jus gentium primævum vocant,) & conſiſtere in legitima facultate defendendi jura a Creatore nobis conceſſa. *Alterum* itidem jam ſupra refutavimus: nec dari jus aliquod naturæ, quod initium cepit poſt introductum dominium, diximus. Dominia pertinent ad jus naturæ ſimpliciter, quia conſiſtunt in legitima facultate acquirendi, & de acquiſitis diſponendi. Unde jam refellitur *tertium* ſuppoſitum: nam facultas occupandi res nullius ſequitur ex jure naturæ, quod ante dominium introductum obtinuit; illa enim facultas ex momento, quo humanum genus ortum eſt, competit, & vi hujus facultatis jure naturæ conceſſæ occupamus res nullius, id eſt dominium acquirimus. Jus naturæ igitur, ſeu permiſſio occupandi res nullius, præcedit: occupatio, ſeu actuale dominium ſequitur.

Additio.

„ Grotius nullibi bella refert ad jus gen- „ tium voluntarium, ſed ea ratione naturali „ licita eſſe, probavit *l.* 1. *c.* 2. §. 1. *ſeq.* Do- „ minium autem jure naturæ non acquiri in „ res captas, putat, ſi bellum injuſtum eſt; „ id enim jure gentium voluntario demum „ conſtitutum eſſe, fingit, ut ſi bellum jure „ gentium publicum, & ſolenne eſt, domi- „ nium acquiratur externum: quod ſyſtema „ late explicavimus in *Diſſ. proœm. IV.* §. 14. „ & 20. & *Diſſ. IX.* §. 63. *ſequ.* & refutavi- „ mus in *dict. Diſſ. IX.* §. 168. ex ea præcipue „ ratione, quod jus gentium voluntarium non „ exiſtat, per ea, quæ diximus in *Diſſ.* „ *proœm. IV.* §. 29. *ſeq.*

Sed de hac re rectius infra agemus] „ *Lib.* „ 3. *c.* 1. §. 2. Interim vide *dict. Diſſ. proœm.* „ *IV*, & *IX.*

Romani

Digitized by Google

Romani JCti ubi de acquirendo rerum dominio agunt] ,, Uti in *Digeſtis Lib.* 40. *tit.* 1.
,, & in *Inſtitutionibus tit. de rer. diviſ.*

Compiures ejus acquirendi recenſent modos, quos juris gentium vocant] ,, Ita enim Ga-
,, jus ait, *quarundam rerum dominium nan-*
,, *ciſcimur jure gentium. L.* 1. *pr. ff. de ac-*
,, *quir. rer. domin.*

Inveniet, eos omnes non pertinere ad jus gentium illud, de quo agimus] ,, Nimirum,
,, ad jus gentium voluntarium; quod omni-
,, no verum eſt: quia JCti tale jus ignorant,
,, & quia revera non exiſtit. Vid. *l.* 1. *cap.*
,, 1. §. 14.

Excepto belli jure] ,, Intelligit autem *bel-*
,, *lum publicum ſolemne;* hujus enim jura
,, ex gentium voluntario jure deducit, (in
,, *bellis* enim *minus ſolemnibus* jura naturæ
,, obtinere putat *Vid. Diſſ. proœm. IX.* §. 70.)
,, Nos alibi demonſtravimus, non dari bellum
,, publicum jure gentium ſolemne; nec in bel-
,, lo alia jura obtinere, quam quæ ratio
,, naturalis dictat; & denique, pleraque ju-
,, ra belli, quæ Auctor juri gentium tribuit,
,, vel plane non eſſe jura belli, vel ex ipſo
,, jure naturæ ſequi. *Ibid.* §. 168.

Sed aut referendos ad jus naturæ, non quidem merum, ſed quod ſequatur introductum jam dominium] ,, Auctor hoc jus naturale vocat jus
,, naturæ pro certo rerum ſtatu *l.* 1. *c.* 1. §. 10.
,, *n.* 7. Eoque refert occupationem rerum, quæ
,, nullius ſunt: vid. §. *ſeq.* Nam ſecundum prin-
,, cipia Auctoris res terræ natura communes
,, ſunt; homines autem ab illa communione re-
,, ceſſiſſe, fingit. *l.* 2. *c.* 2. §. 2. *n. fin.* Conf.
,, *Diſſ. proœm. VI. cap.* 1. & *cap.* 2. indeque
,, voluntate humana demum dominia introdu-
,, cta eſſe, ait *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 4. Atque
,, in hoc rerum ſtatu juris naturalis eſſe, aſ-
,, ſerit, ut quod quiſque occuparet, ſuum
,, faceret: *h.* §. & *l.* 2. *c.* 3. §. 1.

,, Nos jus naturæ pro certo rerum ſtatu non
,, dari, diximus. vid. *Diſſert. proœm.* 1. *c.*
,, *fin.* Sed & demonſtravimus, non dari re-
,, rum communionem, vid. *Diſſ. proœm. VI.*
,, §. 68, & fabulam eſſe, quæ de receſſu ab
,, illa communione finguntur: *d. l.* 2. *c.* 2. §.
,, 2. Sane, dominia (id eſt jus occupandi
,, res terræ, ac iis utendi) non ex volunta-
,, te humana, id eſt conſenſu tacito primo-
,, rum hominum, introducta ſunt, ſed cum
,, ipſo genere humano initium cepere. *L.* 1.
,, *pr. ff. de acquir. rer. domin.*

Et legem omnem civilem antecedat] ,, Sen-
,, ſus eſt, modos quoſdam acquirendi non
,, quidem immediate eſſe a natura (quia ſup-
,, ponit introductum voluntate humana domi-
,, nium): at nec juri civili tribui debere;
,, ſed eos introducto dominio ex ipſa natura
,, dominii ſequi, eoque legem civilem ante-
,, cedere. Unde Auctor concludit, quod quis
,, occupando rem ſibi acquirat, id non eſſe
,, a natura primæva, quia in ſtatu naturæ
,, omnia fuere communia, & dominia inco-
,, gnita. Poſtquam vero communi pacto, ſed
,, tacito, inter gentes placuit, ut quod quiſ-
,, que occupaſſet, ſibi proprium faceret, in
,, hoc rerum ſtatu naturale eſſe, ait, ut ex-
,, tra omnem legem civilem unicuique domi-
,, nium acquiratur rei, quam occupat. At
,, omnia hæc gratis dicuntur. Jus naturæ pro
,, certo rerum ſtatu non dari, ſæpius dictum
,, eſt, & rationibus naturæ probavimus in
,, *Diſſ. proœm.* 1. *cap. fin.* Sane, dominia,
,, quæ acquiruntur per occupationem origi-
,, nariam, ad id jus naturæ referuntur, quod
,, cum ipſo humano genere originem cepit.
,, *L.* 1. *ff. de acquir. rer. domin.*

Aut ad ipſam legem civilem, non ſolius populi Romani, ſed multarum circa nationum] ,, Hoc *jus gentium* Auctor vocat *nar-*
,, *ctius l.* 1. *c.* 1. §. 14: atque id ſæpius cum
,, *jure gentium proprie ſic dicto* confundi,
,, inprimis a JCtis, dixit in *proleg.* §. 53. (de
,, jure hoc gentium arctiori vide *Diſſ. proœm.*
,, *IV.* §. 24. *ſeq.*) At negamus, ullum acqui-
,, rendi modum, quem JCti juri gentium
,, tribuunt, ad jus gentium arctius, quale
,, non exiſtit, referri poſſe.

Quia talis legis, ſive moris origo a Græcis venerat] ,, Adeoque gentes non tanquam ex
,, condicto, ſed vel aliorum imitatione, vel
,, fortuito talem legem, vel morem recepiſſe,
,, putat. Vid. *proleg.* §. 53.

Hoc autem non eſt jus illud gentium proprie 2
dictum] ,, Differentiam juris gentium pro-
,, prie, & improprie ſic dicti, ſeu arctioris, ex
,, hypotheſi Auctoris explicavimus in *Diſſ. pro*
,, *œm. IV.* §. 24. *ſeq.* ſimulque probavimus, utrum-
,, que merum figmentum eſſe. *Ibid.* §. 29 *ſeq.*

Neque enim pertinet ad mutuam gentium inter ſe ſocietatem] ,, Tunc enim demum
,, verum jus gentium eſſe putat, ſi jus illud
,, reſpicit utilitatem non cœtuum ſingulorum,
,, ſed magnæ illius ſocietatis. Vid. *proleg.* §. 17.

Sed ad cujuſque populi tranquillitatem]
,, Adeoque ad utilitatem cœtuum ſingulo-
,, rum, *proleg.* §. 17; nam ideo id vocat jus
,, gentium arctius *l.* 1. *c.* 1. §. 14. Conf. *pro-*
,, *leg.* §. 53.

Digitized by Google

Unde & ab uno populo aliis inconſultis mutari potuit] ,, Quia ex hypotheſi Auctoris
,, vim pacti inter gentes non habet. Sed eſt
,, jus civile plurium gentium diſtributum,
,, quod a ſingulis tolli poteſt. *L.* 2. *c.* 3. §. 5.
,, Si autem verum jus gentium eſſet, muta-
,, ri non poſſet. Vid. *Diſſ. proœm. IV.* §. 26.

Immo & hoc evenire, ut aliis locis, atque temporibus longe alius mos communis, ac proinde jus gentium improprie dictum introduceretur] ,, Exempla proponit in §. 8. & §. 13.

Quod & revera factum videmus, ex quo Germanicæ nationes Europam ferme omnem invaſerunt] ,, Quia ea jura, quæ jus gentium
,, arctius ante hanc invaſionem conſtituebant,
,, ſecuta invaſione, putat, talia eſſe deſiiſſe.

Sicut enim olim jura Græca] ,, Ea enim
,, Italiæ, ac vicinos populos ultro ſecutos
,, eſſe, notavit *n.* 1. *in fin.*

Ita tunc Germanica inſtituta paſſim recepta ſunt, & nunc etiam vigent] ,, Ita enim jus
,, feudale, ſolis Longobardis proprium, apud
,, pleraſque Europæ gentes obtinet: ſed in-
,, ter ſingulas tamquam jus civile.

Eſt occupatio eorum, quæ nullius ſunt]
,, De hac occupatione ita diſſerit Gajus: *quod*
,, *enim nullius eſt, naturali ratione occupan-*
,, *ti conceditur. L.* 3. *ff. de acquir. rer. domin.*

Qui modus haud dubie eſt naturalis] ,, Quod
,, late probavimus ſupra *l.* 2. *c.* 2. §. 1. & 2.

Eo, quo dixi, ſenſu, introducto jam dominio] ,, Id eſt poſtquam inter omnes ta-
,, cite convenit, ut quod quiſque occupaſſet
,, proprium haberet, *dict. c.* 2. §. 2. *n.* 5. &
,, §. 3. *n.* 3; quod refutavimus *ibidem.*

Et quamdiu aliud lex nulla conſtituit] Prohibendo, nimirum, ne res, quæ naturali jure per occupationem noſtræ fieri poſſunt, occupentur. Legem enim civilem poſſe dominium naturaliter acquirendum vi ſua antevertere, paſſim inculcat Auctor. Vid. infra §. 5, & §. 21. Add. *l.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 4, & *c.* 2. §. 1. *n.* 5. Imo & dominium a lege civili effici poſſe §. *b.*, & infra §. 5. Ita enim legatum ipſo jure tranſit in legatarium: uſucapione, & præſcriptione longi temporis, acquirimus dominium ex mera lege civili &c.

Ad §. II.

Ad *hoc caput refertur primum captura ferarum, avium, piſcium*] Jure naturæ jus capiendi feras non eſt cujuſque privati, quia occupato territorio feræ ſub generali occupatione jam continentur: adeoque res illæ vel privatæ ſunt, ſi in ſingulos ſunt diſtributæ, vel publicæ, ſi non ſunt diſtributæ. Vid. *L.* 2. *c.* 3. §. 4. & 5.

Additio.

,, Immo feræ, aves, & piſces, occupato
,, territorio non ſimul cenſentur occupati, ſed
,, manent nullius. Nam occupata dicitur res,
,, quæ in noſtra poteſtate eſt, & cuſtodia;
,, at feræ occupato fundo non ſunt in noſtra
,, cuſtodia. Sane, JCti Romani eas res ita
,, nullius dixere, ut naturali ratione a quo-
,, cunque capi poſſint. *L.* 3. *pr.* & §. 1. *ff. de*
,, *acquir. rer. domin.* §. 12. *Inſt. de rer diviſ.*
,, Vide ſupra *L.* 2. *c.* 2. §. 4. & 5. Ex hac ra-
,, tione recte Julianus in *L.* 26. *ff. de uſur.* ne-
,, gat, venationem eſſe fructum fundi, quia
,, feræ ſunt res nullius. Equidem Celſus in
,, *L.* 9. §. 5. *ff. de uſufr.* aperte ait, venatio-
,, num quoque uſum pertinere ad fructua-
,, rium; quod confirmat Triphoninus in *L.*
,, 62. *ff. eod.* Sed hic rationem addit, *quia*
,, *aprum, aut cervum proprium domini non*
,, *capit.* Adeoque capta fera ad eum non per-
,, tinet jure fructus, ſed quia rem nullius
,, occupat; qua ratione antinomia, quæ
,, hactenus inextricabilis viſa fuit, facillima
,, ratione tollitur.

Sed hæc omnia quamdiu nullius dicenda ſint, quæſtione non carent] JCti Romani accurate id determinarunt: ſcilicet, quamdiu in noſtra poteſtate, ac cuſtodia ſunt, adeoque quamdiu & facultatem naturalem, & animum rem tenendi habemus. Vid. *L.* 3. §. 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Unde male Auctor increpat JCtos Romanos; de quo ut plene conſtet, naturam poſſeſſionis, quam is cognitam non habuit, ex principiis juris gentium paucis explicabimus.

Propositio I.

Natura quoque differunt dominium, & poſſeſſio.

Demonstratio.

Dominium enim eſt facultas moralis, ſeu legitima, diſponendi de re noſtra: *poſſeſſio* autem conſiſtit in facultate naturali, & animo rem tenendi.

Additio.

,, Veram differentiam inter poſſeſſionem,
,, & dominium, demonſtravimus in *Diſſ. pro-*
,, *œm. XII.* §. 595.

Propositio II.

Poſſeſſio eſt naturalis facultas rem tenendi cum animo ſibi habendi.

Demon-

Digitized by Google

D e m o n s t r a t i o.

Poſſidere enim nihil aliud eſt, quam *poſſe ſedere*: ſcilicet, ſpecie præcipua accepta pro omni tenendi modo; ille enim omnium maxime rem tenet, qui rei inſidet. Adeoque poſſeſſio naturaliter in facultate illa tenendi, & ſic in mero facto detentionis conſiſtit: modo animus tenendi adſit, utpote qui eſt anima poſſeſſionis; quia eo remoto lapides, & feræ quoque poſſiderent, utpote quæ facultatem quidem rei inſiſtendi habent, at animo carent; imo & hoſpites, qui in domo noſtra ſunt, poſſiderent. Atque hinc conſtat ratio, cur feræ in ſylvis, & piſces in vivariis non poſſideantur; quia animus poſſidendi ibi ceſſat, uti mox videbimus. Unde & is, qui rem poſſidet, non omnia poſſidet, quæ in re ſunt, ſi non ſit animus ea tenendi. Occupatione igitur poſſeſſionis non plus acquirit poſſeſſor, quam voluit, & potuit.

P r o p o s i t i o III.

Tenere rem inſtrumentis, id eſt per alios quoque poſſidere poſſumus.

D e m o n s t r a t i o.

Non enim manu noſtra ſaltem tenemus, ſed & per inſtrumenta; & tunc cauſa actionis non eſt inſtrumentum, ſed is, qui per inſtrumentum agit; indeque omne jus actionis pertinet ad agentem, non vero ad inſtrumentum: uti ſi miſſo lapide quis alium occidit, cauſa cædis non eſt lapis, ſed mittens. Alibi autem diximus, hominem quoque tale inſtrumentum eſſe, & pro alio agere poſſe utriuſque conſenſu, vid. *ſupr. l. 1. c. 5*; quilibet enim in ſuas actiones jus habet: adeoque talem quoque legem actioni ſuæ dicere poteſt, quod velit tenere nomine alieno: & tum is non poſſidet, ſed alius ejus nomine. Vid. *L. 18. ff. de acquir. poſſeſſ.* Conf. ſupra *L. 2. c. 5. §. 1. propoſ. 1.* & infra §. *6.*

P r o p o s i t i o IV.

Poſſeſſio igitur, quæ in mera facultate naturali tenendi, adeoque in facto conſiſtit, ad nullam juris ſpeciem referri poteſt.

D e m o n s t r a t i o.

Ad eſſentiam enim poſſeſſionis ſufficit, ut poſſidens & facultatem habeat rem tenendi, & animum, etſi omni titulo deſtituatur; non enim quæritur, an juſte teneat, ſed an teneat.

Hinc apparet, fruſtraneam eſſe quæſtionem, quæ a JCtis noſtris moveri ſolet, an poſſeſſio ſit ſpecies juris in re, an juris ad rem? quam late expoſui in *Diſſ. de cumulat. pet. & poſſeſſ. §. 7. & ſeq.* & in *Diſſ. de jure ejus, quod facti eſt §.*

Additio.

„ Materiam poſſeſſionis, & quatenus na-
„ turali ratione jus aliquod ex ſolo facto poſ-
„ ſeſſionis poſſeſſori acquiratur, explicavi in
„ *Diſſert. proœm. XII.* §. 597. ſimulque pro-
„ bavi, jus, quod ex poſſeſſione acquiritur,
„ oriri ex obligatione perſonæ, ex variis ni-
„ mirum cauſarum figuris. *ibid.* §. 602.

P r o p o s i t i o V.

Poſſeſſio hac etiam natura jure tamdiu defendi poteſt, donec de jure cauſſa cognita ſtatuatur.

D e m o n s t r a t i o.

Equidem ex æquitate naturali ſequi videtur, poſſeſſionem nudam, v. g. prædonis, cum juris non ſit, jure defendi non poſſe: & pugnare videtur, jure defendi quod juſtum non eſt, quin quod ne juſtum quidem eſſe contenditur; quippe cum qui in poſſeſſorio agit, tantum contendat ſe poſſidere, non ſe jus habere. Naturali vero rationi non videtur convenire, ut alius, quam qui jus habet, jure obtineat. Verum cum nemo propria auctoritate ſibi jus dicere poſſit, neceſſario ſequitur, neminem alii poſſeſſionem vi eripere poſſe, inprimis cum naturali quoque ratione res in ſtatu ſuo præſenti manere debeat, donec alius ſtatus probetur. Et hoc ipſum eſt, quod legibus Romanis dicitur *poſſeſſionem plurimum ex jure mutuari. L. 49. pr. ff. de acquir. poſſeſſ.* ut ſcilicet inſtar juris defendatur, donec de jure, cauſa cognita, appareat. Vid. *Diſſ. de cumul. petit. & poſſeſſ.* §. 12.

P r o p o s i t i o VI.

Perit poſſeſſio, ſi vel animus tenendi ceſſat, vel facultas tenendi in perpetuum ablata apparet.

D e m o n s t r a t i o.

Perit ergo poſſeſſio I. ceſſante A n i m o, in quo conſiſtit anima poſſeſſionis: adeoque ſi quis derelinquit rem, vel ſi non animo ſibi habendi tenet, non eſt poſſeſſio. II. Si F a c u l t a s n a t u r a l i s deficit; nam ſi non poteſt rei inſidere, tota ratio poſſeſſionis ceſſat.

P r o p o s i t i o VII.

Facultas autem naturalis deſinere in vita civili videtur, ſi perpetuum eſt impedimentum, non ſi adhuc dubium ſit; uti ſi inundatur fundus, vel alius clam tenet.

D e m o n s t r a t i o.

Requiritur igitur ad id, ut poſſeſſio pe-

 reat,

Digitized by Google

reat, ***impedimentum perpetuum***: atque hinc abſentes, dormientes, etſi actu non teneant, tamen poſſidere dicuntur; quia hoc impedimentum ſaltem eſt *temporarium*, & defectus eſt in ipſo poſſidente, non aliunde. Sed & ſi *dubium* ſit, impedimentum num ſit temporarium, num perpetuum, nondum deſinit facultas; unde poſſeſſio feræ captæ, & evaſæ nondum deſiit, quamdiu fera in conſpectu noſtro eſt: §. 12. *Inſt. de Rer. diviſ.* Et is, qui me abſente clam intrat domum meam, non tollit meam poſſeſſionem, quia non conſtat num ceſſurus ſit redeunti. *L. 3. pr. ff. uti poſſeſſ.*

Additio.

„ Difficillimam hanc materiam de modis
„ amittendæ poſſeſſionis beatus Parens more
„ ſuo ſolide ex principiis juris gentium de-
„ duxit in *diſput. de jure ejus, quod facti eſt*
„ *&c. ſect. IV, & V.* Conf. *Diſſert. proœm.*
„ *XII.* §. 601.

Nerva filius piſces &c.] JCti Romani diſtinguunt inter piſces, & feras, quæ in piſcinis, & vivariis ſunt: & inter piſces, ac feras, quæ in rivis privatis, & ſylvis, etſi circumſeptis, continentur; illaſque, non has poſſideri, ſtatuunt. *L. 3. §. 14. ff. de acquir. poſſeſſ.* Improbat hanc diſtinctionem Auctor, & putat, utroque caſu piſces, & feras eſſe in noſtra poteſtate, & non niſi modo cuſtodiendi differre. Verum, dictum jam eſt, priori caſu animum tenendi adeſſe, non poſteriori caſu: adeoque hic animum poſſeſſionis deficere.

Additio.

„ Auctor non perpendit vim vocum, &
„ quid JCti per *piſcinas*, & *ſtagna*, item
„ per *vivaria*, & *ſylvas circumſeptas* intelle-
„ xerint. *Piſcina* enim, & *vivaria* ſunt lo-
„ ca eo animo, eaque intentione munita,
„ ut piſces, & feræ in noſtra poteſtate ſint,
„ ne in infinitum vagari poſſint: unde in nu-
„ merato haberi ſolent feræ in vivariis. *L.*
„ *62. D. de uſufr.* Hinc cum feræ hæ occu-
„ patæ, eoque in noſtro dominio ſint, non
„ cedunt uſufructuario, cui fundi uſus con-
„ ceſſus eſt, *d. l. 62*; quia venando ipſa ſub-
„ ſtantia conſumeretur. Aliud eſt in *ſtagnis*,
„ & *ſilvis*, etſi *circumſeptis*; hæc enim loca
„ non eo animo habentur, ut piſces, & fe-
„ ræ ſint in noſtra poteſtate: adeoque hi
„ piſces, aut hæ feræ occupatæ dici non
„ poſſunt, cum in naturali libertate ſint, ac
„ in infinitum vagentur. Neque enim ſepes
„ illæ vivarium efficiunt; quia plane alia in-
„ tentione id fit, nimirum, ne pro lubitu
„ homines tranſeant, & feras fugent, vel ut
„ furta lignorum impediantur: non ergo ut
„ feræ aſſerventur; tunc enim eſſet verum
„ vivarium. Atque hinc recte ait Trypho-
„ ninus, eum, qui in ſylva aliena venatur,
„ non capere cervum, aut aprum domini
„ proprium, ſed rem nullius. *L. 62. pr. ff.*
„ *de uſufr.* Conf. *Varro de re ruſt. L. 3.*
„ *c. 3. & c. 17.* Uſufructuarius igitur in tali
„ ſylva capere feras poteſt, non ut fru-
„ ctum fundi, ſed ut rem nullius. *L. 9. ff.*
„ *d. uſufr.*

Non qui in ſtagno] „ Gronovius *hic* pu-
„ tat, JCtum per ſtagnum intelligere lacus,
„ qui publicis in vectigalibus fruendi loca-
„ bantur. *Feſtus* in *lacus Lucrinus. Serv. ad*
„ *2. Georg. v.* 161. At verius eſt, per ſtagnum
„ intelligi aquam ſtagnantem (*eine ſtehende*
„ *See*) ubi piſces non aluntur, nec capti in-
„ cluduntur, ſed manent in ſua libertate na-
„ turali, *d. l. 3. §. 14. A. P.*

Stagno privato includuntur] „ Piſces, qui
„ ſtagno continentur, non capti, & cuſto-
„ diæ cauſſa incluſi ſunt: alias deſineret eſſe
„ ſtagnum, & fieret piſcina.

Et feras non minus coërcent ſylvæ bene circumſepta] „ At circumſeptio hæc non fit ani-
„ mo cuſtodiendi; tunc enim eſſet vivarium,
„ Germ. *ein Thiergarten.*

Θηριοτροφεῖα] „ Uti locus, ubi columbæ in-
„ cluduntur, Græcis περιστεροτροφεῖον vocatur:
„ *Varro l. 3. c. 7.*

Nec alio hæc differunt] „ Imo non diffe-
„ runt a cuſtodia, vel anguſtiori, vel laxio-
„ ri: ſed a facultate, & animo tenendi; ani-
„ mo enim tenendi, & cuſtodiendi includi-
„ mus piſces in piſcinis, & feras in vivariis:
„ non vero in ſtagnis, & ſylvis. *vid. notam*
„ *ab hac retro* 5.

Quare noſtro ſæculo rectius contraria opinio prævaluit] „ Immo Nervæ ſententia hodie-
„ que obtinet; nititur enim hæc differentia
„ ratione naturali. Vid. *Tabor. ad Conſt. Car.*
„ *art.* 169. *Puſendorf. de jure nat. & gent.*
„ *L. 4. c. 6. §.* 11. Atqui furtum committit,
„ qui ex ſtagno piſces, & ex ſylva feras au-
„ fert. *Ord. crim. art.* 169. Reſp. 1. ordina-
„ tiu criminalis expreſſe loquitur *von Wey-*
„ *hern und Behältniſſen*, adeoque de piſci-
„ bus, qui in poteſtate, & cuſtodia noſtra
„ ſunt; quales non ſunt qui in ſtagnis con-
„ tinentur. Diſſentit *Brunnemann. ad l. 3.*
„ *§. 14. ff. de acquir. poſſeſſ.* Reſp. 2. Alia
„ quæſtio eſt, an hi piſces ſint nullius, quod
„ affir-

„ affirmatur : alia , an quis ad ſtagnum alienum piſcandi cauſſa domino, vel lege prohibente , accedere poſſit , quod negatur. Vid. *L.* 13. *ff. de injur.* Reſp. 3. Lege dominium conſtitui poſſe , ſæpius dictum eſt.

Ut poſſideri , ita in dominio eſſe intelligantur] „ Immo nec poſſidentur , nec in dominio ſunt ; natura enim & poſſeſſionis , & dominii repugnat : non ſunt in poteſtate , & cuſtodia noſtra , nec animum habemus tenendi.

AD §. III.

FERAS *ſimul , atque libertatem naturalem recipiunt , noſtras eſſe deſinere , ajunt Romani JCti*] Docent JCti Romani , feras captas detinere eſſe noſtras , ſimul , ac libertatem naturalem recipiunt , *L.* 3. §. 2. *ff. de acquir. rer. domin.* ; naturalem autem libertatem feram recipere , ajunt , cum vel conſpectum noſtrum effugit , vel in conſpectu quidem eſt , ſed difficilis perſecutio , §. 12. *Inſt. de Rer. diviſ. L.* 5. *pr. ff. de acquir. rer. domin.* tunc enim non amplius noſtra coërcetur cuſtodia. *d. L.* 3. §. 2. Nam cum ex natura feritatis in infinitum feræ vagentur , ceſſat illico naturalis facultas eas tenendi : & ſi poſtea forte recuperentur , caſus id eſt , novaque occupatio.

Improbat hanc doctrinam Auctor , & ait , adeo non amitti dominium rei , amiſſa poſſeſſione , ut potius actio detur ad recuperandam poſſeſſionem, ſive ab alio ſive ab ipſa fera nobis ereptam : ſed frivola maxime hæc eſt cenſura. Nam probavimus , dominia rerum deſinere , ſi omnis facultas rem tenendi perit ; neque enim dominium , ſeu facultas de re diſponendi concipi poteſt , ubi res non eſt in noſtra poteſtate. Hinc per rerum naturam actio nulla ei dari poteſt , cui fera aufugit ; non contra feram ipſam , quia jurium incapax eſt : & quis erit judex feræ fugitivæ ? non contra tertium feram illam occupantem ; occupavit enim rem nullius , feram , quæ recipit priſtinam libertatem , & quæ non amplius coërcetur noſtra cuſtodia. *d. L.* 3. §. 2.

A poſſeſſione quod incipit dominium] „ Natura omne dominium incipit a poſſeſſione : adeoque non acquiritur , niſi res in poteſtate noſtra corporali ſit. Et hoc eſt , quod Nerva ait , dominium rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe. *L.* 1. §. 1. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Conf. *L.* 20. §. *fin. ff. de acquir. rer. dom.*

Non ideo amiſſa poſſeſſione amittitur] „ Ita enim cum lapides in Tiberim demerſi eſſent naufragio , & poſt tempus extracti ; per id tempus , quo fuerant merſi , dominium retinemus , non vero poſſeſſionem. *L.* 13. *pr. ff. de acquir. poſſeſſ.* Reſp. alia ratio eſt horum lapidum , alia ferarum , quæ naturalem libertatem recipiunt ; priori enim caſu facultas de re diſponendi non ceſſat , quia certum eſt lapides extrahi poſſe : at fera , quæ naturalem feritatem recipit , ſua natura in infinitum vagatur , indeque facultas de re illa diſponendi ſua natura ceſſat.

Immo jus dat etiam ad repetendam poſſeſſionem] „ Per interdicta , & remedia poſſeſſoria. At hoc concedi nequit , ubi poſſeſſio , id eſt naturalis facultas tenendi , tota deſiit.

Res autem noſtras alius a nobis auferat, an ipſæ ſeſe , ut ſervus fugitivus , non multum refert] Auctor putat , eodem modo , ita contra ſervum fugitivum actio datur , uti etiam actionem dari contra feram , quæ noſtræ poteſtati ſe ſubducit : at mala eſt comparatio ; ſervi enim non ſunt feræ , id eſt natura ſua non vagantur in infinitum , adeoque non opus eſt , ut cuſtodia noſtra coërceantur : ſed idem hic obtinet , quod in manſuetis beſtiis ſtatutum eſt , ut ſcilicet maneant in noſtra poteſtate , quamdiu ſpes eſt recuperandi. *L.* 3. §. 13. *ff. de acquir. poſſeſſ.* §. 14. & §. 15. *Inſt. de rer. diviſ.*

Quare verius eſt , non per ſe amitti dominium , eo quod feræ cuſtodiam evaſerint] „ Immo per ſe amittitur , quia facultas naturalis tenendi feram ceſſat ; feram dico , quæ naturalem recipit libertatem , adeoque in infinitum ſua natura vagatur. Atqui fera quoque recuperari poteſt. Reſp. quamdiu in conſpectu noſtro eſt , nec difficilis perſecutio , manet omnino in noſtro dominio. §. 12. *Inſt. de Rer. diviſ.* At ſi ſemel recepit libertatem naturalem , id eſt , ſi extra conſpectum eſt , res deſinit eſſe noſtra : & ſi ex intervallo recuperatur, id caſu fieri , & novam eſſe occupationem , diximus.

Quod ob difficillimam perſecutionem eas pro derelictis habere credamur] Ex conjectura nullum jus naturæ oriri , toties diximus. Regula naturæ eſt, quod nemo ſuum jactare velit : adeoque ſi præſumtionibus certandum eſt ,

Digitized by Google

eſt, quilibet in dubio potius retinere, quam
perdere voluiſſe præſumitur? Sed & ſi con-
ſtet, dominum feræ fugientis noluiſſe dere-
linquere; nihilominus dominium ejus deſinit,
quia abſurdum eſt facultatem diſponendi ei
tribuere de re, quæ non eſt in ejus poteſta-
te naturali, & quæ ſua natura in infinitum
vagari ſolet.

*Præſertim cum internoſci, quæ noſtræ fue-
rint, ab aliis non poſſint*] ,, Vera ratio eſt,
,, quod fera, quæ cuſtodiam noſtram evaſit,
,, cujuſque difficilis eſt perſecutio, libertatem
,, naturalem recipiat.

*Sed hac conjectura per alias conjecturas elidi
poteſt*] ,, Miſera eſt juris naturæ facies, ſi con-
,, jecturis gentium controverſiæ decidi debent.
,, Quid non ex illis conjecturis inferri poſ-
,, ſet?

*Qualia ſcimus habuiſſe cervos quoſdam, &
accipitres, atque inde agnitos, & dominis
redditos*] ,, Hoc non eſt ex conjectura, quod
,, pro derelictis non videatur habuiſſe, ſed
,, ex certo jure naturæ. Feræ enim manſue-
,, factæ, id eſt quæ eundi, & redeundi con-
,, ſuetudinem habent, & quibus aliquando
,, ſigna, & ſimbola adduntur, ut noſcantur,
,, non deſinunt eſſe in noſtra poteſtate, etſi
,, non ſint in conſpectu; ſed tamdiu manent
,, in noſtra poteſtate, donec conſuetudinem
,, illam eundi, & redeundi retinent. §. 14.
,, & §. 15. *Inſt. de rer. diviſ.* Cum enim
,, non ſoleant in infinitum vagare, certum
,, eſt, eas in vicinia eſſe, & diligenti acqui-
,, ſitione repeti poſſe. *L.* 3. §. 13. *ff. de ac-
,, quir. poſſeſſ.* Si proinde vicinus feram ta-
,, lem manſuefact m occupat, eam vindica-
,, re dominus poteſt. At ſi fera talis diu ab-
,, fuerit, in ſylvas ſe receperit, & cum aliis
,, feris vagetur, adeoque conſuetudinem eun-
,, di, & redeundi deſeruerit; tunc deſinit
,, facultas dominii naturalis diſponendi de re,
,, quæ in infinitum vagatur: fera illa fit nul-
,, lius, & cedit occupanti. *L.* 5. §. 5. *ff. de
,, acquir. rer. domin.* Sane, fruſtranea foret
,, conjectura, alterum voluiſſe dominium,
,, addendo hæc crepundia, conſervare, ſi
,, conſtet, omnem facultatem diſponendi de
,, re ſublatam eſſe.

,, Si proinde feræ non manſuefactæ talla
,, crepundia addantur, ſi leporem addito ſi-
,, gno dimittas in ſylvam, ſi avem e cavea
,, in aërem, ſi piſcem in flumen, vel ocea-
,, num; non magis dominium retineri hoc
,, facto poteſt, quam ſi annulum tuum ſigna-
,, tum in mare dejicias, quia facultas natu-
,, ralis tenendi, & ſic tota ſubſtantia domi-
,, nii, perit.

*Requiritur autem corporalis quædam poſſeſ-
ſio*] ,, De originaria acquiſitione, quæ fit per
,, occupationem, id indubium eſt; ſed de
,, acquiſitione dominii derivativa Auctor id
,, negat: neque apprehenſionem rei ibi præ-
,, ciſe requiri, ſtatuit. Vid. *L.* 2, *c.* 6, §. 1,
,, & infra §. 25. item *cap.* 2, §. 4. *pr.* & §.
,, 10, *n.* 1. Quod examinavimus *ibidem.*
,, Addimus ſaltem, mirum videri, dominium
,, *rei occupatæ* acquiri ſola voluntate, citra
,, apprehenſionem: *rem* autem *quæ nullius
,, eſt*, non item. Sane, *conſenſus domini*, qui
,, priori caſu accedit, per ſe vim transferen-
,, di dominii non habet: adeoque neque hoc
,, caſu res in coporali noſtra poteſtate con-
,, ſtituitur.

Atque ideo vulneraſſe non ſufficit] ,, Non-
,, dum enim eſt in noſtra poteſtate, & cu-
,, ſtodia, ut ſcilicet, ſi velimus, eam tene-
,, re poſſimus, utpote cum evadere adhuc poſ-
,, ſit. Si proinde alius præveniendo feram il-
,, lam vulneratam capit, eam ſuam facit. *L.*
,, 5. §. 1. *D. de acquir. rer. domin.*

Contra Trebatium] ,, In *d. l.* 5. §. 1. Tre-
,, batii ſententiam confirmavit Fridericus Imp.
,, apud *Radevicum* in *Vit. Frider. L.* 1. *c.* 26:
,, idemque ſtatuitur in legibus Langobardo-
,, rum *L.* 6. Vid. *Gothofr. ad d. l.* 5.

*Et Ovidio aliud eſt ſcire ubi ſit, aliud re-
perire*] ,, Verba ſunt *Metamorph.* 5. *v.* 518.
,, *ſeq.*

*En! quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire vocas amittere certius; aut ſi
Scire ubi ſit, reperire vocas.*

A D §. IV.

*Sed poſſeſſio illa poteſt acquiri non ſolis ma-
nibus, ſed inſtrumentis*] Explicavimus id
plenius §. 2. *propoſ.* 3. Nam inſtrumentum
non eſt cauſa actionis.

Ut decipulis] ,, Aut foveis, quibus urſi,
,, cervi, ſimileſque feræ capiuntur. L. 28.
,, *pr. ff. ad leg. Aquil.*

Retibus, laqueis] ,, Immo etiam homini-
,, bus, ſi v. g per meos venatores capio,
,, tunc animo mihi poſſeſſio acquiritur, ſed
,, corpore alterius.

Dum duo adſint] Addunt *tertium*, ut in
,, meo fundo inſtrumenta illa ponantur, quod
,, verum non eſſe, apparet ex *L.* 3. §. 1. *ff. de
,, acquir. rer. domin.* ibi; *utrum in ſuo fun-*
,, do

,, *do quis capiat, an in alieno:* quia fera nul-
,, lius eſt, adeoque cedit occupanti. *L.* 1. §. 1. *L.*
,, 3 *pr. ff. eod.* Atqui injuriarum tenetur is, qui
,, venandi cauſa ingreditur alterius fundum ?
,, Reſp. hoc non impedit quo minus fera ce-
,, dat occupanti, tanquam res nullius, *d.*
,, *l.* 3. §. 1. add. *l.* 50. *ff. eod.* adeoque ha-
,, ctenus non eſt injuria: ſed injuria in eo
,, conſiſtit, quod cum dominus eum ingredi
,, prohibuerit, uti prohibere poteſt, nihilo-
,, minus ingreſſus ſit. *d. l.* 3. §. 1. arg. *d. l.*
,, 50. *L.* 16. *ff. de ſervit. ruſt. præd. L.* 13.
,, §. *fin. ff. de injur.*

Deinde, ut fera ita incluſa ſit, ut exire inde nequeat] ,, Capta enim fera tunc intelligitur,
,, cum certum eſt non amplius evaſuram. §.
,, 13. *Inſt. de rer. diviſ. L.* 55. *ff. de acquir.*
,, *rer. domin.*

Ad quem modum definienda eſt quæſtio de apro, qui in laqueum inciderit] ,, Si igitur
,, retia, vel laqueum poſui, in quem aper in-
,, cidit, recte aſſeritur, aprum meum eſſe,
,, quia per mea inſtrumenta feram teneo;
,, *L.* 55. *ff. de acquir. rer. domin.* modo re-
,, luctando ſeſe extricare non potuerit. *ibid.*
,, Proinde ſi alius eximat, & feram dimittat,
,, actio in factum contra dimittentem locum
,, habet, ut præſtet id, quod mea intereſt.
,, *d. l.* 55.

A D §. V.

H æ c *ergo*] Auctor ait, venationes jure Romano ceſſiſſe privatis, jure Germanico vero principibus conceſſas eſſe. Equidem jure gentium ſecundario mos apud Græcos, & Romanos invaluit, ut populus, penes quem tunc erat ſumma poteſtas, venationes ſibi reſervaret, etſi ſub occupatione univerſali comprehenſæ jam eſſent: & hinc etiam apud Romanos juri gentium id tribuitur, cum jure naturæ ad populum occupantem pertinerent.

Additio.

,, Jus venandi, id eſt jus occupandi feras,
,, naturali jure cuique competit, etiam in
,, terris alieno imperio, quin alieno domi-
,, nio, ſubjectis.

,, Jure gentium voluntario nihil hactenus
,, mutatum eſt, quia tale jus non exſiſtit.
,, At quælibet civitas talem legem ſtatuere po-
,, teſt, ne privati venandi cauſa ingredi al-
,, terius fundum poſſint; & tali lege poſita
,, fera quidem cedit capienti, quia eſt res nul-
,, lius: ſed puniri poteſt is, qui prohibente
,, lege venatus eſt, & id, quod captum eſt,
,, in pœnam quoque auferri capienti poteſt.

Si lex nulla civilis intervenerit] ,, Occu-
,, pationem enim rerum, quæ nullius ſunt,
,, eſſe modum acquirendi naturalem poſt in-
,, troductum dominium, & quamdiu aliud
,, lex nulla conſtituit, dixit ſupra §. 1. *n.* 3.

Qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant] ,, Venationes ſunt juris permiſ-
,, ſivi, ea autem jura civibus ob utilitatem
,, publicam lege civitatis auferri poſſunt.

Sunt enim naturalia non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu] ,, Scilicet poſt intro-
,, ductum dominium, & quamdiu aliud lex
,, non conſtituit. Vid. §. 1. *n.* 3. At ſæpius
,, jam dictum eſt, tale jus naturæ pro cer-
,, to rerum ſtatu non exiſtere. Vid. *Diſſ.*
,, *proœm.* 1. *cap. fin.*

Id eſt, ſi aliter cautum non ſit] ,, i. e.
,, Si ante occupationem lege civili harum re-
,, rum dominium in alios translatum non
,, ſit; quod exemplo pricipum Germaniæ
,, mox illuſtrat. Ea enim, quæ juris permiſ-
,, ſivi ſunt, lege civili ſubditis prohiberi poſ-
,, ſe, conſtat. Vid. *Diſſ. proœm. VI.* §. 18. *n.* 3.

Cum principibus, ac regibus, bona quædam]
,, Regibus, ac principibus ex naturali ratio-
,, ne ſumtus ad ſuſtinenda onera reipublicæ,
,, & tuendam dignitatem regiam, erogandos
,, eſſe, demonſtratum eſt ſupra *cap.* 6, §. 11,
,, & 12. Romanos ideo ſuis Imperatoribus
,, aſſignaſſe res, jura, commodaque publica,
,, quæ inter ſingulos diſtributa non ſunt,
,, probavimus ibidem: adeoque non ſolis
,, Germanis id proprium fuit.

Quæ ſine damno cujuſquam tribui poſſint, cujuſmodi ſunt res omnes, quæ in dominium nullius pervenerunt] ,, Id eſt, quæ in ſin-
,, gulos diſtributæ non ſunt.

Nam & ibi regum procurator] ,, Strabo
,, *de ſitu orb.* 17. *p. m.* 596. *Qui mittitur,*
,, *regis ordinem gerit, ſub eo juſtitiæ admi-*
,, *niſtrator, qui maximam in judiciis poteſta-*
,, *tem habet. Item alius quidam, qui pro-*
,, *priarum rationum aſſertor appellatur; is ea*
,, *perſcrutatur, quæ dominio carent, & ad*
,, *Cæſarem recidunt.* Vid. *Teſmar b.*

Potuit autem lex etiam ante occupationem harum rerum dominium transferre] ,, Hoc
,, eſt quod Auctor paſſim ait, leges civiles
,, poſſe dominium naturaliter acquirendum
,, vi ſua antevertere, vid. *indicem* voce *do-*
,, *minium:* adeoque & prohibere ne privati
,, feras occupent, & dominium ferarum in
,, principem transferre.

Cum

Cum ad dominium producendum lex ſola ſufficiat] „ At tunc dominium eſt mere ci-
„ vile, id eſt, vere dominium tranſlatum
„ non eſt: ſed effectus ſaltem dominii tri-
„ buuntur lege.

Ad §. VI.

Et *alia ἀδέσποτα*] Hæc enim adeſpota itidem ſunt nullius, adeoque cedunt occupanti: at verum id ſaltem eſt in terris non occupatis; in occupatis enim continentur jam ſub occupatione generali, adeoque pertinent ad regalia. Verum cum primi ſtatus plerumque eſſent populares, facile ſingulis ex populo relictus eſt uſus harum rerum: adeo ut etiam in terris occupatis feræ, theſauri &c. cederent occupanti, idque jure gentium ſecundario.

Additio.

„ Adeſpota dicuntur, quæ hero carent,
„ i. e. quæ in ſingulorum dominium diſtribu-
„ ta non ſunt, adeoque in nullius ſunt pa-
„ trimonio, ac bonis. Has res eodem modo
„ acquiri, ait Grotius, uti feræ, nimirum,
„ ut noſtræ factæ videantur cum in pote-
„ ſtate noſtra ſunt: ſed & in his dominium
„ lege anteverti poſſe, docet, quia ſub do-
„ minio generali populi jam contineri, ait.
„ Nos alibi jam probavimus, dominium ta-
„ le generale non dari, vid. infra §. 9. & ſu-
„ pra *c.* 3. §. 19: adeoque nec populo ex oc-
„ cupatione generali præter imperium jus
„ aliquod in adeſpota competere; at vi hu-
„ jus imperii prohibere populus poteſt, ne
„ res illæ occupentur. Si igitur contra illam
„ prohibitionem quis occupat, capiens adeſ-
„ pota quidem ſua facit, quia nullius ſunt;
„ at tanquam tranſgreſſor legis punitur.

Si naturam ſolam ſequimur] „ Id eſt ſi
„ aliud legibus civilibus cautum non eſt; *vid.*
„ *notam ab hac tertiam.*

Sunt invenientis, & occupantis] „ Quia
„ nullius ſunt, eoque cedunt occupanti.

Sic Acanthos inſula deſerta adjudicata eſt Chalcidenſibus &c.] Gravis hæc fuit controverſia, late tractata apud Aerodium *Rer. judicat. tit.* 21. *c.* 1. Nimirum Andrii, & Chalcidenſes novarum ſedium quærendarum cauſa patrios deſeruere lares: Acanthos inſula ſe viſui offert; duo exploratores miſſi, qui urbem vacuam deprehendentes curſu contendunt, Chalcidonenſis primus intrat, Andrius prior jaculum immittit: quæſitum fuit, quis prior occupaverit? Tres populi electi fuere arbitri: Samii, & Erithræi pro Andriis, qui jaculum immiſere portæ; Parii vero pro Chalcidenſibus, qui primi intrarunt urbem, pronunciarunt: adeoque numero ſuffragiorum non Chalcidenſes vicerunt, uti putat Auctor, ſed Andrii. *Aerod. d. l.* At deciſio illa arbitrum contrariatur rationi naturali, quia occupare eſt in poteſtatem noſtram redigere, ita ut ſi velimus, vel ipſi, vel per alios rem tenere poſſimus. Non ergo occupata dici poteſt urbs, in quam jaculum mittitur; alias in obſidione urbs ſtatim, ac globi, & jacula immittuntur, occupata dici deberet.

Additio.

„ Victi, irati ob iniquitatem arbitrum, ju-
„ ramento ſeſe obſtrinxerunt, quod nunquam
„ ab illis uxores eſſent petituri. *Plutarch.*
„ *Quæſt. Græc.* 29.

Quia poſſeſſionis initium eſt corporis ad corpus adjunctio] „ Chalcidenſes non ideo præ-
„ ferendi erant, quia pedibus inſiſtebant,
„ non enim totam civitatem corpore ſuo te-
„ nere poterant; ſed quia occupando civi-
„ tatis portam, facultatem acquiſiverunt ſin-
„ gulas civitatis partes tenendi, eas ingre-
„ diendi, iisque inſiſtendi. Sane Paulus no-
„ tanter ait, non corpore, & actu neceſſe
„ eſſe apprehendere poſſeſſionem, ſed etiam
„ oculis, & affectu, *L.* 1. §. *penult. ff. de ac-*
„ *quir. poſſeſſ. L.* 18. §. 2. *ff. eod. L.* 79. *ff. de*
„ *ſolut.* modo 1. res vacua ſit, 2. nemo alius
„ corporalem poſſeſſionem habeat, *d. l.* 79. &
„ 3. in mea poteſtate ſit rem corpore appre-
„ hendendi. *L.* 1. §. 1. & 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.*

Maxime ſit manibus] Scilicet prehendendo. Sed diximus, id præciſe neceſſarium non eſſe, quia ſufficit rem in meo conſpectu ita eſſe poſitam, ut poſſim, ſi velim, rem, quæ a nullo corporaliter detinetur, prehendere. *d. l.* 1. & *d. l.* 79.

Scire ubi res eſt, non eſt reperire] Verba allegavimus ſupra §. 3. *in fin.*

Ad §. VII.

Inter *ἀδέσποτα ſunt & theſauri*] Theſaurus eſt depoſitio pecuniæ, cujus dominus ignoratur, *L.* 31. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* a τίθεσθαι, *deponere.* Idem ergo jure naturæ hic obtinet, quod in aliis adeſpotis, ut ſcilicet regi, aut populo cedat; quia quidquid inter ſingulos diſtributum non eſt, continetur

tinetur ſub occupatione univerſali. Unde Baſſus Pœnus, cum ingentem theſaurum in Africa a Didone repoſitum fama eſſet, id nuntiavit Neroni, qui petitum theſaurum miſit: ſed fama vana fuit. *Tacit. Annal. L. 16. c. 1. ſeq.*

Non tamen res dubio olim inter gentes caruit; nam apud plures gentes theſaurus cedebat inventori, quia rem nullius eſſe, indeque acquiri occupanti putabant, & merito: atque hanc ſententiam veteres JCti Romani fovebant *d. l.* 31. §. 1. Idque æquitati naturali convenire, ait Juſtinianus in §. 29. *Inſt. de rer. diviſ.* Atque hinc cum Atticus Nervæ inventum theſaurum nuntiaret, hic reſpondit, ut uteretur quod invenit. Zonar. in *vit. Nervæ.*

Aliæ gentes domino fundi theſaurum cedere debere judicarunt, quia anteceſſores ejus pecuniam ibi condidiſſe videntur, atque id innui videtur in *L. 67. ff. de rei vindic. Horatius* 1. *ſerm.* 2. *ſat.* 6. *ait*:

——— ——— ——— Ut illi
Theſauro invento, qui mercenarius agrum
Illum ipſum mercatus aravit, dives amico
Hercule.

Unde apud Matthæum *c.* 13. *v.* 44. inventor emit fundum, ut haberet theſaurum. Plato oraculum conſulendum eſſe, ait *de legib. l.* 2.

Cum igitur ex his appareat, dubium valde fuiſſe jus gentium ſecundarium, Imp. Hadrianus mediam ſententiam ſecutus, ei, qui in loco ſuo (ſive profano, ſive ſacro, ſive religioſo) theſaurum invenit, totum tribuit; ei vero, qui in ALIENO, etſi PUBLICO, dimidium, alteram dimidiam vero domino fundi §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.* Data opera quæſitum in SACRO, vel ALIENO, totum cedere domino voluit. *d.* §. 39. *L. un. C. de theſaur.*

Cur vero theſaurus inter modos acquirendi juris gentium refertur, cum deciſio illa Hadriani ſit meri juris civilis? Reſp. hæc deciſio non eſt merum jus civile, ſed jus gentium ſecundarium: & Hadrianus declarat ſaltem, quænam ſententia jure gentium prævaleat; indeque inter Romanos quoque valuit non ut jus civile, ſed ut gentium, cujus effectus eſt, ut etiam extranei eo jure uterentur.

Additio.

,, Nos dicimus, theſaurum jure naturæ
,, etiam in terris occupatis cedere inventori,
,, non vero fiſco, nedum domino fundi. Nam
,, 1. theſaurus in nullius proprietate eſt, ne-
,, mini competit facultas naturalis tenendi
,, rem, quæ omnibus latet, & dominum non
,, habet, uti eſt theſaurus. Unde 2. jure Di-
,, geſtorum theſaurus ſimpliciter refertur inter
,, res nullius, quæ inventori cedunt, *L.* 31.
,, §. 1. *ff. de acquir. rer domin.* idque æquita-
,, ti naturali convenire, Hadrianus, & Ju-
,, ſtinianus ajunt. §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.* &
,, *L. un. C. de theſaur.*

,, Ut proinde appareat, declarationem il-
,, lam Hadriani, qua diſtinguit inter theſau-
,, rum in loco ſuo, & alieno inventum: &
,, inter theſaurum in alieno fortuito, vel da-
,, ta opera inventum, eſſe mere civilem. Ce-
,, terum non cerebrina eſt illa declaratio,
,, nec ſine juſta cauſa a jure naturæ, quo
,, ſemper inventori cedebat theſaurus, receſ-
,, ſum eſt. Cum enim dominus prohibere poſ-
,, ſit alios, ne ingrediantur fundum, nedum
,, ne ingrediantur theſauri quærendi cauſa;
,, optime conſtituit Hadrianus, ne is, qui da-
,, ta opera in alieno theſaurum invenit, ideo,
,, quod inconſulto domino terram ejus perfo-
,, dit, totum lucretur. Si vero caſu fortuito
,, in alieno inveniſſet, merito quoque ratio-
,, nem domini fundi habuit, & ex æquitate
,, lucrum hoc inter dominum fundi, & in-
,, ventorem diviſit, (quamquam aniculæ de-
,, ciſum id videatur Indorum regi apud Phi-
,, loſtrat. in *vit. Apoll. Thyan. l.* 2. *c.* 39.)
,, Si vetitis artibus quæſiviſſet, in pœnam lu-
,, crum inventoris fiſco tribuit. Hæ ergo ſunt
,, deciſiones juris civilis.

,, Equidem, ex quo gentes curam reipubli-
,, cæ regibus, & principibus commiſere, his
,, ſimul, vel expreſſe, vel connivendo, lucra
,, hæc ad ſuſtinendam dignitatem tribuerunt:
,, unde omnia adeſpota hodie ad regalia re-
,, ferri ſolent. At id non a natura eſt, ſed ex
,, diſpoſitione populorum. Apud Langobardos
,, theſaurum ceſſiſſe fiſco, ait *Caſſiodor*, 6. *var.*
,, 8. Apud Luſitanos, & Granatenſes idem
,, obtinere, ajunt *Cabedo p.* 2. *dec.* 56. *Lar-*
,, *rea dec.* 44. *n.* 37. In Germania itidem, *c.*
,, *un. quæ ſint regal.* De moribus diverſarum
,, gentium vide *Schilter. Exerc. ad* 45. §. 25.
,, *ſeq. Grœneweg. ad* §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.*
,, Sixtin. *de reg. l.* 2. *c.* 21. *per tot.* Brunne-
,, mann. *ad l. un. C. de theſaur.* Pufendorf.
,, *de jure nat. & gent. l.* 4. *c.* 6. §. 13.

Quarum Dominus ignoratur] ,, Nam defi-
,, nitur theſaurus, quod ſit vetus depoſitio pe-
,, cuniæ, cujus non exſtat memoria, ut jam
,, dominum non habeat. *L.* 31. §. 1. *ff. de ac-*
,, *quir. rer. domin.*

Quod autem non apparet, pro eo eſt quaſi non ſit] ,, Paria enim ſunt non eſſe, & non
,, apparere; quamdiu enim non apparet do-

minus, tamdiu effectu non eſt: quia nemo eſt, qui rem ſuam dicat.

Naturaliter] ,, Intelligit hic jus naturæ pro certo rerum ſtatu. *Vid.* §. 1. *n.* 3.

Qui loco moverit, apprehenderitque] ,, Sive locus ille ſit inventori proprius, ſive alienus, ſive caſu invenerit, ſive data opera. &c.

Legibus, aut moribus] ,, Nam ea, quæ naturalia ſont, non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu, mutari poſſe legibus civilibus, dixit ſupra §. 5. & §. 1. Verior eſt ratio, quod Princeps legem ſubditis dicere poſſit, ne quarundam rerum dominium occupent.

Et oraculum conſuli] ,, *Quidquid de pecunia, & eo, qui pecuniam movit, reſponſum fuerit, id ipſum oraculis Dei obtemperans facito.* Plato *de leg. XI.*

Ei adjudicabat, qui ipſi optimus videbatur] ,, Exſtat hoc judicium apud Philoſtrat. in *Vit. Apollon. l. 2. c. 39. edit. Olear.* ſupponit enim, Deum in hac vita ſemper præmia tribuere merentibus.

Videtur colligi poſſe ex Chriſti parabola] ,, Verba hæc ſunt *c.* 13. *v.* 44. *Simile eſt regnum cælorum theſauro occultato in agro, quem nactus quiſpiam occuluit, & præ gaudio, quod accipit ex eo, ſubducit ſeſe, & omnia, quæ habet, vendit, emitque agrum illum.*

Ex hiſtoria, quæ eſt apud Philoſtratum] ,, In *Vita Apollon. Thyan. l. 6. c.* 39. ubi privatus emebat fundum ea intentione, ut theſaurum, quem ibi conditum ſciebat, ſibi acquireret.

Imperatorum leges valde hac in parte variarunt] Imo jure Digeſtorum leges non variarunt. Paulus enim in *L.* 31. §. 1. *ff. de A. R. D.* & *l.* 3. §. 3. theſaurum tribuit inventori. Sunt qui ex *L. 67. ff. de rei vind.* inferunt, domino fundi theſaurum cedere. At id ibi non traditur: nec de eo quæſtio eſt, cui theſaurus quæratur, ſed cui pecunia cedat, quæ theſaurus non eſt, adeoque de cujus domino conſtat. Hoc caſu Scævola merito decidit, pecuniam ejus eſſe, cujus jam fuerat. At jure Codicis demum, poſitis diſtinctionibus, ſinguli caſus circa acquiſitionem theſauri deciſi ſunt. *L. un. C. de theſaur.* §. 39. *Inſt. de rer. diviſ.* & *ibi Grœnewveg. Vid. ſupr. ad pr. h.* §.

Ut & alia adeſpota] Vid. *ſupra* §. 5.

Atque id nunc jus commune eſt, & quaſi Gentium] ,, Supra enim notavit §. 1. *n.* 2. aliis locis, atque temporibus, longe alium morem communem, ac proinde jus gentium improprie dictum introduci poſſe; quod refutavimus *ibidem.*

Nam & in Germania] ,, In Germania duo olim jura in genere obtinuerunt, Suevicum, & Saxonicum, quæ admodum differunt circa materiam theſauri. Nam in jure Suevico jus Romanum fere refertur. *Spec. Suevic. c.* 320. At jure Saxonico theſaurus fiſco cedit. *Spec. Sax. l.* 1. *art.* 35. Schilter. *Exerc. ad T.* 45. §. 27. & 32. Hodie norma eſſe ſolet Conſtitutio Friderici I. in 2. *Feud.* 56, ubi theſaurus inter regalia refertur. *Heig. p.* 1. *qu.* 13.

Et Gallia] ,, Sed & in Gallia diverſimode judicatum referunt *Gregor. Tholoſ. L.* 3. *c.* 11. *n.* 6, & *Charond. pand. du droit Franc. L.* 2. *c.* 10.

Et Anglia] ,, Richardus II. armis inſecutus eſt nobilem ſibi ſubjectum, quod theſaurum in proprio fundo inventum ſibi tradere nollet. Arniſæus *de jure majeſt. L.* 3. *c.* 6. *n.* 23. Ita jure Scotico quoque id ſtatutum eſſe, in legibus Baronum, (quæ ſub rubrica *quoniam attachiamenta* &c. allegantur, *cap. de Eſchetis* 48. §. 5.) refert Schilter, *d. l.* §. 28.

Et Hiſpania] ,, Ubi quinta tantum pars inventori cedit per legem regiam, reliqua fiſco cedunt. *Simon. in not. b.* Apud Luſitanos, & Granatenſes theſaurum fiſco cedere præjudiciis probavimus ſupra §. *b.*

Quod cur injuriæ accuſari non poſſit, ſatis jam diximus.] ,, Quia Principibus bona quædam aſſignanda erant, unde dignitatem ſuam jam ſuſtinerent. *Vide ſupra* §. 5.

Ad §. VIII.

Veniamus *ad fluvialia incrementa*] ,, Intelligit acquiſitiones per *alluvionem, cruſtam, inſulam, alveum, inundationem &c.*

JCtorum veterum reſcripta] ,, In titulo digeſtorum *de acquirendo rerum dominio.*

Recentiorum etiam integri Commentarii] ,, Auctores collegit Bechtoldus in *Sylloge materiarum*, voce *alluvio.* Præ aliis legi meretur Meurer *de jure aquarum*, & beatus Parens in *Diſp. de jure alluvionum.*

Ea magnam partem omnia ſunt ex inſtituto quarundam Gentium, neutiquam a naturali jure] JCti Romani referunt jus gentium ejus temporis, quod apud Græcos, & Romanos in ſtatu populari obtinuit; cujus æquitas in

eo

Digitized by Google

eo conſiſtit, quod uti damnum ferre vicini tenentur, ita & commoda fluminis ipſis prodeſſe debeant. Sed & conjecturantur JCti, ripas, inſulas, & alveos eſſe vicinorum agrorum partes, quas flumen olim inundavit: adeoque reſtitui eas priſtinis dominis oportere, autumant, ſi aliqua parte flumine deſtituuntur. Neutra hæc ratio naturalis eſt: non *prior*, quia damnum caſu infertur, quod dominus lege naturæ ferre tenetur; lucrum autem nemo acquirit niſi ex re ſua, qualis non eſt alluvio, vel alveus: non *poſterior*, nam verum non eſt, vicinas ripas, vel alveum, vel inſulas, eſſe partem mei prædii; ſed & eadem ratio eſſet in agris limitatis, neque tamen ibi jus alluvionis, alvei, vel inſulæ obtinet.

Naturali vero ratione incrementa fluvialia ſunt principis, ſeu populi, quia ſub occupatione generali comprehenduntur, de quo ſupra *L.* 2. *c.* 3. §. 29. actum eſt, & infra §. 9. agetur: quod hodie quoque ita obtinet, indeque jus gentium, quod tempore Græcorum, & Romanorum obtinuit, quo lucra hæc vicinis prædiis quærebantur, mutatum, & hodie jus verum naturæ reductum eſt.

Additio.

,, Auctor ſtatuit, incrementa fluvialia jure naturæ cedere populo, & ſub occupatione generali comprehenſa eſſe, *vid.* §. 9; at jure gentium arctiori introductum eſſe, ut prædiis vicinis cederent. *Vid.* §. 8. Idem ſentit Beatus Parens, niſi quod juri gentium proprie ſic dicto, non arctiori, tribuat jus vicinorum in hæc incrementa.

,, Ego cum JCtis Romanis incrementa hæc fluvialia ex eo jure gentium orini, exiſtimo, quod cum humano genere initium cepit, & quod ratio naturalis inter omnes homines conſtituit. *L.* 1. *pr.* junct. *L.* 7. §. 1. *ff. de acquir. rer. dom.*

,, Præmittendum autem ad intellectum legum Romanarum eſt, agros, qui ad flumen tendunt, diſtributos inter ſingulos fuiſſe, vel ad certum limitem arte factum, vel ita ut flumen limitis loco ſit: priori caſu agri dicebantur *limitati*, poſteriori *arcifinii*, & occupatorii.

,, In L I M I T A T I S agris certum eſt populum ultra limitem nihil proprietatis aſſignaſſe poſſeſſoribus: adeoque ſi aliquid vi fluminis his agris limitatis accedit, naturali ratione incrementum illud publico relictum eſt, quia non continetur intra fines poſſeſſoribus aſſignatos. Cum igitur incrementum hoc publicum, id eſt nullius in bonis, ac proprietate ſit, neceſſario cedit occupanti. *L.* 16. *ff. de acquir. rer. domin. L.* 1. §. 6. *ff. de flum.*

,, In agris A R C I F I N I I S terminus eſt *flumen*, adeoque & ripæ, & alvei ſub aſſignatione continentur, & ſolus fluminis uſus excipitur; quia uſus fluminis natura publicus eſt.

,, Hujus rei varii ſunt effectus. Quoties enim *I.* flumen limitem agri conſtituit, regula ibi obtinet, ut ubi flumen eſt, ibi ſit terminus. Si proinde flumen recedit, & per alluvionem aliquid agro adjicit; neceſſario ſequitur, id, quod accedit, acquiri poſſeſſori, quia intra terminos ei aſſignatos hoc incrementum continetur.

,, *II.* Cum *uſus* fluminis, id eſt aquæ, alvei, & ripæ, communis ſit omnium hominum; certum eſt, neminem ab illo uſu, quatenus naturalis eſt, prohiberi poſſe: cuique igitur navigare, & piſcari, ad ripam appellere, & caſam ibi ponere, retia exſiccare, &c. licet.

,, *III.* Cum proprietas ripæ, & alvei in agris *limitatis* vicinis aſſignata ſit; omnes uſus, extra uſum fluminis publicum, ad vicinos pertinent. Hi igitur vicini arbores in ripa ponere, & ædificia ibi exſtruere poſſunt; his cedunt ædes ab aliis ibi poſitæ; hi acquirunt inſulas in alveo fluminis natas &c. Nam ex aſſignatione populi Romani prædiis vicinis totum flumen pro termino datum eſt: adeoque omnes fluminis partes, quæ non ad uſum publicum pertinent, vicinis propriæ ſunt.

,, Hinc *IV.* ſponte ſequitur, uſum *fluminis*, adeoque & *riparum*, & *alvei*, publicum jure gentium eſſe, quamdiu flumen ibi eſt: ceſſante autem flumine, forte per derelictionem alvei, deſinit uſus ille publicus, ac jam poſſeſſor pleniſſimum dominium acquirit *ripæ*, & *alvei*; quia impedimentum, quo minus aſſignato agro uti pleno jure potuerit, ceſſat.

,, His jam principiis poſitis *naturali ratione* ſequitur, in agris *arcifiniis*, (ubi ipſum flumen pro termino vicinis prædiis aſſignatur,) poſſeſſoribus agrorum acquiri quidquid eis accedit 1. per alluvionem, 2. per cruſtam, 3. per inſulam in flumine natam, & 4. per derelictionem alvei; quia omnia hæc incrementa pars fluminis ſunt, quod pro termino vicinis prædiis aſſignatum fuit. E contrario autem

Q q q 2 ,, inde

,, inde ſequitur, in agris *limitatis* omnia illa
,, incrementa publico relicta, adeoque nul-
,, lius eſſe, eoque cedere occupanti, quia
,, non continentur intra fines vicinis præ-
,, diis aſſignatos; quæ omnia prolixe demon-
,, ſtravimus, & naturæ rationibus probavi-
,, mus in *Diſſ. proœm. XII.* §. 222. *ſeq.* &
,, §. 263. *ſeq.*

Quarundam gentium] ,, Auctor igitur ac-
,, quiſitiones has non juri gentium proprie
,, ſic dicto tribuit, ſed arctiori, ſeu minus
,, proprio. Conf. *L.* 2. *c.* 20. §. 41. Nos ſæ-
,, pius diximus, jus gentium nec proprium,
,, nec minus proprium exſiſtere.

Neutiquam a naturali jure] ,, Immo de-
,, ciſiones JCtorum ex ipſa ratione naturali
,, deſumtas eſſe, probavimus.

*Quamquam ipſi ſæpe ſua inſtituta eo nomi-
ne venditant*] ,, Sæpius id Auctor, ſed male,
,, JCtis imputat. Vid. *proleg.* §. 53.

*Nam plurima eorum definitiones hoc fun-
damento nituntur, quod & ripæ ſint proxi-
mos fundos poſſidentium*] ,, JCti id non pro-
,, miſcue ſtatuunt, ſed ſaltem in agris *ar-*
,, *ciſiniis*, id eſt, ubi ipſum flumen pro
,, termino aſſignatum eſt; adeoque ubi ripæ,
,, & alvei (ſolo uſu juris gentium excepto)
,, in proprietate vicinorum conſtituti ſunt:
,, *L.* 65. §. 1. *l.* 30. §. 1. *ff. de acquir. rer. do-*
,, *min.* §. 5. *Inſt.* & *l.* 5. *ff. de rer. diviſ.*
,, junct. argum. *l.* 16. *ff. de acquir. rer. do-*
,, *min. L.* 1. §. 6. 7. *ff. de flumin.* Nam in
,, *agris limitatis*, ubi incrementa illa extra
,, terminos aſſignatos reperiuntur, diſerte
,, negant, proprietatem vicinorum eſſe, ſed
,, eam cedere occupanti. *L.* 6. *ff. de acquir.*
,, *rer. domin. L.* 1. §. 6. & 7. *ff. de flumin.*

*Et ipſi alvei, ſimulatque a flumine dereli-
cti ſunt* ,, Idem JCti hic ſtatuunt, quod in
,, ripa. Alveus enim derelictus vicinorum ſal-
,, tem eſt in agris *acriſiniis. d. l.* 30. §. 1. *ff.*
,, *de acquir. rer. domin.* non vero in agris
,, *limitatis* per textum expreſſum in *l.* 1. §.
,, 7. *ff. de flumin.* conf. *l.* 16. *ff. de acq. rer.*
,, *dom. Priori* enim caſu intra terminum aſ-
,, ſignatum comprehenditur alveus, *poſteriori*
,, caſu extra limitem aſſignatum poſitus eſt.

Cui conſequens eſt] ,, Ei nimirum, quod
,, alvei derelicti ſint vicinorum: nam *inſulæ*
,, ſunt pars alvei, *l. penult.* §. 2. *ff. de ac-*
,, *quir. rer. domin.* adeoque quicquid in al-
,, veo juris eſt, idem etiam in inſula.

*Ut & inſulæ in flumine natæ ſint eorun-
dem*] ,, Hoc itidem JCti ſaltem admittunt in
,, agris *arciſiniis*, ubi alveus, adeoque & in-
,, ſulæ ibi natæ, vicinis aſſignatus eſt. *L.* 65.
,, §. 1. *ff. de acquir. rer. dom. L.* 7. §. 3. *ff.*
,, *eod.* §. 22. *Inſt. de rer. diviſ.* Sed diſertis
,, verbis aliud ſtatuunt in agris limitatis, *L.* 1.
,, §. 6. *ff. de flumin.* ibi enim & alveus, &
,, inſula extra terminos aſſignatos continen-
,, tur.

*Tum vero in fluminis inundatione diſtin-
guunt, ut levis quidem dominium non au-
ferat, major auferat*] ,, Nullibi JCti Roma-
,, ni tradunt, majorem inundationem domi-
,, nium auferre, leviorem non item. Sane,
,, nec graviſſima inundatio dominium aufert,
,, niſi ſimul novus conſtituatur alveus. *l.* 7.
,, §. 6. *D. de acquir. rer. domin.* Nuda ergo
,, inundatio nec jure Romano mutat proprie-
,, tatem, quia inundatio formam terræ, &
,, agri non mutat; quæ ratio expreſſe addi-
,, tur in §. 24. *R. D. l.* 7. §. 6. *ff. de acquir.*
,, *rer. domin.* & *l.* 24. *ff. quib. mod. uſusfr.*
,, At ſi per inundationem novus fit alveus,
,, omnino proprietas tollitur; quia is ager,
,, qui fuit, deſiit eſſe, amiſſa propria for-
,, ma, *l.* 7. §. 5. *ff. de acquir. rer. domin.* at-
,, que de tali caſu loquitur *l.* 23. *ff. quib.*
,, *mod. uſufr.* Quod 1. apparet ex verbis, *ſi*
,, *eodem impetu diſceſſerit aqua, quo venit:*
,, adeoque uno impetu antea venit aqua,
,, novumque alveum conſtituit, ac nunc pari
,, impetu alveum deſerit, novo alibi conſti-
,, tuto. 2. Ex lege ſequente 24. ubi diſerte
,, diſtinguitur inter inundationem ſimplicem,
,, & eam, quæ novum conſtituit alveum.
,, 3. Ex ratione juris, quia nuda inundatio
,, non mutat formam agri, *d.* §. 24. *d. l.* 7,
,, adeoque nec dominium; ſed novus de-
,, mum alveus. *d. l.* 7. §. 5. & 6. *ff. de ac-*
,, *quir. rer. domin.*

,, At quod ad *poſſeſſionem* attinet, omnino
,, effectum habet illa diſtinctio. Conf. *l.* 13.
,, *pr. ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam poſſeſſio per
,, levem inundationem, quæ temporaria ſal-
,, tem eſt, non tollitur, quia facultas inſi-
,, ſtendi rei non in perpetuum tollitur: ſe-
,, cus ſi inundatio eſt perpetua, id eſt, ſi
,, facultas rei inſiſtendi in perpetuum ceſſat;
,, tunc enim dominium quidem retinetur,
,, ſed poſſeſſio interit. *L.* 3. §. 17. *l.* 30. §. 3.
,, *ff. de acquir. poſſeſſ. L.* 12. *ff. de reb. auct.*
,, *judic. poſſid. l.* 1. §. 5. & 9. *ff. de flumin.*

*Poſtliminio fundus, qui merſu fuerat, ad
dominum redeat*] ,, Nihil horum a JCtis Ro-
,, manis traditur: contrarium potius decidunt
,, in allegata ab Auctore *l.* 7. §. 5. *ff. de ac-*
,, *quir.*

Digitized by Google

,, *quir. rer. domin.* Hæc enim 1. non loqui-
,, tur de *graviori inundatione*, ſed de *alvei*
,, *derelictione*, ubi aqua uno impetu recedit:
,, adeoque ubi forma, & ſpecies fluminis in-
,, terit, quod nunquam fit in nuda inunda-
,, tione, utut graviori. 2. JCti non aſſerunt
,, in *d. l.* 7. §. 5. fundum, qui merſus fuit,
,, ad dominum poſtliminio redire ſi fluvius
,, recedit uno impetu; ſed eum vicinis ce-
,, dere prædiis, quibus olim aſſignatus fuit.
,, Idque 3. ſtricto jure etiam verum eſſe,
,, ajunt, NB. *etſi totus ager unius poſſeſſoris*
,, *olim merſus fuerit*; huic enim nullum jus
,, in illo agro olim merſo ſupereſſe, jure aſ-
,, ſerunt: non qua *domino*, quia dominium
,, ejus per conſtitutionem novi alvei exſtin-
,, ctum fuit: nec qua *vicino*, quia cum to-
,, tus ejus ager merſus fuerit, adeoque vi-
,, cinum prædium amplius non habeat, ra-
,, tione vicinitatis nullam partem in illo al-
,, veo ſibi arrogare poteſt. *d. l.* 7. §. 5. At
,, addit 4. id moribus vix obtinere.

,, Certiſſimum igitur eſt, fundum, qui
,, novo alveo conſtituto uno impetu relin-
,, quitur, nunquam priſtino domino reſtitui,
,, ſed vicinis prædiis cedere, *d. l.* 7. §. 5; &
,, moribus ſaltem aliud obtinere, ſi totus
,, ager antea occupatus fuerit.

Paulatim, non item: immo proximis poſ-
ſeſſoribus accedat] ,, Probari id videtur arg.
,, *l.* 23. *ff. Q. M. Uſ. am.* At JCtus non lo-
,, quitur de inundatione, ſed de receſſu
,, aquæ, qui paulatim fit, adeoque de al-
,, luvione.

Lege potuiſſe introduci] ,, Diximus, do-
,, ctrinam JCtorum ipſum eſſe jus naturæ.

Utilitate quadam muniendarum riparum]
,, Equidem ratio hæc a veteribus agrimen-
,, ſoribus (qui juris periti non fuere) alle-
,, gari ſolet. Vid. Flaccus *de condit. agror.*
,, *p. m.* 13. Aggen. Urbic. *de limitib. agror.*
,, *p. m.* 57. & infra §. 16. At vera ratio na-
,, turalis harum aequiſitionum non eſt uti-
,, litas quædam, ut homines metu amitten-
,, dæ poſſeſſionis ſuæ invitarentur ad ripas
,, muniendas; ſed quia in agris arcifiniis ri-
,, pæ, & alvel, adeoque & inſulæ, ſunt
,, portiones agrorum vicinorum, indeque,
,, quod ad proprietatem attinet, privatæ.
,, Uſus autem earum portionum ideo publi-
,, cus eſt, quia partes fluminis ſunt: defi-
,, ciente ergo flumine totus uſus redit ad pri-
,, vatos dominos, idque ex naturali ratione.
,, Etſi negari nequeat, poſſeſſores metu amit-
,, tendi portionem terræ ſuæ incitari ſolere
,, ad muniendam ripam.

Naturalia eſſe, quod ipſi ſentire videntur,
minime concedo] ,, Immo ex ipſa ratione na-
,, turali ſequitur, inundationem, ſive gra-
,, vem, ſive leviorem, non mutare domi-
,, nium, niſi priori alveo derelicto novus
,, alveus fiat, adeoque priſtina forma in-
,, tereat.

Ad §. IX.

Nam *ſi id, quod plerumque eſt, reſpici-* 1
mus] ,, Plerumque enim populos, occupan-
,, tes territorium, præter imperium acquire-
,, re, putat, dominium aliquod generale pri-
,, vatum. Vid. *l.* 2. *c.* 3. §. 19. Idque in du-
,, bio præſumi, ait. Vid. *infra* §. 11. Aliud
,, tamen obtinere, nec dominium generale
,, a populo occupatum eſſe, ſtatuit, ſi de
,, alia voluntate populi conſtat, *d.* §. 11;
,, quod examinavimus *ibid.*

Nec imperio tantum, ſed & dominio]
Recte Auctor ait, populum occupata terra
in genere omnia per univerſitatem occupaſſe,
indeque quidquid in ſingulos diſtributum non
eſt, in populi manere poteſtate: atque ex eo
capite & alveum deſertum, & inſulam in al-
veo natam populi eſſe, non vicinorum, con-
cludit.

Sed & dominio] ,, Quod generale vocat,
,, a quo dominia particularia penderent:
,, quod examinavimus ſupra *l.* 2. *c.* 3. §. 19.

Fines, inquit Seneca] ,, Hic non intelli-
,, git fines dominii generalis, & privati, uti
,, Auctor putat: ſed fines imperii, ſeu civi-
,, tatis Athenienſium, aut Campanorum,
,, quos deinde vicini, ſeu domini particula-
,, res, privata terminatione diſtinguunt.

Sic & Cicero] ,, Hic pariter non probat,
,, populo occupanti territorium acquiri do-
,, minium generale, & privatum; ſed modos
,, allegat, quibus res, quæ natura nullius
,, ſunt, in privatorum dominium veniunt.

Sunt autem privata nulla natura] ,, Id
,, eſt res ſua natura ſunt publicæ jure gen-
,, tium, adeoque nullius in bonis, & pro-
,, prietate.

Sed aut veteri occupatione] ,, Occupatio
,, enim rei, quæ nullius eſt, eſt modus ori-
,, ginarius acquirendi dominii.

Ut qui quondam in vacua venerunt] ,, Id
,, eſt, qui res, quæ nullius (non ergo in

,, dominio generali alterius) fuerunt, occu-
,, parunt.

Aut victoria, ut qui bello potiti ſunt]
,, Per capturam rerum hoſtilium acquirimus
,, dominium particulare, quod antea hoſtis
,, fuit.

Aut lege, pactione, conditione, ſorte] ,, Si
,, quis lege, pactione, aut ſorte dominium
,, aliis aſſignat, id non vi dominii generalis
,, fit, ſed vel vi imperii, vel vi dominii par-
,, ticularis, quod civitas ſua voluntate in
,, alios transfert.

*Ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum di-
catur*] ,, Id eſt ut ager, qui natura nullius
,, eſt, jam ab occupante nomen ſortiatur.

*Similiſque eſt privatarum poſſeſſionum de-
ſcriptio*] ,, Agri enim illi inter ſingulos di-
,, ſtributi a dominis particularibus nomen ac-
,, cipiunt.

Quæ univerſim civitas ſua cenſet] ,, Non
,, vi dominii generalis, ſed vi imperii.

*In ſingulos autem dominos partitim diviſa
ſunt*] ,, Singuli igitur demum per occupa-
,, tionem dominium particulare acquirunt.
,, Imperantes autem jure imperii eis univer-
,, ſum aſſignant.

Ab univerſis per vicos occupantur] ,, Per
,, hanc occupationem occupantes non acqui-
,, rebant dominium aliquod generale, & pri-
,, vatum: imo nec ſinguli dominii animo ac-
,, quirendi poſſidebant agros; ſolum enim
,, uſum occupabant, & arva per annos mu-
,, tabant. *Tacit. d. l.* longiuſque anno in uno
,, loco non remanebant, uti de Suevis te-
,, ſtatur Cæſar *l. 4. c. 1.*

Male vices legitur] ,, Vid. *Gronov. h.* At
,, rectius legimus *per vicos*: Nam tota gens
,, Germanica in vicos diviſa fuit. Quilibet
,, igitur vicus agros occupatos inter ſingu-
,, los partiebatur. Tacit. *de morib. Germ.
,, cap. 26.*

*Quamobrem quæ primitus a populo ſunt oc-
cupata, neque poſtmodum diſtributa, ea cen-
ſenda ſunt propria eſſe populi*] Quia ſub ge-
nerali occupatione jam continentur.

Additio.

,, Sunt propria populi; at non jure domi-
,, nii generalis, & privati, ſed jure impe-
,, rii: & hactenus in patrimonio populi eſſe
,, dicuntur. *L. 50. ff. de acquir. rer. domin.*

*Ac ſicut in privati juris flumine nata in-
ſula, aut derelictus alveus privatorum eſt*]
,, De fluminibus privatis certum eſt, eos una
,, cum agris a populo aſſignatos fuiſſe poſſeſ-
,, ſoribus: adeoque quoad proprietatem inter
,, ſingulos diſtributos eſſe. Hinc JCtus ait,
,, flumen privatum nihil a reliquis locis pri-
,, vatis differre. *L. 1. §. 4. ff. de flumin.* Si
,, proinde in tali loco inſula naſcitur, vel
,, alveus deſeritur, hæc incrementa ad eos
,, pertinent, quibus flumen privatum aſſi-
,, gnatum eſt. Atque hæc ratio eſt, cur fi-
,, nium regundorum agi poſſit, ſi rivus in-
,, ter duos agros limes conſtituitur. *L. 4. in
,, fin. l. 5. & l. 6. ff. Fin. regund.*

Ita in publico utrumque eſt populi] ,, Hoc
,, verum eſt quoad *imperium*, non vero quo-
,, ad dominium, ſive *generale*, ſive *parti-
,, culare*. Nam *vel* flumen publicum pro li-
,, mite agris vicinis eſt aſſignatum: tunc in-
,, ſulæ in flumine natæ, & alveus derelictus
,, cedunt vicinis, §. 4. *Inſt. de rer. diviſ. L.
,, 5. ff. eod. l. 30. §. 1. & 3. ff. de acquir. rer.
,, domin. Vel* agris alii limites extra flumen
,, ſtatuti ſunt: & tunc inſulæ in flumine pu-
,, blico natæ, & alvei derelicti, nullius ſunt,
,, ac cedunt occupanti. Sane, non ſunt in
,, proprietate populi, quia hæc incrementa
,, fluvialia nunquam in corporali populi po-
,, teſtate fuere.

Aut ejus, cui populus dedit] ,, Immo ce-
,, dit occupanti, quia nullius eſt. Aliud
,, dicendum, ſi populus lege publica occu-
,, pationem ejuſmodi incrementorum fluvia-
,, lium prohibuit, vel ante occupationem
,, facultatem occupandi quibuſdam conceſſit,
,, vel ea fiſco reſervavit.

Idem de ripa tenendum eſt] Ripa defini-
tur, quæ continet flumen pleniſſimum; id
eſt quouſque ſe extendere poteſt ut ne inun-
det. *L. 3. §. 1. ff. de flumin.* Ripæ hæ ſunt
pars alvei, adeoque idem jus ibi obtinet,
quod in alveo, id eſt, continentur ſub oc-
cupatione univerſali, eoque ad populum per-
tinent: at jure gentium ſecundario ripa ha-
betur pro acceſſione prædii vicini, utpote a
quo olim detracta præſumitur; cui accedit,
quod gentes rationem videantur habuiſſe one-
ris, & incommodi, quod ex vicinia aquæ
oritur.

Additio.

,, Verum eſt, idem juris eſſe in *ripa*,
,, quod in *alveo*; uti in *littore* maris idem
,, obtinet, quod in *alveo* maris, id eſt in
,, terra, ſeu arena mari ſubjecta. §. 4. & 5.
,, *Inſt. de rer. diviſ.* Unde recte argumen-
,, tum ab alveo ad ripam ducit Pompo-
,, nius in *l. 30. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.*
,, Uti ergo alveus in proprietate vicinorum
,, eſt, qui agros *arcifinios* poſſident, vid. §.

,, *præ-*

Digitized by Google

,, *praed.* ita & ripæ in domiulo vicinorum
,, ſunt, ſi agri ſunt arcifinii. *d. l.* 30. §. 1.
,, Cujus rei effectus eſt, ut vicini in illa ripa
,, arbores ponere poſſint: ut fructus in ripa
,, nati ad eos pertineant, *d.* §. 4. *Inſt. de rer.*
,, *diviſ. d. l.* 30. §. 1: ut ædificium ab aliis
,, in ripa poſitum cedat ſolo, *l.* 15. *ff. de*
,, *acquir. rer. domin.* ut domino ædificare in
,, ripa liceat. *L.* 1. *pr. & paſſim. ff. de flu-*
,, *min.*

,, *Atqui* uſus riparum eſt publicus jure
,, gentium. *L.* 5. *ff. de acquir. rer. domin.*
,, *l.* 3. *ff. de flumin.* Reſp. hæc non pugnant;
,, nam *proprietas* poteſt eſſe privatorum, &
,, *uſus juris gentium* communis omnium ho-
,, minum: quia ille uſus tantum intelligitur
,, 1. quatenus ad flumen pertinet; reliqui
,, enim uſus pertinent ad proprietarium: &
,, 2. quamdiu flumen eſt; nam ſublato flu-
,, mine deſinit ille uſus jure gentium publi-
,, cus, & omnis ripæ utilitas pleno jure re-
,, dit ad proprietarium. *d. l.* 30. §. 1.

,, Neque porro *obſtat*, quod alveus, cujus
,, pars ſunt ripæ, ſit publicus jure gentium,
,, & ſi derelinquitur, cedat occupanti: *l.* 1.
,, §. 6. & 7. *ff. de flumin.* Item, quod inſulæ
,, ex alveo natæ ejus ſint, qui primus occu-
,, pavit: *l.* 65. *ff. de acquir. rer. domin. l.* 1.
,, §. 6. 7. *ff. de flumin.* Nam id verum eſt in
,, agris *limitatis*, non in *arcifiniis*: ut pro-
,, lixe demonſtravimus in *Diſſ. proœm. XII.*
,, §. 224.

Quæ pars eſt extima alvei, id eſt, quo na-
,, *turaliter flumen excurrit*] ,, Ripa definitur
,, ab Ulpiano, quod flumen continet natu-
,, ralem vigorem curſus ſui tenens, non qua
,, imbribus, vel alia ratione creverit, *l.* 1.
,, §. 5. *ff. de flumin.* Et a Paulo ripa definitur,
,, ea, quæ pleniſſimum flumen continet. *L.*
,, 3. §. 1. *ff. eod.* Incipiunt autem ripæ, ex
,, quo primum a plano vergere incipiunt uſ-
,, que ad aquam, *L.* 3. §. 2. *ff. eod.*

Semper conſtitit, inſulas, quæ vere inſulæ
eſſent, eſſe in patrimonio publico] ,, Quod
,, late perſequitur Grœneweg. *ad* §. 2. 23. &
,, 24. *Inſt. de rer. diviſ.*

Derelictos alveos totos Rheni, ac Moſæ]
,, De derelicto alveo Rheni, qui in Leccam
,, effuſus eſt, vide Tacit. *l.* 2. *annal. c.* 6.
,, De novioribus alveis vide Waſſenbergii
,, *Embrica l.* 3. *c.* 26.

Quod ſæpius judicatum] ,, Vid. Grot. *in-*
,, *troduct. p.* 9. *l.* 2. *per tot. Conſult. JC. Ba-*
,, *tav. part. II. conſil.* 26.

Et ratione nititur] ,, Quia inſulas, & al-
,, veos derelictos ſub occupatione generali
,, comprehendi, putat. At dictum jam eſt,
,, alveos derelictos in agris *arcifiniis* (ſecus,
,, ac in *limitatis*) partes fundorum vincino-
,, rum, adeoque inter ſingulos diſtributos
,, eſſe. Aliud igitur obtinet ſi lege publica
,, incrementa ejuſmodi fluvialia Principi aſ-
,, ſignata ſunt ad ſuſtinendam dignitatem,
,, & reipublicæ onera. *Vide ſupra* §. 10.

Nam & ipſi Romani JCti concedunt, in- 3
ſulam, quæ in flumine natat &c., eſſe pu-
blicam] Quia ſcilicet rationes juris gentium
in inſulis natantibus ceſſant; non enim poſ-
ſunt præſumi ad vicina prædia olim perti-
nuiſſe, nec damnum inde vicinis fit.

Additio.

,, Vera ratio cur inſulæ natantes non ce-
,, dant vicinis, ſed ſint jure gentium publi-
,, cæ, hæc eſt, quia non ſunt pars ripæ,
,, vel alvei, quæ in proprietate privatorum
,, ſunt: ſed natant in flumine, quod publi-
,, cum eſt. *l. p.* §. 2. *ff. de acquir. rer. domin.*
,, Cum igitur hæ inſulæ inter ſingulos diſtri-
,, butæ non ſint, nullius eſſe recte dicun-
,, tur: adeoque cedunt occupanti.

Quæ in flumine natat] ,, Exempla ejuſ-
,, modi inſularum refert Vinn. *ad* §. 22. *Inſt.*
,, *de rer. diviſ. n.* 2. Plin. *Hiſt. nat. l.* 2. *c.*
,, 95. Busbeq. *ep.* 1. *legat. Turc. p.* 52. Wiſ-
,, ſenbach. 1. *de acquir. rer. domin. n.* 18.
,, Teſmar. h.

Quia cujus juris ſit flumen, ejus eſſe debet
& inſula in flumine nata] ,, Hinc dicitur
,, eſſe ipſius fluminis inſula (quatenus ſcili-
,, cet flumen pro aqua profluente ſumitur)
,, *l. p.* §. 2. *ff. de acquir. rer. domin.* Talis
,, igitur inſula non poteſt pertinere ad pro-
,, prietarium ripæ, & alvei; quia non eſt
,, pars alvei, ſed fluminis, quod publicum eſt.

Atqui alvei, & fluminis eadem eſt ratio]
,, Imo plane diverſa eſt ratio. Alveus enim
,, in agris *arcifiniis* eſt pars vicinorum agro-
,, rum: adeoque cum ipſo flumine aſſignatus
,, eſt vicinis; ſed ſalvo uſu fluminis publico.
,, Quoties igitur de uſu fluminis publico non
,, agitur, (uti non agitur ſi inſula ex alveo
,, naſcitur,) hoc commodum pertinet ad
,, vicinos: & ſi flumen plane eſſe deſiit, uti
,, deſinit alveo derelicto, hoc quoque incre-
,, mentum accedit vicinis, quibus flumen
,, pro termino datum eſt. Tota hæc ratio
,, ceſſat in inſula natante, quæ non eſt pars
,, alvei, adeoque nec pars agri vicini; unde
,, ſequitur, hanc inſulam ejuſdem juris eſſe,
,, cujus

Digitized by Google

,, cujus eſt flumen: publicam ſcil. jure gen-
,, tium, ita ut omnibus pateat, & proprie-
,, tas ejus cedat occupanti.

Quia alveus flumine tegitur] ,, Imo vera hæc, ,, & naturalis ratio eſt. Quamdiu enim flu- ,, men alveum tegit, tamdiu alveus ſequi de- ,, bet naturam fluminis. *L.* 1. *§.* 6. *&* 7. *ff.* ,, *de flumin. l.* 7. *§.* 5. *l.* 30. *§.* 3. *ff. acquir. rer.* ,, *domin.* §. 23. *Inſt. de rer. diviſ.* Nam im- ,, poſſibile eſt, ut alveus fluminis publici non ,, ſit publicus. *d. l.* 1. §. 7. *arg. l. penult. ff.* ,, *de rer. diviſ.* At hæc ratio tantum vera eſt ,, de *uſu* fluminis, & alvei, quatenus com- ,, munis eſt, & jure gentium publicus; *pro-* ,, *prietas* autem alvei, ſalvo illo uſu fluminis, ,, prædiis vicinis aſſignari poteſt, & quoad ,, uſus privatos aſſignata a Romanis eſt in ,, agris *arcifiniis.* Vid. *Diſſert. procem. XII.* ,, §. 219. Atque hæc *proprietas* alvei, ſi flu- ,, men eſſe deſiit, pleno jure vicinis cedit.

Quam ſupra attulimus] ,, *L.* 2. *c.* 3. §. 19.

Quod hæc ſimul a populo occupata ſunt, nec in privatum dominium tranſierunt] ,, Ro- ,, manos ripas, & alveos in agris arcifiniis ,, in ſingulos, ſalvo uſu juris gentium, diſtri- ,, buiſſe, vidimus.

Quare nec illud recipimus ut naturale, quod ajunt, ſi limitati fuerint agri, inſulam eſſe occupantis] ,, Vide *L.* 10. *ff. de acquir. rer. do-* ,, *min. l.* 1. §. 6. *&* 7. *ff. de flumin.* Immo hoc ,, naturale maxime eſt; nam ſi vicinorum agri ,, certos limites habent, quicquid extra illos ,, limites accedit, neceſſario alienum eſt: a- ,, deoque ripæ, ac alvei, extra illos limites ,, conſtituti, ad poſſeſſores agrorum nec na- ,, turali ratione pertinent.

Si flumen ipſum, & cum eo alveus, a populo occupati non eſſent] ,, Auctor paſſim aſ- ,, ſeruit, populum præter imperium regulari- ,, ter quoque acquirere dominium generale, ,, & privatum, *l.* 2. *c.* 3. §. 19. *c.* 889. *pr.* ,, *& n.* 3. Excipit, ſi de contraria volunta- ,, te conſtet; indeque concludit, tunc demum ,, in agris limitatis inſulam fieri occupantis, ,, ſi flumen ipſum, & cum eo alveus occu- ,, pati non eſſent. At ſæpius dictum eſt, tale ,, generale dominium non dari, & populum ,, occupando territorium præter imperium ni- ,, hil acquirere, adeoque quidquid inter pri- ,, vatos non eſt diſtributum,) uti non eſt ,, diſtributum quod extra limites aſſignatos ,, ſitum eſt) quoad proprietatem eſſe nullius, ,, & naturali ratione cedere occupanti.

Sicut in mari nata inſula fit occupantis] ,, Quia Auctor ſupponit, populum occupaſſe ,, mare, at non dominium generale, ac pri- ,, vatum. *d. c.* 3. §. 19. *c.* 8. §. 11.

A D §. X.

N E C *magis admittendum eſt illud de graviore inundatione, ſi naturalem tantum rationem ſequimur*] Auctor ait, naturali ratione inundationem, etiam graviorem, jus non auferre: atque ideo increpat JCtos Romanos, quos id ſtatuere aſſerit. At ſupra vidimus, JCtos Romanos id non ſtatuere: ſed ex eorum doctrina tunc demum *dominium* per inundationem auferri, ſi novus alveus fit, §. 23. *&* 24. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 1. §. 9. *ff. de flum.* Alia autem quæſtio eſt, an per inundationem *poſſeſſio* auferatur; & hic diſtinguunt, an perpetua ſit, an temporaria: & illo caſu poſſeſſionem tolli, *l.* 3. §. 17. *ff. de acquir. poſſeſſ.* indeque ſervitutes quoque inundatione amitti, ajunt, *l.* 23. *ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* non hoc.

Additio.

,, Vide quæ notavimus ſupra ad §. 8.

Et ut de qualitate aliquid mutet, ſubſtantiam non mutat] ,, Hæc omnia vera ſunt; ,, ſed nec JCti Romani aliud ſtatuerunt.

Manet tamen ſolida pars fundi inferior] ,, Ipſi JCti hanc rationem allegant, indeque ,, concludunt, nec graviorem inundationem ,, dominium mutare, quia forma terræ non ,, eſt mutata §. 24. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 7. ,, §. 5, *&* 6. *ff. de acquir. rer. domin.* id eſt ,, novus alveus non eſt factus. Add. *Diſſert.* ,, *procem. XII*, §. 219, *& ſupra* §. 8. ad ver- ,, ba *tum vero &c.*

Non magis, quam pars agri, quæ a lacu hauritur] ,, Id eſt, quæ a lacu inundatur. ,, Cum enim in lacu fines ſemper certi ſint, ,, & inundatio ſaltem ſit temporaria; nec ,, dominium, nec poſſeſſio mutatur: adeoque ,, nec jus alluvionis ibi locum habet. *l.* 12. ,, *pr. ff. de acquir. rer. domin. l.* 24. §. *fin.* ,, *ff. de aqu. pluv. l.* 69. *ff. de contrab. emt.*

Cujus jus non mutari, Romani recte ſentiunt] *d. l.* 12. *d. l.* 24. Sed nec in inundatione majori jus (ſed ſolam poſſeſſionem) mutari dixere, niſi novus alveus fiat.

Flumina cenſitorum vice fungi] Neque JCti Romani *in l.* 39. §. 3. *ff. A. R. D.* id pro jure naturali venditarunt, ſed pro jure gentium ſecundario.

Additio.

Digitized by Google

Additio.

,, Imo hoc maxime naturale eſt; JCti enim ,, ſupponunt, cenſitores poſſeſſoribus agro- ,, rum arcifiniorum flumen pro termino de- ,, diſſe. Hoc poſito, naturale eſt ut quidquid ,, intra illum terminum continetur, pars agro- ,, rum eſſe cenſeatur, quia ibi terminus eſt, ,, ubi eſt flumen. Quando igitur flumen pau- ,, latim pedetentim recedit, vel uno impe- ,, tu alveum derelinquit, terra alvei, quæ ,, acceſſit vicinis agris, & intra terminos ,, fluminis continetur, æque poſſeſſoribus ,, agrorum acquiritur, ac ſi cenſitores illa in- ,, crementa poſſeſſoribus addixiſſent. Hacte- ,, nus igitur recte dixere JCti, *flumina cen-* ,, *ſitorum vice fungi.* De cenſitoribus vid. ,, *Gronov. h.*

En quod Nilus per incrementa &c.] ,, Au- ,, ctor ex Melio vult probare, per inunda- ,, tionem fines non mutari, idque exemplo ,, Nili; at Melius loquitur de inundatione ,, temporaria, quæ ſtato tempore recedit, ,, adeoque per quam nec poſſeſſio, nedum ,, jus tollitur. Hic igitur verum eſt, inun- ,, dationem nihil de privato in publicum ,, addicere, quia inundatio alveum non mu- ,, tat, adeoque idem flumen manet. Sed & ,, porro omnes Ægyptiorum agri limitati ,, erant, ubi naturaliter quoque jus alluvio- ,, nis ceſſat.

2 *Quod noſtrum eſt, noſtrum eſſe non deſi-* *nere, niſi facto noſtro*] ,, Auctor ſententiam ,, JCtorum Romanorum, *quod per inunda-* ,, *tionem graviorem jus mutetur*, confutat ,, ex regula juris: quod noſtrum eſt, ſine ,, facto noſtro nobis auferri non poſſe. At ,, 1. dictum eſt, neminem JCtorum aſſeruiſ- ,, ſe, per inundationem graviorem jus mu- ,, tari; ſed tunc demum, ſi novus alveus ,, fit. *L.* 1. §. 9. *ff. de flumin.* Sed & 2. nec ,, in mutatione alvei regula illa locum ha- ,, bet, utpote quæ ſupponit *factum hominis*; ,, alius enim ſuo facto jus mihi quæſitum ,, auferre nequit. At *facto naturæ* jus mihi ,, auferri poteſt etiam citra meam volunta- ,, tem. Tale factum naturæ eſt interitus uſus, ,, uſus enim in fundo privato tollitur per no- ,, vum alveum; & cum flumen ſit publicum, ,, etiam novus alveus publicus erit.

,, Ceterum in genere vera eſt illa regula, ,, & continetur in *l.* 11. *ff. de reg. jur.* Jus ,, enim diſponendi de re noſtra, natura no- ,, bis quæſitum eſt, quod alius auferre no- ,, bis nequit: adeoque jus illud in alium non ,, transfertur, niſi facto noſtro.

Adde, aut lege] ,, Nam in id conſenſere ,, cives, ut ſuperior ex utilitate publica jus ,, natura quæſitum ſubditis auferre poſſit.

Sub factis autem & non facta comprehen- *di*] ,, Quo refert tacitam derelictionem, quia ,, longo tempore tacens habetur pro con- ,, ſentiente; quod examinavimus ſupra *l.* 2. ,, *c.* 4. §. 5.

Quatenus conjecturam adferunt voluntatis] Immo conjecturam voluntatis jus non muta- re, vidimus *d. c.* 4. §. 5.

Quare hoc damus, ſi graviſſima ſit inunda- *tio, neque alia ſigna ſint &c. facile præſumi,* *agrum habitum derelictui*] ,, Auctoris argu- ,, mentum tale eſt: per inundationem gravio- ,, rem jus non mutari, quia res non deſinit ,, eſſe mea ſine facto meo, niſi pro dereli- ,, cto habeam; voluntatem autem derelin- ,, quendi præſumi ex graviſſima inundatione. ,, At nec hoc verum eſt; nam jus meum ex ,, præſumtionibus nunquam tollitur: adeo- ,, que jus domini pleniſſimum etiam in terra ,, inundata in perpetuum manet, licet poſ- ,, ſeſſio deſinat.

Quæ æſtimatio &c. legibus civilibus definiri *ſolet*] Dixi, jure naturæ dominium per inun- dationem non tolli, nec præſumi derelictio- nem, ſed de tali voluntate conſtare debere. At legibus civilibus in pœnam negligentiæ, vel ob utilitatem publicam, certum tempus præfigi ſolet, & poteſt, intra quod domi- nium ſilentis pereat; ſed id meri juris ci- vilis eſt.

In Hollandia] ,, Grœneweg. *ad* §. 24. *Inſt.* ,, *de rer. diviſ. Conſult. JC. Batav. part.* 2. ,, *conſ.* 26. *n.* 2. Grot. *Introduct. l.* 2. *p.* 9. ,, *n.* 1. & 2.

Receptum apud nos non immerito eſt] ,, Grœ- ,, neweg. *ad* §. 24. *Inſt. de rer. diviſ.* Grot. ,, *Introduct. l.* 2. *p.* 9. *n.* 8.

Quod Romani rejiciunt] In *L.* 23. *ff. quib. mod uſuſfr. vel uſ. amitt.* ibi: *ſi ager, cujus uſusfructus noſter ſit, flumine, vel mari inun- datus fuerit, amittitur uſusfructus; cum etiam ipſa proprietas eo caſu amittatur: ac ne pi- ſcando quidem retinere poterimus uſumfructum. Sed quemadmodum, ſi eodem impetu diſceſ- ſerit aqua, quo venit, reſtituitur proprietas: ita & uſumfructum reſtituendum, dicendum eſt.* Conſ. *l.* 10. §. 2. *ff. eod.* Romani JCti re- cte ſtatuerunt, piſcationem non eſſe actum, quo poſſeſſio terræ retineretur; piſcatio enim non eſt uſus terræ, qui ſolus fructuario con- ceſſus eſt: neque ſoli domino, ſed & aliis (qui tamen nec dominium habent, nec poſ-

ſident) competit, quia piſcatio publica eſt: neque magis poſſidere hanc terram dicere poteſt, quam annulum, quem in mare dejecit; nam nec illa magis, quam hic, in facultate naturali eſt, ſine qua poſſeſſio non datur.

Additio.

,, Mirum videtur in *d. l.* 23. ſtatui, per ,, inundationem fluminis, vel maris, ipſam ,, tolli proprietatem; quod tamen ſupra negavimus. Reſp. intelligitur hic inundatio ,, talis, per quam novus alveus conſtituitur, ,, ita enim textus hic explicari debet. Vid. ,, *ſupra* §. 8.

Solebant principes tempus præfigere] ,, Edictum tale refert Grœneweg. *ad d. l.* 8. *C. de omn. agr. deſert.* De Romanorum more ,, vide Gell. *Noct. Attic. l.* 4. *c.* 12.

Siccare agros] ,, Equidem hoc caſu elapſo ,, tempore perit dominium, non facto naturæ, neque derelictione; ſed lege civili, ,, quæ nititur utilitate publica. *Vid. ſup. h. n.* ad v. *quæ æſtimatio &c.*

Tum monebantur, qui in agros jus pignoris habebant] ,, Nam in horum præjudicium ,, dominus deſerere jus ſuum non potuit.

Deinde hi, qui juriſdictionem aut civilem &c.] ,, Nam nec horum jus poſſeſſores ſua ,, negligentia auferre potuerunt.

Tum eorum jus omne ad principem deferebatur] ,, Jam enim res vacabat, heroque ,, carebat, indeque principes jure imperii de ,, hac re vacante diſponere potuerunt.

Suique patrimonii faciebat] ,, Id eſt fiebant vel bona coronæ, vel domania.

Aut aliis ſiccandos dabat, retenta parte] ,, Gothi facultatem ſiccandi aliis concedebant, non retenta patre. Caſſiodor. *Variar. l.* 2. *ep.* 21. & 33. Teſmar. *h.*

A d §. X I.

H o c *eſt, de adjectione particularum, quæ a nullo vindicari poſſunt, quia unde veniant neſcitur*] ,, Nam alluvio definitur incrementum latens, quod prædio noſtro vi fluminis ita paullatim accedit, ut intelligi ,, non poſſit quantum quoque temporis momento adjiciatur. §. 20. *Inſt. de rer. diviſ.*

Alioqui enim naturaliter dominium non mutabunt] ,, Exemplo cruſtæ, ſeu portionis terræ, quam dominus vindicare poteſt antequam coaluit. *L.* 9. §. 2. *ff. de damn. inf.*

Certum haberi debet, hanc quoque eſſe populi] Quia pars eſt alvei, qui publicus eſt, & ſub occupatione univerſali continetur: quanquam jure gentium id mutatum, & commodum hoc vicinis relictum ſit. Vid. §. *ſeq.*

Additio.

,, Dictum jam eſt, naturali ratione hanc ,, acceſſionem eſſe prædii vicini, ſi ager eſt ,, *arcifinius*, utpote cujus limes naturalis eſt ,, flumen: unde aliud obtinere, diximus, in ,, prædiis *limitatis*, ubi acceſſio illa, utpote ,, extra limites ſita, eſt nullius, & cedit occupanti.

Si modo populus flumen dominio occupaverit] ,, Populus occupando territorium, & ,, flumen eo territorio comprehenſum, ſolum ,, imperium occupat, non vero dominium ,, generale privatum; id enim non niſi occupatione corporali ſingularum rerum acquiritur. Vid. *ſupr.* §. 9. *l.* 2. *c.* 3. §. 19. ,, Adeoque verum non eſt, incrementum, ,, quod accedit per alluvionem, eſſe in proprietate populi; ſed eſt nullius, & cedit ,, occupanti in agris limitatis: in agris vero ,, arcifiniis, illis prædiis, quibus flumen pro ,, termino aſſignatum eſt.

Quod in dubio credendum eſt] Imo in dubio ſub generali occupatione nil niſi imperium continetur. *Vid. d.* §. 19.

A d §. X I I.

A u c t o r ait, alluvionis commoda jure quidem naturæ ad populum pertinere: at eum poſſe vicinis ea concedere; idque Romanos feciſſe. Addit, aliquando in ipſa aſſignatione flumen ſolum limitem a populo conſtitui, ut olim in Hollandia. Atque his caſibus uſum maximum eſſe, ait, diſtinctionis in agros arcifinios, & limitatos; ut illo caſu alluvio locum habeat, non hoc. At diximus, jus illud, quo privatis tribuitur commodum alluvionis, non eſſe ſaltem jus civile plurium gentium, ſeu, ut Auctor vocat, jus gentium voluntarium arctius, ſed verum jus gentium ſecundarium, quia gentes ob mutuas neceſſitates, & utilitates, id inter ſe conſtituerunt.

Additio.

,, Probavi in præcedentibus, populum occupando imperium, non acquirere dominium generale privatum: adeoque incrementa fluvialia non contineri ſub illo dominio. Demonſtravi, hæc incrementa eſſe ,, in nullius bonis, ac proprietate; adeoque acquiri

,, acquiri occupanti, niſi a populo aſſignata
,, ſint privatis: uti ſunt in agris *arcifiniis*,
,, non in *limitatis*. Quæ jura non oriuntur
,, ex jure gentium voluntario, ſed ex ipſa
,, ratione naturæ, ſeu ex jure gentium, quod
,, vocant primævum.

Sed populus] ,, Qui ex mente Auctoris non
,, tantum imperium, ſed & dominium gene-
,, rale occupavit. *Vide* §. *præced.*

Ut aliis] ,, Qui non ſunt vicini.

*Ita & proxima prædia poſſidentibus jus il-
lud concedere poteſt*] ,, Quia populus occu-
,, pato imperio legem rebus ſub imperio
,, comprehenſis dicere, & ſingulis faculta-
,, tem occupandi concedere poteſt.

*Et conceſſiſſe haud dubie videtur, ſi agri
illi non alium finem ex ea parte, quam na-
turalem, id eſt, flumen ipſum habent*] ,, Ad-
,, eoque ſi agri ſunt arcifinii; tunc enim ubi
,, flumen eſt, ibi eſt terminus agri: ſi proin-
,, de flumen recedit, terra, quæ agro per
,, alluvionem accedit, intra fines aſſignatos
,, continetur.

*Quare non contemnenda eſt hac in parte
Romanorum diligentia, qui limitatum agrum
ab aliis agris diſtinxerant*] ,, Hoc ex ipſa
,, agrorum natura ſequitur; nam naturale
,, eſt ut alluvio in agris arcifiniis obtineat,
,, non in limitatis. Ex quo apparet, Aucto-
,, rem mentem, & rationem JCtorum non
,, rite percepiſſe, cum re ipſa ab eis non
,, diſſentiat.

Agrum menſura comprehenſum] ,, Id eſt,
,, certa quantitate, v. g. duobus jugeris con-
,, ſtantem; nam quidquid ultra illam quan-
,, titatem accedit, eſt extra dominium poſ-
,, ſeſſoris. In utroque hoc agrorum gene-
,, re idem jus obtinere, jam ſupra dixit Au-
,, ctor *l.* 2. *c.* 3. §. 16. *n.* 1.

*Nam quæ de imperiis ſupra diximus &c.
eadem & in agris privatis obtinent*] ,, Uti
,, enim imperii fines mutari, ſtatuit, ſi im-
,, peria ſunt arcifinia, id eſt, ſi per flumen
,, terminantur; non ſi ſunt limitata, id eſt,
,, ſi certi fines conſenſu partium ſtatuti ſunt,
,, *l.* 2. *c.* 3. §. 16. & 17: ita quoque mutato
,, curſu fluminis, dominiorum privatorum
,, fines mutari, ait, in agris arcifiniis, non
,, in limitatis; quod examinavimus *d. l.*

*Sed hoc adhibito diſcrimine, quod imperia
in re dubia credenda ſunt eſſe arcifinia*] ,, Si
,, ſcilicet flumine terminantur: at idem quo-
,, que in agris privatis obtinet.

*Quia id territorii naturæ maxime conve-
nit*] ,, Immo ex natura limitis naturalis, ſcil.
,, fluminis, id ſequitur.

*At agri privati magis eſt ut arcifinii non
credantur*] ,, Immo eadem ratio eſt; nam ſi
,, flumen limes naturalis eſt ejus agri, ne-
,, ceſſario ſequitur, omne id meum eſſe, quod
,, intra limitem hunc naturalem continetur:
,, adeoque agrum meum eſſe uſque ad flumen,
,, ſive illud accedat, ſive recedat.

*Quia hoc privatarum poſſeſſionum naturæ
eſt congruentius*] ,, Imo dixi, eandem ubi-
,, que eſſe rationem. Sane, ipſe Auctor *ini-
,, tio hujus* §. ſtatuit, in dubio agros priva-
,, tos, ſi alium limitem præter naturalem, i. e.
,, flumen ipſum, non habeant, eſſe arcifi-
,, nios, indeque alluvionis jus habere.

Neque tamen negamus, fieri poſſe, ut po- 2
*pulus agrum aſſignet eo jure, quo ipſe occu-
paverat*] ,, Ex hypotheſi Auctoris populus,
,, qui jure dominii generalis, & privati oc-
,, cupat totam provinciam, terminos, & li-
,, mites ſibi conſtituere cenſetur naturales,
,, non manu factos: id eſt, occupare vide-
,, tur uſque ad flumen; unde concludit, eum
,, eodem jure aſſignare poſſe agros privatis.
,, At diximus, agros ad flumen ſitos, &
,, privatis aſſignatos, ſemper eſſe arcifinios.

Jus eſſe alluvionis] ,, Non ideo, quaſi an-
,, tea vi dominii generalis incrementum hoc
,, in dominio populi fuerit, jam vero in poſ-
,, ſeſſorem devolutum ſit; ſed quia in agris,
,, quorum terminus eſt flumen, alveus jure
,, dominii ad poſſeſſorem pertinet, qui in-
,, crementum hoc latens jure rei ſuæ ac-
,, quirit.

*Quod in Hollandia ante ſecula aliquot judi-
catum eſt de agris ad Moſam, & Iſalam ſi-
tis*] ,, Vid. Grot. *Introduct. l.* 2. *p.* 9. *n.* 14.
,, *ibique notata Grœneweg.* Idem quoque in
,, Friſia occidentali obtinere, ait Grot. *d. l.*
,, Conf. Grœneweg. *ad* §. 23. *Inſt. de rer. di-
,, viſ.* At id juris communis eſt.

In literis mancipationum] ,, Mancipatio
,, erat antiqua vendendi ratio, quæ adhibi-
,, to ære, & libra, fieri ſolebat. *Vid. Teſ-
,, mar. h.* Auctor vocem hanc ſumit pro
,, traditione, quia prædia illa pro certo cen-
,, ſu, vel ſub certo onere poſſeſſoribus man-
,, cipantur.

Libris cenſualibus] ,, *Landſrekeningen.* Vid.
,, *Gronov. h.* Germanice *Steuer-Zins-Schoſs-
,, Rent - und Erb - Regiſter.* Vid. Joh. Chr.
,, Triesleben *Diſp. de libris cenſualibus.*

Et tales agri ſi vendantur, naturam ſuam,

& jus alluvionis retinent] ,, Venduntur enim
,, cum ſuis limitibus, id eſt, uſque ad flu-
,, men.

Quamvis in lege emtionis menſura aliqua nominata fuerit] ,, Scilicet, non per modum
,, taxationis, ſed demonſtrationis, uti Au-
,, ctor ſtatim id explicat.

Dum tamen vendantur non ad menſuram, ſed ſuo corporis nomine] ,, Germanice *in*
,, *Pauſch und Bogen;* quia menſura tunc
,, ſaltem *demonſtrationis* gratia adjecta, &
,, idem eſt, ac ſi nihil de menſura dictum
,, ſit: hinc periculum, & commodum hoc
,, caſu ſtatim eſt emtoris, per textum ex-
,, preſſum in *l.* 7. *pr. ff. de peric. & commod.*
,, *rei vend.*

,, Si vero certa menſura nominata eſt *ta-*
,, *xationis* gratia, v. g. ſi Titius vendit Cajo
,, fundum, eumque centum jugera continere
,, aſſerit, cum nonaginta ſaltem adſint; tunc
,, venditor ſupplere numerum tenetur, etſi
,, poſtea per alluvionem decem jugera ac-
,, creverint. Niſi incrementum illud acceſſe-
,, rit ante manifeſtationem modi, *l.* 13. §. 14.
,, *ff. de act. emt. & vendit.* quia hoc caſu
,, nondum perfecta fuit emtio; aliquid enim
,, adhuc agendum ſupererat: ante publica-
,, tionem enim modi non apparebat quid,
,, quale, & quantum venditum fuerit. *l.* 8.
,, *pr. &* §. 1. *ff. de peric. & commod. rei*
,, *vend.* Aliud igitur obtinet 1°. ſi alluvio-
,, nis incrementum poſt publicationem mo-
,, di, adeoque perfecta emtione accedit. *d.*
,, *l.* 13. §. 14. 2°. Si venditor, ſciens no-
,, naginta tantum jugera extare, centum
,, vendiderit; hoc enim caſu leges Romanæ
,, in pœnam doli lucrum hoc, etiam ante
,, modi manifeſtationem, emtori tribuunt.
,, Conf. *Jus meum controverſ. tit. de con-*
,, *trah. emt. qu.* 2. Franzk. *tit. de act. emt.*
,, *p.* 104. *ſeq.*

Naturam ſuam] ,, Nam ſupponit, popu-
,, lum agrum aſſignaſſe eo jure, quo ipſe
,, occupaverat; fingit autem, eum occupaſſe
,, dominium privatum generale.

Et jus alluvionis] ,, Aſſignato enim agro,
,, & generali dominio, jus eſſe alluvionis,
,, dixit in *pr. h. n.*

Quod Romanis quoque legibus proditum eſt]
,, *d. l.* 13. *d. l.* 7.

Et paſſim uſurpatur] ,, Præter allegatos
,, Auctores, vide Beatum Parentem in *Diſp.*
,, *de jure circa actus imperfect. ſect. I.* §. 2.

Ad §. XIII.

Id *& de relicta ripa*] Ripa igitur, ſi flumen recedit, naturaliter cedit populo; in fluminibus ſcilicet occupatis (in non occupatis enim Auctor ripas cedere, ait, ei, qui primus poſſeſſionem prehendit), niſi populus privatis conceſſerit: quod jure gentium ita ſtatutum eſt.

Additio.

,, Uti omnia incrementa fluvialia in agris
,, arcifiniis cedunt poſſeſſoribus agrorum, non
,, populo: ita & illud, quod relicta ripa agro
,, accedit, ſive paullatim recedat aqua, ſive
,, uno impetu alveus deſeratur; populum ve-
,, ro dominium generale, & privatum occu-
,, pando non acquirere, toties dictum eſt.

Et ſiccata parte alvei] ,, Tunc enim pede-
,, tentim paulatim aliquid accreſcit ripæ.

In non occupatis] ,, Id eſt, in eis, in qui-
,, bus populus dominium generale non oc-
,, cupavit. Vid. §. 9. *n.* 3. Etſi enim populum
,, plerumque id feciſſe, præſumat, vide *ſu-*
,, *pra* §. 11; non tamen ſemper id fieri,
,, exemplo maris indicare voluit ſupra §. 9.
,, *n.* 3. *in fin.* At diximus ibidem, tale do-
,, minium generale non dari: adeoque agros,
,, qui ſub imperio populi continentur, nec
,, in ſingulos diſtributi ſunt, non eſſe in do-
,, minio populi, ſed quoad proprietatem nul-
,, lius eſſe, & cedere occupanti; niſi po-
,, pulus dominium quoque privatum occu-
,, pare voluerit, quod factum eſt in fundis
,, fiſcalibus &c.

Sint ea occupantis] ,, Quia nullius ſunt;
,, cum ex hypotheſi Auctoris nec dominium
,, generale a populo occupatum, nec ripa
,, illa privatis aſſignata ſit.

In fluminibus occupatis] ,, In quibus popu-
,, lum dominium generale occupaſſe, fingit.

Populi] ,, Diximus, populum ſolum jus im-
,, perii per occupationem generalem territorii
,, acquirere; res autem ſingulas nullius, id
,, eſt, in nullius bonis, & proprietate eſſe.

Privatorum autem ita demum &c.] ,, Non
,, ex ea ratione, quaſi populus dominium
,, ſuum generale in privatos tranſtulerit, uti
,, Auctor putat, vide §. 12. *pr.;* ſed quia flu-
,, men, & quidquid ad flumen pertinet, li-
,, mitem ex aſſignatione populi conſtituit.

Agrum ad flumen excurrentem] ,, Id eſt,
,, arcifinium; ſecus ſi limitatus eſt.

Ad

Digitized by Google

A d §. XIV.

Cum *alind eſſe jus, diximus, inſulæ, aliud vero alluvionis*] „ *Inſulam* enim in flu-
„ mine publico natam ſemper publicam eſſe
„ §. 9. *n.* 1. *in fin.* & *n.* 3; ea autem, quæ
„ per *alluvionem* accedunt, vicinis eo jure,
„ quo ipſe populus occupavit, aſſignari ſo-
„ lere ſi agri ſunt arcifinii, dixit *d.* §. 12.
„ At utrobique idem jus, eademque deciden-
„ di ratio eſt; nam etiam inſula acquiritur
„ vicinis prædiis ſi agri eorum ſunt arcifinii.
„ *L.* 7. §. 3. *l.* 65. §. 1. & 2. *ff. de acquir. rer.*
„ *domin. l.* 29. *ff. eod. l.* 6. *ff. de rer. diviſ.*
„ *l.* 1. §. 6. *ff. de flumin. l.* 24. *ff. de damn.*
„ *infect.* §. 22. *Inſt. de rer. diviſ.* Conf. *Diſſ.*
„ *proœm. XII.* §. 276.

Utro nomine] „ Inſulæne, an alluvionis:
„ *Gronov. b.* Priori enim caſu, ex mente Au-
„ ctoris, incrementum populo: hoc caſu,
„ vicinis cederet.

Quod cum emineat non nibil, cum proximis prædiis ita cohæret] Male quærit Auctor, *an id alluvio ſit, an inſula*? adeoque an privatis cedat, an publica ſit? nam id certum, nec de eo quæſtio eſt: ſed id quæritur, quando ſolum quæſitum, vel amiſſum videatur? Ponamus enim, æſtivo tempore portionem terræ in flumine eminere; quæritur, quando hæc eminentia ſit acquiſita, vel amiſſa? Reſp. *quæſita* videtur quando in perpetuum aqua abſceſſit: non ergo terra illa quæſita videtur, ſi per æſtatem ob nimium calorem ita exſiccetur alveus, ut portio terræ emineat; non enim deſinit eſſe pars fluminis, quia hyberno tempore, aqua excreſcente, tegi ſolet; adeoque eminentia illa manet populi: aqua autem tunc in perpetuum recedit quando novum alveum facit, in quo aqua in perpetuum decurſura eſt.

Additio.

„ Auctor hic ſupponit caſum, ubi tota vis
„ fluminis ab una parte eſt; ab altera vero
„ parte eminentiæ quædam ſe produnt, quæ
„ cum vicinis prædiis cohærent: ita tamen
„ ut inter eminentias illas, & prædia interje-
„ cta planitie, aqua, licet pauciſſima, ſuper-
„ fundatur. Hoc caſu quæritur, an illa plani-
„ ties cum eminentiis, alluvionis jure vicinis
„ poſſeſſuribus, quorum prædiis planities illa
„ cohæret, acquiratur: an vero eminentiæ
„ jus inſularum habeant, id eſt, populo ce-
„ dant? Auctor ait, naturaliter diſcretum,
„ & ſeparatum videri id, qua majori tempo-
„ ris parte navigio tranſiri ſolet; adeoque par-
„ tem minus navigabilem, cum eminentiis,
„ jure *alluvionis* vicinis acquiri: indeque jus
„ *inſulæ* hic non obtinere, putat. At diximus
„ in genere, idem jus obtinere in alluvione,
„ & in inſula; in caſu vero propoſito ex neu-
„ tro capite hoc incrementum cedit vicinis.
„ Nam cum hic idem flumen ſit, quod ab una
„ parte navigabile eſt, ab altera vero parte
„ non eſt; totum hoc flumen manet publicum;
„ ripa priſtina hic manet, & pars ſaltem flu-
„ minis minus navigabilis redditur: ut proin-
„ de *jus alluvionis* locum non habeat, quia
„ nihil adjicitur ripæ, ſed aqua ſaltem minui-
„ tur tempore æſtivo. Nec *jus alvei derelicti* hic
„ obtinere poteſt, quia alveus non derelinqui-
„ tur, nedum uno impetu, nec novus al-
„ veus conſtituitur. Sane, ex doctrina JCto-
„ rum Romanorum conſtat, non deſinere eſ-
„ ſe flumen publicum ideo, quod navigabile
„ eſſe deſinat. *L.* 1. §. 12. & 18. *ff. de flu-*
„ *min.* Sed nec jus *inſulæ* hic obtinet, quia
„ ſupponimus, tempore hyberno eminentias
„ illas aqua tegi.

Addita occupatione] „ Id eſt, prehenſa
„ poſſeſſione inducto plauſtro.

Ut diſcretum videatur] „ Id eſt, ut ea
„ portio alvei, quæ navigabilis eſt, ſeparata
„ videatur ab ea, quæ non eſt. At dictum
„ jam eſt, navigium diſcretum eſſe, non flu-
„ men: adeoque verum non eſſe, alteram al-
„ vei partem minus navigabilem occupari
„ poſſe; flumen enim manet.

A d §. X V.

Auctor quærit, *an terris in feudum conceſſis, etiam fluvialia incrementa conceſſa videantur?* Reſp. totum id pendet ex literis inveſtituræ, & tenore conceſſionis. In dubio, conceſſo territorio, vel fundo, flumina non videntur conceſſa, ſed manent populi concedentis.

Additio.

„ Grotius diverſas hic cumulat quæſtiones,
„ quæ ſeparatim examinari merentur.

„ *Primo* quæritur, an conceſſo imperio,
„ id eſt jurisdictione, etiam conceſſa videan-
„ tur incrementa fluvialia? Recte id negat
„ Auctor; non enim hic quæritur de conceſ-
„ ſione agrorum, & de eorum incrementis;
„ ſed de ſolo imperio; adeoque nil niſi juris-
„ dictio acquiritur in illa incrementa, quæ

Digitized by Google

,, poſſeſſoribus agrorum arcifiniorum accedunt.

,, *Secundo* quæritur, an ſi vaſallo præter juriſdictionem conceſſa ſit univerſitas agrorum, v. g. comitatus, ei cedant incrementa fluvialia? Quod merito affirmatur, ſi comitatus limites ad flumen usque pertingunt, nec poſſeſſores privati agros arcifinios tenent.

,, *Tertio* quæritur, ſi Princeps ipſum flumen alicui in ſeudum dat, an inſulæ quoque in flumine natæ ei acquirantur? Auctor affirmat. At merito excipimus caſum ſi agri vicini ſunt *arcifinii*: tunc enim vicinis jus quæſitum auferri nequit; inſulas enim in flumine natas acquiri vicinis prædiis, ſi agri ſunt arcifinii, ſupra probavimus.

,, *Quarto*, ſi vaſallo nec flumen, nec univerſitas agrorum conceſſa ſit, quæritur, cui cedant hæc incrementa? Auctor ait, fiſco; niſi longi temporis poſſeſſio accedat. At verius eſt, ea hoc caſu nunquam cedere fiſco; ſed vel vicinis, ſi eorum agri ſunt *arcifinii*: vel occupanti, ſi agri ſunt *limitati*.

,, *Quinto* quæritur, ſi ipſe ager in feudum datur an ei cedant incrementa fluvialia? Et affirmatur, ſi ager ille eſt *arcifinius*, non ſi eſt *limitatus*; hoc enim caſu quod accedit ultra limites nullius eſt, & cedit occupanti.

1 *Inter principem, qui jure populi utitur*] ,, Id eſt, qui præter imperium etiam dominium generale, & privatum habet. Vid. *ſupra* §. 9.

Et ejus vaſallos, qui imperium ſummo minus acceperunt] ,, Id eſt, quibus jurisdictio omnimoda in ſeudum conceſſa eſt.

In imperii ſola conceſſione fluvialia incrementa non ineſſe, ſatis apertum eſt] ,, Quia Auctor ſupponit, Principem dominium ſuum generale hac conceſſione non tranſtuliſſe.

Horum Vaſallorum nonnullos cum illo definito imperio ſimul accepiſſe agrorum univerſitatem] ,, Adeoque diſtinguit Auctor, an ſola juriſdictio in feudum conceſſa ſit, an præterea etiam univerſitas agrorum: hoc caſu incrementa fluvialia vaſallo conceſſa, ait.

Salvo eo, quod privatis competit] ,, Si enim privatis agri illi ante conceſſionem fuere aſſignati uſque ad flumen, id eſt, ſi agri ſunt *arcifinii*; jus alluvionis illis competit, non vaſallo: ſi vero agri vicinorum ſunt *limitati*, id quod accedit, cedit vaſallo.

Quod ager is olim populi, aut principis fuerit] ,, Scilicet, jure dominii generalis, & privati. Vid. *ſupra* §. 9. *n.* 1.

Aut a principe ſiccatus] ,, Adeoque qui eſt in proprietate, & dominio privato Principis.

Quin vaſalli jus habeant, quod populi, aut principis fuit] ,, *Populi*, jure dominii generalis, & privati: *Principis*, qui forte exſiccavit terras, vi dominii particularis. At diximus 1. populum occupando terram non occupare dominium nec generale, nec particulare: 2. vaſallum cui ager arcifinius ſive a populo, ſive a Principe aſſignatur, lucrari incrementa fluvialia: 3. in agris limitatis incrementa illa cedere occupanti; non vero, uti Auctor putat, populo.

Etiam qui de civilibus tantum judices dant] ,, Id eſt, quibus inferior ſaltem juriſdictio in feudum data eſt.

Pro tota agrorum univerſitate tributum pendere] ,, Adeoque & pro incremento, quod agris arcifiniis accedit.

Pro privatarum poſſeſſionum modo ferunt] ,, Quod jus ſubcollectandi vocant.

Et his de alluvionibus non movetur controverſia] ,, Quod verum eſt ſi agri ſunt arcifinii; tunc enim privati poſſeſſores pro incremento quoque penſionem ſolvunt.

Sunt quibus flumen ipſum datum eſt] ,, Si quis de ipſo flumine eſt inveſtitus.

Qui proinde inſulas &c. ſuas recte dicunt] ,, Quod verum eſt ſi poſſeſſorum agri ſunt *limitati*; hoc enim caſu incrementa fluvialia ſunt publica, id eſt, nullius in bonis: adeoque populus ea aſſignare ſubditis poteſt, uti aſſignat concedendo flumen. Aliud dicendum ſi illi, qui ad ripam habitant, agros habent *arcifinios*; his enim jus ſemel per aſſignationem in incrementa fluvialia quæſitum auferri neqoit.

Sive limo aggeſtas] ,, Quod fit in locis, ubi ob depreſſum ſolum, magnitudinem amnium, & vicinitatem maris, limus hinc recipitur, illuc revehitur, per æſtuum vices. Vid *ſupra* §. 9. *n.* 2.

Factas ex alveo, quem amnis circumluit] ,, Inſula *vel* intra ripas naſcitur, ſi ſcil. amnis terræ portionem, quæ ex alveo eminet, circumluit: *vel* extra ripas, ſi amnis agrum vicinum circumluit, *l.* 30. §. 2. *ff. de acquir. rer. domin.* Hæc dominium non mutat: *illa* acquiritur vicinis prædiis, ſi agri ſunt arcifinii. Vid. B. Parentis *Hypomnem. Inſt. tit. de rer. diviſ.* §. 29. Si ſunt limitati, cedunt ei, qui flumen in feudum accepit.

,, Inſulæ

Digitized by Google

,, Inſulæ ex virgultis natæ ſemper acquiruntur ei, qui flumen feudi jure tenet, ſive agri ſint limitati, ſive arcifinii. *Vid. ſupra* §. 9. *n.* 3.

2 *In quorum inveſtitura nec illud comprehenſum eſt*] ,, Id eſt, quibus nec univerſitas agrorum cum imperio, nec flumen feudi jure conceſſum eſt.

Et horum adverſus fiſcum mala cauſa eſt] ,, Imo fiſco nullum jus competit. Nam ſi agri ſunt arcifinii, incrementa acquiruntur vicinis prædiis; ſi agri ſunt limitati, incrementa fluvialia cedunt occupanti. Ceterum populum imperium quidem occupare, non vero dominium, nec generale, paſſim diximus.

Niſi aut mos regionis illis faveat] ,, Illis, quibus nec flumen, nec univerſitas agrorum in feudum data ſunt. At dictum eſt, fiſco nullum jus competere in illa incrementa.

Aut longi ſatis ſerie temporis poſſeſſio] ,, Pariter dicendum, fiſcum nihil juris ſibi arrogare poſſe in illa incrementa; etſi vaſalli longo tempore non poſſideant.

Accedentibus quæ oportet] ,, Jure Romano ad uſucapionem requiruntur juſtus titulus, & bona fides: & ad præſcriptionem fundi patrimonialis quadraginta anni. *L. fin. C. de fund. patrim.*

Sed ager in feudum datus ſit] ,, Adeoque ſi non univerſitas agrorum cum imperio, & cum dominio generali, (utpote quod populum occupaſſe, fingit,) ſed proprietas, & dominium agri particulare alicui aſſignatur.

Videndum quæ ſit agri natura] ,, An ſcilicet ager ſit arcifinius, an vero limitatus.

Nam is ſi eſt arcifinius, alluvio feudo comprehenſa cenſebitur] ,, Quia flumen limes eſt agri noſtri; quidquid igitur per alluvionem ei accedit, intra flumen, id eſt, intra limitem eſt. Conf. 1. *Feudor.* 4. *in fin.*

,, Quid ſi ſit limitatus? Auctor exiſtimat, incrementum eſſe populi, §. 9. *n.* 3: idque vi generalis, & privati dominii, quod populum occupaſſe fingit, *d.* §. 9. *n.* 1. Nos alibi probavimus, populum præter imperium nihil occupaſſe; ſed quædam in ſingulos diſtribuiſſe, quædam vero in ſtatu naturali reliquiſſe. Hæc igitur manent res nullius, in nullius ſunt bonis, & patrimonio: adeoque cedunt occupanti.

Non ex jure peculiari principis] ,, Quaſi hic jus ſuum dominii generalis vaſallo conceſſerit. *Vid.* §. 9. & 12. Nam tale dominium non exſiſtere, vidimus.

Sed ex agri qualitate] ,, Quia ſcilicet ager aſſignatus eſt uſque ad flumen: ubicumque igitur flumen eſt, eo uſque procedit terminus.

,, Sed ex eadem agri qualitate ſequitur, agrum, ſi limitatus eſt, finiri cum limite: ſi quid igitur extra illum limitem accedit agro, id nec vicinis cedit, nec populo jure dominii generalis; ſed incrementum hoc, tamquam res nullius, cedit occupanti.

Nam & uſufructuario tali caſu alluvio prodeſſet] ,, Diſſenſus inter Ulpianum, & Paulum hic intercedit. *Hic* negat, alluvionis uſumfructum ad fructuarium pertinere, addita ratione, quia alluvio non eſt fructus fundi. *Paul. ſent. l.* 3. §. 6. §. 22. *Ille* affirmat in *l.* 9. §. 4. *Uſufr.* Ratio naturalis in aprico eſt; alibi enim demonſtravimus, ad fundum arcifinium etiam pertinere proprietatem ripæ, & alvei quoad uſus privatos. *Diſſ. proœm. XII.* §. 275. & *ſupra* §. 8. Si proinde fundi arcifinii uſusfructus alicui legatur, omnino ripæ, & alvei, adeoque & alluvionis uſus privatus ei legatus cenſetur.

,, Neque *obſtat*, alluvionem non eſſe fructum fundi. *dict. leg.* 6. §. 22. Reſp. alia eſt quæſtio, an alluvionis incrementum ſit fructus fundi? quod merito negatur: alia, an ſit pars fundi legati? quod omnino affirmamus. Si autem eſt pars fundi, neceſſario quoque uſus ejus ad uſufructuarium pertinet; totius enim agri uſusfructus relinquitur, non partium. *d. l.* 9. §. 3.

,, Hinc apparet, idem quoque dicendum eſſe de inſula, quidquid diſſentiat Ulpianus *d. l.* 9. §. 4. qui differentiam inter incrementum alluvionis, & inſulæ, hanc conſtituit, *quod* INSULA *proprium quaſi fundum conſtituat, cujus uſusfructus legatus non ſit:* in ALLUVIONE *autem lateat incrementum, indeque ſemper idem videatur eſſe fundus.* At hæc ſubtilius magis, quam vere diſputantur: ſane, inſula æque, ac alluvionis incrementum, eſt pars alvei, qui eſt portio agri arcifinii, cujus uſus fructuario legatus eſt.

AD §. XVI.

SECUNDUM *naturam eſt, ut cujuſque rei eum ſequantur commoda, quem ſequantur*

tur incommoda] JCti hanc regulam in *l.* 10. *ff. de reg. jur.* pronunciant non tanquam jus naturæ, ſed tanquam æquitati convenientem: ex qua æquitate jus civile conſtituitur. Non enim omne id, quod æquum eſt, ad jus naturæ referri poteſt; ſed ideo, quia æquitas id ſuadet, leges civiles inde deſumi ſolent. Et huc quoque pertinet illa regula, quod is, qui commodum rei habet, etiam incommoda ferre debeat: quam proinde Doctores varie limitare ſolent. Vid. *Barbos. l.* 3. *c.* 31. *axiom.* 3. De uſu ejus regulæ inter gentes, vide apud *Teſm. b.*

Additio.

,, Auctor ad objectionem, quod JCti ra-
,, tionem acquiſitionis per incrementa fluvia-
,, lia in eo poſuerint, *quod flumen varia pro-*
,, *curet incommoda vicinis poſſeſſoribus, in-*
,, *deque naturale eſſe, ut etiam commoda iis*
,, *tribuantur*, arg. *l.* 10. *ff. de reg. jur.* re-
,, ſpondet, rationem illam fallere, & locum
,, non habere, *niſi ubi ex re noſtra commo-*
,, *da exiſtunt*: *hic autem exiſtere e flumine*,
,, *quod alienum eſt.*

,, At 1. verum non eſt, JCtos Romanos
,, hac ratione uſos eſſe; quod *tum* ex eo pro-
,, batur, quia acquiſitiones has juri gentium
,, tribuunt: jure gentium autem falſum eſt,
,, commoda rei eum neceſſario ſequi, qui
,, incommoda fert, uti bene beatus Parens
,, obſervavit. Sane, in agris limitatis, &
,, menſura comprehenſis, ceſſat alluvionis
,, commodum, etſi agri ad flumen extendan-
,, tur, & incommodis fluminis ſint expoſiti.
,, Sed & JCti aliam rationem naturæ afferunt
,, hujus incrementi, quia ſcil. flumen limi-
,, tem conſtituit: adeoque quidquid flumine
,, continetur, (ut continentur incrementa
,, alluvionis) pars agri noſtri eſſe cenſetur.

,, Sed & 2. vera non eſt reſponſio, *quod*
,, *regula illa tantum vera ſit ſi ex re noſtra*
,, *commoda exiſtunt*; quod ſtatim demonſtra-
,, bimus.

Quare cum amnis de agro meo ſæpe partem deterat, æquum eſſe ut ejus beneficio utar]
,, Iniquum enim videtur ſi id, quod a meo
,, deteritur, damno mihi foret; quod vero
,, accedit, fiſco cederet. Atque hanc ratio-
,, nem allegare quoque ſolent Scriptores rei
,, agrimenſoriæ, jurium ignari. *Vid. Aggen.*
,, *Urbic. de condit. agror. p.* 69. *Adde ſu-*
,, *pra* §. 8. *in fin. ibique not.* At ſatis jam
,, probavimus, JCtos nullibi hanc rationem
,, allegaſſe.

Sed ea regula locum non habet, niſi ubi ex re noſtra commoda exiſtunt] ,, JCti Romani
,, nullibi allegant hanc regulam in caſibus,
,, ubi *ex re noſtra* commoda exſiſtunt; nam
,, ſi commoda *ex re noſtra* exiſtunt, onera
,, ſuſcipimus non propter commodum, quod
,, percipimus: ſed quia res noſtra eſt. One-
,, ra enim, & commoda dominium ſequun-
,, tur; quod adeo verum eſt, ut onera do-
,, minus ſuſtineat, etſi res plane ſterilis ſit,
,, nec ullum inde commodum ei oriatur.

,, Omnes igitur caſus, ubi regula illa ob-
,, tinet, loquuntur de commodo, quod *ex*
,, *re aliena* exiſtit. Ita enim 1°. cum quis
,, utitur adminiculo ex perſona auctoris, uti
,, eo debet cum ſuis vitiis, *l.* 13. §. 1. *ff. de*
,, *acquir. poſſeſſ.* Agitur igitur de commodo ex
,, cauſa aliena. 2°. Inferior ideo aquam ſupe-
,, rioris recipere tenetur, quia commodum
,, ex eo, quod omnis pinguedo terræ ſuperio-
,, ris ad eum decurrat, habet; exiſtit igitur
,, commodum ex re aliena. *l.* 1. §. 22. *ff. de*
,, *aqu. pluv.* 3°. Commodatarius ob onus pe-
,, riculi, quadruplum lucratur rei, quæ furto
,, ablata eſt; lucrum igitur hoc exiſtit ex re
,, aliena. *l.* 3. §. *fin. C. de furt.* 4°. Maritus
,, ſocius, ſoluta ſocietate, dotem, quam
,, ſtante communione ex ſocietate accepit,
,, ideo præcipit, quia onus matrimonii ſuſti-
,, net, *l.* 65. §. *fin. ff. pro ſoc.*: adeoque hic
,, quoque commodum oritur ex re pro parte
,, aliena.

At hic exiſtunt e flumine, quod alienum eſt] ,, Immo nec hoc admitti poteſt. Dixi-
,, mus enim, poſſeſſorem agri arcifinii pro-
,, prietatem habere omnis agri, qui intra
,, flumen continetur, adeoque & ripæ, &
,, alvei, quod ad uſus privatos attinet. Lu-
,, cra igitur alluvionis ſunt commoda, quæ
,, ex re propria, non ex re aliena exiſtunt.

Quod autem perit, domino perire] ,, Ad-
,, eoque populo, vel Principi, quos domi-
,, nium generale occupaſſe, fingit. At dixi-
,, mus 1. populum non occupaſſe generale
,, dominium: adeoque id perire ei nequit.
,, Diximus 2. poſſeſſorem agri arcifinii do-
,, minum eſſe agri, ripæ, & alvei, quoad
,, effectum dominii privati; indeque uſum
,, ejus omnino pertinere ad fructuarium. A-
,, deoque 3. male contra JCtos Romanos hæc
,, diſputantur, qui nullibi regulam, quæ ob-
,, jicitur, allegarunt pro fundandis incre-
,, mentis fluvialibus.

Id vero naturale eſt] ,, De hac regula age-
,, mus *cap. ſeq.* & egimus ex profeſſo in
,, *Diſſert.*

Digitized by Google

„ *Diſſert. proœm. XII.* §. 388; ubi & exce-
„ ptiones regulæ recenſuimus.

Non eſſe univerſale, quod adferunt] „ Sci-
„ licet, incommoda debere ſequi eum, qui
„ commoda habet. Dixi, fruſtra hæc oppu-
„ gnari, cum JCti nullibi hanc rationem al-
„ legaverint.

Ipſa oſtendit admiſſa ab ipſis agrorum limi-tatorum exceptio] „ Nam in agris limitatis
„ is, qui incommoda fluminis habet, non
„ acquirit commoda fluvialia. At ex hoc ipſo
„ argumento apparet, JCtos regulam illam
„ pro ratione acquiſitionis alluvialis allegare
„ non potuiſſe.

Ut alios flumen ditet, alios pauperet] „ Hoc
„ autem verum ſaltem eſt in agris arcifiniis,
„ non limitatis. Atque hoc eſt, quod JCtus
„ ait, flumen cenſitoris vice fungi. *l.* 30. §. 3.
„ *ff. de acquir. rer. domin.*

Ad §. XVII.

Auctor increpat JCtos Romanos, quod ſtatuant, alluvionem non impediri per intercedentem viam publicam. Equidem hactenus vera eſt Auctoris ſententia, quod commodum alluvionis ſub generali occupatione comprehenditur, adeoque publicum ſit; ſed male notat JCtos, quia hi quoque hos acquirendi modos non referunt inter modos acquirendi juris naturalis, ſed juris gentium, quod ex æquitate, & utilitate communi introductum eſt: quia via iſta detracta prædiis vicinis videtur, per *l.* 38. *in fin. ff. de acquir. rer. domin.* indeque via agro detracta non debet impedire jus, quod poſſeſſor habiturus eſſet, ſi via publica ibi non fuiſſet. Atque hactenus ager iſte, cui via publica inhæret, vicinus eſt, & qua tali commodum alluvionis cedit.

Additio.

„ Celebris hic eſt textus in *l.* 38. *ff. de acquir. rer. domin.* qui mirum in modum
„ torſit interpretes juris, nec hactenus rite
„ explicatus eſt. Alfenus Varus caſum ibi
„ proponit, ubi flumen, & agrum Lucii,
„ & poſtea *viam publicam*, ſecundum quam
„ Attius prædium poſſidebat, ſuſtulit, &
„ novum alveum effecit: poſtea flumen pau-
„ latim recedit, & priſtinum locum occu-
„ pat; quæritur, an ager Lucii, qui aqua
„ merſus fuit, jure alluvionis acquiratur præ-
„ dio Attii? Affirmat JCtus, nec impedi-
„ mento eſſe, ait, quod via intermedia ſit,
„ *quia ipſa quoque via fundi eſſet. d. l.* 38.
„ *in fin.* Alibi enim probavimus, viam pu-
„ blicam eſſe locum ex agris privatis de-
„ cerptum, qui a populo, vel eo, qui jus
„ publicandi habet, ad uſus publicos, id eſt,
„ ut publice per eum commeare liceat, de-
„ ſtinatus eſt. *l.* 2. §. 21. *ff. Ne quid in loc. publ.* vid. *Diſſert. proœm. XII.* §. 225. Ex-
„ tra hos uſus publicos jus agri privati ſal-
„ vum manet, id eſt, *ipſa quoque via fundi*
„ *eſt.* Si proinde aliquid viæ publicæ acce-
„ dit per alluvionem, id revera accedit fun-
„ dis privatis vicinis, ex quibus via illa pu-
„ blica deſumta eſt. Certum igitur eſt, in-
„ crementum hoc fundi accedere jure gen-
„ tium, id eſt, naturali jure, quod Aucto-
„ ris quoque menti conveniens eſt, uti mox
„ videbimus.

„ Sane, populo hoc incrementum non ac-
„ quiritur, quia via non eſt populi, niſi
„ quoad jus eundi, adeoque quoad uſum
„ publicum: alluvio autem non ad uſum viæ
„ publicum pertinet; adeoque non accedit
„ viæ, ſed agro, qui privatus eſt.

Viam publicam non intercedere alluvioni]
„ Id eſt, viam non eſſe impedimento quo
„ minus ager, qui per alluvionem viæ acce-
„ dit, ejus fiat, qui ſecundum viam publi-
„ cam agrum habebat. *l.* 38. *ff. de acquir.*
„ *rer. domin.*

Rationem naturalem nullam habet] „ Imo
„ habet, quia fundus, cui via inhæret, pri-
„ vatus eſt. Quidquid igitur huic fundo per
„ alluvionem accedit, accreſcit domino fun-
„ di. Adeoque hic quoque obtinet regula:
„ ubi flumen eſt, ibi eſt fundi illius termi-
„ nus.

Niſi ager privatus ſit, qui viam debeat]
„ Atqui ex hypotheſi JCtorum Romanorum
„ fundus, cui via publica inhæret, privatus
„ eſt, *d. l.* 38, ibi: *nam ipſa quoque via*
„ *fundi eſt*; ſalvo ſaltem uſu publico, ſeu
„ juris gentium.

Ad §. XVIII.

Auctor male increpat JCtos Romanos, quod fœtum tribuant matri, non patri. Sane, in rebus dominii jure naturæ veriſſima eſt regula, *fœtum ſequi ventrem*; quia quidquid ex re mea naſcitur, meum eſt natura: fœtus autem eſt pars ventris (qui meus eſt,) eo tempore, quo de ejus acquiſitione agitur, id eſt, quo naſcitur, ac producitur; eodem

Digitized by Google

modo uti fructus maturi, ex terra nati, ſunt pars fundi, indeque ad eum pertinent, qui dominus eſt totius fundi. *l. 25. ff. de uſur.*

Atqui ſemen videtur patris eſſe? Reſp. 1. ſemen transfuſum deſinit eſſe patris, & fit matris: ſane, effuſum ſemen non magis ad patrem pertinere poteſt, quam reliqua excrementa effuſa, ut crines deſecti, ungues exciſi &c. 2. Semen illud periit, nec amplius exſiſtit, adeoque nullum jus patri in illud ſupereſt. Denique & 3. certum eſt, eo tempore, quo fœtus naſcitus, eum ſolius matris partem eſſe, non patris: ad quem igitur venter jure dominii pertinet, ad eum quoque pertinet dominium partis, i. e. fœtus.

Additio.

„ Beatus Parens ex his principiis totum „ jus ſeminis demonſtravit in *Diſſ. de jure* „ *ſeminis*, *ſect. I.* §. 1. *uſque ad* §. 15. Verba „ hæc ſunt:

§. I. *Nulla in re major eſt naturæ ratio, quam in ſeminibus: ſed nec de ulla re gravior ſapientum diſputatio. In præſenti autem acturi de jure ſeminis, paucis præmittimus vocis* ſeminis *explicationem*: (*jus enim unde derivetur, quid, & quotuplex ſit, vel Juſtinianeis novis abunde conſtare arbitramur*). Semen *derivaſſe videtur Varro* de Lingu. Lat. *a* ſemi, *dum ait*: ſemen eſt, quod non plane id, quod inde. *Nunneſius apud* Voſſium in Etymolo. *voc.* ſemen pag. 463. *ſemen eſſe, dicit, a* σπέρμα: *ſed nos cum Voſſio venire, cenſemus, a* ſero, *ut ſit ſemen quaſi* ſerimen. *Conf. Chriſt. Becmanni* Origines linguæ latinæ, pag. 982. *Significatio autem hujus vocis varia eſt apud Latinos Auctores. Aliquando denotat aliquod frumenti genus*, ζεὰ *appellatur. Plin.* Hiſt. natural. l. 18. c. 11. *Aliquando cauſam alicujus rei deſignat, ut apud Ciceronem* de divinat. l. 2. nec unquam bellorum civilium ſemen, & cauſa deerit. *Aliquando ſumitur pro genere, natione: ut videre eſt apud lexicographos, & alios. Virgilius utitur hac voce pro virgultis, ſurculis, & arboribus.* Georg. lib. 2. v. 353. 354.

> Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram
> Sæpius ad capita, & duros jactare bidentes.

Vid. Taubmann. Comment h. l. *In jure noſtro accipitur pro eo, ex quo primum aliquid naturaliter producitur. Et ſic Ariſtoteles ſemen deſcribit*: ἐξ οὗ τὰ κατὰ φύσιν συνιστάμενα γίνεται πρῶτα, ex quo primo generantur quæ ſecundum naturam fiunt, lib. 1. de gener. animal. c. 18. *cui deſcriptioni acquieſcimus, licet Zeno apud Diogenem Laertium* de vit. Philoſoph. lib. 7. in vit. Zenon. *aliter id definiat.*

§. II. Jus *igitur* ſeminis *hic nobis eſt facultas legitima, quæ competit alicui in fructus ex ſemine per culturam ſuam natos. Hoc vero jus ſeminis valde ambiguum videtur, ubi colludit cum jure ſoli, ſeu corporis, in quod alterius forte ſemen immiſſum eſt. Nam cum ſemina uſum ſuum, fructumque non ferant, niſi terræ injecta, aut immiſſa in corpus habiles hinc inſignis illa, ac primaria quæſtio oritur, ſi ſemen in alienum ſolum immitatur, an in percipiendis inde fructibus jus* ſeminis, *ex quo oriuntur, an* ſoli, *ex quo percipiuntur, ſit reſpiciendum? Seu, domino ſeminis potius, an domino ſoli, ſive corporis, fructus quærantur? quæ proponitur in* l. 25. §. 1. ff. de uſur.

§. III. *Si ſpectemus jus, quod a natura hac in re nobis conceſſum, atque conſtitutum eſt, omnino dicendum videri poterat, eundem eſſe dominum ſeminis, & fructuum inde natorum, cum naturali quoque ratione meum ſit quod ex re mea oritur*, l. 49. §. 1. ff. de rei vindicat. Poſit. noſtr. juris gent. 5. n. 2: *alterum vero lucrum ex re aliena capere, cum eadem naturali ratione, & æquitate, adverſis quaſi frontibus pugnet.* L. 206. ff. de reg. jur. l. 14. ff. de condict. indeb. l. 22. ff. de heredit. petit. Puſendorf. de jure naturæ & gent. lib. 4. cap. 13. §. 6. *Quin ex alieno lucrari inſcio, invitoque domino, furtum, vel rapina*, l. 1. §. fin. ff. de furt. §. 34. in fin. Inſt. de rer. diviſ. *ac dolus eſt*, l. 17. §. penult. D. de inſt. act. *Sed & in id unice natura conſtituit dominia rerum, ut dominorum eſſent rei commoda, & fructus; in quo conſiſtit omnis effectus, & utilitas dominii naturalis. Et cum fructus pars rei ſint, ex qua oriuntur, conſtat equidem, eos ex ſemine ſuo oriri: atque adeo neceſſaria illatione ſequi, cujus totum ſemen eſt, ejuſdem quoque fructus eſſe, qui pars ſeminis ſunt, & qui virtute, ut loquuntur, ſeminis continentur. Maxime vero id conſequens eſt ſapientum ſententiæ, qui ſemen, & fructum inde natum, idem quodammodo eſſe dicunt; quod etiam Ariſtoteles docet.* d. c. 18. Σπέρμα δὲ καὶ καρπὸς διαφέρει τῷ ὕστερον ϗ πρότερον· καρπὸς μὲν γὰρ, τῷ ἐξ ἄλλου εἶναι, σπέρμα δὲ τῷ ἐκ τούτου ἄλλο· ἐπειδὴ ἄμφω ταὐτόν ἐστιν Semen, & fructus differunt, ut prius, & poſterius: fructus enim eſt, quod ex alio eſt; ſemen, ex quo aliud: de cætero utrumque idem eſt. *Cujus itaque ſemen eſt, ejuſdem quoque fructus erit. Conf. Puſendorf.* de jure naturæ, & gent l. 4. c. 7. §. 2. *Denique quemadmodum fructus arborum ad eundem pertinent, cujus arbor eſt: ita fructus ſeminum, qui non minus ex ſemine naſcuntur, quam plantarum fructus ex plantis.*

§. IV. *At ſpretis his omnibus, contrarium veriſſime*

riſſime deciſum eſt ab JCto in d. l. 25. §. 1. ff. de uſur. *Scilicet*, potius adſpiciendum eſſe jus ſoli, ex quo percipiuntur fructus, quam ſeminis, ex quo oriuntur: & fructum non jure ſeminis, ſed potius jure ſoli percipi: d. l. 25. pr. *Idque duplici ratione accuratiſſima.* PRIMUM *enim ſemen alterius ſolo injectum non manet ejuſdem, cujus fuit, ſed mutatur ſatione dominium, & tranſit ad eum, cujus eſt ſolum: & hoc ex illo jure gentium, quo ſata cedunt ſolo perinde, ac plantæ, ædificia, cet.* §. 30. 31. 32. Inſt. de rer. diviſ. *Non modo itaque fructus, ſed & ſemen ipſum ejus eſt, cujus ſolum eſt: eique proinde non acquiritur fructus ex ſemine alieno, ſed proprio; quo ipſo corruunt quæ in contrarium adducta ſunt* §. 3.

§. V. *Sed nondum exemtus videtur ſcrupulus, cum hoc jus gentium, ut ſata cedant ſolo, parum conveniat rationi, vel æquitati naturali; fieret enim hoc jure, ut qui ſemen furto quoque alii ſurripuiſſet, ſerendo ejus dominus fieret, acquireretque ex ſuo furto, & delicto dominium. Verum id nihil movet. Non enim dominus ſoli lucratur ſemen; ſed cum illud ſemel terræ injectum, ac mixtum reſtituere integrum non poſſit, ejus pretium ratione naturali debet, uti evidentiſſime oſtendimus in* Collegio ad Grotium de jure belli, & pacis. *Qua ratione etiam frumento duorum caſu mixto, etſi integra grana exſtent, tamen non id ipſum, cum fieri non poſſit, ſed æſtimatio alteri præſtatur.* §. 28. Inſt. de rer. diviſ. *In ceteris vero caſibus, quibus acceſſio integra ſeparari iterum, ac reſtitui poteſt, uti gemma annulo incluſa*, l. 23. §. 5. ff. de rei vindicat. *ipſa reſtituenda eſt; quod jus ſecuti omnino ſunt JCti. Vid.* l. 5. pr. & §. 1. ff. eod. l. 12. §. 1. l. 27. §. 2. ff. de acquir. rer. domin. &c.

§. VI. *Dices: At non ſemper æſtimatio reſtitui ſolet, utique non ei, qui mala fide in alieno ſeruit.* §. 30. in fin. §. 32. Inſt. de rer. diviſ. *Immo, quid ſi bona fide aliquis ſolum meum conſeverit, ſed vili aliquo ſemine, cum tamen nobiliori illud ſemini deſtinaſſem, videtur quod ne ad ſemen quidem tenear, cum damno mihi ſit ignobili ſegete agrum meum occupari. Vid. Puſendorf.* de jure nat. & gent. lib. 4. c. 7. §. 5. *Sed reſpondemus, omnia, quæ de reſtituenda æſtimatione diximus, valere, modo alterius culpa, ſeu delictum non concurrat; ubi enim quis damnum culpa dedit, tantum abeſt ut ei æſtimatio ejus, quod impendit, ſit reſtituenda, ut potius ipſe id omne, quod alteri ex hoc facto abeſt, ſarcire debeat. Ita etiam jure civili in pœnam doli, ſeu malæ fidei conſtitutum eſt, ut privetur jure ſeminis.* dd. §§. *Ex quo porro manifeſtum eſt, quod ſi quis bona fide ſine culpa conſerat agrum, licet omnium viliſſimo ſemine, nihilominus ei æſtimatio ejus adjudicanda ſit. Utut enim maxima iniquitas videatur, quod dum agrum nobilioribus fructibus producendis deſtinaverim, contentus eſſe debeam vilioribus; nulla tamen hic ſubeſt, cum nemo ſit cui aliquid imputari poſſit: & proinde damnum, quod fortuito, & caſu contigit, mihi erit ferendum. Quid, quod dominus agri, æſtimatione præſtita, eum ſubigere iterum poſſit, & deſtinato ſemine injecto damnum hoc præcavere. Conf.* l. 5. 6. 8. 9. C. de pign. act. l. 11. C. ſi cert. pet. l. 12. C. locat.

§. VII. ALTERA *ratio, cur jus ſoli, non ſeminis inſpiciendum, eſt, quod in jure acquirendorum fructuum tempus perceptionis, non ortus, inſpiciatur; non enim poſſunt acquiri fructus, niſi ad fruendum, vel percipiendum maturi ſint. Argum.* l. 4. §. 1. ff. de act. emt. *Atque hanc rationem argute ſignificat JCtus in* d. l. 25. §. 1. ff. de uſur. *cum ait, magis reſpiciendum eſſe jus ſoli, ex quo fructus* percipiuntur, *quam ſeminis, ex quo* oriuntur. *Neque enim fructus maturus eſt pars ſeminis, quod non amplius exſtat, ſed ſoli:* L. 44. de rei vind. L. fin. §. 6. ff. quæ in fraud. cred. l. 61. §. 8. ff. de furt. *cujus alimento ſuccrevit, & maturuit in fructum.* l. 26. §. 2. ff. de acquir. rer. domin.

§. VIII. *Unde & fit, ut fundo poſt ſationem, & culturam vendito, fructus pendentes non ſint venditoris, qui ſemina immiſit: ſed emtoris, qui tempore perceptionis dominus eſt fundi, vel emtione perfecta, fundum ſaltem actione emti petere potuit.* l. 13. §. 10. ff. de act. emt. *argum.* l. 17. pr. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.

§. IX. *Hinc perſpicue cognoſcitur cujus ſit fœtus animalium; qua in re a jure Romano, Romaniſque prudentibus, poſt Plutarchum diſcedit ſummus vir Grotius*, de jur bell. & pac. l. 2, c. 8, §. 18, *& utrique parenti fœtum vindicat. At recte dictum fuit a JCtis Romanis, quod cum jure civili, tum jure gentium fœtus ventrem ſequatur, ex quo natus eſt; non patrem, cujus ſemine editus:* §. 19. Inſt. de rer. diviſ. *per eaſdem plane rationes. Nam* 1. *ſemen ipſum factum fuit ventris, ſeu corporis, cui commiſſum eſt, ejuſque naturali prorſus ratione vera pars, ac viſcerum eſt portio.* l. 1. §. 1. ff. de ventr. inſpic. *ibi*: partus antequam editur, mulieris portio eſt, vel viſcerum.

Unde omnino conſtat, illud, ex quo fœtus naſcitur, totum eſſe in dominio ejus, qui fœtum acquirit, & cujus eſt animal; nihilque eum ex alieno, ſed unice ex ſuo, ſcilicet ex ſuo animali, cujus portio tum ſemen immiſſum, tum natus inde fœtus eſt, acquirere. §. 4. 6. 2°. *Neque inſpiciendum eſſe jus ſeminis, ex quo oritur: ſed corporis, ex quo naſcitur, & percipitur fœtus, patuit ex* §. 7.

§. X. *Diximus equidem* §. 7. *æſtimationem ſeminis domino ejus eſſe præſtandum: & ſic videtur etiam domino tauri pretium ſeminis eſſe dandum, vel ea propter aliquod jus in partum concedendum; quæ mens videtur eſſe Grotii* de jure bell. & pac. d. l. *cum ait*: jus hoc, ut partus ventrem ſequatur, non eſſe naturale, niſi quatenus pater plerumque ignoretur; ſi vero probabili ratione de eo conſtaret, cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil afferri poſſe. *Ideo quoque pro uſu admiſſariorum equorum mercedem aliquam dare ſolemus. Accedit ad hoc dubium ſtabiliendum, quod in matrimoniis patrem, ſi non in omnibus majus, ſaltem æquale jus habere in liberos cum matre, certum ſit: & ideo nuptias requiri, ut pater demonſtrari poſſit.* §. 12. Inſt. de nupt. l. 5. ff. de in jus voc. *Grot.* d. l. & lib. 2. cap. 7. §. 8. *Sed ſi terminos ante poſitos retinemus, quod omnia ſine culpa etiam hoc caſu peracta ſint; apparet, ſemen ſeparatum nec æſtimationem, uſumve naturæ recipere, nec rem patrimonii eſſe, quin excrementi inſtar quaſi ſecerni, nihilque ideo domino abeſſe. Quod autem pro admiſſariis eorundem locatoribus aliquid mercedis pendatur, huc nihil facere poterit, quia illud ex conventione utriuſque debetur. Inde ergo Grotius nihil præſidii habebit, & dicta ejus ſatis refutantur ex* §. præced. 9. *Et plane huc non pertinet exemplum parentum; nam falſum eſt, illos jure naturæ tale jus, de quo hic agimus, in liberos habere, cum eis nihil aliud competat, quam jus educandi.* pr. Inſtit. de jur. nat. gent. & civ. l. 11. §. 5. verb. ſileat ob liberos. C. de rei uxor. act. l. 4. de agnoſc. vel al. liber. *vid.* §. 13. *Ait quoque Grotius, ſecutas id fuiſſe (ſcilicet, ut pars fœtus patrem ſequatur ſi is appareat) veteres Francorum, & Longobardorum leges; ſed locum non addit: contrarium vero patet ex* lib. 2, leg. Longob. cap. 14, *& ex* edicto Theodori regis, *ſubjecto* legib. Wiſigoth. §. 65, 66; *item ex* Spec. Suev. part. I. c. 61, 62, *& vetuſtis aliis Germanorum legibus, quibus idem jus firmatur, & partus ventrem ſequitur.*

§. XI. *Quod de fœtu diximus, idem quoque ad ſervos iiſdem rationibus pertinet, ut partus ex ancilla natus ſervus ſit, & in dominio domini ancillæ, etſi pater, vel liber ſit, vel alterius domini ſervus. Quod iterum male carpit Grotius* de jur. bell. & pac. lib. 2. cap. 5. §. 29. per tot. *ubi confundit jus educandi cum jure dominii, & ſervitutis. Alia enim quæſtio eſt edito partu, an is ſervus ſit, & quis ejus dominus? alia, quis ejus educandi jus habeat? Jure naturæ liquet, partum ex parentibus, etſi utrinque ſervis, natum eſſe liberum, utpote facultate ad agendum quod lubet, quæ cuique perſonæ propria eſt, a natura præditum. Sed introducta a gentibus lege ut partus ſit ſervilis, nulla ratio apparet cur partus ſequi debeat patrem, & non matrem; ſed ad hujus dominum pertinet, non tam quia is alimenta ſubminiſtrat, quam quod corporis, cujus pars iſte fœtus eſt, dominus ſit. Unde cuique obvium eſt, ea, quæ hucuſque tradita ſunt, adeo nihil commercii habere cum educatione, ut toto cœlo potius differant, prout ex ipſis juris gentium fontibus docuimus in* Collegio Grotiano.

§. XII. *Idem porro jus ſpectabit ſimiliter ad homines proprios, uti hodie dicuntur, & in his terris ſunt, quæ ad mare Balticum porriguntur, videlicet, in Marchia, Pomerania, Boruſſia, Livonia, cet.* Mevius part. 2. deciſ. 234. b. *Struv.* Syntagm. jur. civil. exerc. 3. th. 22. & exerc. 40. th. 76. ſeqq. ibique allegati Dd. *Tales etiam ſunt in Palatinatu, aliiſque ſuperioris Germaniæ terris, maxime eccleſiaſticis, homines regii*, Königs-Leute, *wildfangii, id eſt, peregrini recens in hujuſmodi terras, ubi hoc jus viget, advenientes, qui dominum perſequentem non habent. Vid. Rhetii* Inſt. jur. publ. lib. 2. tit. 3. §. 9. ſeqq. *Conf.* laudum Heilbronn. anno 1666, *apud Oldenburg.* in notit. imper. §. 2. diſſ. 26. §. 12. *Etſi autem hi homines proprie liberæ conditionis ſint, arg.* l. 18. C. de agric. & cenſit. *imo in plurimis melioris conditionis, quam liberi cives; tamen hoc jus colonarium perſonæ inhærens, (non ipſa perſona) eſt in patrimonio, ac dominio domini, qui id perſequi actionibus quoque præjudicialibus poteſt. Mev.* p. 13. dec. 161. *item* Von dem Zuſtande, Abforderung und Abfolge der Bauren. *Horum igitur partus itidem ventrem ſequuntur, & jure colonario ejus ſunt, cujus*

colona

Digitized by Google

colona mater propria eſt, etſi pater liber, aut alterius domini colonus ſit. Unde inter ipſos hos colonos in memoratis terris vulgatum eſt, ac tralatitium, es erbt die Mutter.

§. XIII. *Cavendum omnino eſt, ne (quod nonnulli perperam, ſi quid unquam, faciunt, vid.* §. 10. & 11.) *eo quoque referamus jus patriæ poteſtatis, quæ naturaliter in ſolo jure, & officio educandi conſiſtit: in quo uterque omnino parens jure gentium concurrit. Hæc vero poteſtas neque ex jure ſeminis, neque ex ullo acquirendi dominii modo, ſed ex longe aliis, & propriis plane cauſis oritur; cum nec dominii ſpecies, nec jure gentium jus domini ſimile, ſed officium ſit, quo nihil quidquam libertatis delibatur: hæc itaque integra in partu remanent, omnem acquirendi dominii, commerciique modum penitus reſpuit. Unde longiſſime a vera ratione, & ſana, abit Hobbes, qui matri ſoli poteſtatem in partum ideo tribuit, quod illa prior occupaſſe videatur*, de cive c. 9. §. 3. & Leviath. c. 20. *Verum de eo nunc non agimus.*

§. XIV. *Exſtat apud Beſoldum in* Theſaur. pract. *voce* hennen, *integrum conſilium Denneri de pullo ex ovo, quod Gallina nigra, concurrente Gallo rubro, poſuit in area Titii, excluſo a Gallina alba; & quæritur, cum & area, & ſingula hæc animalia diverſorum dominorum fuerint, cujus ſit pullus? Et tandem, ubi ſex ſententiæ examen ſubierunt, concluditur pro excludentis Gallinæ domino: ſed certo jure pertinet ad dominum parientis, per* §. 4. & ſeqq. §. 19. Inſtit. de rer. diviſ. l. 49. §. 1. ff. de rei vindicat. *Neque vero aliena Gallina incubatu ſuo mutare ovi dominium, & domino auferre poteſt. Luſum ingenii dicit Beſoldus, ſed ex quo liquido animadverti poteſt, quam varium, & fluxum jus fiat, ſi ex opinionibus, & brocardicis, ut vocant, & non ex fonte ſuo ſtatuatur. Tabor* de confrontat. in prooem. p. 2. 3, *male quidem pullum nullius eſſe, putat; ſed bene tamen monet*, ea, quæ in vita humana verum uſum habent, eſſe potius expolienda.

§. XV. *Alia quidem multa tractari potuiſſent de jure ſeminis: nempe ex jure perſonarum, an, qui generare non poſſunt, (vid.* Novell. 22. c. 6. Nov. 17. c. 12. Auth. ſed hodie C. de repud. *ibique Brunnem. & Richter.* n. 6. *Ziegler* ad Lancellot. Inſtit. jur. can. l. 2. tit. 12. §. 14. *ad verb.* natura impotentes,) *qui etiam frigidi dicuntur*, (tot. tit. l. de frigid. & malef.) *caſtrati*, (*conf. Delphini* Conjugium eunuchi. Capaunen-heyrath, *μονόχοι*, *vid.* l. 6. §. fin. de Ædil. edict. l. 4. pr. ff. de re milit. *Newenhahn* de jure viduit. m. 1. ſect. 4. p. 11.) *item thlibiæ, & thlaſiæ*, (*vid.* l. 128. ff. de verb. ſign. l. 39. ff. de jur. dot. l. 5. ff. ad leg. Cornel. de ſiccar.) *nuptias contrahere, & quod inde dependet adoptare poſſint? Item, ex jure rerum, an fundo inſtructo legato, ſemen cenſeatur legatum?* l. 9. §. 6. ff. de uſufr. *cet. Et ex delictis, de maſtupratoribus, Carpzov.* Pr. crim. part. 2. qu. 76. n. 10. ſeqq. *& an meretrix ejiciens ſemen ex utero committat homicidium? Vid.* Ord. crim. Caroli V. art. 133. l. 8. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. 4. ff. de extraord. crim. l. 38. §. 5. ff. de pœn. *Carpzov.* part. 4. conſt. 4. def. 2. & pr. crim. p. 1. q. 11. *a quibus Brunnemannum in* proceſſ. inquiſit. c. 9. §. 69. *fruſtra diſſentire, docuimus in* lectionibus publicis ad eundem; *ſimulque oſtendimus, diſtinctionem Imperatoris Caroli V.* in dict. art. *jure naturæ, & civili fundari, nec juri divino contrariari: & plura alia. Sed cum propoſuerimus nobis tantum agere de jure ſeminis in acquirendis fructibus, hæc ſufficiant.* Hactenus beatus Parens.

„ Vera principia acquiſitionis per ventrem
„ expoſuimus in *Diſſ. proœm. XII.* §. 271.
„ Equidem Auctor objicit, fœtum æque eſſe
„ portionem animantis maris, quia ex hujus
„ ſemine ortus eſt; adeoque dominus, ad
„ quem mas ille pertinet, pro parte ſaltem
„ jus in fœtum habere videtur. Reſp. fœtus
„ eo momento, quo de ejus acquiſitione agi-
„ tur, totus eſt pars ventris, qui in meo
„ dominio eſt: quidquid igitur ex re mea
„ naſcitur, id totum meum eſt.

„ Atque hæc quoque ratio eſt cur partus
„ ancillæ acquiratur ancillæ domino, etſi pa-
„ ter liber ſit; quia corpus ancillæ, omneſ-
„ que ejus partes, (adeoque & fœtus, qui
„ pars eſt viſcerum ancillæ,) imo omnia
„ jura ancillæ, ſubſunt dominio ejus, ad
„ quem ancilla pertinet. Eadem igitur ibi
„ regula obtinet, ut quidquid ex re mea
„ naſcitur, meum ſit.

„ Certiſſimum igitur eſt, fœtum animan-
„ tis, & partum ancillæ, ſequi ventrem.
„ Cur vero partus ex juſtis nuptiis natus ſe-
„ quitur patrem, non matrem? Reſp. quia
„ ibi non de dominio acquirendo agitur,
„ ſed de ſuſcipienda prole, quæ familiam
„ continuaret. Pater enim familias ea lege,
„ eaque intentione feminam ſibi jungit, ut
„ ſobolem ex ea ſibi procrearet: fœmina

 „ con-

„ conſenſu ſuo corporis uſum ad eum finem „ præbet, eaque intentione in ejus domum „ tranſit, atque in ejus poteſtate conſtitui- „ tur. Adeoque idem quodammodo hic ob- „ tinet, quod in eo, qui conſenſu domini „ ſemen in agrum alienum mittit; ibi enim „ non jus fundi, ſed ſeminis inſpicitur. At- „ que hoc eſt quod JCtus ait, *liberos*, *utpo-* „ *te ex ſuo ſemine natos*, *pater ſuo jure vin-* „ *dicat*. *l.* 1. §. 1. *ff. de ventr. inſpic*. Conf. „ *Diſſ. proœm. XII.* §. 150.

„ Hinc apparet ratio, cur ſpurius ſequa- „ tur matrem, non patrem; tum quia pater „ certus non eſt, adeoque neſcitur ex cujus „ ſemine natus ſit; tum quia mas non ea „ lege, nec ea intentione cum femina illa „ concubuit, ut ſobolem ex illa procrearet, „ ſed libidinis explendæ cauſa. Sane me- „ retrix nec individuam vitæ conſuetudinem „ contrahit, nec in domo eſt ſtupratoris, „ nedum in ejus poteſtate conſtituitur. Ad- „ eoque liberi ſpurii ſequuntur *matrem*, cu- „ jus pars ſunt.

Per genituram animantium] „ Tractant „ hanc materiam JCti in *l.* 2. *l.* 6. *ff. de ac-* „ *quir. rer. domin.* §. 19. *Inſt. de rer. diviſ.* „ §. *penult. Inſt. de jur. perſon. l.* 5. §. 2. *ff.* „ *de rei vindic. l.* 7. *C. eod.* ibique Gotho- „ fred. *l. fin. D. de liberal. cauſ.*

Non eſt naturale] „ JCti non in genere „ loquuntur de partu, ſed de partu anima- „ lium, *dd. ll.* adeoque de partu ventris, „ qui in dominio noſtro eſt; ibi omnino ve- „ rum, & naturale eſt, ut dominium fœtus, „ qui eſt pars ventris, ad eum pertineat, „ cujus eſt venter.

Ut ſupra diximus] „ *Lib.* 2. *cap.* 5. §. 29. „ *Add. l.* 3. *c.* 7. §. 2.

Niſi quatenus plerumque pater ignoratur] „ Imo, etſi pater illius fœtus certus ſit, ni- „ hilominus partus ſequitur ventrem; tota „ enim ratio juris ſeminis hic ceſſat, uti „ modo probavimus.

Cur non partus ex parte ad eum pertineat, nihil poteſt afferri] „ Cur partus *animantis* „ noſtri noſter fiat, jam diximus: quis ſci- „ licet pars eſt ventris, qui jure dominii ad „ nos pertinet.

Nam & patris partem eſſe quod naſcitur, certum eſt] „ Eſt quidem pars patris; ſed „ alia quæſtio eſt, quem ſequatur fœtus? „ ſequitur autem matrem jure acceſſionis. „ Sane, eo tempore, quo fœtus produci- „ tur, adeoque quo de eo acquirendo agi- „ tur, eſt pars ſolius matris, ſeu ventris; „ neceſſario igitur acquiritur jure dominii ei, „ ad quem totum, id eſt venter, pertinet.

Pluſque vero de patre, an de matre habeat, inter Phyſicos diſputatur] „ Plus omnino de „ matre habet, quia partus eſt vera portio „ viſcerum maternorum, *d. l.* 1; pater au- „ tem ſemen tantum ſuppeditat. *ibid.* Com „ igitur tempore acquiſitionis fœtus totus ſit „ pars animantis, merito domino ventris „ cedit, adeoque matrem ſequitur.

Veteres Francorum, & *Langobardorum leges*] „ Quas late recenſet Auctor in notis „ ad *l.* 2. *c.* 5. §. 29.

Ad §. XIX.

Jurisconsulti inter modos acqui- rendi dominii etiam poſuere *ſpecificationem*, *confuſionem*, & *commixtionem*; at non inter modos lucrandi. Sane, per mutationem ſpe- ciei &c. jus noſtrum non tollitur natura; neque enim magis res mea tuæ cedit, quam tua meæ: neque id diſputatur, ſeu quæritur. Sed cum a judice cuique tribui res ſua inte- gra nequeat, neceſſario, & ex medii neceſ- ſitate uni tribuenda eſt res, alteri æſtimatio.

Jus igitur naturæ eſt, quod nemo novam ſpeciem ex aliena materia conficiendo, vel rem ſuam alienæ jungendo, vel ſuam rem cum aliena confundendo, & commiſcendo, alteri jus ſuum auferre poſſit, quia unicui- que tantum jus in ſuas res, non in alienas competit. *Poſit. jur. gent.* 6. Proinde natu- ra alteri manet jus ſuum in materiam, alteri vero jus in operam ſuam, & quæ exinde ori- tur, utilitatem.

Atque hinc omnes in eo conveniunt, quod ſi res integræ ſeparari poſſunt, illæ cuique reſtitui debeant: forte ſi metalla ap- plumbatione juncta, & gemmæ alieno auro ſaltem incluſæ ſint. *L.* 23. §. 5. *ff. de rei vin- dicat. L.* 6. *ff. ad exhib.* ſi tignum ædibus jun- ctum eſt &c. Argum. *d. l.* 23. §. 6. & *d. l.* 6.

Si vero integræ ſeparari non poſſunt, in- deque cuique partium jus integrum tribui nequit, neceſſario alteri danda res eſt, alteri æſtimatio: idque juris naturalis eſt, tum quia aliter res expediri, & alio modo ſuum cui- que tribui nequit, *Poſit. J. G.* 4. *n.* 4; tum quia naturale eſt, ut ſi jus meum reſtitutio- ne rei ipſius reparari non poteſt, tantundem præſtetur. *Poſit. J. G.* 7.

At porro quæritur, quiſnam in re præfera- tur

tur, & cui res potius danda ſit? Reſp. naturale eſſe, ut ei detur, qui potius jus habet; cum nulla ratio ſit cur jus potius poſtponi debeat ſequiori: adeoque potior ille acquirit dominium rei, & æſtimationem ſolvit alteri. Sed quæſtio adhuc ſupereſt, quodnam jus potius ſit? Apud Romanos duæ JCtorum ſectæ erant: *altera* ex ſententia Stoicorum, & Peripateticorum, omnia tribuebat formæ, nihil vero materiæ; formam enim dicebat eſſe ſpiritum, ἕξιν, *l.* 30. *pr. ff. de uſucap.* eamque ſubſtantiam vocabat, eo quod det eſſe rei. *l.* 30. §. 1. *ff. de verb. ſign. l.* 9. §. 3. *ff. ad exhib.* Indeque Ulpianus, & Proculus, contra Sabinum diſputantes ſtatuunt, mutata forma interimi prope ſubſtantiam rei. *l.* 30. *pr. ff. de uſucap. Altera*, ex ſententia reliquorum philoſophorum, omnia tribuebat materiæ; & formam ſaltem ajebat eſſe qualitatem, quæ abeſſe, & adeſſe poſſit ſalva ſubſtantia. *Illi* igitur in noſtra quæſtione potiorem dixere eum, qui formam dedit: *hi* eum, qui dominus eſt materiæ; & recte. Mediam viam elegerunt alii JCti, ut Cajus *in l.* 7. §. 7. *ff. de acquir. rer. domin.* Calliſtratus *in l.* 12. §. 1. *ff. eod.* Paulus *in l.* 24. *&* *l.* 26. *ff. eod.* & poſtea Imperator Juſtinianus, § 25. *Inſt. de rer. diviſ.* duplicem ſtatuendo regulam: 1°. ut potius ſit ſubjectum adjuncto, adeoque præferatur id, ſine quo alterum eſſe nequit. *l.* 23. §. 2. *ff. de rei vindicat.* Unde ſolum potius eſt ædificio, quia ædificium tantum accedit; veſtis potior eſt lana, quia veſtis non eſt ſine lana; charta potior eſt ſcriptura, & tabula potior pictura, quia ſine charta, & tabula, nec ſcriptura, nec pictura eſſe poteſt. *l.* 23. §. 3. *ff. h.* 2°. Ut potior ſit finis medio. Unde præfertur illud, cujus ornandæ cauſſa alterum adhibetur: gemma ergo accedit annulo, quia principale eſt annulus, minus principale gemma: niſi aurum ſaltem ornandi cauſſa rei accedat, quia tum eſt minus principale. *l.* 19. §. *ff. de aur. & arg. leg.* Quæ omnia meri ſunt juris civilis.

Additio.

,, Duo hic notanda ſunt: 1. JCtos Roma-
„ nos acquiſitionem, quæ per *ſpecificationem*,
„ fit, recte tribuere juri gentium, ſeu natu-
„ ræ; & mediam illam viam, quam Juſti-
„ nianus eligit, mera æquitate civili niti.
„ 2. Duplicem illam regulam, quando res vi-
„ deatur prævalentior, non pertinere ad *ſpe-*
„ *cificationem*, ſed ad *acceſſionem.*

,, Cum ergo interſit, veram rationem *ſpe-*
„ *cificationis* noſſe, eam ex *Diſſ. proœm. XII.*
„ §. 264. delibare, ac hic inſerere, operæ
„ pretium eſſe duxi. Verba hæc ſunt:

NOTA EDITORIS. Hæc verba inſerta ſunt editioni *Wratiſlavienſi*: utpote cui non æque, ac huic noſtræ, præmiſſæ ſunt laudatæ Diſſertationes Proœmiales, ad quas, uti ſupra (*pag.* 404. *col.* 2.) Lectorem amandare liceat.

Si ex aliena materia ſpeciem quis feciſſet] 1
„ 1. Uti ſi quis ex alienis uvis vinum fecit: ſi
„ ex aliena carina navem &c. *L.* 61. *ff. de*
„ *rei vindicat. l.* 24. *l.* 26. *ff. de acquir. rer.*
„ *domin. L.* 7. §. 7. *ff. eod.* Conf. §. 25. *Inſt.*
„ *de rer. diviſ.*

Sabiniani] ,, Sabiniani dicti ſunt a Maſſu-
„ rio Sabino, qui in tuenda Secta Capitoni
„ ſucceſſit. Vid. Plin. *l.* 7. *epiſt.* 24. van Eck
„ *princip. jur. l.* 1. *tit.* 2. §. 42. Conf. *l.* 2. §.
„ 47. *ff. de orig. jur.*

Dominium ejus eſſe volebant, qui materiæ fuiſſet dominus] Idque naturale eſſe diximus, quia forma ſaltem eſt qualitas, & accidens, quæ ſubſtantiam materiæ non mutat.

Additio.

,, Nova ſpecies eſt quidem qualitas ſaltem
„ materiæ; at quæ numquam prioris domi-
„ ni fuit.

Proculus ejus, qui ſpeciem feciſſet] ,, Pro-
„ culus Nervæ ſucceſſit in propaganda Secta,
„ quam Labeo cœpit. Proculo ſucceſſit Pe-
„ gaſus: hinc Proculejani, & Pegaſiani. Van
„ Eck *d. l.*

Quia per eum eſſe cœpiſſet, quod ante non exiſteret] ,, Putabat igitur, formam dare eſſe
„ rei, & rem per novam formam quaſi in-
„ terimi.

Ut ſi reverti ad priorem ſpeciem materia poſſet, materiæ dominus rem haberet &c.]
,, Vid. §. 25. *Inſt. de rer. diviſ.* Adeoque Im-
,, perator præfert *materiam* ſi ſeparari res
,, poteſt; ſi non poteſt, *formam.*

Quod ipſum improbat Connanus] Qui eum præfert, cujus res pretioſior eſt. At non perpendit Connanus, pleraque pretia rerum non a natura, ſed a libidine hominum eſſe: confundit igitur pretium naturale cum eo, quod ab inſtituto, indeque arbitrarium eſt, & pro indigentia hominum variat. Sane, natura nullum aliud pretium novit, quam quod ex uſu rei naturali oritur, quo unius grani valor major eſt omni gemmarum pretio; quod fabula Midæ teſtatur, & alibi late demonſtrabitur. Conf. *Diſſ. noſtr. de vero rerum pretio.*

Additio

Additio.

,, Bene hic obſervat Beatus Parens, va-
,, lorem operis mei naturali jure nullum mi-
,, hi jus dare in rem alienam. Omne jus
,, mihi oritur ex eo, quod nova hæc ſpecies
,, antea non exſtiterit: adeoque jus prioris
,, domini exſtinctum ſit.

Argumento eorum, quæ a Romanis quoque JCtis de Acceſſione tradita ſunt] ,, Negamus,
,, JCtos Romanos in acceſſionis materia reſpi-
,, cere pluſne ſit pretii in opere, quam in
,, materia. Sed JCtis alio plane ſenſu *præ-*
,, *valens* res dicitur; vel quia principalis eſt,
,, vel cujus ornandæ cauſa altera adhibetur,
,, *L. 23. §. 2. ff. de rei vindicat. l. 19. §. 13.*
,, *ff. de aur. vel arg. leg.* licet & acceſſio, &
,, ornamentum forte pluris valeant. Hinc
,, ædificium, etiam pretioſiſſimum, cedit ſo-
,, lo; & gemma, etſi pretioſa, quæ annu-
,, lo ornandi cauſa jungitur, cedit ei, qui
,, annulli dominus eſt; pictura, etiam Apel-
,, lis, ei acquiritur, cujus eſt tabula. &c.
,, *L. 23. §. 5. ff. de rei vindicat. l. 6. ff. ad*
,, *exhib.*

2 *Sicut confuſis materiis communionem indu-
ci &c.*] ,, Auctor igitur exiſtimat, per *ſpe-*
,, *cificationem* novam ſpeciem fieri commu-
,, nem, eodem modo ut per *confuſionem*,
,, & *commixtionem*. At negamus 1. novam
,, ſpeciem naturali jure fieri communem,
,, quia tota materia aliena eſt; adeoque com-
,, munio in tali re naturali ratione concipi
,, non poteſt: ſecus ac in confuſione, &
,, commixtione, ubi partim ex mea, par-
,, tim ex aliena materia nova ſpecies fit. 2.
,, Negamus, per confuſionem, & commix-
,, tionem rem fieri communem. Contrarium
,, diſerte traditur in §. 25. *Inſt. de rer. di-*
,, *viſ.* nimirum, novam ſpeciem fieri facien-
,, tis. Nam eadem hic ratio obtinet, quæ in
,, ſpecificatione, quia nova illa ſpecies num-
,, quam prioris domini fuit; & ſaltem exci-
,, piuntur caſus ſi communi nomine, vel ca-
,, ſu confuſio &c. fit.

,, Cum igitur hic modus acquirendi per
,, confuſionem, vel commixtionem, itidem
,, dubiis non careat, vera ejus principia ex
,, *Diſſ. proœm. XII.* §. 265. huc tranſcribe-
,, re liceat.

Nota Editoris. At mihi cur id non licere putaverim, ſupra *pag.* 404, *&* 511, jam monui.

Romanis quoque JCtis placuit] Quia granum grano, & guttarum una altera non eſt potior; ſed quæque gutta, & quodque granum æque principale eſt, ac materiæ ita confuſæ fungibiles ſunt ſua natura.

Additio.

,, Imo non placuit JCtis ut res confuſæ,
,, vel commixtæ, ſint communes, regula enim
,, in contrarium exſtat in §. 27. 28. *Inſt. de*
,, *rer. diviſ. l. 5. §. 1. ff. de rei vindicat.* Sed
,, diximus, excipi caſus, ubi 1°. utrioſque
,, voluntate, vel caſu, res confunduntur,
,, aut miſcentur: *l. 7. §. 8. 9. ff. de acquir.*
,, *rer. domin.* 2°. Ubi ſingula corpora con-
,, fuſa, vel mixta, in ſua ſubſtantia durant:
,, adeoque ubi nec prior ſpecies perit, nec
,, nova fit. *L. 5. §. 1. ff. de rei vindicat. l.*
,, *12. §. 1. ff. acquir. rer. domin.* 3°. Si ſepa-
,, rari materiæ poſſunt. *dd. ll.*

*Quia res alium exitum naturaliter reperi-
re non poterat*],, Immo poterat; naturali enim
,, ratione facienti dominium novæ ſpeciei tri-
,, buitur: materiæ autem priſtinæ pretium
,, domino priori reſtituendum eſt. Atque ita
,, JCti Romani rem decidunt, eamque deci-
,, ſionem ex jure gentium, ſeu naturæ de-
,, ſumſerunt.

Sequitur, naturaliter rem communem fieri]
,, Imo id non ſequitur; ſed res deſinit eſſe
,, prioris domini, quia forma mutata, &
,, omne jus priſtini domini exſtinctum eſt:
,, adeoque nulla ratio communionis in nova
,, hac ſpecie ſupereſt. *l. 5. §. 1. ff. de rei vin-*
,, *dicat.* At quia facto alterius exſiſtere deſiit,
,, id, quod intereſt, priſtino domino præ-
,, ſtari debet.

*Species enim pars eſt ſubſtantiæ, non ſub-
ſtantia tota*] ,, Species ſubſtantiam quidem
,, non tollit; nam materia manet: ſed inte-
,, rire videtur ſecundum quid, quia ſubit aliam
,, formam. Ideoque JCti notanter ajunt, mu-
,, tata forma *prope* interimi ſubſtantiam: *L.*
,, *9. §. 3. ff. ad exhib.* Merito autem JCti præ-
,, tulerunt formam, quia revera in hanc for-
,, mam, quæ novam ſpeciem conſtituit, prior
,, dominus nihil juris habuit. *L. 27. §. 1. ff.*
,, *de acquir. rer. domin.* Neque priſtina ma-
,, teria, in qua ſola jus habuit, reſtitui po-
,, teſt; quia non amplius integra exiſtit, ſed
,, novam formam facto meo induit.

Ad §. XX.

Speciem *perdant, eſt quidem non inique conſtitutum*] *L. 12. §. 3. ff. ad exhib.* JCti Romani inter requiſita ſpecificationis poſuere, ut nova ſpecies ex aliena materia *bona*

Digitized by Google

bona fide fiat. Equidem naturæ jure nihil intereſt an bona, an vero mala fide conficiatur; quia ſemper tamen regula ſubſiſtit, quod res cedat ei, qui potius jus habet. At jure civili hæc prælatio ei aufertur, qui dolo ſpeciem novam conficit. Hoc ergo pœnale eſt.

Additio.

„ Recte beatus Parens ait, novam ſpeciem „ cedere ei, qui fecit, etſi mala fide confe- „ cerit. Vera ratio eſt quia ſpecies interit, „ adeoque quodammodo res ipſa; quod er- „ go non amplius exiſtit, a priſtino domino „ vindicari nequit. At jure civili regula quæ- „ dam generalis conſtituta eſt, quod nemo „ ex facto ſuo vitioſo aliquid acquirere poſ- „ ſit. *L.* 48. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin. l.* „ 5. §. *fin. ff. de Publ. l.* 12. §. 3. *ff. ad exhib.* „ & late beatus Parens in *Diſſ.* 1. *de fin. bon.* „ *fid. ſect.* 1. §. 11. 12. 13. Atque hæc ratio „ eſt cur is, qui doloſe ex aliena materia „ novam ſpeciem conficit, eam non acqui- „ rat; quæ ratio cum pœnalis ſit, non ex „ jure naturæ eſt, ſed ex mero jure civili.

Natura enim pœnas non determinat] Nam in genere quidem natura diſponit ut quis patiatur tantundem mali, quantum fecit, æſtimationem autem reliquit judicis arbitrio.

Nec ob delictum per ſe dominia aufert] „De „ quo *infra l.* 2. *c.* 20. Vid. ſupra *l.* 2. *c.* 1. „ §. 9.

Quanquam naturaliter pœna aliqua digni ſunt qui delinquunt] „ Natura quidem pœ- „ na eſt ſtatuta, ſcilicet talio; tantundem „ enim delinquens pati debet mali, quan- „ tum fecit: at cum illud tantundem, ejuſ- „ que æſtimatio, in criminibus inprimis, de- „ finitum natura non ſit, legibus id definiri „ debet, & ſolet.

Ad §. XXI.

Ut *vero rei majori acquiratur res minor &c. naturale eſt facti*] Acceſſionis jus eadem ratione nititur, qua ſpecificatio. Non enim dominus rei principalis eam acquirit ut lucretur, ſed ut, cum integra ſeparari non poſſit, alteri res tota detur, alteri pretium: id ergo ex medii neceſſitate naturale eſt. Secus igitur ſi ſeparari integra poteſt; tunc enim omnes conveniunt, jus cujuſque partis ſalvum manere, *l.* 23. §. 5. *ff. ad exhib. l.* 6. *ff. eod.* excepto tigno, ne urbs ruinis deformetur: quæ ratio mere civilis eſt. Vid. *d. leg.*

Quo fundamento Comanus nititur] „ In *Comment. jur. civ. l.* 3. *c.* 6. *n.* 4. *ſeq.* ubi „ circa ſpecificationem diſtinguit, pluſne ſit „ pretii in opere, an in materia; ut quod „ pluris eſt, id prævalentia ſua quod minus „ eſt ad ſe trahat: quod refutavimus *ſupra* „ §. 19. *n.* 1. at ex diverſa ab ea, quam Gro- „ tius allegat, ratione.

„ Grotius enim negat, regulam, *ut rei* „ *majori acquiratur res minor*, eſſe juris na- „ turalis, ſed ſaltem *facti* naturalis; & po- „ tius rem communem fieri, ait, quia res „ alium exitum habere non poteſt, *d.* §. 19. *n.* „ 2; quæ itidem ſatis refutavimus in præce- „ dentibus. Diximus enim, in *ſpecificatione* „ plane de prævalentia pretii non quæri, „ nec communionem ibi concipi poſſe. Di- „ ximus, & ſtatim uberius demonſtrabimus, „ in *acceſſione* prævalentiam non a pretio „ æſtimandam eſſe, ſed ex alia cauſa. Sed „ & porro mox probatum dabimus, regu- „ lam, *ut rei majori acquiratur res minor*, „ non ſolum *facti* naturalis eſſe, ſed etiam „ *juris*.

Naturale eſt facti, non juris] „ Quod Pu- „ fendorfius *l.* 4. *c.* 7. §. 9. hoc modo expli- „ cat: *de facto quidem, quod majoribus eſt* „ *viribus ad ſe trahere poſſe id, quod minus* „ *eſt validum; ſed non ſemper jure fieri ut* „ *validior ad ſe rapiat rem imbecillioris, aut* „ *ut quis rem ſuam minorem amittat, ſi* „ *cum majore fuerit conjuncta.* Add. *Teſ-* „ *mar. h.*

Tam manet dominus, quam qui partes habet novemdecim] „ Quæ, quæſo, compara- „ tio? JCti Romani *acceſſionem* deſcribunt, „ ubi aliquis *facto ſuo* rem alienam minus „ valentem ſuæ *prævalentiori* junxit. Rem „ autem *prævalentiorem* deſcribunt, vel ſine „ qua altera eſſe non poteſt, vel quæ or- „ nandæ alterius cauſa accedit. In exemplo „ autem propoſito neque *facto ſuo* is, qui „ majorem fundi partem habet, jungit par- „ tem minorem, quia natura hæc cum ma- „ jori parte unita eſt. Nec allegari poteſt, „ minorem enim partem ſine altera eſſe non poſſe; „ manet enim ſeparata: nedum aſſeri poteſt, „ ornandæ alterius cauſa accedere. Adeo- „ que tota ratio *prævalentiæ* in hoc exemplo „ ceſſat.

Quod de acceſſione ob prævalentiam &c. lex Romana conſtituit] „ Ut ſcilicet res mi- „ nus valens cedat prævalentiori, §. 26. 33. „ 34. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 23. §. 4. *ff. de rei* „ *vindicat.*

Id naturale non eſt, ſed civile] „ Cum veram

,, veram rationem JCtorum Grotius non per-
,, ceperit, hujus quoque acceſſionis rationem
,, naturalem nunc demonſtrabimus.

,, *Acceſſione* acquirimus dominium, quan-
,, do rei noſtræ principali facto noſtro pars
,, quædam accedit minus principalis: *l.* 23.
,, §. 2. & 5. *ff. de rei vindicat. l.* 19. §. 3. *ff.*
,, *de aur. & arg. leg.* §. 26. *Inſt. de rer. di-*
,, *viſ. l. 1. pr. junct. l.* 7. §. 1. *ſeq.* §. 10. *ſeq.*
,, *ff. de acquir. rer. domin.* §. 29. *Inſt. de rer.*
,, *diviſ.* Acceſſorium enim ſequitur principa-
,, le: *l.* 20. *l.* 29. *ff. de aur. & arg. leg. l.* 19.
,, §. 13. §. 20. *ff. eod.* §. 26. *Inſt. de rer. di-*
,, *viſ. l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindicat.*

,, Ratio naturalis hujus acquiſitionis in eo
,, conſiſtit, quod illa pars minus valens,
,, quæ accedit rei prævalentiori, ſpeciem mu-
,, tet, adeoque exſtincta videatur; *L.* 6. §. 1. *ff.*
,, *de aur. & arg. legat. l.* 6. *ad exhib. l.* 23. §. 2.
,, & 5. *ff. de rei vindicat. l.* 7. §. 5. & 6. *l.*
,, 26. §. 1. *l.* 27. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.*
,, *l.* 13. §. 1. *ff. de verbor. ſignif.* indeque ſe-
,, quatur jus totius, ita ut nunc res tota fiat
,, ejus, cujus antea fuit pars potior. *d. l.* 23.
,, §. 1. *d. l* 26. §. 1. Idque extra omne du-
,, bium eſt ſi acceſſio ad priorem ſpeciem re-
,, verti nequit: adeo ut etſi poſtea ſepare-
,, tur, prior dominus vindicare eam non
,, poſſit, *l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindicat. l.* 24.
,, *ff. de acquir. rer. domin.* quia ſemel ejus
,, eſſe deſiit. *d. l.* 23. Unde purpura veſti-
,, mento intexta cedit veſtimento: §. 26.
,, *Inſt. de rer. diviſ.* color laoæ, *d. l.* 26:
,, brachium per ferruminationem junctum,
,, ſtatuæ, *l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindicat.*, ar-
,, bor, & planta ſolo, ex quo radices egit,
,, quia deſiit prior arbor, & planta. *d. l.* 26.
,, §. 1. Idem quoque obtinet ſi res minus va-
,, lens integra ſeparari poteſt, quamdiu ſci-
,, licet juncta eſt, & quamdiu eſt pars to-
,, tius: adeo ut alter ſuam partem non niſi
,, re ſeparata vindicare poſſit. *l.* 23. §. 5. *l.*
,, 59. *ff. l.* 2. *C. eod.*

,, Cum vero hæc principia hactenus a Do-
,, ctoribus non ſatis fuerint explicata, altius
,, paululum repetenda ſunt.

,, Notandum autem eſt, *aliud* eſſe uni-
,, verſitatem corporis, ſeu totum; *aliud* res
,, ſingulas, ſeu partes, & ſpecies, quæ uni-
,, verſitatem, & corpus conſtituunt. *l.* 2. §. 6.
,, *ff. pro emt.*

,, *Corpus* eſt vel *unitum*, quod uno con-
,, tinetur ſpiritu, ut ſtatua: *l.* 30. *ff. de uſur-*
,, *pat. & uſucap. l.* 23. §. 5. *ff. de rei vindi-*
,, *cat.* vel *connexum*, quod ex contingenti-
,, bus, id eſt, pluribus inter ſe cohærenti-
,, bus conſtat, ut ædificium, cet. *d. l.* 30.
,, *Partes* illius *corporis* ſunt v. g. tignum,
,, materia, tabulæ, cet. ex quibus ædificium,
,, navis, cet. conſtat. *l.* 23. *ff. de uſurpat. &*
,, *uſucap.*

,, Alia autem ſunt *jura* corporis, id eſt
,, totius, ſeu univerſitatis, alia *partium.*
,, Grot. *l.* 2. *c.* 5. §. 17. *l.* 2. *c.* 9. §. 3. *c.* 20.
,, §. 1. *n.* 8. *c.* 21. §. 2. & 7. *l.* 3. *c.* 2. §. 1.
,, *Leg.* 7. §. 1. *ff. quod cujuſq. univerſitat.*
,, *nom. l.* 6. §. 1. *ff. de rer. diviſ.* Nam 1°. qui
,, univerſas ædes poſſidet, ſingulas res, ex
,, quibus ædes conſtant, non poſſidet; *l.* 30.
,, *pr. ff. de acquir. poſſeſſ. l.* 23. *ff. de uſur-*
,, *pat. & uſucap.* & qui navem poſſidet, non
,, videtur poſſidere tabulas, ex quibus na-
,, vis conſtat, *d. l.* 30. E contrario 2°. qui
,, ſingulas res, ex quibus ædes conſtant,
,, poſſidet, non videtur poſſidere ædes, *d.*
,, *l.* 23. *pr. l.* 8. *ff. quod vi, aut clam.* Hinc
,, 3°. ædibus uſucaptis, ſingulæ res, ex qui-
,, bus ædes conſtant, uſucaptæ non viden-
,, tur. *l.* 7. §. 11. *ff. de acquir. rer. domin. l.*
,, 13. *in fin. ff. de rei vindicat.* Nec 4°. uſu-
,, captis ſingulis rebus, ædes uſucaptæ cen-
,, ſentur.

,, Unde 5°. evenit, ut dominus ſoli poſſit
,, vindicare ædificium, non materiam: &
,, e contrario 6°. dominus materiæ poſſit vin-
,, dicare tignum, non ædes. *l.* 23. §. 7. *ff.*
,, *de rei vindicat.*

Ad commodius tranſigenda negotia] ,, Ad-
,, eoque ex ratione, & æquitate mere civili.

Quia lex dandi dominii jus habet] ,, Vid.
,, *ſupra c.* 8. §. 5. & *h. c.* §. 1. *in fin.* Ait
,, igitur, legem civilem demum ei, cujus
,, pars prævalens eſt, dominium minoris par-
,, tis tribuere; quod paulo ante refutavimus.

In qua tot diſcrepantes ſint JCtorum ſen-
tentiæ] ,, Omnis diſcrepantia in eo conſi-
,, ſtebat, quod alii *materiam*, alii *formam*
,, prætulerint: poſterior ſententia autem præ-
,, valuerit.

Et errores] ,, Videamus, anne ipſe Auctor
,, erraverit.

Si æs, & aurum mixtum fuerit, alterum
ab altero diduci non poſſe] ,, Cur hoc concedi
,, nequeat, non video. Etſi enim æs, & plum-
,, bum, *l.* 5. §. 1. *ff. de rei vindicat.* item æs,
,, & argentum, *L.* 12. *in fin. ff. de acquir. rer.*
,, *domin.* ſeparari arte potuerint; non tamen
,, ſequitur, æs, & aurum quoque ſeparari po-
,, tuiſſe: cum non conſtet an veteres aqua
,, chryſulca olim uſi fuerint, qua ſola æs,
,, &

Digitized by Google

„ & aurum mixtum alterum ab altero diduci
„ poteſt. Quidquid ſit, Ulpianus non in jure
„ erraſſet, ſed in facto: ſane poſito, æs,
„ & aurum diduci non poſſe, regula natu-
„ ræ erit, ut nova hæc ſpecies acquiratur
„ facienti in perpetuum.

Ferruminatione confuſionem fieri] „ Pau-
„ lus non aſſerit, per *ferruminationem* con-
„ fuſionem fieri, aut brachium ſtatuæ per
„ *ferruminationem* junctum *jure confuſionis*
„ acquiri jungenti; ſed ait, hoc caſu bra-
„ chium cedere ſtatuæ *jure acceſſionis.*

„ Hujus aſſerti ratio naturalis hæc eſt,
„ quia per ferruminationem (*durch Zuſam-*
„ *menſchmeltzung*) extremitates duarum re-
„ rum ita confunduntur, ut integræ ſepara-
„ ri non poſſint; acceſſio igitur hic unitate
„ majoris partis conſumitur. *L.* 23. §. 5. *ff.*
„ *de rei vindicat.* Jus dominii priſtini per
„ novam hanc ſpeciem in perpetuum exſtin-
„ ctum, & res aliena facta eſt. *ibid.* Quod
„ JCtus adeo verum eſſe exiſtimat, ut licet
„ poſtea ſeparetur brachium, prior tamen
„ dominus id vindicare non poſſit, quia
„ prior ſpecies ſemel, & in perpetuum pe-
„ riit. *d. l.* 23. §. 5.

„ Quod magis eſt, Paulus non diſtinguit
„ inter ferruminationem, & applumbatio-
„ nem intuitu acquiſitionis. Sane, jus ac-
„ ceſſionis æque obtinet ſi per *applumbatio-*
„ *nem* (*durch Verlothung*) brachium ſtatuæ
„ jungitur: & pars minus valens hic pari-
„ ter jure totius pertinet ad ſtatuam quam-
„ diu juncta eſt; uti modo demonſtravimus.
„ Sed in eo differt hæc acceſſio a priori,
„ quod ſi per *applumbationem* brachium ſta-
„ tuæ jungitur, pars unitate majoris partis
„ non *conſumatur*, quia brachium ſalva ſta-
„ tua ſeparari poteſt; ſi proinde ſeparatur
„ brachium, prior dominus vindicare illud
„ poteſt, quia jam deſiit eſſe acceſſio rei al-
„ terius prævalentioris, adeoqoe jus, quod
„ jungenti jure totius competiit, jam deſiit.
„ *d. l.* 23. §. 5.

Quod Paulus] „ Add. Pomponius in *L.* 27.
„ *pr. ff. de acquir. rer. domin.*

*Aut aliam eſſe ſcripturæ, aliam picturæ ra-
tionem*] „ Verum eſt, eandem utriuſque eſſe
„ rationem; qood & Paulus defendit *l.* 23.
„ §. 3. *ff. de rei vindicat.* Quia tabula eſt
„ res prævalentior, ſine qua pictura eſſe ne-
„ quit; natura autem ſubjectum potius eſt
„ adjuncto, & finia medio: ſed cum alii
„ JCti admiratione artis diſſentirent, deci-
„ dit Juſtinianus, ut tabula cedat picturæ,
„ Hæc ergo deciſio eſt meri juris civilis:
„ ſane, leges humanæ id, quod *potius* eſt,
„ juxta votum, & inſtitutum hominum, a:
„ pro præſenti rerum ſtatu determinare poſ-
„ ſunt, at tunc *potius* id eſt non natura,
„ ſed lege. In pictura ergo aliquid *potius* eſt
„ ex voto hominum, quod leges ſecuti ſunt:
„ & ea ratione utitur Imperator in §. 35.
„ *Inſt. de rer. diviſ.*

Ut huic tabula cedat] „ Inter veteres JCtos
„ dubium non fuit, quod pictura tabulæ
„ cedere debeat, *l.* 23. §. 3. *ff. de rei vindicat.*
„ *l.* 9. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* Tribo-
„ nianus demum in Inſtitutionibus dubium
„ id movit, & ex ignorantia principiorum,
„ quibus antiqui JCti nixi ſunt, ſtatuit, *ri-*
„ *diculum eſſe picturam Apellis, vel Parrha-*
„ *ſii, in acceſſionem viliſſimæ tabulæ cedere.*
„ Sed uti in aliis, ita hic quoque Tribonia-
„ nus vapolat. In jure acceſſionis enim non
„ quæritur, an res majoris, vel minoris ſit
„ pretii, quia pretia non a natura, ſed fa-
„ cto hominum ſunt determinata; ſed an
„ ſit prævalentior, id eſt, an ſine re eſſe
„ poſſit. Hoc poſito negari nequit, picturam
„ ſine tabula eſſe non poſſe, adeoque ex ra-
„ tione naturali picturam cedere tabulæ.

Ad §. XXII.

Jure Romano conſtitutum eſt ut *ſata* ſo-
lo cedant ſtatim: *arbor* vero, ex quo coa-
luit, & *cruſta*, ex quo radices egit. Auctor
id putat meri juris civilis eſſe, & rationem
mere eſſe poſitivam, quod ſolo ali videantur.
Nos hanc acquiſitionem vere juris naturæ
eſſe, dicimus. Sata enim quidem manent
priſtini domini, ſed integra ei tribui non poſ-
ſunt, terræ jam mixta: cedunt ergo ſolo
quaſi exſtincta, & pretium tantum ſolvitor
domino. Unde cum quæreretur, fructibus ex
alieno ſemine natis jus ſoli, an jus ſeminis
præferri debeat? pro illo, ut potiore, reſ-
pondet JCtus in *l.* 25. §. 1. *ff. de uſur.* Aliud
igitur merito ſtatuerunt JCti in arbore, &
cruſta; utraque enim ſeparari integra poteſt,
quamdiu nondum coaluere. Ex quo vero coa-
luerunt, & extremitates junctæ ſunt per ra-
dices, non amplius ſeparari integræ poſſunt:
pars factæ ſunt noſtri ſoli, adeoque ei ce-
dunt. Atque eadem ratione nititur acquiſitio
ædificii, utpote quod itidem cedit ſolo.

Plantata, & conſita ut ſolo cedant] „ Illa

Digitized by Google

„ quidem ex quo radices egere: hæc ſtatim
„ ex quo ſata ſunt.

Similiter eſt juris conſtituti] „ Exſtat con-
„ ſtitutio in §. 31. & 32. *Inſt. de rer. diviſ.*
„ *l.* 25. *ff. de uſur. l.* 6. *in fin. ff. arbor. furt.*
„ *cæſar. l.* 48. *ff. de rei vindicat. l.* 9. §. 2. *ff.*
„ *de damn. infect.* At verius eſt, hanc con-
„ ſtitutionem niti ratione naturali; arbor
„ enim non amplius eſt pars prioris fundi ſi
„ radices egit, ſed ejus, in quo nunc plan-
„ tata eſt. Hinc alterius terræ alimento alia
„ arbor facta eſt: prior ſpecies periit, & no-
„ vam ſpeciem nacta eſt arbor.

Cujus ratio eſt, quod iſta ſolo alantur]
„ Hæc ratio in plantatis obtinet, non vero
„ in inſitis. Nam plantata non fiunt pars
„ ſoli, niſi ex quo radices egere: unde no-
„ tanter in *l.* 26. §. 2. *ff. de acquir. rer. do-*
„ *min.* dicitur, plantam alius terræ alimen-
„ to aliam factam eſſe. At ſata non ideo
„ cedunt ſolo, quod iſta ſolo alantur; ſed
„ ideo quia ſtatim, ac injecta ſunt fundo,
„ ſeparari inde nequeunt: adeoque res non
„ amplius exſtare videtur, quæ per rei natu-
„ ram reddi nequit.

Nam ideo & de arbore diſtinguitur, an radices egerit] „ Eadem enim ratio eſt in ar-
„ bore, quæ in plantatis, quia alia arbor
„ videtur facta alio terræ alimento, *d. l.* 26:
„ adeoque facta eſt pars alterius ſoli, unde
„ alimenta recipit.

Atqui alimentum rei jam ante exiſtentis partem duntaxat facit] „ Adeoque novum
„ inde jus non acquiri, ſed priſtinum ma-
„ nere videtur. Reſp. rei antea jam exiſten-
„ tis ſpecies interit; novo alimento forma
„ mutatur; planta non amplius eſt pars prio-
„ ris fundi, ſed fundi alterius: arbor igitur
„ cedit ſolo, ejuſque domino.

Atque ideo ſicut ex alimento jus quoddam in rem ſoli domino naſcitur] „ Quamdiu ſci-
„ licet arbor eſt in ſolo domini.

Ita domino ſeminis, plantæ, aut arboris, jus ſuum naturaliter certe ob id non perit]
„ Hæc ſequela fallit; nam ſi prior arbor non
„ amplius eſt pars prioris ſoli, ſed fit pars
„ ſoli alterius, ſpecie mutata omne jus prio-
„ ris domini in arborem ceſſat.

Quare & hic communio locum habebit]
„ Quia ex hypotheſi Auctoris concurrunt
„ jura ſoli, ſeu alimentorum, & jus domini
„ plantæ: &c. Nos plantam, & arborem ſo-
„ lo cedere, ex naturali ratione probavi-
„ mus.

Nec minus in ædificio] „ Adeoque ſi quis
„ ædificium in alterius ſolo ponit, illud com-
„ mune fieri putat, quia concurrunt jus ſo-
„ li, & jus materiæ. At naturali quoque ra-
„ tione verius eſt, ædificium cedere ſolo,
„ etſi marmoreum ſit. *L.* 15. §. *fin. ff. de in-*
„ *ſtruct. vel inſtrum. legat. l.* 98. §. 8. *ff. de*
„ *ſolut. Diſſertat. proœm. XII.* §. 277. *n.* 14.
„ Solum enim eſt res prævalentior, & ædi-
„ ficium ſubſiſtere abſque ſolo nequit. *L.* 30.
„ §. 1. *ff. de uſurpat. & uſucap. l.* 23. *pr. ff.*
„ *eod.*

„ Ædificium igitur cedit ſolo, ſive is, qui
„ ædificavit in ſuo, ex aliena materia ædi-
„ ficaverit, *l.* 7. §. 10. *ff. de acquir. rer. do-*
„ *min.* §. 29. *Inſtit. de rer. diviſ.* ſive alius
„ ex ſua materia in alieno fundo ædes po-
„ ſuerit. *d. l.* 7. §. 12.

Non ſi mobile ſit, nullum in eo jus habebit ſoli dominus] „ Uti ſi quis horreum fru-
„ mentarium mobile in alterius ſolo poſuit;
„ hoc enim caſu horreum nec commune fit,
„ nec ſolo cedit, quia non fit pars fundi,
„ ſeu rei principalioris.

Quod & Scævolæ placuit] „ In *l.* 60. *ff. de*
„ *acquir. rer. domin.* Conf. *l.* 18. *ff. de act.*
„ *emt. & vendit.*

Ad §. XXIII.

Quærit hic Auctor, an bonæ fidei poſſeſſor fructus ex re aliena acquirat jure naturæ? Recte id negat: & merito aſſerit, fructus eo jure manere domini, cui reddi debent repetita mercede. At jure gentium ſecundario contrarium ſtatutum, & bonæ fidei poſſeſſori conceſſum eſt ut fructus lucretur ex re aliena perceptos: idque ex duplici ratione æquitatis, quarum altera naturalis eſt, altera civilis. *Prior* in eo conſiſtit, quod bonæ fidei poſſeſſor agrum coluerit, & opera ſua fructus produxerit; *altera*, quod pro domino habeatur. Accedit præterea in conſumtis ratio, quod fructus ſine culpa conſumti, & ſic dominium exſtinctum ſit.

Additio.

„ JCti Romani *perceptionem fructuum ex*
„ *re aliena* inter modos acquirendi juris gen-
„ tium, id eſt juris naturalis, retulerunt,
„ §. 34. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 48. *pr. ff. de ac-*
„ *quir. rer. domin.* & merito: adeoque con-
„ cedi non poteſt, id eſſe juris poſitivi; ne
„ dum juris gentium ſecundarii, (ut p
„ quale plane non dari, ſæpius dixi

„

,, Ratio hujus acquiſitionis naturalis in
,, aprico eſt. Nam is, qui dominus fundi eſt,
,, eo ipſo eſt quidem dominus arboris, & fru-
,, ctuum pendentium, qui ſunt pars arboris:
,, *l.* 44. *ff. de rei vindicat. ibique Gothofred.*
,, Sed eo momento, quo alius decerpit, hi
,, fructus deſinunt eſſe pars arboris: & is, qui
,, decerpſit, fructus hos ſeparatos ſuos facit,
,, ſive bona, ſive mala fide ſeparati fuerint;
,, unde JCtus rationem in *l.* 48. *pr. D. de ac-*
,, *quir. rer. domin.* addit, *quia, quod ad*
,, *fructus attinet, loco prope domini eſt.*

,, Ceterum percipiens non lucratur fructus;
,, quia ex re aliena locupletior fieret: ſed do-
,, minus fundi agit ad id, quod intereſt; quod
,, late probavi in *Diſſ. proœm. XII.* §. 267.

,, Jure Romano hoc naturæ jus admodum
,, limitatum eſt. Nam 1. ſi mala fide fructus
,, ſeparati ſunt, non fiunt percipientis; idque
,, in pœnam malæ fidei, *l.* 48. *pr. ff. de ac-*
,, *quir. rer. domin.* §. 34. *Inſt. de rer. diviſ.*
,, Sed & 2. bonæ fidei poſſeſſor eos non ac-
,, quirit, niſi juſto titulo percipiat. *d.* §. 34.
,, *l.* 45. *D. de uſur.* Neque 3. poſſeſſor bonæ
,, fidei eos ſuos facit, ſi adhuc exſtant. *L.*
,, 22. *C. de rei vindicat.*

Bonæ fidei poſſeſſor] ,, In bona autem fide
,, quis eſſe dicitur, cum is, qui rem tenet,
,, ignorat alienam eſſe: v. g. ſi putavit, eum,
,, a quo accepit, jus alienandi habuiſſe. *l.*
,, 109. *ff. de verb. ſign.*

Ut fructus omnes ex re ſuos faciat, quos percepit, naturale itidem non eſt] ,, Imo eſt
,, naturale; & recte JCti Romani id eo re-
,, ferunt: *l.* 1. *pr.* junct. *l.* 48. *pr. D. de ac-*
,, *quir. rer. domin.* §. 34. *Inſt. eod.* Quia ejus,
,, qui fundi dominus eſt, dominium intuitu
,, fructuum perit, ex quo ſeparati ſunt fructus.

Sed hoc tantum, ut jus habeat impendia in rem facta &c. imputandi, ac pro iis deducendi fructus perceptos] ,, Imo omnes fructus
,, jure dominii ſuos facit; ſed ſi prior domi-
,, nus æſtimationem petit, (uti jure petere
,, poteſt,) merito percipiens deducit impen-
,, dia, & operas.

Et operam utilem] Omnis poſſeſſor, qui fructus ex re aliena percepit, & æſtimationem ſolvere tenetur, jure naturæ deducit impenſas neceſſarias, & utiles, *l.* 5. *C. de rei vindicat.* Quia alias alter locupletior fieret poſſeſſoris jactura: at voluptuarias non deducit, quia ceſſat ratio; tollere tamen eas poteſt, ſi abſque diſpendio fundi id fieri poteſt. Jure Romano malæ fidei poſſeſſor nec utiles deducit. *l.* 29. §. 5. §. 30. §. 38. §. 48. *ff. de rei vindic.*

Imo & exſtantes, ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi] ,, Auctor docet, exſtan-
,, tes fructus jure ſaltem retentionis, & qui-
,, dem pro impenſis, & cultura, ad perci-
,, pientem pertinere. Nos jure naturæ domi-
,, nium quoque exſtantium fieri percipientis,
,, diximus, etſi jure Codicis id mutatum ſit.
,, *l.* 22. *C. de rei vindicat.*

Si aliter non fiat ei reſtitutio] ,, Id eſt ſi
,, impendia, & operam, niſi retinendo fru-
,, ctus, ſalva habere non poſſit.

Ad §. XXIV.

Atque *idem dicendum videtur de malæ fidei poſſeſſore*] Quæritur, an malæ fidei poſſeſſor fructus ex re aliena perceptos acquirat? Merito id negat Auctor, quia malæ fidei poſſeſſor non eſt dominus, at fructus cedunt domino rei. Neque jure civili pro domino habetur, utpote quod in ſolo bonæ fidei poſſeſſore ſtatutum eſt. Hinc talis poſſeſſor reſtituere tenetur conſumtos quoque fructus; quin & eos quos percipere potuit, etſi actu non perceperit. *l.* 22. *C. de rei vindicat.* §. 24. *Inſt. de rer. diviſ. l.* 2. *C. de fructib. & lit. expenſ. l.* 33. *l.* 65. §. 1. *ff. de rei vindicat. l.* 5. *C. eod.* An ergo impenſas deducit in rem factas, & an operam utilem imputat? Affirmat Auctor, quia dominus rei non debet lucrum facere ex re aliena. Jure civili id reſtrictum ſaltem eſt ad impenſas fructuum, *l.* 36. §. *fin. ff. de heredit. petit. l.* 51. *D. famil. erciſc.* & neceſſarias in rem. *l.* 5. *C. de rei vindicat.*

Additio.

,, Dixi, naturale eſſe ut etiam malæ fidei
,, poſſeſſor, percipiendo fructus ex re aliena,
,, eos ſuos faciat, quia ſpecies rei interit per-
,, cipiendo; aliud enim eſt arbor, aliud fru-
,, ctus, qui percipitur. At quia percipiens
,, id, quod intereſt, alteri, ex cujus re lo-
,, cupletior factus eſt, reſtituere debet; iti-
,, dem naturale eſt ut percipiens omnes ſum-
,, tus etiam utiles, tum in fructus, tum in
,, rem impenſos, deducat.

Ubi lex pœnalis non intercedit] ,, Uti in-
,, tercedit jure Romano, ubi malæ fidei poſ-
,, ſor non deducit utiles, nedum volupta-
,, rias. Lauterb. *Compend. p.* 117.

Paulus] ,, *L.* 38. *pr. ff. de hæredit. petit.*
,, Add. *l.* 36. §. *fin. ff. eod.* ubi dicitur, ratio-
,, nem naturalem id poſtulare.

Digitized by Google

A d §. XXV.

Quærıtur, an *traditio* ſit modus acquirendi juris gentium? Negat Auctor cum Hubero in *tit. de rer. diviſ.* §. 36. Covarruv. *Var.* 3. *c.* 5. *n.* 6. *v.* 5. *num. hoc* &c. Sed late horum ſententiam refutavimus ſupra *c.* 6. §. 1. *n.* 2.

Additio.

„ Grotius non negat, per traditionem ac-
„ quiri dominium; ſed eam ad acquirendum
„ dominium non eſſe neceſſariam, ſtatuit,
„ quia ſupponit, etiam pacto dominium trans-
„ ferri poſſe: adeoque quod traditio de ne-
„ ceſſitate ſit, eſſe ex diſpoſitione juris civi-
„ lis. Add. ſupra *l.* 2. *c.* 6. §. 1. *l.* 2. *c.* 11. §.
„ 1. *n.* 3. & 4. & *c.* 12. §. 15. *n.* 1. Ego alibi
„ rationibus naturæ probavi, per pactum
„ dominium non transferri; ſed ad id præ-
„ ciſe requiri traditionem. Vid. *Diſſert. pro-
„ œm. XII.* §. 268. *n.* 7. *ſeq.* Beatus Parens
„ peculiari diſſertatione hanc quæſtionem, *an
„ traditio ſit neceſſaria ad transferendum do-
„ minium?* examinavit, quæ exſtat in *Volum.*
„ 1. *diſput. pag.* 213. Traditionem autem eſſe
„ neceſſariam, apparet I. ex ipſa voce *domi-
„ nii*, per quam intelligimus jus, quod in
„ rem ipſam competit, *l.* 23. *pr. ff. de rei vin-
„ dicat. argum. l.* 17. *ff. de pignor. & hypoth.
„ l.* 9. *l.* 18. *C. eod. l.* 1. §. 1. *C. de ſuperind. l.* 2. *C. ſi
„ unus ex plur. hered.* ita ut res noſtra, *l.* 3. *pr. ff.
„ de oblig. & act. l.* 25. *pr. l.* 28. *ff. eod.*, & in
„ *proprietate noſtra* conſtituta ſit. *l.* 13. *ff. de
„ acquir. rer. domin. l.* 14. §. 5. *ff. de except.
„ rei judicat.* Non autem jus in rem ipſam
„ nobis arrogare, nec eam noſtram dicere,
„ nec proprietatem in re nobis arrogare poſſu-
„ mus, ſi res illa nunquam in noſtra poteſta-
„ te, vel cuſtodia fuit.

„ Sane II. Romani *dominos a domo* dictos
„ eſſe, ajunt, quia omne dominium olim
„ intra domus, habitationiſque fines contine-
„ batur. Vid. Connanus *lib.* 10. *c.* 5. *n.* 7. Conf.
„ *l.* 195. *ff. de verb. ſign.* Eodem modo uti
„ Græci οἰκεῖον (id quod nobis, proprium eſt)
„ ab οἶκος (id eſt, domus) derivarunt. Vid.
„ Vinnius *tit. Inſt. de hered. qualit. & differ.*
„ Certiſſimo indicio, ideo dominum aliquem
„ dici, quia res in ejus domo, adeoque po-
„ teſtate conſtituta eſt. Atque hæc vera ratio
„ eſt, cur uxor apud Romanos non fieret,
„ niſi per deductionem in domum; quia tunc
„ demum in poteſtate mariti conſtituitur, &
„ corpus uxoris ei quaſi traditum eſt.

„ Magis id III. probatur ex ipſo dominii
„ effectu. Cum enim quilibet ſit rei ſuæ arbi-
„ ter, & dominus, *l.* 21. *C. mandat.* ita ut abu-
„ ti ea, & pro lubitu de ea diſponere poſſit; qua,
„ quæſo, ratione hæc facultas ei tribui poteſt,
„ qui nunquam poteſtatem in rem ipſam ha-
„ buit? Neceſſario igitur requiritur ad obtinen-
„ dum hunc effectum, ut res tradatur, id eſt,
„ ita in noſtra poteſtate conſtituatur, ut quan-
„ do lubet, corpore apprehendi poſſit.

Eſt per traditionem] „ Traditio eſt actus
„ duorum, quo res ab altero in alterius po-
„ teſtatem transfertur ex juſta cauſa, id eſt,
„ ex cauſa dominii translativa: §. 40. *inſt. de
„ rer. diviſ.* Quia nihil tam naturale eſt,
„ quam voluntatem domini, rem ſuam in
„ alium transferre volentis, ratam habere.
„ *d.* §. 40.

„ Requiritur igitur 1. ut *dominus* tradat;
„ is enim ſolus de re ſua diſponere poteſt.
„ Non ergo transfertur dominium ſi res alie-
„ na traditur. 2. Ut dominus *diſponere* de re
„ ſua poſſit: non ergo transfertur dominium
„ ſi res a pupillo, a furioſo &c. traditur. 3. Ut
„ res tradatur *animo transferendi dominii*, id
„ eſt, ex juſta dominii transferendi cauſa;
„ non ergo ſi animo locandi, commodandi
„ &c. traditur. 4. Ut *alter acceptet*; invito
„ enim, & ignoranti nullum jus ex traditio-
„ ne mea acquiritur.

„ Tradita autem res etiam naturali ratio-
„ ne videtur, ſi 1. ita in poteſtate noſtra
„ conſtituitur, ut capi poſſit, etſi non capia-
„ tur actu: quo pertinent fictæ illæ tradi-
„ tiones Romanorum, per fictionem brevis
„ manus, per fictionem longæ manus, &
„ per ſymbola. 2. Si re nobis tradita, vel in
„ poteſtate noſtra conſtituta, ex cauſa domi-
„ nii non translativa, dominus declaret,
„ ſe nos dominos illius rei conſtituere; quo
„ pertinent exempla Auctoris. Nam in om-
„ nibus his caſibus res in noſtra poteſtate eſt
„ conſtituta voluntate domini. Vid. *Diſſ. pro-
„ œm. XII.* §. 268. *n.* 4. & *n.* 19.

Quod & ipſi JCti in quibuſdam caſibus agnoſcunt] „ Imo regulam juris naturæ con-
„ trariam exhibent *in d. l.* 9. & *d.* §. 40. At
„ ob utilitatem publicam effectus dominii in
„ quibuſdam caſibus tribuunt etiam citra tra-
„ ditionem; ſed id meri juris civilis eſt: &
„ in ejuſmodi caſibus res in poteſtate noſtra
„ conſtituitur ex fictione legis.

Ut in re donata uſufructu retento] „ Quod
„ JCti vocant conſtitutum poſſeſſorium, quo

„ is,

,, is, qui rem ſuo nomine tenuit, conſti-
,, tuit, ſe meo nomine poſſidere velle. Hoc
,, caſu fingunt leges, rem a domino mihi
,, traditam eſſe, & me ei viciſſim uſumfru-
,, ctum conſtituiſſe; leges ergo hic diſpoſitio-
,, ni partium eundem effectum tribuunt, quem
,, traditioni: & donatarius rei acquirit domi-
,, nium, ac ſi traditio interveniſſet, *l.* 28.
,, *C. de donat. ibique late Gothofred.*
,, Idem dicendum ſi donator rem donatam
,, a donatario conducit. *l.* 37. *ff. de rei vindi-*
,, *cat. l.* 18. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Donator enim
,, deſiit poſſidere, & alium poſſeſſorem ſuo
,, miniſterio facit: vult dimittere poſſeſſio-
,, nem, quia putat ſe transferre, *d. l.* 18.
,, *pr.* & §. 1.

Aut in eum collata, qui poſſideat] ,, *Si*
,, *rem meam poſſideas,* & *eam velim tuam*
,, *eſſe, fiet tua, quamvis poſſeſſio apud me non*
,, *fuerit. l.* 21. §. 1. *ff. de acquir, rer. domin.*
,, Licet enim ex ea cauſa tibi eam non tra-
,, diderim; eo tamen, quod patior eam ex
,, cauſa emtionis apud te eſſe, tuam efficio:
,, uti ratio hæc additur *in l.* 9. §. 5. *ff. eod.*
,, Atque hinc apparet, dominium hic trans-
,, ferri non ex lege civili, ſed ex ipſo jure na-
,, turæ; nam hic vera traditio intervenit; res
,, in alterius cuſtodia, & poteſtate naturali,
,, voluntate mea jam fuit: & cauſa poſſeſſio-
,, nis ſaltem mutatur, quæ novam traditio-
,, nem non requirit.
Aut commodatam ſervet] ,, Veluti ſi rem,
,, quam tibi aliquis commodaverit, aut locave-
,, rit, aut apud te depoſuerit, poſtea aut vendi-
,, derit tibi, aut donaverit, aut dotis nomine
,, dederit: *l.* 9. §. 5. *ff. de acquir. rer. domin.* §.
,, 43. *Inſtit. de rer. diviſ.* Hic ergo revera tradi-
,, tio intervenit: adeoque naturaliter quoque,
,, non ſola lege, dominium transfertur.
In jactis miſſilibus] ,, Verum eſt, miſ-
,, ſilia non acquiri per traditionem, quia hæc
,, demum neceſſaria eſt in acquiſitione de-
,, rivativa: acquiſitio autem miſſilium eſt
,, originaria. Certum enim eſt, miſſilia ex
,, derelictione mittentis fieri nullius, adeo-
,, que cedere occupanti. Vid. ℘. *l. c.* 6. §.
,, 22. *Add.* §. 45. *Inſt. de rer. diviſ.*
Etiam ante adeptam poſſeſſionem] ,, Nam
,, in plerifque præcedentibus caſibus res jam
,, erat in poſſeſſione, & ſic traditio præceſſit.
Ut hereditatis] ,, Heres enim ipſo jure in
,, omnia defuncti jura ſuccedit. *l.* 23. *ff. de*
,, *acquir. poſſeſſ.* adeoque & in dominium. Ad
,, hujus rei intellectum repetendum eſt ex *ca-*
,, *pite* 8, liberos eſſe in domo, & familia pa-
,, tris, imo portionem corporis paterni: adeo-
,, que dominium, quod parentibus compe-
,, tiit, non exſtingui horum morte, ſed fa-
,, miliam continuari per liberos. Hinc liberi
,, quodammodo domini bonorum paternorum
,, vivente patre dicuntur. Quod vero id ad
,, collaterales, & ad heredes teſtamentarios
,, extenſum fuit, id ex lege civili oritur. Vid.
,, *Diſſert. proœm. XII.* §. 268. *n.* 1. & 17.
Legatorum] ,, Legata ipſo jure, etiam
,, quoad dominium, in legatarium tranſeunt.
,, §. 2. *Inſt. de legat. l.* 64. *ff. de furt.* at id
,, ex lege civili eſt, uti ipſa legata.
Rei donatæ eccleſiis] ,, Id in favorem ec-
,, cleſiarum &c. ſtatutum eſt, adeoque meri
,, eſt juris civilis. *l.* 23. *C. de Sacroſ. eccleſ.*
Aut cauſa alimentorum] ,, In favorem ali-
,, mentorum: unde in *l.* 1. *C. de donat. quæ*
,, *ſub mod.* additur, *divos Principes in hoc*
,, *caſu realem actionem dandam eſſe, ſan-*
,, *xiſſe.*
Bonorum, quorum univerſalis ſocietas con-
tracta eſt] ,, *In ſocietate omnium bonorum*
,, *omnes res, quæ coëuntium ſunt, continuo*
,, *communicantur; quia licet ſpecialiter tra-*
,, *ditio non interveniat, tacita tamen credi-*
,, *tur intervenire. l.* 1. §. 1. & *l.* 2. *ff. pro ſoc.*
,, Ratio hæc mere civilis eſt; & lex fingit,
,, tacite interveniſſe traditionem. Sane, in
,, communione tali univerſali difficillima res
,, eſſet, ſi ſingulæ res, ſæpius diſſitæ, de
,, manu in manum tradi deberent. Vid. *Diſſ.*
,, *proœm. XII.* §. 268. *n.* 4.

A D §. XXVI.

A U C T O R repetit hic quod toties alibi monuit, JCtos Romanos confundere ea, quæ juris naturalis ſunt, cum iis, quæ vel naturalia ſaltem ſunt pro certo rerum ſtatu, vel quæ ſunt juris gentium voluntarii, ſed arctioris. *Conſ. ſuprà* §. 1.

Additio.

,, Alibi probavi, JCtos Romanos non
,, agnoſcere *jus gentium voluntarium*; ſed
,, jus gentium eis idem eſſe, quod naturale,
,, *l.* 1. *ff. de juſtit.* & *jur.* & quod cum hu-
,, mano genere originem cepit: *l.* 1. *ff. de ac-*
,, *quir. rer. domin.* Omnes igitur modi ac-
,, quirendi ab iis propoſiti ſunt vere natu-
,, rales ſuo modo. Ceterum ſæpius dictum
,, eſt, *jus naturæ pro certo rerum ſtatu* non
,, dari,

„ dari, nedum *jus* aliquod *gentium*, ſive „ *latius*, ſive *arctius* patens.

Ne quis reperta juris gentium voce apud Romani juris auctores ſtatim id jus intelligat, quod mutari non poſſit] „ Vid. *ſupra* „ §. 1. *n.* 2. & §. 5. Auctor intelligit jus gen- „ tium latius patens, quod jus gentium pro- „ prie ſic dictum vocat, & quod quaſi ex „ condicto ab omnibus, vel moratioribus „ gentibus receptum eſſe, ait, vid. *Diſſ.* „ *proœm. IV.* §. 10. *ſeq.* quodque ad mutuam „ gentium inter ſe ſocietatem pertinere, „ *ibid.* indeque mutari non poſſe, fingit, „ niſi communi conſenſu eorum, inter quos „ conſtitutum eſt. *Dict. Diſſ.* §. 21. & 22.

Diligenter diſtinguat naturalia præcepta ab his, quæ pro certo rerum ſtatu ſunt naturalia] „ Illuſtravit hoc Auctor ſupra §. 5. exem- „ plo rerum, quæ nullius ſunt. Harum enim „ rerum dominium occupari poſſe non a na- „ tura ſimpliciter, (quia omnes res natura „ ſupponit eſſe communes) ſed introducto „ voluntate humana dominio; adeoque *jure* „ *naturæ pro certo rerum ſtatu*: niſi quate- „ nus ille quoque rerum ſtatus mutatus, & „ lege civili prohibitum ſit ne occupari res „ illæ poſſint. *d.* §. 5.

„ Nos alibi probavimus, non dari jus na- „ turæ pro certo rerum ſtatu, nec uſum ejus „ eſſe in diſciplina juris naturalis. Vid. *Diſſ.* „ *proœm. I.* §. 27. *ſeq.*

Et jura multis populis ſeorſim communia, ab his, quæ ſocietatis humanæ vinculum continent] „ Differentiam inter jus gentium pro- „ proprie, & improprie ſic dictum, ex prin- „ cipiis Auctoris explicavimus in *Diſſ. proœm. IV.* §. 29; ubi ſimul demonſtravimus, „ utrumque jus merum figmentum eſſe.

Si hoc jure gentium improprie dicto, aut totius etiam populi lege introductus ſit modus acquirendi] „ Ad *prius* jus refert pleraſque „ acquiſitiones per incrementa fluvialia *vid.* „ §. 8. item eam, quæ fit jure ventris. *vid.* „ §. 18. Ad *poſterius* jus refert acquiſitionem „ per ſpecificationem, §. 19, & 20, per ac- „ ceſſionem, §. 21, per plantam, & ædifi- „ cium, §. 22, denique per traditionem, §. „ 25; id enim demum jure Romano ſtatu- „ tum eſſe, ait.

„ Utriuſque juris effectum eſſe, putat, ut „ civitas extranea, quæ ab his acquiſitioni- „ bus excluditur, de injuria queri poſſit, „ *h.* §. At omnia hæc gratis dicuntur: ſæ- „ pius jam diximus, jus gentium non exi- „ ſtere, neque latius patens, neque arctius; „ & eos acquirendi modos, quos Auctor „ juri civili tribuit, eſſe vere naturales.

Jure gentium improprie dicto] „ Quod plu- „ res gentes ſeorſim ſtatuiſſe ſuæ civitati, „ putat. *d.* §. 1. *n.* 2.

Sine diſcrimine civis, & peregrini] „ Ita „ ut peregrini æque, ac cives acquirere poſ- „ ſint dominia jure populi introducta.

Jam inde quoque exteris jus naſci] Si enim civitas promiſcue extraneos ad jura quædam civitatis admittit, unam vero excludit, injuria eſt, *l.* 2. *c.* 3. §. 6; quod exemplo quoque commerciorum illuſtravimus ſupra *l.* 2. *c.* 2. §. 18. & 22.

Additio.

„ Noſtram hac de re ſententiam explica- „ vimus *d.* §. 6. *d.* §. 18. & §. 22. conf. *not.* „ *ſeq.*

Et ſi juris conſecutio impediatur, injuriam etiam talem, quæ juſtam belli cauſam præbere poſſit] „ Poſita ſententia Auctoris, *hos* „ *modos eſſe meri juris civilis*, neceſſario ſe- „ quitur, extraneis nullum inde jus naſci, „ niſi ex conceſſione, & permiſſione civita- „ tis. Si proinde civitas illa quoſdam extra- „ neos ad communionem illius juris admit- „ tit, de ſuo jure diſponit; neque excluſi „ de injuria queri poſſunt, quia jus ipſis nul- „ lum in res illius civitatis competit. Adeo- „ que admittere non poſſumus quod Auctor „ ait, *ejuſmodi excluſionem juſtam præbere* „ *belli cauſam:* niſi una, & altera gens ex „ cauſa, quæ per ſe injuriam infert, exclu- „ datur. *dd. loc.*

CAPUT

C A P U T IX.

Quando imperia, vel dominia deſinant.

I. *Dominium, & imperium tolli ſublato eo, qui jus habuit, nec exiſtente ſucceſſore:*
II. *Sic & jus familiæ exſtinctâ familia:*
III. *Sic & populi, ſi populus eſſe deſinat:*
IV. *Quod fit, ſublatis partibus neceſſariis:*
V. *Sublato corpore toto populi:*
VI. *Sublata forma, qua eſt populus.*
VII. *Non etiam migratione:*
VIII. *Aut mutato regimine: ubi de loco, qui debeatur novo regi, aut populo liberato.*
IX. *Quid ſi populi uniantur?*
X. *Quid ſi dividatur populus?*
XI. *Cujus nunc ſint quæ Romani imperii fuerunt, nec alienata apparent.*
XII. *De jure heredum.*
XIII. *De jure victoris.*

+ I. QUomodo + primitus acquirantur, + & quomodo tranſeant tum dominia privata, + tum imperia, ſatis diximus: + quomodo deſinant, videamus. + Et quidem derelictione deſinere, obiter [1] ſupra demonſtratum eſt, + quia voluntate ceſſante non manet dominium. Eſt & alius deſinendi modus, [2] + ſublato ſubjecto, (aa) in quo eſt imperium, + vel dominium, + ante alienationem ſcilicet [3], + vel expreſſam, + vel tacitam, qualis eſt in ſucceſſionibus ab inteſtato. + Quare ſi qua perſona, nulla edita voluntatis ſignificatione, + nullo conſanguineo relicto, moriatur, + omne jus, quod habet, interit; + ac proinde ſervi + (niſi [4] lex humana impediat) erunt liberi: + populi, qui in ditione ejus fuerant, ſui juris fient; + quia [5] non ſunt hæc ſui natura occupabilia: + niſi libertatem ſuam ultro deferant; + res autem aliæ + fient occupantis.

II. + Idem dicendum [a] [6] ſi familia defecerit, quæ jus aliquod habebat.

III. 1. + Idem, ſi populus. Dixit [a] Iſocrates, & poſt eum (bb) Julianus impera- *a De pace, p. 183. D. Ed. H. Steph.*

G R O T I I.

a *SI familia defecerit*] Ut Danica olim, *Crantz.* Vand. VIII, 22. Rugia, *Crantzius* idem Vand. VIII, 12. Pelaſgorum, & Theſſalorum. *Gregoras* lib. VII. (*in fin.* pag. 127. *Ed. Colon.* 1616.) Uſumcaſſanidarum in Perſide, *Leunclavius* XVI. Adde *Leonem* lib. II. Africanorum (*pag.* 136. *Ed. Elzevir.*) de Tarodanto: & ſi vis, *Erneſtum Cothmannum* conſ. XLI. num. 1. & ſequentibus.

G R O N O V I I.

1 *Supra demonſtratum*] 2, 6. 2.

2 *Sublato ſubjecto*] Corpore, homine, perſona.

3 *Vel expreſſam*] Teſtamento vel ſcripto, vel nuncupato.

4 *Lex humana*] Ut quæ faciebat eos caducos, aut fiſco adjudicabat.

5 *Non ſunt hæc*] Servi dominio heri, populi principis imperio, ſine ullo herede morientium, ſoluti, non ſunt in numero rerum vacuarum, & occupanti conceſſarum, niſi ultro ſe tradant in alterius poteſtatem.

6 *Si familia*] H. l. 2, 24. p. 434. Ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀσεβὴς ϗ πονηρὸς τυχὸν ἂν φθάσειε τελευτήσας πρὶν δοῦναι δίκην τῶν ἡμαρτημένων· αἱ δὲ πόλεις διὰ τὴν ἀθανασίαν ὑπομένουσι ϗ τὰς παρὰ ἀνθρώπων ϗ τὰς παρὰ θεῶν τιμωρίας. [Verba ſunt *Iſocratis*, loco in margine indicato, ad num. ſequ. quo iſta referuntur. Quem autem Auctorem Vir Doctiſſimus initio iſtius Notæ deſignare voluerit, divinare nequeo. *J. B.*]

(aa) Confer P U F E N D O R F. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 6. §. 14. Lib. VI. Cap. 3. §. 11. & Lib. VIII. Cap. 11. §. 1. *J. B.*

(bb) Locus eſt in Epiſtola *pro Argivis*: Τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους οὔσας &c. Pag. 411. B. Ed. Spanh. *J. B.*

Digitized by Google

imperator, + civitates eſſe immortales, [7] + id eſt, eſſe poſſe, quia ſcilicet populus eſt ex eo [b] corporum genere, [8] quod [b] ex diſtantibus conſtat, unique nomini ſubjectum eſt, quod habet ἕξιν μίαν, ut [c] Plutarchus; + ſpiritum unum, ut Paulus [d] Juriſconſultus loquitur. [e] + Is autem ſpiritus, ſive ἕξις, in populo + eſt [9] vitæ civilis conſociatio + plena, atque [10] perfecta, [11] + cujus prima productio eſt ſummum imperium, + vinculum, per quod reſpublica cohæret, + ſpiritus vitalis, quem tot millia trahunt, ut [e] Seneca loquitur. Plane autem corpora hæc artificialia inſtar habent corporis naturalis. Corpus naturale idem eſſe non deſinit, [d] + particulis paulatim commutatis, una manente ſpecie, ut [f] Alphenus ex philoſophis diſſerit.

b L. rerum, 30. D. De uſurp. & uſuc.
c De anim. procr. p. 1025. C.
d L. 23. §. 5. D. De rei vind.
e Sen. lib. 1. De clem. c. 4.
f L. 76. De judiciis.

2. Atque

GRONOVII.

7 *Id eſt, eſſe poſſe*] Spe, & propagatione. *Liv.* 28, 28. *Tac.* 3, 6.

8 *Quod ex diſtantibus*] Quod multa corpora uno vocabulo complectitur. l. 22. §. 5. D. *de R. V.* l. 30. princ. *de Uſurpationibus*. *Ariſtot.* 1. Pol. 3. ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε καὶ γίνεται ἕν τι κοινόν, εἴτε ἐκ συνεχῶν εἴτε ἐκ διῃρημένων.

9 *Vitæ civilis conſociatio*] Alia enim domeſticæ.

10 *Perfecta*] 1, 1. 14.

11 *Cujus prima productio*] Ex quo ante omnia exiſtit.

GROTII.

b *Ex diſtantibus*] Seneca Epiſtola CII. *quædam continua eſſe corpora, ut hominem: quædam compoſita, ut navem, domum, omnia denique, quorum partes diverſæ junctura in unum ſunt coactæ: quædam ex diſtantibus, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tanquam exercitus, populus, ſenatus.* Sumta hæc ex *Achille Tatio*, cujus ad Aratum hæc ſunt verba, (*Cap.* 14. *Ed. Petav.*) ex *Conone* illo, cujus repertum eſt coma Berenices: παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικός, σώματα λέγεσθαι ὅσα ὑπὸ μιᾶς ἕξεως ἡνωμένα κρατεῖται, οἷον λίθος, ξύλον· ἔστι δὲ ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικόν· συνημμένα δὲ ὅσα οὐχ ὑπὸ μιᾶς ἕξεως δέδεται, ὡς πλοῖον, καὶ οἰκία· τὸ μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν σανίδων, ἡ δὲ ἐκ πολλῶν λίθων σύγκειται· διεστῶτα δέ, ὡς χορός· τῶν δὲ τοιούτων διτταὶ αἱ διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἐξ ὡρισμένων σωμάτων καὶ ἀριθμῷ ληπτῶν, ὡς χορός· τὰ δὲ ἐξ ἀορίστων, ὡς ὄχλος· *Obſervavit mathematicus Conon, corpora dici, quæ uno tenore unum ſunt. Eſt autem tenor ſpiritus corpus continens. Connexa vero, quæ non uno tenore juncta ſunt, ut navis, ut domus: nam & illa ex multis eſt tabulis, & hæc ex lapidibus multis: diſtantia ut chorus: ſed & hæc duum generum inter ſe differentium. Sunt enim alia ex corporibus definitis, & quæ numerum habent cognitu facilem, ut chorus: alia ex infinitis, ut populus.* Apparet hinc ſumta quæ habet *Pomponius* L. rerum. 30. de uſurp. & uſucap. & quod *Paulus* dicit, ſtatuam uno ſpiritu contineri l. in rem. *De rei vind.* 23. §. item. 5. ubi ſimiliter diſtinguit inter corpora cohærentia, & quæ ſunt ex diſtantibus. Uſi & alii. *Philo* de mundo (*pag.* 1154. *E.*); ἕξις ἐστὶ πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτῷ· *tenor eſt ſpiritus in ſemet ſe revolvens*, &c. item: ἕξις ἐστὶ πνευματικὸς τόνος, δεσμὸς οὐκ ἄρρηκτος· ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος· *Tenor eſt ſpiritualis continentia, vinculum non inſolubile, ſed ſolutu difficile.* (pag. 1169. A.) Vide & *Boethium* 1. arithmeticorum: (*Cap.* 1.) & nota, cum de populo ἕξιν, aut ſpiritum dicimus, non ſumere nos vocem in ſuo rigore, ut *Conon* fecit, ſed ἀναλογικῶς, comparatione quadam, quali utimur etiam cum populum corpus appellamus. Spiritum hunc rei ſpeciem vocat *Alfenus* in l. proponebatur. 76. D. de judiciis.

c *Is autem ſpiritus, ſive ἕξις, in populo*] Ἡ πολιτεία, βίος πόλεως. Ariſtoteles Polit. IV, 11.

d *Particulis paulatim commutatis*] Exemplum in navi dat *Alfenus* dicto jam loco, & *Ulpianus* in l. quid tamen 10. D. quibus modis uſusfructus amittatur. Navem eandem eſſe, aiunt, ſi per partes refecta ſit. Aliud ſi diſſoluta, & recompoſita. l. qui res. 98. §. aream. 8. D. de ſolutionibus. *Plutarchus* Theſeo: τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρά, καὶ συμπηγνύντες, οὕτως ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον [legendum αὐξομένων, ut habet MS.] λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτό, τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει, λεγόντων· *Navem autem, in qua cum delecta juventute navigavit, ſalvusque rediit Theſeus, triginta aptam remis conſervarunt Athenienſes ad uſque tempora Demetrii Phalerenſis, ſubtrahenda ligna vetuſtate carioſa, ſubjiciendo alia, ita ut cohærerent; unde & exemplum hæc navis facta eſt philoſophis diſputantibus de ea quæſtione, quæ de augeſcentibus dicitur, in qua hanc navem ad ultima tempora eandem fuiſſe, affirmant hi, illi negant.* (pag. 10. C.) In hac controverſia a philoſophis decertata prudenter Juriſconſulti aientem partem prætulere. Et *Tertullianus* juris valde peritus libro de Reſurrectione carnis (*Cap.* 60): *Navem procella diſſipatam, vel carie diſſolutam, redactis, & recuratis omnibus membris, eandem ſæpe conſpeximus, etiam titulo reſtitutionis gloriantem.* Intellige manente carina, quomodo vox *reſoluta* [Immo *diſſolvit*] etiam ſumenda in *Pauli* verbis l. inter ſtipulantem. 73. §. ſacram. 5. D. de verb. oblig.

2. Atque ideo commode interpretandum quod ait [g] Seneca, [12] + neminem noſtrum eundem eſſe in ſenectute, qui fuit juvenis, + ut [13] de materia ſola intelligatur; [c] quomodo Heraclitus dixerat, citante Platone [h] in Cratylo, & Seneca dicto loco, [14] in idem flumen bis nos non deſcendere; + quod recte ſic corrigit Seneca: *Manet idem fluminis nomen, aqua tranſmiſſa eſt.* Sicut & [i] Ariſtoteles flumen populo comparans dixit, + flumina eadem vocari quanquam alia ſubeat ſemper aqua, alia decedat. + Neque vero manet nomen inane; ſed & ἕξις illa, quam Conon definit [15] ἕξιν σώματος συνεκτικὴν, [16] Philo πνευματικὸν συνέχον, Latine quoue [17] ſpiritum vocant. Sic ergo populus, Auctore [k] Alpheno, & Plutarcho [l] de ſera numinis vindicta; [18] + idem hoc tempore putatur qui abhinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc vivit: μέχρις ἂν ἡ ποιοῦσα καὶ συνδέουσα ταῖς ἐπιπλοκαῖς κοινωνία τὴν ἑνότητα διαφυλάττῃ· *quamdiu illa, quæ populum facit, & mutuis nexibus vincit, communio, jus unitatis ſuæ ſervat;* quæ ejuſdem Plutarchi in hac re verba ſunt. Et hinc ortus mos loquendi, ut populum, qui nunc eſt, alloquentes, + ei tribuamus, quæ eidem populo ante multa ſæcula acciderunt: ut videre eſt + tum apud hiſtoricos, tum & [f] in libris ſacris, ut Marci X, 3. Joh. VI, 32. VII, 19. 22. Actor. VII, 38. Sic apud Tacitum [m] Antonius Primus [19] Veſpaſiano militans milites [20] Tertianos veterum admonet, *ut ſub* [21] *M. Antonio Parthos,* [22] *ſub Corbulone Armenios repuliſſent.*

g Epiſt. 58.
h Pag. 402. A. T. I. *Ed. Steph.*
i III. *pol.* 3.
k L. 76. *D. jud.*
l Pag. 559. A. T. II. *Ed. Wech.*
m Hiſt. L. III. c. 24.

3. Ex odio itaque, non ex vero apud eundem [23] Tacitum Piſo [g] negat, Athenienſes ſui temporis eſſe Athenienſes, quippe tot cladibus extinctos, ſed illuviem nationum. Nam [24] externa illa acceſſio de dignitate forte aliquid detraxerat, + populum alium non fecerat. Nec id is ipſe ignoravit, cum illis ipſis ſui temporis Athenienſibus objectaret [n] vetera, quæ [25] in Macedonas improſpere, violenter [26] in ſuos feciſſent. At ſicut particularum mutatio non efficit

n 2. *Annal.* 55.

oblig. Idque & apud *Tertullianum* præcedentia, & apud *Paulum* ſequentia evincunt. *Philo* de mundo: οὐ γὰρ ὁπόθεν οὐ πάντα τὰ μέρη φθείρεται, φθαρτόν ἐστιν ἐκεῖνο, ἀλλ' οὗ πάντα τὰ μέρη ἅμα καὶ ἐν ταὐτῷ ἀθρόα κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. *Non cujus partes pereunt utique interitui obnoxium eſt, ſed cujus omnes partes ſimul, & eodem tempore pereunt.* (Pag. 1171. E.)

c *Quomodo Heraclitus*] Et *Epicharmus* apud *Diogenem Laërtium.* (*Lib.* III. §. II.)

f *In liberis ſacris*] Adde *Matth.* XXIII, 35. *Act.* III, 22.

g *Negat, Athenienſes ſui temporis eſſe Athenienſes*] Contra de iiſdem Athenienſibus *Julianus* Miſopogone. [Nil de *Athenienſibus* in Libro illo, qui adverſus *Antiochenſes* ſcriptus eſt. In animo forte habuit Auctor, quæ *Julianus* dicit in *Epiſt. ad Athenienſes*, ab initio, *pag.* 268, 269. Ed. Spanhem. *J. B.*]

G R O N O V I I.

12 *Neminem noſtrum eundem*] Sic & *Pythagoras* apud *Ovidium* 15. Met. 214. *Noſtra quoque ipſorum ſemper, requieque ſine ulla, Corpora vertuntur, nec quod fuimuſve, ſumuſve, Cras erimus. Fuit illa dies, qua ſemina tantum, Spesque hominum prima materno habitavimus alvo. Artifices natura manus admovit.* &c.

13 *De materia ſola*] Non etiam de forma, quæ tamen dat eſſet rei.

14 *In idem flumen*] *Ovid.* d. l. v. 180. *Ut unda impellitur unda, Urgeturque eadem veniens, urgetque priorem.*

15 Ἕξιν σώματος] Habitum, qui corpus continet. Ἕξις *Galeno* definitur πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη.

16 *Philo*] *De mundo.*

17 *Spiritum*] D. l. 30. D. *de uſurp.*

18 *Idem hoc tempore*] Auctor ad 1. *Petri* III, 20.

19 *Veſpaſiano*] A. V. C. 812.

20 *Tertianos*] Tertiæ legionis.

21 *Marco Antonio*] Triumviro R. C. per P. Ventidium Baſſum legatum ejus A. V. C. 714.

22 *Sub Corbulone*] Neronis legato A. V. C. 816.

23 *Tacitum*] 2. Ann. 55.

24 *Externa illa acceſſio*] Quod multi peregrini in civitatem confluxiſſent, vixque ſupereſſent illi αὐτόχθονες.

25 *In Macedonas*] Prælio maximo ad Chæroneam.

26 *In ſuos*] Miltiadem, Themiſtoclem, Ariſtidem, Socratem, Phocionem.

Digitized by Google

efficit ut populus eſſe deſinat qui fuit, nec per annos quidem mille, & amplius: + ita fieri poſſe ut intereat populus, negari non poteſt. + Fit autem hoc dupliciter, + interitu corporis, + aut interitu ſpeciei, ſive ſpiritus, quem dixi.

+ IV. + Corpus interit, [h] vel ſublatis [27] ſimul partibus, + ſine quibus corpus ſubſiſtere nequit, + vel ſublata corporis ratione. Ad priorem modum refer populos + mari abreptos, ut Atlanticæ populos, teſte [o] Platone, [i] & alios, quorum [p] Tertullianus meminit, item eos, quos terræ motus hauſit penitus, aut chaſma, quorum exempla ſunt apud [q] Senecam, & [r] Ammianum Marcellinum, + & alibi: & qui ſponte internecioni ſe dederunt, ut [s] Sidonii, & [t] Saguntini. Ex antiquo Latio LIII. populos ſine veſtigiis interiiſſe, ait Plinius. [u] Quid ſi ex tali populo tam pauci ſuperſint, qui populum facere nequeant? + jam poterit in illis ſubſiſtere dominium, quod populus habet [28] + ad modum privatorum: + non ſi quid populo ut populo competit: + quod & [x] de collegio ſentiendum eſt.

V. + Corporis ratio tollitur, ſi cives + aut ſponte ob peſtilentiam, aut ſeditionem, a ſocietate diſcedant, [k] aut vi [29] ita diſtrahantur, ut coire non poſſint, + quod bellis accidit interdum.

VI. + Species interit, + ſublata [y] aut omni, + aut perfecta juris communitate, + ſive ſinguli perſonalem quoque ſervitutem ſubeant, ut [30] Mycenæi ab Argivis, [31] Olynthii a Philippo, [32] Thebani ab Alexandro venditi, [33] + Brutii a Romanis publicis ſervitiis mancipati, + ſive ea retenta imperio exuantur. + Sic de [z] Capua narrat Livius placuiſſe Romanis, ut tanquam urbs habitaretur; [34] + corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe, ſed ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem, [l] cui præfectus Roma miſſus jus redderet. Itaque [m] imaginem reipublicæ nullam

o Pag. 25. C. *Tom.* III.
p *L. de Pallio*, p. 39. *Ed. Salmaſ.*
q *Ep.* 91.
r *Lib* XVII. c. 7.
s *Diod.* XVI, *Bibl.* c. 45.
t *Livius*, XXI, 14.
u *Hiſt. Nat.* III, 5.
x *L.* 7. §. *ult. D. quod cujuſque univ. n.* *L.* 12. §. 13. *D. de capt.*
y *Ariſt. Polit.* III, 2.
z *Lib.* XXVI. c. 16.

G R O T I I.

h *Vel ſublatis partibus, ſine quibus corpus conſiſtere nequit, vel ſublata corporis ratione*] *Servius* in Fuldenſibus excerptis ad 1. Æneidos: *Duobus generibus deletur exercitus, aut internecione, aut diſperſione.* (Ad verſ. 70.)

i *Et alios, quorum Tertullianus meminit*] Myunta apud *Vitruvium* (*De Architect.* IV, 1.): Helicen, & Burin apud *Pauſaniam* (VII, 25.), *Strabonem* (*Geogr.* 1. p. 59.), *Senecam* naturalium quæſtionum libro VI. c. 23. & 31. & in Anthologia.

k *Aut vi ita diſtrahantur*] Philo dicto jam libro de Mundo: *τὰ μὲν ἐκ διεστηκότων, αἰπόλια, βουκόλια, χοροὶ, στρατεύματα, ἢ πάλιν ἐκ συναπτομένων σώματα παγέντα, τῇ διαστάσει καὶ διαιρέσει λύονται· Quæ ex diſtantibus ſunt, ut greges, armenta, chori, exercitus, non minus, quam corpora ex connexis in unum coacta, divortio, ac diſſolutione intereunt.* (pag. 952. D.) Vide quæ ſupra de navi.

l *Cui præfectus Roma miſſus jus redderet*] Vide *Feſtum* voce præfecturæ. *Vellejus* libro II. (c. 44.) *Jus his reſtitutum poſt annos circiter* CLII. *quam bello Punico a Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat.* adde exempla in textu, & notis allata ad libri I. c. 3. §. VIII.

m *Imaginem reipublicæ nullam*] Severus jus buleutarum dedit Alexandrinis, qui ſine publico conſilio vixerant ſub juridico. (*Spartian.* c. 17.)

G R O N O V I I.

27 *Simul partibus*] Ipſo ſolo, aut urbibus everſis, incolis deletis; aut diſturbata ſocietate civili, vita, & libertate plerorumque ſalva. *Strabo* libro 9. 434. *τὴν δ᾽ ἔκλειψιν διττῶς ἀκουστέον· ἢ γὰρ ἀφανισθέντων τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς χώρας τελέως ἠρημωμένης, ἢ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἐθνικοῦ μηκέτι ὄντος μηδὲ συστήματος διαμένοντος τοιούτου.*

28 *Ad modum privatorum*] Quod quiſque pro ſe poſſedit, non juriſdictionem, imperium, territorium.

29 *Ita diſtrahantur*] Ut Campani, *Liv.* 26. 34.

30 *Mycenæi*] Paulo poſt bellum Perſicum. *Pauſan.* 2, 113. & 7, 448. [Vid. *Diod. Sic.* Lib. XI. c. 65.]

31 *Olynthii*] *Juſtin.* 8, 3. [& *Diod. Sic.* XVI, 54.]

32 *Thebani*] *Juſtin.* 11. 3, & 4. [& DIOD. SICUL. XVII, 14.]

33 *Brutii*] *Gell.* 10, 3.

34 *Corpus nullum civitatis*] Hoc non de veris, veteribuſque Campanis intelligendum: ſed, quos illis ejectis ibi poſuerunt Romani, aratoribus.

G R O-

lam Capuæ relictam dicit Cicero, [a] priore ad populum contra Rullum. Idem dicendum de populis [35] + in provinciæ formam redactis: + item de his, qui alterius populi ditionem ſubierunt. Sic [n] a Severo Byzantium Perintho, [o] Antiochia [b] Laodiceæ ſuppoſita a Theodoſio. *a Cic. 1. contra Rullum, c. 32.* *b Theod. V. hiſtor. eccl. c. 20. Zon. in Valent. & Theod.*

VII. At vero + ſi loco migraverit populus, + ſive ſponte ob inediam, + aut alia mala; + ſive coactus, [c] ut [36] populus Carthaginenſis bello Punico tertio, + ſi ſpecies quæ dixi maneat, [p] + populus eſſe non deſinit, + multoque minus ſi muri tantum urbis disjecti ſunt. Itaque cum ad pacem Græciæ jurandam [d] Lacedæmonii negarent admittendos Meſſenios, quod ejus urbis muri eſſent diruti, + contra eos a communi ſociorum concilio res judicata eſt. *c Flor. l. II. cap. 15.* *d Plut. Ageſilao, p. 616. B.*

+ VIII. 1. + Neque refert quomodo gubernetur, regione, an plurium, an multitudinis imperio. + Idem enim eſt populus Romanus ſub regibus, conſulibus, Imperatoribus. Imo + etiamſi pleniſſimo jure regnetur, populus idem erit qui antea erat cum ſui eſſet juris, + dum rex ei præſit, ut [37] caput iſtius populi, + non ut caput [38] alterius populi. + Nam imperium, quod in rege eſt ut in capite, in populo manet ut in toto, cujus pars eſt caput: + atque adeo rege, + ſi electus eſt, + aut regis familia extincta, jus imperandi ad populum redit, [e] ut ſupra oſtendimus. Neque eſt quod Ariſtotelem hic mihi quis objiciat, + qui reipublicæ forma mutata negat [f] eandem eſſe civitatem, ſicut, inquit, + harmonia non eadem eſt, ubi [39] a Dorico modo in Phrygium tranſitur. *e L. 1, c. 3, §. 10, n. 4. L. 2, c. 6, §. 10, & §. 15.* *f Polit. III, 3.*

2. + Sciendum enim eſt, + unius rei arcificialis plures eſſe poſſe ſpecies, ſicut legionis ſpecies, + una eſt [40] qua regitur, + altera [41] qua militat. Ita civitatis ſpecies una eſt, [42] + conſociatio juris, atque imperii; + altera, [43] relatio partium inter ſe earum, quæ regunt, & quæ reguntur. + Hanc ſpectat politicus, + illam juriſconſultus: + quod nec [g] Ariſtotelem latuit cum ita ſubjicit: *an vero exſolvenda ſint nomina nec ne, mutatâ gubernandi formâ, alia inſpectio eſt:* + artis ſcilicet alterius, + quam cum politica non confundit Ariſtoteles, ne *g D. c. 3. Pol. lib. III.*

G R O T I I.

n *A Severo*] Vide *Xiphilinum* Severo: *Herodianum* libro III. (c. 6.) adde quæ infra hoc libro II. cap. XXI. §. VII.

o *Antiochia Laodiceæ ſuppoſita*] Vide *Zonaram.* (Lib. XIII. Cap. 18.)

p *Populus eſſe non deſinit*] Ut Geloi Phintiada tranſlati. *Diodorus* Siculus in fragmentis Peireſcianis. (Immo in prioribus, *Excerpt.* è *Lib.* 22.)

G R O N O V I I.

35 *In provinciæ*] Nam provincia proprie populus erat extra Italiam vi, & armis R. domitus, ita ut amiſſo omni jure ſuo annuos magiſtratus, legeſque, & jura Roma acciperet.

36 *Populus Carthaginenſis*] Juſſus eſt a Rom. migrare in locum 10000. paſſ. a mari remotum, & ibi novam urbem condere; factum tamen non eſt, ſed illi cum urbe perire, quam relinquere illam, maluerunt.

37 *Caput iſtius*] Ut populo ſui nominis, & ſeparati, propriique juris.

38 *Alterius*] Cujus hic ſit acceſſio ſine nomine.

39 *A Dorico*] *Apul.* in Flor. Æolium modum ſimplicem, Aſium varium, Lydium querulum, Phrygium religioſum, Dorium bellicoſum dicit. Addendus Ionius, floridus, & mollis.

40 *Qua regitur*] Deſcripta per legatos, tribunos, centuriones, ſigniferos, optiones, decuriones, cohortes, centurias, ſigna, contubernia.

41 *Qua militat*] Per caſtra, per opera, per acies, orbicularem, quadratam, phalangem, cornua.

42 *Conſociatio*] Quod qui in eam coierunt, habent eadem fora, leges eaſdem, & conſuetudines, commune territorium, commoda, & onera conſociata.

43 *Relatio*] Quod conſortio, & communitate fruitur, & publica jura participat ex arbitrio, & adminiſtratione vel unius, vel paucorum, vel multorum, vel omnium.

Digitized by Google

ne quod in aliis culpat admittat ipſe, μεταβαίνων ἐκ γένους εἰς γένος, + *ab uno tractandi genere ad alterum tranſitum faciens.*

3. + Non deſinit debere pecuniam populus, rege ſibi impoſito, quam liber debebat; + eſt enim idem populus, + & dominium retinet eorum, quæ populi fuerant, + imo & imperium in ſe retinet, quanquam jam + non exercendum a corpore, ſed a capite: unde parata eſt reſponſio ad controverſiam [44] ex facto nonnunquam agitatam, + quo loco in conventibus ſedere debeat qui ſummum imperium in populum ante liberum accepit; eodem, nimirum, quo ipſe populus: ſicut in Amphictyonico conſeſſu Phocenſium (cc) locum accepit + Philippus Macedo; + ſic viciſſim qui regis fuerat locus, eum populus liber implebit.

IX. + Quod ſi quando [q] [45] uniantur duo populi, non amittentur jura,
h Liv. I, 13. + ſed communicabuntur: + ſicut [46] Sabinorum [h] primo, + deinde [47] Albanorum jus in Romanos transfuſum eſt, + & una facta reſpublica, ut Livius [i]
i Libro I. §. 28. loquitur. + Idemque cenſendum de regnis, + quæ non fœdere, + aut eo duntaxat quod regem communem habeant, ſed vera unitate junguntur.

X. + Contra evenit, ut quæ una civitas fuerat, dividatur, aut + conſenſu mutuo, + aut vi bellica, ſicut corpus imperii Perſici diviſum eſt in Alexandri ſucceſſores. Quod cum fit, + plura pro uno exiſtunt ſumma imperia, cum ſuo jure in partes ſingulas. + Si quid autem commune fuerit, id aut communiter eſt adminiſtrandum, aut pro ratis portionibus dividendum. + Huc referenda & diſceſſio, quæ ex conſenſu fit in colonias. [48] Nam ſic quoque + novus populus ſui juris naſcitur: οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ὁμοῖοι
k Libro I. c. 34. εἶναι ἐκπέμπονται, inquit [k] Thucydides: *Non enim ut ſervi,* + *ſed* [r] *ut pari jure ſint, dimittuntur.* Idem [l] ſecundam coloniam a Corinthiis Epidamnum
l Cap. 27. deductam, narrat, ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, *ut pari jure eſſet.* Rex Tullus apud
m Libro III. c. 11. Dionyſium [m] Halicarnaſſenſem: τὸ δὲ ἄρχειν ἐκ παντὸς τῶν ἀποικιῶν τὰς μητροπόλεις ὡς ἀναγκαῖόν τι φύσεως νόμιμον, οὔτε ἀληθὲς οὔτε δίκαιον ἠξιοῦτο ὑφ᾽ ἡμῶν· *Ut omnino matrices urbes coloniis imperent, quaſi naturæ lege, id vero nos neque verum, neque æquum arbitramur.*

+ XI. 1. [49] Nobilis eſt & illa quæſtio apud + hiſtoricos, & juriſconſultos, + de

GROTII.

q *Uniantur duo populi*] Ut ex Celtis, & Iberis facti Celtiberi, narrante *Diodoro*, (*Lib.* V. c. 33.) Vide, ſi vacat, de hoc argumento *Reinkingium* libro I. claſſe IV. c. 17. n. 95. & quæ ibi citata.

r *Ut pari jure ſint*] Salva tamen reverentia matricibus debita, de qua egimus lib. I. c. III. §. XXI. *Curtius* libro IV. *Carthaginem Tyrii condiderunt, ſemper parentum loco culti.* (Cap. 2.)

GRONOVII.

44 *Ex facto*] Ex oborto caſu l. 35. D. *de hered. inſt.*

45 *Uniantur duo populi*] Jungantur in unum corpus. Ut ſub Ænea Trojani, & Latini.

46 *Sabinorum*] Quiritium, vel a Curibus cum T. Tatio profectorum, rege Romulo.

47 *Albanorum*] Regnante Tullo Hoſtilio.

48 *Nam ſi quoque*] Nam ſic quoque.

49 *Nobilis &c.*] Mirum eſt hoc loco ſummum virum, quum in præcipua quæſtione non male ſentiret, in tot ſalebras ſe conjeciſſe, totque monſtra, & chimæras confinxiſſe, ut aliquid novum diceret, & Germanis potius ludibrium deberet, quam Gallis, & Papæ parum placeret.

(cc) In Decreto *Amphyctionum*, quale refert DIOD. SICULUS, Lib. XVI. *Cap.* 61. nihil legitur de loco, quo *Philippus* ſeſſurus eſſet; ſed tantum illum duo habiturum ſuffragia, quemadmodum *Phocenſes* habebant. *J. B.*

GRO-

+ de his, quæ Romani imperii fuerunt, [50] cujus nunc ſint: + multi ea nunc eſſe volunt Germanici ſive regni, ut olim vocabatur, + ſive imperii + (utro autem nomine appelles, ad rem non refert) + & neſcio quam ſurrogationem hujus imperii in illius locum ſibi confingunt, cum tamen (dd) notum ſatis ſit, + Germaniam magnam, id eſt Tranſrhenanam, + totam maxima temporis parte fuiſſe extra complexum Romani imperii. + Mihi non præſumenda videtur mutatio, aut translatio, niſi certis documentis probetur. + Quare & [51] populum Romanum [52] eundem eſſe dico, qui olim fuit, + quanquam extraneorum acceſſione admixtum, + & [53] imperium penes eum manſiſſe, + tanquam penes corpus, in quo eſſet, ac viveret. Nam quæ olim jure potuit facere populus Romanus, antequam Imperatores Romani regnarent, [54] + idem faciendi [55] jus habuit, ut quiſque Imperator mortuus erat, [56] alio nondum exiſtente. + Imo & [57] electio Imperatoris ad populum pertinebat, [58] + & aliquoties

GRONOVII.

50 *Cujus nunc ſint*] Nempe illorum, qui poſſident, Papæ, Francorum, Hiſpanorum, Anglorum, Belgarum, Italiæ dynaſtarum, Turcarum, Hungarorum, Sarmatarum. Nomen, & pauca imperii feuda in Italia, partes ad Rhenum, & Danubium, Germani obtinuere.

51 *Populum Romanum*] Populum Rom. eundem eſſe dico: ſitu, & loco, non genere, non animis, non moribus, non potentia, funus, & cadaver ſui.

52 *Eundem eſſe dico*] Juxta tradita ſect. 8. hujus capitis.

53 *Imperium penes eum manſiſſe*] Nempe in illa, quæ ex veteri copia retinere potuit. *Imperium penes eum manſiſſe*] Quodnam? aut in quid? quidni ſui quidem potens ſit, ſed ſerviat ſacrificulo, in ipſa autem Italia tot dominos videat, ne quid de provinciis dicam? Si nihil aliud, certe deſiit habere imperium, quum id detulit Carolo Magno, atque ex eo tempore Francorum, & qui alii Germaniæ, ſive imperio, ſive regno dicere libeat, his ſucceſſere, imperio adjunctus fuit.

54 *Idem faciendi jus habuit*] Si milites ſiviſſent. Perinde hoc eſt, ac ſi dicam, quæ olim jure facere potuit Francorum populus, quum electionem regum haberet, (quod ipſe ſcribit cap. 7. num. 20.) idem nunc eum faciendi jus habere. Neque enim unquam id abdicavit, ſed aulæ artibus, & factione principum, & ſua patientia amiſit.

55 *Jus habuit*] Non niſi imaginarium; Ipſum enim jus, & omnia habebat miles.

56 *Alio nondum exiſtente*] Lepidum hoc: ſed unde, quæſo, exiſtebat ille, qui ſi exſtiterat, populo non ſupererat jus faciendi? nam ſi jus erat populi, nemo exiſtere poterat, niſi quem populus feciſſet. Si aliunde exiſtente Imperatore deerat jus populo faciendi, deerat & non exiſtente, ſed erat ejus, a quo iſte exiſtebat.

57 *Electio Imperatoris ad populum pertinebat*] Nempe ut ad Menedemum filius amiſſus: *Filium habeo, Chremes, & qui dixi habere me? immo habui.* Populus ille, ad quem olim pertinebat electio Imperatorum in libera republica,

—— —— qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, ——

Sub Cæſaribus,

—— —— nunc ſe
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem, & Circenſes. —— ——

Ut canit Juvenalis ſatyr. X.

58 *Et aliquoties a populo per ſe*] Nunquam, ne ſemel quidem. Julius, & Octavius tyrannidi ſuæ ſpeciem addiderunt lege ad populum lata; ſed quam jam armis, & multo ſanguine civili occuparant, vix ut reſtaret quiſquam, qui rempublic. vidiſſet, hoc eſt, vere Romanus. Hæc ſi electio eſt, omnes tyranni ſunt electi. Nihil enim negatur arma tenenti. *Phædrus* fab. 8.

Ut mos eſt vulgi, paſſim, & certatim ruunt
Feliciter, ſucclamant ipſi principes,
Illam oſculantur, qua ſunt oppreſſi, manum,
Tacite gementes triſtem fortunæ vicem.

(dd) Hoc minimè probat, *Imperatores Germaniæ* non ſucceſſiſſe in locum *Impp. Romanorum*: quid enim obſtat, quominus illi alio titulo ſimul ſub ditione ſuâ habuerint regiones, quæ extra complexum imperii Romani fuerant? Vera ratio eſt, quam tamen Auctor non agnoſcit, jus Populi Romani dudum exſtinctum, eo tempore, quo *Carolo Magno* ſe ſubjecit. Sed de tota hac quæſtione, quod ſatis eſt, diximus in Notis noſtris Gallicis. Auctor heic paſſim ab Interpretibus, & aliis Scriptoribus vapulat: quorum tamen nonnulli, ut heic *Gronovius*, aſperiùs cum exceperunt, ſuſpicionibuſque iniquis onerare conati ſunt. *J. B.*

GRO-

quoties a populo [5] per ſe, [59 +] aut [60] per ſenatum facta eſt: quæ autem a legionibus modo his, modo illis fiebant electiones, [61 +] non erant ratæ [62] ex

Grotii.

5 *Per ſe, aut per Senatum*] Exempla paſſim electionum factarum a Senatu, aut probatarum in Adriano, Pertinace, Juliano, Severo, Macrino, Maximo, Balbino, Aureliano, Tacito, Floriano, Probo, apud *Dionem*, *Spartianum*, *Capitolinum*, *Lampridium*, *Vopiſcum*. Ante Aurelianum ſex menſes imperium fuit ſine principe, ejuſque electionem miles ſenatui detulit iterum, atque iterum. Pro Senatus jure egregia Albini epiſtola apud *Capitolinum*, (*Cap.* 13.) & Senatus epiſtola pro Gordianis. (*Apud eundem*, Maximin. c. 15.) *Macrinus* in oratione: *Detulerunt ad me imperium: cujus ego, Patres conſcripti, interim tutelam recipio, tenebo regimen, ſi & vobis placuerit quod militibus placuit.* (Capitolin. in ejus vit. c. 6.) Tacitus Imperator apud *Vopiſcum* in Probo (Cap.7.) *Me quidem ſenatus principem fecit, de prudenti exercitus voluntate.* Apud eundem Vopiſcum *Probus: Recte, atque ordine, Patres conſcripti, proximo ſuperiore anno factum, ut veſtra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & eſtis mundi principes, & ſemper fuiſtis, & in veſtris poſteris eritis.* (Cap. 11.) *Majorianus* ad ſenatum in novellis: *Imperatorem me factum, Patres conſcripti, veſtræ electionis arbitrio, & fortiſſimi exercitus ordinatione agnoſcite.* (IV. 3. Supplem. ad fin. Cod. Theodos. *Ed. Gothofred.*)

Gronovii.

59 *Aut per ſenatum*] Quod improvide poſuerat hic, in notis incautius reddidit.

Non Hadriani: miles, & Plotinæ gratia, & ficta adoptio Trajani, ipſum fecit. Honeſta oratio erat in literis ad ſenatum, *veniam petentis quod de imperio ſuo judicium ſenatui non dediſſet, ſalutatus ſcilicet præpoſtere a militibus Imperator, quod eſſe reſp. ſine Imperatore non poſſet*, ut eſt apud *Spartianum*. Sed hæ ipſæ literæ oſtendunt, jam fuiſſe, antequam a ſenatu eligeretur: hoc eſt, non electum eſſe. Olim cum poſt duos exercitus cum ducibus Scipionibus in Hiſpania prope internecione cæſos, reliquias collegiſſet, provinciam ſervaſſet, bina hoſtium caſtra cum ingenti illorum ſtrage cepiſſet L. Marcius a milite dux dictus, & in literis, quas de rebus ab ſe geſtis ad ſenatum dabat, modicum titulum proprætoris nomini ſuo addidiſſet: *res geſtæ*, inquit *Livius*, *magnificæ ſenatui viſæ, titulus honoris (quod imperio, non populi juſſu, non ex auctoritate Patrum dato, PROPRÆTOR SENATUI ſcripſerat,) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli eſſe, Imperatores legi ab exercitibus, & ſolemne auſpicatorum comitiorum in caſtra, & provincias procul a legibus, magiſtratibuſque ad militarem temeritatem transferri* &c. *Reſcribi de frumento, & veſtimentis exercitus placuit, eam utramque rem curæ fore ſenatui, adſcribi autem PROPRÆTORI L. Marcio non placuit, ne id ipſum, quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato ferret.* Liv. 26, 2. Quin etiam ſtatim alium Imperatorem, cui ille tam bene meritus pareret, adoleſcentem 24. annorum, Publium Scipionem alterius, qui occubuerat in Hiſpania, filium miſerunt, ut apud *Liv.* dicto loco. Tum electio Imperatorum ad populum, & ſenatum pertinebat, non quum ejuſmodi veniæ petitiones ſcriberentur.

Non Pertinacis: nam Lætus præfectus prætorio, & electus cubicularius, occiſo Commodo, nocte intempeſta raptum e lecto in caſtra duxerunt, ubi Imperator a militibus appellatus eſt: nocte in palatium, poſtera demum luce in curiam venit, ſane abſtinens prælato igne, quæ pompa Auguſtorum erat: ſed (ut *Tacitus* de Tiberio ſcribit 1. annal. 7.) *ſignum prætoriis cohortibus, ut Imperator, dederat: excubiæ, arma, cætera aula: miles in forum, miles in curiam comitabatur. Ibi ſuſcipere ſe etiam imperium a ſenatu*, dixit, inquit *Julius Capitolinus*, ſed continenter addit, *quod jam ſponte inierat.*

Non Juliani: palam enim ſub præconio emit, cum milites in muro caſtrorum vocaliſſimo homine poſito venale propoſuiſſent imperium, tradituroſque ei, qui plurimum pecuniæ polliceretur, pronunciaſſent, Julianus viritim dedit tricena millia ſeſtertiûm, hoc eſt, 750. coronatos, atque ita acceptus eſt.

Non Severi: nam triplici bello adverſus Julianum, adverſus Peſcennium Nigrum, adverſus Clodium Albinum peperit. Cumque occiſo Juliano ſenatus centum ad eum ſenatores miſiſſet ad gratulandum, rogandumque, excepit eos Interamne armatus circumſtantibus armatis, & quidem excuſſos, ne quid ferri haberent, ut narrat Spartianus, adeo parum eis fidebat. Enumerat deinde *Spartianus* poſitis nominibus ſupra XL. de ſenatu illuſtres viros, ab eodem ſine cauſæ dictione interfectos, quod eos aut Peſcennio, aut Albino faviſſe ſuſpicaretur.

Non Opilii Macrini: nam & hic imperium arripuit, humili loco natus, & animi atque oris inverecundi, ut ſcribit *Capitolinus*. Deinde intereſt, inquit, ſcire cujuſmodi oratio fuerit, qua ſe excuſavit, ut & impudentia hominis noſcatur, & ſacrilegium. In ea modeſtiſſimæ ſimulationis eſt illud; *Detulerunt* (milites) *ad me imperium, cujus ego, P. C. interim tutelam recepi; tenebo regimen, ſi & vobis placuerit, quod placuit militibus.* Sed ut ſcirent nihil ipſis liberum relinqui, ſubjungit: *Quibus & ſtipendium dedi, & omnia Imperatoris more juſſi.*

Maximus, ſane, Pupienus, & Cælius Balbinus (ſic enim corrigendum apud auctorem, nec fuit unus Maximinus Balbinus, ſed duo, & horum alter Maximus, non Maximinus) a ſenatu electi ſunt

Digitized by Google

ex jure legionum (nam in vago nomine jus certum eſſe non poterat) [+] ſed ex [63] approbatione populi.

2. Cum

ſunt contra ſæviſſimum Maximinum. *Sed*, inquit Capitolinus, *mærentibus militibus, quod eum Imperatorem, quem ipſi delegerant, perdiderant, eos habebant, quos ſenatus legerat.* Itaque optimos viros poſt paucos imperii menſes, ſeditione orta, indigniſſime occidere.

Aureliano, qui titulum dant optimum, fingunt a Valeriano eum adoptatum Byſantii, inſcio, & imprudente ſenatu: quod vix credibile eſt: quum poſt Valerianum Gallienus filius ejus, deinde Claudius, tum Quintillus ante Aurelianum tenuerint imperium. Verum eſt, a militibus in Pannonia apud Sirmium dictum Auguſtum: quo nuncio Romam perlato, miſer Quintillus, quem ſenatus legerat poſt XVII. diem imperii, cum ne prætorianus quidem miles ei accedere vellet, vel ab iis interemtus eſt, vel ipſe ſe occidit.

Ante Aurelianum ſex menſes vacuum fuiſſe imperium, & electionem ſenatui iterum, iterumque fuiſſe delatam, non ſine errore memoriæ poſuit Auctor. Ante Tacitum dicere voluit. Sic enim *Vopiſcus: De Imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum, idcirco quod nullum de his faciendum putabat, qui tam bonum principem* (Aurelianum) *occiderant.* Verum ſenatus hanc eandem electionem in exercitum refudit, ſciens, non libenter jam milites accipere Imperatores eos, quos ſenatus elegerit. Denique id tertio factum eſt, ut per ſex menſes Imperatorem Romanos orbis non habuerit. Sed ſexto menſe poſt acceptum hunc Imperatorem pœnituit milites, quanquam principis optimi: itaque eum ex inſidiis occiderunt.

Cur vero allinit Flavianum, de quo *Vopiſcus: Hic frater Taciti germanus fuit, qui poſt fratrem arripuit imperium, non ſenatus auctoritate, ſed ſuo motu.*

Cur Probum, de quo ſtatim idem *Vopiſcus: occiſus eſt* (Florianus) *Tharſi a militibus*, qui Probum audierant regnare, quem omnis exercitus legerat: Tantus autem Probus fuit in re militari, ut illum ſenatus optaret, milites eligerent.

Pro ſenatus jure, ait, exſtare egregiam epiſtolam Albini. Non eſt epiſtola, ſed concio ad exercitum, ex qua nihil aliud colligas, quam quod dicitur, melius fore, *ſi ſenatus populi Romani ſolum illud vetus haberet imperium, nec in unius poteſtate res tanta conſiſteret.* Hoccine eſt ſenatui jus dare faciendi Imperatoris, quo ille per CCLX. annos caruerat? Clauditur autem ita ſermo: *Senatus imperet, provincias dividat, ſenatus nos conſules faciat: & quid dico ſenatus? vos ipſi, & patres veſtri: eritis enim ipſi ſenatores.* Præclare vero ſenatores! ſcire licet, a quo ſenatu ille imperium exſpectet. Quis non intelligat artem viri? ſic ſolebant defectores ſenatus nomen præferre, donec ſuum approbaviſſent. Sic Galba conſalutatus Imperator, legatum ſe ſenatus, ac populi Romani profeſſus eſt. *Sueton.* cap. 10. at ut occiſum Neronem, cunctoſque in ſua verba juraſſe, cognovit, depoſita legati, ſuſcepit Cæſaris appellationem. ibidem cap. 11. Sic ſuperior exercitus ad Rhenum, cum Galham reſpiceret, ne reverentiam imperii exuere videretur in S. P. Q. R. Obliterata jam nomina, ſacramenta advocabat. *Tacitus* 1. hiſtor. 55. At mox: *ſpecioſis ſenatus, populique Romani nominibus relictis, Vitellio acceſſit: ſcires, illum priore biduo non penes remp. fuiſſe:* ut ait ibidem cap. 57. Nihil verecundius Albinus.

Pro eodem ſenatus jure egregiam vult eſſe epiſtolam ſenatus pro Gordianis; at nihil ne in hac quidem, quod jus ullum ſenatui afferat. Ita loquuntur: *Diis faventibus Gordianum proconſulem virum ſanctiſſimum, & graviſſimum ſenatorem, principem meruimus, Auguſtum appellavimus.* Nempe ut appellaverunt omnes a legionibus obtruſos. Nam in ipſa relatione dixerat Conſul: *Patres conſcripti, Gordiani duo, pater, & filius, magno Afrorum conſilio Imperatores ſunt nominati.* Jam igitur appellati erant, cum ſenatus eorum partibus ſe applicuit.

Majorinum, cujus honeſta ad ſenatum verba proferuntur, ex magiſtro militum Auguſtum creavit Leo Thrax Imperator Conſtantinopolitanus, & ad occidentale imperium regendum dimiſit. *Calviſius* ad A. C. 457. Illud certum eſt, comitia imperii Cæſarum nunquam penes populum Romanum, nunquam penes ſenatum fuiſſe, tamquam jus ſtabile, ac proprium, & ut hodie penes Germanorum optimates principis ſui, penes Polonorum, & Cimbrorum ordines regis eligendi jus eſt. Nata eſt hæc poteſtas inter arma, & a militibus delata: hos qui propitios habuiſſent, aut occupabant eam ipſi, aut liberis, adoptatiſve relinquebant, aut cum collegis adſcitis communicabant. Primi duo adhibuerunt etiam populum, ſed per milites jam imperio potiti, & hi populo eidem reliquerunt conſulum, prætorumque per ſuffragia creandorum imaginem. Tiberius & hoc populo detraxit, comitia ad ſenatum referens; nec populus adeutom jus queſtus eſt, niſi inani rumore, ut eſt apud *Tacitum.* Ex hoc tempore voluerunt quidem de imperio ſuo & ſeoatus-conſultum interponi, ſed poſtquam a milite acceptam in manu jam habebant poteſtatem. Soli Maximus, & Balbinus non ordinario, & qu[illegible]dito jure, ſed per tumultum metu graviſſimo Maximini a ſenatu facti ſunt. *Tacitus* ultro poſtulante milite: quem tamen horum mox pœnituit, ut brevitas imperii illorum, & triſtis eventus ſatis declarat. Itaque ſi hodiernus populus nihil habet amplius, quam tunc habuit in creatione Imperatoris, nihil habet.

60 *Per ſenatum*] Vix ſemel, & iterum, & ſemper eventu parum felici.

61 *Ex jure legionum*] Profecto Imperatores jure ſuo faciebat miles, quo inſtruxerant eos, qui per

Digitized by Google

2. Cum his non pugnat quod [64] Antonini conſtitutione quotquot in orbe Romano ſunt, cives Romani effecti ſunt. Conſecuti enim ea conſtitutione ſunt ſubditi Romani imperii + ea jura, quæ olim habebant [65] coloniæ, & [66] + municipia, & [67] + provinciæ togatæ, ut & honorum participes eſſent, & jure Quiritium uterentur: non ut in aliis populis itidem, ut in populo urbis Romæ, † fons imperii eſſet: + quod facere in poteſtate Imperatorum non fuit, qui [68] habendi imperii modum, ac cauſam [69] mutare non potuerunt. Nec quod Imperatores poſtea Conſtantinopoli, quam Romæ habitare maluerunt, + de jure populi Romani quicquam imminuit: + ſed tunc quoque electionem factam

per eoſdem imperium invadebant: quis enim auderet oſtendere tot caligas, tot millia clavorum?

GROTII.

† *Fons imperii eſſet*] Senatus pro Gordiano apud *Herodianum* provincias hortatur *πείθεσθαι Ῥωμαίοις ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστὶν, αὐτοῖς τε φίλα καὶ ὑπήκοα ἐκ προγόνων· Parere Romanis, quorum ab antiquo eſſet imperium, quibus veteri jure gentes aliæ amorem, obſequiumque præſtarent.* (Lib. VII. c. 7. Ed. Boecl.) Apud eundem Maximus in allocutione ad milites: *οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη· ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διάγειν τὰ τῆς ἀρχῆς μεθ' ὑμῶν ἐγκεχειρίσμεθα· Non enim unius viri poſſeſſio eſt hoc imperium, ſed antiquitus res eſt populi Romani: in hac urbe principatus fortuna ſita eſt, nos vero vobiſcum, milites, in id electi ſumus, ut ea, quæ imperii ſunt, curemus, ac tueamur.* (Lib. VIII. c. 7.) *Claudianus* de Roma:

Armorum, legumque parens, quæ fudit in omnes
Imperium. —— ——

(De Sec. Conſ. Stilic. *verſ.* 136.)

GRONOVII.

62 *Non ex jure legionum, ſed ex approbatione populi*] Falſum. Imo ex fide, & conſenſu legionum: hæ faciebant, ſuſtinebant, deſtituebant, deſtruebant, ubi libuiſſet, principem, ſi non jure, at quaſi jure: populum Romanorum jubebant plorare, aut adulari. Poſt Julium, & Auguſtum ne ſimulatio quidem interrogandi populi interpoſita eſt. Milites ſive in teterrimum hominem, ut Othonem, Vitellium, Heliogabalum, Maximinum incidiſſent, dum illi fidi, & concordes eſſent inter ſe, erat, & conſtabat Auguſtus, ut qui lege optima; ſive ſanctum, meritumque virum arripuiſſent, mutato animo, & pœnitentia illorum peribat: non illi nocebat deteſtatio populi, non hunc juvabat approbatio.

Convellit deinde diligenter, quod nemo erat objecturus. *Quotquot in orbe Romano eſſent, cives factos, ergo non ſolos urbem incolentes habuiſſe approbationem.* Similes habent labra lactucas. Qualis ſententia, talis objectio. Miles, ut dixi, rem habebat in manu, & riſiſſet, aut etiam male mulctaſſet utroſque tam urbanos, quam municipes, ſi illi tam inepte ſerram duxiſſent, tam ſtultam litem ſuam feciſſent. Speciem retinuit urbs uſque ad Galbam: tum, ut bene Tacitus, *evulgatum imperii arcanum*, principes poſſe alibi, quam Romæ fieri, nempe ubi maxima vis erat militum. Et hi, non de illo ſcilicet fonte imperii, hauriebant, & conſpectiſſimos, honoratoſque apud ſenatum faciebant, ſed Afros, Pannonios, Syros, Thraces, quicunque placuiſſent, urbi imponebant.

63 *Approbatione populi*] Non voluntaria, ſed juſſa, imperata, neceſſaria, nec populi, ſed ſenatus. Populus nihil faciebat aliud, quam ut imaginem principis miſſam in urbem adoraret.

64 *Antonini conſtitutione*] L. 17. D. *de ſtatu hominum.*

65 *Coloniæ*] Oppida ex urbe Romana conſcriptis colonis, diviſiſque inter eos ſedibus, & fundis per triumviros d. c. propagata. [Vide de his omnibus eruditiſſimum Opus Illuſtris SPANHEMII, cui titulus *Orbis Romanus*, Lib. I. c. 9. 13. Lib. II. c. 6. 9. &c. *J. B.*)

66 *Municipia*] Oppida, quorum cives univerſi jus civitatis Romanæ acceperant. *Gell.* 16. noct. 13.

67 *Provinciæ togatæ*] Quæ itidem civitate donatæ: ut Gallia togata, quæ & Narbonenſis. [Immo *Gallia Narbonenſis* erat *Braccata*: ſed *Togata* erat *Gallia Ciſalpina*: ut omnibus notum. *J. B.*]

68 *Habendi imperii modum, ac cauſam mutare*] De cauſa concedo; ea enim erat militis, & tanto triſtior omnis imperii conditio, quod certam de ſucceſſione legem accipere non poterat: ſed a vago, & mutabili legionum (h. e. nec generis optimi, & conſilii fere nullius hominum) arbitrio pendebat. At modum habendi imperii fecerunt ſibi quiſque qualem voluerunt. Boni detulerunt aliaIiquid ſenatui, indulgenter habuerunt populum, clementer provincias: mali in omnes, ſed præſertim in optimos, hoc eſt, ſenatum impune graſſabantur, quamdiu largitionibus continere poterant ſtudia caligatorum, & gratiam. Unde præceptum Severi ad Baſſianum Caracallam: *Fili, cole militem, & contemne cæteros.*

69 *Mutare non potuerunt*] Si voluiſſent, quis impediiſſet, præter militem? Sed neque expediebat ipſis, & fons imperii erat non Romæ, ſed ubi validiſſimus exercituum.

GRO-

Digitized by Google

ctam [70] a parte ſui, quæ [71] Conſtantinopoli habitabat, + unde [72] Byzantinos Quirites vocat [n] Claudianus, [73] ratam populus totus habuit: + juriſque ſui monumentum non tenue ſervavit [u] in urbis ſuæ prærogativa, [x] & in honore conſulatus, aliiſque rebus. Quare [74] jus omne, quod hi, qui Conſtantinopoli *n In Eutrop.* L. II. verſ. 135.

G R O T I I.

u *In urbis ſuæ prærogativa*] Ait *Zonaras* (in Vit. *Conſtantini*) Romæ ſervata πρεσβεῖα, prælationem, quod inde veniſſet imperium. (Lib. XIII. Cap. 3.) *Ammianus* lib. XIV. (c. 6.) de Roma: *Per omnes tamen quotquot ſunt partes ut domina conſpicitur, & regina.* Claudianus Honorio agente Ravennæ (*De VI. Conſ. Honor.* verſ. 407.):

Quem, precor, ad finem laribus ſejuncta poteſtas
Exſulat, imperiumque ſuis a finibus errat?

x *Et in honore conſulatus*] Nam alter conſulum ex urbe Romana, & is quidem priorem habebat locum. *Procopius* in arcana hiſtoria. [*Cap.* 26. ubi de præcedentiâ Conſulis Romani ne γρῦ quidem.]

G R O N O V I I.

70 *A parte ſui*] Scilicet, ſi miles eſt pars populi; ſed tunc caput erat.

71 *Conſtantinopoli factam, ratam habuit*] Hactenus ut imaginem electi Imperatoris Romam miſſam adoraret, & fauſtis acclamationibus, id eſt adulatione proſequeretur. Plebiſcitum quidem nuſquam ullum factum, accepimus: ubi legeretur illud ſollenne carmen: *Conſul populum jure rogavit, populuſque jure juſſit, quem ſenatus, populuſque Conſtantinopolitanus Imperatorem creavit, is ut jure optimo Imperator eſſet.* Hoc enim eſt ratum habere. An ratum habet, qui ne reſpicitur quidem, nedum rogatur, ſed mutus ſilens, aut niſi cum vernili adulatione loquens patitur, accipitque, quicunque imponitur. Imo ipſa Roma, & Conſtantinopolis, & totum imperium, donum, beneficium, pila ludicra erat militis. Inconſulto, & ſatis invito populo Romano ſedem tranſtulit Conſtantinus; & umbram honoris, quæ reſtabat Romæ, cum ea diviſit. Jus tamen eligendi Imperatoris nec habuerat Roma, nec acquiſivit Conſtantinopolis. Itaque nec Romanis, nec Conſtantinopolitanis rogatis, Conſtantini filii, ubi erant, ſumſerunt imperium: deinde Julianus in Gallia, Jovianus in Perſide, Valentinianus in Cilicia, & ſic cæteri.

72 *Byzantinos Quirites*] Imo quia Byzantium *nova Roma* appellabatur.

73 *Ratam populus*] Non ſuffragio aut comitiis, ſed ut dictum, miſſam imaginem adorando.

74 *Jus omne Conſtantinopolitanorum pendebat a voluntate populi Romani*] Falſiſſimum. Imo quum poſt Honorium Theodoſii magni filium, ſine liberis defunctum, maneret diviſum imperium, & alius in Occidente, alius in Oriente reſideret Imperator, is, qui Romæ agebat, non erat certus, juſtuſque princeps, priuſquam a Conſtantinopolitano confirmaretur. Sic Theodoſius junior Romæ factum Joannem non agnovit, brevique potentia exuit, dato Valentiniano juniore ſucceſſore. Poſt Theodoſium Conſtantinopoli regnum obtinuit Marcianus aſſumtus a Pulcheria ſorore Theodoſii, deinde Leo Thrax, & cæteri inconſulto populo Romano. Valentiniano Romæ Avitus Majorinus, vel Majorianus, Severus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Julius Nepos, Romulus Auguſtulus ſucceſſerunt, qui omnes miſſi, petitive Conſtantinopoli, aut per militem, injuſſu populi Romani, regnarunt. Poſt hos Odoacer Herulorum rex urbem, & Italiam occupavit, everſus a Theodorico Gotho, cui Zeno Conſtantinopolitanus Imperator, ut eum a ſe averteret, Italiam invadendam monſtravit. Gothorum regnum per Beliſarium, & Narſetem ſubruit Juſtinianus, & recuperata eſt Roma, jam appendix imperii, non caput: nam Romani ſtipendiarii erant Conſtantinopolitani Cæſaris, cui quotannis viritim ſolidum aureum pendebant. Stipendiarius ipſe Papa, cui pro confirmatione pecunia Conſtantinopolim mittenda erat, quam Conſtantinus Pogonatus demum Heraclii pronepos ei remiſit circa annum Chiſti 680. *Anaſtaſius* in vita Agathonis Papæ LXXXI. Ex eo regebatur urbs, & Italia, per præfectos Auguſtorum Orientis, qui *Exarchi* vocabantur, & Ravennæ reſidebant, & inde petebat jura ille, quem tunc quoque Imperatorem fuiſſe populum, vult *Grotius*. Mox majorem Italiæ partem rapuere Longobardi, quorum rex Aiſtulphus A. C. 752. ultimum Exarchorum Eutychum Italia expulit. Adverſus hunc ſibi quoque imminentem Stephanus Papa A. C. 753. imploravit è Gallia Pipinum, cui pridem hereditario Majori domus (qui honos ſecundus a rege erat) & quum patris avique, tum ſuis rebus geſtis factioſo, poſtquam ultimum Merovæi poſterorum juſtum regem totondiſſet, atque in monaſterium condidiſſet, & ſibi diadema impoſuiſſet, Papa auctoritatem præſtiterat, & laudando factum apud captas ſuperſtitione, & opinione ſanctitatis Romanæ mentes faciliorem occupationem reddiderat. Pipinus victis Longobardis, de alieno liberalis, partem regni eorum tranſcribit Papæ; dein cum pacem Aiſtulphus non ſervaret, reverſus, & iterum victor, propemodum quicquid ſub poſtremis fuerat Exarchis, Stephano donat: & hæc eſt origo illius, quod *Patrimonium Petri* appellatur. Ipſe cum filiis ab eo creatur patricius; quod jus non erat Papæ, non populi Romani, ſed Conſtantinopolitani Imperatoris: ſive patricium accipias ut in vetere populo Romano, quales allegerunt Julius, *Sueton.* cap. 41. Auguſtus, ut ipſe ſcribit in monumento Ancyrano; Claudius, *Sueton.* Othone cap. 1. Veſpaſianus, teſte *Tacito* in vita Agricolæ cap. 9: ſive ut poſtea Conſtantinus patricios dixit, quaſi patres Imperatoris, qui conſilium ejus participarent, quo-

Digitized by Google

tinopoli habitabant, ad eligendum Imperatorem Romanum habere poterant, + pendebat a voluntate populi Romani: & cum illi [y] contra mentem, ac morem populi Romani [z] + feminæ Irenes ſubiiſſent imperium, ut alias cauſas omitta-

quorum mentio apud *Juſtinianum* in tit. *quibus modis patr. poteſt. ſolvit.* Eadem cauſa veniendi in Italiam fuit Carolo Magno Pipini filio A. C. 770. quum regnum Longobardorum finitum eſt. Is donationem patris confirmavit: & ſic non populus Romanus, ſed Papa poſſedit, quod tunc dicebatur *Patrimonium Petri.* Reverentia tamen erat erga Francos: nam & præfectus urbi a Carolo ſtatutus commemoratur, & Leo tertius cum pontificiam ſedem occupaſſet, claves, & vexillum urbis in ſubjectionis ſignum Carolo miſit. Anno 799. idem Leo per ſeditionem male mulctatus, oculo etiam excuſſo confugit ad Carolum, eumque convenit Paderbornæ, & Romam tractum ſupplicio affectis trecentis, qui Papæ reſtiterant, clericis in Galliam relegatis, Auguſtum dixit. Secuta eſt paulo poſt Caroli cum Irene tranſactio, quam hujus ſucceſſor Nicephorus ratam habuit: & ita tranſiit imperii Romani quod ſupererat, ad Carolum. Ubi nullæ partes fuere populi Romani: nulla propria indignatio adverſus Irenen ob ſexum; ſed Papa preſſus a Longobardis (quorum antea ope juſtum in ſe Exarchorum, & Conſtantinopolitanorum imperium imminuerat) cum ab Orientis Auguſto, cui revera ſuberat, ſpes auxilii decollaſſet, ad potentiorem confugit, & eum patronum adoptavit. An hoc potuerit facere per ea, quæ tradit Auctor de jure partis a corpore recedendi lib. 2. cap. 6. num. 5. an fidei, quam imperio Conſtantinopolitano debebat, ſatisfecerit, multa, & gravia tolerando priuſquam ad hoc ultimum remedium decurreret: imo an ipſe Conſtantinopolitanos ſatis docuerit de periculo ſuo, & obteſtatus ſit, ni auxilio venirent, aliud præſidium ſibi quærendum eſſe, alia diſputatio eſt. Carolo certe jus hoc modo quæſitum, & in poſteris ejus aliquamdiu continuatum, ab illis interpoſito tamen Conrado Franco e Germania, tranſiit ad Saxones: inde rurſum ad Francos Germanos per Conradum II. & Henricos, (quorum ejus nominis quarto primum extorſit Hildebrandus, qui ſe Gregorium ſeptimum dixit, jus quod adhuc in Pontifice creando Imperatores, in conſtituendis epiſcopis, agendis ſynodis habuerant, & ad ſe, ſuoſque ſocios traxit) ab his, interveniente rurſus Lothario Saxone ad Suevos Conradum III. Fredericum Barbaruſſam, Henricum VI. Philippum: & Othone Saxone iterum medio ad Auſtriacos. Quorum principum jus Papæ quidem variis artibus, ac tumultibus imminuerunt, & quaſi ad nihilum redegerunt, ſæpe etiam æmulos illis excitarunt: ſed hæc omnia facti ſunt, non juris; neque in his populus Romanus per ſe quidquam auſus eſt, aut potuit. Coronatio Romana non majus jus dat Romanis improbandi electionem Germanorum ſeptemvirorum, quam Francofurtenſibus, aut Aquiſgranenſibus, quæ ibi fit, fiebatque coronatio. In ea Papa miniſter eſt, perinde, aut archiepiſcopi in Gallia, in Anglia, Hiſpania, cum coronant regem. Eſt igitur prorſus imaginaria, & commenticia res, mirificus ille populus Romanus, ut Cadmæi fratres in Martis campo, natus eodem die, ac ſublatus: qui jus habuerit creandi Cæſaris, vel Auguſtos, ex cujus approbatione ratæ forent electiones, quas legiones feciſſent: a cujus voluntate pendebat electio facta Conſtantinopoli: qui in Irena conceſſionem neſcio quam tacitam, vel expreſſam revocarit: qui dignatus ſit, ſcilicet, eum quoque regem ſumere ſibi, quem Germani feciſſent: qui Germanicæ electionis arbitrium probandæ, vel improbandæ aut habuerit unquam, aut retinuerit: qui primum civem habuerit epiſcopum, nempe ut in fabula Æſopi ranæ hydrum, vel ciconiam: qui per illum primum civem teſtetur, quod nunquam cogitavit, aut ſomniavit.

Inanis eſt labor temperare, quod nullum temperamentum admittit: & ut ait Plautus, *hercle miſerum eſt ingratum eſſe homini, quod facias bene.* Neque Germani jus ullum concedunt Papæ in electione Romani Imperatoris: nec Papa contentus eſt eo jure, quod liberaliter ei confert Auctor: quaſi ſcilicet populus Romanus retentum jus per illum teſtetur. Nullam huic largitori gratiam referet Papa pro iſto miniſterio in populi jure pronunciando, quo fungatur tanquam ſyndicus populi Romani. Immo ille vult, totum imperium Romanum, ut nunc vocatur, eſſe feudum Romanæ ſedis, & ſe ſolum eſſe monarcham, & habere utrumque gladium, & omnes reges eſſe ſuos vaſallos, & poſſe ab Imperatore ad ſe appellari, & quos dixerit duces, etiam vivo, vigentoque Imperatore, eos altiori loco ſedere debere, quam quos fecerit Imperator, & paris vanitatis cætera.

GROTII.

y *Contra mentem, ac morem populi Romani*] Nero in XIV. annalium *Taciti* (*Cap.* 11.) matrem accuſat: *Quod conſortium imperii, juraturaſque in feminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus ſenatus, & populi ſperaviſſet.* Priſcus in excerptis legationum: ὁ γὰρ θηλειῶν, ἀλλ' ἀῤῥένων ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀρχή· *Non enim feminarum, ſed marium eſt, Romani imperii principatus.* (Pag. 27.) *Lampridius* poſt mortem Heliogabali: (Cap. 18.) *Cautum ante omnia, ne unquam mulier ſenatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur, devoveretur que per quem id eſſet factum.* Trebellius Pollio Herenniano: *Zenobia uſurpato ſibi imperio, diutius, quam feminam decuit, rempublicam obtinuit.* (In XXX. Tyrann. c. 27.)

z *Feminæ Irenes ſubiiſſent imperium*] Dicto etiam ei ſacramento, quod habet *Zonaras.* (Sed vi extorto. *Lib.* XV. *Cap.* 11.)

GRO-

omittamus, merito populus Romanus + illam conceſſionem, ſive expreſſam, ſive tacitam, revocavit, + & per ſe Imperatorem legit, + ac voce [75] primi civis, id eſt, epiſcopi ſui + (quomodo & in Judaica republica, rege non exiſtente, prima erat ſummi Pontificis perſona) pronuntiavit.

3. + Fuit autem hæc electio perſonalis in Carolum Magnum, & quoſdam ejus ſucceſſores: [a] + qui ipſi jus imperii, quod habebant in Francos, ut & in Longobardos, a jure imperii, in Romanos, ut nova ex cauſa quæſito, ſollicite diſtinxerunt. [b] + Poſtea vero diviſo Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam, ſive Alemaniam tenet (duo Francorum regna vocat Friſingenſis) + cum populus Francorum orientalis eligendo ſibi reges facere cœpiſſet ([c] + nam & ad id tempus Francorum regum ſucceſſio [76] quaſi agnatica, non tam a jure certo, quam a populi ſuffragiis pependerat) + placuit populo Romano, quo certius præſidium haberet, regem non proprium ſibi ſumere, ſed eum, quem Germani feciſſent: [d] + ita tamen ut jus ſibi aliquod retineret probandæ, vel improbandæ electionis, + quantum ſcilicet ea res ad ſe pertinebat.

4. Hæc quoque approbatio + per epiſcopum edici, + & ſolemniter teſtata fieri + peculiari coronatione ſolebat. + Quare ex electione ſeptem principum, qui Germaniæ corpus referunt, qui lectus eſt, jus habet imperandi Germanis + ſecundum eorum mores: + ex approbatione vero populi Romani fit idem rex, aut Imperator Romanus, aut, ut hiſtorici ſæpe loquuntur, [e] + Rex regni Italiæ: + atque [77] eo titulo ſub ſe habet quæcumque populi Romani fuerunt,

G R O T I I.

a *Qui ipſi jus imperii, quod habebant in Francos, ut & in Longobardos, a jure imperii in Romanos, ut nova ex cauſa quæſito, ſollicite diſtinxerunt*] Vide ſynodum Pontigenenſem inter capitula Caroli Calvi. Et *Paulum Æmilium* libro III. de Carolo Magno.

b *Poſtea diviſo Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam*] Vide *Witikindum* libro I. & ibi notata *Meibomii*: & pactum Caroli, & Henrici poſt capitula Caroli Calvi, & ad id notas viri magno judicio, doctrinaque præditi *Jacobi Sirmondi*. Occidentalem illam Franciam Latinam *Wibbo* vocat, quod ibi ſermo Romanenſis vigeret, ut & nunc viget, cum Tranſrhenanæ nationes lingua Germanica uterentur.

c *Nam & ad id tempus Francorum regum ſucceſſio quaſi agnatica, non tam a jure certo, quam a populi ſuffragiis pependerat*] Obſervatum id Priſco in excerptis legationum, & Reginoni ad annum DCCCXVI. Carolus Magnus in teſtamento: *Quod ſi filius cuilibet horum trium filiorum.*

d *Ita tamen ut jus ſibi aliquod retineret probandæ, vel improbandæ electionis*] Veriſſima res, & aperte teſtata *Wibboni* vita Conradi Salici.

e *Rex regni Italiæ*] Sic in excommunicatione Henrici diſtincte nominat Papa regnum Teutonicorum, & Italiæ. Vide Ottonis privilegium Alderamo datum, editum à *Meibomio* poſt *Witikindi* Saxonica: & *Crantzium* Saxonicorum V. (*Cap.* 13.) In juramento Ottonis quod *Gratianus* intulit in Diſtinctionem LXIII. *In Roma nullum placitum, ſive ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te* (Papam), *aut Romanos pertinent, ſine tuo conſilio.* (c. 33.)

G R O N O V I I.

75 *Primi civis*] Hic Papam, dum ei blanditur, graviter offendit. Eſt autem ille Leo tertius circa annum D. 800.

76 *Quaſi agnatica*] 2, 7. 23.

77 *Eo titulo ſub ſe habet*] Venditet has nænias hiſtoriæ ignaris. Germani gratiam facimus hujus tituli *Grotio*, nec Papæ quidem, aut populo Romano quidquam debemus: utinam ne ab utroque pro maximis beneficiis eſſemus aliquoties ingratiſſime, perfidiſſimeque tractati? Primum ſatis tituli eſt, quod ſuccedimus Carolo Magno in his partibus, ex quo poſteri ejus inconſulto populo Romano, inconſulto Papa, ipſi per ſe, inter ſe ita comparaverunt, ut penes alium regnum Galliæ, penes alium Germaniæ, & Italiæ regnum cum nomine Imperii Romani eſſent. Sic ſi deeſſet, ſatis tituli præberet Otho. Ut enim exſtincta Caroli ſtirpe, Italia a tumultuariis regibus Hugone, Lothario, Berengario diripiebatur, Papa Octavianus, qui ſe Joannem XII. dixerat, per

Digitized by Google

runt, + neque pactionibus, + aut derelicti occupatione, + aut victoriæ jure in aliorum populorum imperium conceſſerunt; unde illud quoque intelligi facile poteſt, [78] + quo jure epiſcopus Romanus, vacante imperio, [f] inveſtituras tribuat feudorum imperii Romani: + quia ſcilicet in populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet. Solent autem quæ ſunt corporis alicujus [g] + per primam perſonam corporis nomine expediri, ut alibi [o] quoque diximus. + Neque vero male Cynus, & Raynerius tradidere, ſi Imperator Romanus

[o] *Vid. ſup. L. 1. c. 3. §. 13. n. 2.*

legatos Othonem primum oravit, veniret, & Italiam tyrannide liberaret. Venit A. C. 962. liberat, confirmat Pipini, & Caroli donationes, coronatur. Sequenti anno cum idem Papa hoſtes Othonis contra interdictum ejus reciperet, Conſtantinopoli adverſus eum auxilia arceſſeret, Hungaros ad Germaniam infeſtandam ſollicitaret, ex urbe Cæſari faventes pelleret, alios interficeret, redit Otho fugiente cum ſuis Papa. Romani jurejurando adiguntur, nunquam inſcio ipſo Papam electuros. Synodus Epiſcoporum Italiæ habetur, in qua Papa immanium ſcelerum accuſatus, & ſolenni citatione fide publica adeſſe juſſus, cum ob conſcientiam ſcelerum comparere non auderet, exuitur dignitate, & ſufficitur ei Leo VIII. Digreſſo Othone, perjuri Romani denuo recipiunt Joannem, & Leone profugo, Joanne mox, cum in adulterio deprehenſus eſſet, ab illis, quos tangit Atridas iſte dolor (honeſtum ſane, & maxime Pontificium mortis genus) occiſo, eligunt Benedictum. Adeſt mox Imperator, urbem obſidet, & quamquam ſuperos, & inferos moverent indigenæ (nam ſcena tragica in muris novus Papa diras, & furias ejaculatus eſt in obſidentes) capit, Leonem reſtituit, Benedictum rurſus convocata ſynodo pontificalibus exutum Hamburgum relegat, ubi hodieque ejus ſepulcrum eſt. Leone mortuo, tandem Romani jurisjurandi memores legatos ad Othonem in Germaniam mittunt de novo Pontifice creando, qui per epiſcopos miſſos creat Joannem XIII. A. C. 965. Pœnituit mox non fuiſſe perjuros, prehenſum hominem in vincula conduut, & ad undecimum menſem Capuæ detinent. Repetit expeditionem trans Alpes cum valido, firmoque exercitu Otho: urbem occupat: de rejecto Pontifice quæſtionem habet: urbanos convocat ad cauſam dicendam, & auctores edendos: binos conſules publicatis bonis in exilium mittit: prætorem crinibus toto die ſuſpenſum, dein virgis cædit, aſino averſum per vias traducit, tandem de robore præcipitat cum XII. ſenatoribus. Varias ibi fert leges de monetis, & proſequendis latronibus, & aliis rebus. Agnovit deinde & hunc Auguſtum Conſtantinopolitanus collocata filio Imperatoris Othoni II. non minus ſtrenuo, Theophania Nicephori Phocæ filia, cum dote, quidquid hactenus in Italia poſſideret.

Similia acta Fridericorum, & Henricorum triſtiora novit. Et hi ſunt tituli Imperatorum noſtrorum, juſti ſatis, modo vires, animique eſſent: non illa approbatio commenticia, & e luto ficti illius populi Romani, qui idem jus hodieque habeat, quod olim habuerit. Verba Friderici apud Matthæum Pariſienſem: *Liberam imperii noſtri coronam tantum beneficio divino adſcribimus. Electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem principibus. Recognoſcimus regalem unctionem Colonienſ., ſupremam vero, quæ imperialis eſt, ſummo Pontifici. Quidquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, a malo eſt.* Unctionem dicit, poſtquam jam creatus eſſet, non creationem, aut electionem.

GROTII.

f *Inveſtituras tribuat feudorum imperii Romani*] Nempe ut in imperio Germanico Palatinus, & Saxo, Vicarii imperii, diviſis partibus. Vide *Serranum* Ludovico XII. [Pag. 505. *Ed. Pariſ.* 1627.]

g *Per primam perſonam corporis nomine expediri*] Nam & in Poloniæ interregno Archiepiſcopus Gneſnenſis Regis locum tenet, in ſolio regio ſedet, tanquam primus inter Ordines. *Philippus Honorius* in diſſertatione de regno Poloniæ. [Immo *De Interregno Poloniæ.* Et illa Diſſertatio eſt *Horatii Spanorchii:* quam *Phil. Honorius* tantum inſeruit *Theſauro Politico*, à ſe collecto, & edito, *pag.* 426, *&* *ſeqq.* Edit. Franebſ. 1617. J.B.]

GRONOVII.

78 *Quo jure Epiſcopus*] Epiſcopum Romanum vacante imperio habere inveſtituras feudorum imperii Romani, fabula Gallica eſt, qua illi jus ducatus Mediolanenſis ſibi arrogant, quia Ludovici XII. avus Ludovicus, Caroli VI. regis frater, ducta uxore ducis Mediolanenſis Viſcontii filia Valentina, caverat ſucceſſionem in Ducatu ſoceri, deficiente genere ejus virili; quas nuptiales tabulas confirmaſſe volunt Bonifacium IX. quum exauctoratione Venceſlai imperium vacaret. Sed quis Papæ hoc jus dedit? Deinde hanc inveſtituram pro ſe habuiſſe, demonſtrarunt Philippus Valentinæ frater, qui ſine liberis decedens Alphonſum Arragonum regem reliquit heredem; & Fridericus Imperator, qui Franciſcum Sfortiam eodem ducatu inveſtivit; & Maximilianus, qui filium hujus Ludovicum, ut ſcribit ipſe Belcarius commentariorum de rebus Gallicis lib. 5. num. 12. ad an Chr. 1493.

Digitized by Google

nus morbo, aut captivitate impediretur fungi imperio, poſſe ei vicarium dari ab ipſo populo Romano.

+ XII. + Heredis perſonam, quoad + dominii tam publici, quam privati continuationem, pro eadem cenſeri cum defuncti perſona, certi eſt juris.

+ XIII. Victor autem victo quatenus ſuccedat, infra + in effectibus belli explicabitur.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. IX.

QUÆSTIO de deſinendi modo non tantum in dominiis, [illegible] imperiis, ſed & in omnibus juris mat[illegible]us occurrit; & ubicunque de acquiſitior[illegible] agitur, ibi quæſtio quoque de modis amittendi eſſe poteſt: adeoque neceſſe eſt ut in materia adeo momentoſa vera principia præmittamus.

PROPOSITIO I.

Jus noſtrum naturaliter tollitur 1. *juſta diſpoſitione, vel noſtra, vel ſuperioris.* Poſ. VI, & XII. 2. *Sublata ejus ſubſtantia.* 3. *Sublato eo, ſine quo exiſtere jus naturaliter nequit.*

DEMONSTRATIO.

PRIMUS ergo deſinendi modus eſt *juſta diſpoſitio*, qua ſcilicet quis declarat, ſe nolle amplius *jus* ſuum eſſe. Eo igitur momento, quo quis jus non amplius ſuum eſſe vult, tollitur jus, licet res adhuc ſit in ejus cuſtodia, quia ita diſponit. Et hæc eſt regula illa naturalis, quod iiſdem modis aliquid amittatur, quibus acquiritur, *L.* 35. *ff. Reg. jur. l.* 8. *acquir. poſſeſſ.* Uti ergo juſta diſpoſitione jura acquirimus, ita juſta quoque diſpoſitione ea amittimus.

Juſta autem diſpoſitio eſſe debet, i. e. jus diſponendi habere debet: unde de re aliena nemo diſponere poteſt; de ſua autem prout quiſque diſponit, ita jus eſt. *Poſ. 6. Juſta* quoque diſpoſitio eſt ſuperioris, ſi ille de re noſtra diſponit ob utilitatem publicam, vel in pœnam: qua de re late egimus ſupra.

SECUNDUS modus, quo jus noſtrum deſinit, eſt, quando ſubſtantia ejus juris in perpetuum eſt ſublata: uti ſi res ipſa perit inundatione, qua novus alveus conſtituitur: ſi fera beſtia ſeſe in priſtinam recipit libertatem, &c.; his enim caſibus in perpetuum deficit facultas naturalis de jure noſtro diſponendi, neque jus poteſt concipi ſine ſubſtantia, cui cohæreat. Hinc non tantum dominium, ſed & ſervitutes, pignora &c. tolluntur re ſublata.

TERTIUS deſinendi modus eſt, quando id tollitur, ſine quo exſiſtere jus nequit: uti ſi ſubjectum eſſe deſinit; tunc enim neceſſario quoque deſinit accidens, quia hoc ſine ſubjecto eſſe nequit. Hinc deficiente homine, omne jus quoque ejus deficit: adeoque uſusfructus finitur morte uſufructuarii, ex eadem ratione. Idem eſt uno relatorum ſublato, idque a natura relatorum, quæ non ſunt niſi inter duos: hinc filio, vel ſervo ſublato, tollitur patria, & dominica poteſtas; marito, vel uxore mortuis, deficit matrimonium, ejuſque jura.

PROPOSITIO II.

Jus noſtrum non deſinit mutata forma, ſeu extrinſeca ſpecie: niſi ſubſtantia pura in forma conſiſtat.

DEMONSTRATIO.

In capite præcedenti §. 19. diſſenſum retulimus duarum ſcholarum, Proculianorum ſcilicet, & Sabinianorum; quarum altera omnia materiæ, altera omnia formæ tribuebat. Nos cum JCtis reliquis diximus, ſubſtantiam rei

rei regulariter non tolli mutata forma, adeoque nec jus noſtrum, quod ſubſtantiæ illi cohæret; res enim, & ſubſtantia eadem manet, adeoque facultas noſtra naturalis de eo jure diſponendi nondum deficit. Hinc jam apparet, per ſpecificationem non ideo deſinere jus noſtrum, neque ideo per eam alteri acquiri, *quod jus ſublatum ſit*; ſed quia res ſeparari, indeque eadem ſpecies reſtitui nequit, & ideo pretium ſurrogatur.

Regula autem illa, *ſubſtantiam juris regulariter non tolli mutata forma*, patitur exceptionem, *niſi ſubſtantia juris in ipſa forma conſiſtat*; tunc enim mutata forma ſubſtantiali ipſa res interit. Atque hinc uſusfructus ædium tollitur dirutis ædibus; quia ſubſtantia illius juris conſiſtit in habitatione, quæ ſine ædibus concipi non poteſt: adeoque omne jus uſufructuarii ſublatis ædibus ceſſat. Neque enim in area, nec in lapidibus habitatio eſt; præterea autem nullum jus fructuario competit. Idem eſt in uſufructu quadrigæ; is enim deſinit, ubi unus ex quadriga moritur. Licet enim tres equi adhuc ſuperſint, quadriga tamen periit; neque enim jus ſingulis equis utendi, ſed jus quadrigæ utendi conceſſum eſt. Idem quoque obtinet grege ovium, ex 20. ovibus conſiſtente, in uſumfructum dato; nam una mortua tollitur uſusfructus. Licet enim 19 adhuc ſuperſint, grex tamen 20. ovium, in quo forma, & ſubſtantia gregis conſiſtebat, deficit.

Inſignem autem hæc res utilitatem habet in quæſtione, quando civitas, & populus eſſe deſinat; forma enim ſubſtantialis utriuſque conſiſtit in animo cœtum conſtituendi, qua ſublata civitas, & populus tollitur, etſi ſinguli cives ſuperſint, quippe qui tum conſtituunt diſſociatam turbam. Sublato igitur hac civitatis forma, omne jus civitatis ceſſat.

Additio.

„ Jus noſtrum, adeoque & dominium, & imperium, tolli mutata ſpecie, ipſa ratio naturalis dictat. De *Imperio* id patebit ex obſervationibus *ad* §. 3. & *ſeq.* De *dominio* id demonſtravimus in *Diſſert. proœm. XII.* §. 326. Quæ principia cum nova ſint, & ad intellectum hujus materiæ maxime neceſſaria, deſcribere, & huc inſerere, operæ pretium videtur: verba hæc ſunt.

NOTA EDITORIS. Sunt ſcilicet in Editione Wratiſlavienſi; cur autem ea hic non repetenda putaverim *ſupra pag.* 404. jam monui.]

AD §. I.

QUOMODO *primitus acquirantur*] „ Auctor natura primæva dominia incognita, omniaque communia fuiſſe, fingit: & voluntate demum hominum, i. e. primum per diviſionem, & poſtea per conceſſam occupandi facultatem, tum res, tum perſonas, dominio originem dediſſe, *L.* 2, *c.* 3, 4, 5, ſtatuit. Atque hinc concludit, ex eo tempore occupationem eſſe modum *originarium* acquirendi dominium.

Et quomodo tranſeant tum dominia privata] „ Hæc acquiſitio Grotio dicitur derivativa; eamque fieri, ait, vel *facto hominis*, uti alienatione, teſtamento, &c. *L.* 2, *c.* 6: vel *facto legis*, ut ſi alienatio fit vel ex *lege naturæ*, nimirum per ſucceſſionem ab inteſtato, *l.* 2, *c.* 7, vel ex *lege gentium voluntaria*, quo refert pleroſque modos acquirendi, quos JCti in titulo de acquirendo rerum dominio recenſent. *L.* 2. *c.* 8.

Tum imperia] „ Nam hæc quoque vel *originarie* acquiruntur per occupationem: vel *derivative* per alienationem, ſucceſſionem ab inteſtato &c.

Quomodo deſinant] „ Modos, quibus deſinit imperium, expoſuimus in *Diſſ. proœm.* XII, §. 632. Modos vero finiendi dominii in eadem *Diſſ. proœm.* XII, §. 320. *ſeq.* propoſuimus.

Et quidem derelictione deſinere, obiter ſupra demonſtratum eſt] „ De dominii derelictione actum eſt *L.* 2, *c.* 3, §. 19, *n.* 1, & *c.* 4, §. 5, *n.* 1, §. 7, §. 9. *Conf. L.* 3, *c.* 21, §. 8, *n.* 2, §. 19, *n.* 2. De derelictione imperii vide *L.* 2, *c.* 4, §. 11, & §. 12, *n.* 2.

Quia voluntate ceſſante non manet dominium] „ Res enim nobis invitis noſtra eſſe per rerum naturam non poteſt.

Sublato ſubjecto, in quo eſt imperium] I. e. morte imperantis; quia uno relatorum ſublato tollitur neceſſario correlatum.

Vel dominium] „ I. e. ſi dominus moritur; mors enim omnia jura ſolvit.

Ante alienationem ſcilicet] „ Senſus eſt, dominium deſinere ſublato eo, qui jus habet: modo ante non alienaverit, i. e. jus ſuum in alium non tranſtulerit.

Vel expreſſam] „ De qua alienatione vide *l.* 2, *c.* 6, *per tot.* Eoque Auctor refert diſpoſitionem, quæ fit per teſtamentum, §. 14; quod refutavimus *ibidem*,

Vel

Digitized by Google

Vel tacitam, qualis eſt in ſucceſſionibus ab inteſtato] ,, Cum enim ex hypotheſi Grotii introducto dominio quilibet jus habeat de ſua re diſponendi, nec tamen ante mortem diſponit: credibile autem non ſit, eum voluiſſe ut poſt mortem ſuam bona occupanti cederent; inde concludit idem Grotius, defunctum præſumi bona ſua relinquere voluiſſe ei, cui ea voluiſſe maxime probabile eſt: probabile autem in dubio eſſe, ait, eum videri voluiſſe relinquere bona proximis agnatis. Vide *l.* 2, *c.* 1, §. 3.

,, Equidem examinavimus late hæc principia allegato loco, ſimulque demonſtravimus, ſucceſſiones ab inteſtato ex voto parentum, non vero ex tacita alienatione morientis oriri.

,, Præterea duo hic notanda occurrunt. *Primo* Auctor male ſtatuit, ſublato ſubjecto non deſinere dominium introducta ſucceſſione ab inteſtato. Id enim verum non eſſe, vel exinde patet, quia omne jus defuncti morte perit, adeoque & ejus dominium. *Secundo* male ſtatuit, imperium æque, ac dominium, non deſinere poſt alienationem tacitam, quæ fit per ſucceſſionem ab inteſtato: ſupponit, nimirum, Auctor, ſucceſſorem continuare dominium defuncti ex tacita ejus præſumta voluntate; cum potius conſtet, imperium ex delatione, adeoque ex voluntate expreſſa primorum diſponentium deferri.

Quare ſi qua perſona] ,, Sive dominus privatus ſit, ſive caput imperii nulla edita voluntatis ſignificatione moriatur, i. e. ſi moriatur voluntate per teſtamentum non expreſſe declarata.

Nullo conſanguineo relicto] ,, Adeoque ubi ceſſat tacita illa alienatio defuncti, quæ in ſucceſſionibus ab inteſtato in agnatos facta præſumitur.

Omne jus, quod habet, interit] ,, Et res redit in eum ſtatum, quo fuit ante occupationem defuncti: i. e. jura incipiunt eſſe nullius.

Ac proinde ſervi erunt liberi] ,, Cum ſervi ex judicio noſtræ civitatis criminis rei ſint, & mori mereantur: atque ideo omnis juris incapaces, imo in rebus noſtris, ac patrimonio æque, ac beſtiæ eſſe cenſeantur; idem jus in ſervis, quod in aliis rebus, etiam ex naturali ratione obtinere debet. Uti igitur aliæ res ſublato dominio fiunt *nullius*, & cedunt occupanti: ita & ſervi, utpote qui rerum numero habentur. Idque in terminis ita traditur in *L. ſ. ff. pro derelicto*, & *l.* 38, §. 1, *ff. de nox. act.* quanquam id contra rationem juris poſtea mutatum fuerit a Juſtiniano in *Nov.* 22, *c.* 12, ubi ſervus pro derelicto habitus non nullius fit, ſed liber.

Niſi lex impediat] ,, Reſpicit Auctor ad jus Digeſtorum, ubi ſervi non fiunt liberi ceſſante dominio, ſed nullius; *d. l.* 38. At id non demum ex lege civili, ſed ex ratione naturæ ſequitur.

Populi, qui in ejus ditione erant, ſui juris fient] ,, In cujus ditione? in regis, qui nulla edita voluntatis ſignificatione, nullo conſanguineo relicto moritur. Sed repetendum hic eſt, quod ſæpius monuimus, regna bello quæſita nunquam regi cedere, ſed populo, cujus jure, & nomine bellum geritur. Verum igitur non eſt, mortuo rege populum victum fieri ſui juris; manet enim in ditione populi victoris.

,, Immo nec tunc fit ſui juris, quando populus victor deſinit, forte quod hic alio bello victus ipſe deſinat eſſe ſui juris; nam novus victor in omne jus prioris victoris ſuccedit, adeoque & in jus, quod habuit in populum, qui ſub ejus ditione fuit.

Quia hæc non ſunt ſui natura occupabilia] ,, De *ſervis* id negavimus; ſervi enim ex judicio noſtræ civitatis propter injurias nobis illatas mori merentur: eorum perſonæ, & res, noſtro ſubſunt arbitrio, & dominio. Hactenus igitur ſervus omnino eſt res ſui natura occupabilis.

,, Sed & *imperium* eſt aliquid occupabile: at diximus, imperium non vacare deficiente rege, ejuſque familia; ſed illud manere penes populum victorem.

Niſi libertatem ſuam ultro deſerant] ,, I. e. niſi ultro ſe alterius dominio, & imperio ſubjiciant. At modo diximus, neutro caſu ſervum, vel populum fieri ſui juris.

Res autem aliæ] ,, Præter ſervos, & populum in alterius ditione conſtitutum.

Fient occupantis] ,, Quia res jam incipiunt eſſe nullius; nemo enim præter dominum jus in res illas habuit: neceſſario igitur cedunt occupanti. Diximus autem, idem jus obtinere in ſervo.

A d §. II.

Idem *dicendum ſi familia defecerit*] *Imperium* igitur certis perſonis, i. e. familiæ delatum deficit exſtincta familia; quia ceſſat diſpoſitio populi, qui in hoc ſubjectum, non in alios, jus ſuum tranſtulit. *Dominium* quoque, quod certæ familiæ conceſſum eſt, ut in feudis, deficit exſtinctis iis, quibus jus hoc conceſſum eſt; quia ſubjectum interit, cui ſoli jus illud inerat, & extra quod jus id eſſe non poterat.

A d §. III.

1 Idem *ſi populus*] Imperium neceſſario ſupponit imperantem, & parentes; obi igitur hi deficiunt, ex natura relatorum etiam deficit imperium. Sed & Imperium conſiſtit in jure tuendi civitatem, ſeu populum: fruſtra autem de tuendo populo quæritur, ſi non exiſtit. Imperium igitur accidens eſt, quod ſine ſubjecto eſſe non poteſt.

At omnis difficultas in eo hæret, quandonam deſinat eſſe populus? Auctor totum fere caput in explicanda hac quæſtione impendit: res ita ſe habet.

Unitas hic eſt, qua res ab aliis diſtincta intelligitur: eaque vel a natura eſt, vel ab inſtituto: hæc conſtituitur ſitu, arte, jure, juſta ſurrogatione, & deſtinatione.

Acriter a JCtis diſceptata quæſtio fuit, quandonam res eadem videatur, quando diverſa: i. e. quando aliqua mutatio in re apparet, an, & quatenus res periiſſe videatur, & vel alia facta ſit, vel eadem adhuc maneat. *Vid. l.* 85, §. 5, *ff. V. O.* Philoſophi rem confundunt magis, quam explicant. Seneca diſtinguit inter continuum, & commiſſum: *illud*, quod ſine intermiſſione junctum, unum ait, *reliqua* unita, *l.* 2, *nat. qu. c.* 2. Ariſtoteles unum dicit vel per ſe, vel per accidens: *illud* dicit continuum; & *hoc*, cujus unus per ſe motus eſt, nec aliter eſſe poteſt. *Lib.* 4, *med.* 6. Hinc quod Stoicis *ſpiritus*, Peripateticis *ſpecies* eſt, illud Ariſtoteli eſt *motus*. Ut vero rite de eo conſtare poſſit, ante omnia perpendendum eſt quidnam ſit idem, quid diverſum.

Equidem, *unum* ſimpliciter nullum eſt, præter primam omnium rerum cauſam, i. e. Deum. Si enim cauſa hæc ex pluribus compoſita eſſet, non prima illa, ſed alia foret compoſitionis origo; adeoque res priores exiſterent, unde compoſita eſſet: unde Pythagoras, aliique, Monadem, ſeu unitatem, principium omnium dixere. At de illa unitate ſimplici hic non quæritur; ſed de relata, quæ in omnibus rebus creatis exiſtit. Per *unum* igitur in materia juris intelligimus rationem, ſeu vinculum, quod rem, vel plures quoque res ita jungit, & in aliquam unitatem quaſi congregat, ut videatur diſtincta a reliquis rebus. Unitas igitur relata eſt reſpectu aliarum rerum, quæ minus ſunt unæ, vel in quibus hæc ratio unitatis ceſſat; ita enim totus orbis unum eſt, & eatenus diſtinguitur a ſingulis rebus: ita hæreditas unum eſt patrimonium, etſi plures res, diverſas inter ſe, contineat.

Dicimus autem, illam unitatem Vel a Natura eſſe, & quidem ab ipſa *creatione*, quo pertinent ſingulæ ſpecies creatæ; hic enim natura plures particulas ita uno motu, & ſpiritu jungit, ut ſpecies inde fiat ab aliis diſtincta, v. g. homo, piſcis, arbor. Idem quoque obtinet, ſi plures ſpecies diverſæ a natura uno ſpiritu, & uno vinculo ita junguntur, ut unum aliquod, quo ab aliis ſpeciebus diſtinguuntur, conſtituant. Natura hoc efficit *vel* per inſtinctum aliquem intrinſecum, ut in examine apum, in grege, in familia &c: *vel* per operationem aliquam extrinſecam, ſive per intus ſuſceptionem, ſive per juxta poſitionem; ita enim glacies cum aqua ita jungitur, ut ab aqua alia videatur diverſa; ſurculus alii arbori junctus per inſitionem vera fit arboris portio, atque ab eadem anima quaſi vegetatur; ſic alimenta corpori noſtro juncta fiunt unum cum corpore. Unde juxta rationes naturæ verum non eſt quod Seneca ait, *juvenem non eſſe eundem, qui ſenex eſt:* nec proverbium valere poteſt, *neminem in idem flumen bis mergi poſſe*; etſi enim ſingulæ particulæ hominis, & aquæ, mutatæ ſint, idem tamen eſt homo, idemque flumen. Ex his igitur conſtat, quomodo res natura plures poſſint *unum* dici; quia ſcilicet uno colligantur comuni vinculo.

Vel illa unitas eſt ab Instituto. Imitatione enim naturæ homines quoque, & gentes, quin & privati, plures unitatum ſpecies conſtituerunt, & nominibus diſtinxere ab aliis. Atque hæ unitates ſunt vinculum aliquod, quo plures diverſæ ſpecies facto hominum ita invicem junguntur, ut unum fiant, & ab aliis unitatibus diſtinguantur. Hoc fit

variis

Digitized by Google

variis modis: 1. *Situ*, uti acervus arenarum, cumulus lapidum &c, qui unum dici poſſunt quatenus ſeparati ſunt ab aliis arenæ particulis, & ab aliis lapidibus; quanquam hæc unitas vix ullum uſum in jure habeat, cum nullo vinculo colligantur. 2. *Arte*. Ita enim ædificium unum dicitur, licet ex pluribus lapididibus, aliaque materia compoſitum ſit: ita navis unum eſt, licet ex pluribus tabulis conſtructum; ita clavus, qui parieti jungitur, unum fit cum pariete. 3. *Jure*. Ita hæreditas eſt unum, quod complectitur univerſitatem omnium jurium, quæ defuncti fuere: Ita peculium eſt univerſitas quædam, quia hic quoque ſingula jura ita conjunguntur ex diſpoſitione ſuperioris, ut diſtinguantur ab aliis. 4. *Diſpoſitione hominum*, Si v. g. plures homines, ſeu familiæ in unam civitatem coëunt, eoque in unum populum coaleſcunt: vel ſi Princeps collegium aliquod ex pluribus membris conſtans conſtituit. Nam ratio hæc communis, qua inter ſe conveniunt, & ab aliis diſtinguuntur, eſt vinculum aliquod, quo fit ut res una appelletur. Etſi igitur ingens hominum numerus coëat, at non animo civitatem conſtituendi; non erit populus, ſed diſſociata turba. Ratio enim illa communis, quæ ſola unionem conſtituit, ceſſat: unde nec prædonum coitio unum aliquod conſtituit. 5. *Juſta ſurrogatione*, quando non ex pluribus ſpeciebus ſimul exiſtentibus unum fit; ſed ubi altero perdito alterum ſurregatur. Surrogatione igitur fit unum, quando novæ res, vel partes ſuccedunt in unionem totius. Ita enim cives ſurrogantur in locum demortuorum; & in collegiis ſibi in perpetuum ſuccedunt officia, ſemper eadem civitate, eodemque collegio manente. *L.* 76, *ff. judic.* Cives igitur ſupervenientes, & officia ſurrogata in idem corpus coaleſcunt, & in jus totius ſuccedunt: indeque populus, qui mille ante nos annos fuit, idem eſt qui hodie: nam ſinguli quidem exſtinguuntur, at totum manet, illudque ſemper unum, & idem eſt ſurrogatione. Atque hac ſurrogatione vitia, & virtutes anteceſſorum tribuuntur ſucceſſoribus, quia ſcilicet inſtinctus, & ſtudia totius corporis quaſi propagantur; & uti virtutes, ita & vitia hæreditaria quaſi videntur. Ita Deus arguit Judæos, quod ipſum tentaverint in deſerto, quod patres fecerant. Antonius dux Veſpaſiani tribuit legioni Tertianæ quæ ante 100. annos geſta fuere, ubi Parthos vicit. *Tac.* 3, *Hiſt.* 24. Piſo negat Athenienſes eoſdem eſſe; & tamen imputat eis veterum male geſta, apud *Grot.* §. 3, ubi plura alia exempla refert. Conf. *Teſm. ibid.* Ita Romani clades ſuas injuriæ Laomedontis tribuebant. *Virg. Georg. I, vers.* 501: vel violentiæ Romuli fratricidæ. *Horat. ep,* 7, *in f.* & *l.* 3, *Od.* 6. *pr.*

Denique unitas quoque conſtituitur *Deſtinatione*: quo pertinent acceſſiones rerum, & inſtrumenta prædiorum; quæ unitatis ratio inſiguem utilitatem habet in ſucceſſione Principum, uti id late demonſtravi in *jur. publ. c.* 27. §. 19. *ſeq.*

Civitates eſſe immortales] ,, Quia animus ille conſtituendi cœtum, i. e. coaleſcendi in unum populum, ſurrogatione perpetuatur. Adeoque etſi ſinguli cives moriantur, liberi tamen continuant civitatem, ſemper eſt eadem civitas, & idem populus. Hinc urbs Roma æterna dicitur *Liv.* 28, *c.* 28. *Ammian. Marc.* 14, 14, & 19, 21, & 26, 6, & 28, 1. *Flor.* 1, 7, 10. Unde legata urbibus in perpetuum debentur. *L.* 6, *ff. ann. leg.* Grammondus bene ait: *licet homines vita deſtituantur, tamen reſpublica æterna eſt. L.* 1. *Hiſt. p.* 4. Conf. *Teſm. h.*

Id eſt, eſſe poſſe] ,, Nam non neceſſario ſunt immortales; quia exempla deletarum civitatum, & populorum infinita exſtant. *Vid.* §. 4. & *ſeq.*

Spiritum unum, ut Paulus] ,, In *d. l.* 30. Ex doctrina Stiocorum, qui rationem, quæ uno vinculo plures res ligat, ἕξιν, i. e. *ſpiritum* vocant: Peripatetici, *ſpeciem.* Conf. *d. l.* 23, §. 5. *Sen. ep.* 103.

Is autem ſpiritus, ſive ἕξις *in populo*] ,, I. e. Vinculum illud, quo colligantur, & unum fiunt cives.

Eſt vita civilis conſociatio] ,, Coëunt enim cives in unam civitatem animo defendendi juris ſui.

Plena, & perfecta] ,, Hinc Auctor ſæpius vocat civitatem cœtum perfectum. *L.* 1, *c.* 1, §. 14. Vid. *indicem voce civitas.*

Cujus prima productio eſt ſummum imperium] ,, Auctor putat, imperia demum civitatibus conſtitutis orta eſſe; quod refutavimus ſupra *L.* 1. *c.* 3. §. 1. ubi Imperium natura patribus familias in membra familiæ delatum eſſe, probavimus. Conf. *Diſſ. proœm.* *XII.* §. 607. *ſeq.*

Vinculum, per quod reſpublica cohæret] ,, Ideo enim ſingulæ familiæ in civitatem coëunt, ut jura ſingulorum tuta ſint, quod abſque imperio fieri non poteſt.

Digitized by Google

Spiritus vitalis, quem tot millia trahunt] „ Similia lege apud *Curt.* 3, 6, & 4, 15. *Sen. in Phœniſſ. v.* 294. Vid. *Teſm.*

Particulis paulatim commutatis] „ Ita nec homo eſſe deſinit, etſi manus, vel pedes amputati ſint: collegium ſubſiſtit, etſi membra quædam moriantur. *L.* 76, *ff. jud.* &c. Vid. *Gæld. vol.* 2, *Conſ. Marp.* 28, *n.* 130.

2 *Neminem noſtrum eundem eſſe*] „ Idem Pythagoras ſtatuit apud *Ovid.* 15, *Met.* 214. Id. *Sen. ep.* 104.

Ut de materia ſola intelligatur] Rectius de ſingulis particulis, ex quibus conſtat homo; hæ enim alimentis, eorumque ſecretione quotidie mutantur: at ſpecies hominis non mutatur, nec forma ſubſtantialis, ſed accidentalis tantum.

Quod recte ſic corrigit Seneca] „ Imo ſenſus idem eſt; per flumen enim Heraclitus intelligit aquam tranſmiſſam.

Flumina eadem vocari] „ Quia totum illud, quod flumen conſtituit, perpetuo manet.

Neque vero manet nomen inane, ſed & ἕξις illa] „ Flumen enim non conſiſtit in aqua, ſed in toto illo unito, quod conſiſtit ex ripis, alveo, & aqua profluente. Hæc unitatis ratio, hic ſpiritus, hoc vinculum, quo tria illa corpora colligantur, durat quamdiu aqua intra ripas fluit.

Idem hoc tempore putatur], „ Quia idem ſpiritus, idem vinculum, idem animus coëundi in cœtum manet, & ſurrogatione propagatur.

Ei tribuamus quæ eidem populo ante multa ſecula acciderunt] „ Non tantum quoad virtutes, ſed etiam quoad vitia.

Tum apud Hiſtoricos] „ Exempla allegavit B. Parens. Ideo Alexander Perſis intulit bellum, quia majores eorum læſerunt Græciam *Arrian.* 2, *p.* 120. *Juſt. l.* 11, *c.* 5. Idem Alexander Branchidas deſtruit, quod majores eorum templum Didymeum ſpoliaverunt. *Curt.* 7, 5.

3 *Populum alium non fecerat*] „ Nam idem vinculum, idem cœtus manebat.

Ita fieri poſſe ut intereat populus] „ Adeoque ſi ſpiritus ille ceſſat, eoque vinculum, quo unum corpus efficiebatur.

Fit autem hoc dupliciter] „ Dictum eſt §. 1. *propoſitione* 1, omne jus deſinere, vel ſublata re, vel ſublato eo, ſine quo exiſtere jus naturaliter nequit.

Interitu corporis] De quo §. 4, & 5.

Aut interitu ſpeciei] „ De quo §. 6, *ſeq.*

Ad §. IV.

Quærit Auctor, quando deſinat civitas, & quando videatur ſublata? Reſp. Videndum in quonam conſiſtat ratio civitatis: nimirum, in populo, quo ſublato, uti tollitur inundatione territorii, vel diſſolutione ſocietatis, civitas interit.

Corpus interit] „ Adeoque tota ſubſtantia perit.

Sine quibus corpus ſubſiſtere nequit] „ Uti ſi corpora civium in univerſum tolluntur; fruſtra enim de imperio in populum quæritur, ubi populus amplius non exiſtit.

Vel ſublata corporis ratione] „ Si ſinguli deſerunt civitatem. *Vid.* §. 5.

Mari abreptos] „ *Plin.* 2, *Hiſt. c.* 90.

Et alibi] „ Add. *Plin. Lib.* 2, *Hiſt. c.* 29. *Lactant.* 7, *c.* 3.

Et qui ſponte internecioni ſe dederunt, ut Sidonii, & Saguntini] „ Hi non ſponte ſe interimerunt, ſed ab hoſte coacti. De Sidoniis vide *Juſt.* 18, 3. de Saguntinis *Liv.* 21, 14.

Jam poterit in illis ſubſiſtere dominium, quod populus habet] Immo manet jus populi, & imperii etiam in uno, quod ad effectus juris attinet. Nam ex prima diſpoſitione coëuntium jus quæſitum eſt ſingulis civibus, quod etiam in uno durat: eodem modo uti collegium, quod non niſi inter plures conſtitui poteſt, etiam in uno continetur. Hoc autem verum tantum eſt ſi ille animum continuandi civitatem habet; nam ſi is quoque civitatem deſerat, deſinit tota civitas: adeo ut ſi novos populus occupat, nova fiat civitas.

Notandum autem hic eſt, non deſinere civitatem, ſi municipalis civitas ſaltem deſtruatur; quia etſi nexus civitatis illius municipalis ceſſet, manet tamen nexus cum civitate generali, quam totus populus conſtituit. *vid.* §. 6.

Dubium hic moveri poteſt, qua ratione imperium etiam in uno conſervari queat, cum imperium ſupponat imperantem, & parentem; quæ ratio non obtinet, ubi vel unus ſaltem eſt, vel plures æquales. Reſpondeo, imperium omnino potentia (non actu) etiam in uno ſubſiſtere poſſe: ſane, Adam, etiam ſolus, imperium habuit, etſi actu illud exercere non potuerit niſi accedente familia.

Additio.

„ Ex hypotheſi Auctoris populus occu-
„ pans territorium non tantum occupare vi-
„ detur imperium, ſed etiam dominium ge-
„ nerale, & privatum. *Vid. ſupra c. 3, §. 4, c. 8, §. 10, 11.* Hoc igitur dominium ſub-
„ ſiſtere, ait, in uno, vel paucis, qui ex
„ populo ſuperſunt. Nos allegato loco pro-
„ bavimus, populum præter imperium oc-
„ cupando nihil acquirere; adeoque domi-
„ nium illud generale, & privatum, figmen-
„ tum eſſe: addimus, imperium etiam in
„ uno ſubſiſtere, ſi animum continuandi im-
„ perii habet.

Ad modum privatorum] „ Ex ſententia
„ igitur Auctoris pauci illi non continuant
„ imperium, quia populum facere nequeunt;
„ ſed ſubſiſtere in illis, ait, dominium ge-
„ nerale, & privatum, ad modum privato-
„ rum, non ad modum imperantium: quod
„ modo refutavimus.

Non ſi quid populo ut populo competit] „ Si
„ civis, vel pauci e populo ſuperſtites, ani-
„ mum continuandi civitatem habent, & un-
„ dique incolas quærunt, aucta poſtea civi-
„ tate eadem civitas, idemque populus, &
„ jura populi eadem manent.

Quod & de collegio ſentiendum eſt] „ Imo
„ jus collegii etiam in uno manet. *L. 85, Verb. Sign. L. L. 7, §. 2. Quib. cuj. univ.*

A d §. V.

Corporis *ratio tollitur*] „ In præce-
„ denti §. Auctor egit de interitu corporis,
„ vel partium, ſine quibus corpus ſubſiſtere
„ nequit; hic jam ſequitur alter modus, quo
„ corpus interit, ſi ſcil. cives territorium
„ derelinquunt, & ſocietatem diſſolvunt.
„ *Vid. §. 4, pr.*

Aut ſponte ob peſtilentiam] „ Si unus,
„ vel pauci remanent animo continuandæ ci-
„ vitatis, corporis ratio non tollitur, inpri-
„ mis ſi deſerentes animum redeundi habent
„ ceſſante peſte: at aliud eſt ſi totus popu-
„ lus loco migret. *Vid. §. 7.*

Quod bellis accidit interdum] „ Hoc iti-
„ dem verum ſaltem eſt ſi in perpetuum
„ diſtrahuntur, nec revertendi ſpem, aut ani-
„ mum habent finito bello: vel ſi populus
„ ipſe alio migrat. *Vid. §. 7.*

A d §. VI.

Species *interit*] „ *Vide §. 3, in fin.*

Sublata aut omni] „ Ut in ſequentibus
„ exemplis, ſi ſinguli perſonalem ſervitutem
„ ſubeunt.

Aut perfecta juris communitate] „ Si ſci-
„ licet autonomia, i. e. jus propriis legibus
„ vivendi civitati aufertur. Tunc enim tol-
„ litur imperium, & in alterum, cujus le-
„ gibus jam vivunt, transfertur, ſalva cæte-
„ rum civitate.

Sive ſinguli perſonalem ſervitutem ſubeant]
„ Adeoque ubi libertas publica, & privata
„ aufertur.

Brutii a Romanis] „ *Gell.* 10, 3. Senten-
„ tiam talem contra Mytilenæos latam, ſed
„ poſtea revocatam eſſe, tradit *Thucyd. L. 3, p. m. 114, & 121.*

Sive ea retenta imperio exuantur] Adeo-
que ubi ſola libertas publica aufertur. In po-
pulo igitur tria conſideranda ſunt: 1. jus im-
perii, 2. jus civitatis extra imperium, 3. ju-
ra ſingulorum; quo pertinet libertas. *Jus im-
perii* ſolum tollitur ſi alieno imperio populus
ſubjicitur: *Jus civitatis* tollitur ſi magiſtratu
exuitur: *Jura ſingulorum* autem tolluntur per
ſervitutem.

Sic de Capua] „ Caſum hunc explicavi-
„ mus ſupra *I. 1, c. 3, §. 8, n. 3, & L. 2, c. 5, §. 30.*

Corpus nullum civitatis] „ Capua igitur
„ non tantum libera, ſed & civitas eſſe de-
„ ſiit: non tantum enim imperium amiſit,
„ ſed & jus magiſtratus.

In provincia formam redactis] „ Quod fie-
„ bat ſublato imperio, & jure proprii magi-
„ ſtratus; tales enim populi non ſuis, ſed
„ alienis legibus utebantur. Hi igitur populi
„ per ſe civitas non ſunt, ſed membra mi-
„ nus digna magnæ civitatis. *Vid. l. 1, c. 3, §. 7, n. 2.* Gentes a Romanis in provinciam
„ redactas recenſet *Vell. Pat.* 2, 38. *Sigon. L. 1. de antiq. jur. prov.* Conf. *Buchan. rer. Scot.* 4, *p. m.* 129. Unde diſtinguebantur ta-
„ les populi ab illis, quibus, etſi devictis,
„ jus propriis legibus utendi permittebatur
„ (*de quibus late B. Parens in autonomia juris Gentium c. 15, c. 16, & 17. egit*).

Item de his, qui alterius populi ditionem ſubierunt] „ Hoc verum eſt de illis populis,
„ qui ultro alterius imperio ſe ſubjiciunt,
„ adeoque jura ſua publica alterius populi ar-

 „ bitrio

„ bitrio ſubmittunt. *L.* 1, *c.* 3, *n.* 2. Aliud
„ dicendum de deditione bellica, per quam
„ non tantum gens, & civitas, ſeu id, quod
„ publicum eſt; ſed & ſinguli homines, &
„ res ſingulæ dedebantur: formulam exhibet
„ *Polyb. in exc. leg. c.* 142. *Liv. l.* 7, *c.* 31,
„ Equidem, ſingulos hic quoque liberos ma-
„ nere, tradit B. Parens, *d. tract. c.* 13, §.
„ 6, *ſeq.* Contrarium docet Grotius *l.* 3, *c.* 8,
„ §. 4, *n.* 1, *c.* 20, §. 50, *n.* 5. *Conſ. l.* 1, *c.* 3,
„ §. 11.

AD §. VII.

SI *loco migraverit populus*] Quærit Auctor, *an migratione populi civitas eſſe deſinat?* Negatur 1. quia manet ſpiritus ille, vinculum illud, quod cœtum colligat. 2. Quia territorium non eſt de ſubſtantia civitatis, ſed populus: migratione igitur non magis tollitur civitas, quam familia mutata domo; urbs enim nihil aliud eſt, quam domus populi. Sane 3. populi Boreales, qui Gallias, Italiam, & Hiſpaniam invaſerunt, vetereſque ſedes reliquerunt, veri populi fuere, & cum iis tanquam cum veris populis actum eſt.

Neque *obſtat*, quod domicilium non habeant. Reſp. nec id eſt de eſſentia populi.

Sed porro *obſtat*, populum migrantem ſemper videri ſubditum, & ſubjectum illi, per cujus territorium tranſit. Reſp. hæc ſubjectio eſt temporaria: ſane, Rex migrans manet Rex, licet facultas ejus impediatur in alieno territorio, & ad tempus.

Quid ſi pars populi migret, an pars hæc deſinit eſſe pars civitatis? Reſp. ſi publica auctoritate migret, eaque lege, ut jure, ac nomine reipublicæ novas ſedes quærat, pars illa populi omnia quærit ſuæ matrici: ſi ſuo jure, & nomine migrat, deſinit eſſe pars civitatis, propriumque imperium conſtituit; de quo *infra* §. 10.

Sive ſponte ob inediam] „ Ita enim in Afri-
„ ca cives a locuſtis, & incolas ex Cyaro,
„ Cycladum inſula, a muribus fugatos eſſe,
„ refert *Plin. hiſt.* 8, *cap.* 29.

Aut alia mala] „ Ita enim propter ranas
„ civitatem in Gallia ſedes mutaſſe, & a ſco-
„ lopendris abactos Trerienſes refert *Plin. d.*
„ *l.* Sic Phœnices ob terræ motus, *Juſt. l.*
„ 18, *c.* 3. Bœotii ob peſtem ſedes deſerue-
„ runt. *Juſt.* 16, 3. *Vid. Teſm. h.*

Sive coactus, ut populus Carthaginenſis bello Punico tertio] „ Romani quidem imperarunt
„ Carthaginenſibus ut migrarent ſi ſalvi eſſe
„ vellent: *Flor.* 2, *c.* 15 At hi non accepta-
„ runt hanc conditionem, ſed extrema pati
„ maluerunt: ideo etiam deleta fuit Cartha-
„ go. *ibid.* Exempla gentium, quæ juſſu vi-
„ ctoris migrare coacti ſunt, refert *Teſm. h.*
„ Conf. *Appian. de bell. Pun. n.* 52. *Nepos*
„ *Cimone c.* 2. De Veliternis vide *Liv. l.* 8,
„ *c.* 14. Philippum id quoque facere ſolitum
„ fuiſſe, ait *Juſt. l.* 8, *c.* 5. de Cilicibus vi-
„ de *Vell. Pat.* 2, 32. Add. *Thucyd.* 1, 1. *Liv.*
„ 40, 3. *Cranz.* 2, *Sax.* 4.

Si ſpecies quæ dixi maneat] „ I e. Si om-
„ nis, aut perfecta juris communitas manet.
„ Vid. §. *6. pr.* Secus ergo ſi cives ſinguli
„ diſcedunt paucis manentibus. *Vid. not. ad*
„ §. 5.

Populus eſſe non deſinit] „ Manet enim
„ commune illud vinculum, quod unum po-
„ pulum conſtituit. Conf. ſupr. *L.* 2. *c.* 3. §.
„ 4. *n.* 1.

Multoque minus ſi muri tantum urbis diſjecti ſunt] „ Nam ex pacto, ſalvo cœterum
„ jure imperii, id fieri poteſt: ſane, multæ
„ ſunt civitates, quæ plane muris cinctæ
„ non ſunt, quod de antiquis Joniæ urbi-
„ bus teſtatur *Thucyd.* 3. *p.* 159. Sparta mu-
„ ros non habebat. *Plut. in Lyſandro p. m.*
„ 357. Athenienſes, qui ex lege pacis initæ
„ murum dejicere cogebantur, liberi, & ſui
„ juris manebant. *Juſt.* 5, 8. *Plut. d. l.*

Contra eos a communi ſociorum] „ Meſſe-
„ niorum varia cum Lacedæmoniis bella re-
„ fert Juſtinus *l.* 3. *c.* 4. Poſtquam per 70
„ annos in ſervitutem redacti fuere, reno-
„ vato bello diu varia fortuna cum Lacedæ-
„ moniis dimicarunt, *Juſt. l.* 3. *c.* 5. & 6;
„ tandem everſi, & exciſi, quidam Naupa-
„ ctum, *Diod. Sic. L.* 15. *f.* 473, (quam
„ urbem eis Athenienſes habitandam conceſ-
„ ſere) quidam in Cephaleniam, quidam in
„ Siciliam, *ibid.* migrarunt. Thebanorum
„ dux Epaminondas, collectis, & convoca-
„ tis undique Meſſeniis, exſtruxit denuo ur-
„ bem, & regionem priſtinis civibus reſti-
„ tuit, opuſque intra 85. dies perfecit, im-
„ poſitis ibi præſidiis, *ibid. f.* 474. Hi Meſ-
„ ſenii in bello contra Lacedæmonios auxilia
„ præſtiterunt Epaminondæ, *ibid. f.* 481;
„ tandem bello compoſito Thebani Meſſenios
„ quoque pace comprehendi voluere: Lace-
„ dæmonii ſignare pacem noluere, ob im-
„ placabilem in Meſſenios inimicitiam, *ibid.*
„ *f.* 483, vel ut Plutarchus (qui totam hanc
„ hiſtoriam plenius refert in *Ageſilao*, *fol. m.*
„ 472.

Digitized by Google

„ 472, & 473.) ait, *quaſi oppido carerent.* „ Unde apparet, Ageſilaum non ideo Meſſenios a ſacramento excluſiſſe, *quod ejus urbis muri eſſent diruti*, uti Auctor putat; ſed quod bello victi, excisi, & fugati, civitatem amplius non conſtituerent: nam idem Plutarchus ait, *infenſos fuiſſe Meſſenios Ageſilao, quod ſuam regionem ejus regno amiſiſſent*, adeoque quia deſiit civitas. Ex hac igitur ratione Ageſilaus eos admittere noluit, *fol. 472*: unde notanter addit Plutarchus, *Lacedæmonios ſolos in armis ſpe Meſſenen recipiendi manſiſſe. f. 473.*

A D §. VIII.

QUÆRIT Auctor, *an populus eſſe deſinat ſi modus imperii mutatur?* uti ſi ex ſtatu Regio fit Ariſtocraticus, vel contra; quod in Romano imperio ſæpius contigit? Ariſtoteles affirmativam tuetur, quia formæ extrinſecæ vim eſſentialem tribuit. Verius autem eſt, populum non deſinere: 1. quia jus imperii inhæret originarie populo, qui de ſuo jure pro lubitu diſponere, illudque in unum, vel plures ſub certa lege transferre poteſt: imperium igitur non deſinit, ſed adminiſtratio; nec populus, ſeu reſpublica mutatur, ſed habendi modus. 2. Populus non poteſt extinctus dici, nec ejus imperium ſublatum, niſi ſublato eo, ſine quo exiſtere nequit; at forma regiminis non pertinet ad ſubſtantiam populi, ſed manet populus, manetque imperium, ſive regimen ſit populare, ſive Ariſtocraticum, ſive Monarchicum. Neque 3. inutilis hæc eſt quæſtio; nam mutata regiminis forma quæritur, an rex teneatur ſolvere æs alienum a populo contractum, vel contra? de quo alibi.

1 *Neque refert quomodo gubernatur*] „ Mutata enim forma non tollitur civitas.

Idem enim eſt populus] „ Quia idem ſpiritus, idemque vinculum durat: idem eſt cœtus juris tuendi cauſa congregatus.

Etiamſi pleniſſimo jure regnetur, populus idem erit qui antea erat] „ Hoc verum eſt ſi victor jus populi victis relinquit. *Vide l. 1. c. 3. §. 7. 8. 11. 12.*

Dum rex ei præſit ut caput iſtius populi] „ I. e. ſi victor jura populi ei relinquit.

Non ut caput alterius populi] „ Quod fit ſi Rex victor populum devictum in provinciæ formam redigit; tunc enim deſinit eſſe populus, & incipit eſſe pars populi victoris.

Nam imperium, quod in rege eſt ut in capite, in populo manet ut in toto] „ Hanc materiam late explicavimus *ſupra L. 2. c. 3. §. 8*, & diximus, popolum nec ut totum jus imperii retinere, ſed omne jus imperii tranſtuliſſe in imperantem ſub certa lege.

Atque adeo rege exſtincto jus imperandi ad populum redit] „ Hoc non inde eſt, quod jus imperii in pupulo ſit tanquam in toto; ſed quia familia regis exſtincta ceſſat diſpoſitio populi, qui in hunc caſum jus imperii ſibi reſervavit.

Si electus eſt] „ Tunc enim ſoli regi, non familiæ, jus ex diſpoſitione populi quaſitum eſt.

Aut regis familia] „ Ut in regnis hæreditariis.

Qui reipublicæ forma mutata &c.] „ Sententiam hanc Peripateticorum refutavimus ſupra §. 3, eamque mox uberius examinabimus.

Harmonia non eadem eſt, ubi a Dorico modo in Phrygium tranſitur] Differunt ratione modi, at non ratione ſubſtantiæ; utrobique enim eſt Harmonia: ita civitas eadem manet, ſive a rege, ſive a primoribus gubernetur.

Sciendum enim eſt] Auctor refutat Ariſtotelem, & ait, mutata forma civitatis, hanc tamen eandem manere ratione parentium, etſi non ratione imperantium: idqoe exemplo legionis probat, quæ qua militat, ſemper eadem eſt; qua regitur, alia videtur. At vera reſponſio hæc eſt, quod forma non ſit de ſubſtantia rei: adeoque civitas eadem manet, quomodocunque gubernetur, quia modus hic accidentalis eſt, qui abeſſe ſalva civitate poteſt. 2

Additio.

„ Auctor recte ſtatuit, mutata imperii forma non mutari populum, ſed eundem manere, qui antea fuit.

„ Adverſarium ſibi ſumit Ariſtotelem, *qui mutata reipublicæ forma, negat eandem eſſe civitatem, Pol. l. 3. c. 4;* eique reſpondet, unius rei artificialis plures eſſe ſpecies: ita civitatis ſpeciem *unam* eſſe *conſociationem juris, atque imperii*, i. e. ſpiritum illum, qui civitatem continet; *alteram* vero, *relationem partium inter ſe earum, qua regunt, & qua reguntur*, i. e. formam reipublicæ.

„ Unde

„ Unde concludit, Ariſtotelem de mutatione *poſterioris ſpeciei* intelligendum eſſe, nimirum, de mutatione formæ, quam Politicus ſpectat; at JCtum reſpicere ad priorem ſpeciem civitatis, & quæ non mutatatur mutata forma: atque hanc duplicem civitatis ſpeciem non latuiſſe Ariſtotelem, ait.

„ Equidem, quæ ſubtiliter ſatis hic diſputantur nec menti Ariſtotelis conveniunt, nec dubium tollunt. Præmittendum autem eſt, Ariſtotelem in *l.* 3, *c.* 2. quærere, *an ejecto tyranno, adeoque facta mutatione civitatis, qui interim recepti fuere cives jam deſinant eſſe cives?* Poſtea in *d. l.* 3, *c.* 3. porro quærit, *Num ſi ejecto tyranno in popularem ſtatum ſit mutatio, populus pecuniam mutuam ſolvere teneatur, quia non civitas, ſed tyrannus eam ſuſcepiſſet?* Cum vero deciſio hujus rei dependeat ab alia quæſtione, nimirum, *quando ſit civitas eadem, quando alia?* in *d. l.* 3. *c.* 4. rationem dubitandi proponit, *videri* ſcil. *variata reipublicæ gubernandæ forma civitatem eandem non permanere.* Tandem decidit, *eandem eſſe civitatem ad rempublicam reſpicientes, ſed alio vocari nomine.* Atque his expoſitis in fine *d. c.* 4. addit, *utrum autem juſtum ſit reddere pecuniam mutuam mutata reipublicæ gubernandæ ſpecie* λέγος ἴτεροs, i. e. alia eſt ratio, ſeu quæſtio.

„ His ita præmiſſis, apparet 1. Ariſtotelem hic non reſpicere duplicem civitatis ſpeciem, ſed unam illam ſpeciem; quatenus, ſcilicet, relationem reſpicit inter regentes, & eos, qui reguntur: *An nimirum ſit eadem civitas, & idem populus.* Apparet 2. hanc quæſtionem non ſpectare Politicum, ſed Juriſconſultum; quia ab ea dependet quæſtio, *an mutata civitate populus teneatur ſolvere pecuniam mutuo ſumtam?* Apparet 3. Ariſtotelem non aſſerere, populum alium videri; ſed eum potius contrarium ſtatuere, *eandem eſſe rempublicam, & civitatem, ſed alio vocari nomine.* Quod 4. vel exinde patet, quia ſtaſtuit, populum teneri ſolvere pecuniam ante mutationem ſtatus mutuo ſumtam, *d. l.* 3. *c.* 4. *in fin. junct. c.* 2; quod verum non eſſet ſi populus idem eſſe deſiiſſet. Adeoque 5. omnia gratis hic diſputantur ab Auctore, cum Ariſtotelem adverſarium non habeat.

Unius rei artificialis plures eſſe poſſe ſpecies] „ Scilicet accidentales; nam eſſentialis ſpecies una ſaltem eſt, qua ſublata res interire videtur.

Una eſt qua regitur] „ Hæc ſpecies mere accidentalis eſt; eadem enim legio per unum, vel per plures regi poteſt.

Altera qua militat] „ Hæc ſpecies eſſentialis eſt, adeo ut ea ceſſante deſinat eſſe legio.

Conſociatio juris, atque imperii] „ Hæc eſt ſpecies ſubſtantialis civitatis, quia ceſſante hoc ſpiritu deſinit eſſe civitas.

Altera relatio partium inter ſe earum, quæ regunt, & quæ reguntur] „ Rectius forma illa regiminis: quæ eſt ſpecies ſaltem accidentalis, & mutari poteſt ſalva civitate. Neque enim ad eſſentiam civitatis aliquid facit, ſive ab uno, ſive a pluribus, ſive ab omnibus regatur.

Hanc ſpectat politicus] „ Imo Politicus ſaltem examinat, quænam forma melior ſit: ſi autem forma mutata ſemel eſt, uti Ariſtoteles ſupponit, hæc ſpecies ſpectat juriſconſultum; nam quæritur, *an mutata forma civitas mutetur*, i. e. jus civitatis pereat, quæ quæſtio juris eſt.

Illam JCtus] „ Imo & hanc JCtus ſpectat.

Quod nec Ariſtotelem latuit] „ Ariſtoteles non cogitavit de duplici ſpecie, nedum de tali ſpecie, quæ Politicum ſpectet; nam ſolam quæſtionem examinat, *an mutata forma eadem civitas maneat?* Hæc quæſtio juris eſt. Sed & dictum jam eſt, Ariſtorelem non diſſentire ab Auctore: adeoque fruſtra de ejus mente concilianda agi.

Artis ſcilicet alterius], „ Nimirum, juriſprudentiæ. At dictum eſt, in textu græco ſaltem aſſeri, *aliam hanc dubitationem eſſe*, non aliam artem. Nam in præcedenti *c.* 2. dubium hoc propoſuerat: *Cum ex regio, vel ariſtocratico ſtatu ad popularem ſit mutatio, neque mutnatam pecuniam ſolvere quidam volunt, quaſi non civitas eam ſuſcipiat, ſed tyrannus, &c.* Atqui hæc quæſtio juris eſt.

Quam cum politica non confundit] Ariſtoteli quæſtio plane non eſt de politica; ſed ſpecies, de qua ei quæſtio eſt, unice ſpectat JCium, uti vidimus.

Ab uno tractandi genere ad alterum tranſitum faciens] „ Diverſas diſciplinas eſſe juriſprudentiam, & politicam, nemo negabit; idque probavimus in *proleg.* §. 57. At dictum eſt, in præſenti materia Ariſtotelem

„ juris

Digitized by Google

,, juris quæſtionem tractare, non politices.

3 *Non deſinit debere pecuniam populus*] Æs alienum publicum, i. e. ad publicas neceſſitates contractum, debet populus ex territorio, & bonis publicis: eodem modo ut privatus æs alienum contrahens debet ex ſuo patrimonio, ſuiſque facultatibus. Si vero bona publica vel non ſint, vel non ſufficiant, per collectas populus contribuere debet; ſinguli enim operis, & opibus ſuis defendere rempublicam tenentur. Idque verum eſt, etſi illi, qui tempore contracti æris alieni vixere, diu mortui, vel forma reipublicæ mutata ſit.

His principiis poſitis, omnes quæſtiones, quæ in hac materia moveri ſolent, facile deciduntur.

Primo enim quæritur, an ejectis regibus reſpublica obligetur ad debita a regibus contracta ſolvenda? Affirmatur: quia idem populus manet, ex cujus patrimonio debetur. Sed & vice verſa Imperatores tenebantur ad æs alienum ſub libera republica a Senatu contractum, ex eadem ratione. Atque ita rem quoque decidit Ariſtoteles *Politic. l.* 3. *c.* 3.

Secundo quæritur, ſi rex tyrannus ejicitur, ſtatuſque reipublicæ hoc modo mutatur, an reſpublica æs alienum a tyranno contractum ſolvere teneatur? Affirmatur ſi in utilitatem reipublicæ pecunia verſa eſt; nam poſſeſſor tenetur adminiſtrare, adeoque ea facere, quæ ad utilitatem publicam pertinent. Accedit quod ratione extraneorum, qui pecuniam credunt, populus ſemper obligetur, quia extranei ſequuntur poſſeſſionem. *Vid. L.* 1. *c.* 4. *§. f.* Adeoque hic quoque populus ex patrimonio ſuo debet.

Tertio quæritur, an civitate deleta, i. e. populo exſtincto, (uti in Carthagine factum eſſe, legimus in *L.* 21. *ff. Quib. mod. uſusfr. am.*) æs alienum exſtinguatur? Negatur; quia populus debet ex ſuo patrimonio: etſi ergo populus deficiat, ſupereſt tamen ejus patrimonium, ſub quo etiam continetur territorium. Unde illi, qui territorium hoc occupant, ſuccedunt in debitum. *Vid. quæſt. quintam.*

Quarto quæritur, an territorio ſublato, forte per inundationem, famem, peſtilentiam &c. (*Vid.* §. 7.) populus quia alio migravit, adhuc obligetur ad æs alienum? Affirmatur. Nam uti inter privatos obligatio inhæret perſonæ, ejuſque patrimonio: ita in populo contrahente obligatur 1. ipſe populus, 2. territorium ejus, i. e. patrimonium populi (utpote ſub quo æs alienum quoque continetur: de quo infra *Lib.* 3. *c.* 8. agemus). Etſi ergo territorium deficiat, manet tamen obligatio in populo, qui non deficit. Quod verum eſt ſi totus populus migret: ſecus vero ſi ſinguli migrent, etſi eo animo ut proprium imperium conſtituant; nam migrantes non amplius ſunt pars civitatis, (niſi auctoritate civitatis, ejuſque nomine novas ſedes occupent. *Vid.* §. 10. *ad* v. *huc referenda*) adeoque nec cives, nec ſubditi amplius ſunt, qui ſoli ad onera publica tenentur.

Quinto quæritur, an illi, qui populi migrantis ſedes occupant, debita hujus populi ſolvere teneantur? Affirmatur; quia æs alienum patrimonio populi, i. e. territorio inhæret: hoc igitur cum ſuo onere tranſit ad occupantes; adeoque hi pro modo territorii æs alienum ſolvunt.

Sexto quæritur, an pleriſque civibus fame, vel peſte ſublatis, pauci illi, qui ſuperſunt, teneantur ad æs alienum civitatis? Affirmatur, ſi animum habent conſervandi civitatem; quia populus nondum interit, & civitas ſubſiſtit etiam in uno. *Diſſentit Grotius ſupr.* §. 4.

Septimo quæritur, an victor teneatur ſolvere debita populi bello victi? Affirmatur; quia victor per ultimam victoriam acquirit patrimonium populi, cui æs alienum inhæret: de quo uberius agetur *infra L.* 3. *c.* 8. *c.* 9. §. 6, & 7.

Octavo quæritur, an ſublata republica ſucceſſores teneantur ex delicto anteceſſorum? Negatur: ſed delictum tenet ſuos auctores, niſi de rei perſecutione quæſtio ſit.

Eſt enim idem populus] ,, Forma, regimen, ,, & habendi modus ſaltem mutatur.

Et dominium retinet eorum, quæ populi fuerant] ,, Patrimonium enim populi manet, ,, cui inhæret æs alienum.

Imo & imperium in ſe retinet] ,, Immo ,, populus nullum jus imperii in ſe habet; ,, illud enim pleno jure tranſtulit in Regem. ,, Vid. *L.* 2. *c.* 3. §. 8.

Exercendum non a corpore, ſed a capite] ,, Rex non tantum exercitium imperii habet, ,, ſed & jure proprio imperium tenet. *d.* §. 8.

Quo loco in conventibus ſedere debeat qui ſummum imperium in populum ante liberum, accepit] ,, Utitur ſcilicet jure populi; nec ,, enim poteſt plus juris habere, quam is, in ,, cujus jus, & locum ſurrogatur: idque ex- ,, emplo Philippi Macedonis probat Auctor. ,, Ita Coſmus, Dux Florentiæ noviter crea- ,, tus, Alfonſo Ferrariæ duci ex antiquiſſi-

,, ma

„ ma familia orto præferebatur, quia Flo-
„ rentiæ urbs Ferrariæ ducibus ſemper præi-
„ vit. *Thuan.* 32. *p.* 634. *L.* 44. *p.* 893. Conf.
„ *Pufend. L.* 8. *c.* 12. §. 4. & *Limn. jus publ.*
„ *L.* 4. *c.* 9. *n.* 87.

Philippus Macedo]„ Immo non ex ſuo jure
„ in collegium Amphictyonum cooptatus eſt,
„ ſed jure Phocenſium, qui ſe ei dederunt,
„ & qui duo ſuffragia habebant. *Diod. Sic.*
„ *l.* 16. *c.* 15. Cæterum ſordidum, & obſcu-
„ rum ante fuit Macedoniæ nomen, *Juſt. l.* 6.
„ *c. f.* & Perſæ Macedonas fœdam gentem
„ vocabant, *ibid. l.* 7. *c.* 3.

Sic viciſſim qui regis fuerat locus, eum populus liber implet] „ Rex enim omne jus
„ ſuum, adeoque & dignitatem, ac ordinem,
„ ex diſpoſitione populi, & ex ejus jure habuit.
„ Idem ergo jus, eadem dignitas, & idem
„ ordo deficiente rege redit ad populum.
„ Cæterum de ordine inter reges, & princi-
„ pes, Auctor egit ſupra *L.* 2, *c.* 5, §. 21,
„ & 22.

A D §. IX.

Q U O D *ſi quando uniantur duo populi, non amittentur jura*] Plures populi in unum coaleſcere poſſunt: & tunc unum fiunt ex diſpoſitione; at unum fiunt non niſi quatenus diſponunt: ibi ergo nec ſuperior eſt, nec inferior; ſed eodem jure, & imperii, & civitatis invicem utuntur. Hoc factum inter Romanos, & Sabinos, qui ex tempore unionis communi nomine Quirites dicti ſunt. Per hanc coalitionem igitur jus imperii unitur, & civitates eo animo uniuntur, ut eodem jure invicem utantur.

Notanter dixi, jus imperii, juraque publica uniri per talem coalitionem; non ergo jura privata: hinc nomina, quæ civitas altera privatis debet, ſalva manent.

Sed communicabuntur] „ Ita enim diſpo-
„ nunt, & eo animo coaleſcunt, ut non niſi
„ unum conſtituant populum. Secus ergo ſi
„ plura regna, pluresque provinciæ ita uniun-
„ tur, ut vel rex ſit communis, ut in An-
„ glia, &c.; vel ut commune ſaltem ſit con-
„ cilium, ut in Belgio. Tunc enim publica
„ jura cujuſque regni, populi, & provinciæ,
„ manent integra: nec confunduntur hacte-
„ nus commoda, aut onera publica: nec
„ ſingula regna obligantur legibus regis, niſi
„ quæ communi conſenſu ſtatutæ ſint. *Vid.*
„ *infra not. ad h.* §. *ultima.*

Sicut Sabinorum] Sub Romulo, poſt bellum ex raptu virginum ortum: *nec pacem modo, ſed & civitatem unam ex duabus faciunt, regnum conſociant, imperium omne conferunt Romam.* Liv. L. 1, c. 13.

Deinde Albanorum] Poſt pugnam trium Horatiorum, & Curiatiorum, regnante Tullio Hoſtilio. *Liv. l.* 1, *c.* 24.

Additio.

„ Albani jure victoriæ populo Romano
„ juncti ſunt; unde Albani cives Romam tra-
„ ducebantur, & Alba diruebatur. *Liv. L.* 1,
„ *c.* 29.

„ Exempla junctorum populorum exſtant
„ in Latinis, & Trojanis ſub Ænea, *L.* 1,
„ *c.* 2, & hodie in Anglia, Belgio, &c.

Et una facta reſpublica] „ At ea cum dif-
„ ferentia, quod Sabini ad communionem
„ imperii admiſſi ſint; Albani vero jure vi-
„ ctoriæ, ſublato eorum imperio, civitati
„ adſcripti fuerint.

Idemque cenſendum de regnis, quæ non fœdere &c. ſed vera unitate junguntur]„ Adeo-
„ que quæ iiſdem juribus publicis utuntur,
„ ac iiſdem legibus communi conſenſu jun-
„ guntur.

Quæ non fœdere] „ Etſi inæquali; nam
„ ita junctis ſalva eſt ſumma poteſtas. Vid.
„ *ſupr. Lib.* 1, *c.* 3, §. 16.

Aut eo duntaxat, quod regem communem habeant] Bene Auctor diſtinguit, an plura regna vera unitate jungantur, an ſaltem communem regem habeant: in illis ipſum jus imperii communicatur; in his vero ſalvum cuique regno jus eſt. *Vid. L.* 1, *c.* 3, §. 7, *n.* 2. Etſi igitur Angliæ, & Scotiæ regna unita ſint; jura tamen publica ſeparata ſunt: diverſa manent regna, diverſa Imperia, diverſi populi, & diverſa utriuſque jura.

A D §. X.

C O N T R A *evenit, ut quæ una civitas fuerat, dividatur*] Uti plures populi vi, vel diſpoſitione ſua in unum coaleſcere poſſunt: ita idem populus eadem vi, & ex eadem diſpoſitione in plures dividi poteſt; quod contigit in Perſia poſt obitum Alexandri Magni.

Conſenſu mutuo] „ Ita enim Galli a rege
„ Bythiniæ in auxilium vocati, regnum cum
„ eo, parta victoria, diviſerunt, eamque re-
„ gionem Gallogræciam nominaverunt *Juſt.*
„ 25. 2. Ita Ludovicus Pius anno 842 ſuum
„ imperium Procerum conſenſu inter filios
„ diviſit,

Digitized by Google

„ diviſit, & majori Imperium, medio Ger-
„ maniam, minimo Galliam reliquit. Vid.
„ *B. Par. Jus publ. c.* 5, §. 14, *ſeq.* Sic Darius
„ regnum diviſit inrer Artaxerxem, & Cy-
„ rum. *Juſtin.* 5, 11.

Aut vi bellica, ſicut corpus imperii Perſici diviſum eſt in Alexandri ſucceſſores] „ Nam
„ regnum bello quæſitum erat, adeoque in-
„ conſultis Perſis dividi poterat. *Vid. Juſtin.*
„ 13, 4. *Curt.* 10, 10. Ita Romani juſſere
„ Mithridatem Ariobarzani Cappadocia ce-
„ dere, ſuſpectam habentes amplitudinem
„ regni Mithridatici. *Appian. de bell. Mithr.*
„ *n.* 17.

Plura pro uno exiſtunt ſumma imperia cum ſuo jure in partes ſingulas] „ Cum enim jam
„ duo ſint populi ſeparati, diverſa quoque
„ ejus ſunt imperia, omniaque jura publica:
„ & quæ antea in toto fuere, jam in ſingu-
„ las tranſeunt partes in ſolidum.

Si quid autem commune fuerit, id aut communiter eſt adminiſtrandum, aut pro ratis portionibus dividendum] „ In diviſione
„ regni quædam indiviſa manere poſſunt;
„ ea igitur vel communiter adminiſtrari, vel
„ dividi debent. Si alteruter dividentium con-
„ tendat, portionem illam ſuæ acceſſiſſe par-
„ ti, res armis decidenda eſt; quod inter ſuc-
„ ceſſores Caroli Magni factum legimus.

Huc referenda eſt diſceſſio, quæ ex conſenſu fit in colonias] Varii hic diſtinguendi ſunt caſus. Nam *I.* vel mittuntur coloniæ Auctoritate publica: & miſſi vel intra territorium mittentium civitatem condunt, (quo caſu omnino manent in poteſtate mittentium) vel extra fines imperii; & tum videndum qua lege mittantur, an ut mittentium jure, & nomine ſedes quærant, an ut ſuo jure.

Si *ea lege* mittuntur, ut nomine mittentium novam civitatem conſtituant, colunia eſt nudum inſtrumentum populi mittentis, & migrat non ut cives eſſe deſinant, ſed ut alibi habitent; indeque manent ſub poteſtate, & imperio mittentium. Extant ejuſmodi coloniarum exempla in Batavis, Gallis, Hiſpanis, Anglis &c. qui in novum orbem traduxere colonias, eorum imperio hodieque ſubjectas. Hæ coloniæ, publica auctoritate miſſæ, in hoſtili terra jus belli habent ex jure mittentium.

Si *ea lege* mittuntur ut ſuo jure, ſuiſque auſpiciis novas ſedes quærant; tunc vel ſedes figunt in terra, quæ nullius eſt, & ipſi fiunt populus liber, nec præter reverentiam ullum coloniæ vinculum cum matrice intercedit. Vid. *ſupr. l.* 2. *c.* 3. §. 21. Vel ſedes figunt in territorio occupato; & tunc ſubſunt illius territorii poteſtati. *Vid. ſupr. l.* 2. *c.* 2. §. 16. Niſi jure belli ſibi ſedes acquirant: qua ratione Gothi in Italia, & Hiſpania, proprium regnum conſtituerunt.

Vel *II.* migrat populi pars invitis superioribus, & ſedes quærit extra fines imperii; in hos nullum jus matricis ſupereſt. Quæ fuit celebris illa diſceptatio inter Albanorum ducem Suffetium, qui aiebat, jus naturæ apud omnes valere, ut generis auctores præſint ſuæ ſoboli, (Romani enim erant colonia Albanorum): & inter Tullium regem Romanorum, qui id prolatis exemplis negabat, apud *Halic. L.* 3. *c.* 13. *ſeq.*

Si pars populi, privata auctoritate migrantis, ſedes figat in *terris nullius*, ipſi fiunt ſumma poteſtas; unde Roma, colonia Albanorum, a privatis quibuſdam expoſitis, & ab omni jure civitatis excluſis, in loco nullius condita, libera fuit civitas: idque merito Tullius Suffetio reſpondet. *d. l.* Si vero ſedes quærat in *alieno* territorio, ſubjiciuntur illius imperio.

Additio.

„ Alia quæſtio eſt, an populo migranti,
„ ejuſque parti ſedes denegari poſſint? de
„ qua vide ſupra *L.* 2, *c.* 2, §. 17. *Add. l.* 2,
„ *c.* 22, §. 8. Diximus ibidem, jure naturæ
„ ſedes denegari quærentibus poſſe, nec ju-
„ ſtam inde oriri belli cauſam; quia poſſeſ-
„ ſores de ſuo jure diſponere pro lubitu poſ-
„ ſunt, neque migrantes ullum jus in re
„ aliena habent: quidquid diſſentiat Grotius
„ *dict. loc.*

Novus populus ſui juris naſcitur] „ Quod
„ verum demum eſt ſi privata auctoritate
„ migret, & terras, quæ nullius ſunt, occu-
„ pet: vel ſi publica quidem auctoritate di-
„ mittatur, ſed non ea lege, ut nomine mit-
„ tentium civitatem conſtituat.

Sed ut pari jure ſint, dimittuntur] „ Hoc
„ a lege miſſionis dependet; nam ſi jure
„ mittentium ſedes quærunt, verum non eſt
„ pari jure dimitti.

Ad §. XI.

Auctor, ut Gallis, & Pontifici aſſentiatur, iniquus admodum hic eſt in Germanos: & contra annalium, atque actorum publicorum fidem ſtatuit, imperium Romanum

Digitized by Google

ex conceſſione populi Romani ad reges Germaniæ perveniſſe, cum jure potius victoriæ illud Germaniæ quæſitum eſſe, conſtet. Sane, urbs Roma tempore Caroli M. jam 400 retro annis excidit libertate: Roma igitur Carolo non potuit Imperium dare, quod ipſa non habuit. Hiſtoria illorum temporum fidem facit, Carolum fugato Deſiderio Longobardorum rege, Italiam jure belli occupaſſe, eoque Romam quoque; quo ipſo omne jus, quod olim Romanorum fuit, in Carolum Magnum tranſiit, eodem modo, quo Alexander M. jura regni Perſici tranſtulit in Macedoniæ regnum.

Neque *obſtat I.* Quod reges Germaniæ ipſi imperium non Germanicum, ſed Romanum aſſerant: *Das heilige Römiſche Reich*, *&c.* Reſp. 1. addunt notanter *das heilige Röm. Reich teutſcher Nation*: unde Imperium Romano-GERMANICUM vocatur. 2. Factum id eſt veneratione nominis Romani. *Vid. juriſpr. publ. c.* 6. §. 12. *& c.* 8. §. 23.

Obſtat II. Imperatores Græcos, erepto occidente per Gothos, jus imperii, ejuſque titulum retinuiſſe: adeoque Romanum imperium tempore Caroli M. vacuum non fuiſſe. Reſp. Imperium Græcorum ipſum fuit pars imperii Romani; vera ſedes hujus imperii fuit Roma, & Italia; hoc imperium erat ſublatum. Ipſi Græci Imperatores agnoverunt regnum Gothorum; reliqua ipſi jure provinciæ tenebant. Imperium igitur occidentis plane exſtinctum erat, & Carolus M., ut Francorum rex, ſedem Imperii occidentalis, Italiam, & Romam, jure belli acquiſivit, eoque ſuæ Germaniæ quæſivit.

Additio.

,, Auctor occaſione celebris illius quæſtionis, *quandonam idem videatur populus*, *quando diverſus*, aliam quæſtionem æque celebrem examinat: *an*, ſcilicet, *imperium Romanum hodiernum diverſum ſit ab antiquo*? Negat id Auctor, & populum Romanum hodie eundem eſſe, ait, qui fuit olim ſub Senatu, &c; ejuſque demum conſenſu imperium, vere Romanum, in Germaniæ reges eſſe collatum: indeque male dici Imperium Germanicum. Beatus *Parens* econtrario ſtatuit, Imperium Romanum in occidente penitus ſublatum fuiſſe, inque ejus locum regnum Gothorum, victiſque Gothis regnum Germanorum ſucceſſiſſe; & Carolum magnum jure victoriæ uti totam Italiam, ita & Romam, eoque imperium per 400 annos derelictum armis occupaſſe, omneque illud jus in ſuam Germaniam tranſtuliſſe: atque hinc recte ait, vocari Imperium Romano Germanicum. Rationes juris gentium expoſuit in juriſprudentia ſua publica, *c.* 6, §. 8, *& ſeq.* quas ob argumenti gravitatem deſcribere hic liceat. Verba ejus hæc ſunt:

URBS vero Roma tempore Caroli M. jam a 400. retro annis erat bello capta, & in ſervitutem redacta; atque tamdiu municipium Regni Gothorum, &c. vel Exarchatus Græcorum: jamque dudum Roma illa Imperio Occidentis adeo exciderat, ut nec latum unguem terræ cum ſummo imperio Occidentis tum teneret.

Ita enim Onuphr. *de Comit. Imp. cap.* 4. *n.* 3. *Brevi*, ait, *præclariſſima omnium Urbs Roma Barbarorum mancipium facta fuit.* Et Hieron. apud Sigon. *de Imp. Occ. lib.* 10. *in ann.* 410. *Capitur Urbs, quæ totum cepit orbem.* Tunc exſtinctum eſſe Imperium occidentis, omnes conſentiunt. Jornand. *de Reg. ſuc.* ait: *Sic Heſperium regnum Romani populi, quod* 709. *U. C. anno primus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit, Gothorum dehinc Regibus Romam tenentibus.* Baron. *Annal. ad ann.* 476. *Imperium*, ait, *Occidentale* NB. *collapſum eſt penitus, & devolutum ad Barbaros* Friſing. *Chron. l.*4, *c.* 31, Regnum hoc ſublatum conqueſtus, *Urbs*, addit, *miſera, non ſolum capta, ſed jure victoris* NB. *in poteſtatem, ac Imperium peregrinorum lachrymabiliter ſubacta invenitur.* His querelis inchoat, & finit Sigonius opus ſuum *de Imp. Occ.* ubi *in lib.* 1, *pr.* ait: *Quod hoſtes imperium funditus everterint.* Et mox: *Quod vetere Imperio in Occidente ſublato, novæ Barbarorum dominationes, & novationes, & nova regnorum domicilia recepta ſint.* Et *in fin. lib.* 20: *Poſthac ipſo prorſus exſtincto Imperio, res Romana in multa regna eſt diſtributa, Francorum &c.* Item *d. lib.* 20, *in princ. Gothis pulſis rerum ſumma ad Imp. Orientis delapſa eſt: Itaque* NB. *Italia poſthac tanquam Orientalis Imperii Provincia per Narſetem gubernata eſt.* Idque paulo poſt repetit. It. Onuphr. *d.* c. 4, *n.* 5. *Italia*, ait, *ſtatim Orientis Imperio acceſſit.* Et mox: *Gothis exactis, & Italia imperio Orientis adjuncta, proprium Imp. vel Regem habere deſiit, quæ olim Imperium ipſum pepererat; atque ad eas provincias tranſiit, quæ a Romanis ipſis victæ fuerant: adeo vana, fluxa &c.*

Capta ſcil. eſt Roma, miſereque direpta 1. ab Alarico Gotho ann. 410. Kal. Apr. *Friſing.* d. c. 31. *Sigon. de Imp. Occ. lib.* 10, *in fin.* 2. A Genſerico Vandalorum Rege ann. 455. *Sigon. d. tr. lib.* 14. *poſt princ.* 3. Ab Odoacro Herulo ann. 476. *Sigon. d. lib.* 14. *in fin.* 4. A Theodorico Oſtro-Gothorum rege ann. 494. *Sigon. d. tr. lib.* 16, *princ.* 5. A Totila. *Procop. rer. Goth. lib.* 7. 6. A Beliſario: & ab eo deſerta. 7. Iterum a Gothis. *Procop. d. lib.* 7. 8. Denique, uſque ad Carolum

Digitized by Google

lum M. Exarchis Græcis ſubjecta, & a Longobardis perpetuo vexata. *Onuphr. d. c. 4, n. 6, & 7.* Interim quæ ſervitutis mala! Attila totam exſcindere, Ataulphus nomen quoque delere, & Gothiam appellare ſtatuerat. *Sigon. d. tr. lib. 13, & lib. 11, princ.* Cum Totilas primum eam cepiſſet, vix 500. e plebe remanſerant, reliquis vel diſſipatis, vel lue peremtis, *Procop. d. lib. 7. Aretin. de Bell. Goth. lib. 3*: cum iterum, vix 300, qui ad templa confugerant. *Sigon. d. tr. lib. 19. in ann.* 549. Quin in ann. 546. dixerat: *Urbs Roma incolis omnibus amotis prorſus eſt deſtituta, memorandum inter pauca exempla humanæ fortunæ ludibrium &c.* Adeo urbs hæc nullam tum libertatis, nedum imperii; ſed tota ſervitutis faciem, fortunamque retulit!

Sed & eo juſtior viſa tum fuit regum Barbarorum poſſeſſio, quod ipſi Imp. ceſſerint iis Italia. Ita ex *P. Diacono* Sigonius *de Imp. Occ. lib.* 15, *in ann.* 488, *Zeno*, ait, *Italiam ei*, (Theodorico) *quemadmodum P. Diaconus inquit, per Pragmaticam tradidit &c.* Unde & cives urbis Romæ Odoacro Regi ingreſſum petenti dicebant: *Se Theodorico, ut Juſto domino, obtemperare velle*, ut refert idem Sigon. *d. l.* 15, *in ann.* 460. Qui & Anaſtaſium pariter Italiam eidem regi reliquiſſe, ait *lib. 16. in princ.* Sequentes quoque Impp. & ipſum Juſtinianum Gothorum Reges pro legitimis regibus Italiæ agnoviſſe, patet ex literis invicem datis, quæ paſſim extant apud Caſſiod. *Variar. lib.* 1, 2, 8, 10, & 11. Neque Juſtinianus bello ſuo prætexuit cauſam uſurpatæ Italiæ, ſed occiſæ Amalaſuentæ *Sig. d. tr. l.* 17, *in ann.* 534, *in fin.* Quin Onuphrius *d. c.* 4, & 5, & laudat egregie hos reges, & diſerte ait: *Gothos a Juſtiniano injuſte admodum bello petitos, & exactos eſſe.* Et Alciatus *in doctiſſ. diſc. de formul. R. Imp. Gothorum*, ait, *regnum, ceu Imperatoris auctoritate confirmatum, legitimum pleriſque bono cum jure viſum fuit.* Denique cum urbs Juſtiniano, & Græcis ſe dediđiſſet, Totilas Gothos *indigenas*, Græcos contra *peregrinos* vocat, & gravi oratione Romanos increpat, quod ab indigenis, & amicis ad Græcos defeciſſent. Procop. *d. lib. 7, Rer. Goth.* Aretin. *de bell. Goth. lib. 3.*

Hujus igitur Urbis Incolæ, qui potuiſſent Carolo M. Imperium Occidentis dare, cum quatuor retro ſeculis integris ipſi ne libertatem quidem, nedum ullam ſummi Imperii particulam, minime omnium vero Imperium Occidentis habuerint?

Jus, ratio, omniumque conſenſus probat, neminem alii dare poſſe quod ne ipſe quidem habet. At hujus Urbis incolæ continuis quatuor ſeculorum immaniſſimis vaſtitatibus, & cladibus conſumti, trucidati, capti, pulſi, disjecti, non modo non habebant tum Occidentis Imperium; ſed illud 400 annis ante jam erat exſtinctum: ipſique interim tot ſeculis ſub jugo extraneorum regum, vel Græcorum. & ſub ſervitute fuerunt. *per* §. 7. & *ſeq.*

Acceſſit itaque Germaniæ Imperium Occidentis jure victoriæ; atque adeo re Germanicum, nomine Romanum.

At Carolus M. in Germania natus, & ubicunque natus, ejus Franciæ, quæ Gallias ſubegerat, Rex, occupato armis Occidente, & imprimis antiqua ejus ſede Italia, jamdudum, & per quatuor ſecula integra Barbaris in prædam derelicta, Germaniæ ſuæ jure belli acquiſivit: quod proinde omnino Imperium Germanicum, ſeu Francicum fuit, & tale a Victoribus optimo jure condi, & conſtitui potuiſſet. Si enim Cyrus Perſarum Rex deſtructo Babylonico Imperio, Perſicum; Alexander M. victo Dario, Græcum; Romani victa Græcia, Romanum Imperium excitare potuerunt: qui minus Carolus M., & deinde Otto I. Germani, occupato Occidentis Imperio, vel majore ejus parte, Germanicum?

Carolus vero (& deinde Otto I.) incredibili modeſtia, & inaudito hactenus exemplo, in eam urbem tria ingentia, atque inæſtimabilia beneficia contulit. PRIMUM, quod cum hoſtilem hanc, ſuæque Germaniæ ab omni memoria infeſtiſſimam, funeſtiſſimamque urbem hoſtiliter diripere, atque in ſervitutem redigere poſſet, eripuerit eam jugo difficillimis trans Alpes expeditionibus, libertatemque ei dederit.

Sigon. *de Regn. Ital. lib. 4. princ. Jus legendi Pontificis Carolus M. Romanis eximia moderatione animi uſus remiſit, eoſque Comitia antiqua ratione per Clerum, populumque habere, modo ſine tumultu, ambituque, conceſſit.*

ALTERUM, quod Imperium ſuum per Occidentem armis quæſitum, cum re Germanicum eſſet, Romanum dici, ſeque Imper. Romanum Romæ vocari voluerit.

Ita optime hactenus Alciat. *de formul. R. Imp. Carolus*, ait, *maxime hac expeditione apud omnes nationes nomine acquiſito, cum arma per Germaniam omnem, Pannoniamque circumtuliſſet, & non Italiam ſolum, ſed & Illyrici aliquas Regiones* (vid. Eginh.) *Græco eripuiſſet, & JUSTUM aliquem titulum* NB. *ADEPTO Imperio prætendere poſſet, Cæſarem ſe, & Rom. Imperatorem, a Pontifice, populoque Rom. deſignari* NB. *procuravit.* Unde Rex a Germanis principibus electus, etſi re Germanorum Rex eligatur, eſt tamen, ac dicitur Rex Romanorum, abſque ullo novo actu. Nec adjectus fuit titulus regis Germaniæ, niſi a tempore Maximiliani I.

TERTIUM, quod cum hoc Imperium, nomine Romanum, nihil quicquam ſoli, vel terræ haberet, in quo conſiſteret, nullaſque opes, quibus defendi poſſet; de utroque proſpexerint Reges Germaniæ.

Regna enim Franciæ, & Italiæ tota ſui juris, ac liberrima, *cap.* 5, §. 18, atque ab Imperio Occidentis diſtincta, *ſupr.* §. 4, extra ea autem nihil amplius Imperii Occidentis, adeoque inane hoc nomen fuit. Verum *I.* Carolus M., & Otto, de ſuo Regno Italico inſigne patrimonium ſedi Romanæ donarunt. Exſtant tabb. donationis Ottonis I. apud Baron. *ad ann.* 662. Conr. *de fin. imp. cap.* 10. ubi hac formula fit donatio: *Offerimus tibi B. Petre, &c. pro noſtræ animæ redemtione &c.* NB. *de proprio noſtro regno civitates, oppida &c. II.* Idem Otto I. publica lege conſtituit, ut ei, qui Rex Italiæ foret, onus incumberet tuendi nomen Romanum, urbem ſcil. & ejus Epiſcopum, ac terram D. Petri. Ita ipſi

 Cano-

Canones *in c.* 33, *diſt.* 36, ubi formula Ottonis ita jurantis : *Cuicunque Italicum regnum commiſero, jurare faciam illum, ut adjutor tui ſit, ad defendendam terram S. Petri ſecundum poſſe ſuum.* Quæ formula quoque eſt apud Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 6, *in ann.* 960.

Hoc ergo Imperium Occidentis, re Germanicum, neque aliis conferri jure potuit, neque fere hactenus collatum fuit, quam vel regibus Germaniæ, vel illis, quorum fuit Aquisgranum, ſeu ſedes regia Franciæ Germanicæ.

Tantum excipitur Lotharii filius, qui diviſo iterum in tres partes patris ſui regno, Italiam non potuit cum Aquisgrano jungere : & quadriennii ſpatium, quo Carolus Calvus Rex Galliæ, ejuſque filius Ludovicus Balbus, nomine fere ſolo facti ſunt Auguſti. Cauſam ita reddit Regin. *lib.* 2, *in ann.* 877 : *Carolus Imp. nomen a Papa Johanne ingenti pretio emerat, regnumque Italiæ magis in tranſeundo vidit, quam fruendo potitus eſt.* Ab Ottone I. nulla jam interruptio. Differte Sigon. *de regn. Ital. lib.* 7, *poſt ann.* 973. *Ab hoc*, ait, *tempore* (Ottonis I.) *qui Rex Germaniæ fuit, idem etiam Regnum Italiæ, & Occidentale Imperium tenuit, ac propterea tres coronas accepit &c.* Nam & Alfonſus Hiſpaniæ, & Richardus Angliæ Reges, electi a Germanis Germaniæ reges facti, & jure Francorum uſi ſunt.

Unde liquet, qua fronte quidam non erubeſcant dicere 1. Imperium Occidentis eſſe beneficium, & feudum Epiſcopi Romani; & ab eo tranſlatum a Græcis in Germanos : 2. ab eodem accepiſſe Imp. jus eligendi Pontificis. Illud dicitur quoque *in c.* 34, *X. de Elect. & Clem.* 2, *de Re jud.* hoc in *c.*23, *diſt.* 63. Verum quam illud impium, hoc falſum ſit, docuit ipſe Fridericus I. in Comitiis, *Radev. de Geſt. Frid. I.* 1, *c.* 10; & Epiſcopi Germaniæ literis ad Papam datis, *ap. Radev. d. l.* 1, *c.* 16. Idque ipſe Papa denique agnovit in reſponſione ſua, *ap. Radev. d. l. c.* 22 : adeoque ceſſat jam quæſtio hæc tota. Sed & tum *d. c.* 23, tum prædictas tabulas Ottonis I. ſuſpectas eſſe, demonſtrarunt dudum viri pii, & docti.

Quin in omnibus his conceſſionibus tacite reſervatum intelligitur jus ſummi imperii, & expreſſe reſervatum fuit in ipſis quoque *tabb. donationis.* Additur enim hæc clauſula : *Salva ſuper eoſdem Ducatus noſtra in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem, & filii noſtri ſubjectione.* Item : *Salva in omnibus poteſtate noſtra, poſterorumque noſtrorum.* Ita Sigon. *de Regn. It. lib.* 4. *in princ. Exarchatum Ravennatem, Pentapolin, Ducatum Peruſinum, Romanum, Tuſcum, & Campanum,* NB. *jure principatus, & ditione ſibi retenta, Pontifici permiſit.* Idem reliquos quoque ducatus Ducibus conceſſiſſe, ait, *antiquo feudi jure erga ſe, quod erga Reges Longobardorum fuerat, conſervato.*

Formulam regni Italici, quam Carolus M. dedit, recitat Sigon. *d. l.* 4, *princ. Duces*, ait, *liberos juſſit eſſe, uno tantum Regii feudi vinculo obligatos. Porro autem populos, & civitates in Regno ſitas ita gubernare inſtituit. Regni limites, atque oppida Comitibus adminiſtranda commiſit, atque eis omnem publicam, & privatam juriſdictionem mandavit. Extra ordinem autem legatos quoſdam majore, quam Comites, cum poteſtate miſit, quos Miſſos vocavit. Civitates item in verba Regis jurare inſtituit, atque in jurej. hæc verba adjicere : Et vitam, membrum, mentem, & rectum ejus honorem ſervaturum. Feudatariis autem civitatibus eccleſiis, ac monaſteriis certa tributorum genera impoſuit : fodrum, paratam, & manſionaticum appellata &c.* Quam eandem fere formam ſecutus eſt, ac firmavit, perfecitque Otto I; ut late Sigon. *d. tract. lib.* 6. *in ann.* 973.

Hiſtoricos, & JCtos] „ Vide *Conring. de* 1
„ *fin. Imp. c.* 7, & 10. *Rhetius de jur. publ.*
„ *l.* 1, *c.* 2, §. 147. *Limnæ. ad Cap. Caroli V.*
„ *art.* 34, *p.* 105, & *Tom.* 2. *addit. ad l.* 1,
„ *c.* 4. *n.* 24. Adde *Gron. b.* & *B. Par. in*
„ *jur. publ. c.* 6, *per tot.*

De his, quæ Romani Imperii fuerunt, cujus nunc ſint] „ i. e. An ſint populi Romani, „ an vero populi Germanici.

Multi ea nunc eſſe volunt Germanici ſive regni &c.] Et jure : nam populus Germaniæ ex conceſſione populi Romani, ea habere non potuit, quia hic imperio Gothorum ſuberat, adeoque Romanum imperium extinctum fuit.

Sive Imperii] Scilicet Romano-Germanici.

Utro autem nomine appelles, ad rem non refert] „ Imo regnum Germaniæ quam maxime differt ab Imperio quoad effectum; „ multa enim ſunt jura Germaniæ propria, „ quæ ad Imperium Romano Germanicum „ non pertinent. *Vid. B. par. jus. publ. c.* 7, „ §. 4, & *ſeq.* ubi differentiam late explicat.

Et neſcio quam ſurrogationem hujus Imperii in illius locum ſibi confingunt] Diximus, eodem jure, quo Macedoniæ regnum ſurrogatum eſt in Imperium Perſarum : eodem jure regnum Germaniæ ſurrogatum eſſe jure victoriæ in imperium Occidentis, quod Italiæ olim inhæſit.

Germaniam magnam, i. e. tranſrhenanam] „ *Vid. jus publ. B. Par. c.* 2, §. 10.

Totam maxima temporis parte fuiſſe extra complexum Romani Imperii] „ Quod late probat *B. Par. d. c.* 2, §. 13. At quid inde ? „ nam hæc ipſa Germania, ejuſque Rex, „ poſtea ſubjugavit Italiam, & imperium „ Occidentis jure ſurrogationis in hanc Germaniam tranſtulit.

Mihi non videtur præſumenda mutatio, aut translatio, niſi certis documentis probetur] „ Quæ certiora poſſunt eſſe documenta, quam jus belli ? Inter omnes conſtat, „ Italiam, urbemque Romam ſub alieno „ imperio fuiſſe, ſuumque Occidentis imperium

Digitized by Google

,, rium amiſiſſe. Carolus enim M. occupato
,, armis occidente, & inprimis antiqua ejus
,, ſede Italia, Germaniæ ſuæ hoc imperium
,, jure belli acquiſivit; quod proinde omni-
,, no Imperium Germanicum fuit, & tale a
,, victoribus optimo jure condi, & conſtitui
,, potuit. *B. Par. jus publ. c.* 6, §. 13.

Quare & populum Romanum eundem eſſe dico, qui olim fuit] ,, Poteſt idem populus
,, dici ratione ſocietatis privatæ, quæ inter
,, cives eſt; at non ratione imperii, ac ju-
,, rium publicorum. Perſæ enim devicti
,, idem manebant populus, Perſæ vocaban-
,, tur, & ſeparatam a Græcia provinciam
,, conſtituebant: at imperium eorum deſiit,
,, & ſic populus cum ſumma poteſtate non
,, amplius fuit. Pari igitur ratione Romani,
,, Gothorum, & poſtea Francorum tempo-
,, ribus, manebant Romani, & civitas Ro-
,, mana ſubſiſtebat: at imperium Romanum
,, ſublatum fuit, atque hactenus populus Ro-
,, manus eſſe deſiit.

Quanquam extraneorum acceſſione admixtum] ,, Etſi enim pauciſſimi in civitate Ro-
,, mana ſuperſtites fuerint cives (Totilas
,, enim ad 500 uſque, & poſtea denuo ad
,, 300 uſque delevit. *B. Par. j. publ. c.* 6,
,, §. 10.); Gothi tamen, Vandali, Heruli,
,, & alii, qui in civitatem illam tranſmigra-
,, runt, in jus illius civitatis ſucceſſerunt,
,, eoque populum continuarunt, at non li-
,, berum.

Et imperium penes eum manſiſſe] ,, Hanc
,, aſſertionem omnium annalium fidei repu-
,, gnare, jam dixi. Qua, quæſo, ratione po-
,, pulus, qui ſub alieno imperio fuit, qui
,, Gothis paruit, qui provinciam Græcorum
,, conſtituit, imperium Occidentis confer-
,, vare potuit?

Tanquam penes corpus, in quo eſſet, ac viveret] ,, Hoc repugnat ei, quod Auctor
,, ſupra §. 6. aſſeruit: nam interire ei dicitur
,, populus ſi ſpecies interit, uti ſi imperio
,, exuitur, etſi ſalva civitate; at hoc in Ita-
,, lia, inprimis autem in urbe Roma, contigit.

Idem faciendi jus habuit, ut quiſque Imperator mortuus erat, alio nondum exiſtente]
,, In genere hoc verum eſt, quia exſtincta
,, perſona, cui per electionem imperium de-
,, latum fuit, redit illud ad populum: at
,, male hoc applicatur ad populum Roma-
,, num hodiernum, qui jure belli imperio
,, Gothorum &c. ſubiectus fuit, eoque om-
,, ne imperium amiſit.

Imo & electio Imperatoris ad populum pertinebat] ,, Hoc verum eſt quamdiu imperium
,, adhuc penes Romanos fuit: aliud autem
,, dicendum de illo tempore, quo Italia Gothis
,, ſubjecta, vel Græcorum provincia facta eſt;
,, ex eo enim tempore ſpecies reipublicæ,
,, ſeu populi interiit.

Et aliquoties a populo per ſe] ,, Per ſe nun-
,, quam id factum eſſe, probat *Gron. h.* per
,, Senatum non niſi pauciſſime: *ibid.* Quic-
,, quid ſit, ſtatus Romanorum, etiam ſub
,, Auguſtis, popularis fuit. Auguſti igitur non
,, niſi a populo eligi poterant, idque per
,, Senatum: etſi vero plerique vi, ac armis
,, eo dignitatis pervenerint, tamen auctorita-
,, te Senatus ſe confirmari voluerunt; uti vi-
,, dimos *L.* 1. *c.* 3. §. 8.

Aut per ſenatum facta eſt] ,, Gronovius
,, exempla hæc Auctoris ſingula refutat, &
,, putat, vix ſemel, & iterum, & ſemper
,, eventu parum felici, id eveniſſe.

Non erant ratæ ex jure Legionum] ,, Male
,, Gronovius hic arguit Auctorem, & male
,, aſſerit, milites ſuo jure feciſſe Imperato-
,, res; nam reſpublica non in legionibus con-
,, ſiſtit; ſed in populo; nec imperium mili-
,, tibus inhæret, ſed populo: & quod illi
,, vi perficiebant, jus populi mutare, & in
,, tervertere non potuit.

Sed ex approbatione populi] ,, Quod om-
,, nino verum eſt, etſi Gronovius id neget:
,, idque exemplis probavimus *l.* 1, *c.* 3, §. 8.
,, Atqui populus non ultro id fecit, ſed coa-
,, ctus. Reſp. fecit tamen, etſi coacte; coa-
,, cta enim voluntas etiam eſt voluntas. Sa-
,, ne, ex eo, quod Imperatores decretum
,, Senatus, adeoque approbationem populi
,, ſollicite admodum quæſiverint, ſatis appa-
,, ret, jus eligendi penes populum fuiſſe.
,, Sed denuo hic repetendum eſt, ex eo,
,, quod populus Romanus olim Imperatores
,, elegerit, non ſequi id, quod Auctor in-
,, de infert: ſcilicet, exſtinctis Imperatori-
,, bus populum potuiſſe idem Imperium in
,, Germanos conferre. Nam mutatam admo-
,, dum fuiſſe faciem reipubl. Romanæ, vidi-
,, mus: Barbari ſedem imperii occuparunt,
,, Italia Regibus Gothorum, & Exarchis
,, Græcorum paruit: ſpecies reipublicæ inte-
,, riit; adeoque quod ipſe populus non ha-
,, boit, in Germanos tranſferre non potuit.

Cum his non pugnat, quod conſtitutione Antonini quotque in orbe Romano ſunt &c.] 2
,, Jus imperii Italiæ, adeoque populo Ro-
,, mano inhærebat: hoc jus imperii per hanc
,, conſtitutionem non communicabatur pro-
,, vin-

Digitized by Google

,, vinciis, nec provinciæ in conſortium Im-
,, perii admittebantur; ſed jura privata, quæ
,, antea ſolis civibus Romanis &c. propria
,, fuere, per hanc conſtitutionem etiam de-
,, gentibus in provincia propria facta ſunt.
,, Recte ergo ait Gronovius, Grotium hic ſi-
,, bi objicere quod nemo erat objecturus.

Ea Jura, quæ olim habebant coloniæ] ,, I.
,, e. cives Romani; qui in terras devictas
,, ducebantur, & quibus ſedes, & fundi
,, diſtribuebantur. *Sigon. de jur. Ital. L.* 2, *c.*
,, 2, 4, *&* 5.

Municipia] ,, Vid. *Gronov. h.* Add. *Sigon.*
,, *d. l. L.* 2, *c.* 6. *ſeq.*

Provinciæ togatæ] ,, Vid. *Gronov. h.* Add.
,, *Sigon. de antiq. jur. Ital. L.* 1, *c.* 24.

Quod facere in poteſtate Imperatorum non fuit, qui habendi imperii modum, ac cauſam mutare non poſſunt] ,, Adſciſcere enim ſub-
,, ditos in partem imperii, vel communicare
,, imperium provinciis, eſt ſpecies alienatio-
,, nis; quod illicitum eſt.

De jure populi Romani quicquam imminuit] ,, Verum eſt, translationem ſedis jus
,, imperii territorio inhærens non mutare.
,, Neque ideo exſtinctum dicitur imperium
,, Romanum, quod ſedes imperii ad Græcos
,, translata fuerit: ſed ideo, quia Græci,
,, qui defendere Italiam, ſedem Imperii,
,, tenebantur, eam dereliquerunt, regnum
,, Gothorum agnoverunt, & paucas civitates
,, ſibi relictas provinciæ jure tenuerunt.

Sed tunc quoque electionem factam a parte ſui, quæ Conſtantinopoli habitabat] ,, Adeo-
,, que ex conceſſione, & diſpoſitione popu-
,, li Romani; ita enim formulam refert ipſe
,, Gronovius: *Conſul populum jure rogavit,*
,, *populuſque jure juſſit, quem ſenatus, po-*
,, *puluſque Conſtantinopolitanus Imperatorem*
,, *creavit, is ut jure optimo Imperator eſſet.*
,, Atque hinc imago Imperatoris Romam de-
,, ferebatur, & ibi Auguſtus proclamabatur.
,, De Phoca id refert *Seth. Calvis. in Phoca*
,, *ad an. Chr.* 603: de Philippico idem *in*
,, *Philip. ad an. Chr.* 713.

Unde Byzantinos Quirites vocat] Imperium
,, enim non erat diviſum, ſed adminiſtratio.
,, *Vid. ſupr. l.* 1. *c.* 3, §. 8. Atque hinc Con-
,, ſtantinopolis nova, vel potius ſecunda Ro-
,, ma vocabatur. *L. ſ. C. in qui cauſ. pign. l.*
,, 1, §. 10, *C. vet. jur. enucl. Nov.* 70, *c.* 1.

Juriſque ſui monumentum non tenue ſervavit in urbis ſuæ prærogativa] ,, De hac præ-
,, rogativa *vide Limn. de Jur. publ. tom. V.*
,, *add. ad l.* 1, *c.* 4, *n.* 25.

Pendebat a voluntate Populi Romani]
,, Quia non niſi ex approbatione populi Ro-
,, mani imperium habebant. At hoc verum
,, tantum eſt uſque ad tempora Herulorum,
,, Gothorum, & Longobardorum, qui ipſam
,, urbem Romam, totamque Italiam occu-
,, parunt; ex hoc enim tempore imperium
,, occidentis deſiit, & Carolus M. demum ju-
,, re belli Italiam, & Imperium recepit.

Fæminæ Irenes ſubiiſſent imperium] ,, Nul-
,, libi hæc ratio allegatur, quaſi Romani
,, conceſſionem ideo revocaverint, quia Im-
,, peratores Orientis fœminæ ſubiiſſent im-
,, perium; certiſſimum enim eſt, eo tempo-
,, re amplius imperium Occidentis non ex-
,, ſtitiſſe. Sane, Longobardi tempore Irenis
,, regnum Longobardorum jam occupaverant;
,, Exarchi Græcorum diu exſtincti fuerunt;
,, Orientis Imperatores ob impotentiam de-
,, reliquerunt provincias, quæ ex tanto im-
,, perio ſupererant; Papa Chriſtianos Principes
,, in auxilium vocavit, atque hi jure belli
,, totam Italiam occuparunt, eoque ſimul
,, Imperium Occidentis.

Illam conceſſionem ſive tacitam, ſive expreſſam] ,, Qua ſcilicet electionem Conſtantino-
,, poli a parte ſui factam, ratam habiturum
,, populus Romanus declaravit.

Et per ſe Imperatorem legit] ,, Quomodo
,, Imperatorem legere potuit, cum eo tem-
,, pore jus imperii occidentis jam ſublatum
,, fuerit.

Ac voce primi civis, i. e. Epiſcopi ſui]
,, Similia lege ſupra *L.* 1, *c.* 3, §. 13. *n.* 2.
,, Imo Papa non electionis Auctor fuit; ne-
,, que enim jus, quod exſtinctum erat, con-
,, cedere Carolo potuit: ſed tanquam ſacer-
,, dos in ſacro hoc negotio inaugurationis
,, ſaltem auctor fuit.

Quomodo & in Judaica republica, rege non exiſtente, prima erat ſummi Pontificis perſona]
,, Supra diximus, poſt tempora captivitatis
,, pontificem præfuiſſe populo, non qua pon-
,, tifex, ſed qua caput Synedrii; neque enim
,, ille ſolus rempublicam adminiſtravit, ſed
,, Synedrium. *Vide Schikhard. de Jur. reg. c.*
,, 1, *Theor.* 11. Ita in Polonia Epiſcopum
,, Gneſenſem, abſente, vel mortuo rege, eſſe
,, vicarium regni Polonici, conſtat.

Fuit autem hæc electio perſonalis in Carolum 3
Magnum, & quoſdam ejus ſucceſſores] ,, Con-
,, trarium ex præcedentibus conſtat. Certum
,, enim 1. eſt, populum Romanum tempore
,, Caroli M. imperium nullum habuiſſe. 2.
,, Probatum dedimus, Carolum M. jus in
,, totam

Digitized by Google

„ totam Italiam, & ipſam urbem Romam, ha-
„ buiſſe viginti annis ante, quam Imperator
„ declararetur. Verum igitur 3. non eſt, Caro-
„ lum M. Imperatorem electum eſſe, vel fa-
„ ctum id eſſe a populo. Unde conſtat 4.
„ Carolum M. non jus aliquod perſonale ac-
„ quiſiviſſe; ſed cum ipſe qua rex Franciæ
„ (nam jure hujus regni bellum gerebat)
„ Italiam quæſiverit armorum jure, etiam
„ imperium occidentis, non ſuo jure perſo-
„ nali, ſed jure regni Francici obtinuiſſe.

Quia ipſi jus imperii, quod habebant in Francos, ut & in Langobardos, a jure imperii in Romanos ſollicite diſtinxerunt] „ Ve-
„ rum eſt, Carolum M. imperium armis
„ quæſitum, adeoque re Germanicum, vete-
„ ri nomine Romanum appellaſſe; at id ex du-
„ plici ratione fecit, 1. ob venerationem nomi-
„ nis Romani, 2. ne contra communem ejus
„ temporis fabulam quinta Monarchia conſti-
„ tueretur. Interim negari nequit, effectus hujus
„ imperii omnes Germanico regno inhærere.

Poſtea vero diviſo Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam] „ Quæ diviſio
„ facta eſt a Ludovico pio: de qua diviſio-
„ ne vide *B. Par. in j. publ. c.* 5, §. 15, *ſeq.*

Cum populus Francorum orientalis eligendo ſibi reges facere cœpiſſet] „ Regnum Franco-
„ rum ſemper, & a temporibus Pharamundi
„ electitium fuiſſe, probatum dedimus *ſupra*
„ *L.* 2. *c.* 7, §. 8.

Nam & ad id tempus Francorum regum ſucceſſio quaſi agnatica, non tam a jure certo, quam a populi ſuffragiis pependerat] Suc-
„ ceſſionem in Francia nullam, adeoque nec
„ agnaticam fuiſſe, probavimus ante allega-
„ to loco. Quid autem ſit agnatica ſucceſſio,
„ explicat Auctor *L.* 2, *c.* 7, §. 23.

Placuit populo Romano regem non proprium ſibi ſumere, ſed eum, quem Germani feciſſent]
„ Fabulam hanc toties quoties refutavi: di-
„ xi, imperium Romanum in populo Roma-
„ no diu exſtinctum, & hunc ſub poteſtate
„ Barbarorum, & poſtea Caroli, qua regis
„ Italiæ, fuiſſe; indeque a populi Romani
„ arbitrio non pependiſſe ſibi ſumere regem.

Ita tamen ut jus ſibi aliquod retineret probandæ, vel improbandæ electionis] „ Ipſa ex-
„ perientia contrariatur; nam a tempore Ca-
„ roli Magni is, qui in regem Germaniæ
„ electus eſt, ipſo jure, & neceſſario fit Im-
„ perator Occidentis, neque populus proban-
„ dæ, vel improbandæ electionis jus habet.
„ *B. Par. jus publ. c.* 8, §. 21, *ſeq.*

Quatenus ſcilicet ea res ad ſe pertinebat]
„ i. e. Ad ſolum imperium Occidentis.

Per Epiſcopum edici] „ Ita enim Stephanus 4
„ Papa anno 816. ſtatim ut electus eſt, po-
„ pulum Romanum in verba Imperatoris
„ Ludovici jurare juſſit. *Gratian. diſt.* 33, *c.*
„ 28. At ex hoc ipſo exemplo apparet, id
„ non approbationem quandam, ſive populi,
„ ſive Papæ, inferre; nam Ludovicus trien-
„ nio ante proclamatus jam fuit Imperator
„ a patre, conſentiente populo Germanico,
„ *Calvis. ad an. Chr.* 813: atque ex eo tem-
„ pore, ac vi illius proclamationis, citra al-
„ lam adprobationem populi Romani, Impe-
„ rator habitus fuit. Sane, ante Edictum Ste-
„ phani, idem Imperator Ludovicus judicium
„ tulit in Papam Leonem, & populum, atque
„ illum abſolvit, uti ex Aimonio probat *Calvis.*
„ *ad an. Chr.* 815.

Et ſolenniter teſtata fieri peculiari coronatione ſolebat] „ Imperator conſtituitur ſola ele-
„ ctione populi Germaniæ; inauguratio ho-
„ noris ſaltem cauſa accedit, non jus dat: idque
„ ſolidis rationibus probavit B. Parens in *jur.*
„ *publ. c.* 8, §. 21, 22, & 23. Verba hæc ſunt.

Omnes inaugurationes ſunt arbitrariæ, & juris mere poſitivi, non præciſæ neceſſitatis, ſupr. §. 1. & 10. *Ex Capitulationibus vero Rex obligatur ad capiendam Aquiſgranenſem; non autem ad capiendam Romanam, ſed ad curandum ut commodo tempore eam conſequatur: quæ commoditas cum poſt Carolum V. non appareret, ab eo tempore prætermiſſa fuit inauguratio Italica, & Romana, & demum in* Cap. Leop. §. 37, & Joſeph. §. 36, *plane omiſſa, eoque remiſſa. Ita formula perpetua eſt:* Wir wollen auch die Röm. Königl. Krohne fürderlichſt NB. emphahen. *Sed de Romana ita*: Auch zum beſten NB. befleiſſigen, die Käyſerliche Krohne NB. zu ziemlicher gelegener Zeit zum ſchierſten zu erlangen. *Quam formulam prudenter poſitam poſtea ſub Matthia Imper. ita qui concepit mutavit;* Un auch zu Emphahung der Kayſerl. Krohn befœrdern; *non mutandi ſenſus veteris, ſed celerius loquendi cauſa.*

Hinc electus ante ullam inaugurationem dicebatur Erwehlter Römiſcher König: *ut* in princ. Capitul. paſſim. *Poſt inaugurationem Aquiſgranenſem* Röm. König; *& mortuo Auguſto* Erwehlter Röm. Kayſer. *Vid.* omnes Receſſ. Imper. Caroli V. & ſeq. Imp. in princ. *vel* Röm. König und künftiger Kayſer. Capit. Ferdin III. §. 46. & 47. *Poſt Romanam* Röm. Kayſer, ut in Aur. Bul. in princ. *quæ*

omnia ex inſtituto, & juris poſitivi ſunt. Hodie facta inauguratione Aquiſgranenſi, reliquis ſublatis, ſimpliciter eſt, & dicitur Röm. Kayſer, *modo Imperator mortuus ſit.*

Etſi autem plures fuerint inaugurationes, nunquam tamen niſi una electio, qua quiſquis electus eſt in regem Germaniæ, idem ipſo jure, & neceſſario quoque fuit Rex Italiæ; idem Rex Arelatenſis; idem Imperator Occidentis. Nam & regnum Italiæ, & Arelatenſe, & Imperium Occidentis, jure belli, & victoriæ, partim quoque fœdere, ac donationibus regno Germaniæ in perpetuum acquiſita ſunt, atque cohærent; & proinde omni regi Germaniæ rite electo ipſo jure abſque ullo novo actu competunt: nec unquam novus electionis actus alibi repetitus legitur. Sigon. de Regn. Ital. lib. 7, in ann. 673, fol. 176. Regnum Italiæ poſt hæc tempora (*Ottonis*) cum regno Germaniæ junctum fuit. *Et mox* fol. 177. Ab hoc tempore qui Rex Germaniæ fuit, idem etiam regnum Italiæ, & occidentale Imperium tenuit, ac propterea tres coronas accepit: unam &c.

Peculiari coronatione] Præter inaugurationem Germanicam plures olim fuere inaugurationes; nimirum, Mediolanenſis de regno Italiæ, per Archiepiſcopum Mediolanenſem: Romana, de imperio Occidentis, per Pontificem Romanum. Cui acceſſit ſub Conrado II. Arelatenſis, de iſto regno, per Archiepiſcopum Viennenſem. *Radevic. de Geſt. Frid. I. lib.* 1, *c.* 11. *Mallinkrot. de Archi-Canc. Imp.* De Romana vid. *P. Jov. hiſt. lib.* 27. & Gold. *Act. Pol. p.* 2, *in f.*

Unde & totidem Coronæ liberæ erant. *I.* Aquiſgranenſis, ſeu Germanica, *A. B. tit.* 26, §. 4; ſed quæ perpetuo dicitur regia Romana, *die Rom. Konigl. Krohne*: ex ratione *c.* 6, §. 13. *Capit. Car. V.* §. 30. *Leop.* §. 37. *Joſ.* §. 36. *II.* Mediolanenſis, ſeu Italica: & utraque præfertur Regi in Curiis. *A. B. tit.* 26, §. 4. *III.* Romana, *die Rom. Kayſerliche Krohne. Capitul. Carol. V. d.* §. 30. *& cat. Capitul. uſque ad Ferd. IV.* De his tribus Coronis vide *Sigon. de Regn. Ital. l.* 7, *in ann.* 973. *& Paul. Jov. hiſt. lib.* 27. Acceſſit *IV.* Arelatenſis. *Wip. de Vit. Conr. Sal. Friſing. de Geſt. Frid. l.* 2, *c.* 29. *Conring. Aſſert. Jur. Mogunt. princ.* Sed ejus poſt Carolum IV. nulla amplius mentio, neglectamque queritur Niem. *ap. Meib. Rer. Germ. tom.* 1.

Reliqua regis Germaniæ regna, v. g. Bohemiæ, &c. ſubordinata regno Germaniæ fuere, eorumque coronæ aliis in beneficium conceſſæ, non ipſi Regi impoſitæ; neque Reges eorum titulis (quippe Germanico jam comprehenſis) unquam ſeorſim uſi ſunt, niſi ex quo in jus ipſum peculiare Regum iſtorum proprio titulo ſucceſſerunt *ſup. cap.* 3. §. 64. *& c.* 5, §. 8. 9.

Coronam Aquiſgranenſem vulgo tradunt argenteam, Mediolanenſem ferream: uti & Sigon. *de Reg. Ital. l.* 7, *in ann.* 973. Paul. Jov. *lib.* 27. Alii contra. Myler *ad P.* 3, *Diſſert.* 6, *th.* 7. Sed figmentum id Romanum, & omnes has coronas aureas eſſe, hodie conſtat. De Aquiſgranenſi teſtes oculati apud Buxtorf. *ad. A. B. theſ.* 46, *in fin.* Limn. *de Jur. Publ. lib.* 2, *c.* 5, §. 8. Carpzov. *de Leg. Reg. cap.* 11, *ſect.* 10, *n.* 15. Sinold *Schutz de jur. publ. lib.* 1. *tit.* 2, *poſ.* 11. De Mediolanenſi, quæ & Modenæ capi ſolet, & lamiam tantum ferream habet, cui innititur, vide Paul. Jov. *lib.* 27. Sinold *Schutz d. l.*

Quare ex electione ſeptem principum, qui Germaniæ corpus referunt], „ His ſeptem Electoribus poſt Grotii tempora tres alii acceſſerunt, Bavarus, Brunſvicenſis, & Bohemus. *B. par. jus publ. c.* 13, §. 1, 2, 3. De jure horum Electorum, & quomodo ad eos ſolos jus eligendi regem, & Imperatorem (quæ electio olim non niſi aſſenſu populi fiebat) pervenerit, *vide B. Par. jus publ. c.* 14, *per tot.*

Secundum eorum mores] „ i. e. Juxta leges fundamentales regni Germanici. Vide *dict. jus publ. c.* 1, §. 4.

Ex approbatione vero Populi Romani fit idem Rex, aut Imperator Romanus], „ Immo fit Imperator ex ſola electione in regem Germanorum; adeoque ex ſolo conſenſu populi Germanici: licet declaratio, & inauguratio quoque Romæ fieri ſoleat.

Rex regni Italiæ], „ Male Auctor confundit imperium Occidentis cum regno Italiæ; nam Carolus M. rex Italiæ fuit 20 annis ante, quam de Imperio cogitavit. Egregie id probat B. Parens in *jur. publ. c.* 6, §. 4, *uſque ad* §. 8. Verba hæc ſunt:

UNDE conſtat, regnum Italiæ longe diverſum, ac prorſus ſeparatum quid eſſe ab Imperio Romano Occidentis.

Fuere enim reges Italiæ cum Imperio ſummo jure belli quæſito, & nemini obnoxio, diu ante, quam Imperatores: quin alii Italiæ reges, alii Imperatores. §. 1. §. 4. Regum ſedes olim Papia fuit, *Sigon. de Regn. Ital. lib.* 6, *in ann.* 950, *& ann.* 961: deinde lege Pipini etiam Mediolanum. *Alciat. de form. R. I. Sigon. d. tr. lib.* 7, *in ann.* 973.

Italia

Italia tota cum Sicilia diu Gothis &c. regnata, his vero a Ducibus Juſtiniani bello erepta fuit. *Procop. de Bell. Goth. per tot.* Mox vero magna ejus parte primum, at nondum tota à Longobardis occupata, dividi cœpit in regnum Longobardorum, & Exarchatum Græcorum. Græci enim Imp. omne id, quod occupatum a Longobardis non fuit, in provinciæ formam redactum Narſeti, Ducis titulo, & deinde cæteris præfectis, Exarchorum nomine ſubjecerant: in eo erant Ravenna Exarchorum ſedes, urbs Roma, Pentapolis, Beneventum, Apulia, & Calabria.

At poſtea Longobardi ante Carolum M. expugnato Exarchatu, ejuſque ſede Ravenna, totam quoque Italiæ continentem tenebant, præter urbem Romam, & extrema Calabriæ. De quo fuſe Conring. *Exerc. Acad.* 2, §. 16, *& paſſ.* Victis igitur a Pipino primum, & deinde a Carolo M., ac in deditionem acceptis Longobardis omnibus (*vid.* §. 1.), omnes iſtæ illorum terræ bello a Carolo M. Rege Italiæ, antequam Imperator eſſet, ipſis ereptæ, acceſſere regno ejus Italiæ. Diſſerte Eginh. *in vit. Carol. Totam*, ait, *Italiam ab Auguſta Prætoria, uſque in Calabriam inferiorem Carolo quæſitam.* Calabriam tamen, & Apuliam Imperatori Græco, ceu tum amico permiſit. Sigon. *de Regn. It. lib.* 4, *princ.* prout & civitates quaſdam Dalmatiæ ei ultro reliquerat. *Eginh. in vit. Car.*

Indubie itaque Carolus M., & deinde Otto I, regnum, dominiumque in urbem quoque Romam, etiam ante, quam Imperatores eſſent, nacti ſunt.

Ut aliàs, cum Baronius Cardinalis cauſæ Romanæ ſtudio abripitur, ita hic quoque viri hujus os mirari ſatis nequeo, quod non erubuit aſſerere, nullam Caroli M. poteſtatem in urbem Romam fuiſſe. Quod Roma ſub regno Caroli, etiam cum nondum Imperator eſſet, fuerit, ipſe Eginh. *in vit. Car. in fin.* ſic docet: *In* R E G N O *illius civitates Metropolitanæ* X X I. *eſſe noſcuntur, &c. Roma, Ravenna, Mediolanum &c.* Et Aimon. *in append. annal. Franc. ſub an.* 796, *in corpore Franc. hiſt. part.* 2, *fol.* 401, ait *Romæ Adriano defuncto, Leo Pontificatum ſuſcepit; & mox per legatos ſuos claves confeſſionis S. Petri*, ac NB. *vexillum Romanæ Urbis cum aliis muneribus Regi miſit.* Quæ & allegant Ado *d. ann.* Sigon. *de Regn. It. lib. in d. ann.* 796. & Marian. *de Hiſp. lib.* 7, *cap.* 11, ubi *pag.* 293. hæc inſignia ſubjectionis ita exponit: *Præmiſſæ fuerant ad Carolum claves confeſſionis S. Petri, & urbis Romæ vexillum: indicio, cives, & Pontificem ſe in ejus poteſtatem contradere: quoniam parum opis in ea temporum perturbatione fore videbatur in Græcis Imperatoribus: Res Francorum reſurgere, & confirmari conſiderabant. Itaque quod abſenti decreverant*, NB. *urbis Romæ imperium, præſenti delatum.* Sed & ipſe Leo eadem legatione diſerte id explicuit: addit enim Aimon. *d. l.* hæc verba: *Rogavitque* (Leo Carolum) *ut aliquem de ſuis optimatibus mitteret, qui populum Romanum* NB. *ad ſuam fidem, atque ſubjectionem ſuam per Sacramenta firmaret. Miſſus eſt ad hoc Angelbertus &c.* Hæc ſunt verba allegata quoque a Sigon. *d. l.* quæ Conringius *a Baronii veteratoris in modum callide omiſſa*, ait, *Exerc. Acad.* 2. §. 27. 28. Hæc acta Carolo rege Italiæ: Cæſar deinde factus, a Pontifice ut Princeps adoratus quoque eſt. Ita Aimon. *d. annal. ſub ann.* 801. *fol.* 405. *Poſt quas*, ait, *laudes ab eodem Pontifice, more antiquorum Principum, adoratus eſt, &c.* Denique judicia quoque Romæ exercuit, cives damnavit, & Papa ipſe pro damnatis apud eum interceſſit. Aimon. *in d. ann.* 801. *Poſt paucos*, pergit, *dies, jubente ipſo*, (Carolo) *ii, qui eundem Pontificem* (Leonem) *anno ſuperiore depoſuerunt, in judicium adducti, & habita de eis quæſtione, ſecundum legem Romanam, ut Majeſtatis rei, capite damnati ſunt; pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem interceſſit: nam & vita, & membrorum integritas eis conceſſa eſt; cæterum pro facinoris magnitudine exilio deputati ſunt*: quod ipſum quoque allegat Mariana *d. c.* 11, Idem jus exercuit Otto I. *Sigon. de Regn. It. l.* 7, *ad ann.* 967. Hinc & Otto III. in diplomate donationis Papæ factæ, Romam vocat *ſuam regiam urbem*; uti id extat apud Baron. *tom.* 12, *Annal. ſub ann.* 191. Et Legati Romani Fridericum I. ita alloquuntur: *Salutant vos venerabiles &c. tanquam Dominum, & Imperatorem Urbis, & Orbis.* Radevic. *σύγχρον⊕ de Geſt. Frid. I. lib.* 1. *cap.* 22. Sigonius *d. lib.* 7, *in ann.* 973, *fol.* 177, *Pontifex*, ait, *Romam &c. tenebat auctoritate magis, quam Imperio, quod civitates &c. regem ut ſummum dominum intuerentur, atque ei tributa, obſequiaque præberent.* Add. Machiav. *Hiſt. Flor. lib.* 1. *pag.* 29, ubi Pontifex a Romanis pulſus, & reſtitui petens promiſit, *ſe nullam niſi rerum eccleſiaſticarum curam in urbe habiturum.*

Atque eo titulo ſub ſe habet quæcunque Populi Romani fuerunt] At populi Romani neque regnum Italiæ fuit, neque imperium: non prius, quia Gothi id tenuerunt, quibus Carolus armis illud eripuit: non poſterius, quia id dudum exſtinctum erat.

Additio.

„ Legi meretur obſervatio doctiſſimi *Gro-*
„ *novii b.* qui hæc confutat.
Neque pactionibus] „ Immo occupata Italia
„ Papam Leonem jure belli ſe, ac urbem
„ Carolo magno ſubmiſiſſe, probavit B. Pa-
„ rens *in jur. publ. c.* 6, §. 7, *ſeq.*
Aut derelicti occupatione] „ Imperatores
„ Orientis dudum ante Carolum M. dereli-
„ quiſſe imperium Occidentis, neque tum
„ latum unguem terræ cum ſummo imperio,
„ nedum quidquam vi imperii Occidentis te-
„ nuiſſe, pariter demonſtravit B. Parens *d.*
„ *c.* 6, §. 8, *ſeq.*
Aut victoria jure] „ Italiam totam, ſpe-
„ ciatim autem urbem Romam 400 retro an-
„ nis a tempore Caroli M. armis ſubactam,
„ & municipium regni Gothorum, &c. & po-
„ ſtea Exarchatus Græcorum fuiſſe; Caro-
„ lum Magnum autem occupato armis im-

,, perio Occidentis, & inprimis antiqua ejus
,, ſede Italia, Germaniæ ſuæ jure belli ac-
,, quiſiviſſe imperium, late probavit *B. Par.*
,, *d. jur. publ. c.* 6, §. 8, *ſeq.* & §. 13, *ſeq.*

Quo jure Epiſcopus Romanus vacante imperio inveſtituras tribuat feudorum Imperii Romani] ,, Bene hic notat Gronovius, fa-
,, bulam hanc a Gallis fictam eſſe. Conf. *in-*
,, *tegram ejus notam b.*

Qua ſcilicet in Populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet] ,, Dictum eſt, po-
,, pulum Romanum non liberum, ſed ſub alio-
,, rum imperio, immo ſub ipſius quoque Caroli
,, regno fuiſſe, antequam occidentis impe-
,, rium ei fuit delatum. Quod ergo jus popu-
,, lus non habuit, illud is, qui primas in po-
,, pulo obtinuit, ſibi arrogare non poteſt.

,, Cæterum negari nequit, exorto poſterio-
,, ribus temporibus bello inter imperium, &
,, ſacerdotium, Papam non tantum Vicaria-
,, tum Italiæ ſibi arrogaſſe, ſed Germaniæ
,, quoque. *Vid. Clem.* 2, *in f. de re jud. Ex-*
,, *travag. Joh.* 22. *tit.* 5. quod refellit late
,, *Carpz. de leg. reg. c.* 11, *Sect.* 12. *B. Par.*
,, *in jur. publ. c.* 16, §. 8, & §. 11. *Vid. Dithm.*
,, *diſp. de vicariis S. R. I. in Italia. per tot.*
,, & *G. A. de Munchauſen diſp. de vicariatu*
,, *Italiæ. c.* 2, *ſeq.*

Per primam perſonam corporis nomine expediri] ,, Dictum eſt, Papam non fuiſſe pri-
,, mam perſonam populi liberi, ſed devicti,
,, & municipii Gothorum, &c. poſtea Exar-
,, chatus.

Neque vero male Cynus, & Raynerius tradidere] ,, Imo male id tradiderunt; &
,, ineptum eſt, popolo Romano jus admini-
,, ſtrandi regnum Italiæ tribuere, quod Ca-
,, rolus M. jure armorum quæſivit a Gothis.
,, Sane, ex eo tempore Imperatores, & re-
,, gnum Germaniæ, perpetuo vicarios in Ita-
,, lia conſtituerunt, eoſque vel generales, vel
,, ſpeciales: de quibus Vide *Dithm. d. diſp.*
,, §. 8, & *ſeq.* & Dn. de *Munchauſen d. diſp.*
,, *cap.* 2. Hodie per Capitulationes Impera-
,, torum Dux Sabaudiæ Vicarius Italiæ de-
,, claratur; unde jus Imperii notorium fit. *B.*
,, *Par. J. publ. c.* 5, §. 40, *Cap. Joſ.* §. 4.
,, *Carpz. L. reg. c.* 7, *ſect.* 7.

Ad §. XII.

Regula, *quod hæres eadem cum defuncto ſit perſona*, eſt mera fictio juris civilis: unde effectus hujus juris repræſentationis mere ſunt civiles. Sane, jure naturæ omnia jura perſonæ cohærentia cum ipſa perſona intereunt, & non niſi fictione legis in hærede continuare poſſunt.

Quod vero hæres ſolvere defuncti debita teneatur, non eſt ex illa unitate perſonæ; ſed quia poſita lege ſucceſſionis civili, jura, & obligationes paſſive inhærent patrimonio defuncti: ad quem igitur patrimonium illud pertinet, ad illum ſimul tranſit æs alienum; qood cum non fuerit in bonis defuncti, ſeparari inde, & ei, cujus eſt, reddi debet. Atque ex hoc capite fiſcus quoque, quando bona vacantia occupat, æs alienum reſtituere debet; hactenus enim non ſunt bona vacantia.

Additio.

,, In ſucceſſione deſcendentium veriſſimum
,, eſt, hæredem com defuncto etiam natu-
,, rali ratione eandem eſſe perſonam. Vid.
,, *ſupr. c.* 7, §. 3. 9. At in linea collaterali,
,, uti ſucceſſio eſt a jure civili, ita & illa re-
,, præſentatio. *d.* §. 9.

Hæredis perſonam &c. pro eadem cenſeri cum defuncti perſona, &c.] ,, Veritatem hu-
,, jus regulæ ex naturæ principiis demonſtra-
,, vimus in *Diſſert proœm. XII.* §. 281. §.
,, 284. Quia hæres continuat familiam de-
,, functi, atque in omne jus ejus ſuccedit.
,, At hanc unitatem perſonæ ſaltem in ſuc-
,, ceſſione deſcendentium, & privata, non
,, in ſucceſſione regnorum obtinere, ſtatim
,, demonſtrabimus.

Dominii tam publici] ,, Sæpius jam monui-
,, mus, minus apte imperium *dominii* no-
,, mine venire. Ceterum negamus, in ſuc-
,, ceſſionibus regnorum ſucceſſoris perſonam
,, pro eadem cenſeri cum perſona defuncti.
,, Succeſſor non ſuccedit ex jure defuncti,
,, ſed ex jure primorum diſponentium: at-
,, que hinc nec debita defuncti ſolvit, niſi
,, quatenus in utilitatem imperii contracta
,, ſunt; imperium enim cum onere, & com-
,, modo ei defertur. *Vid. infr. c.* 14, §. 11.
,, *ſeq.* Vel niſi hæres ſit, i. e. in jura quoque
,, privata ſuccedat.

Ad §. XIII.

Auctor hic quærit, an idem populus eſſe deſinat, ſi is per ultimam victoriam in poteſtatem victoris tranſit? Reſp. Videndum *an* ſolum imperium in victotem tranſeat, ſalvis

ſalvis cæterum juribus, & legibus populi: *an* vero autonomia, i. e. jus propriis legibus utendi, victis auferatur: vel *an* privata quoque jura tollantur. Priori caſu populus idem manet, & imperium, quod antea victorum fuit, per alium ſaltem exercetur. Altero caſu populus eſſe deſinit; eſſentia enim civitatis, quæ conſiſtit in perfecta illa communione, i. e. in libertate illa de ſuo jure publico ſtatuendi, deficit. *Vide §. 6.* Tertio caſu non tantum populus eſſe deſinit, ſed ſingulorum quoque libertas tollitur, & ſinguli fiunt ſervi.

Additio.

„ Mentem Grotii circa imperia bello quæſita explicavimus in *Diſſert. proœm. IX.* „ §. 101. *ſeq.* Nos infra demonſtrabimus, victorem talem omnia jura publica, & privata acquirere, adeoque in debita, & credita ſuccedere. *L.* 3, *c.* 8, §. 15.

In effectibus belli] „ Nam inter effectus „ belli eſt, ut non tantum res hoſtiles capere liceat, *L.* 3, *c.* 6; ſed & ipſum imperium, *L.* 3, *c.* 8: quod proinde victor cum „ ſuo onere acquirit, *d. c.* 8, §. 15.

CAPUT X.

De obligatione, quæ ex dominio oritur.

I. *Obligatio reddendæ domino rei alienæ unde, & qualis.* [*Extantia* (aa) *reſtituere, & quantum in ſe eſt efficere ut reddantur.*

II. *Non exſtantibus,*] *obligatio de reddendo eo, quod quis lucrifecit ex alieno: quæ multis exemplis illuſtratur.*

III. *Bonæ fidei poſſeſſorem ad reſtitutionem non teneri, ſi res perierit.*

IV. *Eundem teneri ad reſtituendos fructus exſtantes.*

V. *Et conſumtos, niſi alias conſumturus non fuerit.*

VI. *Non eos, quos neglexit, percipere.*

VII. *Non teneri eundem ad reſtitutionem rei, quam donavit alii, cum diſtinctione:*

VIII. *Nec ſi rem emtam vendiderit, ſimiliter cum diſtinctione.*

IX. *Quando pretium, aut ejus partem ſervare poſſit, qui rem alienam bona fide emit.*

X. *Rem alienam emtam reſtitui venditori non poſſe.*

XI. *Qui rem habet, cujus ignoretur dominus, nemini teneri eam concedere.*

XII. *Ob cauſam turpem, aut alioqui debitam, acceptum non eſſe reſtituendum naturaliter.*

XIII. *Refellitur ſententia ſtatuens, rerum quæ pondere, numero, menſura conſtant, dominium ſine conſenſu domini tranſire.*

⁺ I. 1. Explicato ⁺, quantum inſtituto noſtro ſufficit, ⁺ jure eo, quod in perſonas, ⁺ aut res nobis competit, ⁺ videndum etiam [1] quæ exinde naſcatur obligatio adverſum nos. Naſcitur autem hæc ⁺ aut e rebus exſtantibus (⁺ rerum nomine jam comprehendam etiam jus in perſonas, [2] ⁺ qua utile nobis eſſe poteſt) aut non exſtantibus.

2. ⁺ E

Gronovii.

1 *Quæ exinde naſcatur obligatio*] Aliorum rem noſtram tenentium: quid ob rem noſtram alii, qui eam poſſident, nobis debeant.

2 *Qua utile nobis eſſe poteſt*] Non ſcilicet in pœnam.

(aa) Uncinis heic à me incluſa, in nulla Editionum, quæ vivo Auctore prodierint, immo neque in primis poſt mortem ejus vulgatis, repeiiuntur. *J. B.*

Digitized by Google

2. ⁺ E rebus exſtantibus obligatio hæc naſcitur, qua [a] ⁺ tenetur is, qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere quantum in ſe eſt, ut in noſtram poteſtatem veniat. ⁺ Quantum in ſe eſt, dico; neque enim obligatur ad impoſſibile, ⁺ neque ad reddendam rem ſuis impenſis: ⁺ ſed indicare tenetur, ut alter recipere ſuum poſſit. ⁺ Nam ſicut [3] in rerum communium ſtatu obſervanda erat æqualitas quædam, ut huic non minus, quam alteri, rebus communibus uti liceret; ⁺ ita introducto dominio [4] ⁺ hæc (bb) quaſi ſocietas inter dominos contracta eſt, ⁺ ut qui rem alienam in ſua haberet poteſtate, eam domino redderet. ⁺ Nam ſi dominii ea tantum fuiſſet vis, ut [5] poſcenti domino reddenda res eſſet, nimis debile futurum fuiſſet dominium, ⁺ & nimis ſumtuoſa cuſtodia.

3. ⁺ Neque hic conſideratur, bona quis, an mala fide rei poſſeſſionem nactus ſit: ⁺ alia enim obligatio eſt ex delicto, alia ex re. ⁺ Lacedæmonii delicto ſe liberaverant, damnato Phœbida, [a] qui Cadmeam Thebanorum arcem contra fœdus ceperat; ⁺ ſed ipſi [b] injuſtitiæ accuſati, quod arcem nihilominus retinerent. ⁺ Eamque injuſtitiam, ut ſingularem, etiam ſingulari Dei providentia vindicatam notavit [b] Xenophon. Sic M. Craſſum, & Q. Hortenſium reprehendit [c] Cicero, ⁺ quod hereditatis partem retinuiſſent [6] ex teſtamento, quod falſum, ⁺ ſed ſine eorum culpa, confectum erat.

a *Diod. l. XV. c. 20. Plut. Pelopida, p. 280.*
b *Hiſt. Græc. lib. V. c. 4.*
c *De Off. III. c. 18.*

4. ⁺ Quia

GROTII.

a *Tenetur is, qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere quantum in ſe eſt, ut in noſtram poteſtatem veniat*] Inter præcepta jubentia legis Hebræis datæ eſt, ut res inventa reſtituatur domino. Præcepto jubente LXXIV. Fundamentum id habet tum in æquitate naturali, tum in Deuteronomii loco XXII, 1. *Chryſoſtomus.* 1 Corinth. V. 8. Ταῦτα δὲ καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν ἴσασι νόμοι, οἱ τοὺς ἁρπάσαντας καὶ ἀφελομένους ἀφέντες, ἐκείνους κελεύουσιν ἀπαιτεῖν, παρ᾽ οἷς ἂν εὕροι τις τὰ αὑτοῦ κείμενα ἅπαντα. *Hoc & ſeculi probant leges, quæ jus nobis faciunt, omiſſo raptore, aut fure, eos compellare, qui res noſtras, qualeſcunque eæ ſint, tenent.* (Tom. III. pag. 338. *Ed. Savil.*) *Hieronymus* ad Leviticum: *Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod invenerint, teneant, & dicunt: Deus mihi dedit. Cui habeo reddere? Diſcant, hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inventa non reddat.* [At locus ille non eſt *Hieronymi*, ſed *Origenis*, ex *Hom.* IV. in Cap. 6. *Levit.* unde verſus eſt; ut in Editione Pithœanâ Corporis Juris Canonici obſervatum. *J. B.*] *Auguſtinus* Sermone XIX. de verbis Apoſtoli: *Si quid inveniſti, & non reddidiſti, rapuiſti.* Deinde: *Qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret.* Utrumque Gratianus retulit in cauſæ XIV. quæſtionem V. *Can.* 6. & 8. Idem *Auguſtinus* de Fide, & operibus: (Cap. 7.) *Sicut jure prædiorum tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero ſcierit, nec ab alieno receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur, tunc juſte injuſtus poſſeſſor vocabitur.* Pertinet huc & lex Wiſigothorum lib. IX. tit. I. c. 9. Interdum vero ob cauſas graves lex civilis intendit, augetque hanc obligationem, ut in ſervo fugitivo lex Burgundica lib. I. tit. VI. Bona, quæ dominis per injuriam ademerat Domitianus, Nerva reſtitui juſſit. Habet id *Xiphilinus* (*pag.* 240. C. *Ed. H. Steph.*) Apud *Procopium* Gotthicorum II. Beliſarius: οἶμαι δ᾽ ἔγωγε τόν τε βιασάμενον, καὶ ὃς ἂν τὰ τοῦ πέλας ἑκουσίως μὴ ἀποδιδῷ, τὸν αὐτὸν ἑκὼν γε εἶναι. *Mihi ita libet credere, pari loco eſſe res alienas ſponte retinentem, & non reddentem, cum raptore.* (Cap. 6.)

b *Injuſtitiæ accuſati*] Ita judicat *Diodorus* libro XV. (c. 20.) *Plutarchus* Ageſilao: τὴν πόλιν ἔπεισεν εἰς αὑτὴν δέξασθαι τὸ ἀδίκημα, καὶ κατέχειν τὴν καδμείαν δι᾽ ἑαυτῆς. *Civitati perſuaſit ut in ſe culpam transferret, retinendo ſibi arcem Cadmeam.* (Pag. 609. B.) Simile facinus Bajazetis in Nicopoli apud *Leunclavium* lib. VI.

GRONOVII.

3 *In rerum communium ſtatu*] Priuſquam privata dominia extiterunt.

4 *Hæc quaſi ſocietas*] Inſtar taciti pacti cujuſdam interceſſit.

5 *Poſcenti domino*] Nonniſi poſcenti, ita ut ſi non poſceret, quod ignoraret ſuam rem te penes eſſe, id ſcienti tibi eam retinere liceret.

6 *Ex teſtamento*] L. Minucii Baſilii, quod ſubjecerunt quidam, & ſecum ſcripſerunt hæredes Craſſum, & Hortenſium, ut illi lucro invitati contra veros hæredes hoc falſum teſtamentum potentia ſua tuerentur; quod & fecerunt.

(bb) Nullam ſocietatem, nullum pactum, heic intelligere neceſſe eſt. Vide quæ hac de re, ſimul

ac

4. + Quia vero hæc obligatio [7] tanquam ex contractu univerſali omnes homines tenet, + & jus quoddam rei domino parit, + eo fit ut [8] ſingulares contractus, quippe tempore poſteriores, exceptionem inde accipiant. + Inde lucem accipit illud [d] Tryphonini: *Latro ſpolia, quæ mihi abſtulit, poſuit apud Sejum inſcium de malitia deponentis: utrum latroni, an mihi reſtituere Sejus debeat? Si per ſe dantem, accipientemque, intuemur,* [9] *hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem recipiat is, qui dedit: Si totius rei æquitatem,* [10] *quæ ex omnibus perſonis, quæ negotio iſto continguntur, impletur, mihi reddenda ſunt, quoi* (male legitur *quo*) *facto ſceleſtiſſimo. adempta ſunt.* Recte autem addit: *Et probo hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit,* [11] *ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione.* + Juſtior nimirum eſt repetitio domini ex jure illo, quod ipſi [12] dominio æquævum diximus: + unde etiam illud ſequitur, quod apud eundem Tryphoninum eſt, ut qui rem ſuam ignorans depoſitam accepit, reddere eam non teneatur: + & quod ibidem paulo ante quærebatur de bonis depoſitis ab eo, cujus bona erant publicata, [13] hinc potius, + quam ex eo, quod [14] de pœnarum utilitate adfert Tryphoninus, definiendum eſt.

d *L. Bonæ fidei. 31. D. depoſiti, §. 1.*

5 + Nam ad dominii naturam nihil refert, ex gentium, an ex civili jure oriatur: + ſemper enim ſecum habet quæ ſibi ſunt naturalia, + inter quæ eſt obligatio cujuſvis poſſeſſoris ad rem domino reſtituendam. + Et hoc eſt, quod ait Martianus; [e] jure gentium [15] condici poſſe res ab his, qui non ex juſta cauſa poſſident.

+ Ex hoc fonte oritur illud, quod ab Ulpiano eſt proditum [f], + qui rem alienam invenit, eum ita ad eam domino reddendam teneri ut εὕρετρον, hoc eſt, + præmium inventionis petere non poſſit. + Reddendi autem ſunt & fructus, [16] + ſalvis inpenſis.

+ II. 1. De rebus non exſtantibus hoc humamo generi placuit [g], ut + ſi tu ex re mea factus es locupletior, me rem non habente [17] + in tantum tenearis, in quantum es factus locupletior; quia quatenus ex meo lucratus es, [18] plus habes, cum ego [19] minus habeam: + introducta autem ſunt dominia ad ſervandam æqualitatem, + in eo ſcilicet, ut quiſque ſuum haberet.

e *L. 25. D. de act. rer. amotar.*

f *L. 43. §. 9. D. de furt.*

g *Cajet. ad Th. 2, 2. 62. art. 6. L. 20. §. 6. D. de petit. hered.*

Contra

& de toto argumento iſtius Capitis, diximus in Notis ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. XIII. alterius Editionis, ubi omnia accuratiùs exſequuti ſumus, quam in prima Editione, &, ut putamus, quam ab ullo adhuc factum fuerat. *J. B.*

GRONOVII.

7 *Tanquam ex contractu univerſali*] Pacto, in quod tacite omnes homines conſenſiſſe videntur.

8 *Singulares contractus*] Ut quod quis de re aliena non domino, tanquam domino, promiſit, aut cum eo contraxit, id ſervare non teneatur vero domino invento, quo is ſuum recipiat.

9 *Hæc eſt bona fides*] Hoc conveniens eſt bonæ fidei, & ſinceritati contractuum.

10 *Quæ ex omnibus perſonis*] Quæ tum demum conſtat, quum omnium perſonarum, ad quas ea res pertinet, ratio habetur, nec cuiquam detrahitur quod ſuum eſt.

11 *Ut non diſtrahatur*] Ut ſi intelligatur, alium, quam cujus ad hoc uſque putatum eſt, id juſtius repetere, ei potius tribuamus.

12 *Dominio æquævum*] Simul cum introductis privatis dominiis natum, & inter dominos quaſi contractum.

13 *Hinc potius*] Nempe quod contractum cum deponente ſolverit ille ſanctior humano generi contractus initus, domino rem reſtitui. Eſt autem poſt condemnationem dominus bonorum deportati fiſcus.

14 *De pœnarum utilitate*] Ut male meritus de publico, quo ſit exemplo aliis ad deterrenda maleficia, etiam egeſtate laboret.

15 *Condici*] Peti actione.

16 *Salvis impenſis*] Detracto eo, quod bonæ fidei poſſeſſor in rem impendit.

17 *In tantum tenearis*] Tantum reſtituere debeas.

18 *Plus habes.*] Quam jure ad te pertinet.

19 *Minus*] Quam me habere oportet.

b De Off. III. c. 5.; Vid. L. 206. D. de reg. jur. & ibi interpretes.
i Immo ibid.
k L. Si quis mancipiis, 17. D. de inſt. act. §. 4.

[c] *Contra naturam eſſe*, ait + Tullius, [b] *ex hominis incommodo ſuum augere commodum.* Et alibi: [i] *Illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus.*

2. Eſt hujus dicti tanta æquitas, + ut multa hinc definiant juriſconſulti [20] extra legum præſcripta, ſemper ad ipſam æquitatem, ut evidentiſſimam, provocantes. + Ex [k] actu ſervi [21] inſtitoris tenetur qui præpoſuit, ita + niſi denunciaverit ne ei crederetur. At etiam ſi ſit facta [22] denunciatio, + & ſervus ex eo contractu [23] peculium habeat, [24] + aut in rem domini verſum ſit, [25] replicabitur de dolo. *Videtur enim*, + inquit Proculus, *dolum malum facere, qui* [26] *ex aliena jactura lucrum quærat.* + Ubi doli mali vox id omne ſignificat, quod naturali juri, & æquitati repugnat.

l L. Quamquam, 6. ad SC. Vell.

[l] + Qui matre jubente pro filii [27] defenſore fidejuſſit, + adverſus defenſorem mandati actionem non habet, + nec proprie ejus geſſit negotium, quia [28] contemplatione matris fidejuſſit. Attamen + ex Papiniani ſententia + dabitur actio negotiorum geſtorum ([29] utilis, ni fallor) in defenſorem, quia pecunia fidejuſſoris liberatur.

m L. Uxor marito, 55. D. de donat. inter vir. & uxor.

[m] + Sic uxori, quæ marito pecuniam donavit, [30] quam ex lege poſſet repetere, datur + condictitia, + aut utilis vindicatio in rem ex pecunia comparatam; quia, inquit + Ulpianus, + locupletiorem eſſe maritum, negari non poteſt: & hoc quæritur, + quid ex re mulieris poſſideat.

n L. 30. pr. verſ. ſecundum, D. de act. emt.

[n] + Si conſumſeris nummos, quos mihi meus ſervus ſurripuerat, [31] + peculiares putans, [32] condictio eo nomine mihi adverſus te competit, + quaſi res mea ad te [33] ſine cauſa pervenerit.

o L. 3. D. commodati.

[o] + Pupilli [34] non tenentur commodati ſecundum leges Romanas; + tamen utilis actio dabitur, ſi pupillus locupletior factus ſit.

p L. Reſcriptum. 12. §. de diſt. pignorum.

[p] + Sic ſi aliena res pignori data, & a creditore vendita fuerit, quantum ad creditorem, + pro pretii accepti quantitate, liberatur debitor; quia, inquit Tryphoninus, [35] ex quali quali obligatione, occaſione debitoris redactum pretium

Grotii.

c *Contra naturam eſſe, ex hominis incommodo ſuum augere commodum*] Caſſiodorus X, 16. *Hoc noſtris temporibus confitemur inimicum, ut alter alterius lætetur incommodo.*

Gronovii.

20 *Extra legum præſcripta*] De quibus vetus jus nihil ſanxit.

21 *Inſtitoris*] Qui tabernis, & negotiis, ac mercimoniis domini præpoſitus eſt.

22 *Denunciatio*] L. 47. pr. *de peculio.* l. 11. §. 2. & 3. D. *de inſtitor. act.* l. 17. §. 4. *Ibid.*

23 *Peculium*] Aliquid ſeparatum a rationibus domini, quod eo permittente in lucrum ſuum occupet.

24 *Aut in rem domini*] De ſuo rem domini amplificaverit, neque expenſam redigere, manente tali denuntiatione, poſſit.

25 *Replicabitur de dolo*] Actionem habebit adverſus eam denuntiationem, tanquam dolo malo factam.

26 *Ex aliena jactura*] Ut hic dominus ex jactura ſervi.

27 *Defenſore*] Qui abſque mandato cum ſola ſatisdatione pro reo in judicio poſtulat; in quo differt a procuratore, qui cum mandato, & tam pro actore, quam pro reo.

28 *Contemplatione matris*] Matris perſonam, & auctoritatem ſecutus.

29 *Utilis*] Non ex lege ipſa, ſed ex interpretatione, contra juris ſtricti rationem, ex æquitate introducta.

30 *Quam ex lege*] Quia vetitæ donationes inter virum, & uxorem erant. l. 1. hoc tit.

31 *Peculiares*] De peculio ſervi.

32 *Condictio*] Actio in perſonam.

33 *Sine cauſa*] Non juſto titulo.

34 *Non tenentur commodati*] Non poſſunt conveniri actione de eo, quod illis commodatum eſt.

35 *Ex quali quali*] Quantumvis illegitima, invalida obligatione pignoris rei alienæ, etſi nihil aliud, occaſione per debitorem data.

Digitized by Google

tium + æquius debitori proficiet, quam creditoris lucro cederet: + ſed [36] emtori debitor tenebitur, ne ex aliena jactura lucrum ſibi quærat; [37] nam & ſi majores fructus a poſſeſſore creditor abſtuliſſet, + univerſos in [38] quantitatem acceptos ferre deberet.

[q] + Similiter ſi cum debitore meo, non tanquam meo, [39] ſed alienum debitorem putans egiſti, & mutuam ab eo accepiſti pecuniam, obligaris, non quia pecuniam tibi credidi, (hoc enim niſi inter conſentientes fieri non poteſt) ſed [40] quia pecunia mea, quæ ad te pervenit, eam mihi a te reddi bonum, & æquum eſt.

q L. Si me & Titium, 32. D. de reb. cred.

3. Poſteriores quoque juris interpretes + ad facta ſimilia hæc recte producunt: nempe ut [r] cujus [41] latitantis bona venum ierant, [42] cum exceptionem haberet, + is ad pecuniam ex bonis ſuis redactam admittatur; & [s] ut + qui pecuniam patri credidit ad alendum filium, ſi pater ſolvendo non ſit, in ipſum filium bona materna habentem actionem habeat.

r Acc. in d. l. reſcriptum.

s Jaſon. in d. l. ſi me & Titium.

+ His regulis duabus recte intellectis, + non difficilis erit reſponſio ad eas quæſtiones, quæ & a Juriſconſultis, [t] + & a Theologis [43] internum animi tribunal inſtruentibus, proponi ſolent.

III. Primum enim apparet, + bonæ fidei poſſeſſorem + (nam malæ fidei poſſeſſor, [44] ultra rei rationem, ex facto ſuo tenetur) non teneri ad ullam reſtitutionem ſi res perierit: + quia nec res ipſa apud eum eſt, nec lucrum ex re.

IV. Secundo, + bonæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtituendos (cc) etiam fructus exſtantes rei: dico [45] fructus rei; + nam induſtriæ fructus etiam ſi ſine re non procedant, rei tamen non debentur. + Cauſa hujus obligationis eſt ex dominio; + nam qui dominus eſt rei, idem naturaliter dominus eſt fructuum rei.

V. Tertio, + bonæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtitutionem & rei, & fructuum conſumtorum, [46] ſi modo alias quoque tantundem conſumturus fuerat:

t Soto l. IV. q. 7. art 2. Covarr. ad c. peccatum. par. 11. §. 1. Silv. in verbo reſtituta n. 3. q. 6. Medina de contr. q. 10. Leſſ. l. 11. c. 14. Navar. 17. n. 7.

GRONOVII.

36 *Emtori debitor*] Ab emtore, a quo dominus eam vindicavit, debitor, qui rem non ſuam creditori pignus dedit, conveniri poteſt, ne ex aliena re ipſe quidem debitor a creditore pignore vendito liberatus ſit; emtor autem pretio creditori dato, & re ſimul careat.

37 *Nam & ſi majores*] Si creditor a debitore, qui bona fide alienum agrum poſſidet, pro uſuris ejus agri fructus redigat, & forte perceperit majores, quam quæ uſurarum quantitati reſponderent, id ad minuendam ſortem poſſeſſori proficere deberet. (Immo ſi Creditori, qui rei alienæ, à Debitore ſibi in pignus datæ, poſſeſſionem amiſerat, & actione hypothecariâ poſſeſſorem convenerat, hic juſſus fuit rem, cum fructibus ex eâ interim perceptis, reſtituere. Vide *L.* 21. §. *ult.* D. *De Pignorib. & Hypoth.* J. B.)

38 *Quantitatem*] Debitam.

39 *Sed alienum*] Ejus, qui te juſſit ab ſuo debitore mutuum ſumere.

40 *Quia pecunia mea, quæ*] Verba legis 32. D. *de rebus cred.* in quibus aut delendum τὸ *quæ*, aut legendum *pecuniam meam*, & τὸ *eam* abundat, ut in illis, de quibus 1. obſerv. 23. p. 186.

41 *Latitantis*] Non facientis copiam conveniendi ſui. *Cicero* pro Quint. c. 19.

42 *Cum exceptionem*] Cum petitoris intentionem exceptione potuiſſet elidere, & irritam reddere.

43 *Internum animi tribunal*] Judicium conſcientiæ de rebus lege non definitis.

44 *Ultra rei rationem*] Ab eo non tantum exigitur res, ſed etiam pœna ob rem male poſſeſſam.

45 *Fructus rei*] Qui ex ipſa per ſe naturaliter ſine induſtria poſſeſſoris proveniunt.

46 *Si modo alias*] Niſi forte rem alienam ſi non poſſediſſet, arctius, contentiuſque vixiſſet, ac minus ſumptuum feciſſet: ſi res illa non fuit cauſa ut liberalius viveret.

(cc) Non tenetur: quoniam, ut puto, ille quamdiu fuit bonæ fidei Poſſeſſor, ſecundum Legem Naturalem eadem planè jura habuit, ac ſi verus Dominus fuiſſet. Id probavimus ad Caput PUFENDORFII jam indicatum: ubi videre poterit Lector, quomodo in pleriſque caſuum ſequentium alias regulas tradamus, e principio ſimpliciſſimo, & facillimo fluentes; quum definitiones Auctoris noſtri ſatis inter ſe non conſentiant, & difficultatibus plurimis obnoxia ſint. *J. B.*

rat: nam in hoc locupletior conſetur. + Sic laudatur circa initia imperii C. Cæſar [u] Caligula, quod quibus regna reſtituit, adjecit & fructus medii temporis.

VI. Quarto, + non teneri eum ad reſtituendos fructus, quos percipere neglexit: + quia nec rem habet, nec quicquam, quod rei loco ſuccedit.

VII. Quinto, + ſi talis poſſeſſor rem ſibi donatam alii donaverit, non teneri eum, [47] + niſi omnino etiam ſine hac redonaturus tantundem fuiſſet: tunc enim lucrum erit rei ſuæ peperciſſe.

VIII. Sexto, + ſi rem emtam vendiderit, [x] non teneri, + niſi quatenus forte pluris [y] vendiderit: + quod ſi donatum vendiderit, [z] teneri ad reſtituendum pretium, + niſi forte prodegerit pretium, alias non prodacturus.

IX. 1. Septimo, + rem alienam hona fide emtam reſtituendam, + nec [a] poſſe erogatum pretium repeti. Cui regulæ hæc addenda mihi videtur exceptio, [d] [48] + niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit, + ut puta ſi res apud piratas fuerit. Tunc enim deduci poterit + quantum dominus impenſurus libenter fuerat; ipſa enim [49] facti poſſeſſio, præſertim recuperatu difficilis, + eſt aliquid æſtimabile, + & in hoc dominus poſt rem amiſſam cenſetur factus locupletior. + Et ideo cum rei ſuæ emtio [b] ordinario jure non valeat, valere tamen eam, ait [c] Paulus Juriſconſultus, ſi ab initio id comvenit, [50] ut poſſeſſio, quæ apud alterum eſt, ematur [d]. Neque hic requiro ut emta res ſit [e] + cum animo ut domino reſtitueretur, + quo caſu [51] negotiorum actionem naſci, ſunt qui ajant, ſunt qui negent [e]. + Nam negotiorum geſtorum actio ex lege civili naſcitur: + nullum enim habet eorum fundamentorum, ex quibus natura obligationem inducit. Nos autem id, quod naturale eſt, hic quærimus.

2. + Non diſſimile eſt quod de [52] funeraria ſcripſit [f] Ulpianus, juſtum judicem in ea + non [53] meram negotiorum geſtorum actionem imitari, ſed ſolutius æquitatem ſequi, + cum hoc ei actionis natura indulgeat. Et quod alibi idem ait, [g] + ſi quis negotia mea geſſerit, non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa, & circa res meas aliquid impenderit, [h] + non quidem in id, [54] quod

[u] Suet. c. 16.
[x] Vid. L. 48. §. ult. D. De furtis.
[y] L. 22. D. de petit. her. L. 25. eod.
[z] L. 23. D. de reb. credit.
[a] L. 3. 23. C. de rei vindic. L. 16. C. de evictionib.
[b] L. Suæ, 16. D. de cont. emt.
[c] L. Si in emtione, 34 §. rei, 4. D. de contr. emt.
[d] L. Si laborante. 2. §. Si navis. 3. ad legem Rhodiam. Vid. Ægid. Reg. disp. 31. dub. 7. num. 126. Hoſt. tit. de pœn. v. quid de prædam ementibus.
[e] Bal. & Caſt. l. 1. D. de neg. geſt.
[f] L. & ſi quis, 14. §. idem Labeo. 13. D. de relig. & ſ. f. Balſamo ad can. x. Greg. Thaumat.
[g] L. Si pupilli, 6. §. ſed ſi quis. 3. D. de neg. geſt.
[h] Cajet. 2, 2. 62. 6. Soto l. 4. q. 7. art. 2. Covar. d. loco,

GROTII.

d *Niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit*] Apud Terentium Heautontimorumeno Act. IV. Scena IV. (*verſ.* 42, *& ſeqq.*)

—— Sed illud, quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi;
Id nunc reddendum eſt illi: neque tu ſcilicet
Eo nunc confugies; quid mea? num mihi datum eſt?
Num juſſi? num illa oppignorare filiam
Meam me invito potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt: jus ſummum ſæpe ſumma eſt malitia.

Ubi & *Eugrafium* vide. Hæc æquitas etiam ab Hebræorum magiſtris probatur, & a *Wiſigotthis* libro IX. tit. I. c. 9. & c. 14. *Alc.* III. Præſ. 29. *Menoch.* V. Præſ. 29. num. 26. *Straccham parte* II. num. 58.

e *Cum animo ut domino reſtitueretur*] *Speculum Saxonicum* II, 37. *Landrecht* tit. XV.

GRONOVII.

47 *Niſi omnino etiam*] Niſi res bona fide poſſeſſa fuerit cauſa, & occaſio donationis.

48 *Niſi quatenus*] Niſi emerit ab eo, unde neceſſario & domino emenda fuiſſet quodammodo, & ſine impenſa recuperari non potuiſſet.

49 *Facti poſſeſſio*] Poſſeſſio de facto, ſive plena.

50 *Ut poſſeſſio, quæ apud alterum eſt, ematur*] Ne ſcilicet de ea dominus judicio certandum haberet.

51 *Negotiorum actionem*] Contrariam, quæ datur geſtori ultro accedenti ad negotium alterius.

52 *Funeraria*] Quæ de impenſis funeris cauſa factis datur.

53 *Meram negotiorum*] Rigorem juris in illa actione.

GRO-

[54] quod dedit, + ſed [55] in id, quod ego locupletior ſum, habiturum actionem. + Sic (dd) enim & domini rerum, quarum jactu levata eſt navis, partem recuperant ab aliis, [i] quorum res jactu ſervatæ ſunt: + quia & qui rem alioqui perituram ſervavit, + in hoc videtur locupletior. *i L. 1. D. ad l. Rhod.*

X. Octavo, eum, qui rem alienam emit, + non poſſe eam [56] reſtituere venditori ut pretium ſervet; + quia ex quo res in ejus fuit poteſtate, jam, ut diximus, cœpit obligatio reſtituendi.

XI. Nono, + eum, qui rem habeat, cujus dominus ignoratur, non teneri naturaliter eam rem pauperibus dare: [f] + quanquam valde hoc pium ſit, + & recte multis in locis conſtitutum. Ratio eſt, quia ex dominio nemo jus habet [57] præter dominum. + Non eſſe autem, & non apparere, tantundem valent quoad eum, cui non apparet.

XII. Decimo, [k] naturaliter + quod ob cauſam turpem, + aut honeſtam, [58] ad quam quis obligabatur, acceptum eſt, + non eſſe reſtituendum, + quanquam hoc quoque non immerito legibus quibuſdam introductum eſt. Ratio eſt, [l] + quia [59] ratione rei nemo tenetur, niſi res ſit aliena; hic autem dominium tranſit [60] ex prioris domini voluntate. [g] + Aliud erit ſi in ipſo accipiendi modo vitium fuerit, puta [61] extorſio: + hoc enim eſt aliud obligationis principium, de quo hic non agimus. *k Thom. 2, 2. 62. art. 5. conſ. ad 2. & Cajet. ibi, Covar. p. 2. §. 2. ad cap. peccatum. l 1. Sam. XII, 5. 6.*

XIII. Addamus & hoc mendoſe à [m] Medina traditum, + rerum alienarum in nos dominium tranſire ſine conſenſu domini, ſi res ſint tales, [62] quæ pondere, numero, & menſura æſtimari ſoleant. Nam res ejus generis [63] + functionem quidem recipere dicuntur, id eſt, reſtitui poſſe per id, quod genere idem eſt, + ſed ita demum ſi conſenſus præceſſerit, + aut ex lege, aut more præceſſiſſe intelligatur, ut in mutuo; + aut etiam ſi res, + utpote conſumta, exhiberi nequeat. [n] At + extra talem conſenſum, vel expreſſum, + vel præſumtum, + & extra neceſſitatem + functio iſta locum non habet. *m De reſt. q. 10. n L. Rogaſti. 11. §. ult. D. de reb. cred. & ſi cert.*

GROTII.

f *Quanquam valde hoc pium ſit*] *Chryſoſtomus* indicato jam loco. (In 1. *Corinth.* V. 8.)

g *Aliud erit ſi in ipſo accipiendi modo vitium fuerit, puta extorſio*] Optime hæc diſtinguit *Auguſtinus* epiſtola LIV. (quæ eſt CLIII. novæ *Edit. Benedictin.*)

GRONOVII.

54 *Quod dedit*] Quod ei abeſt non omne quod impendit.

55 *In id, quod*] Quantum mihi imputare poteſt.

56 *Reſtituere venditori*] Cogere venditorem, ut pretio reddito illam recipiat; ſed debere eam reſtituere domino, quidquid eveniat de pretio.

57 *Præter dominum*] Eoque nec pauperes, nec pauperum curatores jus habent ejuſmodi rem ἀδέσποτον poſcendi.

58 *Ad quam quis obligabatur*] Quam & ſine mercede facere debebat.

59 *Ratione eei*] Rem nemo reſtituere compellitur.

60 *Ex prioris domini*] Dominus quod dedit eo dedit animo, ut fieret accipientis, & ſuum eſſe deſineret: itaque apud accipientem non eſt alienum.

61 *Extorſio*] Si per vim, & minas expreſſit.

62 *Quæ pondere, numero*] Quæ ſolent mutuæ dari, in mutuo autem alienantur, inque dominium tranſeunt ſpecies creditæ, quæ ſcilicet utendo conſumuntur. Tales igitur res incidentes in non dominum, Medina voluit ejus fieri, ut abuti poſſet illis, & reſtituendo tantumdem, non ipſis ſpeciebus liberaretur.

63 *Functionem quidem eecipere*] L. 2. D. *de rebus cred.*

(dd) Heic *enim*, in omnibus Editionibus, poſitum pro *etiam*, errato, ut mihi videtur, typographico, quem tamen Auctor non animadvertit. Certè eſt id novum exemplum, non ratio jam dictorum. *J. B.*

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. X.

HACTENUS explicavimus *jus permiſſivum*, i. e. quibus modis aliquid noſtrum fit, vel, quod idem eſt, quibus modis facultatem legitimam agendi acquirimus. Sequitur nunc *jus decretorium*, *ſeu præceptivum*, quod conſiſtit in obligatione, & neceſſitate abſtinendi ab alieno, i. e. ab eo, quod noſtrum non eſt. PRIUS jus continetur in *poſit.* 3, *n.* 1. POSTERIUS *in Poſit.* 6.

Hoc *jus præceptivum* oritur ex prohibitione naturæ, quæ facultatem naturalem agendi reſtringit, certoſque ponit limites, ultra quos quod quis tenet, alienum, adeoque injuria eſt *Poſ.* 2, & 6.

Antequam ulterius progrediamur, præmittenda ſunt vera principia juris naturæ circa obligationum cauſam: quæ uti plana, & perſpicua ſunt, ita apparebit quam facili ratione difficillimæ juris Romani leges, interpretationem inde recipiant.

PROPOSITIO I.

Cauſa obligationis prima, & adæquata, eſt prohibitio juris naturæ, ſeu voluntas Creatoris facultatem hominum, (i. e. libertatem eorum naturalem agendi quidquid lubet,) reſtringentis.

DEMONSTRATIO.

Natura homo inſtructus eſt facultate naturali agendi quidquid lubet; ea enim eſt definitio libertatis: quidquid ergo homo intra fines hujus libertatis agit, licite, & intra ſtatum juris agit. Pugnat enim, natura aliquid nobis conceſſum, & tamen prohibitum eſſe: neque hactenus ulla adhuc eſt obligatio, quæ homini neceſſitatem imponat aliter agendi. Atque hinc dici hæc facultas ſolet *jus permiſſivum*, de quo egimus in *Poſ.* 1.

Cum autem illa facultas, ſeu illa libertas agendi, non ſit indefinita, ſed a Deo, qui ſolus imperium in genus humanum habet, admodum reſtricta (*Vide Poſ.* 1.); inde ſequitur, facultatem naturalem agendi hactenus non conceſſam, ſed prohibitam eſſe: pugnat enim, facultatem agendi a Deo prohibitam eſſe, & tamen licere. Unde *jus* hoc *præceptivum*, ſeu prohibitorium vocatur, quia facultas agendi non naturalis, ſed moralis hic ceſſat.

Additio.

„ Cauſam obligationum naturalium B. Parens latius deduxit in *Exercitatione* 2. *ad Grot.* ubi §. 5. & *ſeq.* mentem ſuam ita explicat.

Jus, *ſeu* juſtum *eſt*, *quod licitum*, *ſive non prohibitum ab eo eſt*, *cujus eſt legitima prohibendi poteſtas: quæ cujus ſit*, *vid.* §. 9. *Unde juſtum*, & *licitum paria ſunt*, *quin unum*, *idemque.*

Aliud vero eſt quod licet, *ſeu* juſtum *eſt*: *aliud*, *quod* decet, *ſeu honeſtum eſt. Illud eſt objectum* Juris; *hoc Ethices. Voces tamen* juſti, *ac* honeſti *generalius quoque*, & *promiſcue accipi ſolent*, *ut ſe mutuo complectantur.*

Jus *eſt vel* permiſſivum, *vel* præceptivum. Illud, *quo facultas agendi quod lubet a natura data eſt*, *nec lege prohibita. Hoc*, præceptum *legis*, *quo facultas a natura data quaſi ligatur*, *vel adſtringitur* neceſſitate *aliquid agendi*, *vel non agendi.*

Ex illo *itaque quod jus naſcitur*, *eſt* facultas legitima, *ſeu* licita, (*Grotio moralis*) *agendi quod lubet. Ex* hoc *juris* vinculum, *ſeu agendi*, *vel non agendi neceſſitas*, *id eſt*, obligatio.

Omnes facultates naturales homo, *omniſque creatura*, *ab alio*, & *unice a creatore ſuo habet; nullam a ſe*, *vel ab alia creatura.* Conf. 1. Corinth. 4.

Facultates has natura omnia animantia docuit, *eaſque illa in ſe norunt*, *ac ſentiunt. Atque iſta adeo facultates ſunt pars illa juris naturæ*, *quæ* & *brutis communis dicitur.*

Non

Digitized by Google

Non quod in brutis ſit umbra rationis, (*ut errat Grotius* h. c. 1, §. 11, in fin.) *vel ulla juris*, (*ut Oſiander* ad d. §. 11, obſ. 1, *JCtis male imputat*) ; *ſed unice harum facultatum, quæ in homine partem juris naturæ faciunt, communio. Recte igitur dici poteſt, hoc jus naturæ materia eſſe commune brutis; forma juris non item. Quod Imp. perſpicuo exemplo conjunctionis maris, & fœminæ illuſtrat; quæ eſt facultas natura omnibus communis: at ſub forma juris, quam* NOS matrimonium *dicimus*, (*& unde ſunt juris effectus, & legis obligatio &c.*) NOBIS *propria.* princ. de jur. nat. gent.

Certa ergo, & perpetua primum regula erit : Facultates naturales uſque eo intelligi natura conceſſas, ac permiſſas, dum appareat legitima prohibitio.

Talis legitima prohibitio nullius eſſe poteſt, quam cujus fuit conceſſio, ſolius ſcil. Creatoris: in cujus opus nullum ulli creaturæ jus eſt, vel ulla poteſtas, niſi ſi cui aliqua ab eodem creatore conceſſa fuerit. Hujus enim factum, & opus ſunt iſta facultates, earumque conceſſio, qua ipſe cuique ſui juris fines, ac terminos fixit; quos proinde movere, abſque ipſius permiſſu, nulli creaturæ fas eſt.

Igitur quatenus a natura conceſſa eſt ſua cuique facultas, eatenus id ſuum cujuſque eſt, ſeu jus, ac juſtum: hunc ergo, ut cœpimus, ſtatum juris *dicimus, quem Creator voluit. E contrario, cum hi fines, ac limites facultatibus noſtris a natura poſiti immutantur, ſeu cum quis plus, minuſve ſuo habet; moti ſunt naturæ, & juris ab ea conceſſi fines, & violati divinæ voluntatis, & conceſſionis termini: quod injuſtum, ſeu injuria eſt, nobiſque adeo dicetur* ſtatus injuriæ.

Hinc duo maxime ſequuntur. 1. Licet inſit homini naturalis aliquid agendi facultas, ſi tamen illud agi jure naturæ vetitum eſt, perinde id ſit impoſſibile, & deſinit eſſe agendi facultas, ac ſi plane a natura illa conceſſa non eſſet; quia facultas, quæ ita datur ut certis finibus circumſcripta ſit, ultra hos fines non eſt data, ac permiſſa: & adeo nulla facultas. Nam nec ullam homo a ſe habet, nec ullam ab alia creatura; & quæ a Creatore ad certum modum conceſſa, ultra eum negata, & vetita, & perinde eſt, ac ſi plane conceſſa non eſſet. Conf. l. 31. §. 4. ff. Neg. geſt. §. 11. 15. ff. de cond. inſt. *Unde recte aliud* natura, *aliud* jure impoſſibile *dicitur.*

Hinc ergo, exceſſis, & tranſitis his finibus, atque ita jure in injuriam verſo, ſequitur immota neceſſitas reparandi injuriam, & reſtituendi in ſtatum juris; quæ eſt obligatio, fluitque ex duplici cauſa. 1. Quia creatura tenetur parere voluntati Creatoris, ut domini ſui abſolutiſſimi, in cujus pleniſſima poteſtate homo totus eſt, a quo omnia, & aliunde nihil, nullamque adeo poteſtatem ultra conceſſos fines agendi habet, nec ſubeſt niſi parendi neceſſitas. 2. Quia qui tranſit hanc divinæ voluntatis, & conceſſionis lineam, quæ ſuum cujuſque deſcribit, is ſpernit illam, & lædit hoc facto Deum auctorem, perrumpendo fines ab ipſo ſtatutos. Eſtque adeo iſte exceſſus juris, ſeu ſtatus injuriæ, defectio creaturæ a creatore ſuo; ſervi a ſummo ſuo, & rerum omnium domino; hominis a ſummo bono, & fonte omnis felicitatis humanæ. Quin deficit homo a ſe ipſo, & a ſua natura, quam, cum divina illa ſit, atque a divina origine, Deo, & auctori ſuo rebellem facit. Non poteſt igitur hoc exceſſu non offendi graviſſime ſummus Legiſlator, atque in vindictam exardeſcere: natura enim quod eſt ſumme perfectum, idem eſt ſumme colendum; nec adeo Deus magis nolle poteſt coli, quam eſſe ſumme bonus, & perfectus; magis permittere ſibi non pareri, quam rerum arbitrium, ac dominium, aut totius naturæ clavum abjicere. Denique, cum malum ſit quidquid ab ejus voluntate ſumme bona deſciſcit, non poteſt Deus, qui malum ferre nequit, non excandeſcere, & iraſci numen ſuum violanti.

PROPOSITIO II.

Quidquid igitur contra prohibitionem divinam homo agit, injuria eſt: adeoque ab eo abſtinendum.

DEMONSTRATIO.

Ex prohibitione igitur divina ſequitur abſtinendi neceſſitas. Homo enim nullam facultatem a ſe ipſo, ſed omnia a Deo habet; totus homo, & quidquid homo, & hominis eſt, totum eſt in poteſtate creatoris: ergo nihil in homine eſt ſuæ, ſed totum alienæ poteſtatis; nec ſuo, ſed auctoris ſui nutu regitur, & hunc neceſſario ſequitur. Homo igitur nihil agere poteſt, niſi quatenus Deus conceſſit: & hæc ſola facultas noſtra eſt. Quoties ergo conſtat, Deum non conceſſiſſe, homo id facere non poteſt; quia dum facultatem a ſuo creatore conceſſam non habet, eam nullo modo habet, indeque nec natura facere poteſt, quod natura non conceſſit: quod autem facere quis non poteſt, ab eo neceſſario abſtinet; neque liberum amplius eſſe poteſt, quod natura prohibuit.

Atque hinc *injuria* eſt, quidquid homo ultra fines facultatis a natura conceſſæ agit, impingit in legem ſuperioris, quæ ſola ſtatum juris conſtituit; hunc igitur evertere homo abſque injuria nequit. Unde ſimul apparet, injuriam hic non accipi pro delicto, ſed pro omni eo, quod jure non fit; quo ſenſu etiam a JCtis accipitur in *L.* 1, §. 1, *ff. injur.*

PROPOSITIO III.

Agit autem homo contra prohibitionem creatoris, adeoque injuria, ſi ultra jus ſuum habet, vel agit, idque unice.

DEMONSTRATIO.

Cum enim creator cuique hominum jus in ſuas res, & actiones conceſſerit; pugnat, facultatem, quæ uni a natura data eſt, omnibus competere. Si quis igitur facultatem alii propriam uſurpare, & in *res*, vel *actiones* alterius jus ſibi arrogare velit; ultra jus ſuum *habet*, vel *agit*: deficit conceſſio creatoris, eoque omnis habendi, vel agendi titulus.

Regula hæc prohibendi generalis eſt; nam in his duobus, *rebus* ſcilicet, & *actionibus*, omne jus noſtrum conſiſtit: ultra nihil noſtrum dici poteſt.

PROPOSITIO IV.

Ex qua injuria oritur obligatio ad reparandum. Quæ reparatio fit 1. *cum id, quod alii abeſt, vel* 2. *ſi id non poteſt, tantundem reſtituitur.*

DEMONSTRATIO.

Omnis obligatio conſiſtit in reparatione injuriæ, i. e. in neceſſitate reſtituendi jus, quod alienum eſt; quamdiu enim id reſtitutum non eſt, agimus ultra facultatem a natura nobis conceſſam, contra prohibitionem creatoris: eoque manet injuria. Reparatio autem tunc fieri dicitur, cum res ad ſtatum juris reducitur, i. e. cum alii nihil abeſt, & ſuum cuique tribuitur: unde juſtitia a JCtis Romanis notanter definitur, quod ſit conſtans, atque perpetua voluntas *jus ſuum cuique tribuendi.* Fit ergo reparatio cum jus ſuum cuique tribuitur: nimirum, ſi quis rem alienam tenet, vel jus aliquod facto meo alii abeſt, id præſtari, id tribui debet ei, ad quem res illa, vel jus illud pertinet; neuter enim tunc plus, vel minus ſuo habet, ſed ſuum cuique tribuitur, qui eſt ſtatus juris.

Si vero res ipſa non amplius exſtat, aut factum, quo alii aliquid deeſt, tale ſit ut reſtitui non poſſit, reſtitui debet tantundem; quia id menſura noſtri eſt: neque enim dici poteſt, nobis aliquid abeſſe, ubi tantundem, ac antea habuimus, tenemus. De quo plenius alibi egimus.

Additio.

„ Expoſuit hæc principia B. Parens in poſitionibus ad explicationem juris gentium editis, quæ exſtant in *Diſſert. proœm. X.* §. 10.

PROPOSITIO V.

Cauſa igitur generalis obligationis eſt imminutio juris; ſi ſcilicet per alterum fit, ut alter jus ſuum integrum non habeat: unde oritur neceſſitas ſuum cuique tribuendi.

DEMONSTRATIO.

Omnis juris ratio, ac ſubſtantia in eo eſt, *ut cuique ſuum tribuatur*; eaque adeo prima, & univerſalis regula juris eſt. Quamdiu ergo quiſque ſuum habet, manet juris ſtatus: neque eo integro ulla intelligi poteſt obligatio, quia intra fines juris ſui quiſque agere poteſt quod lubet. Nundum ergo hactenus fingi ulla obligatio poteſt, quippe quæ in neceſſitate agendi conſiſtit, adeoque cum libertate illa pugnat. Nulla igitur neceſſitas eſt domino, ut aliter agat, quam prout vult.

Primum initium igitur obligationis eſt a juris imminutione: quando, ſcilicet, aliquid teneo, vel ago, ex quo jus alterius imminuitur. Cum enim ceſſet hic facultas agendi, cum natura nullum jus agendi hactenus conceſſerit; neceſſario reſtitui cauſa in ſtatum juris, i. e. ſuum cuique tribui debet. Tunc igitur incipit neceſſitas reparandi injuriam, & cauſam ad ſtatum juris reducendi.

Atque hæc neceſſitas *obligatio* dicitur, quia is, qui aliquid alieni tenet, vel agit, ligatus, & quaſi vinctus eſt, ut alteri ſuum præſtet: unde convenientiſſime JCti Romani eam definiunt *vinculum juris*, quia eſt præſtandi neceſſitas. *Pr. Inſt. de oblig. l.* 95, §. 4. *ff. ſolut. L.* 3, *pr. O. A. L.* 13, *C. de contrah. emt. Cic. L.* 1, *de off. c.* 20. *Vinn. ad pr. Inſt. de obl.*

Additio.

„ Mentem ſuam, & quid per vinculum JCti intelligant, plenius explicavit B. Parens *in Diſp. de ceſſione action. ſect.* 1, §. 3, 4, & 5. His verbis.

Pari enim ſignificandi ratione debitum, quo aliquid præſtare creditori tenemur, dicitur obligatio, quia debitor ligatus, & devinctus eſt, ut aliquid præſtet. Unde convenientiſſime vinculum dicitur, & quidem vinculum juris, quod eſt præſtandi neceſſitas. Pr. Inſt. de Obl. l. 95, §. 4, ff. de ſolut. l. 3, pr. de O. & A. l. 13, C. de contr. empt. §. 1, Inſt. de fideicomm.

Digitized by Google

deicomm hæred. Vinn. ad d. pr. de Oblig. ibique de Fuchs. *Idque per metaphoram, ſumtam a vinculis corporis. Quemadmodum enim iis ligatus non habet facultatem agendi quod lubet, ſed neceſſitate naturali compulſus eſt in loco manere: ita vinculo juris obligatus neceſſitate morali tenetur, ut debitor præſtet; atque adeo in hac neceſſitate præſtandi unice conſiſtit vinculum iſtud juris.*

Utrumque vinculum injectum videmus libertati in definitione egregia Florentini in l. 4. pr. de ſtat. hom. & §. 1, J. de jur. perſon. *ubi dicitur, quod ſit* facultas naturalis agendi quod lubet, niſi quid vi, vel jure prohibeatur. *Vis eſt vinculum corporis; legis prohibitio vinculum juris. Illud libertatem ipſam, ſeu jus ejus non tollit, ſed tantum exercitium: quemadmodum hoc latius deduxit B. Parens* in diſſ. de Jur. pœn. in contract. Sect. 1, §. 8. Hub. ad pr. J. de Jur. perſ. & Vinn. ibid. *Hoc autem ipſum Jus libertatis reſtringit, ita ut integra libertas maneat intra fines legum; quos qui excedit, non ex libertate agit, ſed ex libertatis exceſſu. Hinc rectiſſime dicit Cicero:* libertas eſt legibus ſervire; & legum idcirco omnes ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus. *Quo & facit potiſſimum illud Papiniani, quamvis ethnici, effatum* in L. 15, de Cond. inſtit. *vid.* Vinn. d. l.

Omnis igitur vis injicit vinculum libertati, non modo cum catenis, & funibus quis vincitur; ſed & cum aliis ſimilibus compellendi modis adigitur, ut cuſtodia militari, apparitoribus, carcere &c.: nec tantum cum actu vis incutitur; ſed & cum metus a violentia, v. gr. metus verberum, mortis, &c. Arg. l. 1. ff. Quod met. cauſ. l. 3, eod. l. 3, Ex quib. cauſ. maj. *Ea enim violentia, quam quis metuit, perinde ob oculos eſt ad impediendam actionem, ac ſi illata eſſet; & non minus fere homines abſterrentur mali metu, quam ſenſu. Sed de hoc vinculo jam non agitur.* Hactenus B. Parens.

„ Sed obiter hic notandum eſt, JCtos Romanos *obligationem non in genere* ita definiviſſe, ſed ſolam *obligationem perſonalem*: nam obligatio *realis* proprie non eſt vinculum juris, quo *perſona* obligatur; ſed ubi *res* eſt in ubligatione, adeoque ubi actio non datur in perſonam, niſi quatenus *rem* poſſidet.

PROPOSITIO VI.

Imminuitur autem jus alterius 1. ſi quis tenet rem, quæ alterius eſt, adeoque quæ in alterius eſt dominio: de cujus reſtituendi obligatione agitur h. cap. 2. Quando quis aliquid facit, quo alteri aliquid abeſt Factum autem hoc poteſt eſſe licitum, vel illicitum. De obligatione, quæ inde deſcendit, agemus Cap. XI. ſeq. Cap. XVII, & XX.

DEMONSTRATIO.

Cum dictum ſit, cauſam generalem obligationis eſſe imminutionem juris; quæritur, quandonam jus noſtrum minui videatur? Minuitur jus noſtrum 1. quando alius tenet rem, quæ noſtra eſt; is enim plus ſuo habet, adeoque injuria rem illam tenet, quæ tamdiu durat, donec res illa domino reſtituatur: de qua reſtituendi obligatione *hoc capite* Auctor agit. Sed & 2. jus noſtrum minuitur, quando facto alterius mihi, non res mea, ſed aliud jus abeſt; nam hoc caſu alter ultra jus ſuum habet, vel agit: facto ejus aliquid mihi abeſt, adeoque injuria agit, ad cujus reparationem tenetur.

Factum autem illud *vel* eſt licitum, vel illicitum; adeoque obligatio oritur ex *facto licito*, nimirum, ex contractu, & quaſi contractu: vel ex *facto illicito*, nimirum, ex delicto, vel quaſi delicto. De priori obligatione agemus *Cap. XI. ſeq.*: de poſteriori *Cap. XVII, & XX.*

PROPOSITIO VII.

Meum non tantum eſt res mei dominii; ſed & quæ alterius eſt, at mihi debita: quo caſu as meum dicitur, etſi res alterius ſit, vel in alterius poteſtate. L. 70. §. f. ſeq. de Leg. 2.

DEMONSTRATIO.

Cum lex naturæ ſit, *jus ſuum cuique tribuere*; ſuum hic dicitur non tantum quod ipſius eſt jure dominii, ubi rem ſuam eſſe aſſerit; ſed etiam ſi res mihi promittitur. Adeoque jure naturæ *re* promiſſa jus in ipſam rem transfertur; prout enim quiſque de re ſua diſponit, ita jus eſt: at jus petendi rem promiſſam in te transſtuli; cujus rei effectus eſt, ut is, cui promiſſa res eſt, eam petere a quocunque poſſeſſore poſſit. Debitor ergo non manet plenus rei dominus, quippe jure rei petendæ in alium tranſlato: adeoque rem, quam detinet, alienare quidem poteſt, ſed cum onere eam præſtandi ei, cui ſemel promiſſa fuit; hoc jus enim ſemel quæſitum facto debitoris ei auferri nequit. Jure ergo naturæ nulla actio perſonalis eſt, niſi 1. ex pacto, quo res non continetur, 2. ex delicto, 3. ex variis cauſarum figuris. *Vid. Diſſ. proæm. X. Poſ. VII.*

Additio.

Additio.

,, Novam hanc hypotheſin, quod promiſ-
,, ſio rei rem ipſam afficiat, examinavimus
,, in *Diſſert. Proœm. XII*, §. 345. Cæterum
,, originem *juris in re*, ejuſque effectus ex-
,, poſuimus in *Diſſ. Proœm. XII*, §. 245, *ſeq.*
,, & §. 247. *ſeq.*

A d §. I.

1 Explicato *quantum inſtituto noſtro ſufficit*] ,, Inſtitutum enim Auctoris eſt, jura
,, rerum explicare, quatenus juſto bello cau-
,, ſam præbent. *Vid. l.* 2, *c.* 1. §. 1.

Jure eo, quod in perſonas] ,, Scilicet, ex
,, hominum ſtatu naturali; nam originarie jus
,, al quod nobis acquiri in perſonas, earum-
,, que ſtatum, dixit ſupra capite V. Hoc autem
,, jus reale eſſe, hoc capite aſſerit, quod
,, refutavimus in *Diſſert. Proœm. XII*, §. 113:
,, ſimulque probavimus, ex ſtatu hominum
,, obligationem oriri, non ex jure in re, ſeu
,, dominio; ſed ex qualitate, & conditione
,, naturali perſonarum, adeoque ex alio juris
,, objecto.

Aut res nobis competit] ,, Scilicet, per
,, occupationem, tum originariam, tum de-
,, rivativam. *Vid. ſupr. c.* 3, & *ſeq.*

Videndum etiam quæ inde naſcatur obligatio adverſum nos] Auctor rubricam hujus capitis hanc ponit: *de obligatione, quæ ex dominio oritur*; meo judicio parum curate: obligatio enim proprie loquendo nulla oritur ex dominio, utpote quod potius in libertate naturali conſiſtit de re illa diſponendi; quæ libertas cum juris vinculo nihil commune habet.

Additio.

,, Auctor non loquitur de obligatione *do-*
,, *mini*; ſed de obligatione *aliorum erga do-*
,, *minum*, cujus rem tenent, vel tenuerunt,
,, vel ex cujus re locupletiores facti ſunt:
,, his enim caſibus vim dominii eſſe, ait,
,, ut poſſeſſores obligentur ad rem ipſam,
,, vel, ſi non exſtat, ejus æſtimationem,
,, vel utilitatem ex re illa perceptam reſti-
,, tuendam.

,, Cæterum in præcedentibus diximus,
,, hunc loquendi modum obſcurum valde,
,, & parum diſciplinæ juris congruum eſſe.
,, Diximus præterea, duobus poſterioribus
,, caſibus obligationem non oriri ex domi-
,, nio, ſeu ex jure in re, ſed ex obligatione
,, perſonæ.

Aut e rebus exſtantibus, aut non exſtantibus] ,, Nihil aliud his verbis indicatur, quam
,, domino competere rei vindicationem adver-
,, ſus poſſeſſorem rei: & hunc obligari ad
,, rem, ſi exſtat, reſtituendam; ſi non ex-
,, ſtat, ad præſtandam æſtimationem; vel
,, ſi utilitatem ex re alterius percipit, ad
,, reſtituendum id, quo locupletior factus eſt.

,, Cæterum diximus, jure naturali domi-
,, num *rebus non exſtantibus* non poſſe actio-
,, ne reali agere, adeoque per rei vindicatio-
,, nem nec æſtimationem: nec alias utilitates,
,, quas poſſeſſor ex re illa percepit, petere;
,, quia rei interitu omne jus in re illa pe-
,, rit: ſane, æſtimatio, & utilitas illa nun-
,, quam domini fuit. Verum ergo non eſt,
,, *obligationem hanc adverſum nos eſſe ex do-*
,, *minio:* oritur illa potius ex obligatione per-
,, ſonæ, nimirum, *vel* ex delicto, aut quaſi
,, delicto, ſi dolo, vel culpa poſſeſſoris res
,, perit, & ideo æſtimatio petitur; vel ex
,, contractu, aut quaſi ex contractu, ſi lo-
,, cupletior fieret cum alterius jactura.

Rerum nomine jam etiam comprehendam jus in perſonas] Quod etiam JCti Romani fecere: unde celebris illa diſtinctio inter jus in re, & ad rem.

Additio.

,, Auctor ad acquiſitionem originariam retu-
,, lit non tantum jus in *res*, ſed & in *perſonas*.
,, *Vid. Lib.*2, *c.*5, §. 1. *junct. c.*3, §. 1. & *h. c.*10, §.
,, 1. Per *jus in perſonas* autem non intelligit *jus*
,, *ad rem*, ſeu jus, quod ex obligatione perſo-
,, næ oritur; ſed illud jus in perſonas, quod *ex*
,, *ſtatu hominum* oritur: nimirum, jura, quæ
,, parentibus *ex generatione* competunt in li-
,, beros, *d. c.* 5, §. 1. *ſeq.* quæ *ex conſenſu*
,, competunt in conjugem, & ſubditos, &c.
,, *d. c.* 5, §. 1, §. 8, & *ſeq.* At alibi demon-
,, ſtravimus, hæc jura perſonarum, quæ ex
,, hominum ſtatu oriuntur, nulla ratione ad
,, *jus rerum* referri poſſe, indeque *actiones*
,, *præjudiciales*, quæ jure Romano inde dan-
,, tur, male *reales* dici. Conf. *Diſſert. Proœm.*
,, *V*, §. 13. *Diſſ. VI*, §. 26. *Diſſ. XII*, §. 113.

Qua utile nobis eſſe poteſt] ,, Quatenus
,, v. g. filius, & ſervus acquirunt patri, & do-
,, mino &c. non ergo quatenus delinquunt.

E rebus exſtantibus obligatio hæc naſcitur] 2
,, Nimirum hactenus, ut poſſeſſor *obligetur*
,, rem domino reſtituere, ex regula juſtitiæ
,, generali, quæ jus ſuum cuique vult tribui.
,, Verbo hoc explicari potuiſſet, dominum ſcil.
,, rem ſuam vindicare poſſe a quolibet poſ-
,, ſeſſore.

Qua

Qua tenetur is, qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere quantum in ſe eſt, ut in noſtram poteſtatem veniat] Hoc extra dubium eſt, quod poſſeſſor rei alienæ eam domino reſtituere teneatur. At quæritur, unde ſit hæc obligatio? & dicimus, hanc neceſſitatem inde oriri, quod poſſeſſor teneat rem, in quam nulla facultas ei a natura eſt conceſſa. Unde ſequitur neceſſitas abſtinendi, & rem domino reſtituendi, eoque jus ſuum cuique tribuendi.

Quantum in ſe eſt, dico; neque enim obligatur ad impoſſibile] Senſus eſt, quod de domino rei conſtare debeat: ſi igitur ignoratur, nondum obligatur pôſſeſſor ad reſtituendum rem domino, de quo non conſtat, adeoque cui per rerum naturam reſtitui nequit. Si poſtea experiatur dominum, tenetur ei rem cum fructibus reſtituere; quia fructus hos ex re aliena tenet; in quos proinde nullum ei jus, nullaque facultas conceſſa eſt.

Neque ad rem reddendam ſuis impenſis] Si poſſeſſor impenſas fecit in re aliena, dominus eas reſtituere tenetur, quia alias locupletior fieret cum jactura detentoris, & ſic plus ſuo haberet, quod pariter tribuere debet ei, cui id deeſt.

Sed indicare tenetur, ut alter ſuum recipere poſſit] Adeoque poſſeſſor rei alienæ non tenetur rem afferre domino; hic enim jus in alterius operas non habet: ſed ſufficit, poſſeſſorem indicaſſe domino, rem penes ſe eſſe. Hæc indicatio neceſſaria eſt ex medii neceſſitate, quia ignoranti domino jus ſuum tribui non poſſet. *Pos.* 4. *n.* 4.

Nam ſicut in rerum communium ſtatu obſervanda erat æqualitas quædam, ut huic non minus, quam alteri &c.] ,, Auctor obligationem *reſtituendi rem alienam domino* inde
,, oriri, ait, *quod ſicut in primæva rerum*
,, *communione æqualitas quædam fuit obſer-*
,, *vanda, ut uni non minus, quam alteri re*
,, *communi uti licuerit: ita ſublata illa com-*
,, *munione per diviſionem, & ſurrogatam po-*
,, *ſtea occupationem, domini ſocietatem quaſi*
,, *contraxerint, ut is, qui rem alienam tenet,*
,, *eam domino reſtituat.* Vix credi poteſt, Au-
,, ctorem ſerio hæc ſcripſiſſe. Quis perſuade-
,, re ſibi poterit, jura hominum, & Princi-
,, pum ex hujuſmodi principiis, omni ratione
,, deſtitutis, decidi debere. Certum 1. eſt,
,, communionem primævam rerum non exſti-
,, tiſſe; adeoque 2. verum non eſt, eo tem-
,, pore obſervandam fuiſſe æqualitatem quan-
,, dam, *ut huic non magis, quam alteri uti*
,, *liceret.* Natura omnes res terræ ſunt nullius,
,, ceduntque occupanti, non juxta aliquam
,, æqualitatem, ſed in infinitum. Verum 3.
,, non eſt, dominium demum introductum
,, eſſe per diviſionem, & ſurrogatam poſtea
,, occupationem.) Verum 4. non eſt, domi-
,, nos dividentes, & occupantes res antea
,, communes, quaſi ſocietatem contraxiſſe.
,, Quid ſi is, qui rem alienam tenet, id ne-
,, get? Sane, dominus rei conſenſum illum
,, probare teneretur, tum quia facti eſt, tum
,, quia eum allegat. Sed & 5. non opus eſt
,, hujuſmodi fictionibus; B. Parens ex ſimpli-
,, ciſſimis juris naturæ rationibus cauſam
,, obligationum demonſtravit: quo lectorem
,, remitto.

Ita introducto dominio] ,, Quod factum,
,, Auctor ait, per diviſionem rerum commu-
,, nium, a genere humano factam, & per
,, occupationem; quam idem humanum ge-
,, nus tacite ſurrogaſſe, fingit.

Hæc quaſi ſocietas inter dominos contracta eſt] ,, Unde, quæſo, fabula hæc, aut fictus
,, hic conſenſus unquam probari poterit? &
,, quænam obligatio oriri poterit ex ejuſmo-
,, di vagis, & vanis conjecturis.

Ut qui rem alienam in ſua haberet poteſtate, eam domino redderet] ,, Hæc obligatio
,, non oritur ex ficta illa ſocietate domino-
,, rum primorum; ſed ex ipſa rei natura,
,, etſi primi domini de eo non conveniſſent:
,, qui enim alieni quid, & ultra ſuum habet,
,, ex Creatoris voluntate id reſtituere tenetur
,, ei, cujus res eſt.

Nam ſi dominii ea tantum fuiſſet vis, ut poſcenti domino res reddenda eſſet, nimis debile futurum fuiſſet dominium] ,, Diximus,
,, rem domino, etiam non poſcenti, reſti-
,, tuendam eſſe, (nimirum indicando ei ut
,, rem ſuam repetere poſſit): idque ex medii
,, neceſſitate, quia ignoranti domino jus ſuum
,, aliter tribui non poteſt. *Vid. notam ab hac*
,, *retro quintam.* Diximus porro, reſtitutio-
,, nem illam fieri debere non ex ficta aliqua
,, ſocietate, ſed quia Creator cuique tantum
,, jus in ſuas, non in res alterius conceſſit.

Et nimis ſumtuoſa cuſtodia] ,, Poſſeſſor rei
,, alienæ ideo denunciare debet domino, rem
,, penes ſe eſſe, ne ſumptus in re aliena fa-
,, cere teneatur. Si dominus non repetit, poſ-
,, ſeſſor exponere rem, ſi eam amplius in cu-
,, ſtodia habere non vult, poterit: quia do-
,, minus rei in meas actiones nullum jus ha-
,, bet. Vide ſimile quid in *l.* 1, §. 3, *peric. &*
,, *comm.*

Neque hic conſideratur, bona quis, an mala 3

fide rei poſſeſſionem nactus ſit] ,, Nam tantum ,, hic conſideratur, an facultas a natura illi ,, in eam rem conceſſa ſit; ea enim a Creatore ,, non conceſſa, ſequitur neceſſitas reſtituendi, ,, ſive bona, ſive mala fide rem teneat.

Alia enim obligatio eſt ex delicto, alia ex re] ,, Poſſeſſor, qui mala fide rem alienam te- ,, net, obligatur 1. ex delicto ſuo, 2. ex de- ,, tentione rei. Ex *illo* tenetur ad pœnam, de ,, qua hic non quæritur. Ex *hac* tenetur ad ,, rei reſtitutionem. Unde fieri poteſt, ut ,, poſſeſſor rem alienam teneat ex delicto ter- ,, tii, v. g. furis. Hoc igitur caſu author puni- ,, ri debet; ſed poſſeſſor ideo non liberatur ,, a reſtitutione rei: quia hæc obligatio reſti- ,, tuendi non eſt ex delicto, ſed ex poſſeſ- ,, ſione rei alienæ: quod ex ſequentibus exem- ,, plis magis illuſtrabitur.

Lacedæmonii delicto ſe liberaverant damnato Phœbida &c.] Immo ſe non liberarunt delicto, quia ipſi authores fuere Phœbidæ, ut faceret. *Diod. Sic. L.* 15, *c.* 20. Adeoque injuria puniverunt Phœbidam, cum ſocii delicti fuerunt. Sed & Ageſilaus defenſionem Phœbidæ ſuſcepit, cauſatus, injuſſu populi aliquid fieri poſſe ſi utilitas reipublicæ id exigeret. *Xenoph. hiſt. Cyr.* 5. *n.* 558.

Sed ipſi injuſtitiæ accuſati, quod arcem nihilominus retinerent] Lacedæmonii tenebant rem alienam, adeoque injuriam faciebant, quam reparare debuiſſent reſtituendo rem dominis: cum igitur id non fecerunt, recte Diodorus Siculus id contra jus, & fas eſſe, dixit *L.* 15, *c.* 25.

Eamque injuſtitiam ut ſingularem etiam ſingulari Dei providentia notatam &c.] Nam Thebani poſtea per conſpirationem exulum, Juvantibus Athenienſibus, virtute ſua reſtituti ſunt. *Diod. Sic. d. l.* 15, *c.* 25, 26, & 27.

Quod hæreditatis partem retinuiſſent ex teſtamento, quod falſum] Quod enim ex falſo teſtamento habebant, erat alienum; in id vero, quod alienum eſt, nulla facultas ipſis competiit: adeoque injuria tenebant, quæ non deſinit, niſi facta recta reſtitutione. *Vid. Cic. off. l.* 3, *c.* 18.

Sed ſine eorum culpa, confectum erat] ,, Adeoque delictum ipſum non commiſerunt; ,, ſed, ut cum Cicerone *d. l.* loquar, *alieni* ,, *facinoris munuſculum non repudiarunt.*

4 *Quia vero hæc obligatio tanquam ex contractu univerſali omnes homines tenet*] ,, Dixit ,, enim ante, *introducto dominio hanc quaſi* ,, *ſocietatem inter dominos contractam eſſe,* ,, *ut qui rem alienam in ſua haberet poteſtate,* ,, *eam domino redderet.* Ex hoc autem con- ,, ſenſu, ſeu contractu univerſali, totum hu- ,, manum genus obligari, ait: ſed fabulam ,, hanc jam refutavi in præcedentibus.

Et jus quoddam rei domino parit] ,, Immo ,, id non eſt ex conſenſu dominorum primæ- ,, vorum, ſed ex primævi juris naturalis ra- ,, tione, vi cujus unicuique jus in res ſuas ,, competit, quod a quocunque poſſeſſore vin- ,, dicare poteſt.

Eo fit ut ſingulares contractus, quippe tempore poſteriores, exceptionem inde accipiant] ,, Mens Auctoris ex ſequenti exemplo magis ,, apparebit.

Inde lucem accipit illud Tryphonini] Caſus in *l.* 31, *ff. depoſiti* hic eſt: Latro rem vi ablatam deponit apud Tertium: poſtea & latro, & rei dominus ſimul rem repetere volunt; quæritur, cui reſtitui debeat? Reſpondet JCtus, ex negotio *depoſitionis* potiorem eſſe latronem deponentem; hactenus enim negotium licitum eſt; latro custodiam rei alii committit, adeoque non de jure quæritur, ſed de ſolo facto cuſtodiæ; de eo ſolo pacti ſunt, & ex hoc pacto jus latroni quæſitum eſt. Si vero inſpicitur æquitas *totius negotii*, potior eſt cauſa domini; hujus enim jus fuit ante depoſitionem: adeoque ſi ei res reſtituitur, non tantum latro jus ſuum recipit, ſed & dominus; cum econtrario ſi latroni reſtitueretur, nondum reparata eſſet omnis injuria, & dominus contra latronem adhuc agere deberet.

Additio.

,, Ratio, cur magis domino, quam latro- ,, ni reſtitui debeat, eſt mere civilis; jure ,, naturæ enim præciſe latroni res depoſita ,, reſtituenda eſt. Atque hinc doctrina hæc ,, Tryphonini non ex jure naturæ, nedum ,, ex ficta ratione Auctoris lucem accipere ,, poteſt, quod mox plenius illuſtrabo.

Juſtior nimirum eſt repetitio domini, ex jure illo, quod ipſi dominio æquævum] ,, Auctor ,, rationem ejus, quod Tryphoninus ſtatuit, ,, *dominum rem ſuam vindicantem præferri* ,, *deponenti latroni*, in eo ponit, *quod intro-* ,, *ducto dominio domini univerſali quodam con-* ,, *tractu convenerint, ut res alienæ ſuis dominis* ,, *reſtituerentur.* Etſi igitur poſtea per ſingula- ,, res contractus aliud ſtatuatur (uti in præſenti ,, caſu, ubi depoſitarius promiſit ſe reſtitu- ,, turum latroni); nihilominus tamen putat, ,, præferri contractum univerſalem, & ſingu- ,, larem illum contractum exceptionem acci- ,, pere a generali, & priori: adeoque in caſu ,, propoſito dominum præferri, propter jus

anti-

Digitized by Google

,, antiquius, quod ex univerſali contractu ori-
,, tur, vi cujus res reſtitui debet ei, cujus eſt.
,, At verba hæc ſunt, ex quibus nihil, ne-
,, dum ulla juris ratio, inferri poteſt. De-
,, monſtravi in præcedentibus, non dari talem
,, contractum univerſalem: adeoque cum re-
,, gula non exiſtat, ſponte ſequitur, contra-
,, ctus ſpeciales exceptionem inde accipere
,, non poſſe.
,, Neque Tryphoninus de jure gentium agit,
,, nedum aſſerit, deciſionem illam eſſe juris
,, naturalis; ſed e contrario ex inſpectione
,, legis apparet, eum ex æquitate mere civili
,, rem ita deciſiſſe. Poſtquam enim JCtus
,, theſin poſuit, *bonam fidem, quæ in con-*
,, *tractibus exigitur, ſummam æquitatem deſi-*
,, *derare; quærit, an ea æſtimanda ſit ad*
,, *merum jus gentium, an vero cum præceptis*
,, *civilibus, & prætoriis?* JCtus duplici exem-
,, plo probat, non inſpiciendam eſſe æqui-
,, tatem meram juris gentium, ſed civilem
,, magis. *Prius* exemplum eſt in deportato,
,, qui ante damnationem 100 depoſuit apud
,, tertium: quæritur, an depoſitarios hæc 100
,, reddere debeat deportato, an fiſco inferre?
,, Tryphoninus reſpondet, *ſi tantum natu-*
,, *rale, & gentium jus intuemur, ei, qui*
,, *dedit, reſtituenda ſunt; ſi civile jus, &*
,, *legum ordinem, magis in publicum deferen-*
,, *da ſunt.* Poſterius exemplum eſt in latrone,
,, qui ſpolia deponit, quæ poſtea dominus
,, vindicat: ubi quærit, an res domino, an
,, latroni deponenti reſtitui debeat? & ibi pa-
,, riter diſtinguit: *ſi per ſe dantem, accipien-*
,, *temque intuemur* (adeoque merum jus gen-
,, tium), *hæc eſt bona fides, ut commiſſam*
,, *rem recipiat is, qui dedit; ſi totius negotii*
,, *æquitatem* (adeoqoe jus civile, & legum
,, ordinem) *mihi reddenda ſit.* Apparet igi-
,, tur, JCtum in hac deciſione ſequi bonam
,, fidem *juris civilis*, non juris gentium, ut-
,, pote cujus æquitas ex ipſa aſſertione JCti
,, hæc eſt, *ut commiſſam rem recipiat is,*
,, qui deponit. Nam hactenus deponenti abeſt
,, cuſtodia rei; hanc depoſitarius tenet: eam
,, igitur reſtituere debet ei, cujus eſt, & cui
,, id promiſit. Neque depoſitarius judex eſt
,, inter dominum, & latronem. Ex ratione
,, igitur juris gentium depoſitarius non libe-
,, ratur ſi domino reſtituit: at merito JCtus
,, in vita civili præfert eam bonam fidem,
,, quæ totius negotii æquitatem inſpicir, quæ
,, non vult reddi prædoni id, quod alii mox
,, reſtituere debet, [illegible] quæ præfert eum,
,, cui ſceleſtiſſimo [illegible] ademta eſt.

,, Juſtior igitur hic eſt repetitio domini non
,, ex illo jure naturæ, quod Auctor dixit ipſi
,, dominio æquævum eſſe, i. e. non ex uni-
,, verſali aliquo contractu, ex quo ſingulares
,, contractus recipere exceptionem debeant,
,, ſed ex mera æquitate civili, contra ratio-
,, nem juris gentium recepta.

Unde etiam illud ſequitur, quod apud eum-
dem Tryphoninum eſt, ut qui rem ſuam igno-
rans depoſitam accepit, reddere eam non te-
neatur], ,, Si fur ſpolium deponit apud rei do-
,, minum, quæritur, an furi reddi debeat?
,, Auctor ait, idem hic eſſe, ac in priori
,, caſu, & juſtiorem eſſe domini repetitionem
,, ex contractu illo univerſali, adeoque ex
,, jure illo, quod ipſi dominio æquævum eſt.
,, Verum male eandem hic eſſe, potat, de-
,, ciſionis rationem, quæ in priori caſu. Sane,
,, ipſe JCtus innuit, dominum hoc caſu ipſo
,, jure gentium præferri, cum priori caſu
,, præferatur ſaltem ex jure, & æquitate ci-
,, vili. Ratio enim cur dominus rem ſuam a
,, fure apud ſe depoſitam huic reſtituere non
,, teneatur, hæc eſt, *quia jure gentium hoc*
,, *depoſitum non ſubſiſtit:* & ratio ſimul addi-
,, tur, quia forma depoſiti in eo conſiſtit,
,, *ut alii, non ut domino ſua ipſius res quaſi*
,, *aliena ſervanda detur. d. l.* 31, §. 1. Pro-
,, inde depoſiti actio non datur contra depo-
,, ſitarium, qui ſimul dominus eſt rei. *l.* 15,
,, *ff. eod. L.* 45, *ff. de reg. jur.*

Et quod ibidem paulo ante quærebatur de
bonis depoſitis, &c. hinc potius &c. definien-
dum eſt] ,, Scilicet, ex jure illo, quod do-
,, minio coævum eſt, & quod nititur con-
,, tractu illo univerſali, unde contractus par-
,, ticulares exceptionem accipiont. At dixi-
,, mus, JCtum ſuam deciſionem non tanquam
,, jus gentium, ſed tanquam jus civile ven-
,, ditare.

Quam ex eo, quod de pœnarum utilitate
affert] ,, Hanc enim rationem affert JCtus
,, *d. l.* 31, *pr. depoſ. Male meritus publice,*
,, *ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit,*
,, *etiam egeſtate laborare debet;* & recte:
,, nam jure gentium obligatio tantum oritur
,, inter contrahentes. Fiſco ergo naturali ra-
,, tione jus recipiendi depoſitum non com-
,, petit, quia non contraxit: at in pœnam
,, lege civili jus deponenti aofertur, & fiſco
,, tribuitor.

5 *Nam ad dominii naturam nihil refert, ex*
gentium, an ex civili jure oriatur] ,, Auctor
,, hic probare vult, bona depoſita, depor-

 ,, tato

Digitized by Google

„ tato poſtea eo, qui depoſuit, fiſco deferri „ debere, non ex æquitate demum civili, & „ in pœnam, uti Tryphoninus putat; ſed „ ex ratione naturali, quia fiſcus dominus „ factus eſt ex lege civili: poſito autem do„ minio, etiam civili, neceſſario ſequi, rem „ domino reſtituendam eſſe. At cum verum „ non ſit, fiſcum dominum fieri pecuniæ il„ lius depoſitæ (dominium enim ſine tradi„ tione, & expreſſa legis conſtitutione non „ tranſit); ſponte ſequitur, neceſſitatem in„ ferendi in fiſcum non ex dominio oriri, „ ſed in pœnam, adeoque ex æquitate ci„ vili.

„ Cæterum in genere verum eſt, quod „ dominio jure civili conſtituto, dominus „ civilis eadem jura, ac privilegia habeat, „ quæ dominus naturalis: cujus conſequens „ eſt, ut a quocunque poſſeſſore rem vindi„ care poſſit. Nam is, qui talem rem, in „ qua alii lege dominium conſtitutum eſt, „ poſſidet, plus ſuo habet; alieni quid te„ net: indeque ei, ad quem jus illud ſive „ lege naturæ, ſive lege civili pertinet, re„ ſtituere debet.

Semper enim ſecum habet quæ ſibi ſunt naturalia] „ Vera ratio eſt, quod iis quoque, „ qui ſuo conſenſu in unam civitatem coa„ luerunt, eoque legibus civitatis ſe ſubjece„ runt, ipſa naturali ratione jus aliquod ex „ lege civili oriatur: hoc jus igitur quæſitum „ cuique tribui debet.

Inter quæ eſt obligatio cujuſvis poſſeſſoris ad rem domino reſtituendam] „ Sed unde eſt „ hæc obligatio? Sane, ea non procedit ex „ eo, quod introducto dominio hæc quaſi „ ſocietas inter homines contracta ſit, ut „ qui rem alienam in ſua haberet poteſtate, „ eam domino redderet. *Vid. ſupr. n.* 2. Ve„ ram rationem modo expoſui.

Et hoc eſt, quod ait Martianus, jure gentium condici poſſe res ab his, qui non ex juſta cauſa poſſident] „ Putat Auctor, Martia„ num ad hæc principia reſpexiſſe, cum ait, „ *jure gentium condici res poſſe ab iis, qui ſine* „ *juſta cauſa poſſident. L.* 25, *Rer. amot.* Quaſi „ primævi domini per univerſalem aliquem „ contractum inter ſe convenerint, ut qui „ rem alienam habeat in ſua poteſtate, eam „ domino (etiam jure civili tali) reſtituere „ teneretur. At videtur, Auctori cognitam „ non fuiſſe condictionum naturam; condi„ ctiones enim juris gentium nunquam dan„ tur *domino* civili rei, ſed ei potius, qui „ dominus eſſe deſiit, & jus rei in alterum „ tranſtulit. *L.* 1, *pr.* & §. 1, *L.* 3, *pr. l. f. ff. Cond. cauſ. dat. L.* 1, *ff. l.* 1, *C. Cond. ob* „ *turp. cauſ. L.* 25, *act. rer. am. l. fin. cond.* „ *fin. cauſ.* §. 1, *quib. mod. re contr. obl.* §. 6, „ *obl. quæ quaſi ex contr.* At quia jus in re il„ la tranſtulit vel ob cauſam, quæ ſecuta „ non eſt; vel ob cauſam, quæ turpis, aut „ injuſta eſt; vel ex errore &c: ideo jure „ gentium repeti, ſeu condici res a poſſeſſo„ re, & domino poteſt, quia dominium non „ ſimpliciter traditum eſt, ſed ex certa cau„ ſa, quæ vel ſecuta non eſt, vel nulla eſt; „ poſſeſſor enim hactenus plus ſuo habet, & „ aliquid alieni tenet, quod reſtituere tene„ tur. Unde hæ condictiones non ſunt actio„ nes juris in re; ſed in perſonam dantur: „ eoque ſunt perſonales. Condictiones igitur „ non dantur domino civili, ſed ei, qui, li„ cet jure civili, deſiit eſſe dominus.

Ex hoc fonte] „ Scilicet, ex contractu illo „ univerſali, quo primævi domini conveniſſe „ videntur ut res dominis reſtituantur.

Qui rem alienam invenit, eum ita ad rem reddendam domino teneri] „ Hoc non eſt ex „ contractu aliquo ficto primævorum domi„ norum, ſed ex regula ſimpliciſſima natu„ ræ; quia is, qui rem alienam invenit, ali„ quid alieni tenet, quod ei, ad quem per„ tinet, reſtituere tenetur. Neque enim ſola „ inventio eſt juſtus dominii acquirendi mo„ dus.

Ut præmium inventionis petere non poſſit] Nihil enim abeſt inventori, quod ei reſtitui poſſet: idque jure divino, & jure Romano ita cautum eſt. *Lev.* 6, *v.* 3, & 4. *L.* 43, *ff. furt.* Secus ſi operam adhibuit, uti ſi naufragi bona ex aqua extraxit, &c; hoc enim caſu operæ pretium reſtitui debet, quia dominus nullum jus in operas alterius habet: adeoque ſi ſalva ei res eſt opera mea, vel ſi ipſe operam illam adhibere debuiſſet, plus ſuo habet, quod reſtituere debet ei, qui operam ſuam adhibuit. *Vid. not. ad L.* 2, *c.* 7, §. 1.

Reddendi autem ſunt & fructus] „ Non „ tantum pendentes, quia ſunt pars rei; ſed „ & percepti, quia poſſeſſor ex re aliena lo„ cupletior factus eſt: adeoque plus ſuo ha„ bet, & aliquid alieni, quod tribui debet „ ei, cujus eſt.

Salvis expenſis] „ Non tantum in rem fa„ ctis, ſed etiam in fructus; quia dominus „ rei fieret locupletior ex impenſis in rem „ ipſam, & fructus factis.

A n

A D §. II.

,, Duo hic monenda veniunt: 1. quod
,, Auctor de rebus non exſtantibus actionem
,, realem dari, exiſtimet. 2. Quod obligatio-
,, nem reſtituendi id, in quo alter locuple-
,, tior factus eſt, placito humani generis tri-
,, buat: homines enim dominia æqualitatis
,, ſervandæ cauſa introduxiſſe, fingit.

,, Prius pugnat cum natura *juris in re*,
,, ac cum eſſentia *actionum realium*; jus enim
,, in re tunc nobis competit, quando res in
,, noſtra poteſtate, & cuſtodia fuit: at id, in
,, quo poſſeſſor locupletior factus eſt, nun-
,, quam in noſtra poteſtate corporali fuit;
,, non ergo aſſero, nec aſſerere poſſum,
,, utilitatem, quam alius ex re mea percepit,
,, meam, i. e. mei dominii eſſe.

,, Verius igitur eſt, re non exſtante do-
,, mino *actionem perſonalem* dari, contra
,, eum, qui locupletior factus eſt ex re ejus:
,, illaque actio vel eſt ex delicto, ſi dolo res
,, exiſtere deſiit; vel ex quaſi delicto, ſi cul-
,, pa; vel ex quaſi contractu, ſi quis nec do-
,, lo, nec culpa, ſed facto licito utilitatem
,, ex re alterius percepit.

,, Posterius ſequitur ex errore per-
,, petuo Grotii, qui dominia demum con-
,, ſenſu, & voluntate humana orta fingit:
,, cum vero ſatis probatum ſit, dominia ex
,, illo jure, quod cum humano genere cœpit,
,, orta eſſe, ſponte hæc ſententia corruit.

1 *Si tu ex re mea factus es locupletior, me rem non habente*] ,, i. e. Si res mea apud
,, te periit, & tu commodum ex illa re per-
,, ceperis, tu reſtituere mihi debes omnem
,, utilitatem, quæ ex re mea penes te eſt.

In tantum tenearis, in quantum es factus locupletior] ,, Hæc obligatio non oritur ex
,, dominio (nam hujus utilitatis dominus
,, nunquam fuiſti): naturalis hujus obliga-
,, tionis ratio hæc eſt, quod Deus cuique ho-
,, minum jus conceſſerit in ſuas res, & actio-
,, nes; unde ſequitur, nemini alii jus in eas
,, competere. Si quis proinde utilitatem ex
,, re, vel actione alterius percipit, injuria
,, agit; aliquid alieni tenet; plus ſuo habet:
,, adeoque ex regula generali juris ſuum cui-
,, que tribuere tenetur; quæ obligatio eſt
,, mere perſonalis.

Introducta autem ſunt dominia ad ſervandam æqualitatem] ,, Primo negamus, æqua-
,, litatem eſſe normam dominiorum. 2. Ne-
,, gamus, dominia placito hominum ad ſer-
,, vandam æqualitatem fuiſſe introducta; do-
,, minia ab ipſa natura ſunt, & per occu-
,, pationem res noſtræ fiunt, abſque reſpe-
,, ctu æqualitas. 3. Negamus, eum, qui lo-
,, cupletior factus eſt ex re aliena, ideo te-
,, neri id reſtituere, quia dominia ad ſervan-
,, dam æqualitatem ſunt introducta: ſed re-
,, ſtituendi illa neceſſitas ſequitur ex regula
,, naturali juſtitiæ, quod jus ſuum cuique
,, tribui debeat.

In eo ſcilicet, ut quiſque ſuum haberet]
,, Id non ſequitur ex introductione dominio-
,, rum, neque ex aliqua obligatione ſervandi
,, æqualitatem: ſed ex voluntate Creatoris,
,, qui cuique tantum jus conceſſit in ſuas res,
,, & actiones, non in alterius.

Tullius] ,, *De officiis lib.* 3, *c.* 5. Loquitur
,, autem Tullius de natura primæva; non ve-
,, ro de ficta illa natura, quæ juxta Grotium
,, obtineat poſt introducta dominia, & unde
,, *jus naturæ pro certo rerum ſtatu* ortum pu-
,, tat. *Vid. Diſſert. Proœm. I, cap. fin.*

Ut multa hinc definiant JCti extra legum præſcripta] ,, Senſus eſt, quod plures con- 2
,, troverſiæ ex his principiis a JCtis decidan-
,, tur, etſi lex de illis nihil præſcripſerit.
,, Verum, ne veſtigium quidem in jure de
,, illis principiis exſtat, quaſi *introducto vo-*
,, *luntate primorum hominum dominio, hac*
,, *quaſi inter dominos contracta ſit ſocietas, ut*
,, *ſi res mea non exſtaret, & tu ex re mea*
,, *locupletior factus ſit, in tantum tenearis,*
,, *in quantum locupletior factus es.* Diximus,
,, hanc obligationem non oriri ex dominio,
,, ſed occaſione dominii: eamque non ſequi
,, ex jure in re, ſed ex obligatione perſonæ;
,, & ex regula illa naturæ, quod nemo lo-
,, cupletior debeat fieri cum alterius jactura:
,, quam leges civiles quoque præſcripſere,
,, & quæ eſt cauſa omnium obligationum,
,, quæ ex *quaſi contractu* deſcendunt.

Ex actu ſervi inſtitoris tenetur qui præpoſuit]
,, *L.* 1, *ff. Inſt. act.* §. 2, *Inſtit. Quod cum eo.*
,, *arg.* §. 6, *de inut. ſtipul. l.* 19, §. 2. *Neg. geſt.*
,, *arg. l.* 1, §. 15, *Exerc. act.* At hæc obliga-
,, tio non oritur ex eo, quod præponens lo-
,, cupletior factus ſit; ſed ex conſenſu: is
,, enim, qui negotio alicui inſtitorem præ-
,, ponit, ſimul ei facultatem dat contrahen-
,, di, eoque tacite promittit, ſe factum ejus
,, intra fines præpoſitionis ratihabiturum. *L.*
,, 5, §. 11, *l.* 11, §. 5, *ff. l.* 3, *C. Inſt. act.* Ex
,, hoc conſenſu tenetur præponens, etſi non

„ ſit locupletior factus, ſed inſtitor pecuniam „ acceptam male conſumſerit. *arg. l. ſ. Exerc. act. Vid. Laut. tit. de Inſt. act. in fin. ibique Dd.*

Niſi denunciaverit] „ Tunc enim deficit „ conſenſus, adeoque & obligatio. *l.* 17, §. 4, „ *Inſt. act. l.* 47, *pr. ff. pecul. l.* 11, §. 2, *Inſt. act.*

Et ſervus ex eo contractu peculium habeat] „ *D. l.* 17, *d. l.* 47. At nec hæc obligatio ſequitur ex regula, quod nemo debeat locupletior fieri alterius jactura; ſed ex conſenſu domini, qui cum peculium ſervo concedit, ſimul concedit facultatem contrahendi intra fines illius peculii: atque ex hoc conſenſu obligatur dominus, etſi peculium non ſit auctius factum. *Laut. comp. pag.* 261.

Aut in rem domini verſum ſit] „ *D. l.* 17, „ §. 14. Quia dominus plus ſuo haberet, & „ aliquid alieni teneret, quod ei, cui abeſt, „ tribui debet.

„ Cæterum Auctor male hanc obligationem ex jure deducit, quod competit in res; nam ea ſequitur ex obligatione, & debito perſonæ: unde quoque actio perſonalis ſaltem inde datur. *Laut. comp. pag.* 244.

Inquit Proculus] „ *D. l.* 17, §. 4. *Inſt. act.* „ Adde *l.* 14, *ff. Condict. indeb. ibique Gothofr.*

Ubi doli mali vox id omne ſignificat, quod naturali juri, & æquitati repugnat] „ Imo „ dolus malus jure Romano ſemper ſupponit „ propoſitum lædendi: ſi igitur ex imbecillitate, vel negligentia alius læditur, id quidem naturali juri, & æquitati repugnat; ſed non eſt dolus malus. De quo late *B. Parens. in collat. ad Struv.* 2. §. 1. *ſeq.* Cæterum in caſu propoſito recte JCtus dolum malum arguit præponentis, quia is, qui ex re aliena lucrum quærit, cum propoſito alterum lædit.

Qui matre jubente pro filii defenſore fidejuſſit] Caſus hic eſt: Filius abſens debet 100 Titio: cum ab hoc conveniretur, comparebat defenſor: mater abſentis mandat Sejo, *ut pro hoc defenſore caveret:* abſens condemnatur, & Sejus pro eo ſolvit; quæritur a quo fidejuſſor ſolutum recipere debeat? Sane, actio mandati nec contra matrem, nec contra defenſorem datur; non contra matrem, propter Senatusconſultum Vellejanum; nec contra defenſorem, quia is nihil mandavit. Verius igitur eſt, cum actione negotiorum geſtorum agere contra defenſorem, quem ſua pecunia Sejus liberavit: *l.* 6. *l.* 7. *ff. SC. Vellej.* Defenſor enim ſuo periculo abſentis defenſionem ſuſcepit; is ſolvere debuiſſet: fidejuſſor eum cautione ſua liberavit, adeoque hactenus utiliter ejus rem geſſit; fidejuſſor igitur minus ſuo habet, quod repetere poteſt a defenſore, cujus facto id contigit.

Sed is defenſor, ex eadem æquitatis ratione, pecuniam fidejuſſori ſolutam actione negotiorum geſtorum ab abſente filio repetere poteſt; quia filius revera debet, adeoque aliquid alieni, & plus ſuo, defenſor autem minus ſuo habet, quod proinde filius ex naturali ratione reſtituere debet.

Additio.

„ Cæterum hic quoque notandum eſt, „ obligationem hanc reſtituendi non eſſe ex „ jure in re, ſed ex debito perſonæ, & quaſi „ ex contractu, unde actio ſaltem perſonalis „ oritur.

Adverſus defenſorem mandati actionem non habet] „ Actio enim mandati tantum datur „ inter contrahentes; Sejus autem cum defenſore non contraxit: neque actionem habet contra matrem, quia hæc tuta eſt exceptione SCti Vellejani.

Nec proprie ejus negotium geſſit] „ Immo „ proprie ejus negotium geſſit; is enim periculo ſuo defendit, & condemnatus pecunia fidejuſſoris liberatur. *d. l.* 7, *in fin.* In „ negotiorum enim geſtione non opus eſt ut „ gerens contemplatione ejus, cujus intereſt, aliquid agat; ſufficit enim, alterum „ utilitatem aliquam ex mea geſtione percepiſſe, etſi citra meam intentionem. *Vid.* „ *L.* 6, §. 4, *ff. de Negot. & jus meum controv. Tit. de Neg. geſt.*

Ex Papiniani ſententia] „ *D. l.* 7. *in fin.*

Dabitur actio negotiorum geſtorum, utilis, ni fallor] Imo directa, quia cum effectu liberatus eſt defenſor, adeoque negotium ejus utiliter geſtum eſt.

Sic uxori, quæ marito pecuniam donavit] Donatio inter conjuges lege civili prohibita eſt; hoc poſito maritus, cui uxor aliquid donavit, plus ſuo habet: & pecunia uxoris, vel res ea pecunia emta, ſine cauſa eſt penes maritum; quam proinde uxor, quia minus ſuo habet, condicere poteſt.

Jure naturæ igitur, ubi donatio talis valet, maritus non habet plus ſuo; ſed pecuniam donatam, vel rem ea emtam, acquirit ex diſpoſitione uxoris: quæ proinde condicere rem illam non poteſt.

Condi-

Digitized by Google

Condictitia] ,, Quia pecunia ſine cauſa (utpote ipſo jure nulla) eſt penes maritum, *l. ſ. ff. Cond. ſin. cauſ.*

Aut utilis vindicatio in rem] ,, Si pecunia ipſa exſtat, directo vindicatur; ſi conſumta ſit, & res pro ea comparata, utilis rei vindicatio datur: quæ mere civilis eſt. *L. 5, in ſ. ff. Don. int. vir. & ux.*

Ulpianus] ,, *In l. 55, ff. don. inter vir. & ux.*

Locupletiorem eſſe maritum] ,, Adeoque plus ſuo habet, & vel rem alienam, vel lucrum ex re aliena tenet, quod ei, cui id abeſt, reſtituere debet.

Quid ex re mulieris poſſideat] ,, Obligatio ergo hic oritur ex eo, quod aliquid alieni teneat.

Si conſumſeris nummos, quos mihi ſervus ſurripuerat] Qui conſumſit rem alienam, plus ſuo habet, eoque facto alii aliquid abeſt, quod proinde ei, cui id abeſt, reſtitui debet.

Peculiares putans] ,, I. e. in peculio ſervi eſſe putans: nam de peculio ſervus diſponere poteſt.

Quaſi res mea ad te ſine cauſa pervenerit] ,, Nam peculium ſervi, quod tu a me cum ſervo emiſti, ipſo jure minutum eſt; plus debito tibi accepiſti: adeoque ex re mea locupletior factus es, tuaque conſumtione mihi aliquid abeſt; hoc igitur reſtituere mihi debes. *d. l.* 30. Adde *l. 32, ff. ſi cert. pet. L. 4, C. Eod.* At hæc reſtituendi obligatio itidem non eſt ex jure in re, ſed ex obligatione, & debito perſonæ: condictiones enim actionem perſonalem producunt.

Pupilli non tenentur commodati ſecundum leges Romanas] Immo nec ſecundum leges naturæ, propter immaturitatem judicii. *Vid. ſupr. L. 2, c. 3, §. 6.* Si tamen aliquid alieni tenent, obligantur non ex diſpoſitione ſua, ſed ex detentione juris alieni.

Tamen utilis actio dabitur ſi locupletior factus eſt] ,, Leges Romanæ urilem actionem commodati dant, cujus nomen mere civile eſt: ratio aurem, qua nititur illa actio, eſt ex jure naturali; nam pupillus hoc caſu plus ſuo habet, & aliquid alieni tenet, quod ei, cujus eſt, ex lege naturæ reſtituere debet. *L. 3, ff. Commod.* Conf. *l.* 13. §. 1, *ff. Cond. ind. l. 10, in ſ. de Inſtit. act. l. 5, pr. & §. 1, Auth. tut.* At itidem notandum eſt, hanc obligationem non eſſe ex jure in re, ſed ex obligatione, & debito perſonæ.

Sic ſi aliena res pignori data, & a creditore vendita fuerit] Caſus *l.* 12, §. 1, *ff. diſtr. pign.* hic eſt: Cajus rem Seji pignorat Mevio creditori; hic vendit rem: Sejus, qui rei dominus eſt, eam evincit ab emtore; quæritur, quis hoc caſu plus ſuo habeat, eoque obligetur? Reſp. *Creditor* non habet plus ſuo; ſed æs ſuum recepit, & vendere licuit ex natura pignoris. *Emtor* itidem non habet plus ſuo; ſed potius pretium, quod pro pignore dedit, ei abeſt facto licito Mevii, qui vendidit. Solus ergo *debitor* plus ſuo habet; quia liberatus eſt venditione pignoris, adeoque quod habet, non æs ipſius eſt, ſed alienum.

Additio.

,, Textus obſcurus eſt, & uberiori interpretatione indiget. Caſus autem hic eſt: A. mutuo accepit 100 a creditore B, & huic in ſecuritatem debiti pignus dat, quod pertinet ad C. Poſtea, non ſoluto debito, creditor pignus bona fide vendit D. Quæritur, an pretium, quod creditor B ex pignore accepit, liberet debitorem A? Equidem, quod 1. ad *creditorem* attinet, JCtus diſtinguit, an is vendiderit pignus emtori D, ſub lege *ne teneatur ad evictionem*; an vero vendiderit *ſub lege evictionis*? *Priori* caſu omnino liberatur debitor quantum ad *creditorem* attinet, quia huic vere ſatisfactum eſt; accepit ſuam pecuniam, & quidem irrevocabiliter, ex pignore etſi alieno: adeoque proficit hæc pecunia debitori. *Poſteriori* caſu non liberatur debitor, quia nondum ſatisfactum eſt creditori, qui ad evictionem emtori tenetur. At alia quæſtio 2. eſt, an pretium, quod creditor ex pignore vendito accepit, liberet debitorem a perſecutione *domini pignoris* quamdiu hic nondum evicit pignus ab emtore? Quod merito negatur: & actio omnino datur domino pignoris contra debitorem A; quia ei aliquid abeſt facto debitoris, utpote qui ex alieno pignore liberatus eſt, & hactenus plus ſuo habet. Quid ſi 3. dominus pignoris rem ab ipſo emtore evicerit, eoque debitor quantum ad dominum pignoris quoque, qui omne jus ſuum recepit, liberatus ſit, an idem debitor liberatur quoque ab *emtore*? Negat JCtus, quia emtori ſecuta evictione aliquid abeſt, & debitor, qui pecunia emtoris liberatus eſt, plus ſuo habet, quod reſtituere debet ei, cui aliquid abeſt.

Pro pretii accepti quantitate liberatur debitor]

Digitized by Google

bitor] ,, Nam ſatisfactum eſt cred tori per
,, diſtractionem pignoris.

*Æquius debitori proficiet, quam credito-
ris lucro cederet*] ,, Hoc tantum verum eſt
,, in caſu, ubi creditor ita vendit, *ne de evi-
,, ctione teneatur. d. l.* 12; quia tunc vere
,, ſatisfactum eſt creditori ex pignore: adeo-
,, que contra debitorem ulterius agere ne-
,, quit. Si proinde creditor peteret pecuniam
,, a debitore, ultra ſuum peteret, & lucrum
,, captaret ex re aliena.

*Sed emtori debitor tenetur, ne ex aliena
jactura lucrum ſibi quærat*] ,, Hoc verum eſt
,, ſi res ab emtore evicta eſt: nam antequam
,, evicta eſt, debitor tenetur *domino pigno-
,, ris*, non *emtori. d. l.* 12. *Priori* enim caſu
,, *emtori* aliquid abeſt culpa debitoris; & hic
,, liberatus eſt a rei domino, cui ſatisfacere
,, debuiſſet: adeoque plus ſuo habet. *Poſte-
,, riori* caſu emtori re nondum evicta nihil
,, abeſt, ſed ſoli domino pignoris: cum igi-
,, tur hic culpa debitoris rem amiſerit, debi-
,, torque inde liberatus ſit; ideo debitor obli-
,, gatus eſt domino, quia lucrum quæreret
,, aliena jactura.

*Univerſos in quantitatem acceptos ferre de-
beret*] ,, Debitor ergo non tantum liberatur
,, quantum ad *creditorem*, cui ex pignore
,, vendito, etſi alieno, ſatisfactum eſt: ſed
,, & creditor ſi ex re pignorata fructus ma-
,, jores (i. e. legitimas uſuras excedentes)
,, perceperit, eas imputare in ſortem debet,
,, adeo ut hactenus quoque id, quod cre-
,, ditor ex pignore alieno percepit, proficiat
,, debitori potius, quam creditori, cui plene
,, ſatisfactum eſt.

*Similiter ſi cum debitore meo non tanquam
meo, ſed alienum debitorem putans egiſti*]
Caſus *L.* 32, *ff. reb. cred.* hic eſt: Tu a me,
& Titio rogas pecuniam mutuam; ego mando
debitori meo Cajo, ut tibi ſolvat pecuniam
illam: Tu ex errore, & putans Cajum eſſe
debitorem Titii, promittis te reſtituturum pe-
cuniam Titio; quæritur, an tu mihi ex con-
tractu illo obligeris? & recte id negat JCtus,
quia tu nullum negotium mecum contraxiſti,
ſed cum debitore meo Cajo, quem putaſti
debitorem Titii. At quia tu accepiſti pecu-
niam meam, adeoque plus tuo habes, ego
autem minus meo; æquum, & regulæ na-
turæ conveniens eſt, ut mihi reddas pecu-
niam meam, quæ ad te pervenit. *d. l.* 32.

3 *Ad facta ſimilia hæc recte producunt*] ,, Cum
,, enim ſit naturæ regula, ad infinitos caſus
,, applicari poterit; unde hæc obligatio jure
,, Digeſtorum oriri dicitur *ex variis cauſarum
,, figuris*.

*Is ad pecuniam ex bonis ſuis redactam ad-
mittatur*] Quia hæc pecunia ex ejus bonis eſt,
adeoque ei reſtitui debet. At, ais, cur non
ipſa potius res vendita reſtituitur? Reſp. id
jure civili ita ſtatutum eſt in pœnam la-
titationis.

*Qui pecuniam credidit patri ad alendum
filium &c. in ipſum filium actionem habeat*]
Quia filius aliquid percepit ex re mea, adeoque
ex pecunia aliena, quam proinde mihi ab eo
reſtitui æquum, & bonum eſt. Vid. *Jaſon.
ad L. ſi a me & Titio.* 32, *ff. Reb. cred.* §. 3.

His regulis duabus recte intellectis] ,, Ni-
,, mirum 1. quod *in rebus exſtantibus* obli-
,, gatio oriatur ad reſtituendum; quia intro-
,, ducto dominio hæc quaſi ſocietas contracta
,, videtur inter dominos, ut qui rem alienam
,, in ſua poteſtate haberet, eam domino red-
,, deret. 2. Quod *in rebus non exſtantibus*
,, humano generi placuerit, ut is, qui ex
,, re aliena factus eſt locupletior, id reſtitue-
,, re teneatur.

,, At jam probavi, ex his duabus regulis
,, nullam oriri obligationem, nedum ex va-
,, gis, & vanis ejuſmodi conjecturis princi-
,, pium obligationum inferri poſſe. Omnia
,, ſequuntur ex ſimpliciſſimo principio: quod
,, is, qui vel rem alienam, vel utilitatem ex
,, re aliena tenet, aliquid alieni, & jus alie-
,, num teneat; quod proinde tribuere debet
,, ei, cujus eſt res, & ad quem ejus utilitas
,, pertinet.

*Non difficilis erit reſponſio ad eas quæſtio-
nes, quæ & a JCtis, & a Theologis &c.
proponi ſolent*] ,, Ex duabus illis regulis nulla
,, decidendi ratio peti poteſt; quod ex ſe-
,, quentibus Auctoris exemplis apparebit. In-
,, finiti autem tales caſus exiſtere poſſunt,
,, & præter mox ſequentes, alios afferunt
,, Auctores a Grotio in margine allegati.

,, Ita enim Covarruvias in *alleg. Cap. Pec-
,, catum* 1, *part.* 2, §. 1, quærit, an mere-
,, trix ſecuta copula mercedem promiſſam
,, petere poſſit? & affirmatur, quia operam
,, promiſſam præſtitit, adeoque alter obliga-
,, tus eſt a ſua parte promiſſis ſtare; hacte-
,, nus enim plus ſuo habet. At bene notan-
,, dum, hanc obligationem non ex re oriri,
,, ſive exſtante, ſive non exſtante; ſed ex
,, pacto, cujus cauſa turpis eſt: de qua obli-
,, gatione *cap. ſeq.* agetur.

,, Leſſius *de juſtitia, & jure l.* 2, *c.* 14,
,, quærit, an is, qui dubitat num ſit res alie-
,, na,

Digitized by Google

„ na, eam poſſit accipere, retinere, aliena-„ re? &c. Negat Grotius: *vide l.* 2, *c.* 21, §. „ 2, §. 3, *n.* 4. Sed rectius affirmamus in no-„ tis *ibid.* quia per ſolam dubitationem non „ habeo plus meo, & aliud eſt de virtute „ quærere, aliud de jure.

„ Jaſon *ad leg. ſi me, & Titium &c.* 32, „ *ff. de Reb. cred.* ait, 1. in omni officio ju-„ dicis nobili ſubeſſe obligationem, quæ ori-„ tur ex illa æquitate, quod locupletior ex „ re aliena factus ſim. 2. Si aliquis habet a „ me mandatum limitatum emendi talem „ rem pro 8 duntaxat, & emat pro 10, & „ mihi tradat; ait, eum poſſe a me repete-„ re illa duo ex æquitate illius legis; quod „ verum non eſt. *Vid. Laut. comp. p.* 288. „ 3. Si aliquis habet ſolam poſſeſſionem rei, „ eaque poſſeſſio perveniat ad te ſine vitio; „ ait, ex eadem æquitate poſſeſſorem a te „ poſſe condicere poſſeſſionem; quia tu ali-„ quid alieni tenes, quod ei, cujus eſt, ex „ naturali ratione reſtituere debes.

Et a Theologis internum animi tribunal inſtruentibus] „ Theologia enim jura docet, „ quæ inter Deum, & homines obtinent, „ & in cultu conſiſtunt, ac animi purita-„ tem requirunt.

Ad §. III.

Bonæ *fidei poſſeſſorem non teneri ad ullam reſtitutionem ſi res perierit*] Quia non habet ultra ſuum, nec alii aliquid abeſt poſſeſſoris facto, aut culpa, ſed caſu.

Nam malæ fidei poſſeſſor ultra rei rationem ex facto ſuo tenetur] Immo eadem ratio eſt in m. f. poſſeſſore, ſi apud dominum æque peritura fuiſſet. Nam itidem domino nihil abeſt facto poſſeſſoris, ſed caſu. Neque enim quod ſciens rem alienam teneo, hunc effectum producere poteſt ut caſum præſtem, qui ſine facto meo contigit, & per quem omne jus domini exſtinguitur.

Injuſto, effectum malæ fidei eſſe, quod perpetuo in mora ſit, adeoque omne periculum in debitorem transferatur. *L.* 23, *l.* 82, §. 1. *V. O.* Reſp. hoc jure civili in pœnam moræ ita conſtitutum eſt, adeoque ex diſpoſitione juris civilis oritur.

Quia nec res ipſa apud eum eſt, nec lucrum ex re] Adeoque ultra ſuum nihil habet, quod alteri tribuere debeat.

Ad §. IV.

Bonæ *fidei poſſeſſorem teneri ad reſtituendos etiam fructus exſtantes rei*] *Leſſ. d. c.* 14, *dub.* 2. Hos enim fructus habet ex re aliena, adeoque ultra ſuum.

Nam induſtria fructus etiam ſi ſine re non procederent, rei tamen non debentur] Immo etiam hi fructus, qui ex re aliena oriuntur, etſi noſtra induſtria, reſtituendi ſunt rei domino; alias enim fructus omnes cederent b. f. poſſeſſori, quia nullus fere fructus abſque induſtria producitur. Sane, induſtriæ effectus non eſt ut inde debeantur fructus: adeoque nihil ad eum pertinet præter utilitatem operæ.

Poſſeſſor igitur pro opera ſua mercedem petere poteſt, nam cum rei dominus ex opera mea lucrum ceperit, operæ ejus utilitas æſtimari, & ea reſtitui poſſeſſori debet. Atque ita ipſe Auctor rem explicavit ſupra *L.* 2, *c.* 8, §. 23.

Cauſa hujus obligationis eſt ex dominio] „ Immo non eſt ex dominio, ſeu ex jure in „ re, quod quis in fructus habet; nam hi „ fructus nunquam fuere in dominio ejus, „ ad quam res pertinet; adeoque dominus „ rei repetit fructus non ex jure aliquo in „ re, ſed ex obligatione, quæ in perſonam „ oritur, & quæ nititur ratione, & æqui-„ tate naturali, quod nemo locupletior fieri „ debeat ex re aliena.

Nam qui dominus eſt rei, idem naturaliter dominus eſt fructuum rei] „ Hoc verum „ eſt quamdiu fructus pendent; tunc enim „ ſunt pars arboris. *L.* 44, *R. V.* At percepti „ deſinunt eſſe pars arboris, ſpecies muta-„ tur, adeoque naturali ratione fructus per-„ cepti fiunt percipientis. *vid.* §. *ſeq.* Neque „ obſtat quod tamen vindicari poſſint, *L.* 17, „ §. 1, *R. V. l.* 35, §. *Cod.* quod verum non „ eſſet ſi ſaltem jus in perſonam competeret. „ Reſp. JCti actiones reales arbitrarias fece-„ re: i. e. tales, ut judex etiam de fructibus „ perceptis, omnique cauſa rei pronuntiare „ poſſit, *d. l.* 17, §. 1. Adeoque judex una „ ſententia omnia jura, quæ diverſis actioni-„ bus peti deberent, comprehendit: *d. l.* 35.

Ad §. V.

Bonæ *fidei poſſeſſorem teneri ad reſtitutionem*

Digitized by Google

tionem & rei, & fructuum conſumtorum, ſi modo alias quoque tantundem conſumturus fuerat] Immo bonæ fidei poſſeſſor ſimpliciter tenetur fructus conſumtos reſtituere, quia ex re aliena conſumſit, & ex hoc facto poſſeſſoris rei domino aliquid abeſt. *Leſſ. d. c.* 14, *dub.* 1. At jure civili beneficium hoc datum eſt bonæ fidei, *qua titulum habet*, ut tales poſſeſſor lucretur fructus, licet locupletior factus ſit. *L.* 48, *pr. A. R. D.* Quanquam plerique Doctores æquitatem naturalem ſecuti, hanc diſpoſitionem juris civilis limitent, ut non reſtitui debeant ſi poſſeſſor inde locupletior factus non eſt. *Vid. L.* 2, *c.* 8, §. 23, & 24.

Additio.

Quæſtionem hanc explicavi in *jure meo controverſo Tit. de acquir. rer. dom. q.* 25, & *in Diſſert. Proœm. XII.* §. 267. Conf. ea, quæ diximus ſupra *L.* 2, *c.* 8, §. 23.

Si modo alias quoque tantundem conſumturus fuerat] ,, i. e. Si res illa non fuit cauſa ,, ut liberalius vixerit. *Gron. b.* At diximus, ,, poſſeſſorem rei alienæ teneri ad omnem utilitatem, quam percepit ex re aliena, & ,, in quam nullum jus habet. Hoc enim facto ,, poſſeſſoris domino aliquid abeſt.

Sic laudatur circa initia imperii C. Cæſar Caligula] Alia hæc cauſa eſt. Loquitur Suetonius de regnis bello occupatis, unde Cæſares non ex ſola bona fide, ſed ex juſto victoriæ titulo fructus percipiebant; hos ergo Caligula non ex neceſſitate juris, ſed ex mera gratia victis regibus reſtituit: atque hoc factum laudat Suetonius *in Cal. c.* 16.

AD §. VI.

NON *teneri eum ad fructus, quos percipere neglexit*] *Leſſ. d. c.* 14, *dub.* 2, *n.* 12. In genere hic notandum, quod regulariter nemo teneatur ex eo, quod quis non fecit in re aliena, etſi damnum cavere potuiſſet, idque virtutis fuiſſet. Sane, nemo tenetur alterius damnum præcavere; neque enim hactenus alieni quid tenet, neque alii ejus facto aliquid abeſt. *Vid. infr. c.* 17: quo pertinet exemplum *capitis ſeq.* §. 9. At ſi quis rem alienam tenet, & in ea fructus percipere neglexit, etſi ignorat eſſe alienam, omnino obligatur, quia ex detentione rei alienæ, adeoque facto poſſeſſoris, aliquid abeſt rei domino, qui fructus illos percipere potuiſſet. Jure civili rigor juris naturalis mutatus eſt, & b. f. poſſeſſor obligatur ad reſtituendum fructus etiam percipiendos.

Additio.

,, Verior mihi videtur ſententia Auctoris, ,, bonæ fidei poſſeſſorem etiam naturali ratione non teneri ad fructus percipiendos. *Quia nec rem habet, nec quidquam, quod loco rei ſuccedit*] ,, i. e. Nullam utilitatem ,, habet ex re aliena. Neque *obſtat* quod ex ,, detentione rei alienæ, adeoque facto poſſeſſoris aliquid abſit domino rei, qui fructus percipere potuiſſet. Reſp. factum hoc ,, detentionis eſt licitum; ſupponitur enim, ,, poſſeſſorem juſtam opinandi cauſam habere ,, rem ſuam eſſe: adeoque dum putat rem ,, ſuam eſſe, potuit negligere fructus, indeque ratione domini merus caſus eſt. Aliud ,, ergo dicendum, ſi malæ fidei poſſeſſor fructus percipere negligit; tunc enim facto ,, poſſeſſoris illicito mihi aliquid abeſt, quod ,, damnum reſtituere tenetur.

AD §. VII.

SI *talis poſſeſſor rem ſibi donatam alii donaverit, non teneri eum*] *Leſſ. d. c.* 14, *n.* 13. Quia nec plus ſuo h bet, nec domino aliquid abſtulit, aut ei nocuit: adeoque ultra facultates a natura ſibi conceſſas nihil habet, aut egit; nihil ergo eſt quod reparare debeat. Sed & domino rei ſalvum jus eſt contra poſſeſſorem. Idque verum eſt, etſi poſſeſſor rem ſibi donatam alii donet doloſe, quia revera nihil alieni habet, neque domini intereſt, utpote qui æque ab alio recuperare rem poteſt, niſi difficilior ſit conventio. Si res perit caſu, omne jus tollitur.

Niſi omnino etiam ſine hac re donaturus tantundem fuiſſet] Ex tali præſumtione vaga nulla obligatio oritur: quid ſi talis poſſeſſor neget ſe tantundem donaturum fuiſſe? ſane, negotium hoc, futurum forte, nec negotium eſt, nec perfectum; ex imperfecto vero negotio nullum jus oriri poteſt.

Atqui pepercit rei ſuæ. Reſp. 1. De eo non conſtat; forte enim ideo iterum donavit, quod parum eam curaret, alias non donaturus. E contrario 2. de eo certo conſtat, quod aliam rem donaverit, adeoque id, quod forte donaturus erat, in ejus bonis manſerit. Is igitur, qui rem alienam donatam alii donat, nihil alieni habet, nec domino rei injuria fit, quia jus ei ſalvum manet contra quemcunque

Digitized by Google

cunque poſſeſſorem: neque donatario actio datur, quia non plus juris tranſtulit, ac ipſe habuit.

Ad §. VIII.

Si *rem emtam vendiderit, non teneri*] Quando bonæ fidei poſſeſſor vendit rem, quam a non domino emit juſto pretio, omnino tenebitur, & rei dominus duos habet debitores: 1. venditorem, qui pretium habet ex re aliena, adeoque alienum; cum pretium rei non ſit niſi domini: 2. emtorem, qui rem tenet; uterque enim plus ſuo habet. *Vid. Leſſ. d. c. 14, n. 26.*

Sed unius ſolutione uterque liberatur, quia nihil amplius abeſt domino; ſi enim *rem* recipit, habet quod petit, ſi *pretium*, tantundem habet, adeoque ei ſatisfactum eſt: certum enim eſt, domini non eſſe rem, & pretium ſimul, ſed alterutrum.

Si ab *emtore* rem repetit, huic datur regreſſus contra venditorem, quia hic jam ſolus plus ſuo habet: tenet pretium ex re aliena, quod ei, cui abeſt aliquid facto venditoris, reſtitui debet. Idem dicendum ſi *venditor* ille ab alio bona fide emerit; tunc enim a ſuo auctore repetit pretium, & ſic ulterius, donec perveniatur ad eum, qui primus ſine cauſa accepit, & alii tradidit. Si auctor non ſit ſolvendo, caſus eſt, qui nocet repetenti: atque hoc eſt fundamentum totius materiæ evictionum.

Additio.

„ Fateor, ſententiam Grotii magis con„venire æquitati: & bonæ fidei poſſeſſorem, „ qui rem emtam juſto pretio vendit, non „ teneri domino, quia plus ſuo non habet; „ pretium enim, quod ipſe pro re illa ſol„vit, recipere cenſetur. Non ergo locuple„tior factus eſt ex re aliena, pro qua tan„tundem erogavit: neque domino ſit præ„judicium, quia ei jus ſalvum eſt contra „ quemcunque poſſeſſorem. Atque hactenus „ valet argumentum, quod Auctor ex *l.* 48, „ §. *f. de Furt.* deſumſit, dominum non „ poſſe pretium rei furtivæ repetere, quia „ nummus ex re furtiva redactus non eſt „ furtivus.

Niſi quatenus forte pluris vendiderit] Immo totum pretium, quod bonæ fidei poſſeſſor ex venditione rei alienæ accepit, alienum eſt: adeoque illud ſive domino, ſive emtori ſecuta evictione reſtituere debet.

Additio.

„ Immo venditor, præter id, quod plu„ris vendidit, nihil alieni habet, ſed ſuum „ recipit.

Quod ſi donatum vendiderit, teneri ad reſtituendum pretium] Nam hoc abeſt domino, adeoque hactenus donatarius plus ſuo habet: nec is regreſſum habet contra donantem, quia ipſi nihil abeſt: non res, nam hæc eſt aliena; non pretium, quia hoc non dedit, ſed donato rem accepit.

Niſi forte prodegerit pretium, alias non producturus] Immo ex hoc ipſo facto prodactionis abeſt aliquid rei domino, quod proinde prodigens reſtituere debet ei, cui ex illa prodactione aliquid abeſt: eodem modo uti b. f. poſſeſſor reſtituit domino fructus b. f. conſumtos.

Additio.

„ Factum hoc prodactionis non eſt illici„tum, quia bonæ fidei poſſeſſor inſtar do„mini eſt, & de re ſua diſponere videtur. „ Non ergo culpam committit, qui rem ſuam „ prodigit.

Ad §. IX.

Rem *alienam bona fide emtam reſtituendam*] Quia emtor plus ſuo habet, & aliquid alieni tenet. 1

Nec poſſe erogatum pretium repeti] Nam pretium hoc non abeſt facto domini, ſed venditoris: res domino gratis eſt reddenda; emtor autem a venditore pretium, quod ex re aliena, adeoque ultra ſuum habet, repetit.

Niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio non potuit] Quod ad has impenſas attinet, plus ſuo habet; quia ipſe illas erogaturus erat de ſuo, cum aliter ſuum recuperare non potuiſſet.

Ut puta ſi res apud piratas fuerit] „ Qui „ abſque Lytro reſtituere rem non ſolent.

Quantum dominus impenſurus libenter fuerat] „ Immo omne id ſolvere debet, per „ quod res ſalva eſt.

Ipſa enim facti poſſeſſio] „ I. e. Quod actu „ poſſideant piratæ.

Eſt aliquid æſtimabile] „ Quia ſine impen„dio illo res ei ſalva non fuiſſet.

Et in hoc dominus poſt rem amiſſam cenſetur factus locupletior] „ Res enim ſalva eſt „ ex impendio alieno.

Et ideo cum rei ſuæ emtio ordinario jure non

non valeat, valere tamen eam &c. ſi ab initio id convenit ut poſſeſſio, quæ apud alterum eſt, ematur] Immo hoc caſu non eſt emtio rei ſuæ; hæc enim nunquam valet, quia res, quæ ſemel mea eſt, nunquam amplius mea fieri poteſt: ſed emitur poſſeſſio aliena.

Cum animo ut domino reſtitueretur] Verum eſt, animum nihil efficere in re aliena: poſſeſſor tenetur eam reddere domino, & dominus impendia reſtituere, etſi poſſeſſor animo ſibi lucrandi emerit, nam pecunia hæc impenſa eſt in utilitatem domini, adeoque hic plus ſuo habet, quod invitus quoque reſtituere tenetur.

Quo caſu negotiorum geſtorum actionem naſci, ſunt qui ajant, ſunt qui negent] Prior ſententia omnino vera eſt. Dixi enim, animum, & intentionem in re aliena nihil efficere: adeoque poſſeſſor actione negotiorum geſtorum contraria impenſas, quas in rem alienam impendit, petere poteſt. Error diſſenrientium ex eo oritur, quod putent actionem negotiorum geſtorum oriri ex tacito, ſeu præſumto conſenſu, animoque inducendi obligationem.

Additio.

,, Utramque quæſtionem, *an ſcilicet quaſi*
,, *contractus oriatur ex conventione a lege*
,, *præſumta, vel ficta?* & porro, *an in ge-*
,, *ſtione negotii alieni præciſe requiratur, ut*
,, *gerens animum habeat ut domino reſtitue-*
,, *retur?* examinavi in jure meo controver-
,, ſo: Priorem *in tit. de pact. q.* 1. Poſterio-
,, rem *in tit. de Neg. geſt. q.* 1. Conf. *Diſſ.*
,, *Proœm. XII*, §. 567, §. 568.

Nam negotiorum geſtorum actio ex lege civili naſcitur] Imo oritur ex eodem principio naturæ, quo omnis alia obligatio; quia gerens plus ſuo habet ex illa geſtione, quod reſtituere debet ei, ad quem utilitas illa jure pertinet: eodem modo, quo omnis reſtituere debet rem alienam ei, cujus eſt.

Nullum enim habet eorum fundamentorum, ex quibus natura obligationem induit] ,, Fun-
,, damentum obligationis naturalis hic in
,, aprico eſt; ſemper enim quis obligatur ſi
,, locupletior factus eſt ex re aliena: quod
,, quis enim ex alieno habet, alienum eſt,
,, adeoque ei reſtituendum, cujus eſt, ſive
,, animum habeat reddendi, ſive non. Vide
,, omnino *Diſſ. Proœm. XII*, §. 568.

2 *Non diſſimile eſt, quod de funeraria ſcripſit*]
,, Hæc actio ex errore illo nata eſt, quod
,, ſepultura jure naturæ defunctis ſit debita,
,, propter manes ſuperſtites circa corpora de-
,, mortuorum oberrantes. *Vid. lib.* 2, *c.* 19.
,, Quod cum verum non ſit, merito aſſeri-
,, mus, eum, qui impendit in funus alie-
,, num, jure naturæ actionem contra fami-
,, liam defuncti non habere. Sane, ratio,
,, quod defuncti videatur gerere negotium,
,, (*l.* 14, §. 13. *junct. l.* 1, *de Religios.*) mere
,, civilis eſt; cum defuncto enim nullum
,, negotiom eſſe poteſt.

,, At poſito illo principio, quod familiæ
,, neceſſitas ſepeliendi lege incumbat, verum
,, omnino eſt utiliter familiæ negotium geri,
,, adeoque hactenus funerariam actionem
,, contra hæredes locum habere.

Non meram negotiorum geſtorum actionem imitari, ſed ſolutius æquitatem ſequi] ,, Fu-
,, neraria enim actio etiam datur contra hæ-
,, redem prohibentem (ſecus, ac in nego-
,, tiorum geſtorum actione. *L.* 40, *Mand. l.*
,, 8, §. *f. ff.* & *L. fin. C. Neg. geſt.*) quia ne-
,, gotium non cum hærede, ſed cum defun-
,, cto, cujus proprie negotium eſt, inter-
,, cedere fingitur. *d. l.* 14, §. 13. *junct. l.* 1,
,, *de Religios.*

Cum ei hoc actionis natura indulgeat]
,, Rationem modo allegavimus; fingitur enim
,, eſſe negotium defoncti, non hæredis pro-
,, hibentis.

Si quis negotia mea geſſit non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa] Dixi, in negotiorum geſtorum actione non inſpici quo animo, quave intentione alterius negotium geratur; ſed ſufficit quod alii ex illa geſtione aliquid abſit, ac gerens plus ſuo habeat: hoc igitur alienum eſt, quod reſtitui debet ei, cujus eſt; neque minus, ſed magis obligatur, ſi ſui lucri cauſa ex re aliena aliquid percepit, quia & ultra ſuum habet, & accedit delictum. *L.* 6, §. 3, *Neg. geſt.*

Si talis geſtor impenſas fecerit in illo negotio, quæritur, an eas repetere poſſit? videtur negandum, quia ceſſat quaſi contractus, cum conſtet, ſui lucri cauſa eum impendiſſe; ſed recte JCtus ait, prædoni tali actionem dandam *ſi rei dominus locupletior factus eſt.* Hæc igitur actio non oritur ex facto geſtoris, quod illicitum eſt; ſed quia is, cujus negotium utiliter geritur, plus ſuo, & aliquid alieni habet, quod reſtituere debet.

Non quidem in id, quod dedit] ,, Nam ſi
,, id, quod geſtor dedit, in utilitatem rei
,, meæ non vergit, uti ſi indebitum ſolvit,
,, nulla ratione obligor, quia geſtor de meis
,, bonis diſponere nequit: *l.* 23. *f. N. G.* Non
,, autem requiritur ut utilitas actu exſtet;
ſed

Digitized by Google

„ ſed ſufficit, ſemel utiliter geſtum eſſe. *l.* „ 12, §. 2, *ff. Neg. geſt.* Aliud autem ſtatu„ tum eſt jure Romano, ſi geſtor deprædan„ di cauſa meum negotium geſſit, adeoque „ improbe ad mea negotia acceſſit, & ſuo „ lucro, non meo commodo ſtuduit: *l.* 6, „ §. 3, *ff. Eod.* Hoc enim caſu tantum te„ neor ad utilitatem, quæ actu exiſtit, quia „ ſuum magis, quam meum negotium geſſit. „ *d. l.* 6, §. 3.

Sed in id, quod ego locupletior ſum] „ Etſi „ enim mala fide egerim, ejus tamen effe„ ctus non eſt ut alter locupletior poſſit fieri „ mea jactura, & ex re mea.

Sic enim & domini rerum, quarum jactu levata eſt navis, partem recuperant] „ Ex „ ratione juris non magis hujus, quam alte„ rius merces jactari poſſunt: ſi tamen id fit, „ reliqui ex hoc jactu plus ſuo habent, & „ merces eorum ſalvæ ſunt; adeoque pro ra„ ta ei, cui per jactum aliquid abeſt, dam„ num reſtitui debet. *L.* 1, *ff. L. Rhod. de* „ *jactu.* Hinc præciſe requiritur ut per jactum „ illum res navis ſalvæ ſint. *l.* 4, §. 1, *eod.* „ *l.* 5, *Eod.*

Quia & qui rem alioqui perituram ſervavit] „ Uti hic ſervavit per jactum rei alte„ rius.

In hoc videtur locupletior] „ Sane, is cu„ jus res jacta eſt, per hanc ſervationem „ rei alterius fit pauperior: huic igitur ali„ quid abeſt, quod ab eo, cujus res cum al„ terius jactura ſalvæ ſunt, & qui proinde „ plus ſuo habet, reſtitui debet.

Ad §. X.

Non *poſſe eam reſtituere venditori ut pretium ſervet*] *Vid. Leſſ. d. c.* 14, *n.* 13, & 26. Cur non? Si venditor rem velit recipere reſtituto pretio, id omnino licitum erit. Sane, emtor injuria non agit, quia pretium recipit rei bona fide emtæ. Neque domino rei fit injuria, utpote cui jus contra quemcunque poſſeſſorem ſalvum eſt.

Quia ex quo res in ejus fuit poteſtate, cœpit obligatio reſtituendi] „ At excipitur merito „ caſus, ſi venditor recipit rem, negatque „ domino jus eſſe rem illam petendi, adeo„ que liti, & cauſæ ſe offert. Hoc igitur „ caſu nulla domino fit injuria, utpote qui „ jus ſalvum habet contra illum venditorem: „ neque emtor judex eſt inter venditorem, „ & rei dominum.

Ad §. XI.

Eum, *qui rem habet, cujus dominus ignoratur, non teneri naturaliter eam rem pauperibus dare*] *Vid. Leſſ. d. c.* 14, *n.* 31, & 48. Pauperes enim nihil juris in illa re habent, nec illis aliquid abeſt.

Quanquam valde hoc pium ſit] „ Ex eo, „ quod virtutis eſt, nulla ſequitur obligatio „ juris.

Et recte multis in locis conſtitutum] „ Ta„ lis conſtitutio eſt in jure Canonico, ubi „ ejuſmodi bona, quorum dominus ignoratur, „ nec fiſco cedunt, nec inventori; adeo ut „ ſi inventor eam rem ſibi arroget, rapinam „ contrahat. *c.* 14, *q.* 5. *Peregr. d. j. fiſci L.* 4, „ *c.* 3, *n.* 29. Sed Epiſcopo loci aſſignanda „ res eſt, ut eam in pauperes, & pias cauſas „ convertat, in quas proprium dominum „ cedere voluiſſe canones præſumunt. *Peregr.* „ *d. l.*

Quia ex dominio nemo jus habet præter dominum] „ Vera ratio eſt, quod pauperibus „ nihil de ſuo abſit. Nam ratio, quod ex do„ minio nemo jus habeat niſi dominus, pu„ gnat cum principiis Auctoris: qui ſi domi„ nus non apparet, rem putat pertinere ad „ fiſcum jure dominii generalis. *Vid. ſupr.* „ *c.* 3, §. 19.

Non eſſe autem, & non apparere] „ *L.* 30, „ *ff. de teſt. tut. L.* 16, §. 3, *Eod.*

Ad §. XII.

Quod *ob cauſam turpem*] „ v. g. Si „ meretrix rem accipit pro ſtupro: *L.* 4, §. 3, „ *Cond. ob turp.*

Aut honeſtam, ad quam quis obligabatur] „ Quando quis pecuniam accepit ne furtum „ faciat, ne ſtuprum committat, ne male „ judicet, &c. *Vid. Laut. Comp.* 198.

Non eſſe reſtituendum] 1. Quia accipiens jus in illam rem habet ex diſpoſitione, & traditione domini, qui prout de re ſua diſponit, ita jus eſt. Sane 2. nihil magis naturale eſt, quam voluntatem domini rem ſuam in alium transferre volentis ratam habere. Sed & 3. non ideo, quod turpe aliquid eſt, id quoque injuſtum eſt. Neque ultra ſuum habet qui ex diſpoſitione domini, etſi turpi, rem tenet. Adeoque ex turpitudine, quæ injuſti-

Digitized by Google

tiam non infert, nec exceptio datur contra agentem. *Leſſ. d. c.* 14, *n.* 51.

Quanquam hoc quoque non immerito legibus quibuſdam introductum eſt] ,, Uti jure
,, Romano in caſu, ubi tantum accipientis eſt
,, turpitudo. *L.* 1, §. 2, *l.* 4, §. 2, *ff. l.* 4, *l.*6.
,, *C. Cond. ob turp. Cauſ. Conſ. l.* 32, §. *ſ.*
,, *don. int. vir. & ux. l* 9, *in fin. de jur.*
,, *fiſci. l.* 5, *de calumniat. L.* 1, *C. de lib. nat.*
,, *Oldend. in act. claſ.* 6, *act.* 7. *Habn ad*
,, *Weſ. tit. de Cond. ob turp. n.* 4. *Laut.*
,, *Comp. p.* 198. Sed hoc ex lege poſitiva eſt,
,, & pœnale.

Quia ratione rei nemo tenetur, niſi res ſit aliena; hic autem dominium tranſit ex prioris domini voluntate] ,, Etſi igitur cauſa, ob
,, quam datur, turpis ſit: etſi is, qui accipit,
,, ex juris ratione id, quod promiſit, facere
,, teneatur; negari tamen nequit, dominium
,, tranſiiſſe in dantem ex domini voluntate,
,, adeoque accipientem non tenere rem alie-
,, nam, ex quo ſolo reſtituendi neceſſitas
,, oritur.

Aliud erit ſi in ipſo accipiendi modo vitium fuerit, puta extorſio] ,, Imo nec vis, & me-
,, tus impediunt conſenſum: adeoque res hic
,, in alterum æque transfertur voluntate do-
,, mini, utut coacta. *Vid. Cap. ſeq.* §. 7.

Hoc enim eſt aliud obligationis principium, de quo hic non agimus] ,, Ex ſententia Au-
,, ctoris enim is, qui vi, metuque rem extor-
,, quet, ex maleficio, adeoque ex delicto,
,, tenetur ad reſtituendum. *Vid. infra cap.* 17,
,, *per tot.* Nos jam diximus, idem hic obti-
,, nere, quod in datione, quæ fit ex cauſa
,, injuſta, vel turpi. Nam ibi quoque volun-
,, tate domini, etſi coacta, dominium trans-
,, fertur in extorquentem. At tunc ob vim
,, injuria illatam domino datur actio ex deli-
,, cto extorquentis, ad reparandum id, quod
,, per vim ejus mihi abeſt. *Conſ. Cap. ſeq.*
,, §. 7, & 10.

,, In accipiendi modo vitium quoque eſſe
,, putat, ſi inæqualitas in contractu reparan-
,, da veniat; quod examinabimus *Cap. ſeq.*
,, §. 10.

Ad §. XIII.

Rerum *alienarum in nos dominium transire ſine conſenſu domini*] Medina ait, rerum fungibilium, v. g. vini, tritici, & olei dominium etiam invito domino transferri. Recte hoc improbat Auctor: 1. quia dominus jus æque in quantitatem habet, ac in res ſuas, quod proinde ei invito auferri nequit. 2. Eripiens hanc quantitatem nullum jus in illam habet, adeoque injuria agit, quæ reparari debet. Hic ergo 3. dominus quantitatis minus ſuo, eripiens autem plus ſuo habet, quod proinde alteri reſtituere tenetur.

Functionem quidem recipere dicuntur, i. e. reſtitui poſſe per id, quod genere idem eſt]
,, Quid ſint res fungibiles, explicavi in jure
,, meo controverſo, *tit. de Reb. cred. q.* 14,
,, & 15.

Sed ita demum ſi conſenſus præceſſerit]
,, I. e. Si id inter partes actum eſt ut domi-
,, nium tranſeat, & tantundem reſtituatur:
,, adeoque non invito domino, ut Medina
,, ſtatuit.

Aut ex lege, aut more præceſſiſſe intelligatur, ut in mutuo] ,, Uti ſi ſervus meus, qui
,, peculii adminiſtrationem habet, crediderit
,, tibi. *Vid. l. Rogaſti* 11, §. *ſ. ff. Reb. Cred.*

Aut etiam ſi res, utpote conſumta, exhiberi nequeat] Re enim ſublata tollitur dominium: at id non proprium ſaltem quantitatum, ſed commune omnium rerum eſt.

Extra talem conſenſum] ,, Per quem quan-
,, titatis dominium in alterum transfertur.

Vel præſumtum] ,, Uti in caſu *d l.* 11.

Et extra neceſſitatem] ,, Quando ſcil. ipſa
,, reſtitui non poteſt, utpote conſumta.

Functio iſta] ,, I. e. reparatio juris per
,, tantundem.

,, Ex omnibus igitur cauſis hoc capite re-
,, cenſitis obligantur omnes, qui aliquid ultra
,, ſuum habent; etiam ignorantes, furioſi,
,, infantes, &c.: utpote cum hæc obligatio
,, non tam oriatur ex voluntate, aut conſen-
,, ſu, quam ex eo, quod aliquid habeat, quod
,, alteri deeſt.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XI.

De promiſſis.

I. *Refellitur ſententia ſtatuens, ex promiſſis jus naturaliter non oriri.*
II. *Aſſertionem nudam non obligare.*
III. *Pollicitationem naturaliter obligare, ſed inde alteri jus non naſci.*
IV. *Quid ſit promiſſum, unde alteri jus oritur.*
V. *Requiri ad hoc in promittente uſum rationis: ubi diſtinguitur jus naturale a legibus civilibus circa minores.*
VI. *Promiſſio errantis an, & quatenus obliget naturaliter.*
VII. *Promiſſionem ex metu obligare; ſed qui metus cauſam dedit, teneri ad liberandum promiſſorem.*
VIII. *Id quod promittitur, ut promiſſio valeat, oportere in poteſtate ſit promittentis.*
IX. *An promiſſio ob cauſam vitioſam valeat naturaliter, per diſtinctionem explicatur.*
X. *Quid ſentiendum de promiſſione facta ad conſequendam rem jam ante debitam.*
XI. *Modus valide promittendi per nos ipſos.*
XII. *Modus valide promittendi per alios; ubi & de legatis mandata excedentibus.*
XIII. *Exercitoria, & inſtitoria obligationes quatenus ex jure naturæ procedant; ubi & juris Romani error notatur.*
XIV. *Ad promiſſionis validitatem acceptationem requiri.*
XV. *An acceptatio innoteſcere debeat promiſſori, per diſtinctionem explicatur.*
XVI. *Revocari promiſſionem poſſe, mortuo ante acceptionem cui promiſſum erat.*
XVII. *An & internuntio mortuo; per diſtinctiones explicatur.*
XVIII. *An revocabilis ſit promiſſio, acceptione per alterum facta, per diſtinctiones explicatur.*
XIX. *Onus promiſſo adjici quo tempore poſſit.*
XX. *Quomodo convaleſcere poſſit invalida promiſſio.*
XXI. *Promiſſiones ſine cauſa naturaliter non eſſe irritas.*
XXII. *Qui factum alienum promiſit, ad quid naturaliter teneatur.*

I. 1. + PErduxit nos ordo ad obligationem, quæ ex promiſſis oritur: + ubi ſtatim ſe nobis objicit vir eruditionis minime vulgaris [a] Franciſcus Connanus. Is enim hanc defendit (aa) ſententiam, jure naturæ, ac gentium [1] + ea pacta, quæ non habent συνάλλαγμα, + nullam inducere obligationem: honeſte tamen impleri, + ſi modo talis res ſit, quam præſtare etiam citra promiſſum, honeſtum, ac virtuti alicui congruens fuerat. a Lib. 1. c. VI. Lib. V. c. 1.

2. Adfert autem pro ſententia ſua non tantum + Juriſconſultorum dicta, ſed & rationes has: + quod non minor ſit culpa ejus, qui temere nulla de cauſſa pollicenti I.

GRONOVII.

1 *Ea pacta, quæ non habent*] Pacta nuda, quæ placiti fine ſteterunt, quæ neque traditione, neque ſtipulatione firmata ſunt.

(aa) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 5. §. 9. & ſeqq. *J. B.*

GRO.

II. licenti credit, quam ejus, qui vanitatem adhibuit promiſſionis: deinde, + quod fortunis omnium magnum immineat periculum, ſi promiſſo, quod ſæpe ex oſtentatione magis, quam ex voluntate proficiſcitur, aut ex voluntate quidem, ſed levi, ac parum conſiderata, tenerentur homines: poſtremo, + quod
III. juſtum fuit [2] aliqua honeſtati cujuſque relinquere, nec ad neceſſitatem obligationis exigere: turpe eſſe promiſſa non implere, [3] non quod injuſte id fiat, ſed quod detegatur promiſſionis levitas.

b De Offic. 1, 10. [b] + Tullii quoque utitur teſtimonio, qui dixerit, nec promiſſa ſervanda, + quæ ſint iis, quibus promiſeris, inutilia, + nec ſi plus tibi noceant, quam illi proſint, cui promiſeris.

+ Quod + [4] ſi res integra non ſit, vult deberi non quod promiſſum eſt, + ſed [5] quod intereſt: cæterum pacta, + quam ex ſe non habent vim, eam accipere aut ex contractibus, quibus inſunt, aut adjiciuntur, + aut ex rei traditione; + unde naſci [6] partim actiones, [7] + partim exceptiones, + & vetitam repetitionem.

+ Quæ vero pacta vim obligandi ſecundum leges habeant, + ut pacta ſtipulata, + & alia quædam, habere eam [8] legum beneficio, quarum ea eſt efficacia, + ut quod per ſe honeſtum eſt, id + efficere poſſint etiam neceſſarium.

3. + Verum hæc ſententia ita generaliter, ut ab ipſo effertur, accepta, conſiſtere non poteſt. Primum enim + ſequitur inde inter reges, & populos diverſos, pactorum, + quamdiu nihil ex iis præſtitum eſt, vim eſſe nullam, præſertim iis in locis, [9] + ubi nulla certa forma fœderum, aut ſponſionum reperta eſt. Tum vero ratio nulla reperiri poteſt, + cur leges, quæ [10] + quaſi pactum commune ſunt populi, atque hoc nomine vocantur ab [c] Ariſtole, & [d] Demoſthene, obligationem pactis poſſint addere; + voluntas autem cujuſque, hoc omni modo agentis ut ſe obliget, idem non poſſit, + præcipue ubi lex civilis impedimentum non affert. Adde + quod voluntate ſufficienter ſignificata, transferri rei dominium poteſt, [11] + ut ante diximus. + Quidni ergo poſſit transferri & [12] jus in perſonam, + aut [13] ad transferendum dominium + (quod jus ipſo [14] dominio minus eſt) + aut ad aliquid agendum, + quippe cum in actiones noſtras par jus habeamus, atque in res noſtras?

c Rhet. 1, XV.

d Orat. 1. adv. Ariſtogit. p. 492. C. unde petita eſt. L. 2. D. de legibus.

4. Accedit

GRONOVII.

2 *Aliqua honeſtati*] Eſſe quædam, in quibus experiamur quid ex officio facturi ſint homines, nulla lege cogente.

3 *Non quod injuſte*] Non quod in eo ſit injuria legibus vindicanda, ſed quod promiſſor non præſtando quod promiſit, ſe demonſtret vanum, inconſtantem, mendacem.

4 *Si res integra non ſit*] Si cœptum eſt impleri promiſſum, ſi arrha, vel ſymbolum datum.

5 *Quod intereſt*] Ejus, cui promiſſum fuerat, rem præſtari.

6 *Partim actiones*] Ad exigendum, aut petendum.

7 *Partim exceptiones*] Ad negandum.

8 *Legum beneficio*] Non natura.

9 *Ubi nulla certa*] Sicubi remanet priſca ſimplicitas, & verbis nudis, & fortuitis, non conceptis, & certis formulis tranſigitur.

10 *Quaſi pactum commune*] Ob quam rationem Lycurgus leges ſuas Ῥήτρας, id eſt *pacta*, vocavit.

11 *Ut ante diximus*] 2, 6, 1.

12 *Jus in perſonam*] Obligatio.

13 *Ad transferendum dominium*] Nam actio in perſonam eſt, qua intendimus aliquem dare, facere oportere.

14 *Dominio minus*] Quanto ſcilicet ſpes minor eſt re præſenti.

GRO-

4. Accedit his [a] ſapientum conſenſus: nam quomodo [e] dicitur a Juriſconſultis, + nihil eſſe tam naturale, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre ratam haberi; eodem modo dicitur, + [f] nihil eſſe tam congruum fidei humanæ, quam ea, [15] quæ inter eos placuerunt, ſervare. + Sic edictum [16] de pecunia conſtituta, + ubi nulla in conſtituente debendi cauſa præceſſerat præter conſenſum, [g] favere dicitur naturali æquitati. Paulus quoque Juriſconſultus, + eum, [h] ait, natura debere, quem jure gentium dare oportet, [17] cujus fidem ſecuti ſumus; quo in loco primum + vox *oportet* [18] neceſſitatem quandam moralem ſignificat: neque vero admittendum eſt quod ait Connanus, + fidem ſecutos nos cenſeri, ubi [19] res integra eſſe deſiit; agebat enim eo loco Paulus de [20] condictione indebiti, + quæ ceſſat ſi ex [21] qualicunque pacto ſolutum quid ſit, + quia jam ante, [22] + re adhuc integra, naturæ, ac gentium jure dari oportebat, + etiamſi [23] lex civilis ad [24] præſcindendas litium occaſiones auxilium ſuum [25] non præſtabat.

5. M. autem Tullius in officiis [i] tantam promiſſis vim tribuit, + ut fundamentum juſtitiæ fidem appellet, + quam & juſtitiæ ſororem dixit [k] Horatius, & Platonici ſæpe juſtitiam vocant ἀλήθειαν, quod fidelitatem tranſtulit [l] Apulejus: + ac Simonides [m] juſtitiam definiebat, non modo acceptum reddere, + ſed & verum dicere.

6. Sed ut bene res intelligatur, (bb) + diſtinguendi ſunt diligenter tres gradus loquendi de [26] rebus futuris, + quæ noſtræ ſunt poteſtatis, + aut fore putantur.

II. Primus gradus eſt [27] + aſſertio explicans de futuro animum, qui nunc eſt: + & ad hanc, ut vitio careat, requiritur [28] veritas cogitationis pro tempore præſenti, + non autem ut in ea cogitatione perſeveretur. Habet enim animus humanus non tantum + naturalem potentiam mutandi conſilium, + ſed & jus. Quod ſi [29] + in mutatione ſententiæ + vitium ſit aliquod, + aut accedit, + id

[e] §. *Per traditionem*, 40. *Inſt. de rer. diviſ.*
[f] *L.* 1. *D. de pactis.*
[g] *L.* 1. *D. de pecun. conſt.*
[h] *L. cum amplius*, 84. §. 1. *D. de reg. jur.*
[i] *De off. l.* 1. *c.* 7.
[k] *L.* 1. *Od.* 24.
[l] *Ap. de habitud. Platon. doctrin.* Lib. II. pag. 15. in fin. *Ed. Elmenhorſt.*
[m] *Apud Plat.* 1. *De Rep.* p. 331. C. D. *Ed. H. Steph.*

G R O T I I.

a *Sapientum conſenſus*] Ita ut & ſilentium in re moram non ferente vim ſponſionis habere velint Hebræi. *Baba Kama* cap. X. §. 4. (Vide ibi Commentar. *Conſtantini Lempereur.*)

G R O N O V I I.

15 *Quæ inter eos*] Poteſt excuſari, ut τὸ *eos* ad intellectum referatur, quaſi dixiſſet, fidei hominum. Suſpicor tamen, Ulpianum ſcripſiſſe, *quam ea, quæ inter quos placuerunt ſervari.* (Nihil mutare neceſſe eſt. Vide Clariſſ. N O O D T. *Obſ.* 1.4.)

16 *De pecunia conſtituta*] Ubi quis id egit cum debitore, ut alio, ſed certo die, ac loco conſtituerit ſe ſoluturum. l. 4. & 5. D. *de conſ. pec.*

17 *Cujus fidem ſecuti ſumus*] Qui cum contraximus, tanquam cum viro bono, & fidem tueri ſolito.

18 *Neceſſitatem moralem*] Si non alia re, moribus duntaxat, & inſtitutis aliquem obſtringi.

19 *Res integra eſſe deſiit*] Ubi jam aliquid agi ex illo ſimplici promiſſo incepit.

20 *Condictione indebiti*] Repetitione ejus, quod quum non deberetur, per errorem ſolutum eſt.

21 *Qualicunque pacto*] Quamvis nudo, & ſine ſtipulatione.

22 *Re adhuc integra*] Nondum numerata pecunia

23 *Lex civilis*] Quæ aliquid amplius requirebat, quam pactum nudum.

24 *Præſcindendas*] *Recidendas* dicere voluit 2. *obſerv.* 22.

25 *Non præſtabat*] Non juvabat eum, qui accepit, ad ultro petendum.

26 *Rebus futuris*] Nam in his fit promiſſum.

27 *Aſſertio explicans*] Dictum, quo indices, quid cum maxime facere cogites; non tamen adſeveres, te nullo modo aliud facere velle.

28 *Veritas cogitationis*] Simplex animi, & oris conſenſus.

29 *In mutatione ſententiæ*] Si quis peccat mutando tale propoſitum, non peccat, quia jus mutandi non habuit, ſed quia cum utrumque & ſervandi, & mutandi jus haberet, pejus elegit, in opere, non in actione.

(bb) Vide, in hanc rem, P U F E N D O R F. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. V. §. 5. & ſeqq. *J. B.*

+ id non eſt intrinſecum mutationi, + ſed ex materia, puta quia prior ſententia erat melior.

III. Secundus gradus eſt, + cum [30] voluntas ſe ipſam pro futuro tempore determinat, cum ſigno ſufficiente ad indicandam perſeverandi neceſſitatem. + Et [31] hæc pollicitatio dici poteſt, quæ [32] + ſepoſita lege civili obligat quidem, + aut abſolute, + aut ſub conditione, + ſed jus proprium alteri non dat. Multis enim caſibus evenit, + ut obligatio ſit in nobis, & nullum jus in alio: + ſicut in debito miſericordiæ, & gratiæ reponendæ apparet, + quibus ſimile eſt hoc debitum conſtantiæ, ſive fidelitatis. + Itaque ex tali pollicitatione + res pollicitantis retineri, aut is ipſe, qui pollicitus eſt, + ad implendam fidem cogi jure naturæ non poterit.

IV. 1. Tertius gradus eſt, ubi [33] ad determinationem talem accedit ſignum volendi jus proprium alteri conferre: quæ perfecta promiſſio eſt, + ſimilem habens effectum, qualem alienatio dominii. + Eſt enim aut [34] via ad alienationem rei, + aut alienatio particulæ cujuſdam noſtræ libertatis. + Illuc pertinent promiſſa dandi, huc promiſſa faciendi. + Ejus, quod dicimus, inſigne nobis argumentum præbent divina oracula, quæ nos docent, [b] Deum ipſum, + qui nulla conſtituta lege obſtringi poteſt, contra naturam ſuam facturum, niſi promiſſa præſtaret. Neh. IX, 8. Hebr. VI, 18. & X 23. 1 Cor. I, 9. X, 13. 1 Theſſ. V, 24. 2 Theſſ. III, 3. 2 Tim. II, 13. + Unde ſequitur, ut promiſſa præſtentur venire ex natura [35] immutabilis juſtitiæ, quæ Deo, + & omnibus his, qui
[a] *Prov. VI, 1.* ratione utuntur, [36] + ſuo modo communis eſt. Accedit judicium [a] Salomonis: *Fili mi, ſi quid ſpopondiſti alteri,* [37] + *defixiſti externo volas tuas, illaqueatus es verbis oris tui: captus es enuntiationibus oris tui.* Et hinc Hebræis promiſſio vocatur אסרון + *vinculum*, & [c] + voto comparatur, Numer. XXX, 4. 5. 6. Simi-
[e] *Verſ. 249.* lis origo vocis ὑποσχέσεως notata Euſtathio ad ſecundum [e] Iliados: ἁλίσκει γάρ πως καὶ κατέχει τὸν ὑποσχόμενον ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενος. [d] + *Capit, ac vincit quodammodo promiſſorem is, cui fit promiſſio.* Quem ſenſum non
[f] *Verſ. 52.* male ſecundo [f] Metamorphoſeôn expreſſit Ovidius, ubi promiſſor ei, cui promiſerat, ait: [38] + *Vox mea facta tua eſt.*

2. His

GROTII.

b *Deum ipſum*] Ita *Baldus* in l. 1. D. de pactis.

c *Voto comparatur*] *Quaſi paciſcuntur cum Diis homines oblatione votorum.* Schol. Horatii. (In III. *Od.* 29. verſ. 59.)

d *Capit, ac vincit*] Inde vincula fidei dicta. *Donatus* ad Eunuchum. (*Act.* 1. Sc. 2. *verſ.* 22.)

GRONOVII.

30 *Voluntas ſe ipſam*] Cum quis adfirmat ſeſe ita, & non aliter facturum.

31 *Hæc pollicitatio*] Infra num. 14.

32 *Sepoſita lege civili*] Nam per hanc non obligat.

33 *Ad determinationem*] Ubi non dicitur tantum, aut intra verba ſiſtitur, ſed incipitur actus aliquis præſtandi, etſi totum non impleatur. Ubi non effamur modo quid agere ſtatuerimus, ſed etiam initium fit agendi, data quaſi arrha, & pignore irrevocabilis propoſiti.

34 *Via*] Præparatio, *prærogativa*, ut veteres loquebantur. 4. *obſerv.* 1.

35 *Immutabilis juſtitiæ*] Juris naturalis immutabilis. 1, 1. 10. cujus exemplar excellens, perfectum, conſtans, atque æternum, in Deo, & ipſe Deus eſt, Deique beneficio in hominibus, quod ſatis ſit pro captu, & modulo illorum.

36 *Suo modo*] Deo excellenter, & perpetuo, ac ſine varietate; hominibus pro captu ipſorum.

37 *Defixiſti externo*] Manum tuam vinctam alieno tradidiſti.

38 *Vox mea*] At ibi ſol ad Phaëtontem, V. *Fa. temeraria*, dixit, *vox mea facta tua eſt*, ubi τὸ *tua* auferendi caſu, non nominativo, ut accipit *Grotius*.

GRO-

2. His cognitis, + non difficulter reſpondebimus ad Connani argumenta. + Nam juriſconſultorum dicta de pactis nudis + reſpiciunt [e] id, quod Romanis legibus erat introductum, + quæ [39] deliberati animi ſignum certum conſtituerunt ſtipulationem. Neque negamus, + ſimiles eſſe in aliis populis leges. + *Quæ lex ad id præſtandum nos, quod alicui promiſimus, obligat?* ait Seneca [q] de lege humana, & [f] + promiſſo non ſolenniter facto loquens. *q V. de Benef. c. 21*

3. + Poſſunt autem naturaliter deliberati animi alia eſſe ſigna præter ſtipulationem, + aut ſi quid ei ſimile ad actionem pariendam lex civilis poſtulat. Quod autem fit [40] animo non deliberato, + id nos quoque ad vim obligandi non credimus pertinere: quod & [r] Theophraſtus libro de legibus notaverat. + Immo & quod deliberato fit, ſed non eo animo ut jus proprium concedat alteri, + ex eo negamus, jus exigendi cuiquam naturaliter dari, + quanquam non ſolam hinc honeſtatem, ſed & neceſſitatem quandam moralem naſci, agnoſcimus. + De eo autem, quod ex Cicerone adducitur, agemus infra [s], ubi de interpretatione pactorum ſermo erit. + Sed quæ ad perfectæ promiſſionis vim (cc) requirantur, videamus. *r Apud Stob. Serm. 44. s L. II. c. 16. §. 27. n. 2.*

V. 1. + Primum requiritur uſus rationis: + ideo & furioſi, & amentis, + & infantis, nulla eſt promiſſio. + Aliud cenſendum de [41] minoribus; hi enim etſi non ſatis firmum judicium habere credantur, + ut & fœminæ, + id tamen [42] nec perpetuum eſt, + nec per ſe ſufficit ad actus vim elidendam.

2. Quando autem puer ratione uti incipiat, + non poteſt certo definiri: + ſed ex quotidianis actibus, aut etiam ex eo, quod communiter in quaque regione accidit, deſumendum eſt. Itaque apud Hebræos valebat promiſſio, quam feciſſet adoleſcens, + qui annum impleſſet decimum tertium: + puella, quæ duodecimum. Alibi leges civiles, juſta ratione motæ, + quaſdam promiſſiones pupillorum, + ac minorum irritas pronuntiant, non apud Romanos tantum, ſed & apud Græcos, ut notatum Dioni Chryſoſtomo [t] oratione LXXV. + adverſus quaſdam [43] reſtitutionis beneficium introducunt: + ſed hi effectus ſunt proprii legis civilis, ac proinde cum jure naturæ, ac gentium nihil habent commune; + niſi quod quibus locis obtinent, ibi eas ſervari etiam naturale eſt. + Quare etiamſi peregrinus cum cive paciſcatur, tenebitur [44] illis legibus: quia qui in loco aliquo contrahit, tanquam + ſubditus temporarius legibus loci ſubjicitur. *t Orat. 74. pag. 638. D. Ed. Morell.*

3. + Plane

GROTII.

e *Id, quod Romanis legibus erat introductum*] Caute *Paulus* Sententiarum lib. II. tit. XIV. *Si pactum nudum de præſtandis uſuris interpoſitum eſt, nullius eſt momenti: ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non naſcitur.* §. 1.

f *De promiſſo non ſolemniter facto loquens*] Id eſt, non ſponſo. Sic epiſtola XIX. diſtinguit: *Jam non promittunt de te, ſed ſpondent.* Stipulatus, & ſponſio, verborum ſolennitas dicitur *Paulo* lib. V. Sententiarum, (*Tit.* 7. §. 1.) & *Cajo* titulo de obligationibus, quæ ex conſenſu fiunt. (II. 9. 4.)

(cc) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. 3. Cap. 6. *J. B.*

GRONOVII.

39 *Deliberati animi*] Noluerunt eum putari decreſſe, aut deliberato agere, qui rem non deduxiſſet in ſtipulationem.

40 *Animo non deliberato*] Non cum certa, & demonſtrata deſtinatione in propoſito perſeverandi.

41 *Minoribus*] XXV. annis.

42 *Nec perpetuum eſt*] Quia interdum ſapiunt ante annos.

43 *Reſtitutionis*] In integrum, quæ redintegrandæ rei, vel cauſæ actio eſt.

44 *Illis legibus*] Quibus civis, quæque in ea civitate valent.

3. + Plane aliud erit ſi in mari pactio fiat, + aut in vacua inſula, + aut per litteras inter abſentes. Talia enim pacta jure ſolo naturæ reguntur, + ut & pacta eorum, qui ſummam habent poteſtatem, [45] + qua tales ſunt. Nam in his, quæ [46] privatim agunt, locum habent + leges etiam, quæ [47] irritum actum faciunt, + ubi id in favorem ipſorum fit, (dd) + non in pœnam.

+ VI. 1. + De pacto errantis perplexa ſatis tractatio eſt. [u] + Nam diſtingui ſolet inter errorem circa ſubſtantiam rei, & qui non ſit circa ſubſtantiam: [48] + an dolus cauſam dederit contractui, an non: + fueritne alter, [49] quicum actum eſt, doli particeps: + ſitne actus [50] ſtricti juris, an [51] bonæ fidei. Nam pro harum rerum varietate + alios actus irritos pronuntiant ſcriptores, alios validos quidem, + ſed ut arbitrio ejus, qui læſus eſt, reſcindi poſſint, aut reformari. Sed harum diſtinctionum + pleræque veniunt ex jure Romano, + tum [52] civili vetere, + tum [53] prætorio: + quædam etiam non ſatis veræ, aut accuratæ ſunt.

u Antonin. p. 2. tit. 1. c. 17. §. 6. Dd. ad l. contractus. de reg. jur. Covar. de contractibus q. 57. Medina, c. de reſt. qu. 35.

2. At + viam nobis reperiendæ naturali veritati pandit, quod de legum vi, atque efficacia, omnium ferme conſenſu [x] receptum eſt, ut [g] + ſi lex fundetur in [54] præſumtione aliqua facti, quod factum revera ita ſe non habeat, + tunc ea lex non obliget, + quia veritate facti deficiente, deficit totum legis fundamentum. + Quando autem lex [55] in tali præſumtione ſit fundata, + ex legis materia, verbis, & circumſtantiis colligendum. + Similiter ergo dicemus, [h] ſi promiſſio fundata ſit in præſumtione quadam facti, quod non ita ſe habeat, + naturaliter nullam ejus eſſe vim, quia omnino promiſſor + non conſenſit in promiſſum, niſi ſub quadam conditione, quæ re ipſa non extitit: quo referenda eſt illa quæſtio + apud Ciceronem de oratore primo [y] de eo, qui filium ſuum mortuum falſo credens alium inſtituerat heredem.

x Felin. c. 1. de conſtit. n. 40. Bald. in l. Cum quis C. de jur. & facti ignor. Covarr. in c. poſſeſſor. de reg. jur. in 6. p. 2. §. 6. n. 8. & Navar. c. 12. n. 13.

y Cap. 38.

3. + Quod ſi promiſſor negligens fuit in re exploranda, aut in ſenſu ſuo exprimendo, (ee) & damnum inde alter paſſus ſit, tenebitur id reſarcire promiſſor,

GROTII.

g *Si lex fundetur in præſumptione aliqua facti*] Exemplum vide in l. mancipia, 5. C. *de Servis fugitivis.* apud *Gailium* lib. I, obſ. II, num. 7. apud *Molinæum* ad conſuet. Pariſ. tit. I, §. 13. Gl. 3.

h *Si promiſſio fundata ſit in præſumptione quadam facti, quod non ita ſe habeat*] Seneca de beneficiis IV, c. XXXVI. *Demens eſt qui fidem præſtat errori.*

GRONOVII.

45 *Qua tales ſunt*] Ipſam ſummam poteſtatem in ſe ſi conſideres.

46 *Privatim agunt*] Tanquam privati, emendo, vendendo, locando, conducendo, ſtipulando, ſpondendo &c.

47 *Irritum actum faciunt*] Contractum reſcindunt, ſi hoc ad honorem eorum, & conditionem meliorem faciendam pertineat, non pro pœna ſit, aut ignominia.

48 *An dolus*] An qui deceptus promiſit, videatur promiſſurus non fuiſſe, niſi deceptus eſſet.

49 *Quicum actum eſt*] An cui doloſe promiſſum eſt, & ipſe dolo egerit, ut *Tarpeja.*

50 *Stricti juris*] Præciſe ſervandum quod dictum, ſcriptumve eſt.

51 *Bonæ fidei*] Locum habet æquitas, & benigna interpretatio.

52 *Civili vetere*] Ex XII. tabulis, & aliis legibus.

53 *Prætorio*] Ex eo, quod in illis Prætores annui per edicta ſua emendarunt.

54 *Præſumptione aliqua facti*] Legis cauſa ſit, fingi aliquid factum, quod revera factum non eſt.

55 *In tali præſumptione ſit fundata*] Ejuſmodi cauſam habeat.

(dd) Vide infra, *Cap.* 14. hujus Libri, §. 2. *J. B.*

(ee) Alia heic eſt ratio *Promiſſi merè gratuiti*, alia *Promiſſi mutui.* In priori, modo bonâ fide egerit Promiſſor, ad nihil amplius tenetur. In poſteriori, ex circumſtantiis judicandum, an ob negligentiam in re explorandâ, aut ſenſu ſuo exprimendo, Promiſſor teneatur. Diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

ſor, non ex vi promiſſionis, ſed ex damno per culpam dato; de quo capite infra [z] agemus. + Si vero adfuerit quidem error, ſed [56] in quo fundata non fuerit promiſſio, ratus erit actus, utpote non deficiente vero conſenſu: + ſed hoc quoque caſu ſi is, cui promittitur, [57] dolo errori cauſam dederit, quicquid ex eo errore damni promiſſor fecit, reſarcire tenebitur + ex alio illo obligationis capite. + Si pro parte fundata erit in errore promiſſio, valebit pro reliqua parte.

z C. XVII.

+ VII. 1. De eo, quod metu fit, non minus implicita tractatio eſt; + nam & hic diſtingui ſolet inter metum [58] gravem abſolute, + vel ratione habita perſonæ [59] metuentis, + & levem: + illatum juſte, & injuſte: + ab eo, cui promittitur, vel ab alio: item + inter [60] actus liberales, & [61] oneroſos; & pro his diverſitatibus + alii actus dicuntur [62] irriti, + alii ad arbitrium promittentis [63] revocabiles, + alii [64] in integrum reſtituendi: non ſine magna ſententiarum varietate circa hæc ſingula.

2. Ego omnino illorum accedo ſententiæ, [a] qui exiſtimant, + ſepoſita lege civili, quæ obligationem poteſt tollere, aut minuere, + eum, qui metu promiſit aliquid, (ff) obligari: + quia conſenſus hic adfuit; nec conditionalis, ut modo in errante dicebamus, ſed abſolutus. Nam ut recte ab Ariſtotele [b] traditum eſt, qui naufragii metu [65] + res ſuas jactat, + vellet res ſervare ſub conditione, ſi naufragium non immineret; + at abſolute vult res perdere, ſpectata ſcilicet temporis, ac loci circumſtantia.

Sed illud ſimul veriſſimum cenſeo, [c] ſi is, cui promittitur, metum intulerit + non juſtum, + ſed injuſtum, quamvis levem, atque inde ſecuta ſit promiſſio, + eum teneri ad liberandum promiſſorem ſi promiſſor velit; + non [66] quod inefficax fuerit promiſſio, + ſed [67] ob damnum injuria datum, + quod quam habeat exceptionem ex jure gentium, [i] infra ſuo loco explicabitur.

3. Quod vero + quidam actus reſcinduntur [k] ob metum ab alio incuſſum, [d] quam quicum actum eſt, ex lege eſt civili, + quæ ſæpe etiam actus libere factos,

a *Sylv. verb. metus q. 8.*
b *Eth. Nic.* III. *c.* 1.
c *Sylv. verb. reſtitutio.* 2, *dicto.* 7. *Navarr. c.* 17. *n.* 15. *&* *c.* 22. *n.* 51. §. 7. *Covarr. ad c. peccatum p.* 2. §. 3. *n.* 7.
d *L.* 14. §. 3. *D. quod met. cauſ.*

GROTII.

i *Infra ſuo loco explicabitur*] Hoc libro, tit. XVII. §. 19. & libro III. c. XIX. §. 11.

k *Ob metum ab alio incuſſum*] Seneca naturam ſecutus libro IV. controverſiarum, controverſia XXVII. *Ita reſcinduntur quæ per vim, & neceſſitatem geſta ſunt, ſi vis, & neceſſitas a paciſcente adhibita eſt. Nihil enim, inquit, mea, an tu cogaris, ſi non a me cogeris. Meam culpam oportet eſſe, ut mea pœna ſit.* confer quæ infra libro III, c. XIX. §. 4.

GRONOVII.

56 *In quo fundata*] Qui non dederit cauſam promiſſioni; valebit promiſſum.

57 *Dolo errori*] Arte aliqua interpoſita effecerit, ut promiſſor erraret.

58 *Gravem abſolute*] Qui quemvis alium conſtantem virum perterrere poſſit.

59 *Metuentis*] Qui etſi aliis, non ei tamen perſonæ, cui factus, eſt tolerabilis.

60 *Actus liberales*] Ubi promittitur per metum quod poſſis facere ſalvo ſtatu, & exiſtimatione. [Immo *Actus liberales* illi ſunt, in quibus ex merà *liberalitate* aliquis promittit: quum in *Oneroſis* promiſſio ſit ab utraque parte. Mirum eſt, ita potuiſſe heic aberrare Virum Doctiſſimum. *J. B.*]

61 *Oneroſos*] Quibus gravatur res familiaris, aut fama. (Vid. ad Not. præced.)

62 *Irriti*] Ab initio nulli.

63 *Revocabiles*] Per illum, qui promiſit, mutabiles.

64 *In integrum*] Officio judicis reſcindendi.

65 *Res ſuas jactat*] Navis levandæ cauſa in mare abjicit.

66 *Quod inefficax*] Quaſi naturaliter obligatus non ſit, ſed quia metum inferens injuria damnum dedit, & pro eo ſatisfactionem debet.

67 *Ob damnum injuria datum*] 2, 17. 17.

(ff) Minimè obligatur. Vide quæ, poſt PUFENDORFIUM, diximus. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 6. §. 9. & ſeqq. *J. B.*

factos [68] ob judicii infirmitatem, aut irritos facit, + aut revocabiles. + Quæ autem de [69] legum civilium vi, atque efficacia ſupra diximus, eadem hic volumus haberi repetita. At quæ ad promiſſiones firmandas vis ſit jurisjurandi, infra videbimus. *e*

e C. XIII. §. 15.

VIII. 1. + Materiam promiſſi (gg) quod attinet, eam oportet eſſe, aut eſſe poſſe [70] in jure promittentis, ut promiſſum ſit efficax. Quare primum + non valent promiſſa facti per ſe illiciti: (hh) quia ad illa nemo jus habet, nec poteſt habere. + At promiſſio, + ut ſupra diximus, vim accipit ex jure promittentis, nec ultra extenditur. Ageſilaus de promiſſo interpellatus *f* reſpondit: *ναὶ δῆτα, εἰ δ᾽ ἐςι δίκαιον· εἰ δὲ μὴ, ἔλεξα μὲν, ὡμολόγησα δ᾽ οὔ· bene, ſi juſtum eſt: ſin minus, dixi tantum, non & promiſi.*

f Plutarch. Apophthegm. Lacon. pag. 208. C

2. Quod ſi res nunc non ſit in poteſtate promittentis, ſed eſſe aliquando poſſit, + erit [71] in pendenti efficacia; quia tum promiſſio + facta cenſeri debet ſub conditione, ſi res in poteſtatem venerit. + Quod ſi conditio, qua res in poteſtatem promiſſoris venire poſſit, ipſa quoque [72] ſit poteſtativa, tenebitur promiſſor facere quidquid [73] moraliter æquum eſt ut ea impleatur.

3. + Sed in hoc quoque genere lex civilis utilitatis cauſa + multa irrita ſolet facere, quæ naturaliter obligarent: + ut promiſſum futuri matrimonii factum ab eo, eave, qui conjugem nunc habeat, + & non pauca, quæ a minoribus, + aut filiis familiarum fiunt.

IX. + Quæri hic ſolet, + an promiſſio facta ob cauſam naturaliter vitioſam ipſa natura valeat, ut + ſi quid promittatur homicidii perpetrandi cauſa. Hic ipſam promiſſionem vitioſam eſſe, ſatis apparet: in hoc enim adhibetur, + ut alter impellatur ad malum facinus. + Sed non quicquid vitioſe fit, [74] effectu juris caret, + quod in prodiga donatione apparet. + Hoc intereſt, quod [75] donatione facta jam ceſſat vitioſitas: + nam ſine vitio res relinquitur apud donatarium. + At in promiſſis ob cauſam vitioſam manet vitium, quamdiu non perpetratum eſt crimen: tamdiu enim impletio + ipſa promiſſi, ut mali illex, labem in ſe habet, + quæ ceſſare incipit peracto crimine. + Unde ſequitur, uſque ad id tempus promiſſionis talis efficaciam eſſe in pendenti, + ut modo dicebamus in promiſſa re, quæ juris noſtri non eſt: + crimine vero perpetrato, jam obligationis vim exſeri, *g* + quæ ab initio non intrinſecus defuit, + ſed ab accedente vitio fuit impedita. + Et hujus rei exemplum afferri poteſt in

g Caiet. 2. 2. q. 32. art. 7.

GRONOVII.

68 *Ob judicii infirmitatem*] Ut in filiis familias SC. Macedoniano, in mulieribus Vellejano.

69 *Legum civilium*] Quæ ſcilicet plerumque fundantur in præſumtione facti.

70 *In jure*] In poteſtate.

71 *Erit in pendenti*] In ſuſpenſo habebitur, proferetur effectus.

72 *Sit poteſtativa*] Ejus generis, ut promiſſor eam præſtare, aut accellerare poſſit.

73 *Moraliter*] Arbitratu boni viri.

74 *Effectu juris caret*] Irritum eſt per ſe, & antequam reſcindatur a Judice, invalidum.

75 *Donatione facta*] A prodigo.

(gg) Confer hac de re PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 7. *J. B.*

(hh) De validitate, & effectibus Promiſſorum, aut pactorum illicitorum fuſè, & novè egi ad PUFENDORFIUM, *de Jure Nat. & Gentium*, dicto Cap. 7. Lib. III. *Not.* 2. alterius Editionis. Principiorum autem ibi poſitorum uſum oſtendendi, eaque defendendi, in argumento inſigni, de Alea nimirum, occaſionem poſtea habui, duabus Epiſtolis, quæ reperiuntur in *Ephemeridibus Eruditorum Parienſibus*, Octobr. 1712. & Decembr. 1713. Edit. Amſtelod. *J. B.*

GRO-

in Juda Jacobi filio, [b] qui Thamari, quam meretricem putabat, promiſſum mercedem, [l] + tanquam debitam, perſolvit. + Quod ſi [76] injuſtitia promiſſarii cauſam promiſſioni dederit, + aut [77] inæqualitas ſit in contractu, hæc quomodo ſint reſarcienda, alia eſt quæſtio, [m] de qua mox videbimus. *b Geneſ. XXXVIII.*

X. + Quod vero promittitur ob cauſam ante debitam, non eo minus debetur, + ſi jus naturale ſpectemus, + ſecundum ea, quæ de rei alienæ acceptione [78] ſupra diximus: + nam & ſine ulla cauſa promiſſum naturaliter deberetur. + Sed hic quoque + damnum per extorſionem datum, + aut inæqualitas in contractu reparanda venient, + ſecundum tradendas inferius leges.

XI. + Modum promittendi quod attinet, is, + ut de dominii translatione diximus, + requirit actum externum, + id eſt ſignum ſufficiens voluntatis, + quale interdum eſſe poteſt nutus; + frequentius autem vox, aut literæ.

XII. + Sed & per hominem alterum (ii) obligamur, ſi conſtet de voluntate noſtra, qua illum elegerimus [n] + ut inſtrumentum noſtrum ad hoc ſpeciatim, + aut ſub generali notione. Et [79] in generali præpoſitione accidere poteſt, + ut nos obliget qui præpoſitus eſt, agendo contra [80] voluntatem noſtram ſibi ſoli ſignificatam; + quia hic [81] diſtincti ſunt actus volendi: unus, + quo nos obligamus ratum habituros quicquid ille in tali negotiorum genere fecerit: alter, + quo illum nobis obligamus, ut non agat niſi ex præſcripto, ſibi, non aliis cognito. Quod notandum eſt [o] ad ea, quæ Legati promittunt pro Regibus ex vi inſtrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata.

+ XIII. Atque hinc etiam intelligi poteſt, [82] + exercitoriam, + & [83] inſtitoriam, quæ [84] + non tam actiones ſunt, quam qualitates actionum, + ipſo naturali jure niti. Adjiciendum hic eſt, + male Romanis legibus introductum, ut ex facto magiſtri [85] exercitores in ſolidum ſinguli tenerentur. + Nam hoc nec naturali

GROTII.

l *Tanquam debitam*] Natura ſcilicet, ſecundum cujus legem tunc vivebatur. Aliter ex jure civili judicavit *C. Aquilius* teſte *Valerio Maximo*, lib. VIII. c. II. n. 2.

m *De qua mox videbimus*] Cap. XII. §. 9, 10, 11.

n *Ut inſtrumentum noſtrum*] *Servius* ad illud Æneidos IX. verſ. 361. *Hoſpitio cum jungeret abſens, per internuntios* ait. vide quæ ſupra ad caput VI. §. 2.

o *Ad ea, quæ legati promittunt pro regibus ex vi inſtrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata*] Vide exemplum apud *Marianam* XXVII, 19. Aliud apud *Guicciardinum* Tom. 1.

GRONOVII.

76 *Injuſtitia promiſſarii*] Qui publicum, & tralatitium jus ſine pactione mercedis non impertiebat. *Sueton.* Octavio cap. 1.

77 *Inæqualitas ſit in contractu*] Nulla proportio inter promiſſum, & rem promiſſo quæſitam.

78 *Supra diximus*] Cap. præced. num. 11. & 12.

79 *In generali præpoſitione*] Si cui dederimus mandatum generale, quod ad notitiam publicam pervenire patimur.

80 *Voluntatem noſtram ſibi ſoli*] Vel verbis, vel ſcripto arcano, quibus derogamus mandato generali.

81 *Diſtincti ſunt actus*] Duæ diverſæ, ac diſcordes ſignificationes voluntatis.

82 *Exercitoriam*] Qua in ſolidum tenetur exercitor navis ex contractu magiſtri, quem navi præpoſuit, quemque magiſter navi impoſuit §. 2. Inſtit. *Quod cum eo, qui in aliena.*

83 *Inſtitoriam*] Quæ in contractu ejus, qui præpoſitus eſt tabernæ, aut menſæ, aliive negotio, datur adverſus præponentem in ſolidum.

84 *Non tam actiones ſunt*] Actionum ſpecies diſtinctæ a condictione, quæ datur in dominum. Quod juſſu ejus cum ſervo contractum eſt; quam hujus ad certa genera ſervorum accommodatio.

85 *Exercitores in ſolidum*] L. 1. §. 20. D. *de exercitoria.*

(ii) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 9. *J. B.*

Digitized by Google

naturali æquitati convenit, (kk) + quæ ſatis habet ſi pro ſuis ſinguli partibus conveniantur, + nec publice utile eſt; + abſterrentur enim homines ab exercendis navibus, ſi metuant ne ex facto magiſtri quaſi in infinitum teneantur. Atque adeo + apud Hollandos, ubi mercatura pridem maxime viguit, & nunc, & olim lex illa Romana obſervata non eſt: immo contra, conſtitutum, + ne exercitoria etiam univerſi amplius teneantur, quam ad æſtimationem navis, & eorum, quæ in navi ſunt.

i L. qui abſenti 38. princ. D. de acq. poſſ. Gomez. tom. II, c. 9. n. 1.

k Molina diſput. 263.

l Vide hoc libro, cap. III. §. 6. & IV. §. 10.

XIV. + Ut autem promiſſio jus transferat, p [86] acceptatio hic [i] + non minus, quam in dominii translatione requiritur: (ll) + ita tamen ut [87] hic quoque [88] præcedens rogatio durare intelligatur, ac vim habere acceptationis. + Nec obſtat quod [89] de pollicitationibus factis civitati jure civili eſt proditum: + quæ ratio quoſdam induxit, [k] + ut jure naturæ ſolum promittentis actum ſufficere judicarent: + nam lex Romana non hoc dicit, ante acceptationem pollicitationis plenam eſſe vim; + ſed revocari vetat, q [90] ut acceptari ſemper poſſit: + qui effectus non eſt naturalis, ſed [91] mere legitimus; + cui non diſſimile eſt quod [l] pro infantibus, & amentibus + jus gentium introduxit. + Nam pro his, ut poſſidendi res, quæ poſſeſſione quæruntur, + ita & acceptandi [92] animum jus ſupplet.

XV. + Illud etiam quæri ſolet, an ſatis ſit acceptationem fieri, an vero etiam + innoteſcere debeat promiſſori, antequam promiſſio plenum effectum conſequatur. Et certum eſt, utroque modo fieri poſſe promiſſionem, aut hoc modo: + volo, ut valeat ſi acceptetur; aut hoc modo: + volo, ut valeat ſi acceptatum intellexero. + Et in his quidem, quæ [93] ad mutuam pertinent obligationem, + poſterior ſenſus præſumitur: (mm) + in promiſſis vero [94] mere liberalibus + potius eſt ut prior ſenſus credatur adfuiſſe, niſi aliud appareat.

m L. 6. C. Si quis alteri, vel ſibi. L. 4. D. de man. vind.

XVI. + Sequitur hinc, + ante [m] acceptationem, quippe jure nondum translato, revocari promiſſum poſſe ſine injuſtitia, + immo & [95] ſine inconſtantia, + ſi

revera

GROTII.

p *Acceptatio hic non minus, quam in dominii translatione requiritur*] *Tertullianus*, ut Juriſperitus, libro de jejuniis: *Votum cum a Deo acceptatum eſt, legem in poſterum facit.* (c. 11.)

q *Ut acceptari ſemper poſſit*] Vide ſimilem *legem Wiſigotthorum* l. V. tit. 11, c. 6.

GRONOVII.

86 *Acceptatio*] Conſenſus ejus, cui promittitur.

87 *Hic quoque*] Quemadmodum in dominii translatione. 2, 6, 2.

88 *Præcedens rogatio*] Si quis poſt promiſſum non quidem id ſibi placere declaraverit, ſed rogaverit antea ut promitteretur.

89 *De pollicitationibus*] *Pollicitatio* eſt offerentis ſolius promiſſum. l. 3. D. *de pollicit.*

90 *Ut acceptari*] Ut ea rata ſit, & debeantur pollicita ex nuda promiſſione; quemadmodum vota, quæ Deo fiunt, & quum ludi, munera, epulum, nummi per centurias Romæ pronuntiarentur.

91 *Mere legitimus*] Jure civili introductus.

92 *Animum jus ſupplet*] Cum ipſi fateri animum non poſſint, jus conſtituit eum eſſe, quem oſtendunt, in quorum tutela, vel curatione ſunt.

93 *Ad mutuam pertinent*] Ubi pro promiſſo aliquid ille, cui promittitur, præſtare viciſſim debet.

94 *Merè liberalibus*] Pro quibus nihil præſtatur.

95 *Sine inconſtantia*] Crimine levitatis.

(kk) At vero qui cum Magiſtro navis contraxit, cenſetur non cum hoc, vel illo Exercitore, ſed cum omnibus in univerſum contraxiſſe. Rationi etiam ex utilitate publica petitæ, eſt quod opponi queat, validius forte. Plura diximus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

(ll) De hoc jure *Acceptationis* vide PUFENDORF. *de Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 6. §. 15. *J. B.*

(mm) Contrarium mihi verius videtur. Fuſè dicemus, Deo, dante, in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GRO-

revera eo animo factum ſit, ut ab acceptatione demum valere incipiat. + Revocari etiam poſſe mortuo ante acceptationem eo, cui promiſſum erat, + quia videtur acceptatio in arbitrium ipſius collata, non heredum. + Aliud enim eſt velle dare huic jus ad heredes tranſiturum, [r] aliud velle dare heredibus: + multum enim refert, in quem beneficium conferatur. + Et hoc eſt quod Neratius reſpondit, [n] non videri ſibi principem quod ei, quem vivere exiſtimabat, conceſſiſſet, [96] defuncto conceſſiſſe.

n L. 191. D. de reg. juris.

+ XVII. 1. Poterit etiam revocari [o] mortuo eo, [97] qui lectus erat voluntatis internuncius; + quia in illius verbis poſita fuerat obligatio. + Aliud in tabellario, qui non eſt inſtrumentum obligationis, ſed perlator inſtrumenti obligatorii. + Itaque literæ conſenſus indices per quemvis perferri poterunt. Diſtinguendum quoque + inter miniſtrum, qui electus eſt [98] ut promiſſionem ſignificet, & inter eum, qui electus eſt [99] + ut ipſe promittat. [p] + Priore caſu revocatio vim ſuam habebit, [100] etiamſi miniſtro non innotuerit: + altero vero irrita erit revocatio; + quia jus promittendi [1] ab ipſius voluntate pendebat, + quæ voluntas necdum cognita revocatione [2] omni culpa vacabat. Sic etiam + priore caſu [s] + mortuo donatore poterit acceptari donatio, [q] + ut perfecta [3] ab una parte, quanquam revocabiliter: quod apertius in [4] + legatis conſpicere eſt; + altero caſu + non poterit, + quia non facta eſt, ſed [5] mandata fieri.

o L. Mandatum. 57. D. Mandati. Clarus libro IV. §. donatio. q. 12.

p L. Si mandaſſem, 15. D. Mandati.

q L. Nec ambigi. 6. C. de don.

2. + In dubio autem mandantis voluntas fuiſſe cenſetur, ut impleatur mandatum, + niſi magna mutatio inciderit, qualis eſt [6] mors mandantis. [r] + Poſſunt tamen ſuppetere conjecturæ, quæ aliud [s] judicandum ſuadeant, quæ facile admittendæ ſunt, + ut ſubſiſtat quod [7] pia de cauſa dari mandatum eſt. + Ac ſimili modo definiri poteſt agitata olim controverſia, [8] + an in heredem mandati detur actio, qua de re aliud M. Druſum prætorem, aliud Sextum Julium [9] edixiſſe, refert + ſcriptor ad Herennium lib. II.

r Covar. L. 1. Var. c. 14. n. 16.

s L. ſi pater, 4. D. de manumiſſ. vind.

XVIII. 1. Solent & controverſiæ incidere + de acceptatione (nn) pro altero facta: + in quibus diſtinguendum eſt + inter promiſſionem [10] mihi factam de re danda alteri, & inter promiſſionem [11] in ipſius nomen collatam, cui res danda eſt.

G R O T I I.

1 *Aliud eſt velle dare heredibus*] Ideo ad vitandum ambiguum dici ſolebat: *Illi, liberiſque ejus*. *Servius* ad IX. Æneidos. (*verſ.* 302.) Vide & *legem Wiſigotthorum* l. V. tit. II. c. 6.

s *Mortuo donatore poterit acceptari donatio*] Vide librum *de Tenuris Angliæ*, c. 7.

2 *Omni culpa vacabat*] Et propterea habet effectum juris, teneturque promiſſor ratam eam habere.

3 *Ab una parte*] Donantis.

4 *Legatis*] Quorum teſtamento facto donationem mortis cauſa perfeciſſe videtur teſtator, ſed ea revocare poteſt, quamdiu vivit.

5 *Mandata fieri*] Et ſic abiit e poteſtate mandantis.

6 *Mors mandantis*] Priuſquam perficeretur mandatum.

7 *Pia de cauſa*] Eccleſiis, ſcholis, noſocomiis, pauperibus.

8 *An in heredem*] An heres præſtare teneatur, quod mandavit defunctus.

9 *Edixiſſe*] In edicto annuo promulgaſſe.

10 *Mihi factam de re*] Ut ſi dixerit promiſſor: *Promitto tibi me illi daturum.*

11 *In ipſius nomen*] Promitto illi per te datum iri.

(nn) Confer P U F E N D O R F I U M, *de Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 9. §. 4, 5. cum Notis noſtris. *J. B.*

G R O N O V I I.

96 *Defuncto conceſſiſſe*] Ut ab heredibus peti poſſit.

97 *Qui lectus erat voluntatis*] Is, cui mandaveram, ut meo nomine ſuis verbis promitteret.

98 *Ut promiſſionem ſignificet*] Qui tantum ut nuntius agit.

99 *Ut ipſe promittat*] Qui agit ut procurator.

100 *Etiamſi miniſtro*] Etiam non monito miniſtro, ne ſignificet, quia jus omne retinuit ſibi.

1 *Ab ipſius*] Procuratoris, vel miniſtri.

t Covar. c. quamvis. p. 2. §. 4. n. 13.

u Alex. conſ. 2. c. 4. lib. 1. & ibi Car. Mol.

eſt. t Si mihi facta eſt promiſſio, + omiſſa inſpectione [12] an mea privatim interſit, + quam introduxit jus Romanum, naturaliter videtur + mihi acceptanti jus dari efficiendi, ut ad alterum jus perveniat, + ſi & is acceptet: + ita ut [13] medio tempore a promiſſore promiſſio revocari non poſſit; + ſed ego, cui facta eſt promiſſio, [14] eam poſſim remittere. u Nam is ſenſus + juri naturæ non repugnat, + & verbis talis promiſſionis maxime congruit; [15] neque nihil mea intereſt ſi per me alter beneficium acquirat.

2. + Quod ſi promiſſio in nomen ejus collata eſt, cui danda res eſt, + diſtinguendum eſt, an qui acceptat, aut ſpeciale mandatum habeat acceptandi, aut ita generale, ut talis acceptatio ei incluſa cenſeri debeat: an vero non habeat. Ubi mandatum tale anteceſſit, diſtinguendum ultra non puto, ſitne [16] perſona ſui juris, necne, + quod Romanæ leges volunt, + ſed plane ex tali acceptatione promiſſionem perfici: + quia conſenſus poteſt & per miniſtrum interponi, ac ſignificari. + Velle enim cenſeor quod in alterius voluntate poſui, + ſi & ille velit. Deficiente autem mandato, + ſi alius, [17] cui promiſſio facta non eſt, acceptet, volente promiſſore, tunc is erit effectus, + ut promiſſori revocare promiſſionem non liceat, + antequam is, quem ſpectat promiſſio, eam [18] ratam habuerit, aut irritam: ſic tamen, + ut medio illo tempore is, qui acceptavit, [19] remittere promiſſum non poſſit, + quia hic non adhibitus eſt [20] ad jus aliquod accipiendum, (oo) + ſed ad adſtringendam promiſſoris fidem in ſuſtentando beneficio: ita + ut promiſſor ipſe ſi revocet, faciat contra fidem, + non contra [21] jus proprium alicujus.

x L. perfecta. 4. C. de donat. quæ ſub. modo. Bart. in l. Qui Romæ. §. Flavius. de verborum oblig.

XIX. + Ex ſuperioribus intelligi etiam poteſt, + quid ſentiendum ſit [22] de onere adjecto promiſſioni. + Id enim [23] + fieri poterit quamdiu promiſſio completa nondum eſt per acceptationem, + nec fide interpoſita facta irrevocabilis. x + Onus autem in commodum tertii adjectum promiſſioni revocari poterit, quamdiu a tertio acceptatum non erit: quanquam non deſunt + tam in hac, + quam in aliis quæſtionibus, qui ſecus ſentiant. Sed recte rem inſpicienti facile elucet naturalis æquitas, ut multis probationibus non egeat.

XX. Solet

GRONOVII.

12 *An mea privatim*] Ut ſi interſit acceptantis, obligetur promiſſor; ſin minus, non obligetur.

13 *Medio tempore*] Dum nondum ad alterum pervenit.

14 *Eam poſſim remittere*] Promiſſorem obligatione ſolvere.

15 *Neque nihil mea intereſt*] Nam & ego ponor in gratiam.

16 *Perſona ſui juris*] Nam qui non eſt ſui juris, per ſe non poteſt mandare, ſed ex auctoritate illius, in cujus poteſtate eſt.

17 *Cui promiſſio facta non eſt*] Non enim dixit, Permitto illi ut a me des, ſed Promitto illi te medio, vel internuntio me daturum.

18 *Ratam habuerit, aut*] Ratam habuerit, vel repudiaverit.

19 *Remittere promiſſum*] Promiſſori obligationis gratiam facere.

20 *Ad jus aliquod accipiendum*] Ut aliquid faciat ipſe, ſed ut faciendi ab alio teſtis, & vas ſit.

21 *Jus proprium alicujus*] Ejus, qui locutus eſt.

22 *De onere adjecto*] Si ita promiſero, ut ille, cui promitto, faciat aliquid ſibi grave in commodum tertii.

23 *Fieri*] Oneris adjici.

(oo) Difficile admodum eſt intellectu, quomodo acceptatio fuerit, quæ tamen nullum jus det acceptanti. Re vera heic eſt tantum nuda *pollicitatio*, ut Auctor vocat ſupra, §. 3. & quidem quæ nullum poteſt habere effectum, antequam is, quem ſpectat promiſſio, eam ratam habuerit: quum in pollicitatione facta illi ipſi, quem ſpectat, nulla alia hujus acceptatio requiratur, ſi promiſſio imperfecta poſtea in perfectam mutetur. Plura diximus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GRO-

Digitized by Google

XX. Solet & illud diſputari, + quomodo [24] + convaleſcere poſſit promiſſio [25] cui error cauſam dedit, ſi re cognita promiſſor ſtare velit promiſſo. + Atque idem quæri poteſt de promiſſionibus, [26] + quibus lex civilis impedimentum injicit ex metu, + aut cauſa alia, ſi iſta cauſa poſtea ceſſaverit. + Nam ad hæc firmanda *y* quidam [27] ſolum actum internum requirunt, + quem conjunctum cum priori [28] actu externo ſufficere putant ad pariendam obligationem. + Alii, quibus id diſplicet, *z* ideo + quia [29] actus externus non poteſt ſignum eſſe [30] actus interni ſequentis, requirunt novam verbis factam promiſſionem, & acceptationem. + Verior eſt media ſententia, + actum quidem externum requiri, + ſed non utique verbis factum, + cum retentio rei promiſſæ ex parte ejus, cui promiſſa eſt, & relictio ejus ex parte promittentis, + aut ſimile aliquid, ſufficere poſſint ad ſignificandum conſenſum.

y Navarr. c. 22. num. 51. & 80. lib. III.
z Sanc. l. II. de matrim. diſp. 32. n. 8.

XXI. Hoc quoque omittendum non eſt, + ne jura civilia cun naturali jure confundantur, + neque promiſſiones, [31] quæ cauſam expreſſam non habent, naturaliter eſſe irritas, + non magis, quam rerum donationes.

XXII. + Neque eum, qui [32] factum alienum promiſit, ad id, quod intereſt, teneri, *a* + modo facere non omiſerit, quod ex ſua parte ad id factum obtinendum facere poterat; + niſi verba, + aut negotii natura, obligationem inducant ſtrictiorem. + *Velut perſoluta fide*, inquit *b* Livius, t + *quia per eum non ſtetiſſet quin præſtaretur.*

a Covar. c. quamvis. p. 2. §. 5.
b Lib. II. c. 31.

GROTII.

t *Quia per eum non ſtetiſſet quin præſtaretur*] Confer quæ infra lib. III. c. XXI. §. 30.

GRONOVII.

24 *Convaleſcere*] Rata, & efficax fieri.
25 *Cui error cauſam*] Vide Sup. Num. 6.
26 *Quibus lex civilis*] Quæ improbantur jure civili.
27 *Solum actum internum*] Deſtinationem animi.
28 *Actu externo*] Pronuntiatione verborum, quibus promiſit.
29 *Actus externus*] Qui ſcilicet antea ex errore factus eſt.
30 *Actus interni*] Animi volentis rem ratam eſſe, etiamſi per errorem facta ſit.
31 *Quæ cauſam expreſſam*] Quibus non additur diſertis verbis, cur fiant.
32 *Factum alienum promiſit*] Si illud præſtare nequeat.

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII
LIB. II. CAP. XI.

§. I.

1 PERDUXIT *nos ordo ad obligationem, quæ ex promiſſo oritur*], „Grotius cau„ſas belli oriri, dixit, *vel* ob injuriam non „ factam, *vel* ob injuriam factam: ob factam „ *aut* ut reparetur, *aut* ut puniatur; quod „ *reparandum* venit, aut ſpectare, ait, id, „ *quod noſtrum eſt*, *vel fuit*, aut id, *quod* „ *nobis debetur. Vid. l.* 2, *c.* 1, §. 2.

„ Hactenus expoſuit Grotius obligationem „ reparandi id, quod *noſtrum* eſt, vel *fuit*.

Digitized by Google

Vid. l. 2, *cap.* 2, *uſque ad c.* 11. Hic incipit agere de eo, quod nobis *debetur*, & ideo reparandum venit.

,, Ut terminis uſitatis, & receptis mentem Auctoris explicemus, dicendum eſt, Grotium hactenus explicaſſe *jus perſonarum*, quod ex ſtatu hominum oritur (vid. cap. 5.): & *jus*, quod ex *dominio* nobis naſcitur, i. e. *jus rerum* (vid. cap. 3, uſque ad c. 11.). In ſequentibus exponit tertium objectum juris, nimirum *actiones*, *quæ ex obligatione perſonæ deſcendunt*, vel ex contractu, vel ex delicto, vel proprio quodam jure ex variis cauſarum figuris, i. e. ex quaſi contractu, & quaſi delicto &c. *c.* 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, & 20.

,, Cauſa omnis OBLIGATIONIS PERSONÆ ex ſimpliciſſimis ſequitur principiis.

,, Supponimus enim *I.* cuique hominum a Creatore jus conceſſum eſſe in ſuas res, & actiones: indeque cuique facultatem a natura conceſſam eſſe de rebus, & actionibus ſuis pro lubitu diſponendi.

,, *II.* Nemini alii jus in meas res, & actiones competere, quia alias Auctor naturæ fruſtra mihi res illas conceſſiſſet.

,, *III.* Hinc tria neceſſario ſequuntur.

,, PRIMO, quod is, qui de re, vel actione ſua ita diſponit, ut promittat ſe alii aliquid daturum, vel facturum, jus ſuum ſua voluntate in alterum transferat, indeque obligetur ad dandum, vel præſtandum id, quod promiſit: quæ obligatio deſcendere dicitur ex PACTO, ſeu CONTRACTU.

,, SECUNDO, quod ſi alius ex re, vel actione mea utilitatem percepit, adeoque mea jactura locupletior fiat, id, quod mihi abeſt, reſtituere teneatur ex regula naturæ, quæ jus ſuum cuique tribuere jubet: atque hæc obligatio deſcendere dicitur ex QUASI-CONTRACTU, ſeu VARIIS CAUSARUM FIGURIS.

,, TERTIO, quod ſi alius jus a Creatore mihi conceſſum lædit, eoque jus naturali ratione mihi quæſitum aufert, is injuriam hanc reparare, eoque jus ſuum cuique tribuere teneatur: quæ obligatio, ſi jus meum *ex propoſito*, ſeu *dolo* lædit, deſcendit ex DELICTO; ſi *culpa*, oriri dicitur ex QUASI DELICTO, ſeu ex VARIIS CAUSARUM FIGURIS.

,, Hæc, quæ compendio hic propoſui principia, latius explicavi in *Diſſ. Proœm. XII*, §. 337, *uſq. ad* §. 344. Et ſpeciatim de obligatione ex *pacto*, ſeu *contractu*, egi §. 399, *ſeq.* De obligatione *ex delicto*, §. 512, *ſeq.* De obligatione ex *quaſi contractu*, §. 566, *ſeq.* De obligatione ex *quaſi delicto*, §. 578, *ſeq.*

Ubi ſtatim ſe nobis objicit Connanus] Qui hanc quæſtionem examinat in commentario juris civilis *l.* 5, *c.* 1, *n. ſeq.* Equidem vera eſt ejus ſententia, ſine ſynallagmate nullam induci obligationem: ſed rationes non concludunt; id enim fieri, ait 1. propter culpam ejus, qui temere credit: 2. quia promiſſa levia præſtare, periculoſum eſt: 3. quia quædam honeſtati relinquenda. *Prior* ratio eſt pœnalis, adeoque mere civilis; *altera* ab utilitate promittentis deſumta eſt; *tertia* eſt arbitrii: adeoque neutra juris.

Antequam vero ulterius procedamus, noſtra principia præmittere neceſſe eſt.

PROPOSITIO I.

Diximus capite præcedenti, neminem ultra jus ſuum habere, vel agere poſſe; & ſi quis ultra jus ſuum habet, vel agit, eum teneri ad reparationem: atque hanc eſſe omnis obligationis cauſam.

PROPOSITIO II.

Diximus porro eodem capite, ultra jus ſuum homines habere, vel agere, adeoque excedere facultatis ſibi conceſſæ fines, eoque obligari ad reparandum: 1. ex ſola rei alienæ poſſeſſione; de qua obligatione egimus c. præc. 2. *ex facto ſuo.*

PROPOSITIO III.

FACTUM, *unde homines obligantur ad reparandum, duplex eſt.* 1. *Quando quis ultra ſuum aliquid habet.* 2. *Quando quis agit ultra fines facultatis ſuæ.*

DEMONSTRATIO.

Utroque enim caſu jus alii abeſt, quod ei neceſſario tribui debet. Illi igitur, cui aliquid abeſt, & qui minus ſuo habet facto alterius, actio datur ad illud petendum.

PROPOSITIO IV.

Factum, quo quis ultra ſuum aliquid habet, aut extra fines facultatis ſuæ agit, vel licitum eſt, vel illicitum.

DEMONSTRATIO.

Factum *licitum* eſt 1. cum ex diſpoſitione duorum jus in alium tranſlatum, & nondum traditum eſt; quo pertinent *contractus nominati: vel* ſi ex pacto res data, aut aliquid factum, ab altera vero parte promiſſum non eſt impletum; quo referuntur *contractus innominati.* 2. Quando quis facto ſuo locupletior

tior ſit ex re aliena; quo pertinent *quaſi contractus*.

Factum *illicitum* eſt, quando jus alienum dolo, vel culpa noſtra imminuimus: utrumque jure naturæ delictum eſt. Dolus ſupponit propoſitum; culpa vero imprudentiam, & negligentiam. &c. *Factum doloſum* a JCtis Romanis vocatur *verum delictum*; factum *culpoſum* autem, *quaſi delictum*.

PROPOSITIO V.

Ex tali diſpoſitione duorum, qua jus in alium transfertur, jus inter partes oritur prout diſpoſuerunt.

DEMONSTRATIO.

Nam cum partes intra fines facultatis a Creatore conceſſæ agunt, licite agunt, adeoque valet quidquid agunt; & inde oritur obligatio præſtandi id, quod egerunt, quia ita diſpoſuere. Atque hæc eſt origo omnium contractuum, & promiſſionum. Notanter dixi, *inter partes*: nam tertio ex illa diſpoſitione nullum jus acquiritur; non ex facto partium, quia illi de ſuo jure tantum diſponere poſſunt, non de alieno; nec ex facto proprio, quia is non diſpoſuit, niſi re integra ipſe quoque conſentiat: ſed tunc valet ex nova ejus diſpoſitione.

PROPOSITIO VI.

Ad juſtam autem diſpoſitionem requiritur 1. *facultas juſta*, Poſ. V: 2. *voluntas jus transferendi*, Poſ. VI: 3. *hujus declaratio: quæ fit vel verbis, vel factis.* Vid. Vol. 1. Diſſert. noſtr. f. 193.

DEMONSTRATIO.

Tria igitur requiruntur ad juſtam diſpoſitionem. 1. Ut *juſta facultas* ſit, tam ratione *juris*, de quo diſponunt, quam ratione *perſonarum*, quæ diſponunt. Si proinde ultra fines facultatis a Creatore conceſſæ partes diſponunt, nullum jus partibus competit, quia facultas deficit, indeque diſpoſitio juſta non eſt. Pariter, ſi *perſonæ* diſponentes facultatem non habeant, ut infantes, furioſi, &c. itidem diſpoſitio juſta non eſt.

2. Ut partes *voluntatem de transferendo jure* habeant. *Voluntas* igitur neceſſario requiritur, quia invitis auferri res non poteſt: at nuda non ſufficit, niſi appareat ea jus aliquod in alterum transferri; & ex hac demùm translatione juris oritur obligatio ad implendum, *L.* 3, *§.* 1, *O. A.* ſeu ad tribuendum alteri jus, quod voluntate noſtra ejus factum eſt. *L.* 7, *§.* 2, *&* 4. *Pact. L.* 19, *in f. V. S.*

3. Ut partes *voluntatem declarent*: in vita civili enim voluntas non declarata nullum effectum habet; neque enim conſenſiſſe dici poſſunt qui ſe non intelligunt. Declaratur autem voluntas vel verbis, vel factis. *Vid. Poſ. jur. gent. IV. & Vol.* 1. *Diſſert. fol.* 54, *f.* 193, *& f.* 687.

Si dubia eſt voluntas, non eſt declarata; adeoque nullum jus inde oritur. Unde ſponte ſequitur, ex conjectura voluntatis, ad quam toties Auctor in hoc tractatu recurrit, nullum jus oriri.

Additio.

„ De declaratione voluntatis, vel verbis, „ vel factis facta, ejuſque interpretatione ſi „ dubia eſt, latius egit B. Parens *in Diſp.* „ *De eo, quod juſtum eſt in dubio, ſect.* 1, „ *& ſeq.* Verba hæc ſunt:

Natura ita comparatum eſt, ut ſimplex, ac in animo latens conſenſus non magis in vita civili obligationem producere, aut formam negotio dare valeat, quam facta illicita, quæ in mente retinentur, humanis legibus pœnam patiuntur. L. 18, ff. de pœn. l. 225, ff. de Verb. ſign. *Cum enim ea ſit hominis imbecillitas, ut interni ejus actus, quos mens ſola ſecum cogitat, ab altero neutiquam per ſe dignoſci poſſint, iidemque ab exterioribus actibus, atque ſignis quam longiſſime diſcrepare queant; inde nata eſt juris naturæ regula: ex diſpoſitione legitima eatenus ſaltem jus naſci, quatenus apparet, quod quis in alium illud translatum voluerit.* arg. L. 3. §. 1. ff. d. O. & A. *Indeque eſt quod philoſophi dixerunt, cogitationem maxime propter hominem ipſum eſſe; ſigna autem propter alios: utpote cum illa inſit in animis, & ut Cicero* de Off. *ait,* in ſe ipſam vertatur; *his vero voluntas inter homines mutuo declaretur.*

Ut proinde in omni facto, quo de commutando jure agitur, prima, eaque præcipua quæſtio eſſe debeat de diſponentis voluntate, & num ea ſufficienter expoſita ſit.

Unde ſi altius rem repetere licet, apparet, hanc voluntatis declarationem, quæ in omni obligatione neceſſaria eſt, non fieri niſi certis ſignis, quæ ſenſus animi ita exprimunt, ut in aliorum ſenſus incurrere poſſint, factis, nimirum, & verbis. Unde duplex voluntatis declaratio, una quæ fit verbis, altera, quæ factis. Satis, ſuperque id innuit Cicero 3, Tuſcul. 20, *cum inquit*: Verba quid audiam, cum facta videam? *Et in jure Romano perpetuum fere eſt, ut ubi de voluntate, ejuſque declaratione quæritur, verba, & facta con-*

Digitized by Google

jungantur. Sic in L. 32, §. 1, de Legib. *Julianus*, nihil intereſſe, *ait*, ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, & factis. *Et cum de ultima teſtatoris voluntate agnoſcenda quæritur*, eam vel re, vel verbo declarari, *dicitur in* §. ult. Inſt. de hær. qualit. *Nec minus animum divortendi* vel factis, vel verbis *declarari*, *vult Ulpianus* in l. fin. §. ult. ff. de Divort. & repud. Add. l. 9, §. 4, ff. de reb. cred. l. 5, l. 15, rem rat. hab.

Licet autem utrumque, & factum, & verbum, *in eo conveniat*, *quod utraque voluntas inter homines declaretur; notabilis tamen in eo eſt diſcrepantia*, *quod hoc ab inſtituto ſaltem hominum ſignificet*, *illud vero ab ipſa natura. Ut enim taceam*, *eum*, *qui ultro*, & *cum ratione agit*, *eo ipſo velle illud*, *quod agit*, & *quod actui iſti neceſſario cohæret; certo certius eſt*, *nullam hominis*, *qui ſana mente utitur*, & *liberrime agit*, *eſſe actionem*, *quæ fine ſuo careat: cum finis ſit qui moventem impellit*, & primum, *ut philoſophi dicere amant*, intentione, & ultimum in executione. *Ex eo itaque actionis fine naturaliter*, & *omnium evidentiſſime*, *voluntas demonſtratur. Imo ex trita illa regula*, qui vult finem, vult etiam media, ſine quibus ille obtineri nequit, arg. l. 2, ff. de jurid. l. 234, d. V. S. *apparet*, *facta ex natura voluntatem indicare. Hac enim regula poſita dicendum eſt neceſſario*, *eum*, *qui voluit media*, *ſine quibus finis obtineri nequit*, *ipſum quoque finem voluiſſe:* & *cum finis*, *uti dictum*, *ſit propter quem quis agit*, *hoc ipſo facto ſatis*, *ſuperque voluntatem ſuam declaraſſe; quæ*, *cum ſatis appareant*, *pluribus ea demonſtrare quid attinet?*

At vero in verbis res ſecus ſe habet, *quæ vi*, & *ratione naturæ voluntatem dicentis non exprimunt; qua de re integra*, *eaque prolixa diſputatio eſt*, & *apud Gellium in* noct. Attic. l. 10, c. 4, & *apud Platonem* in Cratylo. *Nihil enim aliud ſunt nomina*, *quam rerum notæ*, *ut Cicero* l. 5. de finib. *dicit: adeoque conſenſio quædam hominum ad habendum quoſdam ſonos pro ſignis idearum*, *quæ in mentibus exiſtunt; qui ſoni pro variis gentibus varii ſunt*, & *in diverſis linguis diverſis vocabulis res eaſdem denotant. Neque ulla aut ratio*, *aut vinculum dici poteſt*, *quod gentes obſtrinxerit quare rerum*, *quas habebant ideas*, *huic potius*, *quam illi ſono alligaverint. Immo repugnantia eſt dicere*, *vocum ſignificationes a natura eſſe;* & *nihilominus concedere eas quotidie immutari*, *veteres aboleri*, *novas rebus novis imponi*, & *ſuas quaſi ætates illis eſſe: de quibus egregie canit Horat.* de Art. poetic. v. 58, & ſeq.

— — Licuit, ſemperque licebit
Signatum præſente nota producere nomen.
Ut ſylvæ foliis pronos mutantur in annos;
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.

Et Paulo poſt: (v. 70, ſeq.)

Multa renaſcentur, quæ jam cecidere: cadentque,
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.

Neque hic ſcrupulum movet, *quod rebus quibuſdam inſit recta nominis ratio*, *ut voces a natura rerum*, *quas deſignant*, *non abhorreant; quodque conveniant rebus nomina ſæpe ſuis: uti earum longam ſeriem exhibet A. Gell.* d. l. 10, c. 4, & *doctiſſimus Joſeph. Scaliger.* in conjectur. libr. 6. *Nam etſi concedamus*, *nonnullis rebus* (*nam de omnibus id aſſerere velle*, *nimis eſſet temerarium*) *nomina eſſe indita ipſarum naturam exprimentia*, *ut in iis quaſi geſtus quidam oris*, & *ſpiritus naturalis videatur; nihilominus tamen hoc perpetuum non eſt*, *cum pleraque peculiarem ſibi viam obſervent*, & *illa ipſa*, *ut vocatur*, *analogia rerum*, & *vocum itidem ex arbitrio humano conſtituta ſit.*

Quod eleganter exprimit Quinctilianus Inſt. Orat. lib. 1, c. 6. Meminerimus, non per omnia dici analogiæ poſſe rationem, cum ſibi ipſa plurimis in locis repugnet. Non enim cum primum fingerentur homines, analogia demiſſa cœlo formam loquendi dedit; ſed inventa eſt poſtquam loquebantur, & notatum in ſermone, quid quomodo caderet. Itaque non ratione nititur, ſed exemplo: nec lex eſt loquendi, ſed obſervatio.

Utraque hæc voluntatis noſtræ declaratio, & *quæ verbis*, & *quæ factis fit*, *hoc ipſo ſatis clara*, *ac evidens eſt*, *ſi aut verbi unicus ſit ſenſus*, *aut factum*, *de quo quæritur*, *non niſi unum ſignificare poteſt; hanc enim ſolam vocis*, *factique ſignificationem per naturam intendiſſe credendi ſunt. Utroque ergo caſu cum diſponentis voluntas declarata ſatis aperte ſit*, *prouti diſpoſitum eſt inter eos*, *ita jus eſt. Nec interpretationi voluntatis quidam locus eſſe poteſt*, *cum*, *ut ait modo laudatus Quinctilia-*

Digitized by Google

Æiliana Declam. 317, ſupervacuum ſupplementum ſit, ut contra verba interpretatio ſequatur.

Quo & referendum eſt, ſi vox quidem non unum, ſed plura ſignificet, attamen ſit vox generis, quæ plures ſpecies contineat: uti vox hominis, quæ Titium, Mevium &c. ſub ſe complectitur. Cum enim certiſſimi juris ſit generi ineſſe ſpecies, vox generis dubia dicenda non eſt; ſed generaliter quoque intelligenda eſt, ut ex natura generis omnes ſpecies ſub ſe comprehendat, quamdiu nondum apparet quaſdam in ſpecie exceptas eſſe. Vid. l. 23, ff. de ſervitutib. urb. præd. *ubi hoc eleganti exemplo firmatur;* & l. 80. de Reg. Jur. *Et hinc patet deciſio quæſtionis, quæ acerrime inter Carthaginenſes, & Romanos ventilata, & cauſa funeſtiſſimi illius belli Punici ſecundi fuit: Num, ſcilicet, ſub illo fœdere inter duos hos potentiſſimos populos inito*, quod utriuſque populi ſocii ab utroque populo tuti eſſe debeant, *etiam Saguntini ſint comprehenſi, quos Romani poſt fœdus hoc adſciverant; ubi rectiſſime defendit Livius* l. 21, c. 18, *Carthaginenſium invaſionem in Saguntinos fuiſſe injuſtiſſimam*, cum ſatis cautum fuerit Saguntinis, ſociis utrorumque exceptis; nam neque additum erat, qui tum eſſent, nec, ne qui poſtea aſſumerentur.

Ex eadem ratione dicendum de eo, quod inter Paridem, vel Trojanos, & Menelaum convenerat, ut victori Helena cederet. Poſtquam enim Paris fugatus erat, lex ſponſionis a Menelao impleta fuit, & a Trojanis fides turpi exemplo violata. Vox ſiquidem vincere *eſt vox generis, ſub qua continentur omnes ſpecies; & ſic quoque quod hoſtis fugatus ſit, etſi non occiſus: quidquid in contrarium hic diſputet Grot.* de jur. B. & P. l. 2. c. 16. §. 7.

Et ſic hactenus de certa voluntatis declaratione conſtat. Verum enim vero, quemadmodum longe plures ſunt res, & negotia, quam nomina, res ſiquidem ſunt infinitæ, verba finita; & ſicut finis actionis, ex quo de intentione agentis conſtat, multiplex eſſe poteſt, adeoque unius actionis plures eſſe poſſunt fines: ita quoties contingit ut quis voluntatem ſuam declaret iſtiuſmodi verbis, aut factis, voluntas non amplius certa, aut perſpicua, ſed incerta erit, & dubia. Atque id ipſum eſt quod conqueritur JCtus in l. 2, & 4. de Præſcriptis Verb. Natura rerum conditum eſſe, ut plura ſint negotia, quam vocabula. Et Seneca de benef. l. 2. c. 34. Ingens, *inquit*, eſt copia rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed aliunde, commodatis. *Nec minus graphice Cicero hanc verborum paupertatem depingit, cum* pro Cæcinn. cap. 18. *ita loquitur*: An hoc dubium eſt, quin neque verborum tanta copia ſit non modo in noſtra lingua, quæ dicitur eſſe inops, ſed ne in alia quidem ulla, res ut omnes ſuis certis, ac propriis vocabulis nominentur? *Pluribus etiam hoc proſequitur A. Gell.* Noct. l. 9, c. 12. & lib. 12, c. 13.

Hinc itaque orta eſt omnium operoſiſſima diſputatio in jure noſtro, quid in dubio ſtatuendum ſit? Veteres quidem JCti ſollicite in eo laborarunt, ut rebus immiſcerent quæ ad verborum ſignificationes pertinent. Erant enim perſuaſiſſimi, qui vocabula non recte diſcunt intelligere (*verba ſunt Plutarchi* in Iſid.), eos etiam de rebus ipſis falli. *Et* τὴν ἀρχὴν παιδεύσεως εἶναι τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψιν· principium eruditionis eſſe intelligentiam nominum, *ex Socrate refert Epict. &* lib. 1. diſſ. Arrian. cap. 11. *Unde Labeoni Juriſconſulto ſummæ laudi tribuitur apud A. Gell.* Noct. Attic. lib. 13, c. 10, quod ſcientia nominum ad enodandos pleroſque juris laqueos, uſus fuerit. *Nec aliud evincunt illi Ælii Galli, L. Cintii, Santiæ, aliorumque plurimorum libri de Verborum ſignificatione, quæ ad jus pertinent: quos paſſim a Feſto, Gellio, aliiſque citatos deprehendimus. Add. Gothofredus ad* pr. ff. de Verb. ſign.

Recentiores non minus operoſiſſime in legitimæ interpretationis regulis ſudarunt, quo definiri poſſit quid in dubio juſtum ſit; indeque orta ſunt immenſa præſumtionum volumina Alciati, Menochii, aliorumque JCtorum: ſed, quod pace tantorum, ac de Juriſprudentia noſtra egregie meritorum Virorum, hic dictum volo, nobiliſſimam hanc materiam, & quæ fere in infinitum patet, ſi caſus ſpectes, vix exhauſerunt; quæ tamen poſitis rite principiis in pauca reduci poteſt. Vide infra c. 16.

Propositio VII.

Hinc ex pactis nudis nec jure naturæ, nec jure civili oritur obligatio; ſed Prætor demum eam conſtituit, dando exceptionem, non actionem.

Demonstratio.

Jure naturæ ergo pactum nudum non eſt talis diſpoſitio, ex qua obligatio oritur; quod ſequentibus rationibus probamus. 1. Quia natura demum ex ea voluntate obligatio oritur,

Digitized by Google

tur, qua jus in alium transfertur; nam tranſlato demum jure in alterum, ipſe plus ſuo habet, unde neceſſario ſequitur reparandi neceſſitas, *i.* e. obligatio. Atque hoc eſſe, quod JCti per *Synallagma* intelligunt, paſſim demonſtravimus; quoties ſcil. hoc agitur, ut meum commutetur in tuum: unde merito *ſynallagma* dicitur cauſa obligationis, *L.* 7, §. 2, §. 4, *pact. l.* 19, *V. S.* Talis autem diſpoſitio de transferendo jure non eſt pactum nudum; adeoque nulla obligationis cauſa hic ſubeſt. Nam 2. verbum *volo* nullam infert neceſſitatem; voluntas ſua natura libertatem agendi infert, & in jure quoque civili neceſſitati opponitur, *l.* 17, §. 3, *commod.*; neque ex voluntate agendi oritur agendi neceſſitas: ſed ponitur facultas, & manet libertas; aliud quippe eſt voluntas præſtandi, aliud neceſſitas. Idque 3. exemplis clarum fiet; qui enim ait, volo te comitari, non inde vult obligari: & ſic qui agit, volo 100 tibi dare, voluntatem ſaltem declarat, non vero quod neceſſitatem ſibi imponi velit. Sane, *in L.* 22, *pr. leg.* 3, *& l.* 7, *§. p. don. inter conj.* diſerte ſtatuitur, neminem ſibi legem dicere poſſe ne a priori voluntate recedere liceat. Certum ſaltem 4. eſt, voluntatem transferendi juris, ſeu ſe obligandi, non ſatis eſſe declaratam, nec ex verbis eam apparere, aut id ſignificari; obligatio autem non oritur niſi ex voluntate certa, & plene declarata. Hine notanter JCti fundamentum omnis obligationis in *animo ſe obligandi* conſtituunt, nec obligationes eſſe, ajunt, *niſi hoc actum inter eos ſit, ut alter alteri obligetur. L.* 3, §. 1, *O. A.* Denique & 5. verba pacti ſua natura ſignificant diſpoſitionem, futuram non præſentem: ergo nondum jus conceditur, & transfertur; ſed id ſaltem declarat promittens, ſe velle in poſterum jus concedere: cum igitur jus in alterum translatum nondum ſit, id peti actione nequit.

Additio.

,, Fundamenta hæc, ſimulque differentiam
,, inter pacta, & ſtipulationes, illuſtravit B.
,, Parens in *diſput. de differentia pactorum,*
,, *& ſtipulationum, Sect. I*, quæ exſtat in
,, *Vol.* 1, *Diſp.* 80, *fol.* 1186. Verba hæc
,, ſunt.

Hodieque dantur pacta, ex quibus ne quidem exceptio, tantum abeſt, ut actio detur; uti cumprimis ſiunt pacta contrahendi. *Sive enim partes conſentiant quod contrahere velint, neque contractus plane ſequatur; ſive contrahant etiam, & in contrahendo conſentiant, ſed contractus ille non valeat, vel imperfectus ſit: ex hoc conſenſu partium, neque naturali, neque civili ratione, ullum jus, & nec exceptionem naſci, certum eſt, atque ſequentibus rationibus demonſtratur.*

I. *Ex negotio imperfecto nullum jus, nullaque exceptio, vel actio naſci poteſt: quia imperfectum negotium ſine dubio nullum eſt, ut dicitur* §. 7, in fin. Inſt. quibus modis teſt. infirm. Gloſſ. in c. pen. X. de Cler. non reſ.; *quod autem nullum eſt, id non poteſt vim ullam habere, aut jus ullum inde naſci.* per vulg. *Cum vero partes ad contrahendum conveniunt, atque conſentiunt, hoc negotium ipſis propoſitum non eſt perfectum, donec contractui aliquid deeſt; quia negotium ipſis propoſitum contractus eſt: repugnat autem, contractum perfectum eſſe, cui pars aliqua deficit. Ex ea igitur ad contrahendum conventione, atque conſenſu, nullum jus, actio, exceptiove naſcitur.*

II. *Id evidens eſt* in pacto de permutando; *ex quo nec exceptionem hodie quoque dari poſſe, dicendum. Si enim Sejus permutandi cauſa rem Cajo det, & hic accipiat, manifeſtus utique eſt contractus, & conventio mutua partium de permutando, cum alter permutandi cauſa rem dederit, alter acceperit. Et tamen ex hac conventione Cajo, qui accepit, ne quidem retentio, ſeu exceptio datur; ſed tenetur rem Sejo, pœnitenti, & condicenti, reſtituere*, L. 3. §. 2. L ult. ff. de Cond. cauſ. dat. *quia ſcilicet negotium, quod partibus erat propoſitum, nondum a parte Caji perfectum fuit; adeoque ex eo non potuit ei vel actio, vel exceptio naſci, etſi utrinque conſenſus, & conventio de permutando intervenerit. Cum ergo conventio de permutando ne quidem exceptionem pariat, ubi traditio rei à parte unius jam acceſſit: nedum, cum nondum acceſſit, adeoque longe imperfectius negotium eſt, actionem.*

III. *Eadem ratione, cum partes emptionem v. gr. ſcripto contrahere volunt,* (*ad quod non opus eſt expreſſa pactione, ſed ſufficit quocunque modo id ab initio actum eſſe inter partes, ut ſcripto contrahatur; cum* 1. *nihil interſit, verbis, an rebus voluntas declaretur*, L. 32, §. 1, de Legib. l. 52, §. pen. & fin. de O. & A.; *nec* 2. *verba in contractibus, excepta ſtipulatione, neceſſaria ſint; &* 3. *ſolum placitum partium, ut ſcripto fiat, deſideretur, quod &* 4. *docet Sichard.* in L. 17, n. 3, C. de fid. inſt. *poſt* Gloſſ. & Dd. comm. in dict. l.) *donec aliquid ſcriptura deeſt, nullum jus, & adeo ne*

exceptio

exceptio quidem oritur, etſi non modo pacti ſint, ſed & conſenſerint de pretio: pr. Inſt. de Emt. & Vend. l. 17. C. de fid. Inſt. *ubi expreſſe quoque additur, ex pacto, etſi de pretio convenerit, ne quidem ad id, quod intereſt, agi poſſe, quia partibus non erat propoſitum paciſci, aut emere vendere, ſed ſcripto contrahere: & negotium ipſis propoſitum, ex quo obligari voluerunt, non fuit pactio, vel nuda emtio venditio, ſed ſcripto facta conventio. Quod ſi ergo ex contractu nominato Juris Gentium, arrbis quoque confirmato, nulla obligatio, & ne exceptio quidem, nedum actio hoc caſu naſcitur, ubi aliquid agendum ſupereſt; multo minus utique nuda pactio de contrahendo, illam vim, aut effectum habitura eſt.*

IV. *Pariter, ſi partes ſimplicem emptionem equi facere velint, & alter alteri dicat*, Er wolle ihm ein Pferd abkauffen: *alter vero paratus ſit vendere; ex hoc conſenſu de emendo vendendo nemo dixerit ullam obligationem, vel exceptionem oriri: cum quamdiu nondum perfectus eſt, liberrime recedere, ac pœnitere poſſint.* pr. Inſt. de empt. & vend. ibi Dd.

V. *Atque hoc eſt, quod Imperator* in l. pen. in fin. C. de his, quæ ut ind. *ait:* Nihil actum credi, dum aliquid addendum ſupereſt; *ea enim eſt natura negotiorum, ut etſi per plurimos actus, dieſque trahantur, omnia tamen ex momento illo valeant, quo negotium perficitur: nec quicquam eorum, quæ peracta ſunt, ullam vim habeat, niſi quatenus in illo momento perſeveret de eo partium conſenſus.*

Ante acta ergo non ſunt pactiones veræ, ſed tractatus, *ut dicuntur* in l. 1. §. 11. ff. de extr. cogn. *ſeu ut in* l. 134. §. 1. ff. de verb. obl. *vocantur*, præfationes: *unde nullum jus oritur, niſi quatenus comprehenduntur negotio cum id perficitur*, Ampl. Struv. Exerc. 6. th. 16.

VI. *Quæ omnia naturali prorſus ratione patent: cum enim conventiones voluntate partium conſtent, non poteſt alia ſpecies conventionis eſſe, qua obligentur partes, quam ex qua obligare ſe voluerunt; neque poſſunt, qui contrahere, adeoque ex contractu ſe conveniri volunt, ex pacto conveniri. Neque vero poſſunt partes alio genere negotii, ac volunt, obligari tum, cum omnis obligatio eorum arbitrio conſtituitur; quia plane contradictorium eſt, partes ex ſuo conſenſu obligari, & conveniri, cum conveniuntur ex negotio, quod contractum noluerunt. Sola enim intentio partium negotia conventionum diſtinguit, & legem iis dat*, l. 3, §. 1, de O. & A. *Ut proinde, ſi ipſis propoſitum fuit emere, permutare &c. ex ſola emptionis, aut permutationis, non vero ex alia conventione teneri poſſint.*

VII. *Sed ſupervacaneum eſt rationibus uti, cum expreſſo in eam rem textu* in d. l. 17. in fin. *id deciſum ſit, ne pacta de contrahendo ullam vim pacti habeant, etſi arrha acceſſerit: Verba* d l. 17. in fin. *hæc ſunt*: Qui vendere POLLICITUS eſt, venditionem RECUSANS, in duplum eas reddere cogatur; & qui emere PACTUS eſt, ab emtione RECIDENS, datis a ſe arrhis cadat, repetitione earum deneganda. *Hic duplex actus eſt, pactum de vendendo, & datio arrharum: & hic quidem operatur diſpendium arrharum in eo, qui recedit; at pactum de emendo adeo nullam vim habet, ut partes eo non obſtante*, recuſare *venditionem*, & recedere *ab emptione, adeoque ne exceptione quidem a poteſtate pœnitendi ſubmoveri poſſint.* d. l. 17.

VIII. *Atque hæc ratio, & hoc jus, ſancte, inviolateque perpetuo cuſtoditum eſt. Inde enim ſi partes non modo paciſcantur de ſtipulando, ſed actu quoque ſtipulentur, verum ſtipulatio non valeat, hic conſenſus, & pactio, quæ eo actu continetur, ne quidem vim pacti, & naturalis obligationis habet, ut expreſſe dicitur in* L. 1, §. 2, ff. de Verb. Obl. *quia partes ſtipulari, non paciſci voluerunt.*

IX. *Luculentius vero id traditur* in l. 1, §. 4. ff. de pec. conſt. *ubi quæritur, cum quis iterum promittit quod antea debitum fuit, ſed ſtipulatio inutilis eſt, anne ſaltem valeat ut pactum de conſtituto, quia revera promiſit antea debitum. Et negatur his verbis:* Eum, qui inutiliter ſtipulatus eſt, cum ſtipulari voluerit, non conſtitui ſibi, dicendum eſt de conſtituta experiri non poſſe; quoniam non animo conſtituentis, ſed promittentis factum ſit.

X. *Unde, & vice verſa, ſi quis antea debitum promiſerit, neque ſtipulandi, neque conſtituendi animo, ſed paciſcendi, ne quidem ut conſtitutum valet, ſed tantum ut pactum nudum. Quo ſenſu optime a Dd. explicatur textus famoſus* in l. 27. C. de locat. *Ubi quod colonus prorogatum (id eſt erogatum*, vorgeſchoſſen) *erat, adeoque coloni debebant, dominus promiſit: quæ promiſſio non vim conſtituti, ſed nudi pacti habet; quia dominus non habuit animum conſtituendi, ſed paciſcendi de pecunia prorogata.*

XI. *Adeo vero hoc obſervatur, ut licet ſtipulatio valeat, & ſint verba ſolennia ſtipulationis, non tamen pro ſtipulatione id habeatur, ſed pro*

Digitized by Google

nudo. pacto, ſi animus paciſcendi appareat, non ſtipulandi. l. 7. §. 12. ff. de Pact. *cujus verba ſunt:* Quod fere noviſſima parte pactorum ita ſolet inſeri: rogavit Titius: ſpopondit Mævius. Hæc verba non tantum pactionis loco accipiuntur, ſed etiam ſtipulationis. Ideoque ex ſtipulatu naſcitur actio: niſi contrarium ſpecialiter adprobetur, quod NB. non animo ſtipulantium hoc factum eſt, ſed tantum paciſcentium. *Adeo conventionum negotia animo contrahentium definiuntur, & diſtinguuntur.*

XII. *Quin idem plane in ultimis quoque voluntatibus accidit; etſi enim teſtamentum imperfectum omnia codicillorum requiſita habeat, non tamen valebit, ne quidem ut codicillus, quia teſtandi, non codicillos ſcribendi, animus fuit*: text. in l. 1. ff. de jure codic. *Unde ad hoc ut teſtamentum imperfectum ſaltem pro codicillo valeat, requiritur ut ſpecialiter clauſula codicillaris adjiciatur, per quam teſtator declaret, ſe velle in eventum ut codicillos valere*, l. 29, §. 1, ff. qui teſt. fac. l. 3. in fin. ff. de teſtam. milit. *Si ergo ne ultima quidem voluntas, cuius tamen tantus, atque adeo publicus eſt favor.* l. 5, ff. teſt. qu. aper. l. 10, ff. inoff. teſt. l. 12, de Reg. jur. ubi Dd. *ſuſtinetur ut codicillus, etſi formam codicilli habeat, quia aliud negotium teſtator ſecutus eſt: nedum conventio, & actus inter vivos, ſi partes contrahere volunt, valebit ut pactum, etſi formam pacti habeat.* arg. §. fin. Inſt. qui, & ex quib. cauſ. man.

XIII. *Quin vix admiſſum fuit ex ſingulari privilegio, teſtamentum militis jure militari valere, ſi is deſtinaverat jure communi teſtari; adeo ut ſpeciali reſcripto D. Marci demum id conſtitutum, & in cæteris regula*, teſtamentum imperfectum ne quidem codicillos eſſe, *ſalva rebcta fuerit* in l. 3, in fin. de teſt. milit. *Nec dices, non eſſe ergo id jus gentium ſi aliud concedi a D. Marco militi potuit. Nam Reſp.* 1. *Militi quoque conceſſum eſſe, filium ſuum ſine cauſa præterire contra jus gentium; quod ob publicum favorem militiæ fieri potuit.* 2. *Præſumitur miles quoque utroque genere teſtari voluiſſe propter fortuitos caſus, ſi forte deſinat eſſe miles*, d. l. 3. *Ex quo apparet, nec militi alia ratione ſuccurri, quam quia animus utrumque modum ſequendi in eo præſumitur.*

XIV. *Unde alia luculenta ſuboritur ratio; videri enim poſſet, præſumendum in eo, qui voluit contrahere, animum obligandi ſui ex utroque modo, contractu ſcil. & pacto. Sed id longe ſecus eſt:* 1°. *quia ne in teſtamentis id quidem, niſi in milite, præſumitur*, d. l. 3. *tum vero* 2°. *quia in contractibus tota juris præſumptio in contrarium fit, non animus obligandi præſumitur, ſed ita iterpretatio fit ut quis liberetur potius, non ut obligetur:* text. expr. in L. 47, ff. de Obl. & Act. *Unde etiam ſtipulatio inutilis ne quidem ut pactum valet, quia ad obligandum tendit* L. 1, §. 2, de Verb. Obl. *At acceptilatio inutilis habet vim pacti, quia ad liberandum pertinet:* l. 8, pr. ff. de Accept.

XV. *Quin etſi de liberando agatur, non tamen acceptilatio inutilis vim pacti habet, niſi pars putet, acceptilationem validam eſſe; cum alias non appareret animus liberandi, ſi pars ſciret liberationem nullam eſſe; uti diſerte dicitur in* d. l. 8. pr. *his verbis:* fingamus eum, qui accepto ferebat, ſcientem, prudentemque, nullius eſſe nomenti acceptilationem, ſic accepto tuliſſe; quis dubitat non eſſe pactum, cum conſenſum paciſcendi non habuerit.

XVI. *Quo jure vero ex pactis de contrahendo orietur obligatio? Non civili, quo ne exceptionem quidem, aut naturalem obligationem inde natam fuiſſe, certum eſt. Neque jure Canonico, & moribus: uſu enim ex pactis quidem, verum illis actio datur, ex quibus jure communi exceptio, & naturalis obligatio:* l. 7, pr. ff. de Pact. *& de iis agunt* Dd. Weſ. ff. Eod. n. 9. *Id vero extendi non poteſt ad imperfecta illa pacta de contrahendo, quæ vera pacta non ſunt, ſed tractatus, & initia contractuum: ea enim cum jure communi nec valida pacta ſint, nec obligatio naturalis, aut exceptio, actiove inde nata fuerit; hæc omnia qui mutata, & ea pacta valere, & obligationem, exceptionem, & actionem parere, ait, probare tot aſſerta debet.*

XVII. *Alias vero quotieſcunque duo ad contrahendum procedunt, hoc ipſo conſenſu ſuo, quaſi pacto valido, jam obligarentur ut perficerent contractum; nec poſſent unquam cœpti tractatus abrumpi, cum conſenſus ille partium foret ad agendum quoque efficax: quod uſu ſecus, nec quicquam eo falſius eſſe, conſtat.*

XVIII. *Quin ſi duo ſaltem paciſci vellent, hæc ſola voluntas paciſcendi jam pactum eſſet efficax; & ex pacto de paciſcendo quoque actio danda eſſet, nec unquam congredi duo tractandi cauſa poſſent, quin ex ipſo ſtatim initio, quod conſenſum habet, obligarentur: quod nemini in mentem venit.*

XIX. *Mitto quod a quibuſdam ſtatuitur, dum res in terminis nudi pacti conſiſtit, ne natura quidem inde obligationem naſci, etſi laudabile ſit id ſervare; ſed tantum ex ſynallagmate,*

gmate, id eſt, ex negotio, quod juris commutationem continet: quod defendit quoque doctiſſimus Connanus l. 5. Comm. 1, n. 5, & ſeq. *cujus etſi rationes minus aptæ ſint, & tales videantur Grotio* de J. B. & P. Lib. 2, c. 11, §. 1, *ſententia tamen ipſa antiquiſſima eſt, & ipſius juris Romani: quippe quo ex nudo pacto ne exceptio quidem data fuit, ſed tantum jure Prætorio*, l. 7, §. 7, ff, de pacto. *Quo poſito, ſi neque jure communi actio tenet, neque natura probari poteſt, & moribus tamen conſtituta dicitur, id plane probandum eſt. Ut igitur de pactis perfectis, etſi nudis, actio moribus non negetur, at ex imperfectis illis de contrahendo, præter mentem, intentionemque partium, quibus contrahendi propoſitum fuit, obligationem tanquam ex conſenſu, nec naturali, nec civili ratione dari poſſe certum eſt; tantum abeſt ut aliud de moribus probari poſſit.*

XX. *Denique, qui donans errat in cauſa, non repetit;* L. 65, §. 2, de Cond. ind. *qui ſolvens indebitum, repetit; quia, ut dicitur in* d. l. 65, §. 3, *animum ſolvendi habet, non paciſcendi: etſi conſenſus, & pactum videatur.*

Equidem ſi appareat, partes pacto rem conficere, ac paciſcendo ante perfectum contractum quoque obligare ſe voluiſſe; non dubium eſt, id negotium eſſe perfectum, ex eoque pacto hodie actionem naſci ad id, quod intereſt. Tale pactum de vendendo fuit in ſpecie, de qua reſponderunt JCti Jenenſes, Wittenbergenſes, & Lipſienſes (qui tamen in parte a reliquis diſſenſerunt) apud Berlich. Deciſ. 143, num. 6, 11, & 15. *Conſtitit enim ibi de animo paciſcendi, cum & dies pacto inſertus eſſet, intra quod tempus venditio fieri deberet; & ſpecialis utrinque, quin juratoria fides data eſſet, in verbis*, bey ſeinen wahren Worten, Treu und Glauben, *d. n.* 16. auch eydlich *d. n.* 6. verpflichtet, innerhalb Jahres-Friſt, oder auch eher, da es dem Käuffer gefällig, ſein Haus käuflich zu überlaſſen. *Alias vero id neutiquam præſumi, ſed hujuſmodi animum obligandi ſe ex pacto, in eventum ſi contractus non ſequatur, plane probandum eſſe, conſtat ex ratione* theſ. 15, & ſeq.

„ Eadem fere argumenta repetit B. Parens
„ *in Diſp. de jure circa actus imperfectos. ſect.*
„ *2. per tot.* quæ exſtat in *vol.* 11. *diſp.* 17.
„ *fol.* 340. Noſtram ſententiam in ſequenti-
„ bus explicabimus.

PROPOSITIO VIII.

Voluntas eſt actus, quo quis decernit rem amplecti, vel fugere: hoc fit prævia rei ſcientia, vel, in dubio, deliberatione.

DEMONSTRATIO.

Cum anima contractuum, & pactorum, in voluntate conſiſtat, maxime intereſt naturam voluntatis cognitam habere. Voluntas autem varie accipitur: *vel* pro nuda facultate animæ, quatenus opponitur intellectui: *vel* pro ipſa volitione, ſeu pro actu, quo quis decernit rem amplecti, vel fugere, eoque ſenſu hic accipitur.

Ut igitur intellectus eſt actus, quo intelligit ſibi rem nocere, vel prodeſſe: ita voluntas eſt actus, quo quis decernit, ſtatuit, ſecumque concludit rem amplecti, vel fugere.

Neceſſario autem hæc voluntas ſupponit intellectum, ſeu ſcientiam: nam voluntas ad rem tendit vel petendo bonum, vel averſando malum. Si ergo bonum, vel malum non apparet, non poteſt agentem movere, non magis, ac ſi plane non eſſet. Scientia igitur ſola eſt cauſa movens voluntatem; unde regulæ: *Ignoti nullo cupido: Tantum eſt volitum, quantum eſt cognitum: Non entis nulla ſunt notiones &c.*

Decernit autem homo vel cum deliberatione, vel ſine deliberatione. Hoc fit cum certa res, certaque ſcientia eſt; tunc enim ſtatim decernitur, nec opus eſt deliberatione: illud fit cum res dubia eſt, cum hæſitat in decernendo, examinat hinc inde rationes, adeoque nondum vult, quia nondum decernit; ex quo igitur decretum ſequitur, ex eo quoque velle dicetur. Atque hinc Ariſtoteles recte ait, in omni voluntate eſſe indifferentiam 1. ad agendum, vel non agendum, ut poſſit nolle etſi non poſſit impedire effectum; ut poſſit velle, etſi non poſſit exequi: quam indifferentiam vocat *ad contradictoria.* 2. ad hoc, vel illud agendum; quam vocat *ad contraria* Veræ, inquam, hæ ſunt diſtinctiones quamdiu pendet voluntas, i. e. quamdiu in actum deducta non eſt. Eo igitur momento, quo dubitans decernit, indifferentia, quæ fuit, deſinit, quia eo momento vult, adeoque voluntas pro actu ſumta, contrariatur indifferentiæ.

PROPOSITIO IX.

A voluntate differt libertas.

DEMONSTRATIO.

In voluntate duo ſunt 1. actus ille volendi, ſeu decretum, 2. executio illius decreti. *Ille* vulgo dicitur actus elicitus; *hæc* actus imperatus. *Ille* conſiſtit in facultate naturali

Digitized by Google

volendi quidquid lubet : neque pugnat cum neceſſitate, quia volumus etſi non poſſimus exequi, vel etſi neceſſario efficiamus, quia hoc ad executionem, & effectum pertinet; *hæc* conſiſtit in facultate agendi quidquid libet : eaque pugnat cum neceſſitate, & coactione, de cujus effectu vide infra §. 7.

Additio.

„ Latius hæc principia proſequitur *B. Pa-*
„ *rens in Diſp. de jure pœnit. in contr.* quæ
„ exſtat *vol. II*, *fol.* 649, verba ejus hæc
„ ſunt.

Quod veteres profeſſi ſunt de hominum mentibus, qualis ſit animus, ipſum animum neſcire, *Cic.* lib. 1, Tuſcul. poſt princ. *id pariter de imperatrice ejus parte, ſcil. voluntate, aſſeri poſſet, qua nihil magis intra ſe homo ſentit, & nihil minus intelligit; &* cum ſui adeo anima ſibi conſcia ſit, ſe adhuc ipſam quærit. *Ita Seneca* lib. 7. nat. quæſt. c. 24. *Ubi præterea ita loquitur :* Habere nos animum, cujus imperio & impellimur, & revocamur, omnes fatebuntur; quid tamen ſit animus, ille rector, dominuſque noſtri, non magis tibi quiſquam expediet, quam uti ſit. *Quo opinionis præjudicio occupatus, præpeditusque homo id non facile conſequi poſſit, nihil nunc explicare attinet.*

Omittimus itaque iſta, quæ fori noſtri non ſunt, & quod nunc agitur, de voluntatis libertate, eique oppoſitis num minus diſſenſionum ſit, videbimus, ut qui inde naſcuntur obligandi, & pœnitendi effectus, intelligi poſſit. Neque vero hic minus ambigitur, an libertas rationem quoque voluntatis ingrediatur, an vero abeſſe a voluntate poſſit. Item an neceſſitas, quin & coactio, cum voluntate, aut cum ipſa quoque libertate conſiſtere queant; an vero hæc implacabili diſcordia pugnent? Et auget plurimum, ut ſolet, multifaria vocum harum exceptio. Ita enim & Stoici, & Peripatetici dicebant : illa demum agere nos poſſe, quæ & non agere; ea velle, quæ & nolle. Senec. lib. 2, de Benef. 18 : Si vis ſcire an velim, effice, ut poſſim nolle. *Et* Ariſt. lib. 3, Ethic. Nicom. c. 7 : Quæ agere in nobis ſitum eſt, eadem & non agere. *Quod &* lib. 4, Eudemior. c. 6, *& alibi paſſim latius deduxit. Ipſique adeo JCti noſtri id ſecuti ſunt paſſim, & contendunt, non poſſe conſentire, niſi qui & diſſentire*, l. 12, §. 3, de capt. & poſtl. *nec velle, niſi qui & nolle :* l. 3, ff. de R. J. *adeo ut ab hoc principio videatur deductum eſſe jus illud, quod nemo adire hæreditatem poſſit, niſi qui & repudiare; nemo eam velle, niſi qui & nolle*, l. 4, l. 19, & paſſ. ff. de adq. vel om. hær. *qui titulus totus hinc pendere videtur.*

Palmarium igitur eſt, ut termini cum voluntatis, *tum* libertatis, *rite conſtituantur; atque an, & quid inter utramque interſit, definiatur. Neque parum intereſt :* Libertas *enim* facultatem *agendi ut lubet innuit. Cic.* Parad. V. Libertas eſt poteſtas vivendi ut velis. *Hæc vocabuli hujus appellatio caput eſt reliquarum vel translationum, vel acceptionum : inde enim transfertur ad ſtatum hominum, qui liberi dicuntur, cum ipſi facultatem de ſe, ſuiſque ſtatuendi habent; ſervi, cum alius in ipſos, non ipſi in ſe, ac ſua. Quod ita omnino in jure reſtringitur, ut libertas de facultate non qualibet, ſed legali intelligatur*, l. 4, pr. ff. de ſtat. hom. *Unde hoc ſenſu libertatem eſſe, dicitur, legibus ſervire. Cic.* pro Aul. Cluent. prope fin. *Ut adeo certion omnino ſit, a libertate, ſeu potentia, nondum inferri ad voluntatem.*

Voluntatis *vero ratio, ac forma, quæ inde abeſſe nequit, conſiſtit in quadam (ut ita loquar) allubeſcentia, qua quis ei, quod ſit, acquieſcit, idque probat, ac in præſens præfert, etſi alio rerum ſtatu aliud forte voluiſſet. Non enim quæritur, quid aliis caſibus quis voluiſſet; ſed quid in præſenti velit, ac lubeat. Id volumus, in quod quæ nunc ſunt cauſæ voluntatem movent; non in quod aliæ cauſæ, quæ non ſunt, moturæ eſſent : qua ratione nunquam foret voluntas, quia ſemper alio rerum ſtatu, aliter voluiſſemus.* Conf. inf. §. 7. *Velle ergo dicimur, quod in præſens volumus.*

Cum voluntate igitur primum non pugnat neceſſitas : nec ad eam requiritur agendi, aut non agendi, vel ita, aut aliter agendi libertas; ſed ſufficit qualiſcunque lubentia, ſeu complacentia ejus, quod agitur, prout agitur. Argumento eſt mors ipſa, quæ etſi omnibus fatalis, ac inevitabilis, morique omnibus neceſſarium ſit, poteſt tamen homo volens, & non invitus mori : ut Abrahamus, aliique pii ſenes, qui exſaturati vita, lubentes mortui dicuntur; vel ut D. Paulus, cui mori jucundum, & lucrum viſum fuit. Phil. 1, 21, & 23. Ἐπιθυμίαν ἔχω εἰς τὸ ἀναλῦσαι : *quaſi intimo animi affectu ducor, ac cupidus ſum diſſolutionis, ſeu mortis. Et extrema neceſſitate famis compulſus ſi panem emat, emtio pleno conſenſu conſtat, & valet; quin quo major neceſſi-*

Digitized by Google

neceſſitas, eo majus emendi ſtudium eſt. Unde fidentius loqui potuiſſet, quam fecit Cicero in Topic. circa med. *cum hæſitanter ait:* Perturbationes animi, quæ quanquam ſint voluntariæ, tamen habent tantos motus, ut ea, quæ voluntaria ſunt, aut neceſſaria interdum, aut certe ignorata videantur. *Quin illi motus, & cauſæ non minuunt voluntarii rationem, ſed augent: & neceſſitas v. g. famis non tepeſcit, ſed incenditur, & irritatur emendi cupido.*

Pari ratione nec coactio voluntatem tollit: uti ſi viator prædoni metu mortis compulſus equum donet; id enim eligit, & præfert morti, atque in ea neceſſitate conſtitutus hoc mavult, atque adeo ita vult. Et ſic cum is, qui eculei doloribus adactus potius fateri vult, quam quæſtionibus excruciari, &c.

Nec dici poteſt, ſi vis, & coactio ceſſaret, ipſum noluiſſe. Tantundem enim dici poſſet, ſi fame, vel ſiti quis compulſus non eſſet, panem, ac vinum empturum non eſſe; quo tamen conſenſus emendi non impeditur. Hæc enim ipſa ſunt, quæ movent, quin quæ acuunt, quæ accendunt quoque voluntatem ut ita agat. Neque aliud quæritur, quam quid in præſens velit, probet, eligat; non quid alio caſu voliturus eſſet, uti dictum ſupr. §. 4. *Quod nervoſe, & eleganter JCtus in* l. 21, §. 5. ff. Quod met. cauſ. *ita exprimit:* Quamvis, ſi liberum eſſet, noluiſſem, tamen coactus volui. *Hoc enim ſolum voluit; illud vero ideo noluit, quia tum demum id voluiſſet ſi liberum fuiſſet: qui uti ſtatus, ita nec ea voluntas exiſtit, ex vulgato illo,* conditionem nihil ponere in eſſe. *Rejicimus igitur voluntaria mixta, quæ ideo finxit* Ariſtoteles Ethic. Nicom. lib. 3, cap. 1.

Hæc de voluntate: a qua plurimum differt LIBERTAS, *quæ eſt facultas agendi pro lubitu vel hoc, aut aliud. Ea vero vel abſoluta eſt, & plena, cum illimitata facultate id agendi, quod lubet; vel comparata, & reſtricta, cum intra certos fines illa concluſa eſt: ut viatori a prædone compulſo liberum ſaltem eſt vel rebus cedere, vel mori; eſurienti vel cibum emere, vel fame perire; furi ad ſupplicium ducto vel ire, vel trahi. Ultra libertas cum non competat, recte hoc reſpectu de coacto dicitur* in d. l. 21. §. fin. quod. met. cauſ. Liberum ei non eſſe ſtatuere. *Quomodo & Cicero* Orat. pro C. Rabir. poſt. circa finem *loquitur:* Si qui in prædones inciderint, aliter coacti faciant, quam libere.

Cæterum cum neceſſitate etſi voluntas, non tamen libertas ſtare poteſt, quia hæc eſt potentia agendi, vel hoc, aut aliud agendi: illa libertas indifferentiæ, vel exercitii, hæc contrarietatis, vel ſpeciei in ſcholis dicitur. Hæc vero facultas hoc, vel aliud agendi, vel ſaltem agendi, aut non agendi, pugnat cum neceſſitate certæ rei agendæ. Quo ſenſu Cic. Parad. V. *uſurpet vocem libertatis, cum poſt Stoicos aſſerit,* ſolos ſapientes liberos *eſſe, videbitur infra* §. 19.

Supereſt igitur, cum libertas, ac voluntas diſtincta ſint, ac re differant, ut videamus anne conjuncta ſaltem eſſe, & voluntati libertas ceu comes individua adeſſe debeat? De quo ſic ſtatuendum: Quoties de jure agitur, regulariter libertatem cum voluntate conjunctam eſſe debere; cum enim natura homini libertatem agendi intra legum fines conceſſerit, non debet illa facto alterius privato ei auferri, vel minui: ſed hoc facto, etſi voluntas, ſeu conſenſus non impediatur, attamen libertati injuria, ac vis injuſta infertur.

Atque hinc eſt quod ſi quis vi compulſus quid promiſerit, ex promiſſione teneatur, cum conſenſus integer ſit, ſupr. §. 6, 7; *verum propter conjunctam vim injuſtam id, quod jure ſubſiſtit, reſcinditur in pœnam injuſtæ violentiæ,* ex Edicto, Quod met. cauſ. *Unde e contrario & illud ſequitur, quod conventio, etſi vi extorta ſit, tamen perſiſtat, nec reſcindatur ſi vis licita ſit, eoque pœna ceſſet: qua ratione pax bello, armisque, vel urpheda a Magiſtratu extorta, omnino valet; ſummaque hæc imperitia eſt, ſi quis contendat, pacta vi expreſſa ob defectum conſenſus non valere.*

Propter hanc libertatis, & voluntatis affinitatem, & vinculum, ſit, non modo ut paſſim voluntas libera, *ſeu* arbitrium liberum *dicatur,* L. 1, C. de SS. Eccleſ. L. pen. C. de Oper. L. 5, C. de Teſt. mil. L. 19, in f. C. de Teſtam. L. 1, pr. C. de Tut. Illuſtr. L. 6, C. Arbitr. tut. &c.; *ſed & ut ipſis vocibus voluntatis, arbitrii &c. intelligatur* libera voluntas, *ac* liberum *arbitrium,* ut in L, 17, §. 3, ff. Commod. *ubi nomine voluntatis maniſeſte intelligitur voluntatis libertas, eaque ratione opponitur, idque ſæpius, neceſſitati, quæ alias cum voluntate ſtare poteſt,* ſup. §. 5. *Idem eſt de voce arbitrii,* L. 19, pr. C. de teſtam. *ubi* arbitrium commutationis, eſt libera commutandæ voluntatis facultas. L. 74, ff. pro ſoc. L. 33, ff. fam. erciſc. &c. *Unde arbiter eſt, cui libera ſtatuendi facultas data:* L. 27, §. 2, ff. de recept. arb. *& arbitrium nullum eſt ſi ad certam ſententiam acceptum ſit.* L. 19,

princ. ff. eod. tit. *Inde quoque judicia, in quibus poteſtas judici datur ex æquo, & bono ſtatuendi, arbitria dicuntur.* L. 38, pr. ff. pro ſoc. L. 47, ff. Fam. erc. L. 24, in fin. ff. depoſ. L. 6, §. 8, ff. comm. div. Rubr. &c. tot. tit. C. arb. tut. §. 31, §. 32, de action. &c. *Id vero facile intelligitur (quod probe quoque notandum) hactenus actum fuiſſe de voluntate quoad actus, quod ajunt, imperatos, de quibus fere in jure quæritur: nam quoad elicitos, qui dicuntur, voluntas ſua natura, ac ſubſtantia libera eſt, nec cogi, vel adſtringi poteſt; cum, ut Ethici loquuntur, principium eorum in ipſa voluntate ſit. Et de his Cicero* Orat. pro C. Rab. Poſthum. prope fin. *ſic loquitur:* Nolite conſilium ex neceſſitate, nec voluntatem ex vi arbitrari.

Hinc demum explicari rite poteſt, quo ſenſu in L. 116, pr. ff. de R. I. *dicatur:* Nihil conſenſui tam contrarium eſt, quam vis, & metus; *cum tamen error, ac dolus non modo æque, ſed & magis adverſentur conſenſui, quam vis: tollunt enim conſenſum,* dict. l. 116, §. *fin.* L. 2, pr. ff. de judic. L. 15, ff. de juriſd. &c. *Nam inprimis error, & dolus ſcientiam, & intellectum impediunt, ſine quo nulla voluntas eſſe poteſt, juxta illud,* ignoti nulla cupido. *Nec metus unquam ipſo jure contractum tollit,* §. 1, de Except. L. 13, C. de tranſact. *uti quidam dolus tollit, ſcil. qui cauſam contractui bonæ fidei dedit.* L. 7, l. 16, §. 1. ff. de minor. *Mirum ergo videtur, quod in* d. L. 116. *nihil magis conſenſui contrarium eſſe aſſeritur, quam vim, ac metum; cum equidem dolus, & error magis adverſentur conſenſui, quam metus. Ad hæc quid reſpondendum, ex dictis liquet. Scil. in* d. L. 116, pr. *per conſenſum intelligi ejus libertatem, quippe quæ in contractibus conjuncta eſſe conſenſui debet, & pro qua conſenſus accipitur.* ſup. §. 12. *Contrarietas igitur illa non eſt inter vim, & conſenſus ſubſtantiam, quæ in lubentia ejus, quod ſit, conſiſtit,* ſup. §. 4; *ſed inter vim, & libertatem conſenſus, quam & ipſum conſenſum dici, jam dictum eſt. Atque eadem ratione cum in* L. 1, ff. Quod met. cauſ. *dicitur,* vi neceſſitatem imponi contrariam voluntati, *itidem voce voluntatis intelligitur ejus libertas: nam cum ipſa voluntatis ratione, quam complacentia perficit, nec vis pugnat, nec neceſſitas; quia & coacta voluntas eſt voluntas,* L. 21, §. fin. ff. quod met. cauſ. *& ultro neceſſitati concedere, & annuere illa poteſt,* per jam tradita.

Ceterum obſtat *adhuc vulgare illud Philoſophorum, & JCtorum effatum: Ejus tantum eſſe velle, cujus eſt nolle; agere, cujus eſt non agere, ut* ſupr. §. 2. *allegatum eſt. Quibus ut ſatisfiat, conſtituenda primum eſt lectio* L. 3, ff. de R. I. *quæ admodum variat. In Codice Florentino legitur ita:* Ejus eſt non nolle, qui poteſt velle. *In vulgata, & Norica ſic:* Ejus eſt nolle, qui poteſt velle. *Vel:* Ejus eſt non velle, qui poteſt velle: *de quo vario legentium conflictu* vide Cujacium Petr. Fabr. & Wiſſemb. ad d. L. 3. Robert. Recept. lect. lib. 2. cap. 26. &c.

Quomodocunque vero legatur, ſenſu juris non deſtituitur; ſed diverſimode. Florentina enim hoc diceret: Ejus eſſe non diſſentire, qui poteſt conſentire. *Quod tamen frigidum, ac jejunum eſt: ut ſi diceretur,* furioſi, ac infantis non eſſe non diſſentire, quia non poſſunt conſentire. *Quis vero ſane loqueretur, infantem non diſſentire, vel non nolle? cum ex vulgato* privatio habitum ſupponat? *Si vero id eo quis referat, ejus non diſſenſum, qui conſentire non poteſt, non haberi pro conſenſu, eam ſententiam nec verba ſuggerunt. Et quid inſulſius, quam regulam dare, quod, qui nullo modo velle, vel conſentire poteſt, nec tacite poſſit. Sed & alienum id quam maxime eſt ab inſtituto JCti, qui ibi quærit, an nolle adire poſſit qui velle adire non poteſt: ut mox ſequetur. Unde* Cuj. d. l. *ait, ſe non ignorare, quam ſæpe in Florentina negationes redundent. Rejecta igitur cum DD. comm. hac lectione, ut ſine dubio vitioſa, inhærendum eſt vulgatæ,* Ejus eſſe nolle, qui poteſt velle. *Cum qua lectione conveniunt & Norica, & libri Baſilici,* Cuj. d. l. *eaque demonſtratur manifeſte ex* L. 4, ff de Acq. hær. *quæ ab eodem Ulpiano ex eodem* Lib. 3. *ad Sabinum deſumta eſt, & ubi diſertiſſime eadem regula traditur, & applicatur ad aditionem hæreditatis, quod eam nolle, ſeu repudiare nemo poſſit, niſi qui & adire, ſeu velle. Ut adeo vulgata hæc lectio rei, de qua agitur, conveniat: altera autem a quæſtione, quam Ulpianus* in lib. 3, ad Sabin. *tractat, quam alieniſſima ſit; quod & pluribus perſequuntur* Cujacius, Andr. Robertus, Petr. Fab. dd. loc. &c.

Adſerta itaque lectione vulgata d. L. 3, *ejus jam evolvendus eſt ſenſus; id enim falſiſſimum eſſe jam demonſtravimus, de ratione voluntatis eſſe libertatem agendi, aut non, vel aliud agendi: quod vel unico mortis exemplo conſtat, quam concupiſcere poſſumus, nec tamen evitare.* ſup. §. 5.

His vero ſolvendis in genere tria obſervanda ſunt.

Digitized by Google

ſunt. Et PRIMUM quidem ex prædictis id facile ſolvitur: ſcil. quod appellatione voluntatis intelligatur regulariter voluntas libera, vel voluntatis libertas; idque ideo, quia ex juris ratione homini, quid de ſuis actionibus, & rebus ſtatuere velit, liberum, & libertas voluntatis ſocia eſſe debet: non quod idem ſit voluntas, & libertas agendi.

DEINDE cum nulla alicujus eſt voluntas, recte arguitur ab uno ad alterum; ſcil. quod conſentire non poſſit qui nec diſſentire: uti pater ab hoſtibus captus conſentire nuptiis filii non poteſt, cum nec diſſentire poſſit, ut in L. 12, §. 3, de capt. & poſtl. initio adducta. Sic & pater furioſus, quemadmodum diſſentire, ita & conſentire nequit: L. fin. C. de nupt. adeoque nuptiæ hæ etiam ſine parentum conſenſu ſubſiſtunt. dd. ll.

DENIQUE quoad actus, ut vocant, elicitos, ſemper voluntas libera eſt ad volendum, vel non volendum; eſtque id de ejus ſubſtantia, ſup. §. 12. Quo ſenſu dicitur, voluntatem cogi non poſſe, ſcil. quoad actus, non imperatos, ſed elicitos. Hi enim intrinſeci ſunt voluntati, & ἐφ' ἡμῖν, ac in nobis ſiti; cæteri extrinſeci, & extra nos. Atque hæc eſt ſententia Stoicorum, quando tam magnifice de ſuo Sapiente loquuntur, eum ſemper liberrimum eſſe, & nunquam cogi poſſe; vid. Sen. de Conſtant. Sapient. per tot. Cic. Parad. 5. Epictet. Enchir. §. 2. & ſeq. Non enim actus volentis, ſed voluntatis reſpiciunt: uti per Sapientem nomen, & exemplar ſapientiæ, ipſamque adeo ſapientiam demonſtrant, & abſtractum ſpecie concreti (ut cum ſcholis loquamur), præſentant. Ea ſæpe imitari JCti noſtri ſolent, ſed ſobrie; non ea, qua Seneca, arrogantia, ac vanitate, qui Sapientem ſuum non modo Deis æquat, Epiſt. 92, quod interpretatione quadam excuſari, & tolerari poſſet, ſi ipſa ſapientia, ejuſve norma, quæ Deus eſt, intelligatur: ſed & aliquo antepoNit Deo, Epiſt. 53; & tamen hominem talem eſſe poſſe, ac etſi raro, & quaſi Phœnicem, anno fortaſſe quingenteſimo naſci, ait Epiſt. 42. Quæ vaniſſimæ nugæ, & Stoici ſupercilii veniſſima deliria ſunt.

Neque vero dictis adverſatur, quod qui non poteſt adire hæreditatem, eam nec poſſit repudiare, ſeu nolle: L. 4, l. 18, & paſſ. ff. de acq. vel om. hær. quæ tamen nudo animo conſiſtunt. Etenim hic quoque voluntas libera requiritur, ut liberum ſit adire, vel repudiare; velle, ſeu nolle. Non itaque voluntatis, ſed libertatis ratio poſtulat, ut hæres velle, & nolle poſſit, veluti ſæpe jam dictum.

Quanquam & aliud hic conſiderandum veniat, ſcil. cur repudiatio hæredis ante facta, quam adire poſſit, nihil valeat, nec ipſum teneat; cum tamen de ſuo jure diſponat, nec ex pœnitentia repeti poſſit quod ſemel repudiatum eſt. L. 57, §. 1, ff. de Procur. l. 14, §. pen. ff. de Ædil. edict. &c. Nec in ambiguo eſt, poſſe quem in eventum quoque juri ſuo, olim competituro, renunciare. L. 3, §. 7, ff. de Minor. Sed & jure Canonico, & hodie pluribus caſibus renunciari poteſt hæreditati nondum delatæ, c. Quamvis in pact. in 6: & agnati quoties conſentiunt agnationi feudi, hoc ipſo renunciant ſuæ ſucceſſioni; idque valide, licet nondum illa delata fuerit. 2, F. 26, § Titius. 2, F. 39, princ. Quæ res in difficultates haud exiguas conjecit Interpretes, qui regulam ſtatuunt, juri futuro renunciari non poſſe. Neque Socinus, aliique, per fallentias ſuas, ut vocant, ſe evolvunt, ſed implicant. Equidem [illegible] in L. poſt emancipationem. §. illud ff. de lib. leg. cum valere renunciationem ſpei, ſeu juris futuri ex cauſa præſente, concederet: ſeu quid obtineat, ſi jus omne, quod futurum eſt, vel eſſe poteſt, promittitur, quæreret; hæret, & indeciſum relinquit: addito, cogita bene.

Statuenda igitur in contrarium eſt regula, jus futurum quoque repudiari poſſe, etſi nondum acquiri poſſit; & valet illa vel renunciatio, vel repudiatio, ut alia pacta, vel negotia de jure futuro valent, ſcil. ut tacite inſit conditio ſi, & quando illud exſtiturum ſit, etſi ea addita non fuerit: quemadmodum de fructibus naſcituris &c. ſtatutum eſt, L. 1, §. fin. l. 99, ff. de cond. & dem. l. 73, princ. ff. de verb. obl. quæ utique plana ſunt. Cæterum, ſingulare eſt in pactis de futura hæreditate, quam pactis neque dari, neque adimi poſſe, jure civili conſtat. Carpz. Juriſpr. for. part. 2, conſt. 35, def. 6, & ſeq. Cum igitur omnis repudiatio, non præſentis, ſed futuræ hæreditatis, ſit pactum de renuncianda hæreditate futura; hinc eſt, quod hæreditas futura, ſeu nondum delata, repudiari non poſſit, ſed ea tantum, quæ præſens, ac delata eſt, atque ideo adiri jam poteſt. Arg. l. 151, ff. de Verb. Sign. l. 10, §. 1, ff. de Bon. Poſſ. contr. tab. Quo caſu ceſſant omnes rationes, quæ pactis de hæreditate futura obſtant, ſcil. votum captandæ mortis, & quod hæreditates legibus, non pactis, deferantur:

nam

nam votum illud amplius eſſe nequit, & *jam lege delata eſt hæreditas. Atque hæc vera ratio eſt, cur hæreditas repudiari non poſſit, niſi qua & adiri poteſt, id eſt, qua jam delata eſt.* d. l. 151, d. l. 19, §. 1.

Propositio X.

Ex diſpoſitione, quæ fit inter plures de re commutanda, jus inde in rem ipſam competit, prout placuit: ſi de facto, jus ſaltem competit in perſonam.

Demonstratio.

Differentia hic inſignis occurrit inter jus gentium, & jus Romanum. Jure gentium negari nequit, per diſpoſitionem duorum de re aliqua commutanda *jus in rem* ipſam transferri; atque hinc ex ratione juris gentium emtor etiam ante traditionem ſibi factam jus ſuum a ſecundo emtore vindicare poteſt. Conf. ea, quæ *c. præced.* §. 1, *propoſ. VII.* diſſeruimus. E contrario, jus civile ex contractibus, etiam de re initis, ſaltem *perſonalem* dedit *actionem*, & jus in rem ipſam demum ſequitur ſecuta traditione.

Cauſa cur jus civile a diſpoſitione juris gentium receſſerit, hæc eſt, ne opus ſit tam ſæpe judicium mutare; ideo conſtituit, ut venditor ex promiſſo ſuo obligetur, non obſtante alienatione rei. Sane, ſi rem ipſam vindicare deberet, poſſeſſor alienando rem elidere actionem intentatam, & dominus novum poſſeſſorem ſequi, novamque litem intentare teneretur; eoque in arbitrio poſſeſſorum eſſet, in circulum agere rei dominum.

Jure naturæ ergo jus rerum rebus inhæret, non perſonis: at jure civili jus ex diſpoſitione ſeparatum eſt a re, & injunctum perſonis ut illæ rem præſtent; indeque totum hoc jus obligationis inhæret perſonæ. Hæc autem mutatio civilis tantum obtinet in diſpoſitionibus, ne actio inde detur niſi in perſonam: at in cæteris remanent veſtigia juris naturalis, quia patrimonium ejus debet, eoque omnes obligantur, qui in eo ſuccedunt.

Additio.

„ Alibi demonſtravimus, *per diſpoſitionem inter duos de re præſtanda*, nullum jus in re transferri, ſed jure naturali quoque ex hac obligatione ſaltem oriri actionem perſonalem. *Vid. Diſſert. proœm. XII*, §. 345. Ipſe B. Parens hoc alio loco egregiis naturæ quoque rationibus firmavit: *Vid. Diſſ. B. Par. II*, *de Finibus bonæ fidei. theſi* 3.

Ea pacta, quæ non habent ſynallagma &c.] „ Connanus per ſynallagma intelligit cauſam, propter quam aliquid promittitur, *vid. n.* 2. Deficiente igitur hac cauſa, jure naturæ ex pacto nullam ex promiſſo oriri obligationem, ait.

Nullam inducere obligationem, honeſte tamen impleri] Vera eſt Connani ſententia, ex pactis, quæ non habent ſynallagma, i. e. ex quibus jus in alium non transfertur, nullam oriri obligationem, uti demonſtravimus in *Propoſ. VIII.* At tamen ea ſervare maxime perfectioni convenit; infert enim impletio promiſſi conſtantiam in dictis, & factis, & implens ideo quam maxime ad perfectiones divinas accedit: unde NB. æquitati (non juri) naturali conveniens eſſe dicitur, conventa ſervare, *l.* 1, *pr. ff. Pact.* Et propter hujuſmodi æquitatem naturalem, leges civiles ea, quæ libertatis ſunt, ſæpius faciunt neceſſitatis. *Vid. propoſ. præced. VII.*

Additio.

„ Nos ſtatim demonſtrabimus, jure naturæ pleniſſimam obligationem ex pacto nudo, quod cauſam, ſeu ſynallagma non habet, oriri: ſed & jure Prætorio ex ejuſmodi pacto obligationem oriri, naturalem ſcilicet, videbimus; ſimulque rationem allegabimus, cur jure Romano nulla inde obligatio orta, & jure Prætorio quoque actio inde data non ſit.

Si modo talis res ſit, quam præſtare etiam citra promiſſum, honeſtum &c. fuerat] „ Si proinde, quod promittitur, cum honeſtate, ac virtute pugnat, Connanus promiſſum impleri non debere putat; quod infra plenius examinabimus. *Vid.* §. 8, & 9.

JCtorum dicta] „ Qui ex pacto nudo ideo obligationem non oriri, ajunt, quia ſynallagma, i. e. cauſa non ſubeſt, *l.* 7, *ff. pact.*

Quod non minor ſit culpa ejus, qui temere nulla de cauſa pollicenti credat] Quæ, quæſo, culpa imputari poteſt credenti ei, qui de re ſua diſponit, & de ea diſponendi jus habet? Præterea pœnam hæc ratio infert: pœnæ autem ſunt juris civilis. Vera ratio eſt, quia promittens animum transferendi juris non habet.

Quod fortunis omnium magnum immineat periculum] Quid inde? anne is, qui diſponit de re ſua, & de ea diſponendi jus habet, ſua voluntate periculo ſeſe exponere poteſt? Sed & ratio hæc mere politica eſt: ſane, culpa hominis temere diſponentis, ei, cui

Digitized by Google

cui promittitur, jus quæſitum auferre nequit. Alia igitur ratio afferri debet, quæ in eo conſiſtit, quod is, qui ſine cauſa promittit, animum juris in alterum transferendi non habeat.

Quod juſtum fuit aliqua honeſtati cujuſque relinqui] Hæc ratio plane inanis eſt: nam virtutis, & perfectionis eſt, aliquid honeſtati relinquere; ſed ideo obligatio non tollitur. Veram rationem, cur ex nudo pacto obligatio non oriatur, jam expoſuimus.

Tullii quoque utitur teſtimonio] „ *L.* 1,
„ *de off. c.* 10. Quem locum Grotius exami-
„ nat *infra L.* 2, *c.* 16, §. 27, *n.* 2.

Quæ ſint iis, quibus promiſeris, inutilia]
„ Regula hæc in genere vera non eſt, quia
„ an res utilis ſit futura ei, cui promiſſa eſt,
„ judicare promiſſor non debet. *Grot. d.* §.
„ 27. Sed & exemplum a Tullio allatum,
„ ſi ſcil. furioſo promittitur, huc non per-
„ tinet: tale enim promiſſum ipſo jure nul-
„ lum eſt, quia furioſo promitti natura ne-
„ quit; acceptare enim, adeoque conſentire
„ non poteſt.

Nec ſi tibi plus noceant, quam illi proſint, cui promiſeris] „ Pugnat hoc aſſertum cum
„ ratione, & cum æquitate; tu enim ex
„ tua diſpoſitione jus in alterum tranſtuliſti,
„ quod ideo quia tibi id magis nocere,
„ quam prodeſſe ei, cui promiſiſti, aſſeris,
„ auferre ei non potes. Et quis quæſo facul-
„ tatem promiſſori dedit judicandi, an ma-
„ gis ſibi noceat, quam alteri proſit? Quid
„ ſi is, cui promittitur, id neget? ſane,
„ vix daretur pactum, quod non hac ratio-
„ ne elidi, vel cauſam ſaltem liti dare poſ-
„ ſet.

Quod ſi res integra non ſit, vult deberi non quod promiſſum eſt] „ Connanus a re-
„ gula, *quod ex pactis nudis jure naturæ*
„ *nulla oriatur obligatio*, excipit 1. ſi res in-
„ tegra non ſit; tunc enim deberi, ait, non
„ promiſſum, ſed id, quod intereſt. 2. Si
„ pacta adjiciuntur, aut inſunt contractibus;
„ tunc enim pacta vim accipere, ait, ex
„ contractu. 3. Si pacta adjiciuntur traditio-
„ ni. 4. Si lege confirmantur; quo refert
„ pacta legitima, de quibus ſingulis nunc
„ agemus.

Sed quod intereſt] „ Senſus eſt, quod ſi
„ pactum impleri cœptum ſit, uti ſi arrha
„ data eſt, naſci quidem obligationem ex
„ pacto, ſed ſaltem ad præſtandum id, quod
„ intereſt.

Quam ex ſe non habent vim, eam accipere aut ex contractibus] „ JCti Romani pa-
„ ctis plenam obligandi vim tribuunt, *ſi in*
„ *continenti contractibus bonæ fidei adjiciun-*
„ *tur*; non ſi *contractibus ſtricti juris*, *vel*
„ *bonæ fidei quidem contractibus*, *ſed ex in-*
„ *tervallo*. Quæ plenius explicavimus in *jure*
„ *noſtro controverſo. tit. de pact. qu. XIX*,
„ *XX*, XXI, *& XXII.*

Aut ex rei traditione] „ Quoties res tra-
„ ditur ſub certa lege, hac non ſecuta cer-
„ tum eſt rem traditam non videri. Pactum
„ igitur quodcunque traditioni adjectum va-
„ lere, manifeſtum eſt, *l.* 48, *ff. pact. l.* 45,
„ *ff. eod. Diſſ. Proœm. XII*, §. 438.

Unde naſci partim actiones] „ Si ſcilicet
„ pacta incontinenti adjiciuntur contractibus
„ bonæ fide. *l.* 7, §. 5, *ff. Pact. l.* 13, *C. Eod.*
„ *l.* 22, *ff. contr. emt. d. quæſt. XX.*

Partim exceptiones] „ Si pacta adjiciun-
„ tur contractibus ſtricti juris, *d. l.* 7, §. 5,
„ *d. l.* 13. *C. contr. emt. d. q. XIX*: vel con-
„ tractibus bonæ fidei, ſed ex intervallo,
„ *d. q. XXII.*

Et vetitam repetitionem] „ Si pacta adje-
„ cta ſunt traditioni. *Diſſ. Proœm. XII*, §.
„ 438.

Quæ vero pacta vim obligandi ſecundum leges habent] „ Quæ pacta legitima dicuntur,
„ de quorum origine, & natura, vide *Diſſ.*
„ *Proœm. XII*, §. 429, *ſeq.*

Ut pacta ſtipulata] „ I. e. pacta, quibus
„ accedit ſtipulatio. Hinc ſtipulatio, quæ
„ cauſam non habet, i. e. quam pactum non
„ præcedit, nullam producit obligationem:
„ *l.* 2, §. 3, *Exc. dol.*

Et alia quædam] „ Quæ recenſuimus *dict.*
„ *Diſſ. XII*, §. 438.

Ut quod per ſe honeſtum eſt] „ Uti eſt ſi quis
„ de jure ſuo diſponit; nihil enim tam æquum
„ eſt, quam fidem datam ſervare.

Efficere poſſint etiam neceſſarium] „ Quod
„ fit cum lex ex ejuſmodi pactis actionem
„ dat. Sed & legiſlatores etiam extra pacta in
„ aliis caſibus ex eo, quod honeſtum eſt, ma-
„ teriam legum ſumere, Grotius paſſim docet.
„ *Vid. l.* 1, *c.* 2, §. 1, *n.* 3. *& Diſſ. Proœm. II*, §. 9.

Verum hæc ſententia conſiſtere non poteſt]
„ Auctor rejicit ſententiam Connani, & con-
„ trariam defendit: nimirum, *ex quovis pacto*,
„ *etſi cauſa non ſubſit*, *jure naturæ pleniſſi-*
„ *mam oriri obligationem.* Quæ ſententia ve-
„ riſſima eſt.

„ Cum vero jus Romanum vetus ejuſmo-
„ di pactis, quæ ſynallagma non habent, i.
„ e. quibus *cauſa* non ſubeſt, omnem obli-

 Hh hh „ gationis

„ gationis vim denegaverit; maxime intereſt noſſe, quid Legiſlatores illi per *cauſam* intellexerint: nam de ſenſu hujus vocis Doctores inter ſe non conveniunt. Connanus tunc *cauſam* pactis non ineſſe, ait, quando ejus, cui pomittitur, *non intereſt*: quod neutiquam admitti poteſt. Jure naturæ enim ſufficit, alterum fidem mihi dediſſe: cujus rei effectus hic eſt, ut datum implere teneatur: jus enim ex ejus voluntate in me tranſlatum eſt, quod actione perſequi poſſum, ſive mea interſit, ſive non; tota enim definitio pacti hic adeſt, duorum ſcil. in idem placitum conſenſus. Præterea certum eſt, multa eſſe pacta nuda, ubi maxime intereſt ejus, cui promittitur; neque tamen olim (antequam ſcil. legis confirmatio accederet) obligationem inde datam eſſe: ut ex pacto de donando, ex tranſactione, &c. Alii per *cauſam* intelligunt *animum transferendi juris*: hi pacta nuda ideo obligationem non inferre, ſtatuunt, quia de voluntate jus in alterum transferendi ex verbis nudi pacti non conſtat. At JCtos *cauſam* nec hoc ſenſu intellexiſſe, certiſſimum eſt: ſane, qui rem, vel factum mihi promittit, hoc ipſo ſatis declarat, ſe velle jus aliquod in me transferre, quod ex regula juris generali mihi tribuere tenetur. Idque ex ipſa doctrina JCtorum apertum fit, qui ex pacto nudo, quod ſcil. cauſam non habet, *obligationem naturalem* oriri, ſtatuunt, quæ neceſſario ſupponit, ei, cui promittitur, jus aliquod quæſitum eſſe.

„ Verior igitur eſt ſententia, JCtos Romanos per *cauſam* intelligere *cauſam vel præcedentem, vel præſentem, vel futuram, propter quam aliquid promittitur*. Tali enim cauſa deficiente, veteres JCti noluere promittentem ex pacto temere inito obligari, uti mox videbimus.

„ His præmiſſis quæritur, *an jure naturæ ex nudo pacto, ſeu cui cauſa non ſubeſt, obligatio oriatur?*

„ Quod omnino affirmamus. Nam 1. ex actione Creatoris, & facto creationis apparet, cuique hominum jus competere in ſuas res, & actiones, nec non in utilitates, quæ exinde proveniunt. 2. Sub hoc jure a Creatore conceſſo continetur quoque facultas de rebus, & actionibus noſtris diſponendi, adeoque & eas, earumque utilitatem, in alios transferendi. 3. Si proinde quis res ſuas alii promittit, vel actionibus ſuis talem legem dicit, ut earum utilitas ad alium pertinere debeat, & alter id acceptat; hoc ipſo jus aliquod in eum, cui promittitur, transfert, jus, inquam, agendi, & petendi, ut promiſſor vel præſtet, vel faciat id, quod promiſit: adeoque hic ex voluntate ſua obligatur ad fidem liberandam. Negari igitur 4. nequit, promiſſorem eo ipſo, dum fidem alii, qui eam acceptat, dat, jus alienum in bonis ſuis habere, quod ſua voluntate alterius eſſe voluit: & e contrario eum, cui promittitur, & qui fidem a promiſſore datam acceptavit, minus ſuo habere, ac deeſſe aliquid ejus patrimonio, & bonis, æs, nimirum, quod ei ex patrimonio promiſſoris debetur. 6. Hoc jus igitur, quod promiſſor voluntate ſua in alium tranſtulit, hoc æs alienum, quod in patrimonio, & bonis promiſſoris eſt, hic præſtare debet ei, cui promiſit; ex regula enim juſtitiæ naturalis jus ſuum cuique tribui debet. Neque 7. hic quæritur, an ejus, cui promittitur, interſit, an non; ſufficit enim, fidem ad aliquid præſtandum, vel faciendum datam, eoque jus in alterum tranſlatum eſſe. Cujus rei effectus 8. eſt, ut promiſſor, ſi ſuperiorem non habet, armis cogi poſſit ad implendum, adeo ut quamdiu non implet, jure belli res, & perſonæ ejus capi poſſint. 9. Inter privatos autem effectus hic eſt, ut actio intentari contra promittentes, & pœnis indictis ad præſtandum, vel faciendum compelli poſſint. Confirmatur hæc ſententia 10. ex ipſo jure Romano: certiſſimum enim eſt, eo jure pactis nudis non ineſſe cauſam; & tamen omnes effectus obligationis inde naſci, præter actionem.

„ Sane 11. pactum in genere definitur *duorum in idem placitum conſenſus*; quæ proinde definitio etiam pactis nudis convenit. 12. JCtus in *L.* 52, §. 4, *ff. Action.* ex conſenſu, & voluntate noſtra nos obligari, ſtatuit: *conſentientes* ait, *in aliquam rem conſenſu obligari neceſſario ex voluntate noſtra videmur*. Nec diſtinguitur, an interſit, an non: an cauſa ſubſit, an non. 13. JCtus in *L.* 7. *pr. ff. Pactis*, notanter diſtinguit inter conventiones juris gentium, quæ actionem producunt, & quæ ſaltem exceptionem. Ad *poſteriores* conventiones juris gentium referuntur pacta nuda; ad *priores* pacta, quæ cauſam habent, i. e. contractus. Unde certa ratione conſtat, poſteriores conventiones æque eſſe conventiones juris

Digitized by Google

,, juris gentium , & pariter ex iis obligatio-
,, nem oriri ; ſed *naturalem* ſaltem , i. e. ta-
,, lem , ubi omnes effectus obligationis ob-
,, tinent , ſola actione excepta. Accedunt
,, 13. rationes Aucturis , quas ſtatim illuſtra-
,, bimus.

,, Ut vero ratio cônſtet , cur Legiſlatores
,, Romani pactis quibuſdam nullam vim obli-
,, gandi tribuerint ; notandum eſt , eos diſtin-
,, xiſſe inter pacta , quæ ſine ulla cauſa , vel
,, præcedente , vel præſente , vel futura ,
,, ineuntur ; & inter ea pacta , quæ ob cau-
,, ſam fiunt , adeoque quæ ſynallagma conti-
,, nent , i. e. ubi quis ideo ſe obligat , vel
,, quia ipſi antea aliquid datum , vel factum ,
,, vel promiſſum eſt ab altero ; vel quia alter
,, viciſſim aliquid nunc , aut in futurum præ-
,, ſtare , vel facere debet. *L.* 5, §. 1. *junct.*
,, *l.* 7. *pr. Pact.*

,, *Priora* pacta JCtis Romanis contrariari
,, videbantur bonis moribus , *L.* 2, §. 3, *ff.*
,, *dol. mal. Exc. C.* 14, X. *de fid. inſtr. l.* 7, §.
,, 2. *l.* 57. *l.* 56. *pact. Barbos. l.* 14, *c.* 95, *n.*
,, 5; neque enim civibus temere ſua jactare
,, permitti debere credebant : adeoque non
,, tam animo deliberato , quam præcipitato
,, conſilio promiſiſſe cenſebantur. §. *f. Inſt.*
,, *bis, qui ſui.* Atque ex ea ratione nullam inde
,, obligationem civilem naſci debere , ſtatue-
,, bant. *L.* 3, §. 2, *O. A. l.* 7, §. 1, §. 7, *pact.*
,, *l.* 2, §. 3, *Exc. dol. l.* 3, *ff. Cond. ſine cauſ.*
,, *l.* 27, *C. locat. Paul. ſent.* 11, 24. Et talia
,, pacta *nuda* vocabant. *L.* 7, §. 4, *Pact.*

,, Hinc nec *ex ſtipulatione* obligatio jure
,, Romano oriebatur , niſi cauſa fuerit , pro-
,, pter quam partes inter ſe convenerint : *L.*
,, 3, §. 2, *O. A. l.* 3, *ff. Cond. ſin. cauſ.* adeo ut
,, actor , qui ex ſtipulatione ſine cauſa inita
,, agebat , repelleretur exceptione doli. *L.*
,, 2, §. 3, *ff. de dol. mal. exc.*

,, JCti ergo approbabant ſaltem *poſteriora*
,, pacta , atque tunc demum obligationem ex
,, conventione juris gentium naſci , ſtatue-
,, bant , ſi cauſa ſubeſſet , *l.* 7, §. 1, & §.
,, 4, *Pact. l.* 2, §. 3, *dol. mal. exc.* i. e. ſi ſyn-
,, allagma contineret. *L.* 19, *V. S. d. l.* 7, §.
,, 2. Atque hæc pacta vocabant *contractus.*

,, Hæc ſubtilitas juris antiqui Romani ,
,, ab ipſis Legiſlatoribus in quibuſdam pactis
,, correcta , poſtea in genere a Prætore limi-
,, tata , tandem jure Canonico , & moribus
,, plane abolita eſt.

,, Nam *I.* ipſæ Romanorum leges plures
,, pactorum ſpecies exceperunt , ex quibus
,, obligationem quoque civilem , i. e. actio-
,, nem dederunt , etſi cauſa nulla ſubſuerit.
,, Quæ *pacta legitima* vocantur. De quibus
,, vide *Diſſ. Proœm. XII,* §. 429.

,, Iiſdem legibus ſtatutum eſt *II.* ut *pacta*
,, *traditioni adjecta* obligent , & actionem
,, producant. *l.* 45, *l.* 48, *ff. Pact. ibique Goth.*

,, Porro *III.* jus Romanum conſtituit , ut
,, ſi pactum illud nudum confirmaretur per
,, verba ſolennia , i. e. per *verborum obliga-*
,, *tionem* , etiam ex pacto ita confirmato de-
,, tur actio. Cum enim jam cauſa aliqua , ni-
,, mirum , præcedens promiſſio , adſit , & ea
,, cauſa verbis corroboretur , adeoque de ani-
,, mo deliberato conſtet ; is , qui iterato pro-
,, miſſionem repetit , temere promittere non
,, videtur. Atque ideo actio jure civili contra
,, ſtipulantem , ſi cauſa præceſſit , datur. *Vid.*
,, *Diſſert. Proœm. XII,* §. 436, *n.* 2, & §. 461.

,, Idem quoque *IV.* obtinet , ſi , cum quæ-
,, ri inter præſentes non poſſit per ſolennia
,, verba , id quod antea pacto nudo promiſ-
,, ſum eſt , firmatur literis , adhibitis verbis
,, ſolennibus. *Vid. Diſſert. Proœm. XII,* §.
,, 462. Quæ *literarum obligatio* dicitur.

,, *V.* Prætores id poſtea extenderunt , &
,, actionem dederunt ex pacto , ſi id per con-
,, ſtitutum , adeoque citra verba ſolennia , con-
,, firmatum fuit ; vel ſi quis literis abſque
,, verbis ſolennibus promittit , ſe id , quod
,, ipſe , vel alius debet , ſoluturum : nam hoc
,, caſu cauſa ſubeſt ; debitum enim præce-
,, dens promittitur. Atque id æquitati natura-
,, li convenire , ait Ulpianus in *L.* 1, *pr. Conſt.*
,, *pec.* quia grave eſt fidem fallere.

,, Porro & *VI.* Leges Romanæ pacta nuda
,, valere , dixere , *ſi contractibus bonæ fidei*
,, *in continenti adjiciuntur :* quia pars ſunt
,, contractus , eique ineſſe dicuntur Aliud
,, autem ſtatuerunt ſi ex intervallo adjiciun-
,, tur. *Vid. ſupr. ad n.* 2. v. *unde naſci &c.*
,, & *partim except.*

,, Tandem *VII.* Prætor ex omni pacto ex-
,, ceptionem dedit , i. e. omnes effectus debiti
,, naturales ei tribuit , præter actionem , ſi-
,, mulque provocat ad æquitatem naturalem ,
,, quia nihil tam fidei humanæ congruum eſſe ,
,, ait , quam pacta conventa ſervare. *L.* 1, *ff. Pact.*

,, *VIII.* Jus Canonicum , & praxis hodierna ,
,, jus naturæ reduxerunt , & ex omni pacto
,, actionem dant ei , cui aliquid promittitur ;
,, adeoque promittentem obligant ad præſtan-
,, dum , vel faciendum id , quod promiſit.
,, *Vid. Jus meum controv. tit. de Pact. q.* 10.

,, Hinc jam facile corruunt omnes allegatæ
,, rationes : quod in pactis nudis non conſtet

„ de voluntate transferendi juris: quod eo-
„ rum, quibus promittitur, non intereſt &c.
„ Quoties enim duorum in idem placitum
„ adeſt conſenſus, toties jure naturali & ho-
„ die promiſſor obligatur. Quod autem vete-
„ ri jure actio data non fuerit ſi cauſa non
„ ſubeſt, id ex mera ratione politica ita ſta-
„ tutum eſt.

Sequitur inde, inter reges, & populos diverſos, pactorum &c. vim eſſe nullam] Reſp. fœdera, & pacta Principum non ſunt pacta nuda, quia animus transferendi juris ex tractatibus præcedentibus, & ſecuta ſubſcriptione apparet: hoc autem eſt ſynallagma.

Additio.

„ Supponendus eſt caſus, qui inter priva-
„ tos ponitur: quid ſi enim Princeps alii
„ Principi præſenti promittat, ſe ei 1000, vel
„ prædium donaturum? quid ſi abſque ulla
„ cauſa ei exercitum offerat, & auxilium
„ promittat. Fruſtra promiſſor poſtea exci-
„ piet, ſe animum ſe obligandi, i. e. trans-
„ ferendi juris, non habuiſſe.

Quamdiu nihil ex iis præſtitum eſt] „ Si
„ enim promiſſa præſtita ſunt, nulla de obli-
„ gatione ſupereſt quæſtio.

Ubi nulla certa forma fœderum, aut ſponſionum reperta eſt] „ Uti reperta eſt in pactis
„ privatorum, ex qua forma conſtat, an ſit
„ pactum, an contractus.

Cur leges &c. pactis obligationem poſſint addere] „ Uti addiderunt pactis legitimis,
„ & quæ contractibus bonæ fidei accedunt.

Quæ quaſi pactum commune ſunt populi]
„ Hinc Papinianus legem definit, commu-
„ nem reipublicæ ſponſionem. *l.* 1, *ff. Legib.*
„ Add. *Gron. h.*

Voluntas autem cujuſque idem non poſſit] Hæc ratio non concludit. Nam leges vi imperii vim obligandi habent, etiam invitis ſubditis: adeoque argumentum a lege ſuperioris ad voluntatem paciſcentis non valet.

Additio.

„ Sed & ex alia ratione argumentum hoc
„ non valet: nam leges illæ talia pacta ſunt,
„ quæ cauſam habent; ideo enim populus in
„ leges civitatis conſentit, ut jura ſingulo-
„ rum per leges illas defendantur.

Præcipue ubi lex civilis impedimentum non affert] „ i. e. Ubi lege civili ſtatutum non eſt,
„ ne ex pacto, cui cauſa non ſubeſt, obli-
„ gatio oriatur: quod cautum erat jure Ro-
„ mano.

Quod voluntate ſufficienter ſignificata dominium transferri poteſt] Hoc argumentum plane non ſtringit. Verum enim non eſt, nuda voluntate, non accedente traditione, dominium transferri.

Ut ante diximus] „ *L.* 2, *c.* 6, §. 1, *n.* 2. *c.*
„ 8, §. 25. *c.* 12, §. 15, *n.* 1. ubi plenius hanc
„ doctrinam Grotii refutavimus. Add. *Diſſ.*
„ *Proœm. XII*, §. 266. *n.* 6, *ſeq.*

Quidni ergo poſſit transferri & jus in perſonam] i. e. obligatio conſtitui. At non quærit Connanus, an quis voluntate ſua ſe obligare poſſit? ſed an obligare ſe voluerit qui nudum pactum iniit, unde non conſtat de animo transferendi juris, quod & naturali, & civili ratione negandum eſt.

Additio.

„ Diximus, eum, qui promittit, etſi ſine
„ cauſa, ſemper obligari: nec quæri, an ani-
„ mum transferendi juris habeat. Hoc ipſo
„ enim jus transfert, dum fidem dat.

Aut ad transferendum dominium] „ Nudo
„ enim pacto, & ſola voluntate, dominium
„ transferri, paſſim docet Grotius, ideo re-
„ futatus in *Diſſ. Proœm. XII.* §. 268, *n.* 6.

Quod jus ipſo dominio minus eſt] „ Auctor
„ ſibi contrarius eſt: alibi enim ſtatuit, ve-
„ rum dominium ſola voluntate citra traditio-
„ nem in alterum transferri. *vid. c. ſeq.* §. 15.

Aut ad aliquid agendum] „ Obligationum
„ enim ſubſtantia in eo conſiſtit, ut alium
„ nobis adſtringat ad *dandum aliquid*, vel ad
„ *faciendum*, vel ad *præſtandum. d. l.* 3, *O. A.*

Quipppe cum in actiones noſtras par jus habeamus, atque in res noſtras] „ Verum hoc
„ eſt: at non ad eum effectum, ut nuda vo-
„ luntate rei dominium in eum, cui promit-
„ titur, transferatur, quod Auctor vult; ſed
„ ut jus petendi ei competat: quod jus ex
„ obligatione perſonæ deſcendit, non ex jure
„ aliquo in re.

Nihil eſſe tam naturale, quam voluntatem 4
domini rem ſuam transferre volentis &c.]
„ Cum enim unicuique jus in res ſuas, ad-
„ eoque & facultas pro lubitu de iis diſpo-
„ nendi, competat, eas ſua voluntate in
„ alium transferre poteſt.

Nihil eſſe tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos placuerunt, ſervare] Vid. *l.* 1, *de Conſt. pec.* Juriſconſulto *fides* hic eſt id, quod menti agentium convenit, & quatenus convenit; non enim fidem alter alteri dedit, niſi quatenus voluntatem dandi declaravit: unde ſi non fuit animus ſe obligandi, hactenus fides data non eſt. Ergo cum duo idem

Digitized by Google

idem velle ſe declarant, & ita conſentiunt, poteſt eſſe eorum ſententia ut invicem jus dare velint, & ſe obligare; poteſt etiam eſſe ſenſus ut non velint, & tum voluntas neceſſitatem non infert: ut ſi duo conveniunt ad emendum, permutandum, ſpatiandum &c. Ex verbo enim *volo* apparet tantum animus volendi, non ſe ligandi; nullus hic eſt animus transferendi juris in alium, nihil alii abeſt, nihil ego alieni teneo: adeoque animus ſe obligandi neceſſario adeſſe debet, ut alius alium cogere poſſit. Atque in eo accurate eum jure naturæ conveniunt principia juris civilis. *Vid. L. 22, ff. de legat. 3. l. 7, §. p. de don. int. conj.*

Jure naturæ igitur is, qui allegat, promittentem obligare ſe voluiſſe pacto nudo, id probare debet: ſi tamen res promiſſa actu præſtita eſt, jam promittens probare debet, ſe animum non habuiſſe ſeſe obligandi.

Hæc naturæ ratio eſt. Sed cum inde inextricabiles lites oriri poſſent, Jure Rom. modus verborum præſcriptus eſt, quo de animo ſe obligandi conſtaret: ſi partes hoc præſcripto modo non utuntur, jure civili denegatur actio, licet forte de animo ſe obligandi conſtet; & ſola exceptio datur ei, cui promiſſum eſt, ſi forte res promiſſa penes eum ſit.

Additio.

,, JCtus loquitur hic de nudis pactis, quæ
,, ſynallagma non habent: & de his ait, *gra-*
,, *ve eſſe fidem fallere*; indeque talia pacta
,, ſervari vult. Supponit ergo, jus ex tali
,, pacto in alterum transferri.

Sic edictum de conſtituta pecunia favere dicitur naturali æquitati] ,, *Hoc edicto Prætor*
,, *favet naturali æquitati, qui conſtituta ex*
,, *conſenſu facta* (etſi ſynallagma i. e. cauſa
,, non ſubſit) *cuſtodit, quoniam grave eſt fi-*
,, *dem fallere*: quæ ſunt verba *L. 1, ff. conſt. pec.*

Ubi nulla in conſtituente debendi cauſa præceſſerat] ,, Obligatio enim ibi oritur ex ſolo
,, conſenſu, nec ulla cauſa hic ſubeſt, ob quam
,, promittitur

Eum natura debere, quem jure gentium dare oportet, cujus fidem ſecuti ſumus] ,, Jure
,, Gentium igitur obligatio ex eo ſolo oritur,
,, quod fidem ſecuti ſumus paciſcenus. Atque
,, ex hac fide data promittens natura debere
,, dicitur *l. 84, ff. R. J.* Indeque ei, qui ex tali
,, debito ſolvit, condictio indebiti non datur.

Vox oportet, neceſſitatem quandam moralem ſignificat] Quæ neceſſitas oritur ex ſolo conſenſu, ex eo, quod promittens fidem dedit.

Fidem ſecutos cenſeri, ubi res integra eſſe deſiit] ,, *Vid. ſupr. ad n. 2. v. quod ſi res &c.*
,, Diximus, obligationem ex promiſſo oriri,
,, etſi res non ſit integra: adeoque verum
,, non eſt, Paulum de tali caſu loqui, ubi res
,, integra eſſe deſiit. *Vid. ſupr. ad* d. v. *&*
,, *ſeq. conf. not. ſeq.*

Quæ ceſſat ſi ex qualicunque pacto ſolutum quid ſit] ,, Paulus igitur ſupponit, eum, qui
,, jure gentium dare debet, natura nobis de-
,, bere ideo, quia ejus fidem ſecuti ſumus:
,, *l. 84, R. I.* At qui nudo pacto aliquid pro-
,, mittit, jure gentium dare debet. *L. 5, §. 1.*
,, *junct. l. 7, pr. & §. 4, Pact.* Jure gentium
,, igitur ex nuda voluntate obligatio oritur,
,, adeo ut licet actio jure Prætorio inde non
,, detur, tamen omnes reliqui effectus debi-
,, ti adſint, inter quos refertur, quod ſolu-
,, tum repeti non poſſit tanquam indebitum.
,, *d. l. 84.*

Quia jam ante &c. naturæ, ac gentium jure dari oportebat] ,, Ex pacto nudo enim obli-
,, gatur promittens etiam naturæ jure: *d. l.*
,, *5, §. 1. junct. l. 7, pr. & §. 4, Pact.*

Re adhuc integra] ,, i. e. Ante numeratio-
,, nem, vel impletionem pacti. *Vid. Gron. h.*

Etiamſi lex civilis ad præſcindendas lites auxilium ſuum non præſtabat] ,, i. e. Etiamſi
,, jure civili actio ex nudo pacto non daretur.
,, Ex ratione enim mere politica introductum
,, erat, ne ſubditi nuda ſua voluntate, i. e.
,, ſine cauſa ſe obligare poſſint.

Ut fundamentum juſtitiæ fidem appellet] 5
,, Quod latius explicat Auctor *infra l. 3. c. 25,*
,, *§. 1. & l. 3. c. 19, §. 1.* Sanctimoniam fidei
,, variis in locis, & graviter commendat B.
,, Parens: ita enim in *Volum. 1. diſput. fol.*
,, 193. ait, nulla re vehementius rem pu-
,, blicam contineri, quam fide, ex *lib. 3.*
,, *offic.* Nec Principem ulla re propius acce-
,, dere ad Deum, quam fidem ſervando; ſine
,, qua nec pax, nec fœdus inter Principes,
,, nec ulla ſocietas inter homines tuta eſſe,
,, aut ad momentum conſiſtere poſſit &
,, quæ proinde omnis juris, ac ſocietatis vin-
,, culum.

Ante Jovem generata, decus divumque, hominumque:
Qua ſine non tellus pacem, non æquora norunt:
Juſtitiæ conſors, tacitumque in pectore numen.
Sil. Ital.

,, Ulterius ſanctimoniam fidei explicat in
,, *Eod. Vol. 1, f. 257. & in Volum. 2, fol.*
,, *597, §. 1, & 2.*

Quam & juſtitiæ ſororem dixit Horatius]
,, Quia juſtus non eſt qui fidem non ſervat.

Ac Simonides] ,, Plures Simonides fuiſſe,
,, conſtat ex *Fabricii bibliotb. Græc. in indice,*

„ *voce Simonides*. Hoc Simonidis effatum ex-
„ ſtat apud *Platon. l. 1. de republ. pag.* 331.

Sed & verum dicere] „ Qui enim fidem
„ non ſervat, quam promiſit, falſum dicit.
„ *Vid. Sen. ep.* 52, 75, 94, & 108.

6 *Diſtinguendi ſunt tres gradus loquendi de rebus futuris, quæ noſtræ ſunt poteſtatis*] „ Au-
„ ctor tres locutionum de futuris, i. e. pro-
„ miſſionum, gradus facit 1°. Quando pro-
„ miſſor aliquid aſſerit pro præſenti intentio-
„ ne, forte mox mutaturus, §. 2. 2°. Cum
„ aliquid in futurum vult, cum ſigno de non
„ mutando, & citra animum jus proprium in
„ alterum transferendi: ut in pollicitatione §.
„ 3. 3°. Cum quis voluntati addit ſignum,
„ quod velit jus proprium alteri conferre,
„ §. 4. Ex *primo* gradu nullam oriri obliga-
„ tionem, ait: ex *ſecundo* obligationem qui-
„ dem oriri, ſed jus proprium in alterum
„ non transferri, ex *tertio* ſimilem oriri effe-
„ ctum, qualem in alienatione dominii.

„ Hæc graduum diſtinctio rem obſcuram
„ magis reddit, quam explicat: jus naturæ
„ ſimpliciſſimum eſt, pactum enim obligat,
„ *quando duo in idem placitum conſentiunt*.
„ *L. 1, ff. pact.* Non autem conſentiunt, niſi
„ in tertio ab Auctore propoſito gradu.

Quæ noſtræ ſunt poteſtatis] „ Si enim in
„ noſtra poteſtate non ſunt, nec jus earum
„ rerum in alios transferre poſſumus. *Vid.*
„ *inf.* §. 8.

Aut fore putantur] „ Si ſcilicet bona fide
„ res noſtras eſſe putamus, cum ſint alienæ.

A d §. II.

Aſſertio explicans animum, qui nunc eſt]
„ v. g. Si quis in genere declarat, ſe donare
„ velle domum ſuam, non facta mentione
„ quando, vel cur ſit donaturus.

Et ad hanc, ut vitio careat, requiritur veritas cogitationis pro præſenti tempore] „ Immo ſive
„ ſerio, ſive dicis cauſa mentem talem decla-
„ raverit, aſſertio hæc vitio caret; fidem
„ enim alii non dedit.

Non autem ut in ea cogitatione perſeveret] „ Nemini enim ex illa aſſertione jus
„ quæritur.

Naturalem potentiam mutandi conſilium]
„ Liber enim eſt animus: adeoque pro lu-
„ bitu velle, & nolle poteſt.

Sed & jus] „ Diximus enim, nullum alii
„ jus ex tali aſſertione quæſitum; indeque
„ facultatem illam naturalem reſtrictam non
„ eſſe.

In mutatione ſententiæ] „ Vide id expli-
„ cantem Gronovium *b*.

„ Nos diximus in caſu propoſito, ſi aſſe-
„ rens mutat ſententiam, nunquam eſſe vi-
„ tium. Nihil enim promittitur, nemini fi-
„ des datur, nemini jus quæſitum eſt: adeo-
„ que facultas naturalis mutandi, jure non
„ eſt reſtricta.

Vitium eſt aliquod] „ Forte quod pro tem-
„ pore præſenti non vere cogitavit id, quod
„ aſſerit.

Aut accedit] „ Puta, quia prior ſententia
„ erat melior.

Id non eſt intrinſecum mutationi] „ Quia
„ non aſſerit, quod velit perſeverare in ea-
„ dem cogitatione.

Sed ex materia, puta, quia prior ſententia erat melior] „ Adeoque ubi vitium mu-
„ tationi accedit: vel ſi vitium ab initio in-
„ eſt, forte quod aſſerens pro præſente tem-
„ pore non vere cogitaverit. &c.

A d §. III.

C u m *voluntas ſe ipſam pro futuro tempore determinat, cum ſigno ſufficiente*] „ Parili
„ obſcuritate laborat hic §. cum præcedenti.
„ Res ipſa naturali ratione per ſe clara eſt.

„ Supponit Auctor caſum, ubi quis præ-
„ ſente Cajo declarat, ſe Titio 100 datu-
„ rum; quod negotium *pollicitationem* vo-
„ cat. Hoc caſu *voluntatem aſſerentis ſe determinare*, ait, *cum ſigno ſufficiente ad indicandum perſeverandi neceſſitatem*: inde-
„ que promiſſorem obligari, putat.

„ Bene autem notandum eſt, Auctorem
„ *neceſſitatem* illam implendi promiſſum non
„ deducere ex *jure naturæ ſociali*, ſeu ſtri-
„ cte ſic dicto; ſed ex *jure naturæ laxiori*
„ *ſenſu ſumto*: ex lege, ſcilicet, charitatis,
„ vel quod idem eſt, ex regulis perfectio-
„ num. Conf. *infra* §. 14, & *Diſſ. Proem.*
„ *II*, §. 8, *ſeq.*

„ Equidem, paſſim dictum eſt, non dari
„ jus naturæ ſociale, nedum laxius. Unum
„ eſt jus naturæ, quod ex ſola voluntate Dei
„ oritur, & in jure ſuo cuique tribuendo
„ conſiſtit, quodque obligationem producit,
„ vel intuitu aliorum hominum, vel intuitu
„ ſolius Dei. Neutra autem obligatio obti-
„ net in *pollicitatione*. Promiſſor enim non
„ obligatur *Titio*, qui non acceptavit: ad-
„ eoque hactenus non eſt duorum in idem
„ placitum conſenſus. Nec *Deo* obligatur,
quia

Digitized by Google

„ quia Deus vult quidem, fidem datam impleri: at fides hic data non eſt Titio; hinc tuto mutare conſilium, re quippe integra, poteſt.

Et hæc pollicitatio dici poteſt] „ Deſcribitur enim pollicitatio, offerentis ſolius promiſſum: indeque diſtinguitur a pacto, quod eſt conſenſus duorum. *L.* 3, *ff. Pollicit.*

Sepoſita lege civili] „ Immo nec lege civili jus proprium dat alii; *L.* 1, §. 1. *ff. de pollicit.* niſi in caſibus ſpecialibus: ſi quis reipublicæ, piæ cauſæ, vel ob honorem pollicitus eſt, vel ſi promiſſum implere cœpit. *d. l.* 1, *d. l.* 3.

Aut abſolute] „ Si pure pollicitus eſt.

Aut ſub conditione] „ Si ſub conditione promiſit, eaque exiſtit, *l.* 11, *ff. pollicit.*

Sed jus proprium alteri non dat], „ I. e. alteri jus agendi non oritur ex tali pollicitatione: idque verum eſt, etſi is, qui præſens fuit, nomine abſentis acceptaverit, quia naturali ratione alii paciſci non poſſumus. *Vid. infra* §. 14, *ſeq.*

Ut obligatio ſit in nobis, & nullum jus in alio] „ Hanc Auctoris hypotheſin expoſuimus in *Diſſ. Proœm. II*, §. 10, 11, 12, & 13.

Sicut in debito miſericordiæ, & gratiæ reponendæ apparet] „ Hanc enim obligationem non oriri ex jure naturæ ſtricte ſic dicto, ſed laxiori, paſſim docuit. Vid. *dict. diſſ. Proœm. II*, §. 10, *ſeq.*

Quibus ſimile eſt hoc debitum conſtantiæ, ſive fidelitatis] „ Diximus, non peccari contra debitum conſtantiæ, quia promittens, re integra, mutare animum naturali quoque ratione poteſt: nedum peccatur contra debitum fidelitatis, quia fides data non eſt abſenti.

Itaque] „ Quia pollicitatio, etſi ex hypotheſi Auctoris promittentem obliget, jus proprium ei non dat, cui promittitur.

Res pollicitantis retineri] „ Si forte is, cui pollicitatio facta eſt, eam poſſideat.

Ad implendam fidem cogi jure naturæ non poterit] „ I. e. is, cui pollicitatio facta eſt, actionem non habet ut compellat pollicitantem ad rem præſtandam, quia jus proprium non habet.

A d §. IV.

1 Tertius *gradus eſt, ubi ad determinationem talem accedit ſignum volendi jus proprium alteri conferre*] „ Adeoque ad id, ut ex pacto oriatur perfecta obligatio, Auctor requirit 1°. ut voluntas pro futuro tempore ſe determinet cum ſigno ſufficienti ad indicandum perſeverandi neceſſitatem. *Vid.* §. 3, *n.* 1. §. 4, *n.* 1, & 3. 2°. Præterea requirit, ut concedat alteri jus proprium: *d.* §. 3, & *d.* §. 4, *n.* 3.

„ Nos cum JCtis Romanis ſtatuimus, perfectam eſſe promiſſionem, quando duo inter ſe conſentiunt de dando, vel præſtando aliquid: tunc enim ſemper jus aliquod proprium in alterum transfertur, quia *duo in idem placitum conſentiunt.*

Similem habens effectum qualem alienatio dominii] „ Similitudo in eo conſiſtit, quod uti in alienatione rei ipſum dominium transfertur, ita per pactum jus paciſcentis alienetur, & in alium transferatur.

Eſt enim aut via ad alienationem] „ Ex pacto enim de re inito conceditur creditori jus exigendi rem promiſſam, & creditor agit contra promittentem, ut rem tradat, i. e. eam alienet.

Aut alienatio particulæ cujuſdam noſtræ libertatis] „ Obligatio enim, quæ ex pacto oritur, eſt vinculum juris, per quod quis adſtringitur ad aliquid faciendum, vel præſtandum.

Illuc pertinent promiſſa dandi, huc promiſſa faciendi] „ Omnis enim promiſſionis objectum ſunt vel res, vel facta. *Laut.comp. pag.* 8, 49, & 621.

Ejus, quod dicimus, inſigne nobis argumentum præbent divina oracula] „ Promiſſa ſervanda eſſe inter homines, vel ex eo probatur, quia ipſe Deus ſuis promiſſis ſe alligatum fatetur. Si igitur Deus, qui nulla lege conſtringitur, ex ſuo promiſſo obligatur, multo magis homo, qui legi naturæ tenetur.

Qui nulla conſtituta lege obſtringi poteſt] „ Quia ſuperiorem non habet. Unde ergo obligatio illa oritur? Reſp. ex natura perfectionis ſuæ, quia nec mentiri, nec mutare voluntatem poteſt.

Unde ſequitur, ut promiſſa præſtentur, venire ex natura immutabilis juſtitiæ, quæ Deo, & hominibus &c. communis eſt] „ Juſtitia omnino Deo, & hominibus communis eſt: at diverſo modo. Nam *alia* eſt natura juſtitiæ, quæ Deo propria eſt; *alia* autem natura juſtitiæ hominibus propria. *Prior* non oritur ex lege ſuperioris; & Deus ad regulas ſuæ juſtitiæ, adeoque & ad implendum

„ dum promiſſa, obligatur non ex vinculo aliquo externo, ſed ex natura ſuæ perfectionis: adeoque ex neceſſitate aliqua, quæ non extra Deum, ſed in ipſo Deo eſt. *Poſterior* oritur ex ſola lege divina, quæ ſi non exſtaret, homines fidem fallere potuiſſent: adeoque hæc neceſſitas non eſt intrinſeca, ſed extrinſeca; & ab alia pendet cauſa.

Et omnibus, qui ratione utuntur] „ Ex ſola enim ratione apparet, natura aliquid juſtum eſſe.

Suo modo] „ Nimirum, Deo ex neceſſitate intrinſeca, hominibus extrinſece ex lege ſuperioris.

Defixiſti externo volus tuas, illaqueatus es verbis oris tui] „ Ob neceſſitatem præſtandi ea, quæ promiſiſti.

Vinculum] „ Ita JCtis Romanis quoque obligatio, quæ ex promiſſis oritur, definitur vinculum juris, quo neceſſitate adſtringimur ad aliquid præſtandum, vel faciendum. §. 1, *Inſt. Oblig.*

Voto comparatur] „ Hebræi voto eam comparant ad effectum obligationis, quia votum impleri debebat: ibi enim Deo jus quæſitum eſt, qui ſemper acceptat oblata; adeoque jus illud a vicariis Dei exigi poteſt. *Vid.* §. 14, & *ſupr.* §. 2.

Capit, ac vincit quodammodo promiſſorem] „ Naturam hujus vinculi late explicavimus *cap. præc.* §. 1, *prop.* 5.

Vox mea facta tua eſt] „ Metaphorice hoc intelligendum: nimirum, jus meum per meam vocem, i. e. per meam diſpoſitionem, tuamque acceptationem, tuum fit.

2 *Non difficulter reſpondebimus ad Connani argumenta*] „ Quibus probare contendit, ex pactis nudis non oriri obligationem, niſi ſynallagma adſit. *Vid.* §. 1, *n.* 1.

Nam JCtorum dicta] „ Expoſita *ſupra* §. 1, *n.* 1.

Reſpiciunt id, quod Romanis legibus erat introductum] „ Romanæ leges ſtatuerunt, ne ex pactis nudis detur actio (nam obligatio naturalis omnino ex pactis nudis oritur): ratio autem hujus ſtatuti civilis eſt, ne ſubditi temere, & ſine cauſa promitterent, ſuumque jactarent.

Quæ deliberati animi ſignum certum conſtituerunt ſtipulationem] Non enim temere videtur promiſiſſe, qui ex cauſa præcedenti promittit. Hinc ipſa ſtipulatio nulla eſt, ſi cauſa non præceſſerit. *L.* 2, §. 3, *ff. Exc. dol.*

Similes eſſe in aliis populis leges] Ne valeant pacta, niſi adhibitis certis ſolennitatibus.

Quæ lex ad id præſtandum nos, quod alicui promiſimus, obligat? ait Seneca] Seneca *l.* 5, *de benef. c.* 21, probare vult, multa actionem non habere, quæ tamen æqua ſunt: poſtquam igitur quæſivit, *quænam lex ad id præſtandum nos, quod alicui promiſimus, alliget?* ſtatim addit: *tamen fidem datam, & non ſervatam indignabor.*

De promiſſo non ſolenniter facto loquens] „ Etſi igitur is, qui neglectis ſolennibus jure inventis aliquid promittit, jure civili non obligetur, in conſcientia tamen tutus non eſt, & merito indignationem ex ſententia Senecæ meretur.

Poſſunt autem naturaliter deliberati animi alia eſſe ſigna, præter ſtipulationem] Semper deliberatus animus adeſt, quoties duo in idem placitum conſentiunt, nec aliud deliberati animi indicium requiritur. 3

Aut ſi quid ei ſimile ad actionem pariendam lex civilis poſtulat] „ JCti Romani præter ſtipulationem alios modos ſtatuerunt, quibus ex pactis nudis etiam actio daretur: nimirum, 1. ſi quis conſtituit ſe ſoluturum id, quod nudo pacto promiſerat. 2. Si pactum accedit contractui bonæ fidei. 3. Si accedit literarum obligatio &c. *Vid. Diſſert. Proœm. XII*, §. 438.

Id nos quoque ad vim obligandi non credimus pertinere] Diximus, omne pactum animo deliberato fieri, quia ſupponimus, duos in idem placitum conſenſiſſe.

Imo & quod deliberato fit, ſed non eo animo ut jus proprium concedat alteri &c.] Ex omni promiſſo, ubi duo de eadem re conſentiunt, jus proprium conferri in eum, cui promittitur, modo diximus.

Ex eo negamus jus exigendi cuiquam naturaliter dari] Intelligit Auctor promiſſum ab uno factum, & ab altero non acceptatum: ut in pollicitatione. *Vid.* §. 3. Ibi verum eſt nullam actionem dari, quia non eſt pactum, ſeu duorum in idem placitum conſenſus.

Quanquam hinc non ſolum honeſtatem, ſed & neceſſitatem quandam moralem naſci, agnoſcimus] Imo nec honeſtatem, nedum moralem neceſſitatem ex pollicitatione oriri, diximus. Si quis igitur aſſerit ſe Cajo abſenti 100 dare velle, voluntatem citra imperfectionem mutare poteſt.

De eo autem, quod ex Cicerone adducitur] „ Compendium eorum, quæ Tullius tradit, „ jam

Digitized by Google

„ jam exhibuimus *ſupra* §. 1, *n.* 4; ſimulque „ mentem ejus explicavimus.

Sed quæ ad perfectæ promiſſionis vim requirantur, videamus] „ Hæc requiſita expoſuimus ſupra §. 1, *prop. V.* Ubi dictum eſt, „ ad juſtam diſpoſitionem requiri 1. facultatem juſtam, 2. voluntatem, 3. ejus declarationem.

AD §. V.

1 PRIMUM *requiritur uſus rationis*] Nam deficiente rationis uſu nulla eſt facultas agendi, nullaque voluntas, adeoque nec pactum.

Ideo & furioſi, & amentis] Furioſus igitur 1. non habet intellectum, adeoque deficit facultas diſponendi, utpote quæ ſupponit judicium, & intellectum: 2. non habet voluntatem, utpote quæ ſine intellectu non procedit; adeoque deficit placitum.

Et infantis nulla eſt promiſſio] Infans enim judicio maturo deſtituitur, utpote quod non incipit niſi a tempore pubertatis, quia cum facultate propagandi demum incipit facultas adminiſtrandi. Vid. *ſupr. L.* 2, *c.* 5, §. 2. Adeo ut licet forte de induſtria infantis ante pubertatis annos conſtet, nihilo magis ex promiſſo obligetur.

Aliud cenſendum de minoribus], „ Poſt pubertatem enim & judicium, & adminiſtrandi facultatem, natura conceſſit minoribus: „ at jus Romanum propter lubricum ætatis, „ & quia in hoc ſtatu corrupto difficilior eſt „ rerum adminiſtratio, læſo dedit reſtitutionem in integrum.

Ut & fœminæ] Fœminæ pleniſſimo judicio gaudent, indeque ex quo puberes ſunt, rerum ſuarum adminiſtrationem habent: at quia fœminæ adhiberi domeſticis ſaltem negotiis, & ideo negotiorum formas, forique ſubtilitates ignorare ſolent, jura civilia ipſis, ſi de futuro earum præjudicio agitur, certis caſibus proſpiciunt, uti in interceſſionibus, &c. vel dato litis curatore; hoc autem meri juris civilis eſt.

Id tamen nec perpetuum eſt] „ Dixi & fœminas, & minores judicio a natura præditos, adminiſtrationiſque capaces eſſe; „ quod autem eis ſuccurratur, id a jure civili eſt.

„ *Inſto*: cur ergo fœminæ a regnis excluduntur? Reſp. quia hoc officium ſua natura virile eſt. *Vid. L.* 2, *c.* 7, §. 17, & 18.

Nec per ſe ſufficit ad actus vim elidendam] „ Nam natura quoque judicii gradus ſunt; „ ſane, inter maſculos quoque alter altero „ judicio prævalet: ſufficit ergo quod minores, & fœminæ puberes communiter pleniſſime intelligant id, quod agunt.

Non poteſt certo definiri] „ Equidem natura id definivit ex momento pubertatis: 2 „ at hoc ipſum momentum incertum valde „ eſt, cum in aliis citius, in aliis tardius „ procedat. Ita enim apud Colchos ante decimum annum puberes fieri fœminas, tradit *Busbeq. ep.* 3, *p. m.* 155. *Vid. Zach. qu. Med. leg.* 1, *b.* 1, *q.* 5, *n.* 17. *qu.* 6, *n.* 25. *L.* 8, *t.* 1, *q.* 4, *n.* 4. Merito ergo Legiſlatores certum annum ſtatuerunt.

Sed ex quotidianis actibus, aut etiam ex eo &c.] „ Immo regula generalis lege conſtitui ſolet, juxta facultatem generandi „ communem.

Qui annum impleſſet decimum tertium] „ Nam facultas generandi ex eo tempore plerumque competit.

Puella, quæ duodecimum &c.] „ Non Hebræi ſaltem, ſed & Romani pubertatem „ fœminarum ad brevius ſpatium reſtrinxerunt, quia facilius gignunt, indeque & „ citius ad adminiſtrandum ſunt capaces: & „ cum adminiſtratio fœminarum reſpiciat curam rei familiaris, longe ea facilior eſt, „ ac ea, quæ maribus natura incumbit. *d. c.* 5, §. 2.

Quaſdam promiſſiones pupillorum] „ Regulariter enim pupilli nec naturaliter obligantur. *L.* 59, *ff. O. A. l.* 41, *Cond. ind. l.* 43, *O. A.* Quidam tamen caſus excipiuntur, „ de quibus *vide jus noſtrum controv. tit. de pact. q.* 30.

Ac minorum irritas pronunciant] „ I. e. „ Nullas declarant, ita ut nec naturaliter „ obligetur minor: quod verum eſt ſi curator ipſi datus eſt; tunc enim ſimilis fit pupillis: *arg. l.* 3, *C. Reſtit. in integr. l.* 6, *ff. V. O. Vid. jus contr. d. tit. q.* 31.

Adverſus quaſdam reſtitutionis beneficium introducunt] „ Si ſcilicet curatorem non habent, & læduntur. *L.* 3, *c. Reſt. in integr.* „ *vid. jus controv. tit. Pact. q.* 31.

Sed hi effectus ſunt proprii legis civilis] „ Quod quædam *pupillorum* promiſſiones irritæ declarentur, id non ex jure civili eſt; „ nam omnes promiſſiones *pupilli* jure naturæ irritæ ſunt: quod autem *minorum* „ promiſſiones aliquando irritæ declarentur, „ aliquando reſtitutio contra eorum actus detur, hi effectus ſunt proprii legis civilis.

Niſi quod quibus locis obtinent, ibi eas ſervari etiam naturale eſt] „ Quia leges civiles „ quoque obligant in conſcientia, & naturæ „ lex eſt juſſui ſuperioris parere.

Quare etiam ſi peregrinus cum cive paciſcatur, tenebitur illis legibus] Peregrinus enim quamdiu in alieno territorio commoratur, ſubjectus eſt legibus illius territorii; alibi enim probavimus, fundatam eſſe juriſdictionem intra fines territorii, & in omnibus perſonis, quæ in eo degunt. *Vid. Lib.* 1, *c.* 3, §. 5. Indeque hactenus inter peregrinum, & civem, nulla eſt differentia.

Subditus temporarius] Ex natura juriſdictionis, quæ non perſonarum numero, ſed finibus territorii definitur. *Vid. l.* 1, *c.* 3, §. 5, *n.* 7. *Propos. VI. p.* 232.

3 *Plane aliud erit ſi in mari pactio fiat*] „ Cum enim leges in mari non fiunt ſtatutæ, „ ſolum jus naturæ ibi obtinet.

„ Aliud dicendum 1. ſi mare eſt occupa„ tum; tunc enim valet promiſſio juxta leges „ imperii ejus, cui mare eſt proprium. 2. A„ liud quoque obtinet ſi ejuſdem civitatis „ cives vel auctoritate publica, vel commer„ cii cauſa navigant; hi enim legibus patriæ „ ſubjecti manent, quia domicilium retinent, „ etiam abſentes. *Vid. Teſm. h. & Pufend.* „ *de jur. nat. l.* 3, *c.* 6, §. 5, *in fin.*

Aut in vacua inſula] „ Ibi enim itidem „ ſolum jus naturæ obtinet, quia alius ſupe„ rior non eſt, nec leges civiles ibi exſtant: „ adeoque nec minor in inſula vacua contra„ hens gaudet beneficio reſtitutionis.

Aut per literas inter abſentes] „ Si quis „ extraneo per literas aliquid promittit, quæ„ ritur, an valeat hoc pactum juxta leges „ loci, ubi promittens degit: an æſtimari „ debeat ex legibus loci, ubi acceptans mo„ ratur; an juxta leges naturæ? Auctor po„ ſterius ſtatuit, adeoque minorem contra „ extraneum acceptantem non reſtitui, pu„ tat. At verius eſt, negotium valere ex ju„ re ejus loci, ubi negotium perfectum eſt: „ & cum perficiatur demum acceptatione, „ & conſenſu ejus, cui promittitur, nego„ tium dijudicandum eſt ex legibus, quibus „ acceptans utitur. Si proinde is minor, & „ læſus ſit, ac legibus illius loci reſtitutio„ nis beneficium obtineat, eo uti omnino „ poteſt, etiam contra eum, qui abſens per „ literas contraxit.

Ut & pacta eorum, qui ſummam habent poteſtatem] „ Nam ſummæ poteſtates legibus „ civitatum non ſubſunt; ſed eorum pacta „ ex ſolo jure naturæ æſtimantur.

Qua tales ſunt: nam in his, quæ privatim agunt, locum habent leges] „ Diximus „ alibi, Principes, ſi de jure ſuo privato diſ„ ponunt, ſubeſſe legibus civilibus: inde„ que *I.* eos obligari ex negotiis, quæ vim „ obligandi a ſolo jure civili habent, ut ex „ pollicitatione, teſtamento, &c. *II.* Eos „ omnibus privilegiis juris civilis, quæ ad „ infirmandas obligationes conceſſa ſunt, „ uti poſſe: indeque 1. eos non teneri ex „ negotio, cui forma præſcripta deeſt; adeo„ que non obligari ex venditione ſi pretium „ definitum non eſt, &c. 2. Eos ad reſcin„ dendum negotium agere poſſe, v. g. ob „ lubricum ætatis, læſionem enormem, &c. „ 3. Eos actiones elidere poſſe exceptione „ SCti Macedoniani, Vellejani &c. *Vid. in*„ *fr. c.* 14, §. 1, & 2, §. 6, *n.* 3.

Leges, quæ irritum actum faciunt] „ Ve„ rum hoc eſt ſi ſubditi, vel ſi extranei cum „ Principe ut privato contrahunt; nam bene„ ficia legum civilium ſubditis conceſſa, „ multo magis Principi in ſuo territorio pro„ deſſe debent. Sed & extranei legibus ejus „ loci, ubi contrahunt, utuntur.

Ubi id in favorem ipſius ſit] „ Hinc Prin„ ceps minor ſi cum ſuo ſubdito contrahit, „ vel cum extraneo in ſuo territorio, & læ„ ſus ſit, reſtitui debet in integrum. *d. c.* 14, „ §. 1, *ſeq.*

Non in pœnam] „ Immo & ſi in pœnam „ lex infirmet obligationem: hinc præſcriptio „ quoque Principi in juribus privatis obſtat. „ *d. c.* 14.

Ad §. VI.

Explicavimus in præcedentibus quid ſit pactum: diximus, illud eſſe declarationem voluntatis noſtræ de jure in alium transferendo. Hic quærit Auctor, quid juris ſit, ſi promittens errore inductus voluntatem declaraverit? & ait, non valere diſpoſitionem erroneam, ſi in præſumtione quadam facti promiſſio ſe fundat: aliud autem eſſe ſi adfuerit error, ſed in quo fundata non erat promiſſio. Auctor revera nihil decidit; nam ſola hic quæſtio eſt de errore in re, de qua promiſſio facta eſt, adeoque de errore, in quo promittens ſe fundat. Sed & ſæpius dixi, ex præſumptionibus jus naturæ non ori- 1

ri:

Digitized by Google

ri: hinc ex aliis principiis fundamenta deciſionis deſumi debent. Vera principia hæc ſunt.

PROPOSITIO I.

Error tollit conſenſum, eoque negotium quatenus errat.

DEMONSTRATIO.

Cum diſpoſitio nihil aliud ſit, quam voluntatis noſtræ declaratio, facile conſtat, voluntatem non eſſe, niſi præcedat ſcientia, cum ignoti nulla ſit cupido: deficiente igitur ſcientia, uti deficit ſi errat, deficit conſenſus, eoque voluntas, adeoque negotium, quippe in quod conſenſum non eſt. Hinc Seneca 4, *benef.* 36, ait: *demens eſt qui fidem præſtat errori.*

PROPOSITIO II.

Si in parte erratum, videndum an dividuum ſit negotium, an individuum: illo caſu ſi pars, in qua errore conſenſum, dividi ab altera poteſt, pro parte valet: hoc caſu error totum tollit.

DEMONSTRATIO.

Regulam poſuimus in *Propoſitione* 1. quod error tollat conſenſum, eoque negotium, *quatenus errat:* adeoque ſi pro parte errat, ſaltem vitiatur promiſſio in parte qua errat; nam in hac ſola deficit conſenſus, adeoque ſubſtantia negotii. In reliquis ergo particulis, ubi erratum non eſt, jus eſt prout partes diſpoſuere. Unde regula naturæ eſt, utile per inutile non vitiari. *l. f. ff. V. O.* At aliud dicendum ſi negotium individuum eſt, & ſeparari non poteſt id, in quo erratum eſt, a reliquis partibus: nam nec totum valere poteſt, quia parti vitium ineſt; neque pro parte, quia dividi non poteſt: neque ergo ex toto jus peti, neque ex parte poteſt; non ex illo quia deficit conſenſus; nec ex hac, quia individuum eſt. Individuum autem quid eſt, non tantum ratione rei, ſed etiam ratione voluntatis, uti ſi de parte negotium contracturus non fuiſſet.

PROPOSITIO III.

Si tamen cujuſdam culpa eſt damnum errore datum, is reparare tenetur.

DEMONSTRATIO.

Etſi igitur negotium errore contractum irritum fiat, ſi tamen alter inde damnum paſſus ſit, videndum quis cauſa ſit erroris, indeque damni dati: is enim, cujus culpa error ille contigit, tenetur ad damni reparationem, quia facto hoc illicito cauſam dedit damno. Pro culpa autem quoque habetur quando magis uni, quam alteri imputari poteſt; quo argumento ſæpius utuntur JCti Romani. *Vid.* §. *f. Inſt. ſociet. L.* 11, *ff. Leg. Aquil.*

Additio.

„ Hinc jam decidi facile poſſunt duæ quæ„ ſtiones a Cicerone propoſitæ. *Altera* eſt de „ mercatore Rhodio, circa quam inter duos „ Stoicos, Diogenem Babylonium, & Anti„ patrum, gravis diſſenſus fuit: prædictus „ nimirum mercator cum ſciret naves fru„ mento onuſtas afferri, tacuit, & pluris „ vendidit; Diogenes fraudem mercatoris „ probavit, quia liber utriuſque fuit conſen„ ſus; Antipater omnia manifeſtari voluit. „ *Vid. Cic. l.* 3, *de offic. c.* 12, *ſeq.* Equidem „ Diogenis ſententia de jure verior eſt; quia „ mercator nihil egit in alieno, ſed ſuum „ vendidit, & emtor ſuum pretium libero „ obtulit; nec ulla ratio dari poteſt, cur is „ adventum navium indicare debeat: & cum „ pretium non minuatur niſi cum indigentia „ ceſſat, hæc non ceſſavit ante eventum; „ nec mercator tenebatur ex facto illicito, „ quia indicare non tenetur. Sententia autem „ Antipatri virtuti, & generoſitati eſt conve„ nientior. *Conf. c. ſeq.* §. 9.

„ *Altera* de C. Canio equite Romano, „ quam B. Parens in *Diſſertatione* 53. *vol. II*, „ *fol.* 1091. (quem locum §. *ſequenti* infere„ mus) explicavit, & nos in *diſſertatione* „ *Proœm. XII.* §. 438, *n.* 4, examinavimus: „ quo nos remittimus.

PROPOSITIO IV.

Si neutrius, vel utriuſque culpa erratur, neuter tenetur.

DEMONSTRATIO.

Si ab utraque parte ignorantia eſt invincibilis, neuter facit injuriam: adeoque nec ibi eſt reparandi neceſſitas, indeque nec reſtituendi obligatio; ſed merus caſus eſt, qui nocet domino. Si uterque potuit ſcire errorem, tunc unuſquiſque erravit facto proprio, non alterius; & ſic cum injuriam non acceperit ex culpa alterius, ſed ex propria, itidem ceſſat reparandi neceſſitas.

PROPOSITIO V.

Ignorantia futuri pro errore non habetur.

DEMONSTRATIO.

Ignorantia igitur, quæ poſtea ſupervenit, nihil mutat, & nec pro culpa eſt, nec pro vitio. Nam 1. error eſt cum quis aliter putat, ac eſt; non cum aliter putat, ac futurum eſt. 2. In omnibus factis inſpicitur ſtatus rei præſens, non futurus. Sane 3. humanum eſt neſcire futura.

Propositio VI.

Jus civile Romanum ab his naturæ regulis receſſit, ſtatuitque ne error tollat conſenſum.

Demonstratio.

Equidem negari nequit, jus naturæ infinitis difficultatibus ſubjectum, & implicatum, indeque ad definienda negotia minus aptum eſſe: diſceptandum inter partes eſſet, an negotium ſit dividuum, an individuum; an culpa alterius erratum ſit, an utriuſque, an caſu; item an quis de toto fuiſſet contracturus, an non. Hinc jus civile regulam fere in contrarium ſtatuit: nimirum, errorem non tollere ſubſtantiam actus, nec vitiare negotium; quia lex civilis requirit diligentiam in contrahendo negotio, ut quiſque inquirat, & gnarus ſit eorum, quæ aguntur, adeo ut ſi negligat, damnum id in pœnam negligentiæ ipſi imputetur.

Exc. 1°. ſi in corpore erratum; tunc enim omnis conſenſus ceſſat, adeoque tota diſpoſitio vitioſa eſt. 2°. Si in contractu bonæ fidei dolus cauſam dedit errori; quia dolus, indeque natus error, contrariatur naturæ, & ſubſtantiæ bonæ fidei, quæ ſola contractum ſuſtinet. 3°. In ædilitio edicto: ſi circa vitia occulta, quæ ſcire nemo poteſt, erretur; hic enim error magis imputatur venditori, quia facilius ſcire potuit. 4°. Si error cum enormi læſione conjunctus ſit, uti in *l. 2, c. de reſcind. vend.* 5°. Aliquando is, qui juſtam errandi cauſam habuit, reſtituitur in integrum ex clauſula generali: ſi qua juſta cauſa fuerit. *L. 2, ff. de reſtit.* 6°. In emtione quoque vitiatur negotium, ſi in ſpecie, vel in ſubſtantia erratum ſit. *L. 9, §. f. contr. emt.*

Additio.

„ Doctrinam de errore, ejuſque effectu
„ in contractibus juris gentium, prolixe ex-
„ poſuit B. Parens in *Vol. 2. Diſſ. ſ. 749. ſeq.*
„ Verba hæc ſunt:

Haud ignobile ejus rei ſpecimen exhibetur, ubi de errore circa contractus agitur. Si enim naturæ ductum ſequimur, nulla conventio conſiſtere poterit, in quam error qualiſcunque (præterquam nominis, aut ſyllabæ *L. 9, §. 1, de Contr. emt. l. 54, in princ. de manum. teſt.*) incidit; ſed niſi negotium, conſenſusque ita dividuus ſit, ut utile ab inutili commode ſeparari poſſit, tota conventio neceſſario deficeret. Nam cum univerſa conventionis ratio conſenſu conſtet, *l. 1, §. 2, §. 3, de Pact. l. 3, in princ. de Poſſ.* non poteſt, ubi erratur, conſenſum videri, *arg. l. 15, de juriſd. l. 20, de Aq. & aq. pluv. l. 116, §. fin. de Reg. Jur. l. 4, §. fin. Si quis caut.* aut ſine conſenſu conventio; quæ proinde ſi pro parte, quam error occupavit, conſiſtere non poteſt, tota concidat neceſſe eſt. Quod Seneca ſenſit, qui *lib. 4, de Benef. c. 39,* ſtatuit, *tacitam his negotiis ſubeſſe exceptionem, ſi hæc ita erunt.* Deinde, *Eadem,* inquit, *mihi omnia præſta, & idem ſum.* Quin Plato in numero legum ſuarum poſuit; Ἐὰν ἰδιώτῃ τὶς ἰδιώτης, ἀναγωγὴν εἶναι· *Si ignarus ignaro* (vendidit), *reſtitutionem fieri.* Et mox: Ὁ δὲ ὀφλὼν τὴν τιμὴν ἁπλῆν ἀποτινέτω· *rem vero ſimplicem valorem reſtituito. lib. 11. de Legib.* Atque hinc Anonymus ille ſcriptor vitæ Iſid. Philoſ., quem Grotius de *J. B. & P. l. 2, c. 12, in fin.* e Bibliotheca Photii allegat, minoris æquo emere, aut pluris vendere, dicit ἀδικίαν ὑπὸ τοῦ νόμου ἀφειμένην, *injuriam lege permiſſam.*

Fatendum equidem, hac ratione ſæpe læſum iri emtorem innocentem, ſi multo poſt tempore quilibet pretii error negotium infringeret, cum jam prætermiſſæ conditiones aliæ, conſumta pecunia, res deterior, quin forte & mutata rerum pretia. Verum non deficiunt ipſi quoque remedia naturæ. Et primum quidem integrum ei eſt, ſupplendo quod deeſt, evitare ſolvendi negotii neceſſitatem: ceſſat enim hoc ipſo error in pretio, ſi quatenus a vero aberratum eſt expletur; quo facto, ſua jam conventioni plane conſtat ratio, æquato omnino conſenſu, emendatoque errore: ut jam purgato omni vitio, fides negotii nulla ratione convelli amplius poſſit.

Deinde, damna quod attinet, quæ venditor forte, vel etiam emtor hinc ſenſit, certa eſt definitio naturæ, ut is ea præſtet, cujus culpa data ſunt, ſive error emptoris in culpam abeat, ſive venditori id magis imputandum ſit: immota enim naturæ, & utriuſque juris regula eſt, ut ſuæ quiſque culpæ, factique damna ferat, non alius, *l. 1, in pr. de Alien. jud. mut. l. 155, in princ. de Reg. Jur. c. 27, de Elect. in 6, &c.*

Quam rationem Plato quoque in legibus ſuis *d. l. 11,* ſequitur; etſi multa, quæ arbitrii, non naturæ ſunt, immiſceat.

Hæc definitio juris naturalis ſatis quidem luculenta, ac ſolida eſt; at non perinde commoda, & conveniens vitæ civili. Quæ enim hinc exſurgeret litium ſeges? Quid occultius, & probatu, deciſuque difficilius, quam hæc: Num emtor ſciverit pretium, nec ne? Num, ſi erravit, iſte error in culpam cadat? In quod pretium conſenſuri fuiſſent, ſi neuter erraſſet? An, & quale utrinque eſſet damnum? Aliaque, quibus nulla feracior foret inextricabilium litium materia. Præterea ſemper reſcindendi negotii metus, nec unquam ullius obligationis, fideique prope foret ſecuritas: cum intereſſet tamen humanæ ſocietatis, ne contractus adeo frequentes, utiles, ac neceſſarii in vita civili temere eluderentur.

Pulcherrima itaque eſt conſtitutio Juris Civilis, qua hæc omnia fere caventur, & res tamen ita temperatur, ut neutra pars conqueri de injuria poſſit. Sancitum nimirum eſt, ne error, modo in

rem

rem conſenſum ſit, *l.* 22. *de verb. Oblig. l.* 34. *in princ. de Acq. poſſ. &c.* pactorum fidem ſolveret; ſed errans in rei valore, ac bonitate, ſuæ facilitati, negligentiæque id expenſum ferret, niſi vel dolo adverſarii deceptus, *d. l.* 22, *t. t. de Dol. mal.* vel ultra dimidium veri pretii læſus eſſet, *l.* 2, *C. de Reſcind. vend.* Quid ſi ergo error adeo probabilis ſit, ut in culpam non cadat, nec imputari erranti poſſit, ut ſi vitium in re latitet? Fuiſſe quidem id damnum emtoris etiam innocentis videtur, & deerat illud adhuc conſtitutioni civili. Verum ſupplevit id ædilitium edictum, data emtori actione redhibitoria, ſi latuiſſe vitium in re appareat, *l.* 55, *de Ædil. Edict.* Ita ergo magna prudentia proſpectum eſt cum utilitati publicæ, ne obtentu errorum fides data facile, ac promiſcue laceraretur; tum partibus: adeo ut neutra cum hac conſtitutione magis, quam cum ipſa ratione naturali queri jure poſſit, dum errans ſuæ tantum culpæ damna luit; ſalvo cætera eo jure naturali, de quo diximus §. 2, a quo ita lege civili receſſum eſt, ut non minor in hac, quam in illo æquitas videatur, major etiam utilitas.

,, *Hucuſque B. Parens.* Noſtra principia,
,, ab his diverſa, expoſuimus in *Diſſertatione*
,, *proœmiali XII*, §. 417. quæ iiſdem quaſi
,, verbis in jure Romano continentur. Res ita
,, ſe habet:

,, Cum ad eſſentiam promiſſionis pertineat
,, *conſenſus utriuſque*, neceſſario ſequitur vi-
,, tiari pactum 1. ſi IN CORPORE erra-
,, tum eſt, adeoque in re ipſa, de qua agi-
,, tur; deficit enim conſenſus. Hinc non va-
,, let negotium ſi quis vendit fundum Cor-
,, nelianum, putans Sempronianum. *l.* 9, *pr.*
,, *l.* 31, §. 2. *l.* 61, §. 2, *ff. contrah. emt. l.* 4,
,, *legat.* 1. *l.* 22. *l.* 32, *V. O. l.* 8. *f. ff. pign. Grot.*
,, 2, *c.* 11, §. 6. Si quis promittit Stichum,
,, putans Sejum, *l.* 137, §. 1, *V. O. l.* 9, *pr.*
,, *hær. inſt. l.* 4, *C. Eod.* Si quis vult lancem
,, relinquere, & relinquit veſtem. *l.* 9, §. 1,
,, *hær. inſt.* Si in merce paciſcentes erraverunt.
,, *l.* 9, *ff. contr. emt.* Si in ſpecie erratum eſt,
,, uti ſi quis emit ſervum, putans ancillam,
,, *l.* 11, §. 1, *contr. emt.*

,, In corpore quoque 2. erratur, adeoque
,, deficit utriuſque conſenſus, ſi in *perſona* erra-
,, tur. Hinc ſi teſtator alium ſcribit hæredem,
,, alium ſcribere voluit, teſtamentum nullum
,, eſt. *L.* 9, *ff. hær. inſt.* Idem dicendum ſi fi-
,, lium ſe inſtituiſſe putat, qui poſtea ſuppo-
,, ſititius probatur. *L.* 5, *C. hær. inſt.* Sic nup-
,, tiæ nullæ ſunt ſi in perſona erratur. *Can. un.*
,, *c.* 30, *q.* 5. Hinc nuptiæ cum Lea contractæ
,, ipſo jure nullæ fuere, & non niſi ex rati-
,, habitione Jacobi vim juris acceperunt.

,, Idem 3. obtinet ſi *in ſubſtantia negotii*
,, erratum eſt, adeoque ſi deficit conſenſus in
,, ipſo negotio: uti ſi res promittitur, quæ
,, non eſt in commercio. *L.* 6, *contr. emt l.*
,, 62, §. 1. *l.* 70, *Eod.* Si quis cum furioſo
,, contrahit, qui conſentire nequit: *l.* 2, §. 16,
,, *pro emt.* ſi in competentia judicis erratur:
,, *l.* 2, *ff. judic. l.* 15, *ff. jurisd.* Si quis putat
,, vendi, cum alter ſaltem locaverit: *l.* 9, *ff. con-*
,, *tr. emt. arg.* 18, *ff. Reb. cred.* Si partes diſ-
,, ſentiunt in pretio, & alter plus, alter mi-
,, nus promiſſum aſſerat; definitio enim pre-
,, tii pertinet ad ſubſtantiam negotii. *L.* 9.
,, *pr. Contr. emt. Laut. comp. pag.* 313. Secus
,, ſi quis ſaltem errat in *vero pretio:* uti ſi
,, quis plus pretii dat, quam res ex commu-
,, ni æſtimatione valet; de quo infra.

,, In ſubſtantia negotii quoque 4. errat qui
,, in *qualitate perſonæ*, quæ ad ſubſtantiam
,, negotii neceſſaria eſt, errat: uti ſi quis vi-
,, tiatam pro virgine, *Nov.* 53, *ibique Goth.*
,, ancillam pro ingenua ducit. *Laut. comp.*
,, *pag.* 446. Cum his enim, certum eſt, eum
,, matrimonium contrahere noluiſſe: adeoque
,, deficit conſenſus.

,, Error circa alias qualitates, quæ ad ſub-
,, ſtantiam negotii non pertinent, non vitiat
,, negotium. Hinc ſi quis errat circa divitias
,, ſponſæ, valent nuptiæ. *Vid. Laut. Comp.*
,, *pag.* 446. Item ſi emtor putet virginem,
,, quæ mulier eſt: *L.* 11, §. 1, *contr. emt.* aut
,, patrem familias, qui filiusf. eſt. *l.* 3, *Ad*
,, *SCtum Maced.*

,, Sed & 5. conſentire non videtur qui in
,, *materia errat*: uti ſi aliud pro alio vendi-
,, tur, etſi de corpore conſtet. *L.* 11, *pr. con-*
,, *tr. emt. l.* 9, §. 2, *Eod.* Si acetum pro vino,
,, *d. l.* 9, §. 2, æs pro auro, vel plumbum pro
,, argento mihi vendidiſti: *d. l.* 9, §. 2. *l.* 11,
,, §. 1, *contr. emt.* Si vas tanquam aureum
,, venditur, quod aurichalcum eſt: *l.* 45. *ff.*
,, *contr. emt.* Sane is, qui aurum promiſit,
,, & æs ſolvit, non liberatur: *l.* 50, *ff. ſolut.*

,, Non autem in materia errare videtur
,, qui in *qualitate materiæ* ſaltem errat: v. g.
,, ſi menſam inauratam, vel ex materia auro
,, mixtam conſtantem pro aurea emit, nam
,, utraque uſu vulgari aurea dici poteſt: *l.*
,, 14, *ff. contr. emt.* Nec ſi vinum poſtea
,, acuit, *l.* 9, §. *Eod.*

,, Nedum vitiatur negotium ſi vaſe aureo
,, vendito inveniatur aurum vilius eſſe: *l.* 10,
,, *ff. contr. emt.* ſi menſam quaſi citream emit,
,, quæ non eſt, nec pro tali vendita eſt: *l.* 21,
,, §. 1, *contr. emt. &c.*

,, Secus igitur ſi aſſeruit illam qualitatem;

,, tunc enim tenetur eam præſtare, quia em-
,, tor non conſenſit niſi in illam qualitatem:
,, hinc ſi quis emit menſam quaſi argenteam,
,, quam venditor aſſerit ſolidam eſſe, nulla
,, eſt emtio, & condici pecunia poteſt. *L.*
,, 41, *ff. contr. emt.*

,, Neque iniquitas in iis caſibus; ubi error
,, non vitiat negotium, ſubeſt. Nam etſi em-
,, tio ſubſiſtat, nihil tamen impedit quo mi-
,, nus errans, ſi ex errore ſuo læſus fuerit,
,, agere poſſit ad id, quod intereſt. *L.* 21, §.
,, 2, *Act. emt. l.* 45. *contr. emt.* Laut. *comp.*
,, *p.* 313, *ſeq.* Conf. *L.* 11, §. 5, *Act. emt.*

,, Certum autem 6. eſt, errorem *nominis*
,, non vitiare negotium: *l.* 80, *ff. judic. l.* 8,
,, §. 2, *Sec. tab. l.* 4, *pr. leg.* 1. *l.* 17, *pr. &c.*
,, *cond. dem. l.* 32, *V. O.*

,, Equidem quæ hactenns dicta ſunt, quod
,, error vitiet negotium, vera ſaltem ſunt in-
,, tuitu errantis, non vero intuitu decipien-
,, tis. Si proinde is, qui æs pro auro igno-
,, rans accepit, ſolutum retinere velit, alter
,, id condictione indebiti, quaſi errore ſolutum,
,, repetere nequit. *l.* 50, *ff. Solut.* Atque hinc ſi
,, debitor æs, aurum aſſerens, pignori dedit,
,, pignus hoc in ære ſubſiſtit, quia in corpo-
,, re conſenſum eſt: neque debitor defectum
,, conſenſus allegare poteſt. *l.* 1, §. *f. pign.*
,, *act.* Similiter, ſi quis ſtipulatus eſt æs, quod
,, aurum aſſerit; valet ſtipulatio, quia con-
,, ſenſum eſt in corpus, nec debitor errorem
,, allegare poteſt, quia ſcivit. *l.* 22. *V. O.*
,, Utroque autem caſu deceptus reſtituere æs,
,, & agere vel ad præſtandum promiſſum au-
,, rum, vel ex dolo poteſt. *dict. legib.*

,, Ex his igitur iterum apparet, quam ac-
,, curate jus Romanum cum jure naturæ
,, conveniat.

1 *De pacto errantis perplexa ſatis tractatio*
eſt],, Valde enim diſceptatur, an error vitiet
,, pactum? Antequam autem ad interpreta-
,, tionem Auctoris accedamus, præmitten-
,, dum eſt, eum duplicem materiam, de do-
,, lo, & de errore, confundere; cum tamen
,, diverſa plane utriuſque ſit decidendi ratio:
,, *vid. jus contr. tit. de dolo. q.* 2. *Dolus* jure
,, nunquam vitiat negotium, niſi error acce-
,, dat; quia partes de re conſentiunt, & ſi
,, alter dolo ſuo me decipit, ac lædit, ſepa-
,, rata actione ex delicto contra eum actio
,, mihi datur. *Diſſ. proœm.* §. 384. *Error* autem
,, vitiat negotium, ſi in ipſa rei ſubſtantia, vel
,, in qualitate ſubſtantiali erratum eſt, *Vid.*
,, *dict. diſſert. XII*, §. 497.

Nam diſtingui ſolet inter errorem circa ſub-
ſtantiam rei, & qui non ſit &c.] ,, Ita ut
,, *prior* error vitiet negotium; v. g. ſi in cor-
,, pore erratum eſt, *L.* 22, *V. O. l.* 1, §. *f. pign.*
,, *act.* aut voluntas, & conſenſus deficit,
,, in quo tamen emtionis ſubſtantia conſiſtit:
,, *Poſterior* non vitiet, uti ſi in qualitate
,, ſaltem erratum ſit; nam menſa emta non
,, vitiatur negotium, etſi emtor putet auream
,, eſſe, cum ſaltem ſit deaurata. Atque hoc
,, jure quoque naturæ obtinere, probavimus.

An dolus cauſam dederit contractui, an
non] ,, Vid. *jus meum controv. tit. de pact.*
,, *q.* 2. *& Diſſ. proœm. XII*, §. 384. Si dolus
,, cauſam dat, JCti ajunt, errorem irritum
,, reddere negotium (in negotiis ſcil. bonæ
,, fidei, non ſi dolus ſit incidens. *Vid. infr.*
,, *not. ab h.* 3, & 4.

Fueritne alter doli particeps] ,, Tunc enim
,, dolus cum dolo compenſatur. *l.* 36, *ff. Dol.*
,, *mal. l.* 10, §. 2, *Compens.*

Sitne actus ſtricti juris, an bonæ fidei]
,, Ita ut dolus, qui cauſam dat negotio *bonæ*
,, *fidei*, ſit ipſo jure nullus: *l.* 7, *pr.* & §. 3,
,, *ff. h. l.* 5, *C. de Reſc. vend. l.* 16. §. 1, *Mi-*
,, *nor. l.* 3, §. 3. *ff. pro ſoc.* ſecus, ac in con-
,, tractibus *ſtricti juris.* Vide *l.* 36, *ff. verb. obl.*
,, *l.* 2, §. 5, *ff. dol. mal. exc.*

Alios actus irritos pronunciant] ,, Uti ſi in
,, ſubſtantia erratum, ſi dolus cauſam dat pro-
,, miſſioni in negotiis bonæ fidei.

Alios validos] ,, Si ſcil. erratum eſt in qua-
,, litate; ſi dolus incidit in negotio bonæ fi-
,, dei, vel cauſam dedit negotio ſtricti juris.

Sed ut arbitrio ejus, qui læſus eſt, reſcindi
poſſint] ,, Contrarium defendit B. Parens *Vol.*
,, *II*, *Diſp. fol.* 751: & potius in lædentis ar-
,, bitrio eſſe, ait, num velit ſupplere id, in
,, quo erratum eſt. *Conf. Jus controv. Vol.*
,, 1, *f.* 882, *q.* 9.

Pleraque veniunt ex jure Romano] ,, Ex
,, jure enim Romano venit 1. quod dolus cum
,, dolo compenſetur; cum jure naturæ ex
,, unoquoque dolo ſeparata actio detur: 2.
,, quod dolus, qui cauſam dat negotiis *bonæ*
,, *fidei*, vitiet negotium. Jure naturæ enim
,, valet negotium etiam bonæ fidei dolo
,, contractum, quia in re conſenſere contra-
,, hentes. Si præter dolum in rei ſubſtantia
,, erratur, tunc vitiatur negotium, non ob
,, dolum, ſed ob errorem. *Diſſ. proœm. XII*,
,, §. 384.

Tum civili vetere] ,, Quod Legibus XII.
,, tabb., & a jurium peritis ſtatutum fuit. Quo
,, pertinent quæ de dolo cauſam dante in
negotiis

Digitized by Google

„ negotiis bonæ fidei, & de compenſatione doli JCti ſtatuerunt.

Tum prætorio] „ Prætor enim demum negotium ipſo jure validum, ob dolum, qui cauſam non dedit negotio bonæ fidei, reſcindit. *tot. tit. ff. de dolo malo.*

Quædam etiam non ſatis vera, aut accurata ſunt] „ Immo & veræ, & accuratæ ſunt illæ diſtinctiones, ſi ratio æquitatis inſpiciatur, quæ cauſam dedit JCtis Romanis, ut a jure naturæ recederent.

2 *Viam nobis reperiendæ naturali veritati pandit*] Auctoris ſententia eo redit, valere negotium errore contractum, ſi pars errans probabiliter nihilo minus contractura fuiſſet: non valere, ſi probabiliter non fuiſſet contractura. At 1. unde conſtat, num quis probabiliter contracturus fuiſſet, num non? 2. Partes obligantur ex eo, quod actu contraxerunt, non quod diſpoſituræ forte fuiſſent.

Si lex fundetur in aliqua præſumtione facti] „ Notandum eſt, Auctorem totum fundamentum doctrinæ de errore in *falſa præſumtione facti* conſtituere, argumento a lege deſumto. Uti enim lex, quæ præſumit factum, quod poſtea falſum eſſe apparet, nulla eſt: ita quoque promiſſionem, quæ fundatur in præſumtione quadam facti, quod ita ſe non habet, nullam eſſe, ait.

„ Hæc autem prinipcia aperte juris rationi repugnant. PRIMO enim verum non eſt, quod lex, quæ fundatur in aliqua præſumtione facti, quod ita ſe non habet, non obliget. Leges enim valent ex ſola voluntate ſuperioris: neque in arbitrio ſubditorum eſt inquirere, an Princeps ſe in præſumtione facti fundaverit, & an factum illud aliter ſe habeat; ſubditis nil niſi obſequii gloria relicta eſt. Neratius notanter ait, non inquiri debere in rationes eorum, quæ conſtituuntur, quia alias multa ex his, quæ certa ſunt, ſubverterentur. *L. 21, ff. Legib.*

„ Sed & SECUNDO videmus, ſæpius leges ſe fundare in præſumtione facti, quod verum non eſt, & tamen obligare. Sic enim in præſcriptionis lege ſupponitur negligentia eorum, ad quos jus, vel res pertinet; at lex ea obligat, etſi conſtet, rei dominum in invincibili ignorantia fuiſſe. Sic lex reſtituit minores ob lubricum ætatis præſumtum; ea autem obtinet, etſi conſtet, minorem acutiſſimi ingenii fuiſſe. Lex fœminis concedit beneficium SCti Velleiani ob imprudentiam, etſi fœmina, quæ contraxit, ſit prudentiſſima.

„ Sane TERTIO, id, quod Auctor de vi, & efficacia legum ſtatuit, nec in exemplis ab eo allegatis, nec apud doctores ad marginem citatos invenitur. Nam in *L. 5, C. ſerv. fug.* lex diſponit, ut qui ſervum reipublicæ, & artificem abduxit, eundem cum alio ſervo reſtituere debeat: & ne valeat donatio, aut venditio ſervi ejuſmodi fugitivi. Qua ratione, quæſo, regula, *quod propter præſumtionem facti, quod ita ſe non habet, lex non obliget*, applicari huc poteſt? Neque *Gailius*, & *Molinæus* in notis allegati, aliquid hac de re ſtatuunt. Gailius enim *L. 1, c. 2, n. 7*, ait: *quod ſi lex certa verba exigit, certamque formam præſcribit, præciſe illa forma ſervari debeat, nec poſſit per æquipollens fieri, aut viam intellectus.* Et Molinæus *ad conſuet. Par. tit. 1, §. 13, Glos. 3*, docet, *verba ſtatuti convenire debere, & verificari, ut locum habeat ejus diſpoſitio, adeo ut ſi verba ſtatuti non quadrent ad caſum propoſitum, obligatio deficiat.* Utroque igitur caſu deficit lex, & obligatio, non quia factum ibi præſumitur, cujus veritas deficit; ſed quia deficit diſpoſitio, & voluntas ſuperioris, eoque lex: non enim voluit Legiſlator ut leges illæ obligent, niſi juxta verba, & formam præſcriptam.

„ Sed & porro *Felinus*, *Baldus*, & *Covarruvias* ad marginem citati, non aſſerunt, *legem non obligare ſi fundatur in præſumtione facti, quod ſe ita non habet*: ſed contrarium potius docent, in foro ſcilic. contentioſo omnino legem illam obligare. *Vid. Felin. c. 1, de conſtit. n. 39, ſeq.* Adeoque id ſaltem quærunt, an is, qui ex tali lege aliquid acquirit, tutus ſit in conſcientia, ſeu in foro animæ: v. g. an fœmina ſalva conſcientia poſſit uti SCto Vellejano, ſi bona fide cum ea contractum ſit? An hæres ex imperfecto teſtamento, eoque jure civili nullo, legatum præſtare in foro animæ teneatur? An injuria judicis abſolutus naturaliter tamen obligetur? *Vid. Felin. d. l. n. 40. Baldus ad l. cum quis 10, C. jur. ign.* An is, qui præſcriptionem opponit in foro poli, excludere poſſit eum, qui in invincibili errore verſatur? &c. *Covarruv. ad cap. poſſeſſor de Reg. jur. in 6, p. 2, §. 6, n. 8.* Equidem Felinus omnibus his caſibus aſſerit, nec fœminam, nec hæredem, nec abſolutum injuria, nec præſcriben-

Digitized by Google

,, ſcribentem, tutum eſſe in conſcientia : ad-
,, ditque rationem, *quia lex fundatur ſuper*
,, *præſumtis, quæ cum in foro animæ vera*
,, *non eſſe conſtet, prævalere debere veritatem.*
,, At ex hac ipſa ratione conſtat, Felinum
,, non negare, leges tales valere in foro ſoli,
,, etſi factum, quod ſupponunt, verum non
,, ſit: ſed eum ſaltem aſſerere, tales leges
,, conſcientiam tutam non reddere. De qua
,, quæſtione Vide *Diſſ. proœm. XII*, § 55.
,, *&c late B. Par. in diſp. de finibus bonæ fi-*
,, *dei in præſcr. Diſp.* 1, *ſect.* 1, §. 6, *ſeq. &*
,, *Diſp.* 2, *cap.* 1, *dub.* 11, *&* 12.

Tunc ea lex non obliget] ,, Obligat om-
,, nino, & omnes conſentiunt de foro ſoli :
,, at ſaltem dubitatur, an obliget in foro
,, poli.

Quia veritate facti deficit totum fundamentum legis] Dixi 1. verum id non eſſe, ſi ſaltem præſumatur, Principem in facto aliquo, quod ita ſe non habet, ſe fundaſſe; quia prætextu illius facti præſumti in ſubditorum arbitrio non eſt legi ſe eximere. Dixi 2. non ceſſare fundamentum legis, etſi forte factum illud, quod leges ſupponunt, deficiat; quia ſupereſt voluntas Principis, quæ ſola legem facit : idque exemplo SCti. Vellejani, præſcriptionis &c. ſatis conſtat.

Quando autem lex in tali præſumtione ſit fundata] I. e. in tali præſumtione facti, quod ita ſe non habet.

Ex legis materia, verbis, & circumſtantiis] ,, De his interpretationum regulis *vide*
,, *infra cap.* 16, §. 3, 5, 7, *ſeq.* ubi demon-
,, ſtrabimus, eas nullius eſſe momenti in de-
,, monſtrando jure naturæ : omnium minime
,, autem effectum habere in interpretanda
,, voluntate legiſlatoris, utpote cum dictum
,, ſit, legem ſubſiſtere, etſi facti, quod præ-
,, ſumitur, veritas deficiat.

Similiter ergo dicendum] ,, Uti in legibus
,, regula illa vera non eſt, ita quoque in
,, promiſſis fallit.

,, Nam in promiſſis jus oritur ex eo ſolo,
,, in quod uterque conſentit : hinc valet pro-
,, miſſio etſi forte alteruter in circumſtantiis,
,, in qualitate &c. erraverit, adeoque in fa-
,, cto aliquo ſe fundaverit, quod aliter ſe
,, habet. Cum enim de ſola re actum, ac de
,, ea inter utrumque conſenſum ſit; error
,, unius in qualitate rei, de qua nihil inter
,, partes actum eſt, non tollit, nec minuit
,, obligationem circa rem.

Naturaliter nullam ejus eſſe vim] ,, Ve-
,, rum hoc non eſt ſi in re conſenſum ſit;
,, tunc enim obligatur promiſſor, etſi in qua-
,, litate, quæ ad ſubſtantiam non pertinet,
,, alter erraverit.

Non conſenſit in promiſſum, niſi ſub quadam conditione, quæ re ipſa non exſtitit] ,, Si
,, erratum eſt in re, tunc deficit obligatio,
,, non ob defectum conditionis, ſed ob de-
,, fectum conſenſus; quia tum non eſt con-
,, ſenſus duorum de eadem re. *Vid. l.* 1, *ff.*
,, *pact.* Si in qualitate ſaltem erratum, nec
,, de ea aliquid actum eſt, omnino partes
,, in promiſſum conſentiunt, quia in re con-
,, veniunt. Adeoque verum non eſt, *ſub*
,, *conditione promiſſum eſſe;* quia diſponen-
,, tes pure conſentiunt, neque ratione ulla
,, aliquid in futurum eventum ſuſpendunt :
,, quod tamen ad eſſentiam conditionis re-
,, quiritur. *L.* 19, *pr. l.* 34, §. 1, *ff. Cond.*
,, *dem. l.* 39, *ff. Reb. cred.*

Apud Ciceronem de Oratore I.] ,, Caſus
,, ibi proponitur de milite, de cujus morte
,, cum ab exercitu falſus nuntius veniſſet,
,, pater ejus re credita teſtamentum mutavit,
,, ac extraneum hæredem inſtituit. Duum-
,, virorum deciſionem non addit Cicero; ſed
,, dubitandum non eſt quin teſtamentum nul-
,, lum declaraverint, quia filius præteritus
,, fuit in teſtamento. Unde ſimul patet, teſta-
,, mentum hoc caſu nullum fuiſſe, non pro-
,, pter errorem, ſed propter præteritionem.
,, Sane, quæſtio non fuit propoſita, an
,, propter errorem patris nullum ſit teſta-
,, mentum? Sed, *poſſetne paternorum bono-*
,, *rum hæres eſſe filius, quem pater teſtamen-*
,, *to neque hæredem, neque exhæredem ſcri-*
,, *pſiſſet nominatim?* i. e. quem pater teſta-
,, mento præteriit.

,, Ante legem igitur, quæ præterire liberos
,, prohibuit, valuiſſet ejuſmodi teſtamentum,
,, uti patet exemplo teſtamenti a Lucumo
,, confecti, apud *Liv.* 1, 34. qui IGNO-
,, RANS nurum ventrem ferre, immemor
,, in teſtamento nepotis deceſſit; & Livius
,, *puero poſt mortem avi in nullam ſortem*
,, *bonorum nato, ab inopia Egerii nomen in-*
,, *ditum eſſe*, ait. Obtinuit enim tunc lex
,, XII. tabb., qua pro lubitu diſponendi jus
,, erat patriſ. *l.* 120. *V. S.* & ubi agnatio ſui
,, hæredis non rumpebat teſtamentum.

Quod ſi promiſſor negligens fuit in re exploranda &c. & damnum inde alter paſſus ſit &c.] ,, Confer ea, quæ dicta ſunt ſupra in 3
,, *prop.* 3. Si enim quis facto ſuo culpoſo da-
,, mnum dedit alteri, jus alterius turbat, ſa-

,, *cto*

Digitized by Google

,, cto illo alteri aliquid abeſt, quod proinde
,, ex juſtitiæ regula reparari debet. Cicero
,, *d l.* ait, *omnes aliud agentes, aliud ſimu-*
,, *lantes, perfidos, improbos, & malitioſos*
,, *eſſe*; & mox: *ex omni vita ſimulatio, diſ-*
,, *ſimulatioque tollenda eſt, ita nec ut emat*
,, *melius, nec ut vendat quidquam, ſimula-*
,, *bit, aut diſſimulabit vir bonus:* Hinc Va-
,, lerius Maximus *VIII*, 2, 1. *bona fidei ven-*
,, *ditorem nec commodorum ſpem augere, nec*
,, *incommodorum cognitionem obſcurare de-*
,, *bere.* Conf. *Ambroſ. l.* 3, *de off. c.* 10. Ad-
,, datur Grot. *L.* 2, *c.* 12, §. 9.

Si adfuerit quidem error, ſed in quo fun-
data non fuerit promiſſio, ratus erit &c.]
,, In omni errore inſpiciendum eſt, an defi-
,, ciat conſenſus vel in rem, vel in id, quod
,, actum eſt, & quatenus deficit: catenus
,, enim negotium nullum eſſe, diximus. Si
,, vero in negotium ipſum, de quo ageba-
,, tur, conſenſum eſt, valet actus, etſi in
,, circumſtantiis, de quibus quæſtio non fuit,
,, erratum ſit.

Sed hoc quoque caſu, ſi is &c. dolo errori
cauſam dederit] ,, Etſi igitur in rem conſen-
,, ſum, adeoque negotium validum ſit, ni-
,, hilominus naturali jure de dolo agere con-
,, tra decipientem poſſum, ſi damnum inde
,, paſſus ſum: quia decipiens facto ſuo illi-
,, cito jus meum lædit, quod reparare, i. e.
,, jus ſuum cuique tribuere tenetur.

Ex alio illo obligationis capite] ,, Nimi-
,, rom, non ex promiſſione, ſeu facto licito;
,, ſed ex culpa, & delicto, ſeu facto illici-
,, to, quo injuriam alii facit, quam reſar-
,, cire debet. De quo *cap. XVII.* agetur.

Si pro parte fundata erit in errore promiſ-
ſio, valebit pro reliqua parte] ,, Vide *ſupr.*
,, *prop. II.* Utile enim per inutile non vitia-
,, tur, modo negotium ſit dividuum.

Ad §. VII.

Auctor quærit, an promiſſa vi extorta, ac metu, jure naturæ valeant? Res ex ſequentibus propoſitionibus patebit.

Propositio I.

Metus, ſeu vis compulſiva, non tollit voluntatem, L. 21, §. f. quod met. cauſ. *ſed libertatem ſaltem aliter agendi.* L. 116. Reg. jur. l. 21, ff. Locat.

Demonstratio.

Coactionem non tollere voluntatem 1. ex ipſa definitione voluntatis apparet, quæ eſt actus, quo quis decernit rem amplecti, vel fugere. *Vid. ſupr. §. I, prop. IX.* Hæc definitio pleniſſime adeſt in voluntate coacta; ſi quis enim metu, vel vi coactus promittit, in præſenti ſtatu vult ſe obligare, quæ eſt pleniſſima voluntas. Notandum enim 2. eſt, varias eſſe cauſas, quæ homines movent ut aliquid velint: ſane, eadem ratione, qua quis propter utilitatem, voluptatem &c. decernit aliquid amplecti (non facturus ſi utile, vel volupe non eſſet), eadem ratione propter neceſſitatem aliquid velle poteſt, nolitutus ſi neceſſarium non eſſet. Adeoque 3. duo diverſi ſunt caſus voluntatis: quidnam nuno velit, ubi caſus metus, & neceſſitas imminet; & quid voliturus ſit ſi liberum eſſet, qui caſus nunc non exiſtit. In priori caſu plena voluntas in præſens adeſt. Idque 4. ex principiis juris naturæ ita decidit Paulus JCtus *in l.* 21, §. 4, *Quod met. cauſ.* dum ait: *ſi metu coactus adeo hæreditatem, puto me hæredem effici, quia quamvis ſi liberum eſſet, noluiſſem, tamen coactus volui.* Idem tradit Celſus *in l.* 22, *ff. de Rit. nupt.* ibi: *ſi patre cogente ducit uxorem, quam non duceret ſi ſui arbitrii eſſet, contraxit tamen matrimonium, quod inter invitos non contrahitur, maluiſſe hoc videtur.* Unde Prætor demum ex æquitate negotium naturali, & civili jure ſubſiſtens reſcindit, ac coactum propter vim, & metom in integrum reſtituit, *d. l.* 21, §. 4. & *l.* 85, *ff. Acq. hær.* Sane 5. tantum abeſt, neceſſitatem impedire voluntatem, ut magis ea moveatur per coactionem, quam per utilitatem, voluptatem &c; certum enim eſt, ſi fame coactus emo, ſi a prædone preſſus fugio, ſtudium emendi, & fugiendi augeri: Atque hinc 6. voluntas eſſe poteſt abſque libertate agendi: uti cum quis in portum, quem anxie petit, vento ita pellitur ut alio vela vertere nulla ratione modo poſſit: vel cum quis mortem ſerio optat, quam evitare nequit: hic pleniſſime vult, etſi aliter agere non poſſit. Atque hæc ſententia 7. omnium conſenſu firmatur: quod vel exinde apparet, quia pax vi, & armis extorta religioſe apud omnes ſervari ſolet. Sic qui Urphedam jurat, licet coactus id faciat, plene inde obligatur. *L.* 3, §. 1, *ff. quod met. cauſ. Vid. propoſ. ſeq.*

At alia quæſtio eſt, an coactio libertatem volendi tollat? Hoc facile concedimus. Aliud igitur eſt voluntas, aliud libertas volendi: ſeu aliud eſt *velle, aut nolle*, aliud *poſſe, vel non poſſe.* Voluntas non tollitur per neceſſi-

tatem, ut jam demonſtravi; at libertas tollitur quia non poteſt aliter velle: & ſic deficit libertatis definitio, quæ conſiſtir in facultate naturali agendi quidquid lubet.

Atque hinc non obſtat Brocardicum illud, voluntatem cogi non poſſe. Nam 1. cogi omnino non poteſt quoad actus elicitos, i. e. quoad actus volendi; hactenus enim voluntas ſemper libera manet: at cogi omnino poteſt quoad actus imperatos, i. e. executio voluntatis omnino impediri poteſt. Exemplum hoc eſto. Vult aliquis Romam ire; ibi duo ſunt actus 1. allubentia illa, ſeu actus intrinſecus, quo decernit ſe velle Romam ire: 2. executio illius decreti, ſeu actus extrinſecus, quo jam iter facere vult prout decreverat. *Prior* actus cogi nequit; at *hic* impediri omnino poteſt: & tunc non voluntas impeditur, ſed executio voluntatis.

Atque de hac libertate volendi quoque intelligendus eſt textus in *l.* 116. *Reg. jur.*, ubi nihil tam contrarium conſenſui eſſe ſtatuitur, quam vis, & metus. Loquitur, inquam, JCtus de executione voluntatis, quæ omnino per vim impediri poteſt.

Additio.

„ Communis videtur eſſe gentium ſenten-
„ tia, vim, ac metum tollere conſenſum. Ita
„ enim vis, ac metus in ſe juſtam ignoran-
„ tiam habere dicitur *in l.* 14, §. 3, *ff. Quod*
„ *met. cauſ.* propter trepidationem ſcilicet
„ mentis, quæ metui conjuncta eſſe ſolet.
„ *L.* 1, *ff. Eod.* Cicero ait: *non debuit ratum*
„ *eſſe, quod erat actum per vim.* de offic. *l.*
„ 3, *c.* 30. Et alibi, *non eſſe ſtandum illis*
„ *promiſſis, quæ coactus quis metu fecit.* Cic.
„ 1, *de off.* 10. Seneca rem ita explicat: *ne-*
„ *ceſſitas tollit arbitrium; ſciet te non accipe-*
„ *re, ſed parere. L.* 2, *benef. c.* 18. Et in *l.*
„ 4. *controv. c.* 27, ex utraque parte rationes
„ affert. *Vide prop. ſeq.* At allegati textus de
„ *jure Prætorio* loquuntur, ubi promiſſio vi
„ extorta, etſi jure civili valida ſit, reſcin-
„ ditur. Atque de hoc jure Prætorio quoque
„ loquitur Cicero. Seneca autem non de vo-
„ luntate loquitur, ſed de libertate volendi:
„ & ait, arbitrium, & electionem tolli; quod
„ verum eſt.

P r o p o s i t i o II.

Si vis illicita eſt, duo in hoc negotio occurrunt actus; duæ diverſæ cauſæ, ac diſtinctæ obligationes: 1. promiſſio ejus, qui cogitur: 2. vis illicita cogentis. Illa valida eſt, §. 40, Inſt. rer. div. *Hæc injuria eſt, & actus prædonis, ex quo obligatur ad reparationem.*

D e m o n s t r a t i o.

Ponamus caſum, ubi latro mucrone intentato alium cogit ut promittat 100. Hic duo ſunt *actus* diſtincti: 1. violentia illa latronis, quod factum omnino illicitum eſt: 2. ipſa promiſſio ejus, qui cogitur, & qui in præſenti ſtatu decernit ſe jus in prædonem transferre velle; quod factum maxime licitum eſt, quia de re ſua pro lubitu diſponere poteſt, ſive utilitas, ſive voluptas, ſive neceſſitas voluntatem moveat: ſemper enim regula illa obtinet, quod nihil tam naturale ſit, quam voluntatem domini rem ſuam in alium transferre volentis ratam habere, §. 40, *Inſt. de rer. div.* Diverſæ igitur hic ſubſunt *cauſæ*: *prior* eſt ex delicto, *poſterior* ex contractu. Diſtinctæ ſunt *obligationes*; nam ex *priori* facto cogens obligatur ad pœnam, & ad omne id, quod facto ejus illicito alteri abeſt: ex *poſteriori* promittens tenetur præſtare id, quod promiſit.

Executorem juris naturæ nobis præbet Cæſar apud *Vellejum Paterc. l.* 2, *c.* 42. *Plutarchum in Jul. Caſ. in pr. Suet. in Jul. Caſ. c.* 4, & 47. Is enim a piratis captus promiſit talentum, idque præſtitit: at poſtea injuriam ſibi illatam armis vindicavit, & victos latrones cruci affigi juſſit. Optime igitur Cæſar diſtinxit actum promiſſionis, quem implevit; & vim illatam, cujus pœnam exegit a piratis.

Exemplum impleti promiſſi vi extorti ſimiliter extat in Regulo apud *Gellium I, VI*, 4. & *Cic. L.* 3. *off. c.* 26. & 27. Is enim vi hoſtili adactus juramento promiſit ſe rediturum; quod etiam fecit, non ignorans ſe ad ſupplicia deſtinatum eſſe. Pariter Pomponius Tribunus plebis promiſſum vi extortum ſervavit, apud *Liv.* 7. *c.* 5.

Additio.

„ Diſſentit Machiavellus *Diſp.* 3, *c.* 42.
„ Ubi ait, non ſolere Principem obſervare
„ pacta vi facta, ſi vis, vel cauſa pacti ceſ-
„ ſaret. Et *in princ. c.* 18. ſtatuit, poſſe ſine
„ dedecore quod vi promiſſum neglegi, quin
„ & cauſam belli inde capi. Idem quoque
„ cenſuerunt proceres Angliæ, qui ceſſio-
„ nem a Regina in carcere factam tanquam
„ metu, & vi extortam, nullam declararunt,
„ apud *Thuan. L.* 43, *pr.* & *Camden. l.* 1,
„ *p. m.* 116, & 133. Sed & Martialis ne-
„ gat, eum, a quo tonſur ſtricta novacula
„ pecuniam rogat, ex promiſſione obligari,
„ *L. XI. epig.* 59. addita ratione

Nec

- - - *Nec enim rogat illo tempore tonſor,*
Latro rogat.

,, Equidem ſententia Machiavelli (uti plu-
,, res aliæ ejus doctrinæ), eo magis dete-
,, ſtanda eſt, quia is de vi bellica, ac pace
,, eam poſtea ſecuta loquitur. Camdenus im-
,, probare potius videtur decretum illud pro-
,, cerum Angliæ, illudque ex conſilio Troc-
,, mortoni proceſſiſſe teſtatur, *qui perſuaſe-*
,, *rat, ceſſionem in carcere, qui juſtus eſt me-*
,, *tus, extortam, plane irritam eſſe. d. f.* 133.

PROPOSITIO III.

Jure igitur naturæ, & civili prius impleri promiſſum, & tum de injuria agi debebat. At jure Prætorio id mutatum, & conſtitutum eſt ut ipſa promiſſio reſcindatur.

DEMONSTRATIO.

Jure naturæ, & jure Romano is, qui vi coactus aliquid promiſit, prius implere promiſſum tenebatur; quo facto læſus ad repationem injuriæ agebat: de jure civili id diſerte apparet ex *L.* 21, §. 4, *quod met. cauſ.* & *l.* 22, *ff. Rit. nupt.* Atque hinc per modum demum reſtitutionis in integrum reſcindebatur a Prætore tale negotium, *d. l.* 21, §. 4; certiſſimo indicio, jure civili validum fuiſſe, quia quod non eſt, reſcindi nequit. Imo nec jure Prærorio promiſſio vi extorta reſcinditur, ſi læſio non ſubeſt: *L.* 12, *in f. Quod met.* ea igitur ceſſante, ſubſiſtit negotium etſi vi contractum.

Ratio æquitatis, quæ Prætorem movit, in aprico eſt. Nam jus naturæ æque, ac jus civile, ambagibus implicatum eſt: duobus judiciis res expedienda, ac duæ actiones inſtituendæ eſſent; altera a prædone, cui promiſſum eſt; altera poſtea ab eo, qui vi coactus promiſit. Prætor ergo per compendium procedit, & non ſpectata actione ejus, cui promiſſum eſt, dat actionem vim paſſo, qua agit ad reſcindendum negotium: vel ſi alter ex promiſſo petit, dat promittenti exceptionem *quod metus cauſa &c*, qua actio illa, omniſque ejus effectus eliditur. Prætor igitur ex duobus actibus unum facit, unoque judicio utramque actionem expedit.

Additio.

,, Difficillimam hanc, & a JCtis hactenus
,, non ſatis extricatam materiam B. Parens
,, duobus præcipue locis illuſtravit in ſuis
,, diſputationibus, quæ ob argumenti gravi-
,, tatem huc tranſcribere liceat.

,, Prior locus exſtat in *Vol.* 1, *Diſp.* 78,
,, *fol.* 1119. ubi ita diſſerit.

DENIQUE obſervandum, quod pacta etiam vi, metuque extorta valeant jure Gentium, fideſque data omnino ſervanda ſit, etſi vis illicita, ac privata, v. gr. prædonis, fuerit. Nec enim obſtat quod prædo ſcelere egiſſe videatur, indeque actio ei dari nequeat; alia enim cauſa eſt ſcelus prædonis, alia pactum promiſſoris: ex quibus diverſis cauſis, diverſæ invicem oriuntur actiones; alia, qua promiſſor tenetur prædoni ex ſuo pacto, & fide data; alia, qua vicissim prædo ex injuria, ſeu delicto ſuo, ſcilicet violentia.

Vis autem, quam privatus intulit, illicita, atque adeo injuria eſt; quam vero hoſtis, ea apud nos, & apud amicos noſtros pro injuria habetur: apud hoſtes pro jure: apud pacatas, ſeu medias gentes itidem. Unde ſi quis paciſci coactus eſt, ipſe quidem ſemper tenetur ex pacto omnium judicio: ſed qui coegit, ſi privatus eſt, non minus omnium judicio ex injuria; ſi hoſtis fuit, nec jus belli exceſſit, non tenetur, niſi judicio hoſtis: adeoque ſi apud eum inveniatur.

Deteſtamur igitur ſententiam eorum, qui fidem hoſti non modo publico (quod omnes fatentur,) ſed & privato datam, quin prædonibus, & omnibus hominibus, ſanctiſſime ſervandam eſſe non concedunt; etſi in eam Cicero quoque odio cauſæ aliquando delabi videatur, eamque Bartolus integro diſcurſu, & acrius Uldaricus Zaſius contra Eckium Theologum, qui hoc nomine eum diſſertatione oppoſita inceſſerat, & objurgaverat, defendat *in Apologia, quæ adjecta eſt Zaſii ſingul. Reſp. fol.* 472, in cujus fronte hæc verba præmittit: *Videbis, Lector, Eckium Jura civilia non perſpecte intellexiſſe &c.* Verum, minus utique perſpecte hi JCti, Bartolus, & Zaſius (quod pace magnorum Virorum dictum ſit) Jura Gentium intellexiſſe, ſed occaſione juris civilis deceptos, rationem Edicti Prætorii *Quod metus cauſa*, & Juris Gentium non diſtinxiſſe, conſtat. Ea enim hæc eſt, quod in hoc actu, ubi coactus quis promittit, duæ diſtinctæ ſint obligationes, & cauſæ; altera ex *pacto*, quo promiſſor tenetur; altera ex *ſcelere*, quo viciſſim prædo: quarum proinde Jure Gentium diſtinctæ ſunt præſtationes. Sed Prætor compendio utitur, & cum prædo rem ex pacto quidem accipere, ſed acceptam ob delictum cum omni damno reſtituere deberet, (quo jure utitur Pontifex *in c.* 6, *X. de Jurejur.*) ille actionem ipſam ex pacto prædoni in pœnam delicti aufert, obligationemque reſcindit. Quod magnum compendium eſt, ubi res in judicio agitur, & utraque pars eodem jure Civili utitur. At in quæſtionibus Juris Gentium hæ cauſæ non confundi, ſed omnino ſeorſim, atque ut diſtinctæ, prout ſunt, conſiderari debent. Valuit utique contra Zaſium fides, quam Regulus, etſi privatus, hoſti dederat: adeo ut nulla tot præſentium neceſſitudinum ſpecies eum avellere inde potuerit, & Senatus Romanus tantum virum, ac belli Ducem, Reipublicæ adeo neceſſarium, ad hoſtem iterum dimiſerit, cum quaſi ex hoſte captum retinere potuiſſet, ſi fides data non obligaſſet; quod Cicero commendat *Offic. l.* 1. *c.* 13. Sed & decem captivi ex clade Cannenſi, Romam fide data miſſi, ultro ad hoſtem redie-

 runt,

Digitized by Google

runt, exceptis duobus, quos eum pars Senatus Romani ob hanc perfidiam ejicere urbe vellet, ſed victa eſſet plurium miſeratione, uſque adeo tamen inteſtabiles, inviſoſque fuiſſe, memorant, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint. *Gell.* 7, *N. A.* 18. *Liv. lib.* 22. *in fin.* Cum Galli in ipſo perfidiæ, & falſi ponderis crimine ad fidem provocarent, Camillus tamen non contendit, fidem datam iis ſervandam non eſſe, ſed ſe Dictatore inſcio dare non potuiſſe. *Liv.* 5, *c.* 49. Etſi ea ratio ſi accurate trutinetur, nec tum neceſſaria, nec ſatis Jure Gentium tuta fuerit: ſed id hujus loci non eſt. Hanc vero ſententiam contra Bartolum, & Zaſium defendit poſt alios quoque Hottoman. *Illuſtr. quæſt.* 7.

„ Alter locus continetur in *Vol.* 2, *Diſp.* 53,
„ *ſol.* 1089, §. 2, *uſque ad* §. 12. in verbis
„ ſeq.

CUM enim duæ diſtinctæ res, & cauſæ ſint, v. gr. pactum ſuccedendi alteri, & votum captandæ mortis; quælibet cauſa proprios ſuos habet effectus, qui non magis confundi poſſunt, quam cauſæ ipſæ. Ex pacto igitur eorum, qui de re ſua diſponunt, & fide data, naturali ratione obligatio naſcitur ad præſtandum conventa; ex voto improbo autem obligatio ad pœnam, prout in aliquam criminis ſpeciem incidit.

Quapropter ſi ad juris Naturæ rationes exigenda ſint negotia, inprimis negotia ipſa, uti ab invicem accurate diſcernenda, ita ſua cuique natura, cauſa, vis, & effectus vindicanda; nec quicquam a ratione naturali alienius eſt, quam quod unius negotii proprium eſt, id in alterum conferre, atque ita confundere quæ diſtincta, & ſeparata ſunt: idque in omnibus cauſis, ac negotiis religioſe obſervandum eſt. *per l.* 1, §. *fin. ff. de Verb. obl.*

Ita ſi a prædone vi, metuque compulſus, ei ſtipulanti promiſeris XV. talenta, duo diſtincta prorſus negotia ſunt: promiſſio XV. talentorum, & vis a prædone commiſſa. Promiſſio ſuæ rei eſt factum licitum, & contractus; vis, illicitum, & delictum. Prius illud eſt actus promittentis rem ſuam; alterum, actus prædonis. Ex illo natura naſcitur translatio juris; §. 40. *verſ. nihil enim tam conveniens &c. de Rer. div.* & inde obligatio ad illud præſtandum, ſeu tribuendum ei, cujus eſt, ex forma, & ſubſtantia juſtitiæ, *princ. de Juſt. & Jur. l.* 3, *princ. ff. de Obl. & act.* Ex altero, obligatio ad pœnam, ſeu injuriæ reparationem.

Etſi igitur promiſſor compulſus ſit ad promittendum, id tantum vitium eſt in actu prædonis, qui inde tenetur ad reparationem; nullum in actu promiſſoris, qui eam rei ſuæ legem dixit, & dicere potuit. Neque enim metus voluntatem excludit; ſed coacta quoque voluntas eſt voluntas, quia etſi, ſi liberum fuiſſet, noluiſſet, tamen coactus voluit: uti ex Naturæ fontibus id explicavit JCtus *in l.* 21, *in fin. ff. Quod met. cauſ.* Idque in tantum veriſſimum eſt, ut metus voluntatem quoque augeat, non minuat: eo enim enixius vult, quo majus ex vi periculum eſt, uti plenius expoſuimus *in Diſp. de Jure pœn. in contr. Sect.* 1.

Hoc ordine, & jure uſus eſt Cæſar, qui a piratis captus, 50 talenta, quæ promiſerat, iis ſolvit: at liber, eos in continenti perſecutus, cœpit ſuperatos, & cruci ſuffixit; quam etiam dum in eorum cuſtodia, & poteſtate adhuc fuit, ipſe quaſi per jocum iis minatus dicitur, uti factum referunt *Sueton. in Cæſ. c.* 4. *& cap.* 47. *Plutarch. in vita Cæſ. c.* 2. *Vell. Paterc. Hiſtor. lib.* 2. *cap.* 42.

Atque cum hac naturæ ratione plenius conſentit diſciplina juris Romani, quo contractus metu initos jure ſubſiſtere, & valere conſtat, §. 1. *verb. palam eſt, jure civili te obligatum eſſe. Inſt. de Except. Leg. pen. C. de Inut. ſtipul.* Vis autem vindicatur ex publicis legibus de vi, aliiſve. Igitur compulſus a prædone, ei tenetur ex ſtipulatione ad præſtandum promiſſa; ſed poſtulat eum delicti ad reſtituendum damnum, & ad pœnam: eoque omne id, quod propter vim ſibi abeſt, vindicat.

Paulo aliter comparata eſt tractatio doli, propter ejus naturam ſpecialem; at rationes conveniunt: uti ſi non vi compulſus, ſed dolo deceptus ſtipulanti promiſeris; cum enim dolus errorem contineat, qui contra, ac metus voluntatem, & conſenſum excludit, *L.* 15, *ff. de Juriſdict. & ſimil.* ſequitur, ſi error iſte totum negotium pervaſerit, adeoque in nulla re conſenſus fuerit, uti ſi in corpore erratum ſit, *l.* 9. *princ. ff. de contrah. emt. & ſim.* promiſſionem nullam eſſe, quia voluntas, & conſenſus deficit, quod vitium eſt in actu promiſſionis, quæ ſine conſenſu nulla eſt. At ſi error toti negotio non inſit, ſed conſenſum in aliqua re, vel parte fuerit; ſubſiſtit negotium, etiam jure civili, regulariter, & teneris inde, licet deceptus, rem præſtare: ſed viciſſim dolum, ac injuriam vindicare potes. Quæ eadem juris civilis, ac naturæ ratio eſt.

Quid vero hic Prætor mutavit? non rem, ſed modum: neque in deterius, ſed melius. Nam has & juris, & Naturæ ambages magna utilitate, & prudentia, ac duplici præclaro compendio, præcidit. *Primum* eſt, ut ſive coactus, ſive dolo, vel errore deceptus quid promiſeris, non neceſſe ſit fidem ante præſtare, & tum vindicare injuriam; ſed uno judicio res conficitur, & negotium, etſi jure validum, in pœnam, & vindictam vis, aut doli reſcinditur: quo facto penſatur quod tu ex promiſſo debes, cum eo, quod alter ex delicto; atque ita penſatione utrique cauſæ ſatisfactum intelligitur, & tam te ſolviſſe promiſſum alteri, quia quod viciſſim tibi præſtare debuit, retinet, quam illum tibi damni injuriam, quia ille perdit, & tu retines quod promiſſum fuerat: ita tamen, ut alter ille aliis pœnis publicis obnoxius ob crimen maneat.

Alterum, quod ex priore fluit, compendium eſt, ut ſi ſtipulator prædo, ſeu fraudator, ipſe ex ſtipulatione violenta, & fraudulentia agere auſit, exceptione repelli poſſit, *tot. tit. ff. de dol. mal. & met. except.* ex aurea illa regula: *Cui datur actio, ei magis quoque exceptio. l.* 156, §. 1, *ff. de reg. jur.* Eademque hic, quæ in actione, vertitur

quaſi

Digitized by Google

quaſi compenſationis ratio, & æquitas; & eadem utrobique eſt vis, ac poteſtas, ut patebit perpendenti.

Unde vel juvanda, vel emendanda eſt ratio Ciceronis, qui *lib. 3. de Offic. in med.* refert, Pythium, ut magni venderet hortulos C. Canio equiti Romano Syracuſis, manum piſcatorum convocaſſe, qui ante hortos, magno cymbarum numero piſcati, afferrent piſces in hortos ad pedes ipſius. Qua fraude illectus Canius emit cupide, afferente Pythio id ſolenne, & æquationem ibi eſſe. At poſtridie comperit, ſe turpiſſime eluſum fuiſſe. *Stomachari*, ait Cicero, *Canius; ſed quid faceret? Nondum enim Aquilius protulerat de dolo malo formulas.* Quaſi impunis fraus, & dolus fuerit: id vero contra eſt; utique enim puniri tanta fraus potuit. Verum id cordi non erat Canio, ſed doluit illi jactura amœnitatis ſpectatæ; nec tamen reſcindi potuit contractus actione civili de dolo malo (quam everticulum malitiarum omnium dicit Cic. *lib. 3. de Nat. Deor. prope fin.*) nondum a Prætore conſtituta. Valuit igitur tum contractus non obſtante dolo, ſed doli vindicta ſalva. Quin & damnum dolo datum, ſeu id, quod intereſt, videtur repeti potuiſſe: ſed reſcindi contractus non potuit; quod deinceps Prætor demum Aquilius induxit, *Cic. d. loc.* & exceptionem doli Caſſius *l. 4. §. pen. ff. de Dol. mal. except.*

Quid ſi vero talis ſit turpis cauſa, ex qua damnum aliquod vindicari, aut quicquam repeti non poſſit: v. gr. ut nemini benefaciat? Enim vero ea nihil huc pertinere, nec quicquam obſtare, patebit *infra* §. 9.

1 *Nam & hic diſtingui ſolet inter metum gravem abſolute*] ,, Metus gravis abſolute
,, eſt, qui in conſtantem virum cadit, qualis
,, eſt mortis, ſtupri, amiſſionis bonorum,
,, &c. *L. 3, §. 1, quod met. c. l. 3, ex quib.*
,, *cauſ. maj. l. 8, §. 2, ff. & c. 2, X. Quod*
,, *met. cauſ. Laut. Comp. p. 76.*

Vel ratione habita perſonæ metuentis] ,, Me-
,, tus enim gravis aliquando eſſe poteſt in
,, fœmina, qui talis non foret in maſculo:
,, hic metus igitur gravis eſt non abſolute,
,, ſed intuitu perſonæ, cui infertur.

Et levem] ,, Quo pertinet metus vexatio-
,, nis, minæ verbales, quæ capitales non
,, ſunt, metus reverentialis. &c. *Laut. Comp.*
,, *f. 76.*

Illatum juſte, & injuſte] ,, Metus juſtus
,, eſt, qui infertur ab eo, qui jus metum
,, inferendi habet; qualis eſt is, qui a ma-
,, giſtratu infertur, jure honoris, quem ſu-
,, ſtinet: *l. 3, §. 1, Quod met. c.* plerumque
,, autem metus injuſtus eſt, *d. l. 3, §. 1, l.*
,, *21, pr. Eod.*

Ab eo, cui promittur, vel ab alio] ,, De
,, qua differentia vide Ulpianum in *l. 14, §.*
,, *1, Quod met. cauſ.* Effectus eſt, quod utro-
,, que caſu reſcindatur contractus, etſi alius
,, contrahente inſcio metum intulerit. At in
,, eo differunt, quod ſi res perit, is, ad
,, quem ea bona fide pervenit, non teneatur,
,, ſecus ſi metus ab ipſo poſſeſſore incuſſus
,, eſt, *d. l. 14.*

Inter actus liberales, & oneroſos] ,, Ete-
,, nim ſi is, qui coactus promiſit, inde lu-
,, cratur, non reſcinditur negotium; ſed
,, tunc demum ſi negotium ipſi eſt oneroſum,
,, i. e. ſi læſus ſit. *l. 12, in f. ff. Quod met.*
,, *c. Laut. f. 77.*

Alii actus dicuntur irriti] ,, Ipſo jure nul-
,, la ſunt metu contracta matrimonia, *c. 15,*
,, *in f. X. de Sponſ.* manumiſſio, *l. 9, pr. l.*
,, *16, qui, & a quib. man.* dotis promiſ-
,, ſio, *l. 21, §. 3, Quod met. c. &c. Laut.*
,, *p. 77.*

Alii ad arbitrium promittentis revocabiles]
,, i. e. Ut valeat negotium ſi promittens ve-
,, lit: quod verum omnino eſt, quia alter
,, non poteſt, allegandu propriam turpitudi-
,, nem, opponere, negotium metu eſſe con-
,, tractum.

Alii in integrum reſtituendi] ,, Vel per
,, exceptionem, vel per actionem quod me-
,, tus cauſa. *Laut.* 77.

Sepoſita lege civili, quæ obligationem poteſt 2
tollere, aut minuere] ,, Quaſi jure civili Ro-
,, mano promiſſio metu facta nulla ſit. Con-
,, trarium in præcedentibus ſatis probatum
,, eſt. Adde *jus meum controv. Tit. Quod*
,, *metus cauſa.*

,, Obſtat *l. 116, pr. Reg. jur.* ubi aſſeritur,
,, conſenſui in negotiis bonæ fidei nihil ma-
,, gis contrarium eſſe, quam vim, & me-
,, tum. *l. 8. l. 10, ff. Reſc. vend.* Reſp. Poſt-
,, quam JCti Romani contractus diſtinxere in
,, contractus bonæ fidei, & ſtricti juris, at-
,, que priorum ſubſtantiam non in ſolo con-
,, ſenſu, ſed præterea in *bona fide* conſtitue-
,, runt; neceſſario inde ſequitur, quidquid
,, contra *bonam fidem* fit, pugnare cum eſſen-
,, tia contractus, huncque eſſe ipſo jure nul-
,, lum. Atque hæc vera ratio eſt, cur *dolus*
,, cauſam dans contractui *bonæ fidei,* nec non
,, *metus, ac vis,* ejuſmodi contractus irritos
,, reddant: ſecus, ac in contractibus *ſtricti*
,, *juris,* ubi ſolus conſenſus inſpicitur. Hæc
,, ergo differentia ex lege civili oritur; jure
,, naturæ enim, diximus, vim, & metum,
,, nec negotia bonæ fidei irrita reddere.

Eum, qui metu promiſit aliquid, obligari]
,, Quia pro præſenti rerum ſtatu decernit,

Digitized by Google

„ & vult; etſi forte, ſi liberum fuiſſet, noluiſſet. *L.* 21, §. 4, *Quod met. c.*

Quia conſenſus hic adfuit] „ Voluntas enim æque, quin magis, movetur neceſſitate, quam voluptate &c.

Nec conditionalis, ut modo in errante dicebamus] „ Immo in errante plane non eſt conſenſus in negotium, de quo agitur; nec conditionalis: adeoque nullum eſt negotium, non quia deficit conditio, quæ adjecta non eſt, ſed quia ignorans non conſentit. *Vid.* §. *præced. n.* 2.

Res ſuas jactat] „ Navis levandæ cauſa. *L.* 5, *ff. pro derel.* §. *fin. Inſt. rer. div.*

Vellet res ſervare ſub conditione ſi naufragium non immineret] „ Impropria hæc eſt locutio, neque ea apud Ariſtotelem invenitur; verba ejus hæc ſunt: *Idem contingit & in jacturis, quæ fiunt tempeſtatibus orientibus; omnino enim libens nemo jactat: ſalutis autem ſuæ, ac cæterorum cauſa, omnes, qui quidem ſana mente ſint.* Nihil hic de conditione additur, utpote quæ ſupponit orationem diſponentis, qua aliquid ſuſpenditur in futurum eventum; qualis hic non apparet: ſenſus ergo Ariſtotelis eſt, velle eum res ſuas ſervare ſi liberum eſſet.

At abſolute vult res perdere, ſpectata ſcilicet loci, ac temporis circumſtantia] „ Nervoſe Paulus eandem rationem affert in hærede, qui coactus adiit; *etſi enim*, ait, *ſi liberum eſſet, noluiſſet, tamen coactus voluit. L.* 21, §. 5, *Quod met. c.* Et Celſus ſtatuit, valere matrimonium patre cogente initum; *etſi enim eam ducturus non fuiſſet, contraxit tamen matrimonium, adeoque maluiſſe videtur. L.* 22, *ff. Rit. nupt.*

Non juſtum] „ Juſtum autem, dixi, eſſe, qui a magiſtratu infertur. *L.* 12, *in f. Quod met. c.*

Sed injuſtum, quamvis levem] „ Quid ſit injuſtus metus, & quis ſit levis, ſupra jam explicavimus §. *h. n.* 1. Add. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 6. *Quod met. c.*

Eum teneri ad liberandum promiſſorem, ſi promiſſor velit] „ Immo hoc nec jure naturæ, nec jure civili verum eſt. Utroque jure is, qui metum intulit, compellere alterum poteſt ut promiſſis ſtet: neque ulla actio promiſſori datur ad ſe liberandum, quia vere contraxit, atque ita diſpoſuit. Sane, Prætor demum, ad evitandas ambages duplicis actionis, duorumque judiciorum, invenit hoc modium ut adigi cogens poſſit ad liberandum promiſſorem; data ei, qui coactus eſt, actione *quod metus cauſa*, per quam reſcindit negotium metu geſtum: *Vid. ſupr. ad pr. h.* §.

Non quod inefficax fuerit promiſſio] „ Si efficax fuit promiſſio, cum effectu inde agi poteſt, & alter tenetur implere.

Sed ob damnum injuria datum] „ Auctor confundit duos actus, 1. cogentis, & 2. promittentis. *Ille* actus illicitus eſt, & ex eo datur actio ei, qui coactus eſt, ad reparationem damni ex metu illo, ac vi dati, exigendam: *hic* actus licitus eſt, ex quo coactus pleniſſime obligatur, neque ulla exceptione metus liberare ſe a ſolutione poteſt. Prætor demum id permiſit.

Quod quam habeat exceptionem ex jure gentium] „ Auctor fingit, jure Gentium ſecundario in bello ſolenni (i. e. quod publice indictum eſt, & utrinque a ſumma poteſtate geritur) gentes inter ſe conſtituiſſe, ut metus belli pro juſto habeatur, ad eum effectum, ut quod hoſtes invicem vi, metuque promittunt, ſervari debeat. At id tantum verum eſſe, putat, quoad effectus externos, nimirum, quoad impunitatem, & quoad acquiſitionem dominii externi, ſi ſcil. cauſa eſt injuſta. Quod ſyſtema examinavimus, & refutavimus in *Diſſertat. Proœm. IX*, §. 63, *ſeq.* & §. 168. Sane, vis hoſtilis etiam Jure naturæ licita eſt, adeoque pacta cum hoſte inita ſemper ſubſiſtunt; quia de juſtitia cauſæ nulla ratione conſtare, adeoque nec de vi, ac metu queri poteſt is, qui hoſti aliquid promiſit.

Quidam actus reſcinduntur ob metum ab alio incuſſum, quam quicum actum eſt] „ Diximus, Jure naturæ æque, ac jure civili eum, qui metu aliquid promiſit, teneri ad implendum, nec reſcindi actum, in quem, etſi coactus, conſentit, ulla ratione poſſe; ſed coactum ob injuriam ad reparationem agere poſſe. Multo minus igitur is, qui coactus dedit, actionem habet contra tertium poſſeſſorem, ad quem, cum conſcius non ſit violentiæ, res illa pervenit.

„ At Prætor, qui omne damnum ex metu ortum reparari vult, dat actionem etiam contra tertium, ad quem aliquid pervenit. Rationem addit Ulpianus in *L.* 14, §. 5, *Quod. met. c. Ne metus, quem quis paſſus eſt, ei captioſus ſit.* Et mox: *nam in alterius præmium verti alienum metum non oportet.* Atque hinc actio quod metus cauſa dicitur in rem ſcripta, *l.* 9, §. 8. *Quod met.*

„ *cauſ.*

Digitized by Google

„ *cauſ.* quod jure civili ita ſtatutum eſt.

Quæ ſæpe etiam actus libere factos ob judicii infirmitatem aut irritos facit.] „ Ita enim promiſſio uxoris irrita fit per SCtum Vellejanum *Laut. comp. pag.* 267.

Aut revocabiles] „ Scilicet, mediante reſtitutione in integrum: quo pertinent promiſſa minorum &c. *tot. tit. ff. de Minoribus.*

Quæ autem de legum civilium vi, atque efficacia ſupra diximus], „ Scilicet §. *V*, *n.* 2; ubi dixit, leges civiles in locis, ubi obtinent, ſervare, naturale eſſe: de quo alibi.

AD §. VIII.

1 MATERIAM *promiſſi quod attinet*] „ i. e. Objectum, de quo paciſcuntur partes.

Eam oportet eſſe, aut eſſe poſſe, in jure promittentis] Hoc eſt quod ſupra §. 1, *prop. VI.* diximus, ad juſtam diſpoſitionem requiri *juſtam facultatem*, i. e. ut res in poteſtate noſtra ſit: ceſſante igitur hac facultate diſpoſitio nulla eſt. Sed & ſi non ſit in poteſtate, modo tamen eſſe poſſit, itidem valet promiſſio: uti ſi res aliena promittatur. Secus ergo ſi res, quæ promittitur, impoſſibilis ſit; ibi enim facultas in perpetuum ceſſat.

Non valent promiſſa facti per ſe illiciti, quia ad illa nemo jus habet, nec poteſt habere] Hinc ſi quis alii promittit ſe homicidium perpetraturum, adulterium commiſſurum, &c. promiſſio nulla eſt; quia homicidia, & adulteria non ſunt in jure, & poteſtate, ſeu in facultate morali promittentis, adeoque diſponeret de jure lege prohibito. Atque hinc regula naturæ eſt, quod ea, quæ contra bonos mores (per mores autem intelligunt JCti Romani naturæ jura. Vide *Diſſ. proœm. XII*, §. 39.) ſunt, nec facere nos poſſe credendum ſit. *L.* 15. *Cond. inſt.*

At promiſſio vim accipit ex jure promittentis, nec ultra extenditur] Nam intra terminos demum legitimæ facultatis, adeoque quatenus promittens de ſuo jure diſponit, diſpoſitio valet. *Poſ.* 6. Si ergo ipſe promittens jus non habet, nec in alterum id transferre poterit.

Ut ſupra diximus], „ Nam Auctor §. 4. ad perfectam promiſſionem requiſivit, ut tale accedat ſignum volendi jus proprium in alterum transferre.

2 *Erit in pendenti efficacia*] Immo tota diſpoſitio nulla eſt: nec convaleſcit, etſi poſtea in ejus poteſtatem veniat. Non enim valet ex tempore promiſſionis, quia facultas ceſſat; res non eſt in ejus poteſtate, & jure; quod ergo non habet, in alterum transferre nequit: neque ex tempore, quo res in ejus poteſtatem venit, quia tunc non diſpoſuit. Prior ergo diſpoſitio non valet; alia autem non eſt.

Secus ſi additur pacto conditio, *ubi ſua futura ſit*, adeoque ſi de jure, quod in poteſtate ejus eſt, diſponit; talis enim promiſſio valet. Aliquando hæc conditio ineſt ex natura rei, ſi ſcil. de jure meo diſpono, ſed quod ſua natura ab eventu dependet: v. g. ſi promitto fructus naſcituros; hi enim fructus, quandocunque naſcuntur, ex re mea ſunt, adeoque valet diſpoſitio, quippe de re mea, etſi executio differatur uſque dum naſcuntur.

Facta cenſeri debet ſub conditione ſi res in poteſtatem venerit] Hæc conditio ex natura rei non ineſt omni pacto, ſed certis ſaltem caſibus. *Vid. not. prac.*

Atque ex his apparet, jure Naturæ non valere diſpoſitionem *de re aliena*: quia jure naturæ diſpoſitio de re tribuit jus in rem ipſam; cum vero jus in re aliena nullum habeam, transferre pacto id, quod meum non eſt, in alium non poſſum.

Jus Romanum mutavit jus naturæ, ſtatuitque ut ex promiſſione rei ſaltem perſona obligetur; atque ex eo principio valet pactum de re aliena: idque ob ſummam utilitatem, ne mutata poſſeſſione eluderetur actio. Hinc lex fingit obligationem inter perſonas, ut promittens teneatur etſi rem non habeat. *Conſ. Diſſ. Proœm. X*, §. 11, *lit. b.*

Additio.

„ Supra diximus, ex *promiſſione rei* jure naturæ non acquiri jus in rem ipſam, utpote quod non niſi traditione fit. *Vid. ſup.* §. 1. *Prop. X.* Sola igitur perſona obligatur ad rem præſtandam, vel ſi præſtare rem non poſſit, uti ſi aliena eſt, ad id, quod intereſt. Hinc merito jus Romanum ſtatuit, *promiſſiones de re aliena* validas eſſe, quia res ipſa non eſt in obligatione, neque id agitur; ſed perſona, quæ promiſit, ex ſua diſpoſitione obligatur ad rem præſtandam, vel ad id, quod tantundem eſt.

Quod ſi conditio &c. ipſa quoque ſit poteſtativa, tenebitur promiſſor facere quicquid moraliter æquum eſt] Immo nulla hic ſubeſt obligatio, utpote quæ hoc modo in arbitrium promiſſoris eſt collata *l.* 13, *C. contr. emt.* Si proinde alicui promitto 100 ſi capitolium aſcen-

aſcendero, nulla eſt obligatio antequam Capitolium aſcendam; obligatio enim eſt vinculum juris, quo quis adſtringitur aliquid facere, vel præſtare: totum hoc vinculum ceſſat, ubi arbitrio meo res relinquitur; nec jus hactenus ea diſpoſitione tranſlatum in alterum videtur.

3 *Sed in hoc quoque genere*] „ Jus enim civile etiam quædam mutaſſe circa promiſſa „ minorum, §. 5. *n.* 2, circa promiſſa ex errore, §. 6, *n.* 1, & metu, §. 7, *n.* 3, ſuis „ locis vidimus.

Multa irrita facere ſolet, quæ naturaliter obligarent] „ Jus civile enim aliquid addit, „ vel detrahit juri naturæ, *l.* 6, *ff. juſt. & jur.*

Ut promiſſum futuri matrimonii factum ab eo, cave, qui conjugem nunc habeat] „ Jure „ naturæ hæc promiſſio valet, quia partes „ diſponunt ſaltem eventualiter, adeoque de „ jure futuro; & ſic in caſum ubi res in eo„rum poteſtate eſt. At leges civiles ob votum „ captandæ mortis improbarunt tale pactum.

Et non pauca, quæ a minoribus] „ His „ enim leges civiles ob lubricum ætatis ſuccurrunt, adeo ut ſi curatorem habeant, „ omnes eorum actus ipſo jure nulli ſint. *Vid.* „ *ſupr.* §. 5, *n.* 2.

Aut filius familiarum] „ Leges Romanæ „ irritum reddunt contractum filii, ob metum inſidiarum, quas filii obærati parentibus ſtruere poſſent. Atque huc quoque „ pertinent pacta de quota litis, de re litigioſa. &c.

Ad §. IX.

Quæri *hic ſolet*] Auctor in præcedenti §. examinavit quæſtionem, an valeat promiſſio rei illicitæ, v. g. *Si promitto tibi, me homicidium perpetraturum?* & recte negavit, quia id in ejus poteſtate non eſt. At alia quæſtio nunc ſequitur, *an ſcil. valeat promiſſio, quæ fit ob turpem cauſam*, v. g. *Si promitto tibi* 100, *ut furtum facias?* Auctor ait, *ipſam promiſſionem* hoc caſu vitioſam eſſe, adeoque eam impleri non debere; ſed crimine perpetrato obligationis vim exſeri, quæ ab accedente vitio fuit impedita. At verius eſt, *cauſam* ſaltem eſſe vitioſam, non *ipſam promiſſionem.* Auctor igitur confundit hic duo negotia diverſiſſima: 1. *promiſſionem*, qua quis promitit ſe 100 daturum: hoc negotium omni jure valet, quia eſt in poteſtate promittentis, & is hactenus diſponit intra fines facultatis a natura ſibi conceſſæ: 2. *cauſam*, ſub qua promittitur, nimirum, *ut alter furtum faciat*; hæc non valet, quia cauſa hæc non eſt in promittentium poteſtate, & ſic diſponerent de jure alieno.

Effectus hic eſt, quod is, qui injuſtam cauſam promiſit, non poſſit obligari ad implendum pactum, quia res non eſt in ejus jure, & facultate. At ſi implevit promiſſum, adeoque a ſua parte factum hoc illicitum perfecit, quæritur, an 100, quæ ei promiſſa ſunt petere poſſit? quod merito affirmamus; nam hæc promiſſio licita eſt, quia promittens de re ſua diſpoſuit, & jus in alterum tranſtulit ſub certa lege, quæ exſtitit.

At uterque paciſcentium non tantum ei, cui furtum factum eſt, tenetur ad reparationem damni, ſed & magiſtratui ad pœnam. Jure civili igitur in pœnam id, quod ex licita tali promiſſione (quæ ob injuſtam cauſam facta erat) debetur, auferri, & is, qui 100 promiſſa petit, repelli exceptione doli poteſt. At ſi ſolvit promiſſor, condicere ea non poterit, quia in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.

Eadem ratio obtinet, ſi quis promittit rem, non quidem *illicitam*, ſed quæ cum perfectione pugnat: uti *ſi quis promittit, ſe nemini hominum benefacturum.* Hæc promiſſio nulla eſt; cum enim omnis obligatio deſcendat ex voluntate Creatoris, qui vult fidem datam ſervari, pugnaret cum perfectione Creatoris, ſi aliquem obligari vellet ex actione imperfecta. *Vid. Poſ. IV*, *n.* 5. Idque confirmatur exemplo voti, quo quis id, quod benefecerit, Korban, i. e. Deo dicatum eſſe vult; quod votum ipſe Servator nullum declarat. *Vid. infra c.* 13, §. 7.

Neque *obſtat* quod alibi aſſeruimus, virtutem exercere rem arbitrii eſſe, indeque homines citra injuriam ea promittere poſſe, quæ cum perfectione pugnant; nulla igitur ratio dari poſſe videtur, cur non præſtare teneatur promiſſor id, quod in ejus arbitrio poſitum eſt. Reſp. Etſi in noſtra poteſtate ſit virtutes negligere, non tamen ad id ſe obligare, nec alius actionem exinde acquirere poteſt; quia obligatio, uti diximus, ex voluntate divina oritur, cum qua maxime pugnat voluntas virtutem non exercendi: cui non poteſt non diſplicere ejuſmodi promiſſio. Præterea ejus, cui tale quid promittitur, non intereſt; ſi enim promiſſor contra pactum virtutum actus peragit, alteri hoc facto nihil abeſt, jus ejus non minuitur. Et licet

forte

Digitized by Google

forte is, contra quem cautum eſt ne bene ei fiat, inimicus alterius ſit, & hactenus intereſſe videatur, recte reſpondet Papinianus in *l.* 6, *l.* 7, *ſerv. export. non dari tale jus a natura conceſſum impedire beneficia.*

At ſi non ipſa *promiſſio* turpis ſit, ſed *cauſa* ſaltem, ob quam promittitur, v. g. ſi Sejo 100 promitto ne Cajo benefaciat; hoc caſu ſi Sejus a ſua parte implet promiſſum, ſi Cajo non benefacit, petere omnino 100 poteſt: & ex diſpoſitione teneor 100 illa Sejo ſolvere, ex rationibus in priori caſu allegatis,

Additio.

„ B. Parens mutavit hanc ſententiam in
„ diſputatione *de voto captandæ mortis ſect.*
„ 2. §. 16. *ſeq.* ſtatuitque, promiſſionem
„ ob cauſam injuſtam, vel turpem, illici-
„ tam, eoque nullam eſſe: neque alteri jus
„ agendi inde competere; & jure civili de-
„ mum cauſam a promiſſione diſtingui. &c.
„ Verba hæc ſunt.

Superest ut eximatur ſcrupulus, qui *ſupra* §. 12. hæſit ex promiſſione ob turpem cauſam; ea enim huic quæſtioni vicinior, & adjunctior videtur, & rei toti illuſtrandæ plurimum conducit. Inprimis itaque notandum eſt, aliud eſſe promiſſionem turpem, cum quis ipſum turpe factum promittit, v. g. *ſe nemini benefacturum*, ſeu, *ſe hominem occiſurum*, &c. quod jure nullum, & impoſſibile eſt. *l.* 26, *ff. de verb. obl. l.* 15, *ff. de Cond. inſt.* atque hæc una ſaltem cauſa, merumque delictum eſt: aliud promiſſionem ob turpem cauſam, ſcilicet, *ſe* 100. *tibi daturum, ut nemini benefacias: vel ut hominem occidas.* Hic duæ iterum diſtinctæ cauſæ videntur: *primo*, promiſſio 100, quæ de ſuo promittere potuit, idque omni jure licitum eſt: *deinde* turpis cauſa, v. g. occidere hominem. Cum igitur hic, ut in metu, & dolo, duplex cauſa ſit; videtur pariter dicendum valere promiſſionem, nec ei ineſſe vitium, ſed cauſam turpem inde diſtinctam, & ſeparatam eſſe.

Verum id ideo hic ſecus eſt, quia turpis cauſa in ipſam quoque promiſſionem venit, eaque una comprehenſa fuit, hoc modo: *Promitto tibi* 100, *ut Sejum occidas.* Etſi igitur diſtincta ſint promiſſio 100, & turpis cauſa; tamen hic copulatæ ſunt in ipſam conventionem: & cauſa iſta ipſius promiſſionis pars, ac modus eſt, eique legem dat.

Hujus vero rationis conſequens eſt, ex hac promiſſione nihil deberi, quia tota promiſſio turpis, ac illicita eſt, quaſi una cauſa eſſet. Non enim promiſit 100 pure, ut in exemplis metus, ac doli, *ſup.* §. 5, *& ſeq.* ſed ea lege, ut occidas hominem: id vero in poteſtate hominum non eſt promi[illegible], vel ſtipulari: totumque adeo pactum turpe, a[illegible] eſt, ex quo peti nequit, ſive impleveris [illegible] non impleveris; quo caſu ideo queque petere nequis 100, quia alia lege illa promiſſa non ſunt, quam ut quid præſtes.

Sed nec ſolutum retineri poteſt, quod ſine juſta cauſa penes te eſt, *l.* 6, *ff. de Cond. ob turp. Cauſ.* Reliquum igitur eſt, naturali ratione ad fiſcum pertinere quod nullius eſſe poteſt. Etſi enim cauſa ſaltem ſit vitium morale, v. g. ut nemini benefacias, cujus non eſt talis pœna, qua quis ſuo privetur; nefas tamen eſt lucrum quoque inde retinere, & ſceleris ſui præmium capere. Id ergo extorquendum eſt, *l.* 5, *pr. ff. de Calumn. l.* 134. *pr. ff. de Reg. Jur.*

At jure communi hæc ratio naturæ paululum immutata eſt, & promiſſio, quaſi diſtinctis hic quoque, ut in metu, & dolo, cauſis, jure ſubſiſtit; ſed ob turpem cauſam exceptione eliditur, *l. pen. ff. de Cond. ob turp. cauſ.* quod effectu fere idem eſt. Si vero ſolutum ſit, manet accipientis, nec cedit fiſco; ſine dubio quia tantum hic de actione civili quæritur, non de pœna fiſci. Unde plurimi ſentiunt accipienti id extorquendum eſſe a fiſco, *Lauterb. ad tit. de Cond. ob turp. cauſ.* eoque jus naturæ reſtituunt: neque id improbatum eſt lege civili, *per* §. 19, *ſupra.*

Cum vero cauſa turpis non ſemper ſit communis utrique parti, ſed ſæpe hæreat in unius perſona; certum videtur, ſi in perſona ſolius accipientis, (v. g. ſi quis tibi 100. promiſerit ne injuriam alii faceres,) nec Te petere poſſe ex turpi tua cauſa obſtante ſaltem exceptione: & ſi ſolutum ſit, dantem condicere poſſe, *l.* 2, *ff. de Cond. ob turp. cauſ.* Qua proinde in re naturalia, & civilia jura effectu conſonant.

Id autem mirum videtur, cum dans jus ſuum ſciens transtulerit in alterum, cur repetere poſſit quo ſemel ſe ipſe ſciens abdicavit, *arg.* §. 14, *de Rer. div. l.* 53. *ff. de reg. jur.* Sed notandum eſt, etſi condictiones ſint juris gentium, *l.* 25, *in fin. ff. Rer. amot.* id tamen in iis civile eſſe, quod dominium tranſeat etſi juſta cauſa non ſit, *l.* 1. §. *pen. & ult. ff. de Condict. ſin. cauſ.* contra regulas naturæ *in l.* 20, *ff. de Acq. rer. dom. l.* 32, *ff. de Reb. cred. arg. l.* 6, *ff. de Cond. ob turp. cauſ.* Idque iterum prudenti conſilio; quia melius, & expeditius viſum, translato dominio in perſonam, ejusque hæredes agere, quam non translato rem ſequi: uti in pluribus aliis cauſis id factum, quod nunc exequi non eſt hujus loci. Igitur uti jure naturæ ne tranſit quidem dominium: ita jure civili, etſi tranſeat, tamen condicitur, *d. l.* 6. Et hic ergo jura conveniunt, & utroque manet jus innocenti ſalvum.

Quid vero econtrario, ſi turpitudinis nota tantum adhæreret perſonæ promittentis? Cujus exemplum in jure vix occurrit niſi in meretrice, quod & ipſum ex tolerantia juris civilis magis profectum videtur, *l.* 4. §. 3, *ff.*, *de Cond. ob turp. cauſ.* Conſequens igitur eſt id peti quoque poſſe, nec ſi ſolutum ſit condici. Et hoc quoque caſu conſpirat ratio naturæ, ac civilis. Etenim ſi is, cui promiſſa eſt pecunia, innocens eſt, & jure accipere poteſt, nihil obſtat quo minus & petere poſſit: nec ei, qui turpiter dedit competet exceptio, ne-

dum, ut ſolutum repetere poſſit. Non enim turpitudo ipſius ipſi prodeſſe debet ſive ad exceptionem, ſive ad actionem, *l.* 12, §. 1. *l.* 14, §. 3. *ff. de Furt. l.* 134, *pr. ff. Reg. jur.* Et cum in illa ſpecie condicere non poſſit, cum utriuſque eſt turpitudo; multo minus poterit cum ſolus ille nocens eſt, alter innocens: ne innocentis conditio deterior fiat, quam nocentis, aut hujus, quam illius melior, *arg. d. l.* 114. *pr.*

Quid vero ſentiendum de exemplo meretricis, & ratione JCti *in l.* 4, § *pen. ff. Cond. turp. cauſ.* nunc in medio relinquimus, etſi ratione civili ſaltem ſpectata plana ſit. Certe, Judas cum nurum ſuam, cum qua conſueverat, meretricem fuiſſe crederet, infame putavit, promiſſum ei non ſolvere; & illicitum, pignora, quæ dederat, repetere, niſi præſtito quod ſpoponderat. *Gen.* 38, *verſ.* 15, *& ſeq.*

,, *Hucuſque B. Parens*: Si dicendum quod
,, res eſt, magis mihi arridet prior B. Paren-
,, tis ſententia, valere ſcil. pactum ob inju-
,, ſtam, vel turpem cauſam initum, etiam
,, naturali jure; & jus agendi competere ei,
,, qui implevit cauſam, utut vitioſam.

,, Si quis igitur 100 alii promittit, *ut ho-*
,, *minem occidat*, pactum hoc validum eſt
,, ex parte *promittentis*, qui de ſua re diſ-
,, ponit; pecuniam enim ſuam promittit ei,
,, qui hominem occiſurus eſt: promittens igi-
,, tur non turpiter facit quod ſuam pecuniam
,, alii *promittit* (id enim licitum eſt); ſed
,, quod promittit ex *vitioſa cauſa*. Qui actus
,, plane ſeparati ſunt.

,, Neque *obſtat*, quod tamen per promiſſio-
,, nem illam anſam det male faciendi. Reſp.
,, Supponimus, crimen perpetratum eſſe;
,, nam ante jus agendi non habet: nihil igi-
,, tur in obligatione eſt, quam 100; hæc diſ-
,, poſitio per ſe licita eſt. Quod vero cauſa
,, fuerit vitioſa, id cum *promiſſione* nihil com-
,, mune habet, potuiſſet enim occidere etiam
,, citra illam promiſſionem.

,, Evidenter hoc jus naturæ probatur
,, exemplo Judæ, qui Thamari promiſerat
,, hœdum, ut ſtuprum pateretur. Crimine
,, perpetrato, adeo ſe obligatum ex pa-
,, cto credidit ſtuprator, ut cum nuncius
,, non reperta meretrice rediiſſet, proteſtatus
,, ſit, per eum non ſtetiſſe quo minus mer-
,, cedem promiſſam ſolverit, neque ideo ſe
,, perfidiæ argui poſſe. Neque allegari poteſt,
,, Judam pretium miſiſſe ea intentione, ut
,, pignora redimeret; obſtat enim ratio,
,, quam Juda allegat: *Habeat ſibi*, *certe*
,, *mendacii nos arguere non poteſt*; *Ego miſi*
,, *hœdum*, *quem promiſi*.

,, Hæc differentia inter promiſſionem; &
,, cauſam, inſignem utilitatem etiam in aliis
,, juris partibus habet. Hæc enim ratio eſt
,, cur pactum vi, & metu extortum valeat,
,, & cur prædoni actio inde detur. Vid. *Diſ-*
,, *ſert. Proœm. XII*, §. 418. Hæc quoque ra-
,, tio eſt cur traditione, etſi ex errore, &
,, falſa cauſa fiat, dominium transferatur;
,, licet enim cauſa deficiat, voluntas tamen
,, dominii transferendi manet. *Ibid.* §. 571.

,, Præterea pactum quoque validum eſt
,, intuitu ejus, cui *promittitur*, ſi crimen
,, perpetravit; ad id enim ut actionem, i. e.
,, jus petendi habeat, ſufficit quod ex ſua
,, parte impleverit promiſſum, utut vitioſum:
,, adeoque turpiter facit quod occidat, ſed
,, non turpiter facit quod impleto promiſſo
,, mercedem conventam petat.

,, JCti Romani exemplo meretricis rem
,, illuſtrant. Illa enim poſtquam uſum corpo-
,, ris ſui alii præſtitit, mercedem promiſſam
,, inſtituta actione petere poteſt: *Tur-*
,, *piter enim illa agit quod ſit meretrix*;
,, *ſed non turpiter agit quod ut meretrix mer-*
,, *cedem petat. L.* 3, §. 4, *cond. ob turp. cauſ.*

,, Equidem, jure civili actio non datur ei,
,, cui ex turpi cauſa aliquid promiſſum eſt. *L.*
,, 5, *C. cond. ob turp.* Immo promiſſor ſi ſol-
,, vit pecuniam, eam condicere poteſt. At
,, hæc conſtitutio mere civilis, & pœnalis eſt;
,, quod vel exinde apparet, quia ſi cauſa
,, utrinque turpis eſt, condictio ceſſat. *l.* 3.
,, *l.* 4. *pr. &* §. 1. *l.* 8. *ff. l.* 2. *C. Eod. Laut.*
,, *comp. fol.* 189. Certiſſimo indicio, nego-
,, tium non eſſe ipſo jure nullum; alias enim
,, promittens etiam in hoc caſu ſuos num-
,, mos ex turpi cauſa penes alterum exiſten-
,, ſtentes, vindicare poſſet.

,, Supereſt ut diſquiramus, *an promiſſio de*
,, *actu*, *qui perfectioni repugnat*, *jure naturæ*
,, *nulla ſit?* Pro negativa militat ratio, quod
,, quoties de jure hominum inter ſe agitur,
,, nemo hominum ad ea, quæ perfectionis
,, ſunt, obligetur, neque alii jus, vel actio
,, in tales actus competere poſſit.

,, Cum igitur ea, quæ perfectionis ſunt,
,, ab arbitrio meo dependeant: cum negli-
,, gere officia virtutum, permittente quoque
,, Deo, poſſim; nihil obſtat quo minus fi-
,, dem alii dare contra perfectionum regulas
,, poſſim; adeoque cur Cajo promittere non
,, poſſim, me Titio nunquam benefacturum.

,, Neque *obſtat*, quod cum perfectione divi-
,, na pugnare videatur, ſi daremus, Deum ho-
,, mines obligare voluiſſe ex promiſſione, quæ
,, regulis perfectionis eſt contraria. Reſp. Crea-
,, tor perfectionum regulas hominum arbitrio
hacte-

Digitized by Google

,, hactenus reliquit, ut mereri, vel demereri
,, poſſint: homines igitur de ejuſmodi actibus
,, pro lubitu diſponere, i. e. mereri, vel non
,, mereri poſſunt. Non tamen impune negli-
,, guntur ejuſmodi officia, quia negligentes
,, privantur præmiis, quæ Deus, ens perfe-
,, ctiſſimum, actibus virtutum voluntariis
,, deſtinavit. Exemplum Gabaonitarum ap-
,, prime ea, quæ dicta ſunt, confirmat. Jo-
,, ſua Gabaonitis promiſit aliquid, quod pu-
,, gnabat cum præcepto divino: & nihilomi-
,, nus Deus id promiſſum ſervari voluit, adeo
,, ut violantes graviſſimis adfecerit ſuppli-
,, ciis. *Vid. l.* 2, *c.* 13, §. 4, *n.* 2.

,, Neque porro *obſtat*, ex tali pacto perſo-
,, nali tantum agi poſſe ad id, quod intereſt:
,, in pacto autem de aliis non benefaciendo
,, nihil intereſſe ejus, cui promittitur. Reſp.
,, 1. Etſi ejus non interſit, jus tamen ex
,, pacto in eum translatum eſt: hoc jus ar-
,, mis, vel judicio perſequi poteſt, ſaltem
,, ad eum effectum, ut propter fidem vio-
,, latam puniatur. Reſp. 2. Quid ſi pœna ad-
,, jecta fuerit pacto *ſi bene fecerit?* Sane,
,, tunc intereſt ejus, cui promittitur: adeo-
,, que ſaltem hoc caſu valebit promiſſio. Reſp.
,, 3. Quid ſi ideo tale promiſſum ab alio exe-
,, gerim, quia alteri forte ſubſidia inde ſup-
,, peditarentur litem contra me perſequen-
,, di? Tunc mea omnino intererit.

,, Sane, Papinianus non aſſerit, *non dari*
,, *tale jus a natura conceſſum, impedire bene-*
,, *ficia*; ſed ait, ex pactis de ſerva vendita
,, non manumittenda, & de ſervo vendito ex-
,, portando vindictæ gratia, actionem non
,, dari quia *beneficio affici hominem non in-*
,, *terſit hominis*, *d. l.* 7. Hæc igitur ratio
,, meri juris civilis eſt; unde etiam Sabinus
,, diſſentit, & actionem dari, ſtatuit *d. l.* 6.

,, *Inſto*, Servatorem ex hoc capite impro-
,, bare votum illud, quo quis declarat ſe bene-
,, facere nolle. Reſp. Votum hoc in genere
,, juſtum eſt, ut quidquid benefecero, Deo
,, dicatum eſſe debeat. Sed Servator impro-
,, bat interpretationem Phariſæorum, qui
,, contendebant ſub hoc voto etiam com-
,, prehendi alimenta parentibus debita, &
,, ea quoque Deo dicari: quod uberius
,, examinabimus *infra c.* 13, §. 7.

An promiſſio ob cauſam naturaliter vi-
tioſam, ipſa natura valeat &c.] ,, Auctor
,, promiſſionem hanc vitioſam eſſe, ait,
,, quamdiu crimen nondum eſt perpetratum;
,, crimine vero perpetrato jam obligationis
,, vim exſeri, quæ ab initio ab accedente
,, vitio fuit impedita. Nos demonſtravimus,
,, promiſſionem nec ab initio vitioſam, nec
,, obligationem ab accedente vitio impedi-
,, tam fuiſſe. Nam ideo impedita fuit, quia
,, ſub conditione, utut vitioſa, facta eſt,
,, quæ non exiſtit niſi crimine perpetrato.

Si quid promittatur homicidii perpetrandi
cauſa] ,, Adeoque duo diverſa hic ſunt: 1.
,, *promiſſio*: 2. *cauſa, propter quam promit-*
,, *titur.* Hæc vitioſa eſt, illa non item.

Ut alter impellatur ad malum facinus]
,, Adeoque is, qui Cajo 100 promiſit ut
,, Sejum occidat, non poteſt actionem in-
,, tentare contra Cajum, ut Sejum occidat;
,, hactenus enim promiſſio vitioſa eſt, adeo-
,, que extra facultatem a Deo hominibus
,, conceſſam.

Sed non quicquid vitioſe fit, effectu juris
caret] ,, Occurrit hic objectioni; ſi enim vi-
,, tioſa eſt promiſſio, eoque jure nulla, mi-
,, rum videtur perpetrato crimine actionem
,, dari Cajo, cum quicquid vitioſe fit effectu
,, careat. Reſpondet Grotius, *non omnia*,
,, *quæ effectu juris carent, eſſe vitioſa: in*
,, *promiſſione illa vitium ſaltem durare quam-*
,, *diu crimen perpetratum non eſt*; *at eo per-*
,, *petrato obligationis vim cum effectu ex-*
,, *ſeri.*

,, At non ſatisfacit hæc reſponſio, nec
,, dubium tollit. Sane, ſi promiſſio ab ini-
,, tio vitioſa fuiſſet, nunquam juris effectus
,, inde ſequi potuiſſet: quod alibi contra
,, Auctorem paſſim probavimus. Conf. *l.* 2,
,, *c.* 5, §. 10, *n.* 1. §. 14, *n.* 4. §. 16, *n.* 1. Ve-
,, rius igitur eſt, *promiſſionem* ab initio vali-
,, dam, & *cauſam* ſaltem vitioſam fuiſſe.
,, Perpetrato igitur crimine, adeoque impleta
,, *cauſa*, ſola promiſſio 100 aureorum ſuper-
,, eſt; quæ cum per ſe licita ſit, actio quoque
,, inde cum effectu inſtitui a ſiccario poteſt.

Quod in prodiga donatione apparet] ,, Hoc
,, exemplum huc plane non quadrat. Jure
,, naturæ non datur donatio prodiga, ſeu
,, vitioſa: quia quiſque de jure ſuo diſpone-
,, re poteſt, etiam in infinitum.

Hoc intereſt, quod donatione facta jam
ceſſat vitioſitas] ,, Immo vitium legis manet
,, etiam donatione facta: atque hinc exceſ-
,, ſus ſemper vitioſus eſt, *l.* 6. *l.* 36. §. *ſ.*
,, *Donat.* At jure naturæ nec ab initio vi-
,, tium adeſt.

Nam ſine vitio res relinquitur apud dona-
tarium] ,, Poſita lege Civili manet prodiga
,, donatio, etiam facta donatione.

Digitized by Google

At in promiſſis ob cauſam vitioſam, manet vitium quamdiu non perpetratum eſt] ,, Im-
,, mo promiſſio de 100 dandis non eſt vitioſa,
,, nec ab initio: cauſa autem vitioſa eſt &
,, ante, & poſt perpetratum crimen.

Ipſa promiſſi, ut mali illex, labem in ſe habet] ,, Dixi, promiſſionem ipſam nihil ma-
,, li in ſe habere, ſed ſolam cauſam: quæ
,, ſeparata plane ſunt.

Quæ ceſſare incipit peracto crimine] ,, Non
,, enim amplius videtur incitamentum ad fa-
,, ciendum malum. Reſp. hoc vitium non eſt
,, in promiſſione, ſed in cauſa, quæ non eſt
,, actus promittentis, ſed perpetrantis: hæc
,, autem cauſa vitioſa manet etiam perpetra-
,, to crimine; quod optime obſervavit *Pu-*
,, *fend. de Jur. nat. l.* 3, *c.* 7, §. 8.

Unde ſequitur, uſque ad id tempus promiſſionis talis efficaciam eſſe in pendenti] ,, Im-
,, mo vitium ante, & poſt promiſſionem in-
,, eſt cauſæ; promiſſioni ipſi neutro tem-
,, pore.

Ut modo dicebamus in promiſſa re, quæ juris noſtri non eſt] ,, Huic enim promiſſio-
,, ni conditionem ineſſe, dixit, ſi res juris
,, noſtri facta fuerit. *Vid.* §. 8, *n.* 2. At 1. ibi-
,, dem notavimus, verum id non eſſe, nec
,, conditionem ibi ſupponi poſſe, cum de-
,, ficiat diſpoſitio, quæ quid in futurum even-
,, tum ſuſpendit. 2. Male quoque hæc ap-
,, plicantur ad promiſſa ob vitioſam cau-
,, ſam; ibi enim promiſſio nunquam vitio-
,, ſa eſt ratione ejus, qui pecuniam promit-
,, tit: ſed cauſa, ob quam promittitur, &
,, quæ alterius factum requirit, ab initio
,, vitioſa eſt, & perpetrato crimine vitium
,, augetur.

Crimine vero perpetrato jam obligationis vim exſeri] I. e. 100 promiſſa ob furtum factum, peti poſſe. At dictum eſt, promiſſionem ipſam pecuniæ nunquam vitioſam fuiſſe, adeoque obligationem ab initio adfuiſſe, ſed ſub certo modo, quo adimpleto, obligatio non demum vim conſequitur, ſed effectum: i. e. cum effectu peti pecunia poteſt. At modus, ſub quo promiſſio facta eſt, non deſinit eſſe vitioſus poſtquam impletus eſt; neque cauſa illa perpetrata effectum juris conſequitur.

Additio.

,, Verba hæc Auctoris etiam Puſendorfium
,, offenderunt, qui in *Jur. nat. l.* 3, *c.* 7,
,, §. 8, acriter reprehendit Auctorem. *Verba*
,, *ejus hæc ſunt.*

S E C U N D O quæritur: an ſi turpe facinus velut ex obligatione fuit patratum, alter ad mercedem pro ea ſolvendam teneatur? Quod *Grotius d. l.* affirmat, ex ea ratione, quod ante crimen impletum merces illa labem habeat, tanquam illex mali; quæ labes peracto crimine ceſſet, ideo quod illex mali eſſe deſierit. Enim vero nobis ſecus videtur. Nam tantum abeſt ut pactum tale turpe eſſe deſinat peracto flagitio, ut potius ad plenum turpitudinis gradum pervenerit, obtento ſuo fine. Niſi vero minus turpe ſit furatum eſſe, quam furari velle: aut accipere mercedem ſceleris, quam ſperare; ſolvere, quam promittere. Immo ſi promiſſio eſt turpis, quia eſt illex mali; etiam impletio promiſſionis erit turpis, quia eſt penſatio ſceleris, & ad plura ſuſcipienda invitatio. Inde labes quoque aliqua ejuſmodi mercedem comitari judicatur, etiam quando in tertium juſto titulo tranſiit; quod ipſa ex ſcelere parta ſit. Sic & in divina lege interdictum eſt, ne in domum Dei inferretur pecunia ex proſtitutione corporis quæſita. *Deuter.* XXIII, 18. *Joſeph. Archæol. IV*, 8. Et Sacerdotibus religio erat, mercedem proditionis a Juda pro derelicta habitam ærario ſacro inferre. Tritum quoque eſt, de male partis tertium hæredem non gaudere. Inde probare non poſſumus quæ *Grotius d. l.* tradit: *uſque ad tempus impleti ſceleris efficaciam turpis promiſſionis eſſe pendentem, quemadmodum eſt efficacia promiſſionum conditionalium*, donec conditio exſtat; aut promiſſio rei in præſens impoſſibilis, quæ tamen poſſibilis futura ſperatur, quouſque intra vires noſtras eſſe cœperit. *Crimine autem perpetrato jam obligationis vim exſeri, quæ ab initio non defuit, (adfuit enim mutuus conſenſus,) ſed ab accedente vitio fuit impedita*, ideo quod ad malum ſuſcipiendum aliquid contulit. Enimvero ſi hoc admittatur, irrita foret prohibitio juris naturalis de non ineundis circa illicita pactis, ſi poſt ſcelus obitum pactum illud jure naturali eſt ſervandum. Quid prodeſt prohibuiſſe ne furtum fieret, ſi furto facto res furtiva citra vitium poteſt retineri? Et falſum eſt, vim intrinſecam obligandi pacto turpi non defuiſſe, ſed tantum ab accedente vitio fuiſſe ſuſpenſam, quouſque ad crimen allicere deſierit. Nam ut pacto vis obligandi intrinſeca inſit, non ſufficit conſenſum utrinque adfuiſſe; ſed & idem debet verſari circa rem, de qua in utramque partem diſponendi libera eſt homini poteſtas. Alias ſi ſatis foret ad producendam obligationem, utrinque conſenſiſſe, facile omnes leges ſubverterentur, inito ſuper iis violandis pacto; adeoque ipſum jus naturæ ad ſui deſtructionem inſerviret. Arbitramur igitur, per legem naturæ neque executorem facinoris pactam mercedem tanquam ex jure proprie dicto poſtulare poſſe, neque conductorem ex intrinſeca, & conſcientiam afficiente obligatione ad ſolvendam eam mercedem teneri: adeoque juri naturæ curæ non eſſe, ne quis gratis ſcelus patraverit. Equidem ſi quis, qui v. g. ſicarium conduxit, & mox cæde patrata mercedem ſolvere abnuit, ab ipſo male multetur; nemo eſt

qui

qui injuriam ipſi factam dicat. Verum heic obſervandum, etſi turpia pacta vi intrinſeca obligandi deſtituantur, neque ad actionem pariendam apta ſint; non tamen omni effectu carere in eo, qui cum libere in illa conſenſerit, iiſdem ſtare renuit. Scilicet efficiunt, ne quis jure queri poſſit, ſi ad illa implenda ab altero vi adigatur, aut ob eadem non ſervata malo afficiatur. Vetat enim lex naturæ ad rem indebitam alterum cogere, aut ob eandem non præſtitam malo afficere. Sed qui in pactum turpe conſenſit, eo ipſo favori hujus legis renunciavit, dum quantum in ſe fuit, alteri rem in ſe indebitam exigendi poteſtatem fecit. Atqui malum, cui quis culpa ſua cauſam dedit, non immerenti accidere judicatur. Exempli gratia: jus naturæ vetat virginis invitæ pudorem imminuere; verum ubi ipſa conſenſit, jacturam quidem facit rei irreparabilis, de injuria tamen ſibi facta queri non poteſt. Sic in civitatibus, ubi duella ſunt prohibita, provocatus ab altero haud quidquam in arenam deſcendere tenetur, etiam ubi jam promiſit: ſi tamen comparuerit, & vulnera acceperit, de injuria ſibi facta queri, aut vulnerantem impenſas curationis poſcere nequit. Ad exemplum Judæ *Geneſ.* 37. qui circa exſolvendam Thamari concubitus mercedem ſollicitus erat, reſpondet *Seldenus* L. V, c. 4, *de Jure nat. & gent. creditum fuiſſe eo tempore, licere innuptæ, & ſolutæ fœminæ, corporis ſui uſum concedere alteri ſine conſenſu in vitæ communionem, idque vel gratis, vel pro mercede; adeoque validam obligationem ex iſtiusmodi conventione, tanquam circa rem ſaltem civiliter licitam, potuiſſe contrahi.* Quanquam & hoc obſervetur, non paucos neſcio quid generoſitatis in eo oſtentare, ſi non gratis libidinem expleverint. Fortaſſe etiam de pignore reluendo erat ſollicitus. Huc quoque pertinet L. 4, §. 3, *D. de condict. ob turp. cauſ. Quod meretrici datur, repeti non poteſt, ſed nova ratione, non ea, quod utriuſque turpitudo verſatur, ſed ſolius dantis. Illam enim turpiter facere quod ſit meretrix: non turpiter accipere, cum ſit meretrix.* Scilicet, etſi Romæ extra pœnas legum civilium erat publice corpus proſtituere, ejuſque quæſtus fœditatem apud ædiles profiteri; tale tamen vitæ genus inire ab honeſtis hominibus merito turpiſſimum habebatur. Electo tamen ſemel eo vitæ genere, nulla nova erat turpitudo, ſi mercedem pro uſu corporis acciperet meretrix, atque *cava pretium flagitaret uſque manu. Tibullus l 2, eleg.* 4, *v.* 14. Perinde, ac ſi dicerem; turpe eſt quidem homini ingenuo carnificinam exercendam ſuſcipere: verum digeſto ſemel eo pudore, mercedem pro iſta opera accipere turpitudine vacat. Conciſius poſſis dicere: cum Romæ ſtatus meretricius fuerit toleratus, valida quoque judicata in eo foro fuiſſe pacta, quæ illum ſtatum comitabantur...... Iſtud tamen patet, ſi ſcelus in alterius uſum ipſo volente ſit ſuſceptum, cum recte eidem iraſci non poſſe. Apud *Ovidium Heroid. epiſt.* 12. *v.* 131, 132. Medea Jaſoni: *Ut culpent alii, tibi me laudare neceſſe eſt. Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.* Apud *eundem Metamorph.* l. 8. v. 130, 131. Niſa Minoi: *Scelus hoc patriæque, patrique; Officium tibi ſit*, Apud *Senecam* in Medea v. 500, 503: *Cui prodeſt ſcelus, is fecit. Tibi innocens ſit quisquis pro te eſt nocens.* Etſi inter principes cumprimis non infrequens ſit, ut fructum alieni ſceleris quidem capiant, ſcelus tamen ipſum puniant, ne id exemplo ſibi deinceps noxium evadat. Sic apud *Paulum Oroſium l. V, c.* 18. ſervum, qui Sulpitium herum ſuum a Senatu hoſtem judicatum, quod hoſtem indicaverat, manumitti, quod vero dominum prodiderat, ſaxo Tarpejo dejici conſules decreverunt. Add. *Zonaras tom. III., in Theophilo* ab initio.

Quæ ab initio non intrinſecus defuit] „ Au-
„ ctor ſtatuit, promiſſionem ab initio vitio-
„ ſam fuiſſe; quod ſi ita eſt, contradictio eſt,
„ ex cauſa ab initio vitioſa jus aliquando ori-
„ ri poſſe. Rectius ergo dicimus, promiſſio-
„ nem, quatenus a cauſa ſeparatur, uti ſepa-
„ rari debet, nunquam vitioſam fuiſſe, ad-
„ eoque exiſtente caſu cum effectu inde agi
„ poſſe.

Sed ab accedente vitio fuit impedita] „ Im-
„ mo vis obligationis non fuit impedita ab ac-
„ cedente cauſa vitioſa, quia hæc diverſa,
„ & ſeparata eſt ab ipſa promiſſione, quæ
„ ſeorſim ſpectata ſtatim licita fuit.

Et hujus rei exemplum afferri poteſt in Juda &c.] „ Ibi enim perpetratum erat crimen,
„ illex mali: adeoque Auctor rationem vitii,
„ quod promiſſioni inerat, ceſſaſſe putat, &
„ ideo Judam promiſſam meretrici merce-
„ dem, tanquam debitam jure perſolviſſe.
„ At ex dictis apparet, Judam ſtatim ab ini-
„ tio ex promiſſo ſuo obligatum fuiſſe mit-
„ tendi hœdum: & hanc promiſſionem lici-
„ tam fuiſſe.

Tanquam debitam] „ Cauſa enim promiſ-
„ ſionis erat concubitus, quem implevit me-
„ retrix: promiſſio ipſa reſpiciebat hœdum,
„ qui actus licitus fuit.

Quod ſi injuſtitia promiſſarii cauſam promiſſioni dederit &c.] „ Uti ſi rem vitioſam
„ vendidit, vel vitia rei, quæ ei nota ſunt,
„ tacet. De harum reparatione agitur *Cap.*
„ *ſeq.* §. 9.

Aut inæqualitas ſit in contractu] „ In eo
„ enim Auctor pacta, & contractus diſtin-
„ guit, quod in his æqualitas quædam ob-
„ tineat, quæ ex ſocietate oritur, quod re-
„ futavimus *cap. ſeq.* §. 8.

Digitized by Google

Ad §. X.

Quod *vero promittitur ob cauſam ante debitam, non eo minus debetur*] Intelligit hic ſtipulationem, quæ ſupponit debitum præcedens, adeoque quæ valet, etſi ipſi ſtipulationi cauſa non inſit.

Additio.

„ Auctor hic non agit de ſtipulatione; ſed „ de plane alio caſu, cui ſimilem ſupra *c.* 10, „ §. 12, propoſuit. Quando, nimirum, *promittitur* aliquid *ob cauſam ante debitam*, i. e. „ *ad quam ipſo jure* citra pactum *obligabatur*: „ uti ſi 100 alicui promittuntur ne furtum, „ adulterium &c. faciat: & de hoc caſu quæritur, an obligatio ex tali pacto oriatur, ad „ eum effectum, ut is, cui promittitur, 100 „ illa petere poſſit? Recte hoc affirmat Auctor, quia alter ſua voluntate jus in creditorem transtulit.

Si jus naturale ſpectemus] „ Nam jure Civili ex tali cauſa datum condici poteſt. *Vid. Cap.* 10, §. 12.

Secundum ea, quæ de rei alienæ acceptione ſupra diximus] „ Auctor enim ex pari ratione „ ſupra *c.* 10, §. 12, in caſu ubi alicui DATUR „ RES *ob cauſam ante debitam*, ſtatuit, accipientem *rem* alterius, jure retinere eam „ poſſe, quia eam ex voluntate domini accepit. Idem juris hic eſſe, ait, ubi alicui „ PROMITTITUR ALIQUID ex tali „ cauſa, ad quam alter ipſo jure obligabatur; „ nam id quoque jure deberi, ait, ei, cui promittitur, quia ex voluntate promittentis jus „ in eum translatum eſt.

Nam & ſine ulla cauſa promiſſum naturaliter deberetur] Immo pugnat, ſine cauſa deberi, uti ſine cauſa eſſe, vel deberi ſine jure, & obligatione. *Vid. ſupr.* §. 1. Sane, in ſtipulatione ſubeſt cauſa, ſeu voluntas ſe rite obligandi; ſtipulatio enim nihil aliud eſt, quam cautio pro debito præcedenti, adeoque quæ ſine debito nulla eſt, quia non entis nullæ ſunt affectiones: forma ergo ſtipulationis deficit ſi debitum, ſeu cauſa non præcedit.

Additio.

„ Quod pacta ſine cauſa inita obligationem „ producant, probavit Auctor *ſupra* §. 1, *n.* „ 4; nedum ergo ſi cauſa præceſſit, ad quam „ ante jure obligabatur: cæterum diximus, „ de ſtipulatione hic non quæri.

Sed bic quoque] „ Nam idem obtinere, dixit, in caſu, ubi ex tali cauſa *res* alicui non „ *promittitur*, ſed *datur*: *d. c.* 10, §. 12.

Damnum per extorſionem datum &c. reparandum venit] „ Adeoque ſi quis vi, aut metu coactus ex tali cauſa ante, & ipſo jure „ debita *promittit*; Auctor putat, promittentem inde non obligari, ſed agi poſſe ut liberetur. *Vid. ſupra* §. 7, & *c.* 17, §. 17, *ſeq.* „ Nos jam probavimus allegatis locis, pactum „ omnino ſubſiſtere, at ſeparatam actionem „ dari promittenti, ad repetendum omne id, „ quod ei ex vi alterius abeſt.

Aut inæqualitas in contractu reparanda venit] „ Auctor porro ſtatuit, promiſſa ob cauſam ante debitam facta non producere obligationem, *ſi inæqualitas obveniat in contractu*: ſed hic eſt perpetuus Auctoris error, „ *naturam in contractibus imperare æqualitatem*; *vid. c.* 12, §. 8, adeoque ex inæqualitate nullum jus oriri, *d. c.* 12, §. 26: quem „ errorem refutavimus *ibidem*.

Secundum tradendas inferius leges] „ De „ reparatione ex capite extorſionis agit *c.* 17, „ §. 17. De reparatione ex inæqualitate *c.* 12, „ §. 8, & *ſeq.*

Ad §. XI.

Modum *promittendi quod attinet*] „ Ad „ id ut promiſſio valeat, requiritur voluntas „ paciſcentium ſufficienter declarata.

Ut de dominii translatione diximus] „ *Supra L.* 2, *c.* 6, §. 1, *n* 1. Nam etiam in eo, „ qui rem ſuam alii *dat*, requiritur voluntas „ alienandi, eaque declarata.

Requirit actum externum] „ Nam actum „ internum voluntatis non eſſe congruentem „ naturæ ſocietatis humanæ, dixit ſupra *c.* 6. „ §. 1, *n.* 1: & nudis actibus animi efficaciam „ juris tribuere, non fuiſſe congruum naturæ „ humanæ, aſſeruit *ſupra c.* 4, §. 3.

Id eſt, ſignum ſufficiens voluntatis] „ Adeoque obligatio demum oritur ex ea voluntate, qua inter utrumque convenit ut jus „ unius jam debeat eſſe alterius: non ergo „ hic inſpicitur id, quod mente reſervatum „ eſt; id enim non eſt diſpoſitio duorum, „ ſed unius.

Quale interdum etiam poteſt eſſe nutus] Voluntas enim æque factis, ac verbis declarari poteſt; his enim quaſi picturis ſignificantur expreſſa animi ſenſa: adeoque ex tali voluntate facto ſatis declarata jus in alium transfertur.

Quin alibi dictum eſt, facta interdum magis

gis explicare voluntatem, quam verba: *vid. Poſ. J. G. IV.* Idque vel ex eo apparet, quod ideo pacta nuda non producant obligationem, quia non conſtat de animo ſe obligandi. Atque hæc ratio eſt cur JCti Romani certa induxerint negotiorum nomina, quibus ſolis is animus, & voluntas ſe obligandi ſignificaretur. Ita enim contractus nominati ſignificant talem diſpoſitionem, qua partes ſe obligare voluerunt ad aliquid præſtandum, vel faciendum.

Additio.

,, Regulam illam, quod voluntas æque fa-
„ ctis, ac verbis declaretur, paſſim explicavi-
„ mus. *Vid. L.* 2, *c.* 4, §. 4. *c.* 11, §. 11, & §. 20.
„ *c.* 6, §. 1. *L.* 3, *c.* 1, §. 8. *c.* 22, §. 3. *c.* 24,
„ §. 1. *c.* 26, §. 26. Tale factum quoque eſt
„ nutus, quando quis nimirum alterius roga-
„ tioni annuit: *dd. ll.*

,, Quinctil. D. 247. *Audeo dicere illud pro-*
„ *miſit: neque unum promittendi genus eſt;*
„ *voluntas hominum non tantum voce ſigna-*
„ *ta eſt. An vero ſi manu promiſiſſet, an*
„ *vultu annuiſſet, dediſſe fidem, & confir-*
„ *maſſe ſpem puella videretur, quæ facie affe-*
„ *ctum, quæ toties oculis miſericordiam pro-*
„ *didit.* Et D. 270. *Nutum nempe ejus, aut*
„ *vultum, aut aliquod ſignum animi intueri*
„ *oporteret.* Ovidius IV. faſt. v. 417.

Hanc cupit, hanc optat; ſola ſuſpirat in illa:
Signaque dat nutu, ſollicitatque notis.

,, Olim homines nutu locutos eſſe, ait La-
„ ctantius 6, 10. Conf. *Tac. An.* 13, 23. *Æ-*
„ *lian.* 14, 22. *Caſſiod. l.* 20. *Marcell.* 24, 16.
„ *Grot. L.* 3, *c.* 1, §. 8. *Puſend. J. N. l.* 3,
„ *c.* 6, §. 15. *Vid. Teſm. b.*

„ Cæterum voluntatem juris transferendi
„ etiam nudis ineſſe pactis, vidimus *ſup.* §. 1.
Frequentius autem vox, aut litera] ,, Nam
„ præcipua ratio, cur natura *vocis* uſum
„ creaturis conceſſerit, hæc eſt, ut animum,
„ & voluntatem ea declarare poſſint. Literæ
„ autem nihil aliud ſunt, quam vox ſcriptis
„ conſignata.

Ad §. XII.

Sed & *per hominem alterum obligamur, ſi conſtet de voluntate noſtra, qua illum elegerimus*] Voluntatem igitur meam de jure meo in alium transferendo declarare poſſum vel ipſe, vel per alios: ſi, nimirum, alium elegerim, ut is meo nomine voluntatem meam alteri deferat, iſque id fecerit. Hæc enim actio, hæc declaratio non eſt actio deferentis, & declarantis, ſed mea: deferens nudum inſtrumentum eſt, ego ſum cauſa agens; meum eſt negotium, quod per alium gero, mea voluntas, quam voce aliena declaro.

Sane alibi jam demonſtravimus, hominem eſſe poſſe inſtrumentum alterius. *Vid. l.* 1, *c.* 5, §. 1, & 3. *L.* 1, *c.* 3, §. 12, *n.* 3, *ibique not.* Actio autem inſtrumenti eſt actio cauſæ, uti quando manus hominis agit, ipſe homo agere dicitur, non manus. Sane, manus, uti omnia alia inſtrumenta, non ex ſe agit, ſed ex ductu alieno: quando autem quæritur cujus ſit actio, neceſſario dicendum, actionem eſſe ejus, cujus motu agitur; is enim vere cauſa eſt actionis. Atque hinc ſervi, miniſtri, famuli &c. non ſuo nutu, motuque proprio agunt, ſed mutu alterius. Conf. *L,* 3, *c.* 6, §. 9. *L.* 2, *c.* 8, §. 4.

Secus igitur ſi alius meo quidem mandato, ſed ſuo nomine, ſuoque nutu agat: neque meam declaret voluntatem, ſed ſuam; tunc enim is non eſt inſtrumentum, ſed cauſa actionis: & tunc duo diſtincta ſunt negotia, *alterum* inter me, & mandatarium, cui mando v. g. ut domum Titii emat: *alterum* inter mandatarium, & Titium, quo domum hujus emit. Ex priori ſaltem negotio mihi acquiritur actio, non ex poſteriori; quia Titius mihi nihil promiſit, nec mihi domum vendidit, ſed mandatario meo, cui proinde ſoli jus inde competit: is vero mihi actione mandati tenetur. Conf. *infr.* §. 18.

Ut inſtrumentum noſtrum] Hoc enim negotium maxime licitum eſt. Ego de jure meo diſpono, dum alii voluntatem meam deferendam committo. Nuntius itidem de ſuo jure diſponit, quia actioni ſuæ talem legem dicit, ut actio illa non debeat eſſe ſua, ſed mea. Quando igitur inter nos ſpeciatim ita convenit, actio non eſt inſtrumenti, ſed cauſæ.

Aut ſub generali notione] ,, v. g. Si tota
„ negotiatio alicui eſt commiſſa, quo perti-
„ nent inſtitores, magiſtri navis, legati &c.

Ut nos obliget qui præpoſitus eſt, agendo contra voluntatem noſtram] ,, Quia ſufficit eum ſcire præpoſitum noſtro nomine negotiari, & juxta voluntatem noſtram agere; ideo enim præpoſuimus, ut facultatem habeat contrahendi noſtro nomine.'

Quia hic diſtincti ſunt actus volendi] Ex altero enim obligetur præponens ei, qui cum præpoſito contraxit; idque ex illa voluntate generali, quia voluit fidem haberi præpoſito:

Digitized by Google

to: ex altero præpoſitus obligatur præponenti, ſi forte fines mandati exceſſit.

Quo nos obligamus ratum habituros] „ Ad-
„ eoque quo præpoſito facultatem damus,
„ eumque eligimus ut noſtro nomine con-
„ trahat: ex quo facto omnibus obligamur,
„ qui fidem noſtram ſecuti cum præpoſito
„ contrahunt.

Quo illum nobis obligamus ut non agat niſi ex præſcripto] „ Adeoque hoc negotium ver-
„ titur inter ſolum præponentem, & præpo-
„ ſitum; neque tertius, qui cum præpoſito
„ contrahit, inde obligatur, quia fines hujus
„ mandati ignorat.

Ad ea, quæ legati promittunt pro regibus ex vi inſtrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata] Legati duplex mandatum habent, *alterum*, quo fidem Princeps legato facit apud eum, ad quem mittitur; & vocari vulgo ſolet *Literæ credentiales*, quibus mittens rogat eum, ad quem mittitur, ut fidem habeat dictis legati, ſimulque promittit ſe ratihabiturum, ac ſi ipſe contraxiſſet: *alterum*, quo mittens legato certos fines præſcribit, intra quos agere poſſit, quod vulgo *Inſtruction* vocatur. Hæ literæ inſtructoriæ non exhibentur Principi, ad quem legatus mittitur, ſed prudentiæ legati committuntur. Hujus poſterioris mandati fines ſi excedit legatus, quæritur, *an mandans obligetur ei, qui cum legato contraxit*? Affirmatur, quia in genere promiſit ſe ratihabiturum quidquid legatus nomine mittentis contracturus ſit. Atque hinc cum Ferdinandus, & Iſabella Archiducem Auſtriæ cum ampliſſima poteſtate pangendi pacem miſiſſent, iſque contra tenorem arcanæ inſtructionis pacem pepigiſſet, nihilominus ratam eam habuerunt. Vid. *Marian. L.* 27, *c.* 18. At legatus fines mandati excedens ultra facultatem ſibi conceſſam agit, adeoque injuria, indeque Principi ſuo tenetur ad reparationem damni, quod facto ſuo illicito dedit.

Ad §. XIII.

Ex principiis §. præcedenti expoſitis jam apparet, quo jure domini obligentur ex facto inſtitorum, & magiſtrorum navis. Nam is, qui præponit ſuæ negotiationi *inſtitorem*, vel *magiſtrum navis*, his ſimul concedit facultatem contrahendi. Si ergo ex facto licito præpoſitionis ei, qui cum tali inſtitore, vel magiſtro juxta leges præpoſitionis contraxit, aliquid abeſt, reſarcire id debet præponens, quia damnum id non tuliſſent contrahentes, niſi dominus mandaſſet.

Jure Gentium ſecundario id mutatum eſt; nam ex quo negotiorum formæ introductæ fuerunt, duo hic ſeparata negotia conſtituta ſunt: *alterum* mandati, quod eſt inter præponentem, & præpoſitum: *alterum* emti venditi, quod eſt inter præpoſitum, & tertios emtores. Ex *illo* ſolo tenetur præponens ei, quem præpoſuit: ex *hoc* ſolus præpoſitus extraneo.

At Prætor reduxit ſimplex jus naturæ, *in tit. de Inſtitoria actione*, & in Tit. *de Exercitoria actione*, ut præponens ex facto præpoſiti conveniri poſſit a tertio; quod proinde ſecuti ſunt JCti in §. *f. Inſt. quod cum eo*, &c.

Additio.

„ Cum jus Gentium ſecundarium non agno-
„ ſcamus, adeoque hactenus jus naturæ mu-
„ tatum dici non poſſit; videamus, in quo-
„ nam jus Prætorium a jure naturæ receſſerit.

„ Merito cum Grotio *h. c.* §. 12, & 13.
„ aſſerimus, actiones inſtitorias, & exercito-
„ rias naturali ratione niti, quia præpoſiti ea
„ lege a domino negotii electi ſunt, ut ejus
„ nomine contrahant: adeoque dominus eo
„ facto declarat ſe ratihabiturum quidquid in
„ tali negotio inſtitor &c. fecerit, *d.* §. 12.
„ Addit B. Parens, dominum hoc facto ſuo
„ cauſam eſſe, quod aliis, qui cum illo in-
„ ſtitore &c. contraxere, & fidem domini
„ præponentis ſecuti ſunt, aliquid abſit; in-
„ deque eum ex hoc licito præpoſitionis fa-
„ cto obligari ad reparandum.

„ Hinc jam ſponte ſequitur, naturali ra-
„ tione triplex hic obvenire negotium: 1. in-
„ ter *dominum negotii*, & *præpoſitum*: 2. in-
„ ter *præpoſitum*, & *eum*, *qui cum præpoſito*
„ *contrahit*: 3. *inter præponentem*, & *eum*,
„ *cum quo præpoſitus contrahit.* Ex ſingulis
„ negotiis propriæ, & diſtinctæ oriuntur
„ actiones.

„ Ex Primo enim negotio (quod verum
„ *mandatum* eſt), oritur actio mandati inter
„ præpoſitum, & negotii dominum: ut præ-
„ poſitus domino teneatur ad id, quod ex
„ mandato accepit, & ad id, quod intereſt
„ ſi fines mandati exceſſit.

„ Ex Secundo negotio actio oritur ex
„ contractu inter contrahentes; actio enim
„ hæc ex conſenſu oritur, & ex diſpoſitione,
„ adeoque inter ſolos diſponentes: nam in
„ præcedentibus probavimus, alii paciſci ne-
„ minem poſſe. Neque allegari poteſt, præ-
„ poſitum

poſitum nomine domini contraxiſſe, adeoque eum nudum eſſe inſtrumentum; cauſam autem actionis eſſe dominum: nam tales præpoſiti nunquam nomine domini, ſed ſuo nomine contrahunt, permittente ſaltem, & jubente domino. Jure naturæ igitur ſolus præpoſitus agit contra emtorem, *L.* 1, *Inſt. act. arg. l.* 1, §. 18, *ff. Exerc. act.* non vero præponens, cum quo nihil contractum eſt. *dd. ll.*

,, In Tertio negotio duæ occurrunt quæſtiones: 1. an præponens contra eum, qui cum præpoſito contraxit, agere ex contractu poſſit? 2. An is, qui cum præpoſito contraxit, ex eodem contractu contra præponentem agere poſſit.

,, *Prior* quæſtio negatur, *L.* 1, *ff. act. Laut. comp. pag.* 238, 243, quia alii ex alterius pacto actio non datur. Cum autem præpoſitus teneatur præponenti ſi huic aliquid abeſt ex mandato, cum ejus patrimonium obligatum ſit mandanti; hic omnino agere contra debitoris ſui debitorem poteſt, ſi res aliter ei ſalva eſſe nequit, *l.* 1, *in f. l.* 2. *inſt. act.* Conf. *Jus meum controv. tit. de oblig. & act. qu.* 7. *Laut. comp. p.* 239, *pr.*

,, *Poſterior* quæſtio itidem negatur; quia inter præponentem, & eum, cum quo præpoſitus contraxit, nihil actum eſt, adeoque deficit duorum in idem placitum conſenſus; pactum enim ſaltem obligat conſentientes. *L.* 3, *in f. C. Ne ux. pro mar.* §. 10, *inſt. act.* At cum præpoſitus voluntate mandantis cum tertio contraxerit, mandans facta præpoſiti præſtare tenetur, quæ ratio additur in *L.* 1, *pr.* §. 1, §. 5, *Exerc. act.* Sane ut commoda ſentit præponens ex contractu inſtitorum, ita & eum obligari ex inſtitorum contractu æquum eſt. *L.* 1, *pr. ff. Inſt. act.*

,, Hæ igitur actiones (quas JCti inſtitorias, & exercitorias vocant) non oriuntur ex ipſo contractu cum præpoſito inito; ſed ſunt propriæ actiones, quæ deſcendunt ex variis cauſarum figuris, nimirum, ex quaſi contractu: quia præpoſitus plus ſuo habet, quod patrimonio præponentis deeſt; vel quia facto præponentis ei, qui cum præpoſito contraxit, aliquid abeſt.

,, At quia per has actiones revera id petitur, quod ex contractu præpoſiti debetur, ideo actiones illæ dicuntur ſaltem eſſe qualitates harum actionum; ſeu actiones ex contractu præpoſiti, nova ſaltem qualitate auctæ. *Vid. Diſſ. Proœm.* XII, §. 587.

,, Hinc jam conſtat ratio, cur actiones inſtitoriæ, & exercitoriæ non dentur niſi ſecundum propoſitionis formam, *l.* 5, §. 11. *l.* 11, §. 5, *ff. l.* 3, *c. inſt. act.* & intra fines negotii commiſſi, §. 2, *Inſt. quod cum eo. L.* 1, §. 7, *Exerc. act.* Nam præponens extra negotium hoc non præpoſuit: adeoque ſi aliquid contrahenti abeſt, id ei non abeſt ex facto præponentis, nec ex ejus voluntate.

,, Hinc 1°. præponens non tenetur ex delicto præpoſiti. *Laut. p.* 244, *arg. l.* 1, §. 2, *Exerc. act.* 2°. Si magiſter navis ad alios uſus, quam quos lex præpoſitionis præſcribit: navem deſtinat, non tenetur exercitor, *l.* 1, §. 8, *Exerc. act.* Nec 3°. ſi præpoſitus ob aliam cauſam ſumſit pecuniam mutuam, quam ob quam præpoſitus eſt: v. g. ſi domum emit, &c. *l.* 1, §. 8, *&* 9. *l. f. pr.* §. 1, *ff. Exerc. act.* Nam cuique conſtare debet, hos caſus non contineri ſub negotiatione, quæ ſola commiſſa eſt præpoſito.

,, Quid ſi præpoſitus pecuniam, quam ex cauſa, ob quam præpoſitus fuit, mutuam accepit, conſumſit, nec in utilitatem negotii vertit? Reſp. nihilominus præponens tenetur inſtitoria, vel exercitoria: ſufficit enim mutuum in uſum negotii contractum eſſe, idque voluntate domini præponentis. *l.* 1, §. 8, *&* 9. *l. f. pr.* §. 1, *Exerc. act. Laut. comp. p.* 245. Sibi enim imputare præponens debet, quod inidoneo homini adminiſtrationem negotii commiſerit.

Exercitoriam] ,, Hæc eſt, qua is, qui alium præpoſuit negotiationi *maritimæ*, tenetur ei, qui cum præpoſito ex lege præpoſitionis contraxit. §. 2, *Inſtit. quod cum eo &c.* §. *f. Eod.* Exercitor autem dicitur, ad quem negotiationis quæſtus pertinet, *d.* §. 2. Præpositus, cui maritimæ, & totius navis cura commiſſa eſt, dicitur *magiſter navis. L.* 1, §. 1, *&* 3. *Exerc. act.*

Et inſtitoriam] ,, Hæc eſt, qua is, qui alium præpoſuit negotiationi *terreſtri*, tenetur ei, qui cum præpoſito ex lege præpoſitionis contraxit, *d.* §. 2. Institor igitur eſt, cui negotiationis terreſtris cura eſt commiſſa. *L.* 3. *ff. Inſt. act.*

Quæ non tam actiones ſunt, quam actionum qualitates] ,, Immo ſunt veræ actiones; non quidem ex ipſo contractu ortæ: ſed quibus agitur contra præponentem, ut id præſtet, quod præpoſitus promiſit. Actio igitur hæc oritur non ex contractu, ſed ex quaſi

Digitized by Google

„ contractu ; ex facto præpoſitionis, vi cu- „ jus præſtare tenetur quicquid præpoſitus oc- „ caſione negotiationis promiſit.

„ Atque eadem ratione ex contractu filii, „ & ſervi, pater, & dominus tenentur, qua- „ tenus eſt in peculio, vel quatenus in rem „ eorum verſum eſt, vel ipſi juſſerunt. *Vid.* „ *Laut. comp. Lib. XIV. tit.* 4. *Lib. XV. tit.* „ 1, *tit.* 3, *&* 4.

Ipſo naturali jure niti] „ Nam in utraque „ actione ſupponitur, dominum commiſiſſe „ adminiſtrationem præpoſito, adeoque eum „ volente domino contraxiſſe. §. *f. Inſt. quod* „ *cum eo.* Si igitur ex hoc facto aliquid abeſt „ emtori, qui fidem præponentis ſecutus eſt, „ merito ad ejus reparationem agere poteſt. „ *L.* 1, *pr. Exerc. act.* Unde notanter dicitur „ in *l.* 1, §. 5, *ff. Exerc. act.* omnia facta ma- „ giſtri eos præſtare debere, *quia alioquin* „ *contrahentes deciperentur.* At non ultra te- „ netur, quam ex lege præpoſitionis. *L.* 1, „ §. 12, *ff. Exerc. act.*

Male Romanis legibus introductum, ut ex facto magiſtri excercitores in ſolidum tenerentur] *Vid. l.* 1, §. *f. ff. Exerc. act. l.* 4, §. 1, *Eod.* §. 2, *Inſt. quod cum eo. L.* 2, *&* 3, *ff. Exerc. act.* Immo ratio juris civilis, quæ exercitores ſingulos ex facto magiſtri in ſolidum obligat, ſumma nititur æquitate, ne qui cum uno contraxit, uniuſque fidem ſecutus eſt, in plures diſtringatur, quod valde incommodum eſt, inprimis 1. ſi plures ſunt exercitores valde diſſiti; difficile enim eſſet tot locis, & totidem litibus ſuum repetere: cum e contrario 2. exercitores inter ſe mutuas habeant rationes, indeque facile ſuum recipere poſſint: ſane 3. extraneus difficulter cum magiſtro navis, vel inſtiture contracturus eſſet; indeque favore commerciorum id ita ſtatutum eſt.

Nam hoc nec æquitati naturali convenit] Æquitas civilis conſiſtit in favore commerciorum.

Quæ ſatis habet ſi pro ſuis ſinguli partibus conveniantur] „ Non enim contraxere niſi „ communi nomine: adeoque concurſu par- „ tes faciunt, & non niſi pro rata obligan- „ tur. At diximus, JCtos utilitatem mere „ civilem hic reſpicere.

Nec publice utile eſt] Immo ſummam commerciorum utilitatem hic verſari, jam diximus.

Abſterrentur enim homines] Immo 1. magis abſterrentur extranei, ſi ex contractu magiſtri in infinitas lites diſtrahi, & forum ſingulorum exercitorum ſequi deberent. Sed & 2. dictum jam eſt, facilem inter mercatores eſſe recurſum ob mutuas rationes *Conf. Vinn. & Grænw. ad* §. 2, *Inſt. Quod cum eo &c.*

Apud Hollandos & nunc, & olim lex illa Romana obſervata non eſt] „ Hoc dependet „ ex arbitrio legiſlatorum; neque tamen ideo „ minus utile eſt hoc jus Romanum. Cæ- „ terum jus civile obtinet apud Antwerpien- „ ſes. *Vid. Grænw. ad* §. 2, *Inſt. Quod cum* „ *eo &c.* Sed & in ſenatu, & curia Lube- „ cenſi in cauſa civitatis Stralſund pro ju- „ re Civili deciſum refert *Marq. de jure* „ *mercat. l.* 1, *c.* 8, *uſque pag.* 65,

Ne exercitoria etiam univerſi amplius teneantur, quam ad æſtimationem navis] „ Nam „ ultra illam æſtimationem non præpoſuere „ exercitores: ſed id etiam jure Romano ob- „ tinet, §. 2. Inſt. *quod cum eo &c.* ibi: „ *ejus rei cauſa, cui præpoſitus eſt.* Conf. „ *l.* 1, §. 7, *Exerc. act. L.* 1, §. 12, *Eod. arg.* „ §. *f.* Inſt. *quod cum eo &c.*

Ad §. XIV.

Ut *autem promiſſio jus transferat, acceptatio requiritur*] Ad tranſlationem enim juris utriuſque requiritur conſenſus, quia de duorum jure agitur: & tunc demum cum alter acceptat, i. e. conſentit, eſt duorum in idem placitum conſenſus.

Acceptatio autem hic non eſt quæ fit manu, ſed ſaltem voluntate, & animo: in quo differt ab acceptatione, quæ in dominii translatione requiritur; ea enim fit traditione, adeoque corpore.

Cæterum acceptationem etiam per alium fieri poſſe, ex præcedentibus patet: hinc ex ſervi, & filii acceptatione nobis acquiri, conſtat; item ex acceptatione tertii, qui noſtro nomine capit, vel ut miniſter intervenit. §. 3, Inſt. *per quas perſ. l.* 1, §. 20, *Acq. poſſ. l.* 53, *A. R. D. l.* 14, *pec. conſt. Vid. infr.* §. 18.

Non minus, quam in dominii translatione] „ Nam æque contradictio eſt, jus „ me invito meum eſſe, ac rem ſine mea „ voluntate meam eſſe poſſe. Unde non im- „ merito Auctor *ſupra c.* 6, §. 2, aſſeruit, „ hactenus idem eſſe in promiſſione, quod „ in alienatione dominii.

Ita tamen ut hic quoque præcedens rogatio durare intelligatur, ac vim habere acceptationis] Confundit Auctor naturam ſtipulationis

lationis cum acceptatione. Sane, præcedens
rogatio nunquam vim acceptationis habet;
ſed eſt inſtar obligationis, quæ quamdiu ab
altero non acceptatur, eſt nudus actus
unius: neuter obligatur, & uterque rece-
dere poteſt.

Regula ergo generalis eſt, quod quis tam-
diu a voluntate recedere poſſit, quamdiu
uterque nondum conſentit: nam tamdiu ne-
gotium eſt imperfectum; nulla eſt tranſla-
tio juris, adeoque nec obligatio. Si proin-
de rogans, antequam alter conſentit pœ-
niteat, nulla eſt obligatio, licet poſtea con-
ſenſus ſequatur, quia uterque non conſen-
tit: non tempore rogationis, quia deficit eo
tempore conſenſus ejus, qui rogatur: non
ex eo, quo alter conſentit, quia tunc jam
pœnituit eum, qui rogavit.

Additio.

,, Auctor plane non loquitur de ſtipula-
,, tione, neque de rogatione, quæ in ver-
,, borum obligatione repromiſſionem in con-
,, tinenti præcedere debet. Sed explicari mens
,, Auctoris debet ex *Cap.* 6, §. 2, ubi *volunta-*
,, *tem accipiendi* præcedere poſſe, ait, *datio-*
,, *nem:* puta, ſi quis quid dari, aut concedi
,, ſibi petierat: datio autem demum poſt
,, intervallum ſecuta fuit: tunc enim nova
,, acceptatione opus non eſſe, dixit, quia
,, prior voluntas acceptandi durare cenſetur,
,, niſi mutatio appareat, *d. c.* 6, §. 2.

,, Idem obtinere hinc, ait, in *promiſſione.*
,, Si proinde Titius me rogat, ut ei mutuo
,, dem 100, ego diſſimulando voluntatem, octi-
,, duo elapſo declaro, me 100 ipſi daturum.
,, Auctor ait, hoc quoque caſu acceptationem
,, novam non requiri, ſed ſufficere eam, quæ
,, præceſſit, & rogationem Titii præceden-
,, tem jam ſatis indigitare quod velit illa
,, 100 habere, atque hanc rogationem in-
,, ſtar acceptationis eſſe: neque enim volun-
,, tatem, quam ſemel declaravit, mutaſſe
,, cenſeri. Adeoque hic quoque caſum eſſe
,, putat, ubi acceptatio præcedit promiſſio-
,, nem, contra regulam, quæ vult, accepta-
,, tionem ſupponere præviam rogationem.
,, Conf. *d. c.* 6, §. 2.

*Nec obſtat quod de pollicitationibus prodi-
tum*] Equidem verum eſt, jure Romano ex
pollicitatione jus transferri; *L.* 1, §. 2, *&*
3. *l.* 3, §. 1, *ff. de Pollic.* ſed hoc meri juris
poſitivi, ac duobus ſaltem caſibus, in cauſa
Dei, nimirum, & reipublicæ, ſtatutum legi-
mus. In favorem igitur cauſarum piarum, & pu-
blicarum receptum eſt, ne vovens, vel pol-
licitans recedere poſſit, etſi eccleſia, vel reſ-
publica nondum acceptaverit.

Quæ ratio quoſdam induxit] ,, *Vide ſu-*
,, *pra* §. 3.

*Ut jure naturæ ſolum promittentis actum
ſufficere judicarent*] ,, Cum jure naturæ non
,, niſi ex diſpoſitione duorum jus transferri,
,, certum ſit.

*Nam lex Romana non hoc dicit, ante ac-
ceptationem pollicitationis plenam vim eſſe*]
,, Immo plena vis ineſt ex diſpoſitione legis;
,, alias pœnitere poſſet: at non valet tan-
,, quam pactum, ſeu mutua diſpoſitio.

*Sed revocari vetat, ut acceptari ſemper
poſſit*] ,, Hæc vis ineſt pollicitationi ex diſ-
,, poſitione legis, non ex diſpoſitione par-
,, tium.

Qui effectus non eſt naturalis] ,, Quia ju-
,, re naturæ ſemper revocare poſſum oblatum,
,, donec alter acceptet.

*Cui non diſſimile, quod pro infantibus, &
amentibus*] Immo diſſimillimum. Nam ipſo
jure naturæ tutoribus data eſt facultas ad-
miniſtrandi res pupillorum. *Vid. ſupra. c.*
3, §. 1, *Prop.* 3, 4. Tutores igitur horum
nomine acceptant; & ſic omne jus hic quo-
que oritur ex diſpoſitione duorum.

Jus gentium] ,, Intelligit voluntarium.
,, At tutelas ex ipſo jure naturæ originem
,, trahere, probavimus in *Diſſ. Proœm. XII,*
,, §. 183. *ſeq. Jus autem gentium volunta-*
,, *rium* non exiſtere, demonſtravimus *ſupra*
,, *L.* 1, *c.* 1, §. 14.

*Nam pro his, ut poſſidendi res, quæ poſſeſ-
ſione quæruntur, &c.*] ,, Auctor enim ſupra
,, *L.* 2, *c.* 3, §. 6. *& c.* 4, §. 10. *l.* 3, §. 2, *n.*
,, 2, dixit, Jus gentium ob communem uti-
,, litatem introduxiſſe, ut & infantes, & fu-
,, rioſi dominia accipere, & retinere poſ-
,, ſint, perſonam illorum interim quaſi ſuſti-
,, nente humano genere. At in notatis ibi-
,, dem fabulam de conſtitutione tali gen-
,, tium, & de repræſentatione humani gene-
,, ris refutavimus: neque fictum illud jus
,, gentium animum poſſidendi res ſupplet;
,, ſed ipſum jus naturæ per tutelam impu-
,, beribus proſpicit.

Ita & acceptandi animum jus ſupplet] ,, In-
,, fans, & furioſus animum acceptandi non
,, habent, quia acceptatio eſt actus judicii. At
,, verum non eſt, *jus gentium* per illam re-
,, præſentionem ſupplere animum; ſed natura
,, conſtituit tutores, qui jure & nomine pupil-
,, li acceptant. *Vid. ſupra h.* §. *ad v. Jus gentium.*

Ad §. XV.

Illud *etiam quæri ſolet*] Quærit Auctor, *an ad id, ut vim habeat promiſſum, opus ſit ut acceptatio innoteſcat ei, qui promiſit?* Et ait, in promiſſis mere *liberalibus* valere, etſi non innoteſcat acceptatio; & præſumi promiſſionem factam hoc modo, *volo ut valeat ſi acceptetur:* at in promiſſis *oneroſis* ubi mutua eſt obligatio, non valere negotium, niſi innoteſcat promittenti; quia promiſſio facta præſumitur hoc modo, *volo ut valeat ſi acceptatum intellexero.*

Hæc diſtinctio mere cerebrina eſt, nec ulla ratione nititur: ſed in genere dicendum eſt, promiſſum vim juris habere ſi alter acceptavit, & NB. promittens ante acceptationem non revocavit, & pœnituit. Ex eo enim momento, quo alter acceptat (ſi interim promiſſor non revocavit), pactum perfectum eſt; duo in idem placitum conſentiunt; ex utriuſque diſpoſitione jus in alterum transfertur. Poſt acceptationem igitur promiſſor revocare nequit, etſi alterum acceptaſſe nondum ſit certioratus; quia jus ex utriuſque diſpoſitione alteri quæſitum ei auferri nequit.

Innoteſcere debeat, antequam promiſſio plenum effectum conſequatur] ,, Ita ut promiſſor, antequam innoteſcat alterum acceptaſſe, revocare promiſſum poſſit.

Volo ut valeat ſi acceptetur] ,, Hæc conditio promiſſioni ſua natura ineſt: adeoque etſi id non ſit dictum, certum eſt, obligationem ex promiſſo non oriri, niſi alter acceptet.

Volo ut valeat ſi acceptatum intellexero] ,, Si quis diſertis verbis promittit 100, ea lege, ut non valeat *niſi acceptatum intellexerit*, certum eſt, non obligari promiſſorem, niſi & acceptatum ſit, & id promittenti innotuerit; ita enim diſpoſuit: cujus rei effectus eſt, ut ante notitiam factæ acceptationis pœnitere, & revocare promiſſionem poſſit.

Et in his quidem, quæ ad mutuam pertinent obligationem] ,, i. e. Ubi utrinque aliquid promittitur.

Poſterior ſenſus præſumitur] ,, Scilicet, ut videatur promiſiſſe ſub lege, *ſi acceptatum intellexerit*. Quod B. Parens ſatis refutavit ſupra *pr. h.* §. Sane, illa notitia nihil facit ad validitatem promiſſi, utpote quod perfectum eſt ſtatim, ubi adeſt duorum in idem placitum conſenſus: uti adeſt tempore acceptationis.

In promiſſis vero mere liberalibus] ,, i. e. Ubi ab una tantum parte aliquid promittitur, ut in pacto de donando.

Potius eſt ut prior ſenſus] ,, Scilicet, ut videatur ſaltem promiſſio facta ſub lege *ſi acceptetur*: at dictum eſt, idem jus eſſe in oneroſis.

Ad §. XVI.

Sequitur *hinc*] ,, Scilicet ex eo, quod acceptatio ad jus transferendum neceſſaria ſit. *Vid.* §. 14.

Ante acceptationem revocari promiſſum poſſe ſine injuſtitia] Auctor rationem addit, quia jus tranſlatum nondum eſt; quamdiu enim alter non acceptavit, non eſt diſpoſitio duorum: adeoque negotium eſt imperfectum, ex quo nec natura ullum jus oriri poteſt.

Immo & ſine inconſtantia] ,, Vix evitare notam levitatis poterit, qui quod ſemel voluit, poſtea abſque juſta cauſa mutat. At hoc eſt vitium Ethicum, quod abſque injuria admitti poteſt.

Si revera eo animo factum ſit, ut ab acceptatione demum valere incipiat] ,, Immo etſi eo animo factum non ſit, tamen non erit inconſtantia; quia re integra ex cauſa ſuperveniente mutari voluntas poteſt: ſed & nota inconſtantiæ non ad jus, ſed ad diſciplinam virtutum pertinet.

Revocari etiam poſſe mortuo ante acceptationem eo, cui promiſſum erat] Immo tunc non opus eſt revocatione: ſed ipſo jure nulla eſt obligatio, quia deficit acceptatio; mortuus enim acceptare amplius non poteſt. Cum ergo nullum jus hic tranſlatum ſit, hæres ejus, cui promiſſum eſt, inde non poteſt jus ſibi arrogare, quod ipſe defunctus non habuit.

Quia videtur acceptatio in arbitrium ipſius collata, non heredum] ,, Vera ratio eſt, quia defunctus jus non habuit, cum nunquam acceptaverit; hæres autem ſaltem ſuccedit in jus defuncti.

Aliud enim eſt velle dari huic jus ad heredes tranſiturum, aliud velle dare heredibus] ,, Veram rationem modo allegavi: promiſſio nullum jus transfert in eum, cui promittitur, niſi hic acceptet; non autem acceptat ſi præmoritur: quod ergo jus defunctus non habuit, id per rerum naturam in ejus hæredem tranſire nequit.

Mul.

Multum enim refert, in quem beneficium conferatur] ,, Verba hæc ſunt, ex quibus ,, nihil inferri poteſt. Non quæritur, an pro- ,, miſſor voluerit beneficium conferre in ſo- ,, lum defunctum, an etiam in hæredem? ,, Sed quæſtio eſt, an jus tranſlatum ſit in ,, eum, cui promittitur, ſi moriatur ante ac- ,, ceptationem. Poſita negativa, uti poni de- ,, bet, neceſſario ſequitur, hæredem accepta- ,, re non poſſe: non ideo quia offerens bene- ,, ficium in hæredem conferre noluit; ſed ,, ideo quia defunctus, in cujus jura hæres ,, ſuccedit, jus nullum ex illa promiſſione ,, conſecutus eſt.

Et hoc eſt quod Neratius reſpondit] ,, In ,, allegata *lege* 119, *Reg. Jur.* caſus eſt, ubi ,, princeps conceſſit privilegium ei, quem ,, adhuc in vivis eſſe putat. Hæc conceſſio ,, nulla eſt ob defectum acceptationis, quæ a ,, præmortuo fieri non poteſt. Adeoque ad ,, hæredes ea conceſſio extendi non poteſt; ,, non ex voluntate principis, quia non illis, ,, ſed defuncto concedere voluit; *Vid. l.* 191. ,, *Reg. jur. ibique Goth.* neque ex jure defun- ,, cti, utpote qui nullum jus habuit.

Ad §. XVII.

Auctor hactenus egit de diſpoſitione inter ipſos contrahentes: ſequitur nunc tractatio de miniſtris mediis, per quos diſpoſitio fit.

Præmittendum autem *I.* eſt, differre procuratorem, & nuncium. *Ille* eſt, qui ipſe agit, diſponit, & rem gerit, etſi mandato alterius. *Hic* eſt, qui non diſponit eſſe, ſed verba ſaltem domini refert. Hinc *priori* caſu duo ſunt negotia: 1. mandatum inter dominum, & procuratorem: 2. contractus inter procuratorem, & tertium. *Poſteriori* caſu unum eſt negotium, quod intercedit inter promiſſorem, & eum, cui per famulum nuncium promittitur. Non enim magis hic duplex eſt negotium, quam ſi quis per literas alteri promittit. Atque hoc jus Naturæ Prætor apud Romanos reduxit in §. *f. Inſt. Quod cum eo &c.*

II. Male Auctor diſtinguit inter nuncium, & tabellarium: nam uterque eſt inſtrumentum domini; & effectu idem eſt, ſive aliquis per literas, ſive per verba nuncii mihi voluntatem ſuam declaret. Hinc admittendum non eſt, quod Auctor ait, mortuo nuncio promiſſorem revocare poſſe promiſſum, non mortuo tabellario. Nam ſi promiſſum illud alio modo ad notitiam ejus, cui promiſſum eſt, pervenerit, & is acceptaverit; æque perfectum eſt negotium, ac ſi literæ per alium ad eum perferuntur. Nuncius enim, & tabellarius fuere ſaltem delatores voluntatis, quæ alio modo innoteſcere poteſt: adeoque mortuo utroque nihil perit, ſine quo negotium exiſtere nequeat.

Si vero promiſſor, antequam alio modo innoteſcat promiſſum ei, cui promittitur, revocet promiſſum, omnis deficit obligatio.

Additio.

,, Ex ſequentibus apparebit, Auctorem lo- ,, qui non de nuncio, ſed de *internuncio al-* ,, *terius voluntatis*, i. e. de mandatario: quod ,, ex *l.* 57. *Mand.* quam in margine allegat, ,, apparet.

Quia in illius verbis poſita fuerat obligatio] 1 ,, Rectius, quia morte mandatarii exſpirat ,, mandatum. *Vid. infr. n.* 2. *not. ſextam*, ,, *& ſeptimam.*

Aliud in tabellario] ,, Quia non legitur ,, ut verbis ſuis promittentis voluntatem de- ,, nunciet, ſed ut literas perferat.

Itaque literæ, conſenſus indices, per quemvis perferri poterunt] ,, Adeo ut licet tabel- ,, larius pereat, & per alium literæ perferan- ,, tur, negotium perfectum ſit ſi is, qui li- ,, teras accepit, conſentiat.

Inter miniſtrum, qui electus eſt ut promiſſionem ſignificet] ,, Adeoque qui tantum nun- ,, cius eſt.

Ut ipſe promittat] ,, Adeoque qui procu- ,, rator eſt, & ſuis verbis vi mandati loo alii ,, promittit.

Priori caſu revocatio vim ſuam habebit etiamſi miniſtro non innotuerit] ,, Ponamus, ,, Titium elegiſſe Mevium, ut Cajo denun- ,, ciet, ſe domum ei donare; antequam Me- ,, vius voluntatem Titii ad Cajum deferat, ,, Titius revocat donationem: recte Auctor ,, ait, revocationem vim ſuam habere, etſi ,, Cajus poſtea acceptet; nam tempore ac- ,, ceptationis defuit conſenſus Titii. adeo- ,, que hic non eſt utriuſque in idem placitum ,, conſenſus.

,, Idque verum eſſe, ait, etſi Mevio non ,, innotuerit, Titium revocaſſe mandatum; ,, quia obligatio non oritur ex ſcientia nun- ,, cii, ſed ex conſenſu utriuſque, qui deficit ,, tempore acceptationis.

Altero vero irrita erit revocatio] ,, Immo ,, ſi quis ut procurator promittit vi mandati, ,, valet omnino revocatio; quia mandatum

,, eo tempore, quo mandatarius promiſit,
,, per revocationem promittentis finitum eſt:
,, adeoque in momento acceptationis utriuſ-
,, que conſenſus non adeſt.

Quia jus promittendi ab ipſius voluntate pendebat] ,, Quod verum eſt quamdiu manda-
,, tum ſubſiſtebat: at illud per revocationem
,, hic finitum eſt.

Quæ voluntas, nec dum cognita revocatione, omni culpa vacabat] ,, Facile id conce-
,, dimus. At non quæritur, *an mandatarius*
,, *promittendo culpam committat*? quod recte
,, negatur, ſi revocatio ei cognita non fuit;
,, ſed id quæritur, *an promiſſio mandatarii*
,, *obliget mandantem, quem promiſſionis per*
,, *mandatarium faciendæ pœnituit?* quod
,, merito negatur; defuit enim utriuſque con-
,, ſenſus.

Priori caſu] ,, Si quis nuncius ſaltem eſt,
,, qui promiſſionem factam eſſe ſignificat.

Mortuo donatore poterit acceptari donatio]
,, Neque hoc admittimus, quia tempore ac-
,, ceptationis deficit conſenſus donatoris. Id-
,, que JCti Romani quoque ita ſtatuerunt in
,, §. 10, *Inſt. Mand. l.* 26, *pr. Eod.* & utilita-
,, tis ſaltem gratia id mutatum eſt, *d.* §. 10,
,, *l.* 58, *ff. mand.*

Ut perfecta ab una parte, quanquam revocabiliter] ,, Senſus Auctoris hic eſſe videtur.
,, Donatorem vivum revocare potuiſſe; at
,, quia vivus non revocavit, videri mortuum
,, perſeveraſſe in eadem voluntate: adeoque
,, ab ejus parte donationem perfectam eſſe.
,, Verum non ſufficit, ab una parte donatio-
,, nem perfectam eſſe; ſed utriuſque conſen-
,, ſus requiritur, qui deficit mortuo ante ac-
,, ceptationem donatore.

In legatis conſpicere eſt] ,, Si teſtator in
,, teſtamento legata relinquit Cajo, adeoque
,, ei aliquid donat poſt mortem, Auctor ait,
,, a parte teſtatoris perfectam eſſe donatio-
,, nem, etſi revocabiliter, & nihilominus eam
,, poſt mortem teſtatoris acceptari poſſe. At
,, bene notandum, id jure Civili demum ita
,, ſtatutum eſſe; jure naturæ enim legata te-
,, ſtamento relicta plane non debentur, ſed
,, talis diſpoſitio, quæ poſt mortem fit, ipſo
,, jure nulla eſt. *Vid. ſup. c.* 6, §. *fin.* Adeoque
,, quod teſtator in momento mortis donaſſe,
,, & hæres in eodem momento acceptaſſe vi-
,, deatur, eſt mera fictio juris Romani, *dict.*
,, *c.* 6, §. *f.*

Altero caſu] ,, Si quis a donatore electus
,, eſt ut alteri promittat.

Non poterit] ,, Cur non? Sane, donatore
,, mortuo antequam procurator promittat,
,, certum eſt, ſalva ratione aſſeri non poſſe,
,, tempore promiſſionis utriuſque adeſſe con-
,, ſenſum, cum mortuus conſentire non poſ-
,, ſit: nec allegari poteſt, durare conſen-
,, ſum; id enim non niſi per fictionem ſta-
,, tui poteſt: fictiones autem ſunt juris ci-
,, vilis.

Quia non facta eſt, ſed mandata fieri]
,, I. e. dominus nondum donavit, ſed ſal-
,, tem mandavit procuratori ut donet: man-
,, datum autem hoc expirat morte donatoris.
,, At diximus, idem jus eſſe in priori caſu,
,, ſi per nuncium voluntas declaratur, quia
,, mandatum ſemper expirat morte donantis;
,, tempore enim acceptationis deficit hujus
,, conſenſus. Unde apparet, in utroque caſu
,, idem jus obtinere.

In dubio autem mandantis voluntas fuiſſe 2
cenſetur, ut impleatur mandatum] ,, Ex
,, præſumtione tali nullum jus natura infer-
,, ri poteſt. Jus in alterum non transfertur,
,, niſi de certa voluntate conſtet: non au-
,, tem certo conſtat de donatoris voluntate
,, eo momento, quo de perfectione negotii
,, agitur.

,, Neque obſtat *l.* 4, *ff. Manum. vind.* ubi
,, Julianus ait, valere manumiſſionem ſervi,
,, cui filius, ignorans patrem mandantem
,, mortuum eſſe, libertatem impoſuerat: ad-
,, dita ratione, *cum non appareat mutata*
,, *voluntas.* Reſp. expreſſe additur, *id favo-*
,, *re libertatis* ſtatutum eſſe, adeoque ex me-
,, ra ratione civili.

,, Obiter hic notandum eſt, Paulum in
,, *L.* 15, §. 1, *Qui, & a quibus &c.* referre,
,, Julianum ſtatuiſſe, *ſervo libertatem non*
,, *contingere*; cum tamen contrarium appa-
,, reat ex *d. l.* 4.

Niſi magna mutatio inciderit, qualis eſt mors mandantis] ,, Diximus, mortuo man-
,, dante expirare mandatum, quia deficit
,, conſenſus.

Poſſunt tamen ſuppetere conjecturæ] ,, Ex
,, conjecturis nullum jus oriri, ſæpius di-
,, ctum eſt.

Ut ſubſiſtat quod pia de cauſa dari mandatum eſt] ,, Hoc eſt jure civili eſt. Cæterum
,, hanc quæſtionem examinavit *Covarruv. l.*
,, 1, *Var. reſol. c.* 14, *n.* 6.

Ac ſimili modo] ,, Diſtinguendo ſcil. inter
,, nuncium, & procuratorem.

An in hæredem mandati detur actio] ,, Po-
,, ſito ſcil. caſu, ubi nuncius, vel procurator
,, ſignificat promiſſum, vel promittit ipſe.

,, Quæ-

Digitized by Google

,, Quæſtionem, an in hæredem detur mandati actio, B. Parens peculiari *diſputatione ad l. 57. ff. Mand.* examinavit.

,, Nos eandem quæſtionem examinavimus in jure noſtro controverſo. *tit. Mand. qu.* 18. & verum ſenſum legis 57. *ff. Mand.* nova ratione demonſtravimus. Operæ autem pretium erit totam quæſtionem hic inſerere.

,, Qnæritur, *an morte mandatarii finiatur mandatum?* AFFIRM. *l.* 57. *Mand.* verb. *Mandatum diſtrahendorum ſervorum, defuncto qui mandatum ſuſcepit, intercidiſſe conſtitit.* Nam cum defunctus non fuerit obligatus, nec hæredes obligari poterunt; quia obligatio, quæ nulla in defuncto fuit, in hærede inchoare nequit. Vid. Jus contr. *tit. pro ſoc. q.* 13.

,, OBST. *L.* 57. *Mand.* Ubi hæredes diſtrahere ſervos poſſunt. Equidem putant Doctores, ibi rem non amplius integram fuiſſe, indeque potuiſſe mandatum ab hæredibus perfici. *Laut. Tit. Mand. in f.* At hoc falſum eſſe, apparet tum ex eo, quod per uſucapiunem demum emtores jus acquirant; tum ex eo, quod Mango fidem certi hominis ibi elegiſſe dicatur; tum denique ex eo, quod Mango Publiciana actione ſervos ab hæredibus venditos vindicare poſſit, quod facere non poſſet, ſi juſte hæredes alienaſſent.

,, Cum vero de ſenſu *d. l.* 57. admodum controvertatur, meam quoque circa illum textum ſententiam paucis declarabo, eaque poſita nullam amplius difficultatem ſuperfore confido. Verba legis ex vulgata hæc ſunt: *Mandatum diſtrahendorum ſervorum, defuncto, qui mandatum ſuſcepit, intercidiſſe conſtitit: quoniam tamen hæredes ejus errore lapſi, non animo furandi, ſed exequendi quod defunctus ſuæ curæ ſecerat, ſervos vendiderant, eos ab emtoribus uſucaptos videri placuit; ſed venaliciarium ex provincia reverſum Publiciana actione non utiliter acturum, cum exceptio juſti dominii cauſa cognita detur, neque oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem, aut imperitiam hæredum, affici damno.*

,, Caſus hic propoſitus talis eſt. Venaliciarius peregre profecturus diſtractionem ſervorum committit Titio; hic moritur: hæredes ejus bona fide exequuntur mandatum, ſervoſque diſtrahunt. Reverſo poſtea venaliciario variæ ſuboriebantur quæſtiones: 1. An mandatum morte mandatarii exſtinctum fuerit? 2. An emtores ſervos ab hæredibus diſtractos uſucepiſſe videantur? & 3. an, & qua actione venaliciario reverſo ſiiccurratur? Equidem quod ad *primam* quæſtionem attinet, diximus, mandatum finitum eſſe: indeque hæredes dominium ſervorum alienorum in emtores transferre non potuiſſe. Attamen quia emtores bona fide, & juſto titulo ſervos ab hæredibus non dominis accepere; recte affirmatur *altera* quæſtio, ſcilicet eos uſucepiſſe videri ſervos ſibi venditos.

,, Neque OBSTAT, quod hæredes, qui ſcientes rem alienam diſtrahunt, pro furibus haberi debeant: adeoque ſervi furto videantur alienati, indeque uſucapi non poſſint.

,, RESP. Immo hæredes non habuere animum furandi, ſed exequendi id, quod curæ defuncti commiſſum erat; idque nervoſe ait JCtus: *Quoniam tamen hæredes ejus errore lapſi, non animo furandi, ſed exequendi quod defunctus ſuæ curæ ſecerat, ſervos vendiderant, eos ab emtoribus uſucaptos videri placuit.*

,, Sed cum Mango citra culpam ſuam ſervos amiſerit, *Tertio* quæritur, an, & quali actione ei ſucurratur? Videtur nulla; quia res uſucapta eſt, & publiciana agenti videtur obſtare exceptio juſti dominii, *d. l.* 57. At res aliter ſe habet. Præmittendum autem eſt, vitioſam eſſe lectionem vulgatæ in *d. l.* 57, & ita legendum eſſe: *ſed venaliciarium &c. publiciana actione non inutiliter* (male legitur *non utiliter*) *acturum.* Natu venaliciario publicianam non denegandam eſſe, probat 1°. ratio juris, quia ob juſtam abſentiæ cauſam, reſciſſa uſucapione, ſervi venditi Publiciana vindicari poſſunt: de quo *infra.* 2°. Confirmat hoc vocula adverſativa *ſed*, ut ſcilicet ſenſus ſit, uſucaptos quidem eſſe ſervos, *ſed* reſciſſa uſucapione venaliciarium non inutiliter Publiciana acturum. Adſtipulatur 3°. ratio a JCto allegata, quod *non oporteat venaliciarium ob errorem, aut imperitiam hæredum damno affici;* quæ ratio neceſſario ſupponit, aliquam actionem venaliciario ibi conceſſam eſſe. Atque hæc lectio 4°. probatur in antiquiſſimo quodam codice Ranconetti, vide *Gloſſ. ad d. l.* 57. Sed & 5°. rationi hic magis ſequendum, quam Codicibus, utpote cum omnes fere varient; nam in Florentina legitur non *utiliter*, in Holan-

Digitized by Google

„ Holandiina *inutiliter*, in aliis *utiliter &c.*

„ His ita præmiſſis, dicimus, Mangonem, qui citra ſuam culpam, & cum commercii ſui cauſa abſens eſſet, ex errore, & imperitia hæredum ſervos amiſit, contra hanc uſucapionem reſtituendum eſſe, ex clauſula generali, *ſi qua juſta cauſa fuerit.* Et tum reſciſſa uſucapione, eum ſervos mediante publiciana vindicare poſſe.

„ Neque tamen præciſe opus eſt ut duo hæc remedia ſeparatim, & ſucceſſive inſtituat; ſed ſufficit ſi ipſam rem petat: tunc enim implicite petit, ut prius reſcindatur uſucapio, & tum res reſtituatur. Uti compendioſus hic procedendi modus ab ipſo Imperatore in terminis ita commendatur in §. 5, *Inſt. de Act. Si quis cum reipublicæ cauſa abeſſet, vel in hoſtium poteſtate eſſet, uſuceperit; permittitur domino, ſi poſſeſſor reipublicæ cauſa abeſſe deſierit, tunc intra annum reſciſſa uſucapione NB. eam petere, id eſt, ita petere, ut dicat poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id ſuam rem eſſe.*

„ Hunc ergo proceſſum quoque venaliciario ſuppeditat JCtus in *L.* 57. *Mand. ſed venaliciarium reverſum ex provincia, publiciana actione non inutiliter acturum.* Datur ergo hic publiciana: ſed prævia reſciſſione uſucapionis; quod hic ſupponitur, & tacite ſubintelligitur. Idque apparet 1. ex eo, quod in propoſito caſu, licet uſucapio impleta ſit, tamen publiciana domino detur; quod fieri non poteſt niſi reſciſſa uſucapione: quia alias repelleretur exceptione juſti dominii. Atque hinc 2. quoties res uſucapta repetitur, perpetua formula eſt, reſciſſa uſucapione rem repeti, uti in *L.* 35, *pr. O. A. L.* 3, *C. teſt. mil. d.* §. 5, *Act.* Quin actioni tacite, & implicite id ineſt; dum enim rem repetit, idem eſt, ac ſi dicat, poſſeſſorem uſu non cepiſſe, & ob id rem ſuam eſſe, *d.* §. 5.

„ Neque OBSTAT, quod in *d. l.* 57. emtoribus exceptio juſti, & ex uſucapione quæſiti dominii detur contra venaliciarium, ibi: *cum exceptio juſti dominii cauſa cognita detur.* Unde videtur probari 1. publicianam venaliciario non dari, ſed eum repelli exceptione juſti dominii: 2. non reſcindi uſucapionem, ſed in ea potius exceptionem juſti dominii fundari.

„ RESP. In *d. l.* 57. exceptio juſti dominii non datur emtoribus contra mandantem, qui publiciana agit; ſed ipſi venaliciario mandanti contra emtores: quod ex ratione ſubjecta apertum eſt, *neque oporteat eum, qui certi hominis fidem elegit, ob errorem, aut imperitiam hæredum affici damno.*

„ Dubium autem omne hæret in voce *exceptio*: quæ non videtur referri poſſe ad mandantem, utpote qui hic actor eſt, & qui publiciana agit; ſed ad emtores, qui excipiunt ſe uſucepiſſe, juſtoſque dominos eſſe. Reſp. Vox *exceptionis* hic ſumitur pro replicatione, *nam replicatio eſt exceptio actoris, l.* 2, §. 1, *l.* 22, §. 1, *ff. except.* Adeoque proceſſus hic eſt: Mandans contra emtores publiciana *agit*; emtores *excipiunt* ſe uſucepiſſe: mandans *replicat*, uſucapionem reſcindendam ob juſtam abſentiam, eaque reſciſſa rem ſuam eſſe, quæ eſt exceptio juſti dominii; & hactenus jus mandantis potius eſt. Atque hac ratione textus, qui hactenus inextricabilis viſus eſt, citra ullam correctionem illuſtratur.

Qua de re aliud M. Druſum Prætorem, aliud Sextum Julium edixiſſe, refert] „ Ille mandati contra hæredes agi poſſe, hic non poſſe, edixit.

Scriptor ad Herennium] „ *Lib.* 2, *c.* 25. Exſtat hic liber inter Ciceronis opera: eique tribuitur a Priſciano *lib.* 6, 7, 9, 10; aliiſque conjecturis id probat Gothofredus *ad Rubr. d. lib.*

AD §. XVIII.

DE *acceptatione pro altero facta*] „ Si v. g. ego promiſſionem tertio abſenti factam ejus nomine accepto. Jure naturæ nullam inde tertio acquiri obligationem, alibi diximus: quod jure Romano quoque ſtatutum eſt. *Vid. l.* 3, *Contr. ſtip. l.* 14, *ff. O. A.* §. 4, *&* §. 18, *Inſt. Inut. ſtip.* Plures hujus regulæ ſunt exceptiones, quas nervoſe expoſuit B. Parens *in Hyp. Inſt. tit. de inut. ſtip.* §. 4.

In quibus diſtinguendum eſt] Vera principia hæc ſunt.

PROPOSITIO I.

Nemo poteſt alii paciſci: adeoque alius ex alterius pacto actionem quærere nequit. Vid. ſupr. §. 12.

DEMONSTRATIO.

Regula naturæ eſt, alterum ex alterius pacto actionem quærere non poſſe. Quilibet enim tantum de ſuo jure diſponere poteſt: at qui ſtipulatur non ſibi, ſed alii, diſponit de eo, quod

Digitized by Google

quod alterius eſt, nimirum, de voluntate tertii. Hæc ergo diſpoſitio eſt ultra facultatem nobis conceſſam, eoque ipſo jure nulla.

Aliud autem eſſe, diximus *I.* ubi quis alii ſtipulatur tanquam nuncius, & nudus verborum interpres; tunc enim actus non eſt ſtipulantis, ſed ejus, cujus inſtrumentum eſt, & qui per verba nuncii animum declarat. Nuncius igitur non ſuo facto, neqoe ſuo jure acceptat; ſed facto, & jure ejus, qui eum legit, tanquam voluntatis interpretem. Unde cum ex hypotheſi juris civilis filii, & ſervi nuda ſint inſtrumenta patris; ſponte inde fluit ratio, cur per ſervum, & filium domino, ac patri ſtipulari liceat.

Sed & *II.* aliud obtinet ſi ſtipulantis interſit; tunc enim valet ſtipulatio, quia non de jure alieno diſponit, ſed de ſuo. Si proinde ego nomine Juliani ignorantis a te rogo pecuniam, tu mihi promittis te Juliano daturum, ſtipulatio nulla eſt; non enim valet ratione mei, qoia non in me, ſed in Julianum eſt concepta: nec valet ratione Juliani, quia ille nihil diſpoſuit, ego vero ejus nomine abſque ejus mandato diſponere non poſſum. Si tamen mea interſit, forte quod Julianus mihi commodaturus pecuniam eſſet; tunc promittens mihi obligatur: ipſe diſpoſui, & de meo.

Equidem Julianus acceptare promiſſum, idque ſignificare promiſſori poteſt, qui ſi voluntatem non mutavit, obligatur non ex mea ſtipulatione, ſed ex novo pacto. Cujus rei inſignis effectus hic eſt, ut pœnitere poſſit promiſſor, antequam Julianus acceptet.

Additio.

„ Jure Romano verum 1. eſt, alii facto
„ meo obligationem qoæri non poſſe: adeo-
„ que ſtipulationem talem ipſo jure nullam
„ eſſe. Verum 2. eſt, valere ſtipulationem,
„ quæ tertio fit, ſi ego tanquam nuncius
„ alterius, ejuſque juſſu, ac nomine pecu-
„ niam rogo, & promiſſam nomine tertii
„ accepto. Verum quoque 3. eſt, eam va-
„ lere *ſi mea interſit*; §. 19, *Inſt de Inut.*
„ *ſtip.* ſi ſcilicet ille, qui alii ſtipulatur,
„ pœnam adjicit, v. g. *ſi Juliano non cre-*
„ *dideris*, 100 *pœna loco mihi dabis.* Sane,
„ tunc valet ſtipulatio non ratione crediti,
„ ſed ratione pœnæ; hactenus enim mea
„ intereſt.

„ Hinc jam conſtat ratio *legis* 3, *C. Con-*
„ *trah ſtip.* ubi ego nomine Juliani mutuam
„ pecuniam rogavi, atque accepi a Cajo.
„ Ex hoc pacto nulla actio oritur Cajo ad-
„ verſus Julianum, cum quo nihil actum
„ eſt. At ſi Julianus exegit a me pecuniam,
„ & Cajus in ſolutionem conſenſit, huic da-
„ tur actio negotiorum geſtorum contra Ju-
„ lianum; quia negotium ejus utiliter ge-
„ ſtum, iſque factus eſt locupletior ex Caji
„ pecunia.

„ Atque hæc ita jure *Romano* ſtatuta ſunt.
„ *Jure naturæ* verior eſt ſententia, ex tali
„ promiſſione *de dandis* 100 Tertio, veram
„ mihi naſci actionem, etſi mea non inter-
„ ſit. Sufficit enim, fidem mihi datam eſſe:
„ ex hac fide data promiſſor jus in me tranſ-
„ fert, quod conſiſtit in jure cogendi pro-
„ miſſorem ut fidem datam impleat, i. e.
„ Tertio 100 ſolvat.

„ Rationem cur jus Romanum a jure na-
„ turæ receſſerit, toties indigitavimus: illud
„ enim actionem ex pactis, quibus cauſa
„ non ſubeſt, regulariter non tribuit *Conf.*
„ *quæ mox dicentur ad h.* §. v. *inter promiſ-*
„ *ſionem &c.* & notas ſeqq.

P r o p o s i t i o II.

Si tertius, cui promittitur, poſtea acceptat promiſſum, annuente promiſſore, valet negotium non ex rogantis conſenſu, ſed ex pacto ſubſequenti.

D e m o n s t r a t i o.

Ponamus igitur, me rogare Titium num 100 dare velit Cajo; Titius reſpondet ſe daturum: hoc caſu Cajo nullum agendi jus ex meo pacto acquiritur. Si vero Cajus facta denunciatione acceptat promiſſum, & Titius conſentiat, valet omnino negotium: non ex mea rogatione, ſed ex nova conventione, quæ intercedit inter Titium, & Cajum.

P r o p o s i t i o III.

Sed & porro nemo promittere poteſt, alium daturum.

D e m o n s t r a t i o.

Ponamus, Cajum mihi promiſiſſe, Titium 100 mihi daturum eſſe: ex hac promiſſione nec Cajus obligatur nec Titius. Non ille, quia ipſe non promiſit ſe mihi 100 daturum: nec hic, qui plane nihil promiſit, & cum quo nihil actum eſt. Adeo ut Cajus nec operam impendere teneatur; de eo enim in conventione nihil dictum eſt.

Exceptiones expoſuimus in *Hyp. Inſt. tit. de Inut. ſtip.* §. 4. Nimirum 1. Si Cajus tanquam nuncius, nomine, & voluntate Titii

Digitized by Google

mihi promiſit. 2. Si Cajus pœnam promiſſioni, ni impleatur, adjecit. 3. Si Titius promiſit ſe effecturum ut Julianus 100 det; tunc enim operam impendere tenetur &c.

Additio. *

,, Ex eadem ratione, qua is, qui mihi ,, promiſit ſe Cajo 100 daturum, obligatur ,, ad efficiendum ut impleatur fides! ex eadem quoque ratione is, qui mihi promittit ,, me a Cajo 100 accepturum, tenetur efficere ut ea a Cajo accipiam.

,, Cæterum ex principiis juris Civilis, & ,, naturæ, utramque quæſtionem, *an quis* ,, *poſſit alii paciſci?* & *an quis promittere* ,, *poſſit alium daturum?* examinavimus in ,, *Diſſ. proœm. XII*, §. 415, & *ſeq.*

Inter promiſſionem mihi factam de re danda alteri, & inter promiſſionem in ipſius nomen collatam &c.] Immo nullum diſcrimen hactenus eſt quoad valorem; paria ſunt diſpoſitionis verba: ſaltem intereſt, an quis ut nuncius, an ut procurator alii paciſcatur.

Additio.

,, Omnino videtur intereſſe, *an* Titius ,, mihi promittat ſe Juliano 100 daturum? ,, *an* vero ſaltem me preſente aſſerat, & declaret, ſe Juliano 100 daturum? *Priori* ,, enim caſu mihi fidem dedit, adeoque actio ,, mihi competit, qua contra promittentem ,, ago ut fidem datam impleat, i. e. promiſſam pecuniam Juliano ſolvat: idque verum eſt, etſi mea non interſit; quia jure ,, naturæ ex omni pacto, etiam ſine cauſa ,, inito, obligatio oritur.

Omiſſa inſpectione, an mea privatim interſit] Hæc inſpectio omitti non poteſt. Si enim mea non intereſt, nec natura ex pacto oritur obligatio: ſi mea intereſt, de meo jure diſpoſui, non de jure tertii.

Additio.

,, Sæpius jam dictum eſt, ex pacto nudo ,, promittentem obligari, etſi alterius privatim non interſit; nam ſufficit ex pacto illo ,, jus in alterum tranſlatum eſſe, quod conſiſtit in jure agendi contra eum, qui fidem dedit, eumque adigendi ut eam impleat.

Quam introduxit jus Romanum] ,, Quod ,, ex nullo pacto actionem dat, niſi ubi cauſa ſubeſt, adeoque ubi ejus, cui promittitur, intereſt. Cujus rei rationem dedimus *ſupra* §. 1, *ad n.* 3. *pr.*

Mihi acceptanti jus dari efficiendi ut ad alterum jus perveniat] Immo ex hoc pacto nullum jus in acceptantem eſt tranſlatum. Adeoque actio non datur ei, cui promiſi me tertio daturum, quia ejus non intereſt.

Additio.

,, Diximus, jus omnino transferri, ſcil. ,, jus agendi ut fidem mihi datam impleat, ,, i. e. tertio promiſſum præſtet.

Si & is acceptet] ,, Invito enim promiſſum obtrudi nequit.

Ita ut medio tempore a promiſſore promiſſio revocari non poſſit] Non opus eſt revocatione, quia ipſum promiſſum obligatione deſtituitur, cum mea non interſit.

Additio.

,, Auctoris ſententia mihi veriſſima videtur, promiſſorem ſcil. exſpectare debere ,, an is, cui promittitur, ſit accepturus, an ,, non. Nam promiſſor mihi promiſit quod ,, alii dare velit; ex hoc jus aliquod perpetuum ex ejus diſpoſitione mihi quæſitum ,, eſt: hoc jus revocatione ſua mihi auferre, i. e. obligatione me invito ſeſe eximere nequit.

Sed ego, cui facta eſt promiſſio, eam poſſim remittere] Ergo negotium nondum perfectum eſt.

Additio.

,, Perfectum eſt negotium inter me, & ,, Titium, qui mihi promiſit ſe Juliano 100 ,, daturum: ab hoc igitur negotio recedere, ,, i. e. remittere obligationem Titio, & juri ,, meo renunciare poſſum, idque verum eſt, ,, etſi Julianus, qui notitiam promiſſi aliunde ,, accepit, id acceptaverit. Inter Titium ,, enim, & Julianum nihil actum, adeoque ,, huic plane jus quæſitum non eſt ex allegata diſpoſitione, quæ ſaltem jus facit inter ,, diſponentes. Neque enim Juliano ſola acceptatio jus dare poteſt, cum nihil ei oblatum ſit.

,, Si tamen ego denunciaverim Juliano ,, promiſſum, & is acceptaverit, nihil quidem obſtat quo minus remittere Titio poſſim debitum (hic enim mihi ſoli obligatus ,, eſt): at Julianus, cui denunciavi, me ,, ejus nomine acceptaſſe promiſſum, agere ,, contra me poteſt ad omne id, quod intereſt debitum remiſſum non eſſe; hactenus enim jus ei aliquod quæſitum eſt ex ,, denunciatione promiſſi a me facta, ejuſque ,, acceptatione.

,, Quid ſi Julianus poſtea acceptaverit promiſſum præſente Titio, forte gratias ei agendo. Reſp. hoc caſu obligatur promiſſor ex

,, novo

Digitized by Google

„ novo hoc pacto, quod inter eum, & Ju-
„ lianum intercedit: adeoque hoc promiſſum
„ ego remittere non poſſum.

Juri naturæ non repugnat] „ Ex natura
„ enim diſpoſitionis ſequitur, eum, qui alii
„ paciſcitur, id agere ut alii detur; adeoque
„ omne ejus agendi jus in eo conſiſtit, ut
„ promittentem obliget ad ſolvendum alii
„ quod ſe daturum promiſit *Vid. ſupr. h.* §.
„ *ad v. omiſſa inſpectione &c.*

Et verbis talis promiſſionis maxime, congruit] „ Quia ſibi nihil ſtipulatur, ſed tertio,
„ & verbis pacti indigitat ſe velle alii dari,
„ non ſibi; ex natura ergo horum verborum
„ jus ſaltem habet agendi, ut promiſſum ad
„ tertium perveniat.

Neque nihil mea intereſt ſi per me alter beneficium accipiat] Non intereſt ratione juris: de beneficio autem non quæritur.

Additio.

„ Grotii mens hæc eſt: pactum propoſi-
„ tum eo magis producere obligationem in-
„ ter paciſcentes, quia revera mea intereſt
„ ſi Javolenus meo beneficio pecuniam acci-
„ pit; quod verum eſt: ſed licet plane mea
„ non interſit, ſufficit mihi fidem datam
„ eſſe. Ex eo enim promiſſo jus agendi mihi
„ competit.

Quod ſi promiſſio in nomen ejus collata eſt, cui danda res eſt] „ Si v. g. Titius mihi non
„ promittit ſe Juliano 100 daturum: ſed me
„ præſente ſaltem declarat, ſe ea daturum
„ Juliano.

Diſtinguendum eſt, an, qui acceptat, ſpeciale mandatum habeat acceptandi] Quod enim alius mea voluntate, meoque juſſu acceptat, id ipſe acceptaſſe videor.

Quod Romanæ leges volunt] „ Leges Roma-
„ næ nullibi ſtatuunt, ſervos, & filios familias
„ mandatum ſuſcipere non poſſe. Si manda-
„ tum ſuſcipere poſſunt, etiam acceptare
„ mandatario nomine promiſſum poſſunt;
„ ſervi enim naturaliter obligant, & obligan-
„ tur; *l.* 14, *O. A.* Sane, deportatos quoque
„ (qui ſervi ſunt) mandatum ſuſcipere poſ-
„ ſe, tradit Lauterbach *in comp. pag.* 285;
„ quia ea, quæ juris gentium ſunt, retinent,
„ *l.* 17, §. 1, *ff. Pœn.* Mandatum autem eſt
„ contractus juris gentium.

Sed plane ex tali acceptatione promiſſionem perfici] „ Quia utriuſque conſenſu negotium
„ perfectum eſt. Neque leges Romanæ aliud
„ tradunt.

Quia conſenſus poteſt & per miniſtrum interponi] „ Etiam ſervum, vel filium familias;
„ quod quis enim per alium facit, id ipſe
„ feciſſe videtur.

Velle enim cenſeor quod in alterius voluntate poſui] „ Eſt enim voluntas mea, per
„ miniſtrum ſaltem declarata.

Si & ille velit] „ i. e. Si ille ſuſcipit man-
„ datum.

Si alius, cui promiſſio facta non eſt, acceptet volente promiſſore] „ v. g. Si quis me
„ præſente declarat ſe Titio 100 daturum,
„ & ego abſque mandato promiſſum accepto,
„ annuente promiſſore.

Ut promiſſori revocare promiſſionem non liceat] Immo licet: non enim poteſt negotium eſſe perfectum in una perſona, ut revocare promiſſionem non liceat, & tamen imperfectum in altera, ut illa irritum negotium reddere poſſit.

Additio.

„ Eſt perfectum negotium *intuitu* mei,
„ quia volente promiſſore acceptavi: atque
„ hactenus ex pacto hoc jus mihi quæſitum
„ eſt agendi contra promiſſorem, ut fidem
„ exſolvat. Non autem eſt perfectum *intuitu*
„ Titii, ante ejus acceptationem: adeoque
„ hæc non pugnant.

Antequam is, quem ſpectat promiſſio, eam ratihabuerit &c.] „ Etſi enim *Ti-*
„ *tio* nihil debeat, adeoque is de revocatio-
„ ne queri non poſſit, *mihi* tamen obligatur,
„ ad eum effectum ut promiſſum præſtet,
„ i. e. *Titio* 100 ſolvat.

Ut medio illo tempore is, qui acceptavit, remittere promiſſum non poſſit] „ Cur non?
„ Titio enim jus quæſitum non eſt ante ac-
„ ceptationem. Sane, ea, quæ a me fit, ac-
„ ceptatio ipſi nullum jus dat; & pactum,
„ quod inter promiſſorem, & me intercedit,
„ effectum intuitu Titii nullum habet, niſi
„ poſtquam hic acceptavit. Adeoque nihil
„ impedit quo minus juri meo renunciare,
„ i. e. remittere promiſſum poſſim.

Quia hic non adhibitus eſt ad jus aliquod accipiendum] „ Immo ex eo, quod promiſ-
„ ſor approbat acceptationem a me nomine
„ Titii factam, omnino adhibitus ſum ad
„ jus aliquod accipiendum.

Sed ad adſtringendam promiſſoris fidem in ſuſtentando beneficio] „ Promiſſor mihi fidem
„ dedit de beneficio alii dando, atque eo
„ ipſo jus aliquod accipio.

Ut promiſſor ipſe ſi revocet, faciat contra fidem] „ Non intuitu Titii, cui nihil promi-
„ ſit, ſed intuitu mei, cui fidem de ſolven-
„ dis Titio 100 dedit.

Non contra jus proprium alicujus] „ Immo ageret contra jus mihi proprium. Mihi „ enim fidem dedit, dum meam acceptationem approbat: id enim Auctor ſupponit.

Ad §. XIX.

Ex *ſuperioribus*] „ Quæ de acceptatione „ pro altero dicta ſunt §. *præced.*

Quid ſentiendum ſit de onere adjecto promiſſioni] „ An ſcilicet in commodum tertii „ onus adjici poſſit promiſſioni? & an adjectum in commodum tertii revocari poſſit.

Id enim] „ Nimirum, quod adjici promiſſioni poſſit.

Fieri poterit quamdiu promiſſio completa nondum eſt per acceptationem, nec fide interpoſita facta irrevocabilis] Regula eſt, quod onus promiſſioni adjici poſſit quamdiu negotium perfectum non eſt; tunc enim totom revocari poteſt, nedum pro parte, i. e. adjecto onere. Ex quo vero negotium utriuſque conſenſu perfectum eſt, invita altera parte onus amplius addi nequit, quia jus ſemel ex conſenſu alteri quæſitum eſt.

Perfectum autem nondum eſt negotium quamdiu adhuc aliquid agendum ſupereſt, v. g. ſi partes in ſcriptis voluere contrahere: tunc enim etſi conſenſum fuerit, negotium tamen imperfectum eſt quamdiu ſcriptura ab utroque ſignata deficit.

Additio.

„ Caſus, de quo Grotius *hoc* §. agit, hic „ eſt. Titius mihi donat fundum; poſtea addit legem, ut poſt aliquod tempus eum „ reſtituam Cajo. Quæritur, an onus tale in „ favorem Tertii adjici donationi poſſit? „ Recte id affirmat Auctor *quamdiu perfecta non eſt donatio*; uti non eſt quamdiu donatarius non acceptavit. Donatio autem „ ſemel perfecta conditiones poſtea non capit; jus enim ex promiſſo ſemel quæſitum per adjectionem oneris auferri nequit. „ Atque id quoque ita ſtatutum eſt Jure Romano in *L.* 4, *c. don. quæ ſub mod.* adeoque nulla eſt hæc adjectio oneris, nec ullum effectum habet.

Nec fide interpoſita facta irrevocabilis] „ Poſtquam enim utriuſque conſenſu perfectum eſt negotium, jus donatori quæſitum „ eſt, quod eſt irrevocabile.

Onus autem in commodum tertii adjectum promiſſioni revocari poterit, quamdiu &c.] „ Ponamus, Titium mihi donaſſe fundum „ ea lege, ut intra certum tempus eum reſtituam Cajo? Quæritur, an Titius hanc „ conditionem, in commodum tertii adjectam, revocare poſſit? Et bene diſtinguit Auctor, *an* Cajus acceptaverit conditionem annuente promiſſore, *an* non. „ *Priori* caſu revocari onus non poteſt; negotium enim utriuſque conſenſu perfectum „ eſt: *hoc* caſu poteſt, quia *Cajo* nihil promiſſum eſt.

Tum in hac] „ Immo in caſu propoſito „ nemo eſt qui aliter ſentit. Bartolus in *L. Qui Romæ* §. *Flavius*, ab Auctore in margine allegatus, diſſerte tradit, donatorem, qui fundum ſuum ea conditione donavit, ut donatarius poſt certum tempus „ reſtitueret eccleſiæ, poſtea hanc conditionem remittere poſſe; eccleſia enim ante „ acceptationem jus non habet. Cui ſententiæ adſtipulantur in notis a Bartolo allegati Doctores *Alexander conſ.* 8, *Vol.* 3. „ *Conſ.* 106, *V.* 4. & *Socin. Conſ.* 136. Sed „ & Baldus *Vol. Conſ.* 270, *n.* 1, tradit, „ donationem ea lege factam ut donatarius „ poſt mortem donatoris dimidiam daret pauperibus, & puellis maritandis, revocari „ poſſe: nemo enim promiſſum hoc acceptavit.

„ Equidem Bartolus ſibi objicit *L.* 3, *C. donat. quæ ſub mod.* ubi actio utilis datur „ tertio, cui beneficium illud promiſſum eſt. „ Reſp. Diſerte in *d. l.* 3. ſtatuitur, Tertium, „ ſi ſtipulatus non eſt, i. e. ſi non acceptavit, jus agendi veteri jure non habuiſſe; „ ſed promiſſorem, fide non impleta, condicere rem potuiſſe. Inſto, utilem tamen „ actionem Tertio ibi dari. Reſp. id ex mera æquitate civili ita introductum eſt. Unde id ex *benigna interpretatione receptum eſſe*; expreſſe additur.

Quam in aliis quæſtionibus] „ Ubi ſcilicet „ quæritur, an tertio paciſci liceat? An jus „ ex tali pacto in tertium conferatur? Et an „ promiſſum tertio factum revocari poſſit?

Ad §. XX.

Quomodo *convaleſcere poſſit promiſſio, cui error cauſam dedit, ſi re cognita promiſſor ſtare velit promiſſo*] Regula eſt, negotium errore initum nunquam convaleſcere, niſi errore ſublato nova fiat diſpoſitio. Dixi enim ſupra, errorem tollere conſenſum. Adeoque tale

tale negotium non poteſt valere ex tempore contractus, quia tunc deficit conſenſus errantis: nec ex nunc valet, quia in novum hoc negotium is, qui antea erravit, non conſentit. Nova igitur diſpoſitio accedere debet; & tunc valet negotium ex novo conſenſu.

At porro quærit Auctor, an præciſe verba requirantur ad declarandum novum conſenſum, an vero etiam factis ille animus declarari poſſit? & recte, ait, etiam ex factis de illo animo conſtare

Additio.

„ Regula generalis eſt, *errorem vitiare negotium.* At exceptionem patitur hæc regula, ſi non in corpore, ſed in qualitate ſaltem erratum ſit: tunc enim valet negotium, & errans tantum agit ad id, quod intereſt, cui commodo renunciare errans, & rem retinere poteſt.

„ Si proinde errans, qui v. g. æs pro auro ignorans accepit, id retinere velit, alter id condicere, quaſi errore ſolutum, nequit, *l.* 50, *ff. ſolut.* Et ſi debitor æs, aurum aſſerens, pignori dedit, pignus hoc in ære ſubſiſtit, quia partes in corpore conſenſerunt, *l.* 1, §. *f. Pign. act.* Atque ex eadem ratione ſi id, quod aurum putabam, cum æs eſſet, a te ſtipulatus fuero, teneberis mihi hujus æris nomine, quia in corpus conſenſimus: & ſi doloſe me feſelleris, præterea ex dolo teneris. *L.* 22, *V. O.*

„ Neque, *obſtat*, negotium ob defectum utriuſque conſenſus (errans enim non conſentit) nullum eſſe, adeoque non valere niſi nova diſpoſitio accedat. Reſp. Negotium non eſt nullum, quia in corpus conſenſerunt.

Atque idem quæri poteſt de promiſſionibus &c. ex metu] „ An ſcil. convaleſcat promiſſio metu extorta &c, ſi cauſa poſtea ceſſaverit, i. e. ſi is, qui vi promittit, ſtare velit promiſſo? Reſp. Aliud obtinet in metu, aliud in errore. *Error* enim aliquando negotium ipſo jure nullum reddit, & hoc caſu promiſſum non convaleſcit niſi ex novo conſenſu. At negotium *metu* contractum ſemper ſubſiſtit jure naturæ: promiſſor ſaltem ſeparata actione de metu agit. Si igitur is, qui vim paſſus eſt, declarat ſe velle ſtare promiſſo, negotium non valet ex novo conſenſu, ſed renunciat ſaltem actioni, quæ ex metu illato ei competit.

Quibus lex civilis impedimentum injicit] „ Immo lex civilis negotiis dolo, metu, vel per lubricum ætatis contractis, non tale injicit impedimentum, ut nulla ſint illa negotia, adeoque convaleſcere debeant; ſed ipſo jure ſubſiſtunt, & jure naturæ ſeparata actio de injuria datur. Jure prætorio verum eſt, reſcindi poſſe negotia: cui juri ſi læſi renunciant, non convaleſcit negotium, ſed ipſo jure ex primo conſenſu ſubſiſtit. Jure Romano excipiuntur ſaltem negotia bonæ fidei, quæ ipſo jure nulla ſunt, ſi metu &c. contrahuntur.

Aut cauſa alia] „ Scilicet, dolo, ob lubricum ætatis, vel ob aliam quamvis juſtam cauſam.

Nam ad hoc firmanda quidam ſolum actum internum requirunt] „ Scil. voluntatem ſolo facto declaratam, adeoque convaleſcere negotium, putant, ſi errans, vel is, qui metu, vel dolo inductus eſt, rem retinet, nec de dolo, metu, &c. agit: quod verum omnino eſt ſi *error* non impedit conſenſum, item ſi *dolo*, *metu*, aut per *lubricum ætatis*, negotium eſt contractum.

Quem conjunctum cum priore actu externo] „ I. e. cum ſigno illo, quo voluntatem antea ſufficienter declaravit. *Vid. ſupr.* §. 11. Hæc ratio vera non eſt. Diximus, negotia illa (excepto errore circa corpus, & materiam) ipſo jure ſubſiſtere: adeoque obligationem non demum ex *conjunctione novi actus interni cum priore actu externo* oriri, ſed ab initio obligationem plenam adſuiſſe, adeoque actum ipſo jure ſubſiſtere.

Alii &c. requirunt novam verbis factam promiſſionem, & acceptationem] „ Quod verum eſt circa errorem in corpore, & materia, &c; non in reliquis erroribus: nunquam vero in negotiis dolo, metu, & per lubricum ætatis contractis, quæ jure naturæ abſque nova promiſſione ſubſiſtunt.

Quia actus externus non poteſt ſignum eſſe actus interni ſequentis] „ Veram rationem jam dedimus, quia in negotiis, de quibus hic quæritur (excepto errore in corpore, & materia), ſtatim ab initio & actus internus, & externus concurrunt, indeque plenam pariunt obligationem.

Verior eſt ſententia media &c.] Immo nunquam actus ſuperveniens externus requiritur, ſive verbis, ſive facto declaratus; vis enim obligandi ab initio hic promiſſis ineſt, niſi in corpore erratum fuerit.

Actum quidem externum requiri &c.]

„ Adeoque novam promiſſionem, & accepta-
„ tionem; quod modo refutavimus.

Sed non utique verbis factum] „ Quod
„ requirit Sanchez in allegato ad marginem
„ loco.

Cum retentio rei promiſſæ] „ Per hanc re-
„ tentionem non convaleſcit negotium do-
„ lo, metu &c. contractum; id enim ipſo
„ jure ſubſiſtit: ſed per eam renunciat actio-
„ ni de metu, dolo, &c. eique quod in-
„ tereſt, quæ actiones ſalvo negotio inten-
„ tari potuiſſent.

Aut ſimile aliquid ſufficere poſſint ad ſignificandum conſenſum] „ In genere verum eſt,
„ voluntatem æque factis, ac verbis decla-
„ rari: ſed male id applicatur ad præſen-
„ tem quæſtionem, ubi negotium prius ſub-
„ ſiſtit abſque nova tali declaratione.

Ad §. XXI.

Ne *jura civilia cum naturali jure confundantur*] Auctor confundit in tota hac materia diſſimilia, & ſeparat ſimilia.

Additio.

„ An jure hic vapulet Auctor, ſtatim vi-
„ debimus.

Neque promiſſiones, quæ cauſam expreſſam non habent, naturaliter eſſe irritas] Auctor putat, jure civili non valere promiſſionem, quæ *cauſam* expreſſam non habet: indeque hoc jus confundi non debere cum jure naturæ: ubi promiſſiones etiam ſine cauſa valent. *Conf. ſupr.* §. 10. At non intellexit Auctor quid Juriſconſulti per *cauſam* ſignificaverint: *animum ſcil. transferendi juris*, ſeu *ſe obligandi.* Pugnat igitur, obligationem oriri, ubi *cauſa*, i. e. animus transferendi juris deficit. Unde ſupra §. 1. principia Auctoris, quod ex qualibet voluntate obligatio oriatur, rejecimus.

Additio.

„ Supra probavimus, jure naturæ pleniſ-
„ ſimam obligationem oriri ex pacto, i. e.
„ ex conſenſu duorum, licet nulla ſubſit
„ cauſa. Diximus, per *cauſam* non intelligi
„ animum transferendi juris (utpote qui ani-
„ mus ex ipſo promiſſo ſatis apparet); ſed
„ rationem, ſeu cauſam moventem, ob quam
„ viciſſim aliquid promittitur. Talis *cauſa*
„ jure civili requiritur ad id, ut actio ex
„ pacto detur; idque ex optima ratione,
„ ſed mere civili; ne, ſcilicet, cives ſua
„ temere jactent.

Non magis, quam rerum donationes]
„ Si enim rem meam alienare, & donare
„ alii ſine cauſa poſſum, nulla ratio dari po-
„ teſt cur non etiam eam alii promittere
„ ſine cauſa poſſim.

Ad §. XXII.

Neque *eum, qui factum alienum promiſit, ad id, quod intereſt, teneri*] Quia ipſa promiſſio nulla eſt; de facto enim, & jure alieno diſpono: adeoque eadem ratio hic obtinet, ac in eo, qui promittit alium daturum. *Vid. ſupra* §. 12, ubi exceptiones recenſuimus.

Additio.

„ Eodem modo, ut in promiſſo *alium datu-*
„ *rum*, hic quoque diſtinguendum puto, an
„ *mihi* promittatur alterum facturum: an quis
„ ſaltem me præſente *declaret*, *alterum fa-*
„ *cturum*. Priori caſu promiſſor mihi obli-
„ gatur, adeoque cogi poteſt ut fidem im-
„ pleat, & efficiat ut tertius faciat. Poſterio-
„ ri caſu mihi nulla actio competit, quia mi-
„ hi nihil promiſſum eſt.

„ Equidem jure civili nec priori caſu obliga-
„ tio ex promiſſo oritur, quia pactum ſine cau-
„ ſa initum eſt: at hæc ratio mere civilis eſt.

Modo facere non omiſerit] „ Diximus,
„ jure naturæ promiſſorem ſimpliciter obli-
„ gari ſi *mihi* promiſit alterum facturum; nec
„ ſufficere ſi diligentiam præſtet. Jure civili,
„ ubi nulla ex nudo pacto oritur obligatio,
„ nec diligentiam præſtare tenetur: ſed id
„ moribus demum introductum eſt.

Niſi verba inducant obligationem ſtrictiorem] „ Uti ſi cautionem addidit, vel pœnam
„ ſit ſtipulatus.

Aut negotii natura] „ Uti ſi addita formu-
„ la eſt, *dolum malum abfore*, vel *habere lice-*
„ *re*, *l.* 83, *V. O.* Prior enim clauſula non im-
„ pletur ſi non omnem adhibeam operam ad
„ factum obtinendum; eam enim omittens
„ dolo non caret. Poſterior autem clauſula
„ tunc demum impletur quando ego nihil
„ omiſi, quo alter rem promiſſam obtineat;
„ tunc enim per me non ſtat quo minus alte-
„ ri habere liceat.

Velut perſoluta fide] „ Adeoque quaſi im-
„ pleverit promiſſum.

Quia per eum non ſtetiſſet] „ Feciſſe autem
„ videtur, per quem non ſtat quo minus fiat.
„ At hæc regula fallit ſi promiſſor ſcivit per
„ ſe non ſtare, & tamen mihi promittit.

CAP.

Digitized by Google

CAPUT XII.

De Contractibus.

I. *Diviſio actuum humanorum, qui aliis hominibus utiles ſunt: ac primum in ſimplices, ac mixtos.*
II. *Simplicium, in beneficos meros, aut cum mutua obligatione:*
III. *Et permutatorios: tum qui dirimunt.*
IV. *Tum qui communionem adferunt.*
V. *Mixtos eſſe principaliter,*
VI. *Aut per acceſſionem.*
VII. *Qui actuum contractus dicantur.*
VIII. *Æqualitatem in contractibus requiri: Primum, circa actus præcedaneos:*
IX. *Ad ſcientiam:*
X. *Ad libertatem volendi.*
XI. *Secundo, ipſo actu, ſi ſit permutatorius.*
XII. *Tertio, in eo, de quo agitur: quod explicatur.*
XIII. *Quæ æqualitas locum habeat in actibus mere, aut partim beneficis.*
XIV. *Quomodo æſtimandum rei pretium in venditione: & ex quibus cauſis juſte creſcat, aut minuatur.*
XV. *Quando naturaliter perfecta ſit venditio: & quando dominium tranſeat.*
XVI. *Monopolia, quæ ſint contra jus naturæ, aut diligendi legem.*
XVII. *Pecunia functionem quomodo recipiat.*
XVIII. *De conductionis mercede naturaliter nihil remittendum ob ſterilitatem, & ſimiles caſus: & quid ſi conductore primo impedito utires alii locata ſit?*
XIX. *Juſta merces quomodo creſcat, aut minuatur.*
XX. *Quo jure vetitæ ſint uſuræ.*
XXI. *Quæ commoda uſuræ nomine non veniant.*
XXII. *Legum civilium quæ circa hanc rem vis ſit.*
XXIII. *Qualis æſtimatio facienda in contractu averſi periculi, ſive aſſecurationis.*
XXIV. *Qualis in ſocietate, ubi multa ejus ſpecies explicantur.*
XXV. *De ſocietate navali.*
XXVI. *Jure gentium inæqualitatem, in quam conſenſum eſt, quoad actus exteriores non attendi: & quo ſenſu id naturale dicatur.*

I. Actuum + humanorum, qui ad aliorum hominum utilitatem tendunt, alii ſunt ſimplices, alii 1 compoſiti.

II. a + Simplices alii 2 benefici, alii 3 permutatorii. + Benefici aut meri,

GROTII.

a *Simplices alii benefici, alii permutatorii*] *Ariſtoteles* illa omnia δόσεις, hæc πράξεις nomine comprehendit. (Locus eſt *Rhetor.* Lib. I. c. 5. p. 523. B. Tom. II. *Edit. Pariſ.* Sed agitur ibi de Alienatione, Ἀπαλλοτριώσεις, non autem de omnibus Contractibus. *J. B.*)

GRONOVII.

1 *Compoſiti*] Quos numero 5. mixtos appellat.
2 *Benefici*] Gratuiti, in quibus nihil ex pacto redditur.
3 *Permutatorii*] In quibus ex pacto viciſſim agitur, datur, & accipitur.

GR O-

Digitized by Google

meri, + aut cum mutua quadam obligatione. + Benefici meri aut in præſens abſolvuntur, + aut in futurum prominent. + In præſens abſolvitur [4] factum utile, + de quo nihil loqui neceſſe eſt, + quando utilitatem quidem parit, ſed nullum juris effectum: + item donatio, qua dominium transfertur; + qua de re egimus ſupra cum de dominii acquiſitionibus ageretur. + In futurum prominent promiſſiones tum dandi, tum faciendi, + de quibus jamjam egimus. + Benefici actus cum obligatione mutua ſunt, qui [5] aut de re diſponunt ſine alienatione, + aut de facto, ita ut aliquis effectus ſuperſit. + Talis eſt circa rem uſus conceſſio, qui commodatio dicitur: + in factis præſtatio operæ ſumtuoſæ, aut obligatoriæ, quæ dicitur mandatum, + cujus ſpecies eſt depoſitum, præſtatio ſcilicet operæ in re cuſtodienda. + His autem actibus + ſimiles ſunt actuum promiſſiones,- + niſi quod, ut diximus, hæ in futurum prominent; + quod & de actibus jam explicandis intellectum volumus.

III. 1. + Actus permutatorii [6] + aut dirimunt partes, + aut communionem adferunt. + Actus eos, qui diremtorii ſunt, recte dividunt juriſconſulti Romani in [7] do ut des, facio ut facias: facio ut des: de quibus

a Leg. 5. princ. videri poteſt Paulus juriſconſultus + in l. Naturalis: [a] Digeſtis, Præſcriptis verbis.

2. Sed Romani ab + hac diviſione + eximunt quoſdam contractus, quos ipſi [8] nominatos vocant, + non tam quod proprium habeant nomen + (habet enim hoc & [9] permutatio, quam a nominatorum numero excludunt) + quam quod ob uſum frequentiorem [b] vim quamdam, & naturam accepiſſent talem, quæ, + etiamſi nihil eſſet dictum ſpecialiter, ex ipſo nomine ſatis poſſet intelligi: + unde etiam + certæ de illis proditæ erant actionum formulæ; cum in cæteris contractibus minus frequentibus [10] + hoc tantum ineſſet, quod dictum erat, ac proinde + non communis aliqua, & uſitata, + ſed accommodata ad ipſum factum daretur formula, + quæ ideo [11] præſcriptis verbis dicebatur. + Ob eandem cauſam uſus frequentioris in conventionibus nominatis, + ſi requiſita quædam adeſſent, + ut in venditione [c] ſi de pretio conveniſſet, etiam re integra, + id eſt antequam a partium

GROTII.

b *Vim quandam, & naturam accepiſſent talem*] Vide *Vaſq.* lib. 1. controv. c. X. in fine.

c *Si de pretio conveniſſet*] Apud Hebræos perfecta non cenſetur venditio, ante traditionem veram, vel imaginariam. (Vide SELDEN. *De Jur. Nat. & Gent. Secund. diſcipl. Hebr.* Lib. VI. c. 5.)

GRONOVII.

4 *Factum utile*] Officium, vel gratia præſens.

5 *Aut de re diſponunt*] Rei uſum gratificantur, aut operæ ſedulitatem; ſic tamen ut actiones inde oriantur. Res, *commodatum.* Opera vel in faciendo, vel in cuſtodiendo: illud *mandatum*, hoc *depoſitum.*

6 *Aut dirimunt*] Aut quæ inter ſe ſunt hominibus, æqualitate quadam ſeparant, aut diſſociata conjungunt.

7 *Do ut des*] *Emtione, venditione*, do ut facias, & facio ut des, *locatione conductione*: facio ut facias, *mandato.* Sed do ut facias, omiſit, quia id complectitur ſub locatione conductione. §. 1. Inſtitut.

8 *Nominatos*] Quibus nominatim lex XII. tabb. actionem dedit. *Innominati*, quorum mentionem Decemviri non habuere, ſed quatenus alicui nominatorum ſimiles ſunt, per legis interpretationem JCti ex illis actionem conceſſerunt.

9 *Permutatio*] Nempe do ut des. *Vaud.* 1. Quæſt. var. 25.

10 *Hoc tantum ineſſet*] Ex iis id tantum peti poſſet, quod expreſſis verbis convenerat.

11 *Præſcriptis verbis*] Condictio incerti, quæ datur ex contractibus, qui non appellantur proprio nomine.

GRO-

partium altera præſtitum eſſet aliquid, injungebatur implendi neceſſitas: + cum in illis rarioribus re integra daretur [12] pœnitendi libertas, + id eſt, impunitas, quia lex civilis vim coactricem ſubtrahebat illis conventionibus, + ut ſola contrahentium fide ſtarent.

3. + At jus naturæ ignorat hæc diſcrimina: neque vero qui innominati ab illis dicuntur contractus, + aut minus ſunt naturales, + aut minus antiqui; + immo permutatio, quæ innominatis accenſetur, + emtione & [d] ſimplicior eſt, & [13] antiquior. Et Euſtathius ad [a] Iliados X, + ubi de certamine publico agitur, cui præmium conſtitutum eſt, quod apud Homerum eſt [14] ἄρνυσθαι, interpretatur [15] ἀντικαταλλάττεσθαι, addens [16] συνάλλαγμα γάρ τι καὶ τὰ τοιαῦτα· nimirum facio ut des. + Nos ergo naturam ſequentes, contractus omnes diremtorios, + nullo nominatorum, aut innominatorum diſcrimine, ad tria, quæ diximus, genera revocabimus. *a Verſ. 160.*

4. + Dicemus, proinde + dari, ut detur, ſtatim quidem rem pro re, + ut in ea, quæ ſpecialiter dicitur permutatio, [b] + antiquiſſimum haud dubie commercii genus: aut [e] pecuniam pro pecunia, + quod collybum Græci vocant, + mercatores hodie cambium: aut rem + pro pecunia, ut in emptione, ac venditione: aut [17] uſum rei pro re: + aut [18] uſum rei pro uſu rei: aut uſum rei pro pecunia; quod poſtremum locatio conductio dicitur. Uſus autem nomine hic + intelligimus tum nudum uſum, tum eum, qui cum fructu conjunctus eſt, + ſive is ſit temporarius, + ſive perſonalis, + ſive hereditarius, ſive alio quovis modo circumſcriptus, ut apud Hebræos is, qui durabat ad annum [19] Jubilæum. Datur vero, + ut interpoſito tempore tantum- *b Ariſt. V. Eth. 5. 1. Polit. 9. D. contrahend. emt. l. 1.*

GROTII.

d *Simplicior eſt, & antiquior*] Apparet id ex *Homeri* verſibus productis L. 1. de contrahenda emtione. *Tacitus* de Germanis (*Germ.* c. 5.) *Interiores ſimplicius, & antiquius permutatione mercium utuntur. Servius* ad Eclogam IV. ad illud (*verſ.* 39.): *Mutabunt merces: quia antiqui res rebus mutabant.* Et ad illud Georg. III. (*verſ.* 307.) *Vellera mutentur, ingenti pretio comparentur. Nam apud majores omne mercimonium permutatione conſtabat; quod & Cajus Homerico confirmavit exemplo. Plinius* libro XXXIII, c. 1. *Quantum feliciore ævo, cum res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut & Trojanis temporibus factitatum, Homero credi convenit.* Libro ſexto, cap. XXII. de Seribus: *Fluminis ulteriore ripa merces propoſitas juxta venalia tolli ab his ſi placeat permutatio. Mela* de iiſdem (*Lib.* III. c. 7. n. 10. *Ed. Voſſ.*): *Seres interſunt, genus plenum juſtitiæ ex commercio, quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit.* De iiſdem *Ammianus* libro XXIII. (Cap. 6. pag. 413. *Ed. Valeſ. Gron.*) *Cum ad coëmenda fila, vel quædam alia, fluvium tranſierunt advenæ, nulla ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur. Mela* de Sarmatis, (Immo de *Satarchis*, II. 1. 95.) *Vice rerum commercia exercent.* De Colchis vide *Busbequium* epiſtola exoticarum III. (*pag.* 205. *Ed. Elzev.* 1660.) de Lapponibus *Olaum Magnum* libro IV. c. 5.

e *Pecuniam pro pecunia*] De eo vide *Procopium* arcana hiſtoria. (*Cap.* 25.) Nummus Illyrico advectus quondam in Italia mercis loco, *Plinius* libro XXXIII. c. 3.

GRONOVII.

12 *Pœnitendi libertas*] Facultas recedendi ab eo, quod convenerat, ſine damno.

13 *Antiquior*] Quippe ante ſignatam pecuniam ubique locorum recepta.

14 Ἄρνυσθαι] Recipio proprie μισθὸν ἄρνυμαι ut πωλῶ, πῶλεν· ὠνοῦμαι, ὄνει.

15 Ἀντικαταλλάττεσθαι] Contra permutare.

16 Συνάλλαγμα] Nam & hi contractus ſunt.

17 *Uſum rei pro re*] Pro pignore, ut quum Tiberius HS. millies gratuitum in triennium conceſſit iis, qui populo in duplum prædiis caviſſent, *Tacit.* 6. annal. 15. *Sueton.* Tit. 48. item pro uſuris.

18 *Uſum rei pro uſu*] Ut in ea, quæ dicitur Ἀντίχρησις, ſive contrarium mutuum, cum debitor fundum tradit creditori, ut pro uſuris pecuniæ ſuæ percipiat fructus e fundo fiduciato. l. 11. §. 1. *de pignor. & hypot.* l. 33. *de pignerat. act.*

19 *Jubilæum*] *Levit.* cap. 25.

tantundem, & genere idem detur, in mutuo; quod locum habet in his, + quæ pondere, numero, menſura conſtant, [20] tam rebus aliis, + quam pecunia.

5. + Facti cum facto permutatio + innumeras habere poteſt ſpecies pro factorum diverſitate. + At facio ut des, aut pecuniam; + (atque id quoque in factis quotidianæ utilitatis locatio conductio dicitur, + in facto præſtandæ indemnitatis circa caſus fortuitos [21] averſio periculi, + vulgo aſſecuratio, qui contractus olim vix cognitus nunc eſt inter receptiſſimos;) + aut ut des rem, aut uſum rei.

IV. Actus autem + communicatorii + aut facta communicant, + aut res, + aut hinc res, inde facta ad utilitatem communem; + quæ omnia veniunt ſocietatis nomine: in quo genere comprehenditur + & bellica ſocietas, qualis illa apud nos + frequens navium privatarum coitio adverſus piratas, aut alios invaſores, + quam vulgo [22] Admiralitatem nuncupant, Græci σύμπλοιαν, aut ὁμόπλοιαν vocabant.

V. [23] + Mixti autem actus ſunt, + aut principaliter, + aut per acceſſionem alterius. Sic + ſi ſciens rem majoris emam, & quod plus eſt in pretio alteri condonem, partim donatio erit, partim emtio: + ſi fabro pecuniam promittam, ut de ſuo auro mihi (aa) annulos faciat, partim emtio erit, partim conductio. + Sic & in ſocietate accidit, ut alter factum, & pecuniam, alter pecuniam tantum contribuat. + Et in feudali contractu [24] rei feudalis conceſſio beneficium eſt, pactio autem [25] militaris operæ pro tutela, eſt facio ut facias. + Quod ſi [26] onus penſionis accedat, eatenus miſcetur [27] cum emphyteuſi. + Fœnus quoque nauticum mixtum quid eſt ex contractu mutui, & [28] periculi averſi.

VI. + Per acceſſionem ad alterum actum fit mixtio, + ut in fidejuſſione, & pignoris datione. (bb) + Nam fidejuſſio, ſi negotium ſpectes, quod inter fidejuſſorem, & principalem debitorem geritur, plerumque [29] mandatum eſt: ſin negotium, quod inter creditorem, & fidejuſſorem, qui nihil recipit, geritur, + videtur actus mere liberalis: + ſed quia contractibus oneroſis accedit, [30] inde cenſeri ſolet. + Pignoris quoque datio per ſe videtur

GRONOVII.

20 *Tam rebus aliis*] Vino, oleo, frugibus l. 2. §. 1. D. *de reb. cred.*

21 *Averſio periculi*] Suſceptio, vel redemptura periculi navium, *Livius* 25, 3. *Sueton.* Claud. 18. Conventio, qua ſuſcipimus incertum periculum alteri expectandum ſub certa mercede. Grot. *Rechtsgeleerd.* 3, 24. p. 81.

22 *Admiralitatem*] Societas commeatus navium ab diverſis dominis, vel exercitoribus inſtructarum ad mutuam defenſionem. Grot. *Rechtsgeleerd.* 3, p. 80.

23 *Mixti actus*] Quos dixit compoſitos, n. 1.

24 *Rei feudalis*] Prædii, pagi, vel vici. 1, 3. 23.

25 *Militaris operæ*] Ut vaſallus cum certo numero equitum, vel peditum militet concedenti feudum, ſi bellum eum gerere contingat.

26 *Onus penſionis*] Si modicum tributum annuum in titulum imperii pendere juſſus ſit vaſallus.

27 *Cum emphyteuſi*] 2, 3. 19.

28 *Periculi averſi*] Nam ſi perierit navis, pecuniam perdit creditor.

29 *Mandatum eſt*] Videtur fidejuſſor eſſe auctor, & mandator, ut ſua fide mutuum ſumat debitor.

30 *Inde cenſeri*] Habetur pro oneroſo.

(aa) Verius eſt, heic eſſe meram Emtionem venditionem: quæ ſententia tandem prævaluit apud JCtos veteres. Vide §. 4. *Inſt. De Locat. conduct.* *J. B.*

(bb) Nulla eſt heic vera mixtio actuum. Vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 2. §. 10. J. B.

GRO-

Digitized by Google

videtur actus liberalis, + qua detentio rei conceditur; + ſed hæc quoque naturam trahit ex contractu, cui ſecuritatem præſtat.

VII. + Omnes autem actus aliis utiles, extra mere beneficos contractuum nomine appellantur.

a L. Labeo. 19. D. de verb. ſignif.

+ VIII. In + contractibus natura [31] æqualitatem imperat, & ita quidem, + ut ex inæqualitate [32] jus oriatur minus habenti. (cc) Hæc æqualitas partim conſiſtit + in actibus, + partim in eo, de quo agitur, & in actibus, + tum præcedaneis, + tum principalibus.

+ IX. 1. Ad + præcedaneos [33] actus pertinet, quod is, qui cum aliquo contrahit, [f] vitia ſibi nota rei, de qua agitur, ſignificare debet: + quod non [b] civilibus tantum legibus conſtitui ſolet, + ſed naturæ quoque actus congruit. + Nam inter contrahentes propior quædam eſt ſocietas, quam quæ communis eſt hominum. + Atque hoc modo ſolvitur [c] quod dicebat Diogenes Babylonius hoc tractans argumentum, [34] + non celari omnia, quæ tacentur: + nec quidquid tibi audire utile eſt, idem mihi dicere neceſſe eſſe, + [35] de rebus cœleſtibus, + nam [g] contractus natura utilitatis cauſa reperta propius quiddam exigit. Bene [d] Ambroſius: *In contractibus etiam vitia eorum, quæ veneunt, [36] prodi jubentur, ac niſi intimaverit venditor, + quamvis [37] in jus emtoris tranſcripſerit, + doli actione vacuantur.* Lactantius [e] dixerat: *Qui [38] vendentis errorem non redarguit, ut aurum parvo emat, aut + qui non profitetur fugitivum ſervum, + vel peſtilentem ſe domum vendere, lucro, & commodo ſuo conſulens, + non eſt ille ſapiens, ut Carneades videri volebat, ſed callidus, & aſtutus.*

b L. 1. D. de act. emti, & venditi.
c Cic. de Off. III. c. 12.
d Off. III. c. 10.
e Libro V. c. 17.

2. + At non idem dicendum eſt de his, [39] quæ rem non [f] contingunt: ut ſi quis ſciat, multas [40] naves in curſu eſſe, quæ frumentum advehunt. Nam tale quid indicare + eſt quidem officioſum, ac laudabile, + ſæpe adeo ut omitti nequeat, niſi charitatis regula violetur; + non tamen injuſtum, id eſt, non pugnans cum jure ejus, quicum negotium eſt: ita ut

f Th. 2, 2. 77. art. 3. Bal. ad l. 1. de ædil. ed. Covarr. ad c. peccatum. p. 2. §. 4. n. 6. d. loco.

GROTII.

f *Vitia ſibi nota*] Vide Scholiaſten ad illud *Horatii*, (II. Sat. III, 285.)

—— *mentem niſi litigioſus*
Exciperet dominus ——

g *Contractus natura utilitatis cauſa reperta propius quiddam exigit*] *Valerius Maximus* lib. VIII, c. II. n. 1. *bonæ fidei venditorem, nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet.* Agitur ibi de ædibus dirui juſſis ab auguribus, quod emtorem venditor celaverat.

GRONOVII.

31 *Æqualitatem*] Ut tantum nanciſcatur uterque contrahentium, neuter ab altero gravetur.

32 *Jus oriatur*] Actio erga eum, quicum contraximus.

33 *Actus*] Rei, quæ agitur.

34 *Non celari*] Diſſimulata cenſeri debere.

35 *De rebus cœleſtibus*] *Neque ego nunc te celo, ſi tibi non dico, quæ natura Deorum ſit*, ad hæc verba *Ciceronis* reſpicit.

36 *Prodi*] Indicari à vendente.

37 *In jus emtoris*] Perfecta fuerit emtio, de dolo actione irrita fit.

38 *Vendentis errorem*] Venditorem ignorantem pretium rei, quam vendit, non docet.

39 *Quæ rem non contingunt*] Extra materiam ſunt, nec niſi ex accidenti eam afficiunt.

40 *Naves in curſu eſſe*] Ut ſi quis in caritate annonæ primus præſto fuerit cum frumento: ſciat autem complures propediem cum eadem merce naves adfore; is non neceſſe habet id indicare ab ſeſe emturis, atque ita lucrum ſuum minuere; id enim extra rem eſt.

(cc) Confer, in toto iſto argumento, eumdem PUFENDORF. *Lib.* V. *Cap.* 3. *J. B.*

Digitized by Google

ut locum hic habere poſſit illud, quod idem ille Diogenes non incommode dicebat, referente M. Tullio [a]: *Advexi, expoſui: vendo meum non pluris, quam cæteri: fortaſſe etiam minoris cum major eſt copia;* + *cui ſit injuria?* Non ergo generaliter ſequendum [b] illud ejuſdem [41] Ciceronis, + celare eſſe, cum tu quod ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos, quorum interſit ſcire: ſed tum demum id locum habet, + cum de iis agitur, quæ rem ſubjectam per ſe contingunt, ut + ſi domus ſit peſtilens, ſi a magiſtratu dejici juſſa, quæ exempla ibidem videas.

a De Off. III. cap. 12.

b Cap. 13. ibid.

3. + At vitia ei, quicum agas, nota, ut [42] ſervitutem ædium, quas [43] M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendebat ab ipſo prius emtas, [c] dici nihil attinet; [h] + ſcientia enim utrinque par [44] pares facit contrahentes. Horatius (II. Epiſt. II, 17.):

c D. l. 1. D. de act. emti & venditi in fine.

> *Ille ferat pretium pœnæ ſecurus, opinor:*
> *Prudens emiſti vitioſum* ——— ———

Quod notatum & [d] Platoni undecimo de Legibus.

d Pag. 916. T. II. Ed. H. Steph.

X. Neque vero tantum [45] in intellectu rerum, + ſed & [46] in voluntatis uſu quædam contrahentibus inter ſe æqualitas debetur: + non quidem ut ſi quis anteceſſit metus juſte incuſſus, is demi debeat; + id enim contractui extrinſecum eſt: + ſed ne quis injuſte (dd) incutiatur contrahendi cauſa, aut ſi incuſſus eſt, + ut dematur. Hoc ſpectantes + Lacedæmonii reſciderunt emtionem agri, quam Elei poſſeſſoribus metu expreſſerant, γνόντες μηδὲν δικαιότερον εἶναι, βίᾳ πριαμένους ἢ βίᾳ ἀφελομένους, παρὰ τῶν ἡττόνων λαμβάνειν· *Arbitrati nihilo juſtius eſſe*, [47] *infirmioribus per emtionis titulum, quam vi mera rem extorquere*, quæ Xenophontis [e] verba ſunt. Quod tamen + quam exceptionem ex jure gentium habeat, ſuo loco videbimus.

e Hiſtor. Gr. III. c. 2. §. 22.

XI. 1. + In ipſo actu principali + hæc deſideratur æqualitas, ne plus exigatur, quam par eſt. + Quod in contractibus beneficis locum vix poteſt habere. [f] Nam ſi quis pro commodato, aut opera in mandato, aut depoſito exhibenda, + aliquid mercedulæ ſtipuletur, non injuriam faciet, ſed [48] con-

f Inſt. de mandato. §. ult. L. 1. §. Si quis ſervum. 9. D. depoſiti.

GROTII.

h *Scientia utrinque par, pares facit contrahentes*] Edictum *Theuderici*, c. 141.

GRONOVII.

41 *Ciceronis*] 3. *Officior.* 13.

42 *Servitutem ædium*] Quam debent vicino, ne altius tollantur, ne luminibus officiant, ut onera vicini ſuſtineant, & ſimilia.

43 *M. Marius*] *Cic.* 2. de Offic. 16.

44 *Pares facit contrahentes*] Efficit, ut in contractu ſervata videatur æqualitas, etiam ubi eſt aliquid inæquale, quia volenti non fit injuria.

45 *In intellectu rerum*] Ut gnarus uterque vitii ſit, & commodi rerum, de quibus contrahitur.

46 *In voluntatis uſu*] In cauſa conſenſus.

47 *Infirmioribus*] Imbecilliorem cogere ad vendendum, quam aperte ſpoliare. Eodem pertinet quod legibus Rom. vetitum fuit præſidibus provinciarum in ſuis provinciis negotiari, mutuamve pecuniam dare, aut fœnus exercere.

(dd) Addidi vocem *injuſtè*, quæ in omnibus Edd. manifeſto deeſt, ut patet ex ſerie orationis, & oppoſitione τοῦ *metus juſtè incuſſus*. Vocabulum, ob ſimilitudinem ſequentis *incutiatur*, à Typographis omiſſum, non animadvertit Auctor ipſe; unde nil mirum ſi fugerit Editores. Contrarium τὸ *juſtè* alibi omiſſum ſimili incuriâ, videbimus, *Cap.* XX. hujus Libri, §. 40. ſub finem. *J. B.*

GRO-

[48] contractum miſcebit, id eſt + ex gratuito efficiet ſemipermutatorium. + At in permutatoriis omnibus + ſollicite id obſervandum eſt; nec eſt quod dicat quiſpiam, + id, quod pars altera amplius promittit, donatum cenſeri. + Neque enim ſolet hic eſſe tales contractus ineuntium animus, + nec præſumendus eſt, niſi appareat. Quod enim promittunt, aut dant + credendi ſunt promittere, aut dare tanquam æquale ei, quod accepturi ſunt, + utque ejus æqualitatis ratione debitum.

2. Joh. Chryſoſtomus : [a] ὅταν γὰρ ἐν τοῖς συμβολαίοις ἢ ὠνεῖν ὅ ἂν ἀγοράσαι, *a In Joan. Hom. LX.*
δέῃ τι ἢ καὶ ἀποδόσθαι, φιλονεικοῦμεν καὶ βιαζόμεθα ἔλαττον τῆς ἀξίας καταβαλεῖν καὶ πάντα ὑπὲρ *Tom. II.*
τούτου ποιοῦμεν, οὐ λῃστεία τὸ πρᾶγμα ἐστίν. *Quoties enim in contractibus, & quoties* *p. 809. Ed.*
emendum quid, aut dependendum eſt, contendimus, omnique modo laboramus *Savil.*
ut minus æquo pretio demus; (α) nonne huic facto quoddam ineſt furtum? Scriptor vitæ Iſidori apud Photium, [b] Hermiam narrat, ubi quod emere *b Pag.*
vellet juſto forte minoris eſſet indicatum, adjeciſſe quod juſto pretio deerat, quod exiſtimaret aliter agere injuſtitiæ eſſe ſpeciem, + ſed talis, quæ *1043. Ed. Rothom.*
plurimos lateret. + Et in hunc ſenſum interpretantur Hebræi legem, quæ eſt [i] Levit. XXV, 14. & 17.

XII. 1. + Reſtat æqualitas in eo, de quo agitur, in hoc conſiſtens, [49] ut + etiamſi nec celatum quicquam ſit, quod dictum oportuit, + nec plus exactum, quam deberi putabatur, ſi + in re tamen deprehendatur inæqualitas, quamquam ſine culpa partium, + puta quod vitium latebat, + aut de pretio errabatur, + ea quoque ſit reſarcienda, + & demendum ei, qui plus habet, + reddendumque minus habenti : + quia in contractu id utrimque propoſitum aut fuit, aut eſſe debuit, ut uterque tantundem haberent.

2. + Lex Romana hoc conſtituit non in quavis inæqualitate; + minima enim non perſequitur, imo & occurrendum cenſet multitudini litium, + ſed in ſatis gravi, [50] ut quæ dimidium juſti pretii excedit. Nimirum leges, + ut ait [c] Cicero, iniqua tollunt [51] + quatenus teneri manu poſſunt, + philoſophi [52] quatenus ratione, & intelligentia. Hi vero, + qui legibus civilibus [53] *c d. loco.*
ſubjecti non ſunt, + id ſequi debent, quod æquum eſſe ipſis ratio recta dictat: immo & + illi, qui legibus ſubjecti ſunt, quoties de eo, quod fas, piumque eſt, agitur, + ſi modo leges non jus dant, + aut tollunt, + ſed juri duntaxat ob certas cauſas [54] auxilium ſuum denegant.

+ XIII.

GROTII.

i *Levitici* XXV, 14. 17.] Vide *Moſem de Kotzi*, præcepto jubente LXXXII.

GRONOVII.

48 *Contractu miſcebit*] Pro ſimplice mixtum faciet, vel compoſitum.

49 *Ut etiamſi nec celatum*] Ubi neutri animus fuit fallendi alterum, & tamen contigit, ut alter mactaretur infortunio.

50 *Ut quæ dimidium*] L. 2. C. *de reſcind. vendit.*

51 *Quatenus teneri manu*] Quæ ad exemplum pertinent, & in oculos hominum incurrunt.

52 *Quatenus ratione*] Quatenus lex ſumma virtutis, atque officii ea deprehendit.

53 *Subjecti non ſunt*] Qui habent ſummum imperium.

54 *Auxilium ſuum*] Actionem, vel animadverſionem judicis.

(α) Sententiam iſtam, ut nimis rigidam, improbat, ſimulque ab Auctore noſtro malè λῃστείαν verti *furtum*, quæ vox ſignificat *latrocinium*, adeoque durior, obiter obſervavit V. Cl. ANT. SCHULTINGIUS, Sermon. Academic. *De anguſta innocentia Hominis ad Legem boni*, pag. 38.

Digitized by Google

+ XIII. 1. Sed notandum eſt, + quandam rei æqualitatem ſpectari & in contractibus beneficis, + non quidem omnimodam + ut in commutatoriis, + ſed [55] ex ſuppoſitione ejus, quod agitur, + ne quis, ſcilicet, ex beneficio damnum ſentiat: + ob quam rationem mandatarius [56] indemnis præſtari debet a ſumtibus factis, + & damno, in quod ex cauſa rei mandatæ incidit: [a] + & commodatarius rem tenetur reſarcire ſi periit, + quia non ſolius rei ratione domino tenetur, id eſt, ex vi dominii, + quomodo quivis poſſeſſor teneretur, ut ſupra didicimus, + ſed & ratione [57] beneficæ acceptionis: [k] + quod ita verum eſt, niſi omnino & apud dominum fuiſſet peritura. + Hoc enim caſu nihil per commodatum [58] domino abeſt. + Contra depoſitarius præter fidelitatem nihil recepit: + ideo ſi periit res, non tenebitur: + non rei ratione, quia non exſtat, nec locupletior eſt; + nec acceptionis ratione, quia accipiendo beneficium non accepit, ſed dedit. + In pignore, + ut & in locato, [59] media via ſequenda eſt, ut qui rem accepit, nec de caſu quovis teneatur ut commodatarius, + & majorem tamen diligentiam, quam depoſitarius, præſtare debeat: + quia pignoris acceptio eſt quidem gratuita, ſed accedere ſolet contractui oneroſo.

a Sylveſt. in verbo Bellum. p. 1. n. 7. Thom. 2, 2. 62. art. 6.

2. + Quæ omnia Romanis quidem congruunt legibus, + ſed non ex illis primitus; ſed ex æquitate naturali veniunt. + Quare eadem apud alias quoque gentes reperire eſt. Inter cæteros apud Hebræum Moſem Maimonidem libro III. ductoris dubitantium [l] cap. 43. Spectavit huc Seneca [b] cum dixit, [60] + *alios fidem debere, alios tutelam.* + Ad hanc vero formam de cæteris quoque contractibus judicium eſt faciendum. Sed + generali tractatione, quantum inſtituto noſtro ſufficit, abſoluta, ſpeciales quaſdam contractuum quæſtiones percurramus.

b VII. de Beneficiis. 19.

XIV. 1. [61] + Menſura ejus, (ee) quod res quæque valeat, maxime naturalis eſt indigentia, + ut Ariſtoteles [c] recte oſtendit: + quod in permutationibus rerum apud barbaros populos maxime ſpectatur. + Non tamen hæc unica eſt menſura. + Nam hominum voluntas, + quæ rerum domina eſt, multas res magis deſiderat, quam ſunt neceſſariæ. + *Margaritis*, inquit

c Mor. Nic. V. 8.

GROTII.

k *Quod ita verum eſt, niſi omnino, & apud dominum fuiſſet peritura*] *Lex Wiſigothorum* lib. V, tit. V. c. I. 2. 3.

l *Capite* 43] Convenit cum *Exodi* loco cap. XXII, 7. 10. 11. 12. 13. *Moſes de Kotzi* præceptis jubentibus LXXXVIII. & LXXXIX.

GRONOVII.

55 *Ex ſuppoſitione*] Pro natura rei, quæ ſuſcipitur, quodque in ea præſumitur eſſe debere.

56 *Indemnis præſtari*] Recipere a mandante compenſationem impenſarum, quas rei mandatæ cauſa, & ſi quid damni fecit.

57 *Beneficæ acceptionis*] Quia in illius gratiam uſus rei conceſſus eſt

58 *Domino abeſt*] Abeſt enim tantum, quod etiam abfuturum fuiſſet, ſi penes dominum manſiſſet, nec fuiſſet commodata.

59 *Media via*] Quia in his utrinſque verſatur utilitas. l. 23. *de reg. jur.*

60 *Alios fidem*] Alios ſatisfacere, ſi fidem adhibeant in re ſervanda, neque eam ipſi corrumpant, etſi ab alia accidente cauſa interierit, alios omnino ſalvam præſtare rem oportere.

61 *Menſura ejus*] Indicatio, vel æſtimatio cujuſque rei hæc juſta eſt, quam facit caritas ejus, vel copia, & noſtra neceſſitas.

(ee) Vide de iis omnibus, quæ ad *pretii* naturam, & varia genera pertinent, PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. I. cum Notis noſtris, alterius Editionis. *J. B.*

quit [a] Plinius, [m] *pretia luxuria fecit.* Et Cicero Verrina [b] de ſignis: *Qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt æſtimationis.* + Et contra evenit ut res maxime neceſſariæ minoris ſint propter copiam. Quod Seneca multis exemplis oſtendit libro de Beneficiis VI, cap. 15. ubi & hoc addit: + *Pretium cujusque rei pro tempore eſt; cum bene iſta laudaveris, tanti ſunt, quanto pluris venire non poſſunt.* Paulus + [c] juriſconſultis: [62] *Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate ſingulorum,* + *ſed* [n] *communiter funguntur*; id eſt, ut alibi explicat, [d] *quanti omnibus valeret.* + Hinc fit ut res tanti æſtimetur, quantum pro ea communiter offerri, aut dari ſolet, quod vix eſt ut non [63] aliquam latitudinem habeat, intra quam + plus, minusve dari, aut exigi poſſit, + niſi ubi lex certum rebus pretium ἐν στιγμῇ, ut Ariſtoteles loquitur, id eſt, *in puncto* conſtituit.

a Hiſt. Nat. XX, 35.
b In Ver. IV. 7.
c L. 63. D. ad l. Falc.
d L. 33. D. ad leg. Aquil.

2. In communi autem illo pretio [o] + ratio haberi ſolet [64] laborum, & expenſarum, quas mercatores faciunt: ſoletque ſubito quoque + mutari ex copia, & inopia ementium, pecuniæ, mercium. Cæterum poſſunt & quædam eſſe [65] rei accidentia æſtimabilia, ob quæ res licite ſupra, aut infra commune pretium ematur, vendaturve, + puta [66] ob damnum conſequens, + lucrum ceſſans, + affectum peculiarem, + aut ſi in gratiam alterius res vendatur, ematurve, alioqui non emenda, aut vendenda; + quæ ipſa accidentia ei, cum quo agitur, indicanda ſunt. Ejus quoque damni, aut lucri ceſſantis ratio haberi poteſt, + quod ex pretii ſolutione [67] dilata, aut [68] anticipata naſcitur.

XV. 1. De venditione, (ff) & emtione notandum, + etiam ſine traditione,

G R O T I I.

m *Pretia luxuria fecit*] Idem libro XXXVII. de gemmis (c. 6.): *Singulorum libido ſingulis modum facit, & maxime regum.* Et libro XXXII. *Quantum apud nos Indicis margaritis pretium eſt, tantum apud Indos in coralio: namque iſta perſuaſione gentium conſtant* (c. 2.) *Auguſtinus* de Civitate Dei libro XI, cap. 16. *Sed quid mirum, cum in ipſorum etiam hominum æſtimatione, quorum certe natura tantæ eſt dignitatis, plerumque carius comparetur equus, quam ſervus; gemma, quam famula? ita in tali libertate judicandi plurimum diſtat ratio conſiderantis a neceſſitate indigentis, ſeu voluptate cupientis, cum iſta quid per ſe ipſum in rerum gradibus pendat, neceſſitas autem quid propter quid expetat, cogitet; & iſta quid verum luci mentis appareat, voluptas vero quid jucundum corporis ſenſibus blandiatur, exquirat.*

n *Communiter funguntur*] Plin. lib. XVIII. c. 31. *Æqui patrisfamilias modus eſt, annona cujusque anni uti.*

o *Ratio haberi ſolet, laborum, & expenſarum*] Nec improbat id *Auguſtinus* ad Pſ. LXX. *Sed ait ipſe mercator: affero ex longinquo merces: mercedem laboris mei unde vivam peto; dignus eſt enim mercenarius mercede ſua; de mendacio, & perjurio agitur, non de negotio.* (§. 17. *Edit. Benedictin.* ubi verba paullo aliter leguntur.)

G R O N O V I I.

62 *Pretia rerum non ex*] Pretium rei debet ſtatui, non quod unus, alterve vehementer appetens, aut magnas ex ea utilitates ſperans, pro illa daret, ſed quod ei ſenſus, & opinio communis attribuit.

63 *Aliquam latitudinem habeat*] 1, 2. 1. n. 3.

64 *Laborum, & expenſarum*] Res non tantum æſtimantur ex materia, ſed augetur pretium pro laboribus, & ſumtibus, quos ſuſtinuerunt mercatores in ea comparanda.

65 *Rei accidentia æſtimabilia*] Fortuita, quæ muteut æſtimationem venalium.

66 *Ob damnum*] Si vendam rem, qua ubi caruero, ipſe damnum fecero, aut lucro ſperato fraudabor, aut qua ego ipſe, vel quicumque compotes mirifice capimur, & delectamur.

67 *Dilata*] Venditori.

68 *Anticipata*] Emtori.

(ff) Circa hunc contractum vide PUFENDORF. noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. 5. Cap. 5. J. B.

GRO-

ditione, ipſo contractus momento transferri dominium poſſe, atque id eſſe ſimpliciſſimum: ita [p] + Senecæ venditio *alienatio eſt*, *& rei ſuæ, jurisque ſui in alium translatio*: + nam & ita fit in permutatione. + Quod ſi actum ſit, [69] ne ſtatim dominium tranſeat, obligabitur venditor ad dandum dominium, + atque interim res erit [70] commodo, & periculo venditoris: quare + quod venditio, & emtio [71] conſtat præſtando, ut habere liceat, + & evictionem, + item quod res periculo eſt emtoris, + & ut fructus ad eum pertineant antequam dominium tranſeat, commenta ſunt juris civilis, + quod nec ubique obſervatur: imo pleriſque legum conditoribus placuiſſe, ut ad traditionem uſque res commodo, & periculo venditoris ſit, + notavit Theophraſtus in loco, qui [q] apud [a] Stobæum eſt, + ubi & multa alia inſtituta reperias de ſolennitate venditionis, [72] + de arrhabone, [73] + de pœnitentia, multum differentia a jure Romano: ſicut & apud Rhodios perfici ſolitam venditionem, & contractus quosdam alios [74] + relatione in acta, notavit in Rhodiaca + Dion Pruſæenſis.

[a] *Stob.* 42.

2. Illud quoque ſciendum, + ſi res bis ſit vendita, ex duabus venditionibus eam valituram, quæ in ſe continuit præſentem dominii translationem, (gg) ſive per traditionem, ſive aliter. + Per hanc enim [75] facultas moralis in rem abiit a venditore: quod non fit per ſolam promiſſionem.

XVI. [76] + Monopolia [r] non omnia [b] cum jure naturæ pugnant; nam poſſunt interdum a ſumma poteſtate permitti + juſta de cauſa, & pretio conſtituto: cujus rei exemplum nobis illuſtre præbet + Joſephi hiſtoria, (hh) cum is vice regia Ægypto præeſſet. Sic & ſub Romanis Alexandrini Indicarum, & Æthiopicarum mercium habebant, [s] ut Strabo loquitur, μονοπωλίαν + Poteſt & a privatis inſtitui, [77] + æquo duntaxat compendio. At

[b] *Ariſt. Pol.* 1. c. 11.

GROTII.

p *Senecæ*] De beneficiis V, 10.

q *Apud Stobæum eſt*] Titulo de legibus.

r *Non omnia cum jure naturæ pugnant*] Nota Thaletis hiſtoria de olivitate, (quæ variè à variis refertur. Vide *Ariſt.* Politic. I, 11. *Diogen. Laërt.* I, 26. ibique Intt.] Pythoclis inventum de plumbo Tyrio coemendo, unde lucrum faceret Athenienſis populus, eſt apud *Ariſtotelem* œconomicôn II. (*pag.* 510. D. E. *Edit. Pariſ.* Tom. II.) de monopolio erinaceorum, quibus expoliuntur veſtes, vide *Plinium* VIII, 37. de monopolio ſerici, *Procopium* in hiſtoria arcana. (*Cap.* 25.)

s *Ut Strabo loquitur*] Libro XVII. (p. 798.) vide & *Caſſiodorum* II, 4. & 26. (Iſtud quoque exemplum de *Alexandrinis*, non congruit. Inſpice *Strabonis* locum. *J. B.*)

GRONOVII.

69 *Ne ſtatim dominium*] Ut ex certo die res demum fiat emtoris: cujus caſus exemplum apud *Catonem* de R. R. cap. 80.

70 *Commodo, & periculo*] Si fructum faciet, is erit venditoris; ſi deterior fiet, de pretio decedet.

71 *Conſtat præſtando*] Periculo judicii evictionis, ſi res mancipio data fuerat, vel ſi alius dominus rem emtam judicio ſuam eſſe vicerit, & abſtulerit, ut regreſſus emtori ad venditorem ſit.

72 *De arrhabone*] Pignore pretii numerandi.

73 *De pœnitentia*] De reſcindendo contractu.

74 *Relatione in acta*] Ut non prius fuerint rati, & firmi, quam per actuarium ſignati ſint in commentariis reipublicæ.

75 *Facultas moralis*] Jus competens. I, 1. 4.

76 *Monopolia*] Quoties unus, vel pauci ex compoſito ad ſeſe redigunt jus mercis vendundæ.

77 *Æquo duntaxat*] Lucro utique juſto, & tolerabili, non nimio, & iniquo vendentibus.

(gg) Ponit heic Auctor, in unâ venditione ab initio dominium translatum, in alterâ non; nec diſcrimen omne petit ex traditione uni Emtorum factâ, ut perperam intellexit PUFENDORFIUS, dicto capite, §. 3. De vero ſenſu, & de re ipſâ, diximus in notis noſtris Gallicis ad hunc locum *J. B.*

(hh) Malè quadrat exemplum, ut obſervavit PUFENDORFIUS, dicto loco.

GRO-

At qui, + ut in 78 Velabro oleatii, t de compacto id agunt, ut res ſupra pretium id, quod ſummum nunc eſt, in communi pretio vendantur, + aut vi, aut fraude impediunt ne major copia importetur, + aut ideo merces coëmunt, ut vendant pretio, quod tempore venditionis iniquum ſit, injuriam faciunt, atque eam reparare tenentur. + Quod ſi alio modo impediunt invectionem mercium, + aut ideo coëmunt, ut pluris vendant, pretio tamen pro temporis ratione non iniquo, + faciunt quidem adverſus charitatis normam, quod multis evincit Ambroſius libro officiorum [a] tertio, + ſed proprie 79 jus alterius non violant. a Cap. 6.

XVII. De + pecunia ſciendum, eam naturaliter 80 + functionem recipere, u + non in 81 materia ſola, nec in ſpeciali 82 appellatione, aut forma, + ſed in genere 83 magis communi, qua ſcilicet comparatur ad res, aut omnes, aut maxime neceſſarias: 84 + quæ æſtimatio, ſi aliud non convenerit, facienda erit tempore, ac loco ſolutionis. Michaël Epheſius ad quintum [b] Nicomachiorum: ὡς ἐπὶ τῆς χρείας τοῦτο ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἴδοι ἄν τις γινόμενον· ὡς γὰρ ἐπ' ἐκείνης οὐκ ἀεὶ ὁμοίως δεόμεθα καὶ ἐν χρείᾳ τῶν ἀλλοτρίων ἐσμὲν, οὕτως οὐδὲ τὸ νόμισμα ἀεὶ ἴσον δύναται, ἀλλὰ μεταπίπτει καὶ τὸ πρότερον πλεῖον δυνάμενον ὕστερον ἢ ἔλαττον, ἢ οὐδὲν ἰσχύει· ὅμως μᾶλλόν γε τοῦτο διαμένει καὶ δεῖ ὡς μέτρῳ αὐτῷ τῶν ἀλλασσομένων χρῆσθαι. *Quod de indigentia accidit; idem in nummo videre eſt. Nam ſicut ea non eadem ſemper, nec enim alienis rebus æque ſemper opus eſt nobis; ſic nec nummus idem ſemper valet, ſed mutatur, & cum prius plus valuerit, poſtea aut minus, aut nihil valet:* x *diuturnius autem eſt nummi pretium: eoque* 85 *ut menſura aliarum, quæ comparantur, rerum uti ſolemus.* Cujus loci hic ſenſus eſt: quicquid adhibetur in hoc ut menſura ſit rerum aliarum, + debet eſſe tale, ut per ſe 86 minime flectatur; talia autem ſunt in genere æſtimabilium, aurum, argentum, + æs; + per ſe enim ferme tantundem ubique, & ſemper valent: + ſed prout res aliæ, quibus indigent homines, b Cap. 8.

GROTII.

t *De compacto id agunt*] Lex æqua, & prudens eſt C. de monopoliis, & locus notabilis apud *Lyſiam* (Orat. XXI. Cap. 5.) adverſus frumenti venditores, qui pretium falſis rumoribus incendebant. Adde *Caſſiodorum* IX, 5. &c. quicumque, 9. cauſa XIV, quæſtione IV.

u *Non in materia ſola, nec in ſpeciali appellatione, aut forma, ſed in genere magis communi*] Non tam ex ſubſtantia, quam ex quantitate l. 1. D. *de contrah. emtione.* Non corpora hic cogitanda, ſed quantitas. l. Si is cui. §. 1. *de ſolutionibus. L.* 94.

x *Diuturnius eſt nummi pretium*] Publica, ac perpetua æſtimatio. d. l. 1. D. *de contr. emt.*

GRONOVII.

78 *Velabro*] Loco urbis Romanæ, ubi oleum erat venale, clandeſtinoque inter ſe pacto convenerant negotiatores, ut omnes eodem pretio venderent. *Plaut.* Captiv. 3, 1. 29.

79 *Jus alterius*] Non committunt, de quo queri quis apud magiſtratum, aut quod magiſtratus vindicare poſſit.

80 *Functionem rec.*] Pati, ut alia pro alia, & aliud pro ea, & ipſa pro alio detur. l. 2. §. 1. D. *de reb. cred.*

81 *Materia*] Ut aurum pro argento, & viciſſim.

82 *Appellatione, aut forma*] Ut denarii pro ſeſtertiis, philippi pro thaleris, modo ſumma præſtetur quocumque genere bonæ monetæ.

83 *Magis communi*] Latius patente rerum commutabilium, vel promercalium, quatenus illis æquatur, & pro illis vel expenditur, vel accipitur.

84 *Quæ æſtimatio*] Quantum autem pro quaque expendi, vel accipi debeat, niſi quid ſpeciale inter contrahentes cautum fuerit, colligendum ex tempore, quo ſolvimus, & loco: nam hæ duæ circumſtantiæ pretia rerum variare ſolent.

85 *Ut menſura*] Ut eo aliæ res æſtimentur.

86 *Minime flectatur*] Ut ſemper idem ſit, minimumque habeat varietatis.

Digitized by Google

nes, copioſæ ſunt, aut raræ, ita eadem pecunia ex eadem facta materia, eodem pondere, [87] nunc plus, nunc [88] minus valet.

a L. 2. D. Locati. XVIII. + Locatio, & conductio, (ii) ut recte a [a] Cajo dictum eſt, proxima eſt venditoni, & emtioni, eiſdemque regulis conſiſtit: + reſpondent enim pretium penſioni, ſive mercedi, & rei dominium facultati utendi. + Quare ſicut [89] res domino perit, ita naturaliter + ſterilitas, & alii caſus, qui uſum impediunt, damno ſunt conductoris: neque eo minus locator jus habebit ad pecuniam promiſſam, quia ipſe facultatem utendi tradidit, + quæ [90] eo tempore tantum valebat; + quanquam & legibus, + & pactis immutari id poteſt. + Si tamen locator, cum conductor primus re uti impeditus eſſet, [91] alii eam locaverit, quicquid conſecutus inde fuerit, rependet primo conductori, ne ex re aliena fiat locupletior.

b §. 14. in fin. XIX. Et quod de venditione ſupra [b] diximus, + pluris rem vendi, minoriſve emi poſſe, ſi [92] in gratiam alterius vendatur, ematurve, alias non vendenda, aut emenda: + idem & de re, aut opera locata, conductave intelligendum eſt. Quod ſi una opera pluribus utilis eſſe poſſit, ut itineris ſuſceptio, & [93] locator pluribus ſe in ſolidum ſingulis obſtrinxerit + poterit de ſingulis mercedem paciſci, quam ab uno exigeret, + ubi lex non obſtat: quia quod illa opera ſecundo quoque utilis eſt, + extrinſecum eſt contractui, qui cum primo eſt initus, + neque reſpectu primi quicquam minuit de æſtimatione.

c In cap. 25. Matthæi qu. 171. & 172. XX. 1. Circa mutuum quæri ſolet, quo jure vetitæ ſint uſuræ? + & quanquam jure naturali vetitas eſſe, [94] receptior eſt ſententia, contrarium tamen ſentit [c] + Abulenſis. Neque vero videntur argumenta, quæ in alteram adferuntur partem, talia eſſe ut aſſenſum extorqueant. Nam quod de mutuo dicitur gratuitum eſſe, [y] + tantundem & de commodato dici poteſt: + cum tamen pro uſu rei pretium exigere illicitum non ſit, + ſed efficiat

GROTII.

y *Tantundem & de commodato dici poteſt*] Valde enim affinia commodatum, & mutuum, ut locatio, & fœneratio. in L unica. C. Theod. *quod juſſu* eſt: *pecuniam commodat.* Juſtinianus edidit *mutuum dat.* Nummos autem fœnore ſumtos conductos dixit *Horatius* lib. I, ſat. 2. (℣. 9.) ubi ſcholiaſtes *merces*, *uſura.*

GRONOVII.

87 *Nunc plus*] Ubi copioſæ res ſunt.

88 *Minus*] Ubi raræ.

89 *Res domino*] Quod emtum eſt, traditumque, ſi intereat, non is, qui dominus fuit, ſed qui eſt in præſens, damnum ſentit. (Mira hallucinatio Viri Doctiſſimi, quam obiter notavimus ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 6. §. 2. Loquitur contra Auctor de re venditâ, necdum traditâ, cujus tamen ipſo contractûs momento dominium translatum fuerit, ſecundum ea, quæ dixit ſupra, §. 15. J. B.)

90 *Eo tempore*] Quum conducebatur.

91 *Alii eam locaverit*] Ita ſi primus conductor contractum ſervare, & præſtare paratus ſit, quod inter ipſum, & dominum convenit.

92 *In gratiam alterius*] Non quod venalem habeat, aut ea indigeat, ſed ut petenti, aut alienare coacto commodet, aut gratificetur.

93 *Locator pluribus*] Cum compluribus ita convenerit, ut ſinguli omnem ſumtum præſtent, quaſi ſolo in uniuſcujusque negotio occupetur.

94 *Receptior eſt*] Nullo jure ſunt vetitæ, ſi modeſtæ ſunt, & civiles, niſi forte canonico, ex errore, & mala interpretatione vocabuli nato, quaſi *uſuræ* non ſint, niſi immanes, mergentes, trucidantes. Atqui tam ſunt *unciæ*, *ſextantes*, *quadrantes* uſuræ, quam *centeſimæ.*

(ii) Confer, de hoc contractu, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. Gent.* Lib. V. Cap. 6. *J. B.*

GRO-

ficiat ut contractus [95] in aliud nomen tranſeat. + Nec magis urget quod ſuapte natura [96] ſterilis eſt pecunia. + Nam & domos, & res alias natura infœcundas [z] hominum induſtria fructuoſas fecit. Illud ſpecioſius, (kk) quod hic [97] res pro re reddatur, uſus autem rei [98] a re diſtingui non poſſit, cum [99] in abuſu conſiſtat, ac proinde pro eo nihil [1] debeat exigi.

2. + Sed notandum eſt, cum rerum, + quæ uſu pereunt, + aut in alterius dominium tranſeunt, [2] + uſusfructus ſenatus conſulto introductus dicitur, [a] + non tamen effectum, ut proprius uſusfructus eſſet, + de voce uſusfructus agi, + quæ certe ſecundum ſuam proprietatem tali juri non congruit; + non tamen ſequi inde, jus tale nihil eſſe, aut non æſtimabile, [b] cum contra certum ſit, + ſiquis [3] proprietario tale jus cedat, pecuniam poſſe exigi eo nomine. Sic & jus illud non niſi poſt tempus certum reddendi pecuniam, aut vinum, eſt aliquid æſtimabile: [4] + minus enim ſolvit qui tempore minus ſolvit. + Atque ideo [a] [5] ἐν ἀντιχρήσει uſus pecuniæ cum fructibus prædii compenſatur. Quæ vero a [6] Catone, [7] Cicerone, [8] Plutarcho, [b] + & aliis, contra uſuras dicuntur, ea [9] reſpiciunt, non tam quod intrinſecum ei eſt, quam quod plerumque ei adeſt, eamque conſequitur.

a L. 1, 2. D. de uſufr. ear. rer. q. uſu conſ.

b L. 1. §. Si uſufruct. 9. D. ad legem Fal.

3. Sed quicquid hac de re ſentire libeat, + ſufficere nobis debet lex a Deo Hebræis data, quæ [10] vetat Hebræos Hebræis pecuniam dare fœnori. (ll) Eſt

GROTII.

z *Hominum induſtria fructuoſas fecit.*] Nec enim debet ſterilis eſſe pecunia. l. quid ergo. 3. §. uſuras. 4. D. *de contrar. & util. act. tutelæ.* l. debitor. 7. D. *de uſuris.*

a Ἐν *ἀντιχρήσει*] l. cum debitor. 8. D. *in quibus cauſis pignus.* l. Si ea pactione. 14. C. *de uſuris.*

b *Et aliis*] Ut *Appiano* in civilibus (*pag.* 382. B. *Ed. H. Steph.*)

GRONOVII.

95 *In aliud nomen*] *Ex commodato* fiat *conductum.*

96 *Sterilis eſt*] Nihil non ſterile, quod tibi ſterile eſſe volueris: ut contra nihil non fructuoſum, quod cultura exercere, ut fructum ferat, volueris. *Salmaſ.* de uſur. cap. 8. p. 198.

97 *Res pro re*] Ut pecunia pro pecunia, oleum pro oleo, vinum pro vino.

98 *A re diſtingui*] Non poſſit conſiderari tanquam aliquid fructificans, fructum debens.

99 *In abuſu*] Quia quod mutuum ſumo, id ſumo, ut conſumam.

1 *Debeat exigi*] Qui hoc objiciunt, ludunt in vocibus, *Uſus*, & *Abuſus*. Quaſi vero mutuum tantum ſumatur, ut conſumatur, & non potius, ut aliquid eo fructuoſum comparetur, ut domus, ager, merx cum lucro vendenda, quævis alia res utilis. *Salm.* de uſur. c. 8. p. 195.

2 *Uſusfructus SC.*] §. 2. Inſt. *de uſufr.*

3 *Proprietario*] Ei, qui dominus eſt rei, cujus alius uſumfructum habet.

4 *Minus enim*] Ut plus petit, qui ante tempus petit. §. 33. Inſt. *de action.*

5 Ἀντιχρήσει] Pignore ita dato, ut donec pecunia credita ſolvatur, eo creditor utatur fruatur vicem uſurarum. Vide ſup. §. 3. num. 4.

6 *Catone*] Fœneratorem eſſe pejorem fure, *de Re ruſt.* pr.

7 *Cicerone*] *Paradox.* 6.

8 *Plutarcho*] In vita Catonis.

9 *Reſpiciunt*] Graves, immodicas, ſanguinolentas.

10 *Vetat Hebræos*] Immo fuit hæc lex civilis, quam ea ferret respublica, conſtans ex hominibus æquatorum patrimoniorum per ſortes agri unicuique conceſſas. Itaque Hebræos alienigenis fœnerari licuit, *Deuter.* 15, 6. quod non permiſiſſet Deus, ſi fœnus per ſeſe injuſtum eſſet. Sed & proprie lex hæc ad illos pertinet, qui propter egeſtatem mutuum petunt, non qui ſui commodi, & lucri cauſa. Vide *Salmaſ.* de uſur. cap. 20. & 21. p. 618. & de fœn. trapez. pag. 203. & 210.

(kk) Vide quæ Auctor uberius dicit, ad ſolutionem iſtius difficultatis, in Adnot. ad *Lucam* VI. 35. *J. B.*

accedant, ac vulgo uſuræ eſſe videantur, + cum tamen pacta ſint generis alterius; + ut de repenſando damno, quod facit qui pecuniam dat mutuam, eo quod diu pecunia careat: + item de lucro ob mutui dationem ceſſante, + deducto ſcilicet [13] incerto ſpei, & labore, qui ſubeundus fuerat. + Sic etiam pro impenſis ejus, qui multis dat mutuam pecuniam, & in hoc paratam habet: + & pro periculo amittendæ ſortis, ubi idonee non cavetur, ſi quid exigitur, + uſura vere non eſt. Demoſthenes oratione [a] in Pantænetum, eum, qui quod ex mercatura, aut honeſta opera quæſivit, [h] + ſub modico lucello elocat, partim ut ſuum ſervet, partim ut gratum faciat alteri, + negat fœneratorum odio prægravandum. *[a] Pag. 630, 631. Ed. Baſ. 1572.*

XXII. Leges vero humanæ, + quæ concedunt aliquid ſtipulari pro uſu pecuniæ, aut rei alterius, ut apud Hollandos jam pridem conceſſum eſt aliis quidem [i] + octo nummos in centum, mercatoribus autem duodecim pro uſu annali exigere, + ſiquidem vere ſtant intra compenſationem ejus, quod abeſt, aut abeſſe poteſt, non pugnant cum naturali; aut divino jure: + ſin eum modum excedunt, [k] impunitatem præſtare poſſunt, jus dare non poſſunt.

XXIII. + Contractus avertendi periculi, quem [l] aſſecurationem vocant, + omnino nullus erit ſi [14] contrahentium alter rem, de qua agitur, aut ſalvam, quo deſtinabatur, perveniſſe, [15] aut periiſſe ſciverit: + non tantum ob paritatem, quam exigit contractuum permutatoriorum natura; + ſed quia propria materia hujus contractus eſt + damnum ſub ratione incerti. Periculi autem hujus pretium + ex communi æſtimatione petendum eſt.

+ XXIV. 1. [m] In ſocietate negotiatoria, (mm) ubi [16] confertur pecunia cum pecunia, + ſi pecuniæ æquales ſint, æquales eſſe etiam oportet partes in damno, & lucro; + ſin inæquales fuerint, partes quoque fient pro rata. Quod + Ariſtoteles fine octavi [b] Nicomachiorum ſic extulit: *ἐν χρηματικῇ κοινωνίᾳ πλεῖον λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλεῖον.* Atque + idem habebit locum ſi [17] operæ aut æqua- *[b] Cap. 16.*

GROTII.

h *Sub modico lucello*] Procopius Gotth. III. in laudibus Germani, qui Juſtiniano propinquus: *χρήματα τοῖς δεομένοις ἅπασι δανεισμοὺς μεγάλα, καὶ τόκον οὐδὲ ὅσον λόγῳ κεκομισμένος πρὸς αὐτῶν πώποτε· pecuniam omnibus opus habentibus magnas dabat utendam, uſuram autem, quæ quidem talis dici mereretur, nunquam ab ipſis ſumebat.* (Cap. 40.)

i *Octo nummos in centum*] Idem in Imperio conſtitutum.

k *Impunitatem præſtare poſſunt*] Ideo permiſſas ante ſe uſuras ad normam æquiorem reducere, *Juſtinianus* ſui officii cenſuit; novellis XXXII. XXXIII. XXXIV.

l *Aſſecurationem*] Id damnum in ſe ſuſcipere, dixit *Suetonius* Claudio. (c. 18.) Sic *Cicero* pecuniæ publicæ prædes accepit, ut populo cautum eſſet ſine vecturæ periculo, epiſtolarum II, 17.

m *In ſocietate*] Exemplum ſocietatis habes in delphinis apud *Plinium* lib. IX, c. 8. & in pinna, ac pinnotere IX, 42. meminit & *Cicero* de finibus, (III, 19.)

GRONOVII.

13 *Incerto ſpei*] Ut *Juſtin.* 38, 1. *incertum belli timens* l. 20. C. *mand. incertum litis. Freber.* 1. Parer. 2.

14 *Contrahentium alter*] Is, qui ſimulat ſe periculum, quod nullum eſt, ſubire, & pretium pro eo paciſcitur.

15 *Aut periiſſe*] Qui fingit ſeſe ut futurum metuere, quod jam evenit, quaſi tamen evitari poſſet, ut ſpe lucri alium illiciat in damnum certum.

16 *Confertur pecunia*] Ubi ambo, vel omnes contrahentes pecuniam contribuunt.

17 *Operæ*] Artis, vel laboris adminicula.

(mm) Circa hunc contractum confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 8.

æquales, aut inæquales conferantur. + Sed & opera cum pecunia, aut cum pecunia, & cum opera conferri poteſt, ut dici ſolet:

[a] *Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.*

a Plaut. *Aſin.* I. 3. 20.

2. + Sed hæc collatio non uno modo fit: [b] nam aut [18] opera confertur cum ſolo pecuniæ uſu, + quo caſu [19] ſors domino perit, & ſi ſalva eſt, + domino ſalva eſt: + aut opera confertur cum ipſo dominio pecuniæ, quo caſu qui operam impendit, + particeps fit ſortis. + In prima ſpecie [20] comparatur cum opera non ſors, ſed periculum amittendæ ſortis, & lucrum, quod probabiliter ex ea ſperari poterat. + In altera [21] + operæ pretium habetur quaſi ſorti adjectum, + & pro eo, quod valet, + in ipſa ſorte partem habet qui operam præſtat. Quod de opera diximus, + idem & [22] de labore, ac periculo navigationis, & ſimilibus intelligi debet.

b *Navarr.* 17. *num.* 250. *Covarr.* III, *Var. cap.* 2. *Leſſ. lib.* II, c. 25. *du.* 3.

3. Ut autem ſociorum aliquis lucri ſit particeps, + immunis damni, eſt quidem præter naturam ſocietatis: + poteſt tamen ita conveniri ſine injuria. + Fiet enim mixtus contractus ex ſocietate, & ex contractu [23] + averſi periculi, + in quo ita ſervabitur æqualitas, ſi tanto [24] plus lucri ferat, quam alioqui laturus fuerat, qui in ſe damnum recepit. [c] Ut autem quis damnum ſentiat + ſine lucro, ideo admittendum non eſt, + quia ita naturalis eſt ſocietati utilitatum communio, ut ſine ea nequeat ſocietas conſiſtere. Quod autem dictum eſt a Juriſconſulto [d] non expreſſis partibus æquales intelligi, ita demum pro vero habendum eſt, + ſi quæ conferuntur ſint æqualia. + In ſocietate autem univerſorum bonorum + non id, quod hinc, aut illinc obvenit, ſed quod probabiliter ſperari poterat, comparandum eſt.

c *Angelus verb. Societas* 1. §. 7. *Sylv. verbo Societas* 1. *quæſt.* 2. *Navarr.* 17. *num.* 255. *Covarr.* & *Leſſ. d. locis.*

d *L. Si non. D. pro ſocio.*

XXV. [25] + In ſocietate [e] navali adverſus piratas + utilitas communis eſt ipſa defenſio: interdum & præda. + Solent autem æſtimari naves, & quæ in navi ſunt, atque ex his ſumma confici, + ut damna, quæ eveniunt, + in quibus ſunt & [26] vulneratorum impendia, ferantur a dominis navium, & mercium, [n] + pro parte, quam habent in ea ſumma. Et hæc quidem, quæ diximus hactenus, + ipſi juri naturæ ſunt conſentanea.

e *Livius lib.* XXIII. c. 49. *Ariſt.* III. *Polit.* c. 9.

+ XXVI. 1. Nec in his + jure gentium voluntario quicquam mutatum apparet: + uno excepto, quod [27] inæqualitas rerum, in quam conſenſum eſt,

GROTII.

n *Pro parte quam habent in ea ſumma*] Vide ſimile in l. *Wiſigothorum* libro V, tit. V. c. 5.

GRONOVII.

18 *Opera confertur*] Ut cum alius operam, alius pecuniam præbeat, non tamen communis fiat pecunia, ſed pecuniæ ſimul, operæque fructus.

19 *Sors*] Id, quod collatum eſt.

20 *Comparatur cum opera*] Exiſtit æqualitas collationis, dum alter ſociorum laborat, & exercitus eſt, alter pecuniam ſuam in periculum mittit, ceſſatque ex eo lucrari quod alioqui potuiſſet.

21 *Operæ pretium*] Tanti æſtimatur labor operantis, quanti ſors ab altero contributa.

22 *De labore, ac periculo*] Et hæc conferri cum pecunia poſſe.

23 *Averſi periculi*] Aſſecurationis.

24 *Plus lucri*] Immo aliquando, etſi non plus ferat: poteſt enim ob certam ſpem lucri diffidentē altero, ut eum inducat, omnem metum in ſe recepiſſe. num. 26.

25 *In ſocietate navali*] Ammiralitate. Vide ſupra, §. 4.

26 *Vulneratorum*] Sauciorum curandorum.

27 *Inæqualitas rerum*] Si conſenſerunt ſocii res inæquales conferre, ubi nec dolus adhibitus eſt, & ſi quid in altera re incommodi erat, ſimpliciter confeſſus eſt, qui eam contulit, eas haberi pro æqualibus.

GRO-

eſt, (nn) + ubi nec mendacium interceſſit, + nec ejus, quod dictum oportuit reticentia, + in actionibus exterioribus pro æqualitate habetur: ita ut quomodo + jure civili ante 28 conſtitutionem Diocletiani actio in foro nulla dabatur adverſus talem inæqualitatem, + ita nec inter eos, qui jure gentium ſolo ſociantur 29 exactio, aut coactio ſit eo nomine. + Hoc enim eſt quod ait [a] Pomponius, 30 in pretio venditionis, & emtionis naturaliter licere ſe mutuo circumvenire: + ubi licere eſt non quidem fas eſſe, ſed ita permitti, + ut 31 nullum contra proditum ſit remedium in eum, qui ſe pacto velit defendere. *a L. 16. §. 4. D. de minor. L. 22. §. f. D. locati.*

2. o + Naturaliter autem eo in loco, ut & alibi interdum, poſitum eſt pro eo, quod recepti paſſim moris eſt, quomodo apud Apoſtolum [b] Paulum + ipſa 32 natura docere dicitur, viro turpe eſſe comam alere, cum tamen id + neque repugnet naturæ, + & multos apud populos uſitatum ſit. Sic idolorum cultores, non autem quoſvis homines φύσει ματαίους, id eſt, + *natura vanos* appellat ſcriptor libri Sapientiæ, & + τέκνα φύσει ὀργῆς Paulus [c] Apoſtolus, + non tam ex ſua, 33 quam ex Romanorum, apud quos tum vivebat, perſona loquens. Euenus [d] poeta vetus: *b 1 Corinth. XI, 14.* *c XIII, 1. Eph. II, 3.* *d Gnomograph. Ed. Sylb. p. 131.*

> Φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμεναι, φίλε, καὶ δὴ
> Ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.
>
> *Quod 34 meditare diu, durabile, fiet, amice,*
> + *Atque id naturam, credo, mortalibus eſſe.*

Ejuſdem ſenſus dictum vetus apud Galenum extat: ἐπίκτητος φύσις τὰ ἔθη, *conſuetudo adſcititia eſt natura.* Apud [e] Thucydidem ſimili notione dicitur τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις· *humana natura legum victrix.* Sic 35 πεφυσιωμένα dicunt (oo) Græci tum virtutes, tum vitia, poſtquam altas radices egerunt. Apud Diodorum [f] vero Siculum legimus: τῆς φύσεως ὑπὸ τῆς *e Lib. III. c. 84.* *f Lib. XVI. Cap. 18. pag. 519. Ed. H. Steph.*

GROTII.

o *Naturaliter autem eo in loco*] Sic *Gellius* lib. IX, c. 10. de actu conjugali *rem naturæ lege operiendam.*

GRONOVII.

28 *Conſtitutionem Diocletiani*] L. 3. C. *pro ſocio.* (Immo *L.* 2. C. *de reſcindenda venditione. J. B.*)

29 *Exactio, vel coactio*] Diverſos populos, vel principes inde injuriam ſibi factam dicere poſſe, aut jus belli habere.

30 *In pretio venditionis*] More quotidiano evenire, & vix aliter fieri poſſe in tam brevi confinio æqui, & iniqui, ut pars altera paulo plus ferat, & id patiendum ſtatuiſſe jura, ne inſanum in modum lites creſcant.

31 *Nullum contra proditum*] Non habeat actionem adverſus eum, a quo ſe circumventum putat, niſi dimidio amplius.

32 *Natura docere*] Conſuetudo illarum gentium, quæ quaſi tranſiit in naturam.

33 *Quam ex Romanorum*] Quia ſcilicet epiſtola ad Epheſios creditur data Romæ, & miſſa Epheſum per Tychicum, ut in fine illius adſcriptum eſt. Vellem autem eo loco hic uſus non eſſet, quem omnes ſani theologi accipiunt, de natura corrupta per peccatum primorum parentum in omnes poſteros propagatum: *Vivebamus quaſi nati ad iram Dei provocandam.*

34 *Meditare*] Exercebis, agitabiſque ſæpe, ac diu.

35 Πεφυσιωμένα] In naturam redacta.

(nn) Confer heic PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V Cap. 3. § 9. *J. B.*

(oo) Poſt primam iſtius Operis recenſionem incidi forte in locum CLEMENTIS *Alexandrini*, unde videtur Auctor id hauſiſſe. Ita enim ibi de *Gnoſtico* ſuo Vetus Eccleſiæ Doctor: Τῷ ἄρα ἀναπόβλητον τὴν ἀρετὴν ἔχοντι γνωστικῷ πεποιημένῳ, φυσιοῦται ἡ ἕξις. Stromat. *Lib.* VII. Cap. 7. pag. 859. *Edit. Potter.* J. B.

GRO-

τῆς ἀνάγκης ἡττωμένης· *cum neceſſitas naturam, id eſt, robur animi vinceret.* Sic Pomponius [a] Juriſconſultus cum dixiſſet, jus Romanum non pati eundem [35] in paganis & teſtato, & inteſtato decedere, addidit, earum rerum [37] + naturaliter inter ſe pugnam eſſe; cum tamen ea regula + e ſolis Romanorum moribus pendeat, neque apud alios populos locum habeat, ac ne apud ipſos quidem Romanos [p] + in militum teſtamento.

a L. jus noſtrum. 7. D. de R. J.

3. Evidens autem fuit utilitas + ejus, quod dixi juris introducendi, ad præcidendas controverſias infinitas, & ob incerta rerum pretia + inter eos, [38] qui communem judicem non habent, inexplicabiles, quæ vitari non poterant + ſi ob inæqualitatem a pactis diſcedere licuiſſet. *Hæc eſt emtionis, atque venditionis ſubſtantia* (ajunt Imperatores, [b] + ſubſtantiæ nomine morem perpetuum ſignificantes) *quod emtor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi [39] votum gerentes ad hunc contractum accedant, vixque [q] poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo, quod petierat detrahente: emtore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum conſentiant pretium.* + Seneca [c] ait hoc jus reſpiciens: *Quid intereſt quanti ſint, cum de pretio inter ementem, & vendentem convenerit? Nihil venditori debet [40] qui bene emit.* Andronicus [d] Rhodius + ſenſu eodem: τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἑκουσίοις συναλλάγμασι κέρδος οὔτε ἄδικόν ἐστιν, οὔτε εὐθύνεται· τούτων γὰρ ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος· *Lucrum, quod* (pp) *voluntate contrahentium percipitur, nec injuſtum eſt, nec corrigitur. Ejus enim rei licentiam lex conceſſit.*

b L. Si voluntate. 8. C. de reſcind. vend.

c L. VI, de benef 15.

d Nic. V. 5.

4. Is, + quem indicavi paulo ante, ſcriptor vitæ Iſidori, [e] minoris juſto emere, aut pluris vendere, vocat ἀδικίαν ὑπὸ μὲν τοῦ νόμου ἀφειμένην, τὸ δὲ δίκαιον ἀνατρέπουσαν· + *injuſtitiam a lege quidem permiſſam, ſed quæ re ipſa juſtum pervertat.*

e Apud Photium, Cod. 242. p. 1044. Ed. Rothom.

GROTII.

p *In militum teſtamento*] Immo & in paganorum teſtamentis ſæpe, ubi inofficioſi querela inſtituitur. l. 19. mater. l. nam etſi. 15. l. circa. 24. D. *de inoff. teſtament.* addita l. cum duobus. 13. C. eodem titulo.

q *Poſt multas contentiones*] Feſtus: *Cociones dicti videntur a cunctatione, quod in emendis, vendendiſque mercibus tarde perveniant ad juſti pretii finem, itaque apud antiquos prima ſyllaba per U literam ſcribebatur. Quintilianus* declamatione pro civibus: *diu cocionatus eſt.* (Decl. XII. pag. 218. *Edit. Obrecht.*)

GRONOVII.

36 *In paganis*] Non militantibus, *Sueton.* Galb. 19.

37 *Naturaliter*] Ex natura rerum, quam lex, & mos iis impoſuit.

38 *Qui communem judicem*] Qui diverſis imperiis ſunt ſubjecti.

39 *Votum gerentes*] Sperantes, cupienteſque ambo cum lucro emtor acquirere, venditor alienare.

40 *Qui bene emit*] Vili. *Suet. Jul.* 50. *Martial.* 8, 10.

(pp) Vertendum erat: *quod in Contractibus voluntariis* &c. *J. B.*

Digitized by Google

HENRICI DE COCCEII
COMMENTARIUS
IN
HUGONIS GROTII

LIB. II. CAP. XII.

AUCTOR capite præcedenti in genere egit de promiſſis; hic ſpeciatim agit *de obligatione, quæ ex contractibus oritur.* Equidem ſub promiſſis etiam contractus continentur, adeo ut in utroque idem principium ſit obligandi. Quomodo autem differant *promiſſiones*, ſeu pacta, & *contractus*, jam videbimus.

PROPOSITIO I.

Omnis obligatio ex promiſſo tum incipit, quando apparet animus transferendi juris.

DEMONSTRATIO.

Vid. C. præced. §. 1. *prop.* 7. Unde regulariter ex nudo pacto non oriri obligationem, vidimus, niſi de animo transferendi juris conſtet. *ibid.*

Additio.

„ In præcedente capite probavimus, in „ omni pacto, i. e. quoties adeſt conſenſus duorum in idem placitum, apparere „ animum transferendi juris: adeoque jure „ naturæ obligationem ex omni pacto oriri, „ ſive cauſa ſubſit, ſive non. Quod vero jus „ Romanum pactis nudis vim obligandi denegaverit; & quod Prætor vim quidem „ obligandi, non autem actionem, eis tribuerit: id ex mera ratione civili ortum „ eſſe, vidimus *ibidem;* ubi & rationem „ expoſuimus.

PROPOSITIO II.

Cum vero ſæpius dubium circa illum animum transferendi juris occurrat, jure Civili certa negotia definita ſunt, ex quibus de animo transferendi juris conſtaret: quæ contractus dicuntur.

DEMONSTRATIO.

Vid. c. præced. ad §. 1. *n.* 3.

Additio.

„ Veram originem contractuum, & differentiam inter *pacta*, & contractus indagavi„ mus in *Diſſert. proœm. XII.* §. 435. *ſeq.* „ Verba vide *ſupra Cap. XI. ad* §. 1. *n.* 3. *pr.*

PROPOSITIO III.

Contractus igitur ſunt negotia in eum finem introducta, & ſtatuta, ut ex illis certo de animo commutandi juris, indeque adeo conſtituendæ obligationis, conſtet. L. 3. §. 1. *O. A.*

DEMONSTRATIO.

Vid. C. præced. ad §. 1. *n.* 4. *pr.*

Additio.

„ Ex capite præcedenti apparet, *contractus* „ eſſe pacta, quibus cauſa ſubeſt: adeoque „ ubi ob cauſam aliquid promittitur. Nam „ deficiente cauſa, diſpoſitio vocatur *pactum* „ *nudum.* Vid. *ſupr. C. XI.* §. 1. *n.* 3. *pr.*

PROPOSITIO IV.

Commutatio juris in genere triplici modo fit: 1. Cum res in perpetuum transfertur, adeoque ubi nulla ſupereſt obligatio aliquid reſtituendi, vel præſtandi; quo pertinet donatio, dos &c. 2. Cum ita jus, ſeu res in alterum transfertur, ut aliquid reſtituatur: unde contractus reales, & innominati. 3. Cum non res ipſa, ſed jus eam petendi datur: unde contractus conſenſuales, & verbales.

Additio.

„ De origine contractuum realium, perſo„ nalium, verbalium, & literalium vide „ *Diſſert. Proœm. XII.* §. 440. *ſeq.*

PROPOSITIO V.

Quoties alter ex mea diſpoſitione factus eſt locupletior, is non tenetur ex promiſſione; ſed ideo quia locupletior factus eſt ex facto meo: adeoque eodem modo tenetur quaſi contraxiſſet. Unde quaſi contractus.

Additio.

„ Originem quaſi contractuum explicavimus „ in *Diſſ. Proœm. XII.* §. 343. & 566. *ſeq.*

PROPOSITIO VI.

Animus commutandi juris apparet vel ex nomine, vel ex facto: ſi negotium certum nomen habet, contractus dicuntur, nominati, ſi non, innominati.

DEMONSTRATIO.

Diximus enim, jure naturæ æque, ac jure civili, ex nuda voluntate non ſequi voluntatem transferendi juris, adeoque nec obligationem, niſi de tali voluntate certo conſtet.

Jure naturæ autem certo, & indubitato de animo transferendi juris conſtat, *ſi datio accedat, vel factum:* quoties, nimirum, ea lege aliquid datur, vel fit, ut alter viciſſim aliquid det, vel faciat; qui contractus dicuntur *innominati*, quia non ex nomine, ſed ex ipſo facto animus juris transferendi apparet. Sed in negotiis quotidianis, quæ non a datione incipiunt, intererat gentium ut certo de animo transferendi juris conſtaret: atque hinc *certa nomina iis negotiis dedere*, certamque formam præſcripſere, quibus adhibitis de obligandi animo certo conſtaret; qui contractus dicebantur *nominati*.

Additio.

„ Originem diſtinctionis inter contractus „ nominatos, & innominatos, ejusque ra- „ tionem, demonſtravi in *Diſſ. Proœm. XII.* „ §. 463. *ſeq. Conſ. infr.* §. 3.

PROPOSITIO VII.

In contractibus jus pœnitendi eſt, quousque jus nondum translatum, & negotium perfectum eſt.

DEMONSTRATIO.

In contractibus *nominatis* regulariter translatio juris ex ſolo nomine apparet, indeque negotio perfecto partibus pœnitere non licet, & ſaltem excipiuntur mandatum, depoſitum, ſocietas, & precarium. *Vid. infr.* §. 3. *n.* 1.

In contractibus innominatis is, qui *dat*, non transſert dominium rei ſuæ, niſi & alter a ſua parte impleverit: adeoque & vindicare is ab hoc rem datam poterit; non enim aliter dare voluit, quam ut viciſſim quid detur, vel fiat; legem enim hanc traditioni adjecit, quæ ſervanda eſt. Adeoque *dans* pœnitere poteſt, quoad usque alter a ſua parte contractum non implevit. At *accipiens* pœnitere nequit; ab ejus enim parte perfectum eſt negotium: is accipiendo teſtatus eſt ſe conventionem implere velle, adeoque hactenus plus ſuo habet.

Is vero, qui aliquid *facit* in contractibus innominatis, pœnitere nequit, quia factum infectum fieri nequit: unde nihil ſupereſt, quam ut agat ad implendum.

Additio.

„ Materiam hanc difficillimam, & a ne- „ mine ſatis explicatam, B. Parens ex ante al- „ legatis principiis late expoſuit in Diſputatio- „ ne de jure pœnitendi Sect. II. III, & IV; „ quæ Sectiones inſeri hic merentur. Verba „ hæc ſunt.

At major difficultas eſt, quæ ſit cauſa obligationum. Etenim ſola voluntas per ſe non obligat volentem; idque manifeſtæ rationis eſt: obligatio enim definitur vinculum juris, quo neceſſitate adſtringimur, princ. de Obligat. *Igitur obligandi ratio conſiſtit in vinculo, & neceſſitate ſolvendi, quam ſola voluntas adeo non infert, ut potius repugnet: obligationis enim vis eſt in invitos, & reus tenetur, & adſtringitur, atque vinculo quodam ligatur quaſi ad faciendum, etſi nolit, neget, repugnet. Voluntas vero volentem non arguit; hæc enim inter ſe arietant. Cum igitur uti quis de re ſua voluntatem declarat, ita jus eſt; utique ſola voluntate agendi expreſſa non exprimitur neceſſitas agendi, ſed ſpontaneum: & cum quis dicit*, ſe velle ire, *non id ſignificat*, ſe trahendum, compellendum, rapiendum eſſe. *Igitur ſi tecum conſentiam, nec mea voluntas me adſtringit quæ pugnant; nec tua, quia quod tu vis, id me non obligat. Denique voluntas qua talis, & per ſe ſola, non poteſt eſſe cauſa inviti, ſeu obligationis.*

Quæ igitur voluntas eſt cauſa obligationis? Reſp. Cauſa obligationis in genere, quoad bona, eſt talis commutatio juris qua alteri quid abeſt, nec jus ipſius integrum eſt: quod vel facto tuo fit, vel tali voluntatis declaratione, qua vel in re tibi tradita jus retinui, ut in contractibus, qui re fiunt; vel jus tibi conceſſi, at nondum tradidi, ut in cæteris. Cum igitur juſtitiæ lex, & formula ſit, ſuum cuique tribui; *ſequitur, quoties ex tali commutatione tibi quid abeſt, id ex hac formula a me tibi tribuendum eſſe: quæ tuum tibi tribuendi neceſſitas eſt ipſamet obligationis definitio.*

Jure itaque Gentium voluntas non eſt ἀμέσως, & directo, cauſa obligationis; ſed cauſa commutationis juris: quia hoc jure quisque legem rei ſuæ dicere poteſt, & pro eo, ac diſponit, ita jus eſt, per vulgatiſſ. *Quocumque ergo indicio partes mentem ſuam ita exponunt, ut appareat, ſe jus commutatum, & in alterum translatum velle, id alterius ita ſit, uti expoſitum eſt.* Nihil enim tam naturale eſt, quam voluntatem domini rem ſuam in alium transferre volentis ratam haberi, *ut ſunt verba* Imp. in § 40. de Rer. div. *Quemadmodum ergo voluntas domini eſt cauſa commutandi, vel transferendi juris:* ita

Digitized by Google

ita prædicta juris commutatio eſt cauſa obligationis, ſup. §. 4. Conſenſus igitur, ſeu voluntas ἐμμέσως tantum, & per indirectum producit obligationem, non per ſe ſola, vel qua talis, ſed quoties talis per eam fit juris commutatio: tum enim tenetur non vi voluntatis, ſed vi legis illius naturalis, ut ſuum cuique tribuatur.

Atque hoc egregia judicii ſagacitate, ac ſolertia perſpexere JCti Romani, & ideo cauſam obligationis unicam, in conventionibus, dixerunt συνάλλαγμα, id eſt, commutationem, ſeu negotium juris commutatorium. Ita enim locuti ſunt in l. 7. §. 2. ff. de pact. his verbis: Hoc συνάλλαγμα, id eſt, contractum eſſe; & hinc naſci civilem obligationem. Et in l. 19. in fin. ff. de Verb. Sign. dicitur: Contractum ultro, citroque obligationem eſſe, quod Græci συναλλαγμα vocant, veluti emtionem &c. Quomodo & Ariſtoteles vocavit, Lib. 5. Ethic. Nicom. cap. 7. Et hoc ipſum συνάλλαγμα JCti ſimul quoque cauſam vocant, ſcil. obligationis, d. l. 7. §. 2; ubi idem, quod initio cauſa appellatur, mox συνάλλαγμα, & contractus vocatur, & inde obligatio oriri dicitur. Atque hinc ſequitur, quod præclare docet L. 3. §. 1. ff. de obl. & act, non ſufficere voluntatem ad obligationem conſtituendam, niſi hoc animo ſit, ut obligatio conſtituatur: ille vero animus apparet ex voluntate commutandi juris. Ut inter alios videre eſt apud Sutholt. Diſſert. 12. §. 34, & ſeq. Qui & ipſe latiſſime a ſcopo aberrat. cum Accurſium ſecutus, cauſam in contractibus nominatis non eſſe dixit, d. diſſ. 12. §. 49; de quibus jam pro inſtituto ſatis.

Hæc etſi a Romanis ſolerter, & accurate definita, & expoſita fuerint, attamen crucem fixere tum Azoni, & priſcis illis Interpp., tum Connano, aliisque recentibus; ut mirum ſit, quam illi, ac cum iis Grotius, cum his vocabulis vagentur, & pacta cum cauſa, & ſine cauſa, in vanum crepent: itaque hæreant, ut facile appareat, ignaros fuiſſe quid ipſi ſibi vellent.

Hinc vero certa ratione deduci poſſunt cauſæ, ex quibus pœnitentiæ locus ſit, & quousque. Eſt autem pœnitentia actus voluntatis, quo quis a priore ſua voluntate ideo recedit, quia hæc jam diſplicet. Unde omnia, quæ Sect. 1. de voluntate dicta ſunt, ad pœnitentiam quoque ſpectant, riteque applicanda, & actus ejus eliciti, ſeu intrinſeca animi pœnitentia, ab actibus imperatis diſcernendi ſunt.

Omnis itaque pœnitentia geminam arguit voluntatem: alteram priorem, a qua receditur; alteram poſteriorem, quæ priore mutata ſequitur. Et prior quidem voluntas qualiscunque ſit, ſufficit; nam etſi coacta, vel neceſſitate expreſſa ſit, pœnitentiam, ac mutationem admittit. Poſterior vero non poteſt pro pœnitentia haberi, niſi libera ſit: eſt enim pœnitentia actus animi elicitus, ut vocant, quem ſemper liberum eſſe, diximus, Sect. 1. §. 12, & 19. Equidem poteſt metu quis adigi ad ſimulandum, vel dicendum ſe pœnitere, non autem ad pœnitendum. Ita qui mos fuit truculentiſſimorum Tyrannorum, ac perſecutorum, cogitur ſæpe homo, ut quæ coluit ſacra abjuret: ut vero eorum ipſum pœniteat, cogi non poteſt; ſed ſi animus cum actu, ſeu eo, quod profitetur, non conveniat, non ea pœnitentia eſt, ſed pœnitentiæ ſimulatio, & fictio: neque Tyranni eos pœnitentes, & probos, ſed ſimulatores, & mendaces, & impios faciunt, magno animæ periculo, quod in caput auctorum recidit.

Sed & illud §. 8. in deſcriptione pœnitentiæ notanter additum, & requiſitum fuit, ut a priore voluntate ideo receſſum fuerit, quia diſplicuit. Non enim quoties quis voluntatem mutat, ſemper etiam pœnitet: quia & ex alia cauſa mutari, quod actum eſt, poteſt, quam ex prioris voluntatis diſplicentia, vel pœnitentia. Igitur tum pœnitere proprie quis dicitur, cum quid ſubit, vel occurrit, cur factum nolit, & ideo a priore voluntate recedit, non cum nova cauſa accidit, cur in futurum nolit. Ita ſi donator donatarium ingratum experitur, & ideo dolet donaſſe; pœnitentia eſſe poteſt, etſi non revocet. Sed ſi donator cum liberos non haberet, donavit, & ſuſceptis deinde liberis repetere velit; non pœnitet hactenus donaſſe, etſi revocet ex l. 8. C. de Rev. don. id enim ex alia, & nova cauſa fit: niſi forte & hoc diſpliceat, quod olim donaverit. Item creditor, qui metu mortis compulſus promittit non petere, tamen petere poteſt: non ex pœnitentia; non enim pœnitet, ſeu diſplicet ſe pactum ita eſſe, eoque pacto mortem effugiſſe: ſed quia edicto Prætoris, ſtante quoque eo pacto, jus pœnitendi ipſi integrum eſt; quin jam tum, cum vim pateretur, potuit eo animo

fuiſſe ut vi ceſſante ageret : quo facto ne mutata quidem voluntas eſſet. Tum vero pœnitentia erit, cum diſplicet ſe pactum fuiſſe, & non potius mortem, vel periculum ſubiiſſe. Nec furis pœnitentia eſt ſi ſentiens ſe latere non poſſe, furtum ultro afferat; ſed ſi ideo reſtituit, quia diſplicet ſe feciſſe, etſi celare poſſet: prius enim non ex pœnitentia, ſed metu pœnæ fecit.

Atque hinc ſi quis rem alii ob cauſam dederit, poteſt antequam cauſa ſecuta fuerit, mutata voluntate rem repetere : neque tamen ſemper ex pœnitentia repetit; ſed ex duplici cauſa condicere rem a ſe datam poteſt : vel quia alter non præſtitit, quod viciſſim præſtare debuit : vel quia dantem pœnitet dediſſe. Hoc egregie quoque docetur in l. 3. §. 2. ff. de Condict. cauſ. dat. *cujus hic eſt contextus :* Si tibi dedero (*rem*) ut Stichum manumittas; ſi non facis, poſſum condicere; aut ſi me pœniteat, condicere poſſum *Hic utroque caſu mutatur voluntas dantis, repetendo quod dedit : utroque caſu, cum potuiſſet dans inſiſtere contractui, & omiſſa condictione quod viciſſim promiſſum erat, aut quod intereſt, præſcriptis verbis petere,* l. 5. §. 1. & ſeq. ff. de præſcr. verb. *maluit recedere a contractu, & rem datam condicere ; neque tamen utroque caſu dicitur repetere ex pœnitentia, ſed altero tantum : ſcil. cum ideo condicit, quia diſplicet, ac pœnitet contraxiſſe, & dediſſe ; non cum ideo, quia alter a ſua parte nondum implevit. Idque ita præclare declaratur in* d. *l.* 3. §. 3; *ubi ſic pergit JCtus :* Quid ſi ita dedi, ut intra certum tempus manumittas? Si nondum tempus præteriit, inhibenda erit repetitio, NB. niſi pœniteat; quod ſi præteriit, condici poterit. *Ergo & ante, & poſt tempus condici poteſt : ſed ante tempus non niſi ex pœnitentia; poſtea vero ex cauſa, quia non implevit, nec intra terminum manumiſit: quo tamen ipſo quoque caſu liberum erat danti, ad manumittendum, ſeu ad id, quod intereſt, agere.* d. l. 5. §. 3. ff. præſcr. verb.

Nec parum intereſt: nam ſi ex pœnitentia dans repetit, datur condictio, etſi per accipientem non ſteterit, quo minus impleret. L. 5. princ. ff. de cond. cauſ. dat. *Ubi ita id expreſſum eſt:* Cum per te non ſteterit, poteſt dici repetitionem ceſſare; ſed cum liceat pœnitere ei, qui dedit, procul dubio repetitur. *Si vero ex ea cauſa, quia alter non implevit, ceſſat condictio ſi per alterum non ſteterit.* L. pen. C. de Cond. ob cauſ. dat. l. 5. §. 2. ff. eod. tit. arg. L 39. ff. de Reg. jur.

Fundamentum igitur pœnitentiæ eſt negatio obligationis: quæ ceſſat, quamdiu vel ſynallagma, ſeu commutatio talis qua alteri quid abeſſe cœpit, ac jus ipſius integrum eſſe deſiit, nondum apparet : ſupr. §. 4. & ſeq. *vel negotium, quo de tali ſynallagmate, ſeu commutatione agitur, nondum eſt perfectum, adeoque nullum.* l. pen. C. de His quib. ut ind. §. pen. Quib. mod. teſt. inf. *nullaque ideo inde obligatio.* Vid. Diſp. de Actib. Imperf. ſub Dn. Præſide habitam. *Cum igitur his caſibus ceſſet obligatio, certa, & perpetua regula erit :* Quamdiu vel commutatio talis non apparet, vel negotium, quo de ea agitur, perfectum nondum eſt, natura jus pœnitendi eſſe. *Qui enim ex conſenſu non eſt obligatus ad præſtandum, ei liberum eſt non præſtare; atque poteſt a conſenſu recedere, non pœnitere. Illam enim libertatem præſtandi non niſi obligatio, quæ, ut dictum, ex commutatione juris oritur, tollit : quia obligatio in vinculo juris, & neceſſitate præſtandi conſiſtit,* ſupra §. 3; *quæ cum libertate componi non poſſunt, ut prolixe demonſtratum eſt* Sect. 1. §. 8. & ſeq. *Igitur cum natura cuique liberum ſit de re ſua ſtatuere, vel non ſtatuere;* vid. ſect. 1. §. 10. & ſeq. *tamdiu perſeverat illa libertas ſtatuendi, voluntatemque mutandi, ac pœnitendi, donec ei vinculum juris, id eſt, neceſſitas præſtandi, quæ cum libertate pugnat, injectum fuerit,* ſupra §. 3. *Nam & inde eſt, quod nunquam obligatio committi in arbitrium rei poſſit ; ſed ſi hoc factum fuerit, nulla ſit obligatio,* per l. 2. §. 3. ff. de eo quod cert. loc. l. 13. C. de Contr. emt. l. 7. pr. l. 35. §. 1. ff eod. tit. &c. *Deſiit igitur demum arbitrium pœnitendi conſtituta obligatione, ſeu juris commutatione, vel translatione. Atque ab hoc capite omnia, quæ de pœnitentia in jure tractata ſunt, fluere, ex ſequentibus apparebit.*

Ex præmiſſis primum ſequitur, in contractibus nominatis pœnitentiam regulariter locum non habere ; quia ipſo tali contractu fit commutatio juris, etſi ſolo conſenſu forte conſtet. Ea enim nomina jure Gentium recepta, atque ad ſignificandum certum nego-

negotium reperta, uti emtio venditio, locatio conductio, mutuum, commodatum &c. indicant negotium, quo ſit juris commutatio, & translatio: & his nominibus non exponitur nuda voluntas, ſed voluntas transferendi juris in alterum, adeoque ſui obligandi, unde obligatio naſcitur. Sect. 2. §. 3. & ſeq. & §. ult. Igitur cum hi contractus ſtatim obligationem producant, excludunt una pœnitentiam, juxta regulam ſect. 2. §. ult.

Hinc ex eodem fonte fluit, excipi inde tres ſpecies contractuum nominatorum, quæ pœnitentiam admittunt, ſcil. illi, quibus in alterum nihil juris transfertur ſed onus tantum gerendi negotii ei in favorem domini committitur. In his igitur cum commutatio juris non fiat, eoque obligationis cauſa deficiat, pœnitendi facultas integra relinquitur.

Talis primum contractus eſt Mandatum, ex quo mandatarius nihil juris conſequitur, ſed onus ſaltem gerendi ad utilitatem mandantis ſuſcipit: unde ex ipſo hoc contractu, cum nulla juris commutatio fiat, nec adeo συνάλλαγμα ei inſit, nulla obligatio oritur; ſed utraque pars pœnitere, & cum mandans revocare pro lubitu mandatum poteſt, §. 9. Inſt. de mandat. L. 12. §. pen. ff. eod. tit. L. 12. §. 2. ff. de ſolut. & mandatarius ei renunciare. §. 11. Inſt. de mandat. L. 12. §. f. ff. eod. tit.

Hinc vera demum ratio intelligitur, cur nec hæredes mandantis, vel mandatarii ex mandato defunctorum teneantur; ſed morte alterutrius id neceſſario finiatur. §. 10. Inſt. de Mandat. L. 26. princ. L. 27. §. 3. L. 57. ff. eod. tit. L. 19. §. 3. ff. de donat. Non poteſt enim incboari obligatio in hæredibus, quæ nulla fuit in perſona defuncti. L. 59. ff. de R. I. Hæreditas enim eſt ſucceſſio in univerſum jus defuncti, active, & paſſive, L. 62. ff. eod. tit. L. 24. ff. de V. S. Quod ergo defuncti non fuit, in id nec ſuccedi poteſt. L. 177. princ. ff. de Reg. Jur.

Quando igitur incipit obligatio ex mandato, ut deſinat jus pœnitendi? Notum eſt, eam naſci cum deſiit eſſe res integra, §. 9. §. 10. §. 11. de mandat. Hoc vero non fit, niſi aliquo ſynallagmate; ſeu juris commutatione: eouque enim integrum cujusque partis jus eſt, donec aliquo alterius facto commutatum, imminutumque fuerit, atque adeo aliquid abeſſe cœperit, vel adfuturum ſit; ut in L. 26. §. 2. L. 47. princ. L. 45. §. 2. L. 50. princ. L. 56. & paſſ. ff. mandat. L. 11. & paſſ. C. eod. tit. Hinc igitur obligatio naſcitur, juxta ſect. 2. §. 3. & ſeq. qua illi, qui alterius facto minus habet, hic tenetur ad id ei reſtituendum, eoque alteri quod ipſius eſt tribuendum. d. l. Et ſic ceſſat pœnitentia.

Hinc mandatarius ex duplici ſynallagmate tenetur, I. ſi ex geſtione aliquid ad eum pervenerit; id enim mandantis eſt, & ex re ejus, eique adeo abeſt: quo pertinent L. 10. §. 2. & 3. L. 20. princ. ff. mandat. L. 8. §. 5. §. pen. & ult. ff. eod. L. 32. §. 2. ff. de uſur. L. 43. L. 45. princ. & § 5. ff. eod. tit. &c. II. Si mandatarii culpa, vel facto damnum accidit; d. L. 20. princ. l. 21. C. eod. tit. nam & hoc facto ipſi quid abeſt, nec jus ipſius integrum eſt. Quo pertinet ſi mora reſtituendi, d. L. 32. §. 2. L. 8. §. pen ff. mand. vel negligentia fœnorandi, L. 13. §. 1. ff. de LL. vel renunciatione intempeſtiva, damnum domino negotii mandatarius dederit: L. 27. §. 2. ff. Mandat. §. 10. eod. tit. modo ejus aliqua culpa ſit; alioquin enim damnum a mero caſu eſt, qui naturaliter domino nocet. L. 26. §. 6. & 7. ff. eod. tit. arg. L 83. ff. de R. I. Omnis igitur obligatio mandatarii directo non naſcitur ex conventione mandati, ſed ſubſecuto ejus facto; quo ita commutatur jus, ut id mandanti integrum non ſit, ſed is minus ſuo habeat: quod ideo repetere poteſt. Hinc ſecus eſt, & non tenetur mandatarius, ſi ipſe, non alter, facto hoc ſuo læſus fuerit: non enim eſt damnum, quod quis propria culpa ſentit; L. 203. ff. de reg. jur. & ex illa demum commutatione obligatio oritur, qua alterius, non qua facientis jus diminutum eſt. L. 155. ff. eod. tit Unde apparet ſententia L. 22. §. fin. ff. Mandat. ubi intempeſtiva quoque renunciatio ſufficit, ſi in mandatarium redundet captio, id eſt, damnum; frequenter enim captio pro damno accipitur in legibus: L. 27. §. 1. ff. de Lib. cauſ. L. 200 ff. de R. I. l. 5. §. 2. ff. de his, qui dejec. uti captus pro læſo. L. 11. §. 3, & 4. ff. de Minor.

Ex adverſo mandans quoque ex eadem duplici cauſa mandatario tenetur. Nimirum I. ſi hic aliquid impenderit in negotium mandantis: l. 12. §. 9. L. 27. §. 4. ff. mandat ex hoc enim facto jus mandatarii imminutum, & mandantis, in cujus rem verſum eſt, auctius factum eſt, atque ad hunc id pervenit. Obligatur ergo hinc ut reſti-

reſtituat. ſect. 2. §. 3. & ſeq. II. *Si mandantis culpa damnum acceperit.* L. 26. §, pen. & ult. ff. mand. L. 61. §. 5. ff. de Furt. *Atque ita in genere, quoties facto, vel negligentia partis alteri aliquid deeſſe apparet, adeoque talis commutatio juris facta eſt, ut illud parti integrum eſſe deſierit; ex cauſa obligatio naſcitur: & hactenus pœnitentia ceſſat.*

Altera ſpecies eſt Societas: ea enim quid aliud eſt, quam mandatum mutuum, quo quisque ſocius alteri ſuæ quoque partis adminiſtrationem, ad lucrum inde faciendum, committit? Ex hoc igitur contractu nullam fieri juris commutationem, eoque nec obligationem oriri, manifeſtum eſt; cum quisque ſocius jus ſuum, perinde, ut ante ſocietatem fuit, integrum retineat: nec quicquam ſuæ partis in alterum tranſeat; ſed merum onus alterius quoque partis gerendæ, & lucri, quod hujus partis nomine capit, reſtituendi invicem commiſſum ſit.

Eadem igitur in hoc quoque contractu, ac in mandato, ſunt jura pœnitendi: nec quisquam invitus in ſocietate manere cogitur; ſed pro lubitu ei renunciare poteſt. §. 4. de ſociet. L. 4. §. 1. L. 63. §. fin. L. 65. §. 3. ff. pro ſoc. lib. 5. C. eod. tit. *Et ab eadem cauſa eſt, quod ſocietas quoque, ut mandatum, morte unius ſocii finiatur.* §. 5. de ſociet. d. L. 4. §. 1. L. 60. pr. ff. pro ſoc. dec. *Obligatio vero hic quoque oritur ab illo facto, quo jus alterius diminuitur; quodque, ut in mandato, ita & hic, duplicem cauſam habet. Vel enim ideo integrum jus ſocii eſſe deſiit, ſeu commutatum fuit, quia ad alterum ex geſtione totum, vel aliquod commodum pervenit; quod proinde cum pro parte ſocii ſit, ei, cui id deeſt, tribuere, & communicare tenetur*: L. 7. & paſſ. ff. pro ſoc. *Vel quia culpa ſocii damnum paſſus eſt, & ſuo minus habet.* L. 52. §. 2. & paſſ. ff. pro ſoc.

Atque omnem ex ſocietate obligationem ex tali ſynallagmate eſſe, quo alteri quid deeſt, inde manifeſtiſſimum fit, quia ultra id nunquam extenditur obligatio, ſed durat pœnitentia. Nam, ſi tu vel intempeſtive renuncies ſocietati, indeque alter damnum patiatur: vel ſi renuncies doloſe, ut ſolus lucrum captes; adhuc obligaris, non obſtante renunciatione, ex utraque hac imminuti juris cauſa: & quidem ex priore, quia ſocio hoc facto quid deeſt, & ſuo ille minus habet; L. 65. §. 5. ff. pro ſoc. *ex altero; quia ad te pars lucri pervenit, quæ ſocii eſt,* d. L. 65. §. 3. *Nam dolus tuus nec tibi prodeſt, nec alteri nocet,* l. 55. ff. de R. I. *Verum ultra reſtitutionem prædicti damni dati, & lucri captati, adeoque ultra, quam commutatum, imminutumque alterius jus eſt, non teneris. Quoad reliqua igitur ſocietas hac renunciatione ſoluta, atque exſtincta eſt, & manet: quia ultra non fuit obligatio, adeoque pœnitere licuit,* dd. ll. *Hinc poſtea quod accidit lucrum, vel damnum, tibi ſoli cedit,* d. l. 65. §. 3. in fin. *Hinc recte dicitur, hac tua renunciatione non liberari te a ſocio; ſed ſocium a te,* d. l. 65. §. 3. & §. 6. *Socio enim ex hoc facto tuo (non ultra) integra eſt actio contra te, ut lucrum hoc communices, & damnum ſarcias: tibi contra eum nulla, ut ſui lucri, vel tui damni, ſi quod interim forte contigit, portio communicetur; quia ſocietas, ex qua obligatio non eſt, pœnitentia ſublata eſt; ex prædicto facto renunciationis autem ſocio, non tibi, aliquid deeſſe cœpit: quæ proinde ſola obligationis cauſa eſt.*

Tertia ſpecies eſt Depoſitum, quod & ipſum mandato ſimile eſt; quia mandatur alteri cuſtodia rei: unde & commendatum *dicitur* l. 186. ff. de V. S. l. 24. princ. ff. depoſ. *niſi quod ex natura cuſtodiæ, quæ nulla eſt niſi res in poteſtate ſit, traditione fiat. Ergo & hic nulla eſt juris diminutio ex hoc contractu; ſed omne jus deponentis integrum plane manet: nec quicquam juris, ut in commodato, ſed merum onus cuſtodiæ, quod in favorem deponentis ſuſcipitur, tranſit. Quare nihil eſt, quod libere pœnitendi, & depoſitum pro lubitu revocandi poteſtatem ei auferat,* l. 1. §. 45. ff. depoſ. *Unde & hic demum obligatio eſt ex facto, quo jus alterius diminuitur. Depoſitarius itaque tenetur* 1. *quia rem accepit, & quicquid ex ea ad ipſum pervenit:* 2. *ſi damnum dedit. Deponens itidem* 1. *ſi depoſitarius quid impendit:* 2. *ſi illius culpa hic damnum paſſus eſt. Quæ conſona plane ſunt iis, quæ de ſuperioribus duobus negotiis dicta ſunt. Hinc depoſitarius tenetur ad cuſtodiam rei, quam recepit, & quousque recepit: uti mandatarius ad gerendum negotia, quæ cœpit gerere,* l. 17. §. 3. ff. commod. *Unde & verum eſt, depoſitarium pœnitere non poſſe, etſi mandatarius poſſit: quia illius*

nego

Digitized by Google

negotium, ſcil. cuſtodia, ſtatim cœpit: hujus non item.

In his vero tribus contractibus adeo integrum eſt pœnitere, ut & ſæpius variari poſſit, nec pactum in contrarium obliget. Ita in mandato *variare tamdiu licet, donec aliquid ex mandato geſtum, perfectumque fuerit:* l. 12. §. pen. ff. mandat. *uti & diſponere, & tranſigere de negotio, etiam in litem deducto, quaſi nihil mandatum eſſet.* Carpz. dec. 246. n. 5. *Et licet mandans pactus fuerit de non pœnitendo, vel revocando, tamen poteſt,* l. 22. princ. ff. de legat. 3. l. 12. princ. ff. de Precar. & ib. Bart. n. 1. *quia nec hoc pacto jus ejus minus integrum ſit. Nec enim plus juris inde, quam ex ipſo mandato tranſfertur; ſed contra, unus ſaltem augetur: jus vero mandantis nulla parte imminuitur;* arg. l. pen. ff. de Pact. *adeo ut licet pactum juratum ſit, revocatio tamen valeat, ut ſtatuit* Addit. ad Bart. (*non ipſe Bart.*) d. l. 12. Vant. de Nullit. tit. 11. n. 158. *quamvis qui revocat, perjurus fiat, ut bene poſt* Gloſſ. Vant. d. l. *quia cauſa obligationis ex pacto tota ceſſat; etenim ex perjurio agitur ad pœnam perjurii.*

Idem eſt in Societate *: neque ex pacto ſocius obligatur ut in ſocietate permaneat: neque adeo, ut poſt mortem duret, vel ut hæres in ea ſuccedat; ſed eo pacto non obſtante ſolvitur unius morte ſocietas, etiam inter vivos,* l. 65. §. 9. l. 59. ff. pro ſoc. (ubi exceptio eſt): *niſi id ſaltem pacti ſint, ne unius morte inter reliquos ſolvatur, quod valet; eaque eſt ſententia* d. l. 65. §. 9. verſ. niſi aliter. *Sed & licet certo tempore adjecto, ſi ante tempus renuncies, non libereris a ſocio; tamen hoc quoque caſu tollitur ſocietas: & tu tantum teneris ex damno, quod ex intempeſtiva renunciatione ſocio contigit,* l. 65. §. 6. ff. pro ſoc.

Denique idem eſt in depoſito, *nimirum, ut non obſtante pacto revocari tamen poſſit, ut conſtat ex* l. §. 45. & 46. ff. depoſ. *Ut proinde omnium horum ratio plana ſit: omninoque liqueat, cur in ſolis his contractibus pœnitentiæ locus ſit; & quod omnis obligatio in conventionibus jure Gentium, & Civili, ſit ex facto, quo jus alterius minuitur, quod* ſynallagma *dixere.*

Hactenus de contractibus Nominatis. Sequuntur Innominati, in quibus latior pœnitendi ſcena aperitur, ſed compendio præſentanda. Primum vero conſtat, quod factum pœnitentia revocari nequeat: cum factum infectum fieri per naturam non poſſit, ut vulgatum eſt ex L. 12. §. 2. ff. de capt. & poſt. *In ſpecie igitur*, facio ut facias, *quæſtio omnis de pœnitentia ceſſat.*

In cæteris ſpeciebus non minus in propatulo eſt, dantem ſemper pœnitere, & datum revocare poſſe, quoadusque alter contractum a ſua parte nondum implevit. L. 5. §. 2. ibi: vel ad repetendum. L. 7. ff. de Præſcr. verb. L. 1. in fin. C. de Rer. perm. L. 3. §. 2. & paſſ. ff de cond. cauſ. dat. *Quod jus plane conſequens eſt rationi naturali, expoſitis hactenus principiis, & regulæ* ſect. 2. §. ult. *traditæ; idque a duplici cauſa eſt.* PRIMUM *enim negotium quoad jus dantis perfectum non eſt, quia non dedit animo donandi, ſed ut alter viciſſim quid præſtaret. Quousque igitur hic non præſtitit, imperfectus eſt contractus* do ut des, *vel* do ut facias. *Cum itaque ex negotio imperfecto dans obligatus non ſit, certum eſt, eum pœnitere, & repetere poſſe.* Sect. 2. §. ult. *Quod impleto contractu ſecus eſt, quia tum jus plene quæſitum eſt accipienti, quod ei auferri amplius nequit.* Sect. 2. §. ult.

DEINDE, *quia non eſt tale ſynallagma, vel factum tale, quo accipientis jus integrum eſſe deſiit; illi enim nihil deeſt, ſed danti: nec* minus *ille, ſed* plus *ſuo habet, & accipiendo ſe danti, non dantem ſibi obligat. Igitur cum dans neutiquam ſit obligatus, & dando non ſe alteri, ſed alterum ſibi obligaverit; manifeſtum eſt, ipſum omnimodo rem datam condicere, ac pœnitere poſſe. Secus igitur ſi accipientis jus imminutum, eique aliquid ex hac cauſa deſit.* Sect. 2. §. ult.

Contrarium dicendum eſt in eo, qui accepit: is enim pœnitere non poteſt, quia omnino obligatus eſt danti; idque ex utraque cauſa. Nam I. *negotium ab ipſius parte perfectum eſt, quia nihil amplius ipſi petendum reſtat: negotium autem illud fuit de commutando, vel transferendo jure; quia ea lege accepit, ut viciſſim rem daret, id eſt dominium transferret, vel aliud quid præſtaret. Ex hac ergo diſpoſitione ſua obligatur prout diſpoſuit.* Sect. 2. §. 5, & 6. II. *Ex hac commutatione danti tamdiu jus ſuum deeſt, donec accipiens, quod viciſſim promiſit, præſtet: ad hoc ergo obligatur.* Sect. 2. §. 4. l. 8. §. 1. ff. de pact. l.

5, &

5. & paſſ. ff. de præſcr. verb. *Manifeſtum igitur eſt, accipientem pœnitere, & a contractu recedere non poſſe.* Sect. 2. §. ult.

Unde ultro ſequuntur duæ diverſæ actiones ad res diverſas, quibus convenire accipiens, & dans agere poteſt; quarum optio penes dantem, ſeu auctorem eſt. ALTERA, *qua ex pœnitentia, vel quia cauſa ſecuta non eſt, dans agit ad repetendam rem, quam dedit, atque adeo ad recedendum a contractu: ſcil. condictio cauſa data, quæ eſt quaſi ex contractu.* Arg. §. 1. quib. mod. re contr. obl. §. fin. de obl. quæ quaſi ex contr. ALTERA, *qua dans ex contractu agit ad præſtandum rem promiſſam, vel quod ejus rei nomine intereſt; ac proinde ad implendum contractum: ſcil. actio præſcriptis verbis, quæ ex hoc contractu datur.* tot. tit. ff. Præſcr. verb. *Et actoris arbitrium eſt, qua actione uti, & utrum pœnitere, atque recedere a contractu, an ei inſiſtere velit.* d. l. 5. §. 2. l. 7. de præſcr. verb. d. l. 1. C. de Rer. perm.

Hinc ſolvitur difficilis illa in ſpeciem antinomia inter l. fin. ff. de cond. cauſ. dat. & l. 5. §. 1. ff. de præſc. verb. *In illa periculum accipientis; in hac dantis dicitur eſſe: in illa accipiens non liberatur Stichi interitu; in hac contra. Nam Reſp. loqui textus de diverſis actionibus:* dicta l. fin. *de condictione qua res data, ſcil. pecunia, repetitur, quæ non periit, adeoque condici poteſt: &* dicta l. 5. §. 1. *de actione præſcriptis verbis, qua res promiſſa, ſcil. Stichus, repetitur, qui periit, adeoque tum periculum actoris eſt, & reus interitu rei liberatur ab ea actione, qua ob iſtam rem convenitur, quæ interiit.*

Cæterum in his quoque negotiis non ultra fines ſynallagmatis eſt obligatio. Etenim ſi dederim tibi pecuniam ut Capuam ires, etſi per te non ſtet, pœnitere, ac repetere pecuniam poſſum: & licet jam ſumtus in iter feceris, tamen condicere poſſum, nec ultra teneor, quam ad erogatos abs te ſumtus reſtituendos, quia hucusque ex hoc facto tibi quid deeſt, l. 5. pr. ff. de cond. cauſ. dat.

Pariter, ſi dedi ut ſervum manumittas, isque interim fugit, pœnitere mihi licet, & condicere. d. l. 5. §. 3. ſupr. §. 2. *Secus eſt ſi ex hoc negotio tibi quid deſit:* ſupr. §. 3. princ. *vel ſi ejusdem negotii cauſa minus de fuga ſollicitus fuiſti, alias diligentius ſervum habiturus,* d. l. 5. §. 3. in fin. *Priori enim caſu negotium hoc cauſa eſt ut pretio ſervi careas; altero, ut ſervo. Non poteſt ergo a te repeti quod datum, & ſervi pretium eſt,* d. l. 5. §. 3. *Sed ſi ſervum ex fuga receperis, nihil amplius deeſt, niſi forte quod ſervus ex fuga deterior factus ſit: jam igitur quod datum eſt repetitur, detracto eo, quo propter fugam minoris eſt,* d. l. 5. §. 2. *Sed ſi, cum id velim, manumittere ſervum nolis, totum, quaſi cauſa non ſecuta, condicitur:* d. l. 5. §. 3.

Paria ſunt, ſi non fuga, ſed mors ſervi manumiſſionem præverterit: repeti enim quod datum eſt poteſt, niſi negotium hoc cauſam dederit morti, vel ne, cum venalis eſſet, diſtractus fuerit ſervus; vid. d. l. 5. §. fin. *Nec excipere poteris, quod impletus ſit contractus, quia per te non ſtetit, ſed morte ſervi præventus non potuiſti manumittere, ut in* l. 3. §. fin. ff. de cond. cauſ. dat. arg. l. 39. ff. de R. I. *Nam nihil tibi deeſt; quia ſervus quoque deceſſiſſet, etſi negotium hoc contractum non fuiſſet: quæ ratio additur in* d. l. 3. § fin. *eoque valde confirmatur, quod vera cauſa obligationis ſit talis commutatio juris, ex qua alteri quid deeſt: tibi vero nec deeſt ſervus ex hoc negotio, ſed ex obitu ejus; nec quod dedi, quia hoc fuit pretium libertatis, nec niſi pro libertate tibi debitum, quæ ſecuta non eſt. Secus eſt ſi per alium ſtet: nam ille tum eſt cauſa cur alteri quid deſit; & ſic hoc facto obligatur ad reparandum damnum, cujus ipſe cauſa eſt, ut ſit in* d. l. 3. §. fin. *& de eo loquitur* d. l. 39. &c. *Eadem expoſitio eſt* d. l. 5. §. 1. §. 2. *in quo pecunia data ad ſervum emendum, & manumittendum, ante emtionem pœnitere mihi licet, deinde non licet. Sed id intereſt, quod hic ſervi emti morte, vel fuga, tu libereris; nec ego a te repetere poſſim quod dedi, ſi per te non ſtetit. Quod contra fuit in ſuperiore caſu; ſed ab eodem principio: hic enim, repetito quod dedi, tibi quid deeſt, nec tuum jus integrum eſt; dediſti enim pretium pro ſervo: hoc igitur ſi & mihi redderes, de tuo dediſſes venditori, idque tibi deeſſet; mihi vero nihil deeſt, quia dedi ad ſervum emendum, & tu emiſti. Adeo accurata, & certa norma obligationis eſt, ſi facto aliquo jus alicujus ita commutetur ut integrum eſſe deſinat, alterique quid deſit: quod* ſynallagma *Græci dixere,* Sect. 2. §. 6. *idque in omnibus aliis oſtendi poſſet.*

Hoc

Digitized by Google

Hoc idem in pactis egregie apparet. Etenim ſi pacto nulla inſit commutatio, vel translatio juris, nulla inde vel naturalis, vel civilis obligatio naſci poteſt. Quod apparuit in pactis ne mandatum, ſocietas, vel depoſitum revocetur, Sect. 3. §. 13. 14. 15. *quorum nulla vis eſt, quia utriusque partis jura integra manent, nec cuiquam inde quid deeſt. Et ex voluntate, ſeu conſenſu ſolo non oriri natura obligationem, ſed ſemper eam pœnitentia mutari poſſe demonſtratum eſt* Sect. 2. §. 3. *Quod & totidem prope verbis dicitur* in l. 22. princ. ff. de legat. 3, *ubi de voluntate hac regula traditur* : Suprema voluntas potior habetur; *& additur declaratio* : ſi ſpecialiter dixerit (*mutatio enim non præſumitur*) prioris voluntatis pœnituiſſe; *& ratio notabilis* : Nemo enim eam ſibi poteſt legem dicere, ut a priore (*voluntate*) ei recedere non liceat. *Et porro id demonſtratur eo, quod* L. 17. princ. ff. precar. *dicitur* : Nulla vis eſt hujus conventionis, ut rem alienam invito domino poſſidere liceat. *Eo enim pacto nihil juris in alterum transfertur, ſed omne jus domini manet, eique integrum eſt: quæ & ratio eſt* l. pen. ff. de Pact. &c. *Inde quoque eſt, quod voluntas, ſeu conſenſus de emendo, permutando, commodando &c. nullam vim habeat, & nec exceptionem pareat: pugnant enim conſenſu juris commutationem fieri, & de eo commutando adhuc agi.* Vid. citatam jam diſp. de Actib. imperf. *In his omnibus igitur liberum pœnitendi arbitrium eſt.* Sect. 2. §. ult. *In cæteris quoque pactis, quæ nudo conſenſu fiunt, non apparet animus transferendi juris, atque ita ſui obligandi*, Sect. 2. §. 4. *unde nec ulla obligatio olim nata fuit, ſed commendatus ſaltem a dicti, factique conſtantia is, qui ultro pactis ſtetit. Nec tota hæc ratio ſimul mutata a Prætore, ſed initio ſaltem exceptio ex pactis data*; l. 7 pr. ff. de Pact. *ſenſim pauca quoque lege ita confirmata fuerunt, ut actio inde daretur: donec Canones, & mores omnibus eandem vim actionis contulerunt; ut in vulgus notum eſt. Ita lex pactis tribuit vim obligandi, quæ natura eis non ineſt; uti aliquando iis, quæ tantum virtutis, vel humanitatis, quin quæ indifferentia ſunt, vim juris, & obligationis largitur: ut*, ne mulieres genas radant; nec rogus aſcia poliatur: *Item in* L. 105. ff. de Solut. §. 1. de fideic. hæred. &c.

Talis igitur obligatio non eſt ex natura negotii, ſed ex ſpeciali lege, vel uſu: ſeu, ut DD. loquuntur, non eſt nativa, ſed dativa. Vid. d. diſp.

Præterea idem accidit in precario, quo nihil juris, ſed ſola poſſeſſio, quæ facti eſt, transfertur; l. 12. princ. & §. 1. in fin. & paſſ. ff. de Precar. *& omne jus danti integrum manet*, l. 15. princ. ff. eod. tit. *ubi dicitur*: Et habet ſummam æquitatem, ut eatenus quisque noſtro utatur, quatenus ei tribuere velimus. *Unde negatur, contracti negotii ſpeciem eſſe*, l. 14. ff. eod. tit. *& interdictis accenſetur*, l. 2. ff. eod. tit. *In precario igitur ſemper ex hac cauſa pœnitere licet, nec valet pactum in contrarium*, d. l. 12. & ſeq. *Secus, ac in commodato, ex cujus natura, nomine indicata, jus uſus, ſeu utendi alteri conceditur; & ideo commodator durante uſu ex pœnitentia revocare regulariter non poteſt: finito uſu poteſt; quia tum uſus cum re domino, ad quem nunc pertinent, deeſt. Quæ omnia evidentia ſunt.*

Hinc quoque vera ratio conſtat, cur in teſtamentis ad noviſſimum usque halitum pœnitendi ſit facultas, l. 1. C. de SS. Eccleſ. *Conſtant enim voluntate unius, de transferenda quidem hæreditate, ſed non niſi poſt mortem; adeoque negotium manet imperfectum, niſi aditio hæreditatis ſequatur: interim vero legum fictionibus ſuſtinetur; at hærede non adeunte in univerſum evaneſcit.* Vid. Diſp. de Teſtam. Principum. *Nec moneri quidem opus eſt, inde quoque eſſe quod in donationibus inter vivos, aliisque modis, quibus dominium in alium transfertur, pœnitentiæ arbitrium ceſſet; ſcil. quia dans nihil juris retinuit (ut in contractibus realibus), ſed omne dominium alteri ceſſit: qua commutatione nemini quid deeſt, ſed utriusque jus, prout diſponunt, integrum eſt. Inde ergo cognoſci datur, quam hujus principii ratio ſibi conſtet, ac ei cum toto jure, & huic ſecum perfectiſſime conveniat.*

„ *Hactenus B. Parens.* Nos Principia pœ-
„nitentiæ, & revocationis, quæ ab uno con-
„trahentium fiunt, compendioſe expoſui-
„ mus in *Diſſertatione Proœm. XII.* §. 353.
„ 354. *Verba hæc ſunt.*

NOTA EDITORIS. Verba illa exhibet Editio *Wratislavienſis.* Huic meæ vero cum acceſſerit ipſarum Diſſertationum proœmialium

volumen, quod ibi actum, hic non agendum duxi: uti jam ſupra pluries monui.

PROPOSITIO VIII.

Juris poſitivi eſt, quod ex contractu poſſit agi de culpa, de dolo, de uſuris, ex mora, & de eo, quod alias æquum, & bonum eſt.

DEMONSTRATIO.

Nam ex diſpoſitione nulla oritur obligatio, niſi quatenus diſpoſitum eſt: at de culpa, dolo, uſuris &c. nihil inter partes actum eſt; unde actio ex contractu inde oriri per rei naturam nequit.

At non inde ſequitur, aliquem impune culpam, dolum, & moram committere poſſe. Nam omnino exinde obligatur is, qui tale quid committit: ſed non obligatur ex illo contractu, verum ex facto ſuo illicito, quo efficit ut aliquid alii abſit, unde propria jure naturæ actio, & diſtincta ab altera, quæ ex contractu eſt, datur.

Atque id jure civili ita obtinet in contractibus *ſtricti juris*. Unde nec de culpa, nec de dolo, nec de mora agi poteſt; ſed tantum de eo, quod verbis expreſſum eſt: etſi ſeparata actione ad id, quod intereſt ob culpam, &c. agi poſſit.

Quædam autem negotia jure civili in ſpecie ad id confirmata ſunt, ut etiam ex ipſo contractu de eo, quod æquum, & bonum eſt, agi poſſit: atque hi contractus dicti ſunt *bonæ fidei*, quia non tantum exinde agitur ad id, quod promiſſum eſt, ſed & præterea ad omne id, quod æquum, & bonum eſt.

Additio.

„ Rationem hujus inſtituti explicavi in *Diſſert. Proœm. XII.* §. 365.

AD §. I.

Actuum humanorum, qui ad aliorum hominum utilitatem tendunt, alii ſunt &c.] „ Auctor ad indagandam naturam contractuum ſupponit I. *actuum humanorum*, qui ad aliorum utilitatem tendunt, alios eſſe *ſimplices*, alios compoſitos, ſeu *mixtos*, §. 1. & §. 5. II. *Simplices* iterum diſtinguit in *beneficos*, & *permutatorios*, §. 2. III. Beneficos porro ſubdiſtinguit in meros, aut cum mutua obligatione, §. 2. De *meris* IV. ulterius diſtinguendo, ait, eos aut in præſens, aut in futurum promittere, §. 2.

„ Deinde V. *permutatorios* iterum dividit in *diremtorios*, & *communicatorios*, §. 3. Contractus *diremtorios* VI. dirimere partes, omneſque ad tria capita revocari, ait: nimirum, *do ut des, facio ut des facio ut facias.* Addit, JCtos Romanos quosdam contractus excepiſſe, illiſque ſpeciale nomen dediſſe; at naturali jure ad tria illa genera pertinere, § 3. *n.* 1. *n.* 3. *n.* 4. *n.* 5. *Communicatorios* illos contractus vocat, qui communionem afferunt, § 3. *n.* 1. In his autem communicari, ait, aut facta, aut res; aut hinc res, inde facta, §. 4.

„ VII. *Mixtos* actus, ait, eſſe aut principaliter, aut per acceſſionem alterius, §. 5. & *ſeq.*

„ Atque ex his VIII. tandem concludit, omnes actus humanos, qui ad aliorum utilitatem tendunt, extra mere beneficos, contractuum nomine apellari, § 8. *ſeq.*

„ Vix adduci poſſum, ut credam ſerio Auctorem hæc ſcripſiſſe. Tantas enim affundit materiæ huic ſimpliciſſimæ tenebras, & tot adhibet latebras obſcuritatis, ac in tot ſe conjicit tricas, ut vix ipſe ſe extricare nequeat. Quis, quæſo, populus, quæ gens, ex obſcuris hujuſmodi verborum involucris, omni ratione deſtitutis, ſe judicari poſſe, aut debere, opinabitur?

„ Differentia inter *contractus*, & *pacta*, ex jure Romano originem cepit. Jure naturæ enim ex omni pacto, ex omni promiſſione, & ex omni diſpoſitione (nulla habita differentia inter pacta, & contractus, ſive nominatos, ſive innominatos) jus in alterum transfertur, & obligatio inde oritur prout partes inter ſe diſponunt: omniaque hæc negotia ſunt innominata. JCti Romani noluerunt ex qualibet promiſſione obligationem oriri, ſed tunc demum *ſi propter cauſam aliquid promittitur*, ne cives temere ſua jactent. Hinc orta eſt illa diſtinctio inter contractus, & pacta. *Contractu* enim dixere ea pacta, *ubi propter cauſam aliquam, adeoque non temere*, aliquid promittitur. Omnibus reliquis negotiis, *ubi cauſa talis non ſubeſt*, *Pacti* nomen reliquere; illudque vel *nudum*, vel *legitimum* fecerunt.

„ Præterea iidem JCti quibusdam contractibus certum nomen indiderunt, eoſque contractus *nominatos* vocarunt: qui non differunt a contractibus *innominatis* quoad obligationem; ſed in eo ſaltem, quod actio nominata inde detur, & certa agendi formula præſcripta ſit: ſecus, ac in contractibus innominatis, ubi ex præſcriptis verbis, & ex facti expoſitione, de actione conſtat. En

Digitized by Google

„ En totum ænigma, quod tam operoſe „ Auctor propoſuit, & peſſime ſolvit. Proli- „ xius hæc principia explicavi in *Diſſ. Proœm.* „ *XII.* §. 339. & 435. *ſeq.* Add. *ſupra c.* „ *XI.* §. 1. *n.* 3.

AD §. II.

SIMPLICES *alii benefici, alii permutatorii*] Actus benefici Grotio ſunt, ubi beneficium in alterum confertur, ut in donatione; *permutatorii* quid ſint, *vide* §. 3. Equidem ex beneficis, ubi dominium in alterum transfertur, plane non oritur obligatio; neque enim ibi contrahitur, ſed dominium transfertur.

Benefici aut meri] „ Ubi is, qui diſponit, „ merum beneficium in alterum confert, ut „ in donatione.

Aut cum mutua quadam obligatione] " Ut „ in omnibus pactis, quæ cauſam habent.

Benefici meri aut in præſens abſolvuntur] „ Uti ſi actu perficitur donatio.

Aut in futurum prominent] " Ut in pacto „ de donando.

In præſens abſolvitur factum utile] " Si „ ſtatim, & facto ipſo commodum in aliquem „ confertur, ut in donatione.

De quo nihil loqui neceſſe eſt] " Quia translato dominio nulla ſupereſt obligatio, de „ qua ſola hic quæritur.

Quando utilitatem quidem parit, ſed nullum effectum juris] " Is enim, qui beneficium „ in aliquem confert, non id agit ut alter obligetur, i. e. viciſſim aliquid præſtet, vel „ faciat: adeoque hactenus effectus juris nullus hic adeſt.

Item donatio, qua dominium transfertur] „ Donatio neque pactum eſt, neque contra- „ ctus: adeoque non eſt modus producendi „ obligationem, ſed transferendi dominii.

Qua de re egimus ſupra] " *C.* 6. §. 1. Nam „ ſi dominus rem ſuam alii ex mero beneficio tradit, id neque vi pacti, neque vi con- „ tractus. ſed vi dominii agit.

In futurum promiuent promiſſiones tum dandi, tum faciendi] " Si quis non actu dat, „ ſed promittit ſe donaturum, vel in utilita- „ tem alterius quid facturum.

De quibus jamjam egimus] " Scilicet in ca- „ pite præcedenti, *de promiſſis*: ubi dictum „ eſt, jure naturæ ex omni pacto, ſive dandi, „ ſive faciendi, oriri obligationem.

Benefici actus cum obligatione mutua ſunt, qui aut de re diſponunt ſine alienatione] " v. „ g. ſi res alii commodatur: hic eſt actus be- „ neficus ubi res non alienatur; at mutua ei „ ineſt obligatio, quia debet reſtituere com- „ modatum finito uſu.

Aut de facto, ita ut aliquis effectus ſuperſit] „ v. g. ſi alii curam rei meæ committo, actus „ erit beneficus a parte mandatarii: ſed cum „ mutua obligatione, quia effectus ſupereſt, „ ut id, quod ex mandato penes eum eſt, „ reſtituere mihi debeat.

Talis eſt circa rem uſus conceſſio, qui commodatio dicitur] " Unde definitur commoda- „ tum, quo res gratis utenda ita traditur, ut „ in eadem ſpecie finito uſu reſtituatur. §. 2. „ *Inſt. Quib. mod. re contr.*

In factis præſtatio operæ ſumtuoſæ, aut obligatoriæ, quæ dicitur mandatum] " Manda- „ tum enim definitur, quo quis negotium al- „ terius ab hoc ſibi commiſſum gratis ſuſci- „ pit: *l.* 22. §. 11, *l.* 15. *ff. Mand.* & unde „ mandatarius tenetur mandanti ad omnia, „ quæ mandati nomine præſtare tenetur, *l.* „ 8. §. 5. *Mand.*

Cujus ſpecies eſt depoſitum] " Mando enim „ alii cuſtodiam rei meæ. Differunt tamen, „ quod in *mandato* negotium, *hic* res committatur: quod in *priori* caſu facultas diſponen- „ di intra fines mandati competat, in *depoſito* nudum onus cuſtodiæ.

„ Depoſitum igitur itidem eſt actus benefi- „ cus, cum obligatione mutua. Hinc definitur „ depoſitum, quo res gratis cuſtodienda ita „ traditur, ut eadem quandocunque reſtitua- „ tur. §. 3. *Inſt. quib. mod. re contr.*

His autem actibus] " Scil. beneficis, cum „ mutua obligatione.

Similes ſunt actuum promiſſiones]" Scil actus „ humani benefici meri, qui in futurum pro- „ minent.

Niſi quod hæ in futurum prominent] Quo „ retulit paulo ante promiſſiones tum dandi, „ tum faciendi.

Quod & de actibus jam explicandis intellectum volumus] " Nimirum, de actibus permu- „ tatoriis; *vid.* §. *ſeq.* nam hi actus etiam cum „ obligatione mutua ſunt.

AD §. III.

MALE Auctor 1. ait, contractus eſſe di. temtorios. 2. Romanos ab iis excepiſſe contractus nominatos, *l.* 5, *ff. de juſt. & jur.* 3. Male confundit nomina permutationis, & contractuum nominatorum. 4. Male ait, in innominatis tantum ineſſe quod dictum eſt; in nominatis vero venire etiam quod dictum non

non eſt. 5. In prioribus pœnitentiæ locum eſſe, non in poſterioribus. Idque 6. introductum eſſe ob frequentiorem uſum. 7. Legem civilem ſubtrahere vim obligandi.

1 *Actus permutatorii*] " Quos oppoſuit acti-
,, bus beneficis, §. 2. *pr.*

Aut diriment partes] " Grotius non expli-
,, cat, in quonam *diremtio partium* conſiſtat:
,, cæterum impropria hæc eſt locutio; novi
,, ſunt termini, & JCtis, & Philoſophis inco-
,, gniti, & qui revera nihil ſignificant, immo
,, rem, per ſe perſpicuam, obſcuram reddunt.

Aut communionem adſtruunt] " I. e. Aut
,, facta communicant, aut hinc res, inde fa-
,, cta, ad utilitatem communem: ut in ſocie-
,, tate. *Vid.* §. 4.

Actus eos, qui diremtorii ſunt, recte dividunt JCti &c.] " Verum non eſt, JCtis
,, cognitos eſſe actus diremtorios. Verum non
,, eſt, eos contractus innominatos ſaltem ad
,, tria genera revocare: nam JCti quartum
,, addunt, *do ut facias*, de quo ſtatim plura.

In L. Naturalis ff. præſcriptis verbis] " *Aut*
,, *enim do tibi ut des: aut do ut facias: aut*
,, *facio ut des: aut facio ut facias. l.* 5. *pr.*
,, *præſcr. verb.*

2 [*Ab hac diviſione*]" Qua contractus diremto-
,, rii dividuntur in do ut des do ut facias &c.

Eximunt quosdam contractus, quos ipſi nominatos vocant] " Qui proinde ſua natura et-
,, iam ad quatuor has ſpecies pertinent, ſed
,, certum nomen acceperunt jure civili.

Non tam quod proprium habeant nomen]
,, Immo hæc ſola ratio eſt cur contractus no-
,, minati dicantur, quia ſcilicet ex ſolo nomi-
,, ne de tota negotii natura conſtat.

Habet enim hoc & permutatio &c.] " Immo
,, permutatio eſt verus contractus innomina-
,, tus, unde etiam actio de præſcriptis verbis
,, inde datur: cur autem certum nomen ei,
,, (ut & æſtimatorio contractui) inditum ſit,
,, ejus rationem explicavi in *Diſſ. Proœm.*
,, *XII.* §. 463.

Quam quod ob uſum frequentiorem vim acceperint talem &c.] " Verum eſt, propter
,, frequentiorem uſum certum nomen quibus-
,, dam contractibus datum eſſe: at ab hoc ip-
,, ſo nomine nominati dicti ſunt.

Etiamſi nihil eſſet dictum ſpecialiter, ex ipſo nomine ſatis poſſit intelligi &c.] " Ita enim is,
,, qui allegat ſe *emiſſe*, hoc ipſo declarat, ven-
,, ditorem promiſiſſe, ſe rem pro certo pretio
,, tradere velle; & ſic in cæteris.

Unde] " Quia ſcil. ob uſum frequentiorem,
,, ex ipſo nomine ſatis potuit intelligi natura
,, negotii.

Certa de illis prodita erant actionum formulæ &c.] " Quas primi legiſlatores ex ra-
,, tione politica introduxerunt, ne populus
,, prout vellet actiones inſtitueret, *l.* 2. §. 6.
,, §. 7. *orig. juris. Heinecc. Antiq. Rom. tit.*
,, *de Action.* §. 19: & quarum interpretandi
,, ſcientia penes collegium pontificum ſub-
,, ſiſtebat, *d. l.* Has Papirius publici juris fe-
,, cit, *d. l.* Et tandem Juſtinianus eas ſuſtulit.
,, *Tot. tit. C. de act. form. ſublatis.*

Hoc tantum ineſſet, quod dictum erat]
,, Immo in eo non differre contractus nomina-
,, tos, & innominatos, vel exinde conſtat,
,, quia in contractibus quoque nominatis, ſi
,, ſtricti juris ſunt, tantum id in actionem ve-
,, nit, quod dictum eſt.

Non communis aliqua, & uſitata formula]
,, Quæ quotidie obvenientibus negotiis præ-
,, ſcripta fuit

Sed accommodata ad ipſum factum] " Si
,, enim natura negotii ex nomine a legibus
,, indito non apparet, ſponte ſequitur, for-
,, mulas actionum non ex lege, ſed ex facti
,, expoſitione deſumendas eſſe.

Quæ ideo præſcriptis verbis dicitur] " Quia
,, ex narratione facti demum judicari debet
,, qualis actio inde oriatur: unde actiones,
,, quæ ex contractibus innominatis dantur,
,, dicuntur etiam actiones in factum.

Ob eandem cauſam uſus frequentioris] " In
,, paucis his lineis multa traduntur ab Aucto-
,, re, quæ admitti non poſſunt. Male enim
,, 1. ſtatuit, in contractibus nominatis, *re*
,, *etiam integra*, injungi implendi neceſſita-
,, tem; in contractibus vero innominatis da-
,, ri pœnitendi licentiam. Male 2. differen-
,, tiam in eo ponit, quod illi contractus ſint
,, frequentiores, hi rariores. 3. Male ait,
,, pœnitendi licentiam in contractibus inno-
,, minatis ſaltem *impunitatem* inferre, non jus.

Si requiſita quædam adeſſent &c. injungebatur implendi neceſſitas] " Ita ut pœnitere non
,, licuerit: at ſtatim probabimus, id jure civili
,, non demum ſtatui ob cauſam uſus frequen-
,, tioris; ſed quia perfecto negotio utrius con-
,, ſenſu, pœnitentiæ locus non eſt.

Ut in venditione, ſi de pretio conveniſſet, etiam re integra] " Si partes de re, & pretio
,, conveniunt, emtionis negotium perfectum
,, eſt utriusque conſenſu, & jus ex eo mo-
,, mento in alterum transfertur. Hoc jus
,, voluntate utriusque quæſitum, per pœni-
,, tentiam unius auferri nequit. Male igi-
,, tur hic effectus tribuitur cauſæ uſus fre-
,, quentioris.

Cur

Digitized by Google

,, Cur ergo *res integra eſſe* dicitur? Reſp.
,, integram dici ad effectum periculi : etſi
,, enim negotium perfectum ſit utriusque con-
,, ſenſu , adeoque quoad effectum obligatio-
,, nis res non amplius ſit integra ; eſt tamen
,, integra intuitu periculi , quia periculum in
,, emtorem non tranſit quamdiu aliquid agen-
,, dum ſupereſt. *Vid. infr.* §. 15.

*Id eſt antequam a partium altera præſtitum
eſſet aliquid*] ,, Rectius , quamdiu non con-
,, ſtat , quid , quale , & quantum venditum
,, eſt. Rationem naturalem expoſuimus ſupra
,, *§. 1. in additione Propoſit. VII.*

*Cum in illis rarioribus re integra daretur
pœnitendi libertas*] ,, Diximus , etiam in ven-
,, ditione pœnitendi libertatem non dari ,
,, niſi re integra : non autem eſt integra
,, quoad effectum obligationis , quando par-
,, tes de re , & pretio convenerunt , etſi in-
,, tegra ſit ad effectum periculi.

,, In *contractibus innominatis* ſemper res
,, integra eſt intuitu ejus , qui dedit ; non
,, intuitu ejus, qui accepit : uti rationibus ju-
,, ris naturæ dicta *Propoſ.* 7. demonſtravimus.
,, Quod igitur D a n s pœnitere poſſit , id
,, non oritur ex cauſa uſus rarioris horum ne-
,, gotiorum ; ſed quia res intuitu *dantis* inte-
,, gra eſt , quamdiu A c c i p i e n s a ſua
,, parte non implevit. *Hic* igitur pœnitere ne-
,, quit , quia negotium ejus intuitu perfe-
,, ctum eſt : *ille* poteſt.

Id eſt impunitas] ,, Imo licentia illa pœ-
,, nitendi ex ipſo jure naturæ oritur : quia
,, omnibus caſibus prædictis pars pœnitet an-
,, tequam jus in alterum ſit translatum , adeo-
,, que ubi res adhuc eſt integra.

Ut ſola contrahentium fide ſtarent] ,, Di-
,, ximus , implendi neceſſitatem in venditio-
,, ne ideo injunctam eſſe contrahentibus ,
,, quia negotium perfectum eſt utriusque con-
,, ſenſu ; adeoque pœnitere non licuiſſe , quia
,, hactenus res non amplius eſt integra.

3 *At jus naturæ ignorat hæc diſcrimina*]
,, Naturali jure omnes contractus ſunt inno-
,, minati : & in omnibus contractibus , etiam
,, qui poſtea nominati facti ſunt , pœniten-
,, tiæ locus non eſt ſi negotium perfectum ,
,, adeoque res integra non eſt.

Aut minus ſunt naturales] ,, Immo magis
,, ſunt naturales , quia omnes contractus
,, in primævo hominum ſtatu fuere innomi-
,, nati.

Aut minus antiqui] ,, Cauſa enim obli-
,, gationis , tum ex nominatis contracti-
,, bus , tum ex innominatis, ab ipſa natura eſt.

*Immo permutatio, quæ innominatis accenſe-
tur*] ,, Cur ergo certum nomen accepit ?
,, Rationem explicavimus in *Diſſ. Præm.*
,, *XII.* §. 463.

Emtione & ſimplicior eſt , & antiquior]
,, Quod ad obligationem attinet , utraque
,, coæva eſt , & utriusque eadem origo natu-
,, ralis ; prout enim quisque diſponit , ſive
,, permutando , ſive emendo &c. ita jus
,, eſt : at forma emtionis , & venditionis ,
,, quod nimirum pretium , i. e. pecunia
,, numerata adhiberi debeat , poſtea demum
,, ſtatuta eſt ; atque quoad hanc formam ve-
,, rum eſt, quod permutatio ſit & ſimplicior ,
,, & antiquior , quia ſignata pecunia inven-
,, tum hominum eſt.

*Ubi de certamine publico agitur , cui præ-
mium conſtitutum eſt*] Ibi omnino ſynalla-
gma , ſeu commutatio juris ſubeſt ; nam
ideo certamen ſuſcipio , ut detur mihi præ-
mium , quod certantibus publice promiſſum
eſt : adeoque hic eſt contractus innominatus ,
facio ut des.

*Nos ergo naturam ſequentes , contractus
omnes diremtorios &c. ad tria genera revoca-
bimus*] ,, Si naturam ſequi volumus , di-
,, cendum eſt 1. differentiam inter contra-
,, ctus diremtorios , & communicatorios nul-
,, lum uſum in diſciplina juris naturalis ha-
,, bere. 2. Non omnes contractus , quos Au-
,, ctor diremtorios vocat , ad tria genera re-
,, ferri poſſe : quia omittit contractum *do ut
,, facias* ; & contractus conſenſuales , qui ne-
,, que a datione , neque a facto incipiunt ,
,, ut *emtio venditio* , *locatio conductio* , *&c.*
,, Sed & 3. *commodatum* , *depoſitum* , *man-
,, datum &c.* nec ad diremtorios , nec ad
,, communicatorios referri poſſunt : & tamen
,, ſunt contractus.

*Nullo nominatorum , aut innominatorum
diſcrimine*] ,, Nomina enim ab hominibus
,, inventa , adeoque non a natura ſunt.

Dicemus proinde] , Poſito ſcil. illo princi-
,, pio , quod omnes contractus diremtorii na-
,, turali jure ad tria genera revocari poſſint.

*Dari , ut detur , ſtatim quidem rem pro
re*] ,, Adeoque obligatio hic non a conſenſu
,, incipit , ſed ab ipſa datione , quæ fit ſub
,, conditione ut viciſſim aliquid detur. At
,, cum obligatio in contractibus diremtoriis
,, etiam nudo conſenſu contrahi poſſit , uti
,, ſi promitto rem ea lege ut alia detur , quod
,, fit in emtione venditione , locatione condu-

Digitized by Google

,, ctione , &c ; neceſſario ſequitur , contra-
,, ctus diremtorios non omnes revocari poſſe
,, ad tria genera : ſed tales dari , qui non a
,, *datione* incipiunt.

Ut in ea , quæ ſpecialiter dicitur permuta-
tio] ,, Nam permutatio definitur , quando
,, res datur ea lege , ut accipiens viciſſim det
,, rem aliam : *L.* 1. *pr.* §. 2. *ff. l.* 6. *C. de*
,, *rer. perm.* adeoque obligatio hic incipit a da-
,, tione.

Antiquiſſimum haud dubie commercii genus]
,, Nam obtinuit antequam pecunia ſignata ex-
,, ſtitit , adeoque antequam forma emtionis
,, venditionis introducta fuit. Differentiam hu-
,, jus permutationis a venditione expoſui in
,, *Diſſ. Proœm. XII.* §. 463. *n.* 5 : & ra-
,, tionem , cur proprium ei datum ſit no-
,, men , explicavi *ibidem.* De antiquitate
,, permutationis teſtatur Homerus in §. 2.
,, *Inſt. Emt. vend. Conf. ſupr. h.* §. *n.* 3. *ad*
,, *v. Emtione & ſimplicior &c.*

Quod collybum Græci vocant] ,, Legi me-
,, rentur ea , quæ B. Carpzovius in *Diſp. de*
,, *Cambiis theſ.* 3. hanc in rem diſſerit.

Mercatores hodie cambium] ,, Vox hæc eſt
,, a verbo cambire , aut cambiare , h. e. per-
,, mutare. *Vid. Covarruv. in collat. vet.*
,, *num. c.* 7. *n.* 4. *Nicol. de Paſſeribus de*
,, *privat. ſcript. L.* 3. *q.* 42. *n.* 4. & 5.
,, *Marquard. de jure merc. L.* 2. *c.* 12.
,, *n.* 10. *Carpz. d. diſp. th.* 2. Cambia ergo
,, nihil aliud ſunt , quam contractus innomi-
,, nati , ubi do pecuniam , ut viciſſim alibi
,, pecunia detur. Hoc negotium inter mer-
,, catores originem cepit : & quia de ſola pe-
,, cunia numerata danda , & accipienda hic
,, agitur , ſpeciale nomen nactum eſt , & in-
,, ſignia privilegia, quæ mores in favorem com-
,, merciorum huic permutationi tribuerunt.

Pro pecunia , ut in emtione , ac venditione]
,, Verum hoc eſt ſi vel res emta , vel pretium
,, ſtatutum , ſtatim traditur : tunc enim na-
,, turali jure eſt contractus innominatus *do ,*
,, *ut des.* Quid ſi autem partes inter ſe ſaltem
,, conſentiant de re pro pretio tradenda ? Hæc
,, emtio venditio eſt contractus innominatus ,
,, ſi naturam ſequimur ; at non eſt *do ut des ,*
,, quia non a datione incipit , ſed ſolo con-
,, ſenſu perficitur : certiſſimo indicio , non
,, omnes contractus diremtorios poſſe ad tria
,, illa genera revocari.

Aut uſum rei pro uſu rei] ,, Gronovius
,, exemplum ponit in Antichreſi. Ubi credi-
,, tori jus re pignorata utendi fruendi , in vi-
,, cem uſurarum , vel pro uſura æris alieni ,
,, conceditur. *Laut. comp. pag.* 231.

Aut uſum rei pro pecunia , quod locatio con-
ductio dicitur] ,, Admitti id poteſt ſi negotium
,, a datione incipit : i. e. ſi res locata ſtatim
,, traditur. Quid ſi conſenſu ſaltem mutuo
,, perficiatur negotium ? ſane , hoc caſu non
,, eſt *do ut des.* Unde iterum apparet , loca-
,, tionem conductionem non ad tria illa gene-
,, ra referri poſſe.

Intelligimus tum nudum uſum , tum eum ,
qui cum fructu conjunctus eſt] ,, Differentiam
,, inter uſum , & uſumfructum , explicavi-
,, mus in *Diſſ. Proœm. XII.* §. 305.

Sive is ſit temporarius] ,, Ut in antichreſi ,
,, quæ finitur ſoluto debito.

Sive perſonalis] ,, Si ſoli perſonæ concedi-
,, tur , adeoque ejus morte finitur.

Sive hæreditarius] ,, Si uſus ille ex pacto
,, etiam ad hæredes tranſit.

Ut interpoſito tempore tantundem , & ge-
nere idem detur] ,, Quod mutuum dicitur ,
,, *pr. Inſt. Quib. mod. re &c.* & quod po-
,, ſtea , accepto ſpeciali nomine , deſiit eſſe
,, contractus innominatus. Differt autem a
,, permutatione , quia in mutuo non alia res ,
,, ſed tantundem reſtitui debet.

Quæ pondere , numero , menſura conſtant]
,, Hæ enim ſolæ res fungibiles ſunt , & in
,, his ſolis tantundem , i. e. res ejuſdem va-
,, loris reſtitui poteſt. Naturam rerum fungibi-
,, lium explicavi ſupra *L.* 2. *c.* 10 §. 13.

Quam pecunia] ,, Hæc enim eſt res maxime
,, fungibilis. *Vid. l.* 2. §. 3. *Reb. cred ibique*
,, *Goth.*

Facti cum facto permutatio] ,, Hic eſt alter
,, contractus innominatus , *facio ut facias.*

Innumeras habere poteſt ſpecies pro factorum
diverſitate] , Et toties obtinet , quoties fa-
,, ctum præſtatur , ut in ejus compenſationem
,, fiat aliud. *L.* 5. *pr* §. 4. & 5. *ff. de Præſcr.*
,, *verb.* Qui caſus in infinitum variare poſſunt.

At facio ut des aut pecuniam &c. aut rem]
,, Tertium igitur genus contractuum diremto-
,, riorum eſt *facio ut des :* quod non innume-
,, ras habet ſpecies , uti genus præcedens ;
,, ſed tres tantum , ut ſcil. alter viciſſim det
,, aut rem , aut pecuniam , aut uſum rei.

Atque id in factis quoque quotidianæ utili-
tatis locatio conductio dicitur] ,, Uti in loca-
,, tione operæ. Quod verum eſt ſi a facto inci-
,, pit negotium ; non ſi nudo conſenſu perfi-
,, citur. *Vid. ad h.* §. *n.* 3. *not. meam penult.*
,, & *n.* 4. *not ſecundam.*

In

Digitized by Google

In facto præſtandæ indemnitatis &c. averſio periculi] " Hoc negotium nunquam a facto ,, incipit, adeoque nulla ratione ad *facio ut* ,, *des* revocari poteſt. In negotio enim aver- ,, ſionis periculi ſaltem promittitur indemni- ,, tas in futurum, ſi forte res peritura eſt: ,, adeoque negotium hic ſolo conſenſu perfi- ,, citur, & per pactum ſuſcipitur periculum, ,, v. g navis, pro certo pretio.

Vulgo aſſecuratio] " De qua agetur *inf.* §. 23.

Aut ut des rem, aut uſum rei] " Adeoque ,, contractus innominatus *facio ut des* non ,, tantum eſt, ſi facio *ut des aut rem, aut pe-* ,, *cuniam*; ſed & ſi facio *ut des uſum* rei: ,, ſufficit enim fieri aliquid ſub lege ut viciſſim ,, aliud detur, ſive id in pecunia, ſive in ,, re, ſive in uſu ſaltem rei conſiſtat.

Ad §. IV.

Communicatorii] " Dixit enim ,, Auctor, actus permutatorios aut dirimere ,, partes, aut communicationem adferre, ,, § 3. *n.* 1.

Aut facta communicant] " Si plures invi- ,, cem promittunt, quod velint communica- ,, re lucrum ex operis ſuis.

Aut res] " Quando plures agunt de com- ,, municandis bonis, vel in genere vel ,, quoad certas res.

Aut hinc res, inde facta] " Uti ſi plures ,, conveniunt ut alter operam, alter rem ,, conferat ad communem utilitatem.

Quæ omnia veniunt ſocietatis nomine] " Nam ,, ſocietas eſt ubi agitur de communicando ,, invicem rei, vel negotii lucro & damno, ,, *l* 57. *ff. pro ſoc.* Cur autem *ſocietas* non ,, æque, ac *emtio*, & *locatio*, ad contractus ,, diremtorios referri poſſit, rationem non vi- ,, deo. Ponamus enim, alterum ſociorum ſta- ,, tim certam pecuniæ ſummam ſocio tradere, ,, ea lege, ut ipſe operam præſtet, & lu- ,, crum commune ſit: ſane, naturali jure ,, hic eſt contractus *do ut facias*. Præterea di- ,, ximus, diſcrimen inter contractus direm- ,, torios, & communicatorios nullum in hac ,, diſciplina uſum habere. *Vid. ad* § 3. *n.* 3. ,, *not. penult.*

Et bellica ſocietas] Quæ inter eos contrahitur, qui jus belli habent. Sed & a privatis contrahi poteſt jure neceſſariæ defenſionis: Cum enim commercia ſint juris naturæ, armis quoque ea defendere privati poſſunt contra vim injuſtam in locis, ubi judicis copia non eſt, adeoque ubi jus belli privati obtinet.

Frequens navium privatarum coitio adverſus piratas] " Rem eleganter deſcribit *Mar-* ,, *quard. de Jur. Mercat. l.* 2 *c.* 11. §. 35.

Admiralitas, Græcis Σύμπλοια, vel Ὁμόπλοια, quod conjunctim una claſſe navigetur, eſt ſocietas navium ad diverſorum mercatorum defenſionem ſpectans. Hanc apud Batavos, & Hollandos, diuturnæ belli Hiſpano-Belgici calamitates, hoſtiumque, & piratarum excurſiones eum in finem introduxere, ne ullæ hiſce ex portubus naves ſolvant, niſi certo, ad aliarum defenſionem inſtructarum, numero ſtipatæ; nulliſque vel primum, vel poſtremum ſolventibus, vel armatis, vel minus armatis, id harum armandarum, & inſtruendarum contributione exemtis; quarum officium eſt, fideliter ſibi invicem neceſſitatis tempore adſiſtere, & de futuro periculo certis ad hoc ſignis conſtitutis, earumque una, atque altera Architalaſſi, & Admirali vicem ſuſtinente, cæteras in tempore præmonere, ſuppetias ferre, viamque per hoſtium claſſes aperire. Damnum per hoſtes, aut piratas, harum uni, atque alteri extra nautarum culpam illatum, magnæ, ſeu groſſæ Avariæ inſtar, a cæteris concomitantibus navibus rependitur: vid. *nos infr. libr.* 3. *c.* 4. *n.* 19. videlicet pulveris nitrati, & cæterorum muniminum bellicorum ob communem defenſionem jactura, hominumque in conflictu vulneratorum, mutilatorum, aut occiſorum cura, cumque plena mercede, & vectura, ſumtibusque ſepulturæ, reparatio quælibet navium, mercium que, antequam ſolvat, prius æſtimatione facta. Quicunque autem defendendo, aut aſſiſtendo negligentes aſſiſtunt, tenentur ad reparationem detrimenti cæteris ob id illati, nulla ipſis retributione rerum amiſſarum facta. Quibus adhuc aliæ ſtatutis, & ordinationibus municipalibus adduntur pœnæ. Navibus autem, quæ celeri ſua navigatione fretæ a cæteris excurſiones faciunt, tanquam culpa ſua damnum ſentientibus, & ſui facti nomine pœnam merentibus, nihil ex communi reſarcitur: *arg. l.* 9. *ff. de noxal. act.* & *l.* 203. *de R. J. fac. l.* 52. §. *fin.* & *l.* 60. §. 1. *ff. pro ſoc.* Plura de hac ſingulari admiralitatis ſocietate qui ſcire deſiderat, conſulat, & videat *verſchiedene Placæten und* ordinantien *von Konig Philips den II. in Hiſp. und der Herrn Standen General der unierten Niederlanden uſſgerichtet*; *Abſonderlich* 'T Placaat *van Kon.* Philip. de ult. Octobr. Anno 1563. Tit. *van toeruſtung van Schepen.* Ordonant. *van Admiralſchoppen van de Staaten van Holland, Zyede gedrucket woren. De Placæten van de Seerechten. Placæten van de Staaten General van eer.* 9. *November. Anno* 1603. *de* 23. *Febr.* 1607. *de* 22. *Jul.* 1625. *de* 16. *Jan.* 1627. *de* 17 *Martii* 1627. *de* 20. *Octobr. Anno* 1628. *de* 14. *Martii Anno* 1629. *de* 24. *Decembris* 1630. & *de* 3. *Octobris anno* 1643. &c. & noviſſime Stypm. *de Jur. nautic. p.* 4. *c.* 11. *n.* 48. & *ſeq.*

Hiſce

Hiſce addi libet vernacula noſtra *Die Admiralitet-Ordnung der Stadt Hamburg de Anno 1623. ſub lit. Q. in fin. huj. Tractat.* Et nuperrimum tractatum Jo. Loccen. *de jur. marit. lib. 2. cap. 2.*

Quam vulgo Admiralitatem] Barbara hæc vox eſt, & denotat ſocietatem inter privatos de communi navigatione : & infra §. 25, videbimus tria in hac ſocietate contineri. Omnia autem hic nituntur utriuſque diſpoſitione.

Additio.

„ *Admiralitas* nomen habet ab Admiralio i. e. teſſalarcha, præfecto maris, ſeu claſſis. *Franciſc. Junius in not. ad Codinum.* ADMIRALII autem vocem alii derivant a voce Arabica. *Emir*, ſeu *Amira*, quæ dominum ſignificat, vel Principem, & Græco ἅλιος marinus. *Junius d. l. Vid. Voſſ. de vit. lat. Serm. l. 2. c. 2. Wats. ad Math. Paris. voce Admiralius. Reinold. Kurike ad tit. 7. jur. mar. Hans. art. un. fol. 178. Du Freſne Gloſſar. voce Emir.* Alii Gallicam vocem, *Salmuth. ad Pancirol. l. 2. tit. 1. f. 19:* alii Saxonicam aiunt, *Edwart. Cock.* refutati a du Freſne voce Amiralius.

„ Novam, & ingenioſam ab Italo Auctore didici derivationem, quæ maxime probabilis mihi videtur. Nimirum, Duces durante prælio navali certo quodam loco ſtare, & juſſa edere ſolent; qui locus vocatur *miraglio*, adeoque juſſa *al miraglio*, i. e apud ducem petuntur. Hinc ex figura Rethorices dux ipſe, a loco, quo juſſa edit, Almiraglio, & corrupte Ammiraglio, ſeu terminatione latina Admiralis dici ſolet.

AD §. V.

MIXTI *autem actus*] " Nam Auctor actus humanos alios facit ſimplices, alios compoſitos, ſeu mixtos. *Vid.* §. 1. Compoſitos eſſe, ait, quando diſpoſitione diverſa negotia ſequuntur.

Aut principaliter] " Quando actus diverſa negotia principalia continet.

Aut per acceſſionem] " Quando actus duo negotia continet, alterum principale, alterum minus principale, ſeu acceſſorium.

Si ſciens rem majorem emam, & quod plus eſt in pretio alteri condonem, partim donatio erit, partim emtio] " Adeoque duo negotia principaliter ſeparata. Cæterum ſi non in ſpecie id agitur, ut quod plus eſt in pretio, pro donato habeatur; unum ſaltem erit negotium: quia re emta nunquam plus eſt in pretio, quod inter partes convenit: nec læſio naturaliter in pretio datur. *Vid. infr.* §. 14.

Si fabro pecuniam promitto, ut de ſuo auro mihi annulos faciat] Immo hic non eſt negotium mixtum, ſed mera venditio; partes enim conveniunt, ut faber annulum confectum pro certo pretio vendat. Si conveniam cum fabro, ut ex meo auro annulum conficiat, non eſt emtio, quia aurum jam meum eſt: adeoque hactenus nihil acquiro. At quia operam ſuam pro mercede mihi præſtat, eſt mera locatio operæ: adeoque nec hoc caſu eſt mixtio; idque JCti optime ita definiunt in *L. 20. contr. emt. l. 65. Eod. l. 3. ff. Locat.* §. 4. *Inſt. loc. cond.*

Sic & in ſocietate accidit, ut alter factum, & pecuniam, alter pecuniam tantum contribuat] Confundit Auctor plures præſtationes ex uno negotio cum pluribus negotiis: ſi plures ſocii coëunt, & unus eorum & factum, & pecuniam promittit, non hic ſunt diverſa negotia una conventione comprehenſa, i. e. non ſunt contractus compoſiti, aut mixti; ſed diverſæ præſtationes unius negotii, unaque ſimplex eſt diſpoſitio.

Et in feudali contractu rei feudalis conceſſio beneficium eſt] Immo hic quoque actus ſimplex eſt, non compoſitus; partes enim inter ſe diſponunt ut alter beneficium, i. e. prædium, accipiat, ſub lege fidelitatis, & ſervitiorum.

Quod ſi onus penſionis accedat, eatenus miſcetur cum Emphiteuſi] " Imo nec hoc caſu diverſa ſunt negotia: beneficium enim alii conceditur, ut & ſervitia, & canonem præſtet: quod unum eſt negotium, & diverſæ præſtationes unius diſpoſitionis, & negotii.

Fœnus quoque nauticum mixtum quid eſt ex contractu mutui, & periculi averſi] Fœnus nauticum eſt quando quis alii credit pecuniam mari transvehendam, ea lege ut periculum ſit penes creditorem: unde differt a mutuo, quia natura mutui in eo conſiſtit, ut periculum ſit debitoris, qui dominus eſt pecuniæ; nec eſt contractus inno-

Digitized by Google

innominatus *do ut des*, quia propriom nomen huic negotio datum eſt, ſcilicet fœnus nauticum.

Additio.

„ Jure naturæ hic unum negotiom eſt: adeo-„ que nulla compoſitio hic obtinet. Inter pa-„ ciſcentes enim convenit, ut certa pecunia „ alicui ſolvatur ea lege, ut reddat eam com „ uſuris centeſimis, ſi ſalva fuerit navis. „ Vocator hoc negotium Bodemeria, quæ „ jure civili diverſis modis contrahi poteſt. „ Vid. B. Parentis *diſput. de Bodemeria* quæ „ exſtat in *Vol. II. diſput. ſ.* 1449.

Ad §. VI.

PER *acceſſionem ad alterum actum fit mixtio*]" In §. præcedenti Auctor egit de „ mixtione actuum, quæ fit *principaliter*. „ Hic de iis actibus agit, qui miſcentur per „ acceſſionem.

Ut in fidejuſſione]" Aliisque negotiis, ubi quis conſentit ſe pro alio ſolvere velle; quod tribus caſibus contingit. Ita enim I. *Conſtituens* promittit ſe ſoluturum id, quod antea jam debebatur vel a me, vel ab alio, *l.* 5. §. 2. §. 4. & *ſeq. l.* 28. *ff. conſt. pec.* Hoc conſtitutum jure Civili non inferebat obligationem, quia is, qui ait, ſe velle ſolvere, non ſimul ait, ſe inde velle obligari. Sed prætor demum ob æquitatem pactum hoc conſtitoti confirmavit, indeque actionem dedit. *L.* 1. *pr. conſt. pec.* II. *Fidejuſſor* jubet alii credi, & id fide ſua fieri vult: ſed & hoc negotium nollam infert neceſſitatem. Unde jus Civile tunc demum actionem inde dat, quando verba ſolennia accedont, quia tunc demum apparet, ſerio eum voluiſſe fide ſua, i. e. periculo ſuo jubere, & ita ut alter fidem ejus ſequatur. *Tot. tit. ff. de fidejuſſ.* III. *Mandator* mandat alii credi; & tum mandans actione mandati tenetur ei, qoi fidem mandantis ſecutus credidit: ſane, mandatario aliquid abeſt facto mandantis, quod ei reſtitui debet, *l.* 16. §. 5. *ff. Furt.*

Additio.

„ Auctor hæc negotia refert inter actus „ mixtos per acceſſionem ad alterum actom. „ At nulla hic eſt mixtio; ſed duo ſunt con-„ tractus principales, duoque ſeparata, & „ diſtincta negotia: *alterum* inter debitorem, „ & creditorem: *alterum* inter hunc, & fi-„ dejuſſorem, ſeu mandantem.

Nam fidejuſſio &c. plerumque mandatum eſt]" Debitor enim fidejuſſori mandat, ut „ ſuam obligationem in ſe recipiat; unde „ etiam fidejuſſori actio mandati datur. *L.* 4. „ *pr. fidej. l.* 10. §. 11. *Mand.* Bene autem „ Auctor addit, *plerumque*: nam negotium „ hoc contrahi quoque poteſt per negotio-„ rum geſtionem, ſi, ſcilicet, ſine manda-„ to quis fidejoſſerit pro amico abſente; *L.* „ 4. *pr. fidejuſſ. l.* 20. §. 1. *Mand.* & tunc „ datur ei actio negotiorum geſtorum contra „ debitorem principalem. Sed & per contra-„ ctum innominatum negotium hoc contrahi „ poteſt, ſi, ſcilicet, debitor principalis fi-„ dejuſſori aliquid dat ut fidem interponat; „ tonc enim eſt *do ut facias*.

Videtur actus mere liberalis]" Quia fi-„ dejuſſor nihil recipit, ſed gratis intercedit. „ At Ideo non miſcetur actus; nam nego-„ tium, quod inter fidejuſſorem, & credi-„ torem geritur, proprium, & ſeparatum „ eſt negotium, ex quo propria, & ſepara-„ ta actio inter contrahentes datur ex pa-„ cto, & promiſſione.

Sed quia contractibus oneroſis accedit, inde cenſeri ſolet]" Mentem Grotii obſcuram „ ſatis, illuſtravit *Puſend. J. N. l.* 5. *c.* 2. „ §. 5. Res ita ſe habet. Auctor mixtio-„ nem hic fieri, putat, inter cauſam prin-„ cipalem, & acceſſoriam; inter debitom „ ipſum, & fidejuſſionem: ſtatuitque, pro-„ miſſionem fidejuſſoris, etſi ex cauſa mere „ liberali fiat, induere naturam contractus „ principalis, qui oneroſus eſt, & cui ac-„ cedit. Sed dictom jam 1. eſt, non miſceri „ hic actus, ſeu negotia; diſtinctiſſima enim „ manent: & alia eſt obligatio, qua prin-„ cipalis debitor creditori, alia, qua fide-„ juſſor creditori ligatur. Equidem eadem „ utrobique cauſa debendi eſt, adeo ut de-„ bito principali ſublato ceſſet debitum fide-„ juſſoris; ſed eo ipſo non miſcentur obli-„ gationes, quæ alia omnino eſt in perſona „ fidejuſſoris. Unde 2. patet, fidejuſſionem „ non ideo cenſeri actum oneroſum, quia „ oneroſis contractibus accedit; ſed ideo, „ quia ſua diſpoſitione onus in ſe ſuſcipit, „ ſecuritatem alii promittendo, quod one-„ roſum eſt

Pignoris quoque datio per ſe videtur actus liberalis] " Immo nec hic mixtio actuum „ fit; ſed hic quoque duo diſtincta occur-„ runt negotia; 1. debitum principale, quod „ contrahitur inter debitorem, & credito-„ rem: 2. cautio, quæ debito illi principali

Digitized by Google

„ per dationem pignoris accedit. Hic igitur „ duæ diſtinctæ ſunt obligationes, debiti „ principalis, & pignoris in ſecuritatem il- „ lius conſtituti.

Qua detentio rei conceditur]" Immo de- „ tentio rei conceditur ob debitum: adeoque „ actus ille eſt onerofus.

Sed hæc quoque naturam trahit ex contractu, cui ſecuritatem præſtat]" Ut ſcil. „ quia cauſæ onerofæ accedit, inde cenſeri „ debeat. Cujus rei effectum inſignem hunc „ eſſe, ait, ut major in hujusmodi actibus „ culpa præſtetur, quam in actibus ſimpli- „ cibus, & mere liberalibus. Eamque ratio- „ nem eſſe, cur major culpa præſtetur in „ pignore, quam in depoſito. *Vid.* §. 13. At „ verum non eſt, contractum pignoratitium „ naturam trahere ex debito principali; ſed „ proprium, & diſtinctum eſt negotium, „ & ſeparata obligatio, ac propria actio in- „ de oritur: adeo ut ne quidem eadem de- „ bendi cauſa hic ſubſit ut in fidejuſ- „ ſione, ſed proprium debitum, quod ſub- „ ſiſtit, etſi principalis obligatio ſublata ſit. „ *L.* 59. *pr. Sc. Treb. L* 38. § *f. Solut.* „ *Vid. Jus meum controv. tit. de acceptil. q.* „ 5. Quod vero major culpa præſtetur in „ pignore, quam in depoſito, id ex æqui- „ tate mere Civili ita ſtatutum eſſe, vide- „ bimus infra §. 13.

A D §. VII.

O M N E S *autem actus aliis utiles, extra mere beneficos, contractuum nomine appellantur*] Utrumque falſum. Nam 1. non omnes actus aliis utiles ſunt contractus; ita enim teſtamenta ſunt actus utiles, neque tamen contractuum nomine veniunt. 2. Dantur actus mere benefici, qui tamen ſunt contractus, ut in ſtipulatione ſuper præcedente pacto donationis.

Additio.

„ Grotius differentiam inter pacta, & con- „ tractus, hanc conſtituit, quod eos actus, „ qui compoſiti, & aliis utiles ſunt, *con- „ tractus* vocet; actus vero ſimplices mere „ beneficos *pacta* appellet.

„ At diximus, ſimulque probavimus, JCtos „ Romanos illa pacta, *ubi cauſa ſubeſt*, di- „ ſtinxiſſe ab illis pactis, *ubi cauſa non ſubeſt*: „ ac prioribus *contractus* nomen indidiſſe, „ his vero *pacti* nomen reliquiſſe.

A D §. VIII.

A U C T O R infeliciter admodum originem „ *Contractuum*, & eorum differentiam a pa- „ ctis, explicavit: at non minus infeliciter „ cauſam obligationis, quæ ex contractibus „ oritur, in ſequentibus exponit.

„ Principii enim loco I. ponit, *naturam „ æqualitatem* imperare in contractibus, in- „ deque ex inæqualitate jus oriri minus ha- „ benti, §. 1.

„ II. Æqualitatem partim conſiſtere *in acti- „ bus*, partim in eo, *de quo agitur*, §. 8.

„ III Æqualitatem conſiſtere *in actibus*, „ tum *præcedaneis*, tum *principalibus* §. 8.

„ IV. Ad *præcedaneos* actus pertinere quod „ is, qui cum aliquo contrahit, vitia ſibi „ nota rei, de qua agitur, ſignificare de- „ beat. § 9 *n.* 1. *ſeq.* Neque tantum in „ intellectu rerum, ſed & in voluntatis uſu, „ quandam contrahentibus inter ſe æqualita- „ tem deberi, §. 10.

„ V. In ipſo actu *principali* hanc deſiderari „ æqualitatem, ne plus exigatur, quam par „ eſt, § 11.

„ VI. Æqualitatem in eo, *de quo agitur*, „ in hoc conſiſtere, ut ſi in re deprehen- „ datur inæqualitas, quanquam ſine culpa „ partium, ea quoque ſit reſarcienda, & „ demendum ei, qui plus habet, §. 12.

„ VII. Denique notat, in contractibus be- „ neficis non omnimodam ſpectari æquali- „ tatem, ut in commutatoriis; ſed ex ſup- „ poſitione ejus, quod agitur, ne quis ſcil. „ ex beneficio damnum ſentiat, § 13.

„ VIII Atque ex his principiis, i. e ex va- „ ria illa inæqualitate, male decidit difficil- „ limas quæſtiones juris Romani. *Primam*, „ an venditor vitia cognita celare poſſit em- „ tori, §. 9. *Secundam*, an diſpoſitio metu eli- „ cita nulla ſit, §. 10. *Tertiam*, an plus ex- „ igi poſſit, quam par eſt, §. 11. *Quartam*, „ an inæqualitas in pretio corrigi poſſit, §. „ 12. *Quintam*, cur commodatarius præſtet „ caſum, non vero depoſitarius: & cur in „ pignore, & locato, media via ſit electa, „ §. 13.

„ Nos potius inſiſtimus veſtigiis JCtorum „ Romanorum, qui methodo facillima to- „ tam rem explicant Illi enim definiunt con- „ tractum, quod ſit *duorum in idem placi- „ tum (cui cauſa ſubeſt) conſenſus*, *l.* 1. „ *junct. l.* 7. §. 1. & 2. *ff. de Pact.*

Digitized by Google

„ Ex hoc conſenſu jus aliquod in alterum „ transfertur: unde ſequitur obligatio, ſeu „ vinculum juris ad dandum, vel faciendum „ id, quod promiſſum eſt.

„ His ſimpliciſſimis principiis poſitis, fa- „ cile deciduntur jura, quæ ab Auctore §. „ 9. uſque ad §. 14. tractantur. Hinc enim „ ſequitur 1°. valere emtionem rei vitioſæ, „ quia in re conſenſum eſt; niſi ſanam di- „ xerit venditor, §. 9. 2°. Valere contra- „ ctum metu initum, ex eadem ratione; „ coacta voluntas enim etiam eſt voluntas, „ §. 10. 3°. Valere emtionem, etſi res ven- „ dita pluris valeat, §. 11. & 4°. licet pre- „ tium ſit immodicum, §. 12; nam ita par- „ tes conſenſere. 5°. Partes perfecto negotio „ pœnitere non poſſe, quia per conſenſum „ jus in alium tranſtulerunt, §. 13. Quæ „ nunc uberius explicabimus.

In contractibus natura æqualitatem imperat] Auctor ex philoſophia Ariſtotelis id depromſit, qui juſtitiam medium conſtituit inter plus, & minus. *Vid. proleg.* §. 43. *ſeq.* At nec res, nec nomen huc quadrat. Neque enim is ſtatus juris eſt ut omnes habeant æqualia, ſed ut quisque ſuum, etſi inæqualiſſimum. Neque vox ipſa æqualitatis indicat quid ſuum cuique ſit; ſed id ipſum quæritur quid æquale, i. e. quid ſuum cujusque ſit.

Rectius ergo in contractibus inſpicitur diſpoſitio, & conſenſus contrahentium: prout igitur partes inter ſe contrahunt, ita jus eſt, ſive æqualiter, ſive inæqualiter diſponant. Sane, omnes concluſiones Auctoris non ſequuntur ex æqualitate, ſed ex natura diſpoſitionis.

Additio.

„ Poſtquam Auctor differentiam pactorum, „ & contractuum § *præcedenti* expoſuit, „ porro ait, naturam in *contractibus* (i. e. „ in actibus compoſitis aliis utilibus) impe- „ rare *æqualitatem*; non in *pactis*, (ſeu in „ actibus ſimplicibus mere beneficis). Per „ *æqualitatem* autem intelligit ſtatum, ubi „ nemo plus, vel minus ſuo habet.

„ Hauſit Grotius hæc principia ex doctrina „ Philoſophorum, qui juſtum in genere di- „ xere τὸ ἴσον, i. e. æquale: ut, nimirum, „ quisque ſuum habeat. Quoties proinde al- „ ter *plus ſuo*, alter *minus ſuo* habet, id „ *inæquale* ipſis videtur; cujus effectus eſt „ ut alteri aliquid demi, alteri aliquid tribui, „ eoque *inæqualitas* corrigi, & reparari de- „ beat. Atque hoc ſenſu *æqualitatem* intelli- „ git Grotius *L.* 2. *c.* 10. §. 2. & §. *b.* eo- „ que ſenſu juſtum poſſe *æquale* dici, ipſe „ B. Parens concedit *Vol.* 1. *Diſſ.* 77. *ſol.* „ 1089.

„ At hoc ſenſu *æqualitas* æque requiritur „ in *pactis*, ac in *contractibus*: Imo in *deli-* „ *ctis* quoque, & *quaſi delictis*, ac reliquis „ *objectis juris*. Sane, is, qui alteri aliquid „ *ſine cauſa promittit*, jus aliquod transfert „ in eum, cui promittitur: hic ergo *minus* „ *ſuo* habet, quæ inæqualitas corrigi debet. „ Eadem ratio obtinet quoque in *delictis*; ſi „ quis enim dolo, vel culpa jus alterius læ- „ dit, læſi jus *minuitur*, quam inæqualita- „ tem alter reparare debet.

„ Sed & in *reliquis objectis* juris natura æ- „ qualitatem eo ſenſu imperat. Si quis enim „ alterius *ſtatum* in dubium vocat, eique „ jura, quæ ſtatum illum comitantur, de- „ negat, negari nequit, hunc *minus ſuo* ha- „ bere: ſi domino *res ſua*, vel aliud jus in „ re abeſt, itidem *minus ſuo* habet, adeoque „ inæqualitas corrigi debet. Et ipſe Grotius „ rationem addit, *quia dominia ad ſervandam* „ *æqualitatem introducta ſunt. L.* 2. *C.* „ 10. §. 2.

„ Cum igitur Philoſophi in omni parte ju- „ ris, ubi de jure ſuo cuique tribuendo agi- „ tur, *juſtum* dixere quod æquale eſt, i. e. „ ubi neuter vel plus, vel minus ſuo habet; „ certum eſt, naturam æque in pactis, ac „ in *contractibus* æqualitatem imperare.

„ Cæterum recte monet B. Parens, vocem „ *æqualitas* non indicare quid natura cuique „ ſuum ſit; neque *inæqualitatem* denotare, „ quando quis minus ſuo habeat. Unde ne- „ mo JCtorum Romanorum has voces ado- „ ptavit. Sed illi naturæ magis convenientes „ cauſam obligationis in genere hanc poſue- „ runt, uti ſi quis vel rem alienam tenet, „ vel ex re aliena locupletior factus eſt, „ vel jus alterius turbat, aut lædit, ideo al- „ teri teneatur ad reparationem; idque ex „ regula generali juſtitiæ, quæ vult jus ſuum „ cuique tribui.

Ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti] " Æqualitatem enim Grotius in eo „ conſtituit, ut quisque ſuum haberet. *L.* 2. „ *c.* 10. §. 2.

In actibus] " Tum præcedaneis, tum prin- „ cipalibus, uti ſtatim id ita explicat.

Partim in eo, de quo agitur] " *Vid.* §. 12.

Tum præcedaneis] " *Vid.* §. 9. & 10.

Tum principalibus] " *Vid.* §. 11.

,, Diximus, hanc diviſionum farraginem
,, rationem juris naturalis obſcurare magis,
,, quam illuſtrare. Compendium obligationis,
,, quæ ex contractu deſcendit, hoc eſt:
,, Natura imperat ut jus ſuum cuique tri-
,, buatur; qui autem cum altero contrahit,
,, i. e. ei aliquid ex cauſa promittit, ſuo
,, conſenſu jus in eum transfert: hoc igitur
,, jus ei tribuere tenetur juxta legem diſpo-
,, ſitionis.

Ad §. IX.

Auctor ex eo, quod natura in contractibus æqualitatem imperat, concludit, contrahentem ſignificare debere vitia ſibi nota rei, de qua agitur, §. *b.* Si vero latet vitium, damnum inde datum reparari debere, §. 12.

At ex ratione juris negamus, vitia ſignificanda eſſe: nullum enim fundamentum obligationis hic ſubeſt; tacendo enim nihil alieni tenet, nec ultra terminos facultatis ſuæ aliqoid agit. Excipe ſi rem pro ſana vendit; tunc enim emtor conſentit tantum in rem ſanam, & pretium conſtituitur tanquam in re ſana. Si proinde ſana non eſt, contractus nullus eſt, quia deficit conſenſus: uti late explicavimus ſupra *c.* 11. §. 6. Idque verum eſt, etſi venditor ignoraverit vitium: non quia natura æqualitatem imperat in contractibus, uti Auctor putat; ſed quia rem ſanam vendit, adeoque eam præſtare debet.

Jure civili emtori, qui rem vitioſam emit, redhibitoria datur, etſi venditor ignoraverit vitium; *tot. tit. ff. de ædilit. edict.* quia magis imputatur ei, qui cum rem habuerit. potuit in vitia inquirere. Sed excipitur caſus ſi vitium in oculos incurrat, adeoque manifeſtum ſit; tunc enim ceſſat culpa illa imputativa. *L.* 43. *ædil. ed.*

Vitium autem ſuperveniens nunquam vitiat negotium, quia tempore conſenſus, quod ſolum hic inſpicitur, res ſana fuit.

Additio.

,, Errorem in qualitate non vitiare nego-
,, tium, certum eſt, quia contrahentes in
,, rem, & corpos conſenſere. *Vid. ſupra c.*
,, *XI.* §. 6. Adeoque valet emtio rei, utut
,, vitioſæ.

,, At alia quæſtio eſt, an venditor teneatur
,, ad reſarciendum damnum venditione rei
,, vitioſæ datum? Quod omnino affirmamus.
,, Cum enim tale vitium hic intelligatur, quod
,, uſum rei facit deteriorem, cujus cauſa na-
,, tura ejus corporis uſum nobis dedit, *leg.* 1.
,, §. 7. *ædil. ed.* & quod impedimento eſt quo
,, minus emtor re uti poſſit, *l.* 10. § 2. *Eod.*
,, venditor, qui qualitatem rei ſuæ ſcit, vel
,, ſcire debet, cauſa eſt damni, quod emtor,
,, qui rem ſanam emiſſe putat, & coi vitia
,, rei alienæ cognita non ſunt, patitur. *Vid.*
,, *Diſſ. Proœm. XII.* §. 446. *n.* 4. Venditor
,, igitur tenetur emtori vel propter dolum,
,, ſi ſcivit: vel propter culpam, ſi ignoravit
,, vitium.

,, Jus Romanum veſtigia hujus juris natu-
,, ræ ſecutum eſt. Eo enim jure emtio ſob-
,, ſiſtit: at actio ex emto datur emtori ad
,, omne id, quod intereſt, ſi venditor ſcivit
,, rem ſanam non eſſe; ſi ignoravit, quanti
,, minoris, *l.* 13. *ff. act. emt. l.* 27. *l.* 29.
,, *Eod.* Ædiles demum ex æquitate conſti-
,, tuerunt, ut venditor recipere teneatur rem
,, venditam, ſi emtor eam ſervare nolit, *tot.*
,, *tit. ædilit. edict.* & venditor vitium ſcivit,
,, vel ſcire potuit. *L.* 14. §. 10. *ædil. ed* Si
,, vitium ſit manifeſtum, nullam dederunt
,, emtori actionem, *l.* 4. §. 6. *l.* 14. §. 10. *Eod.*

Ad præcedaneos actus] " Dixit enim Au- 1
,, ctor, æqualitatem, quam natura in con-
,, tractibus imperat, conſiſtere in actibus
,, tum præcedaneis, tum principalibus. *Vid.*
,, §. 8.

Quod non civilibus tantum legibus conſtitui ſolet] " Diximus enim, jure Romano dari
,, actionem ad id, quod intereſt, & ædiles
,, demum dediſſe redhibitoriam actionem.

Sed naturæ quoque actus congruit] " Na-
,, turæ actus non congruit ut vitia manife-
,, ſtentur; neque inde negotium redditur nul-
,, lum: ſed actio tantum datur ad id, quod
,, intereſt. *Vid. pr. h.* §.

Nam inter contrahentes propior eſt quædam ſocietas, quam quæ communis eſt hominum]
,, Auctor in demonſtrando jure naturæ, ejus-
,, que partibus, defectu verorum principio-
,, rum, fingere ſæpius ſolet ſocietatem tum
,, generalem, tum ſpecialem, quam inter
,, homines contractam eſſe, ait. Præter *ſo-*
,, *cietatem* enim totius humani generis,
,, (quam fontem omnium jurium ſtatuit,)
,, in demonſtranda obligatione, quæ ex *do-*
,, *minio* oritur, provocat ad *ſocietatem*, quam
,, introducto voluntate hominum dominio,
,, *inter dominos contractam eſſe*, ait: ut
,, qui rem alienam in ſua haberet poteſta-
,, te, eam domino redderet; vel ſi res non
exſta-

Digitized by Google

„ extaret, redderet id, in quo locupletior
„ factus eſt. *Vid. ſupr. c.* 10. §. 1. *ſeq.* In
„ demonſtranda obligatione, quæ ex *pro-*
„ *miſſis* oritur, aliam ſocietatis ſpeciem,
„ & propiorem quandam *ſocietatem* fingit
„ *inter contrahentes*, quam quæ communis
„ eſt hominum. Unde concludit, ſocios hos
„ contrahentes vitia ſibi nota rei, de qua
„ agitur, ſignificare debere.

„ At 1. ſæpius dictum eſt, non dari ſocie-
„ tatem humani generis. Addimus 2. non
„ dari ſocietatem inter dominos, *Vid. not.*
„ *ad d.* §. 10; nec 3. inter contrahentes:
„ ſane, obligatio, quæ inter contrahentes
„ oritur, non oritur ex ſocietate, ſed ex eo-
„ rum diſpoſitione. Sed & 4. obligatio indi-
„ candi vitia non oritur ex contractu, ſed
„ ex delicto, vel quaſi delicto, quia ſcil.
„ cauſa eſt damni dati. *Vid. pr. h.* §.

*Atque hoc modo ſolvitur quod dicebat Dio-
genes Babylonius*] „ Apud Ciceronem *de*
„ *offic. II.* 12. Auctor ſolvit argumentum
„ Diogenis, allegando, *naturam contractus*,
„ *utilitatis cauſa repertam propius quiddam*
„ *exigere*: ſcilicet, ex ſpeciali illa *ſocietate*,
„ quæ inter contrahentes intercedit. At hoc
„ ipſum eſt in quæſtione, an, & cur pro-
„ pius aliquid requiratur? Subſiſtit igitur du-
„ bium: adeoque alia ratione ſolvi debet.
„ *Vid. not. ſeq.*

Non celari omnia, quæ tacentur] „ Præ-
„ mittendum eſt, duo apud Ciceronem pro-
„ poni caſus, ubi diverſa omnino ſunt jura.
„ Quod ad primum caſum attinet, quæſtio
„ ibi proponitur, non de re vitioſa vendita;
„ ſed ubi *mercator magnum frumenti nume-*
„ *rum Rhodum advexit, in Rhodiorum ino-*
„ *pia, & fame, ſi idem ſciat plures alias na-*
„ *ves frumento onuſtas mox ſecuturas: Quæ-*
„ *ritur, an ſignificare id debeat Rhodiis, an*
„ *vero ſilentio ſuo quam plurimum vendere*
„ *poſſit*? Recte poſterius affirmat Diogenes
„ Babylonius, & male negat Antipater; quia
„ aliud eſt *celare*, aliud tacere: *celare* enim
„ quis dicitur quod tenetur ſignificare; non
„ autem quod tibi audire utile eſt, id mihi
„ dicere neceſſe eſt. *Cic. d. l. Vid. Grot. n.*
„ *ſeq.* Sane, non poteſt dici cauſa damni em-
„ toribus dati, quia pro ea annonæ caritate
„ majus pretium exigere potuit. *Vid. n. ſeq.*

„ Alter caſus huc pertinet, ubi ſcil quis
„ vendit ædes peſte infectas, vel ruinoſa, &
„ vitium hoc præter dominum nemo ſciat;
„ quærit Cicero, *ſi ædes multo pluris vendit,*
„ *quam vendere ſignificato vitio potuiſſet, an*
„ *injuſte faciat?* Recte hoc affirmat Antipa-
„ ter, & male negat Diogenes Babylonius.
„ Hic enim venditor eſt cauſa damni: ſane,
„ emtor rem tanquam non vitioſam bona fide
„ emit, & pretium pro re non vitioſa ſolvit;
„ adeoque vel dolo, vel culpa venditoris
„ decipitur.

*Nec quicquid tibi audire utile eſt, idem mihi
dicere neceſſe eſt*] „ Antipater pugnare id,
„ ait, cum ſocietate, quæ inter homines in-
„ tercedit. *apud Cic. d. l.* At præterea quod
„ talis ſocietas non detur, verum non eſt cum
„ ſocietate pugnare ſi is, qui ſcit alias naves
„ frumento onuſtas mox adventuras, id tacet;
„ nemo enim jus in meas actiones habet.

Ut de rebus cæleſtibus] „ Poſtquam enim
„ Diogenes ſtatuerat, *aliud eſſe celare, aliud*
„ *tacere*; ita pergit: *neque ego nunc te celo*
„ *ſi tibi non dico quæ natura Deorum ſit,*
„ *quis finis bonorum; quæ tibi plus prodeſſent*
„ *cognita, quam tritici utilitas*; & tunc
„ concludit: *ſed non quicquid tibi audire*
„ *utile eſt, id mihi dicere neceſſe eſt. Cic. d.*
„ *c.* 12. Veram rationem modo expoſui, ni-
„ mirum, jus quæſitum Rhodiis non fuit;
„ adeoque damnum eis non datur: ſecus,
„ ac in poſteriori caſu.

*Nam contractus natura utilitatis cauſa re-
perta propius quiddam exigit*] „ Ratio rationis
„ Grotii eſt, *quia inter homines propior quæ-*
„ *dam eſt ſocietas, quam quæ communis eſt ho-*
„ *minum.* At diximus, hoc ipſum in quæ-
„ ſtione eſſe, *an, & cur contractus propius*
„ *quiddam exigat?* Diximus porro, nullam
„ dari ſocietatem, nec communem homi-
„ num, nec particularem inter contrahen-
„ tes. Sed & veram naturæ rationem expo-
„ ſuimus in præcedentibus.

Quamvis in jus emtoris tranſcripſerit] „ I.
„ e. quamvis emtio perfecta, & jus rei in
„ emtorem translatum ſit.

Doli actione vacuantur] „ I. e. inſtituta
„ actione de dolo agit ad omne id, quod
„ intereſt; quo pertinet exemplum Canii,
„ quod ſupra *Cap. XI.* §. 6, examinavi-
„ mus.

Qui non profitetur fugitivum ſervum] I. e.
„ non ſignificat emtori, ſervum, quem
„ vendit, domino ſuo ſe ſurripuiſſe.

Vel peſtilentem domum vendere], Adeo-
„ que rem vitioſam.

*Non eſt ille ſapiens, ſed callidus & aſtu-
tus*] „ Qui proinde ex dolo ſuo tenetur ad
„ omne id, quod intereſt, *l.* 13. *ff. act.*
„ *emt.*

2 *At non idem dicendum*] Auctor ait,
venditorem non teneri indicare vitia, quæ
extra rem ſunt: uti in exemplo allegato,
quando ſcit multas naves in curſu eſſe, quæ
frumentum advehunt. Ratio eſt quia error
ratione futuri non impedit conſenſum; homi-
ni enim futura ignorare licet.

Additio.

,, Rationem naturæ allegavimus *n. præced.*
,, Emtoribus ſcil. jus quæſitum non eſſe,
,, adeoque jus eorum non lædi.

Eſt quidem officioſum, ac laudabile]
,, Adeoque pertinet ad ea, quæ ratio hone-
,, ſta, aut oppoſitis meliora eſſe judicat, et-
,, ſi non debita. *L.* 1. *c.* 1. §. 10. *n.* 3. *l.* 2.
,, *c.* 14. §. 6. *n.* 1. Vid. *Diſſert. Proœm. II.*
,, *c.* 1. §. 9.

*Sæpe adeo ut omitti nequeat, niſi charitatis
regula violetur*] " Auctor id, quod contra
,, charitatis regulas fit, injuſtum eſſe, ait,
,, jure naturæ laxiori, *dict. Diſſert. II. c.* 1.
,, §. 11.

*Non tamen injuſtum, id eſt, non pugnans
cum jure ejus, quicum negotium eſt*] " Re-
,, petendum ex præcedentibus eſt, Aucto-
,, rem juſtum duplici ſenſu ſumere 1. Cum
,, jus aliquod proprium alii competit, quod
,, ex *jure naturæ ſociali* juſtum eſſe, ait.
,, 2. Cum obligatio eſt in ſolo agente, tertio
,, autem nullum jus inde quæritur; id enim
,, ex *jure naturali laxiori* juſtum eſſe, putat.
,, *Priori* ſenſu juſtum aliquid proprie ſic di-
,, ctum eſſe, ait: *poſteriori* ſenſu improprie;
,, de qua differentia late egimus in *Diſſert.*
,, *Proœm. I. c.* 1. §. 13. & *Diſſert. II. c.* 1.
,, §. 10. *ſeq.* In caſu igitur propoſito obliga-
,, tionem oriri, ait, ex *jure naturæ laxiori*
,, *ſenſu ſumto*, i. e. ex regulis perfectionis,
,, unde nullum jus alii naſcitur.

Cui fit injuria] " Alii enim facto meo ni-
,, hil abeſt; jus ejus non læditur.

*Celare eſſe, cum tu quod ſcias, id ignora-
[illegible], emolumenti tui cauſa, velis eos, quo-
rum interſit ſcire*] " Immo generaliter ſe-
,, quendum eſt effatum Ciceronis, qui ſup-
,, ponit caſum, ubi venditor decipit emto-
,, rem, qui emit rem ut ſanam, & non
,, vitioſam, non emturus ſi vitium ſciviſ-
,, ſet

*Cum de iis agitur, quæ rem ſubjectam per
ſe contingunt*] " Verba hæc ſunt, obſcura
,, admodum, quæ nihil ſignificant: vera
,, ratio eſt, quod venditor ſit cauſa damni.

Si domus ſit peſtilens] " Emtor enim emtu-
,, rus non fuiſſet, ſi vitium hoc ſciviſſet;
,, venditor igitur cauſa eſt damni, quod
,, emtori contingit, qui domo uti non po-
,, teſt.

Si a magiſtratu dejici juſſa] " Eadem hic
,, ratio eſt: vitium jam adfuit tempore ven-
,, ditionis; venditor id ſcivit, emtor igno-
,, ravit: adeoque hic damnum culpa vendi-
,, toris emtori infertur; is proinde ad ejus
,, reparationem tenetur.

At vitia ei, quicum agas, nota &c. dici 3
nihil attinet] " Si emtor ſcit, rem vitioſam
,, eſſe, non poteſt dici e·raſſe: adeoque nec
,, de læſione, & damno queri poteſt. Con-
,, ſentit enim in rem cum ſuo vitio.

*Scientia enim utrinque par pares facit con-
trahentes*] " Imo ratio ejus rei non conſiſtit
,, in æqualitate; ſed quia conſenſum utrin-
,, que eſt in rem vitioſam, indeque jus trans-
,, latum eſt ex diſpoſitione partium.

Ad §. X.

SED *& in voluntatis uſu quædam contra-
hentibus inter ſe æqualitas debetur*] " Ut ſcil.
,, ex inæqualitate tali jus oriatur minus ha-
,, benti. *Vid. ſupr* §. 8.

*Non quidem ut ſi quis anteceſſit metus juſte
incuſſus, is demi debeat*] " Propter injuſtum
,, metum negotium irritum non fit, nedum
,, ob juſtum metum, qui v. g. a magiſtratu,
,, vel juſto bello infertur.

Id enim contractui extrinſecum eſt] ,, Ob-
,, ſcura hæc eſt ratio, (uti tota tractatio
,, hujus capitis.) Vera ratio, cur negotium
,, metu juſto contractum ſubſiſtat, hæc eſt,
,, quia uterque conſentit, licet metu: adeo-
,, que adeſt duorum in idem placitum con-
,, ſenſus. Neque de metu alter queri poteſt,
,, quia injuria non fit ab eo, qui metum ju-
,, ſtum intulit.

*Sed ne quis incutiatur contrahendi gratia,
aut ſi incuſſus eſt &c.*] At hoc nihil com-
mune habet cum æqualitate. Negotium me-
tu contractum non reſcinditur jure naturæ,
quia utriusque voluntate, etſi coacta, ne-
gotium contractum, & perfectum eſt. Adeo-
que ratio Auctoris, quod in voluntatis uſu
contrahentibus inter ſe æqualitas debeatur,
hactenus fallit. Equidem propter injuriam is,
qui metu coactus aliud promiſit, agere contra
inferentem ad reparationem poteſt: at id non
eſt ob aliquam inæqualitatem; ſed ex delicto,
ex

ex facto illicito, quo alii aliquid abeſt, & quod ex regula naturæ reparari debet. *Vid. c. 11. §. 7.* Demendus ergo eſt metus incuſſus, non quia in voluntatis uſu contrahentibus inter ſe æqualitas debetur; ſed quia metum inferens ultra fines ſuæ facultatis agit, unde alii aliquid abeſt, quod ei reſtituere debet.

Ut demutur] „ Non irritum faciendo ne-
„ gotium ſed reparando damnum, quod
„ ex metu injuſto datum eſt.

Lacedamonii reſciderunt emtionem agri, quam Elei poſſeſſoribus metu expreſſerant]
„ Cum enim inter pacis leges proponerent
„ Lacedæmonii, ut Elei urbes libertati reſti-
„ tuerent; ii orabant, ut Epium, & ad-
„ jacentes civitates, Eræas, & Maciſtum,
„ ipſis relinquerent, (quas poſſeſſores tri-
„ ginta talentis ipſis vi coacti vendiderant.)
„ *Xenoph. Græc. Hiſt. lib. 3. p. m 334.*

Quam exceptionem ex jure gentium habeat]
„ Auctor illam regulam, quod metus incuti
„ non debeat ad contrahendum, & quod ſi
„ incuſſus eſt, demi debeat, exceptionem
„ habere ex jure gentium, ait, in bello
„ publico, & ſolenni. Hunc enim metum
„ tali bello incuſſum ſemper juſtum eſſe,
„ tradit *L. 3. c. 19. §. 12*: adeo ut metu
„ belli extortum repeti non poſſit, *l. 2.*
„ *c. 17. §. 19*; nec promiſſio finiendi belli
„ cauſa facta irrita ſit, *l. 3. c. 19. §. 11.*
„ At infra videbimus, non dari bellum jure
„ gentium ſolenne; & metum belli jure na-
„ turæ ſemper juſtum eſſe: quia de juſtitia
„ cauſæ inter duos populos, qui judicem non
„ habent, conſtare nequit, ſi lis non per
„ ultimam victoriam, ſed per compoſitio-
„ nem tranſigitur.

Ad §. XI.

1 In *ipſo actu principali*] „ Auctor enim
„ ſupra §. 8. dixit, æqualitatem conſiſtere
„ ex actibus tum præcedaneis, tum princi-
„ palibus: de *præcedaneis* actibus inæquali-
„ bus, tum ratione intellectus, tum ratio-
„ ne voluntatis egit in §. 9. & 10. De *Prin-*
„ *cipalibus* agit *hoc* §.

Hæc deſideratur æqualitas, ne plus exigatur, quam par eſt] Sæpius jam dictum eſt, æqualitatem non requiri in contractibus; ſed omnem obligandi vim dependere a diſpoſitione contrahentium, qui prout diſponunt, etiam inæqualiter, ita jus eſt: adeoque ſemper id exigi par eſt. Idque jure Civili quoque ita obtinet, ubi æqualitas non requiritur in negotiis; ſed etiam inæqualis diſpoſitio valet: & ſolus caſus excipitur, ubi enormis adeſt læſio. *L. 2. C. reſcind. vend. de quo infra §. 12.*

Additio.

„ Auctor ſupponit caſum, ubi plus exigi-
„ tur, quam deberi putabatur, uti ſi vendi-
„ tori minus æquo pretio damus: huic enim
„ actui ineſſe inæqualitatem, putat. Quod
„ recte improbat B. Parens, quia venditor pro
„ lubitu de re ſua diſponere, eamque minus
„ æquo pretio in emtorem transferre poteſt:
„ adeoque nulla hic eſt inæqualitas, i. e.
„ venditor non habet minus ſuo.

Quod in contractibus beneficis vix locum poteſt habere] „ Grotius Actuum hu-
„ manorum, qui ad aliorum utilitatem
„ tendunt, alios dixit eſſe *ſimplices*, alios
„ *compoſitos.* Porro Simplices alios fe-
„ cit *beneficos*, alios *peremtorios.* Benefi-
„ cos alios eſſe, ait, *mere tales*, alios *cum*
„ *mutua obligatione.* Aique de his actibus
„ Beneficis cum mutua obligatione
„ hic ei quæſtio eſt. *Vid. ſupr. §. 1. §. 2.*
„ *n. 1. §. 7.*

„ In his *contractibus beneficis* inæqualita-
„ tem vix locum habere poſſe, ait, quia
„ promittens beneficium ſaltem in alterum
„ voluit conferre.

Aliquid mercedulæ ſtipuletur, non injuriam faciet, ſed contractum miſcebit] „ Auctor du-
„ bio hic occurrit, quod in contractibus
„ beneficis quoque æqualitas quædam exigi
„ poſſe videatur, ſi quis in his contractibus
„ mercedem ſtipulatur: nam tunc quoque
„ inæqualitatem ſubeſſe videri, ſi plus mer-
„ cedis exigitur, quam par eſt. Reſpondet,
„ contractum hoc caſu deſinere eſſe benefi-
„ cum, & fieri mixtum, nempe ſemiper-
„ mutatorium; adeoque hactenus inæquali-
„ tatem corrigi omnino debere. Ai 1. verum
„ non eſt, negotia hæc eſſe mixta; ſed in
„ aliud negotium tranſeunt: & vel ſunt lo-
„ catio, vel contractus innominatus *do ut des*,
„ vel *do ut facias.* Sed & 2 in commodato,
„ depoſito, mandato natura pariter æquali-
„ tatem imperat, ita ut jus acquiratur mi-
„ nus habenti. Hinc ſi commodatarius, vel
„ depoſitarius re uſi ſunt, vel eam deterio-
„ rem reddiderunt, ſi mandatarius ex man-
„ dato aliquid lucratus eſt; alter minus ſuo
„ habet: quam inæqual tatem is, qui plus ſuo
„ habet, vel ultra ſuum egit, reparare tenetur.

Ex

Digitized by Google

Ex gratuito efficit ſemipermutatorium]
,, Adeoque pro parte gratuitum , pro parte
,, permutatorium ; quod modo refutavimus.
,, Nam eſſentia mandati , commodati , & de-
,, poſiti in eo conſiſtit , ut *gratis* fiant. Si
,, proinde merces , vel pretium accedit ,
,, aliud plane eſt negotium.

At in permutatoriis omnibus] " Sive di-
,, remtoriis , ſive communicatoriis. *Vid. ſupr.*
,, §. 3.

Sollicite id obſervandum eſt] " Scil. ne
,, plus exigatur , quam par eſt. Diximus au-
,, tem , omne id par eſſe prout partes diſpo-
,, nunt : idque in omnibus contractibus , ſi-
,, ve beneficis , ſive permutatoriis , immo &
,, in pactis verum eſt.

*Id , quod pars altera amplius promittit , do-
natum cenſeri*] " Adeoque contractum non
,, fieri mixtum , ſed manere gratuitum.

*Neque enim ſolet hic eſſe tales contractus
ineuntium animus*] " Non enim habent ani-
,, mum donandi , ſed contrahendi.

Nec præſumendum eſt , niſi appareat] " Hæc
,, regula etiam jure Romano ſtatuta eſt. *L.* 7.
,, *ff. donat. l f. C. Novat. l.* 47. *ff. oper. lib.*
,, *l.* 24. §. 1. *pign. act. l.* 10. *ff. ſolut. Vid.*
,, *Barboſ. l.* 4. *c.* 49. *n.* 13.

*Credendi ſunt promittere , aut dare tan-
quam æquale ei , quod accepturi ſunt*] " Ex
,, præſumtionibus nullum jus oriri , toties di-
,, ximus. Conſenſus contrahentium norma
,, eſſe , & validitatem actui præſtare debet ,
,, etſi promiſſum , aut datum inæquale ſit ei ,
,, quod accepturi ſunt. Neuter enim plus ,
,, vel minus ſuo habet , ſi ita diſpoſuerunt.

Utque ejus æqualitatis ratione debitum]
,, Quæ exigit , ne alter minus ſuo habeat.
,, At diximus , eum , qui conſenſu ſuo mi-
,, nus accepit , non habere minus ſuo.

Nonne huic facto quoddam ineſt furtum]
,, Loquitur de eo , qui omni modo labo-
,, ravit , ut minus pretio det , adeoque de
,, doloſo emtore : hic enim omnino de dolo
,, tenetur. *Vid. Diſſert. Proæm. XII.*
,, §. 384.

Adjeciſſe quod juſto pretio deerat] " Adje-
,, cit non ex debito , ſed ex generoſitate ,
,, & animi perfectione. Simile factum Scævo-
,, læ refert Cicero *l.* 3. *off. c.* 15 , qui quod
,, putaret prædium minori pretio venditum
,, eſſe , 100. millia adjecit.

Sed talis , quæ plurimos lateret] " Regu-
,, las enim perfectionum plerique hominum
,, negligunt , & ſufficere , putant , ad legem
,, bonum eſſe. His opponi poteſt quod *Sene-*
,, *ca* ait , *l.* 2. *de ira c.* 27 : *Quam anguſta*
,, *innocentia eſt , ad legem bonum eſſe.* Cæte-
,, rum eandem phraſin adhibet Servator , cum
,, doceret , adulterium committere qui ducit
,, eam , quæ literas divortii a marito acce-
,, pit ; addit enim : *non quivis capit hunc*
,, *ſermonem* ; quia de perfectione loqueba-
,, tur. *Vid. ſupr. c.* 5. §. 9. *pag.* 562.

*Et in hunc ſenſum interpretantur Hebræi
legem , quæ eſt Levit. XXV.* 14 , & 17.]
,, Lege illa prohibetur , ne Hebræi ſeptimo
,, anno agros ferant , aut vineam putent. *Le-*
,, *vit. XXV.* , *v.* 4 ; jubeturque ut omnia
,, relinquantur cibo aut hominum , aut pe-
,, corum , *ibid. v.* 5. 6. 7. Hanc legem per-
,, fectionis eſſe , putant Judæorum interpre-
,, tes , quæ plurimos lateret. Quod verum
,, non eſt ; eſt enim lex forenſis , unde He-
,, bræi pleniſſime obligabantur , & quæ ne-
,, minem latebat.

Ad §. XII.

Restat *inæqualitas in eo , de quo agi-* 1.
tur] " Auctor æqualitatem , quam natura
,, inter contrahentes imperat , ait , conſiſtere
,, partim in actibus , tum præcedaneis , tum
,, principalibus : partim in eo , de quo agitur
,, §. 8. De actibus tum præcedaneis , tum
,, principalibus Auctor egit §. 9. 10. & 11.
,, Hic alterum tractat membrum : quando
,, in eo , de quo agitur , deprehenditur in-
,, æqualitas. Ubi regulam hanc tradit, *ne reti-*
,, *neatur quod plus penes te eſſe deprehenditur.*

,, Anne hoc eſt obducere tenebras rebus
,, clariſſimis ? Diximus , unicuique jus ple-
,, niſſimum competere in res ſuas ; adeoque
,, & facultatem pro lubitu de eis diſponendi ,
,, easque pro pretio , quod inter partes con-
,, venit , utut inæquali , in alios transferen-
,, di. Sane , injuria non fit ei , qui majus
,, pretium ſua voluntate offert : modo dolus
,, abſit , nec in corpore erretur ; quod ple-
,, nius mox explicabimus. *Vid. ad* §. 1. *n.* 2.
,, *not.* 3.

Etiamſi nec celatum quid ſit] " Quatenus
,, venditor obligetur ob vitia rei venditæ cela-
,, vit , examinavimus *ſupra* §. 9.

Nec plus exactum , quam deberi putabatur]
,, Nam in ipſo actu principali hanc deſidera-
,, ri æqualitatem , dixit §. 11. ne plus exiga-
,, tur , quam par eſt : i. e. ne plus pretii
,, petat , quam res valet ; quod §. 8. exami-
,, navimus. In

Digitized by Google

In re tamen deprehendatur inæqualitas, quamquam ſine culpa partium] „ Si ſcil. venditor ignorat, rem venditam vitioſam eſſe, „ quæ vere vitioſa eſt.

Puta quod vitium latebat] „ Uti ſi fundamentum ædium eſt ruinoſum.

Aut de pretio errabatur] „ Forte ſi plus „ obtulit, quam res valet.

Ea quoque ſit reſarcienda] „ Si vitium latet, verum eſt, emtorem agere poſſe ad „ id, quod intereſt, etiam naturali ratione; „ cujus rei rationem dedimus ſupra §. 9: „ idque etiam jure Romano ita ſtatutum eſt, „ *l.* 13, *pr.* & §. 1, *ff. Act. emt.* At ſi in pretio ſaltem erratum eſt, neque dolus venditoris concurrit; negamus, naturali jure „ venditorem pretii partem reſarcire debere.

Et demendum ei, qui plus habet] „ Dixi, „ plus non habere eum, qui inæquale pretium ex voluntate contrahentis accepit.

Reddendumque minus habenti] „ Non habet minus qui inæquale pretium dedit, i. e. „ qui ſuam pecuniam pro re, quæ tanti non „ valet, venditori dedit.

Quia in contractu id utrimque propoſitum aut fuit, aut eſſe debuit, ut uterque tantundem haberet] „ Hactenus bene. Sed negamus, eum tantundem non habere, qui „ inæquale pretium accipit: nam tantumdem „ ſemper eſt id, quod inter partes placuit, „ etſi inæqualiter.

2 *Lex Romana hoc conſtituit non in quavis inæqualitate*] „ Nemo enim tenetur rem ſuam „ juſto pretio vendere.

Minima enim non perſequitur: immo & occurrendum cenſet multitudini litium &c.] „ Hinc colligit, eos, qui juri Civili non ſunt „ ſubjecti, etiam minorem inæqualitatem reparare debere; quod ſtatim examinabimus.

Sed in ſatis gravi, ut quæ dimidium juſti pretii excedit] „ Hoc meri juris Civilis eſt. „ Jure naturæ inæqualitas pretii nunquam „ vitiat negotium, etſi id immenſum ſit, „ quia partes ita diſpoſuere: quæ voluntas „ jus facit. Paſſim id explicavit B. Parens „ in ſuis diſſertationibus, & quidem *primo* „ *in Diſp. de jure nocendi aliis c.* 3, §. 1, & „ 7. Verba hæc ſunt:

Axioma illud Juridicum, in contractibus natura licere contrahentibus ſe invicem circumvenire, *ex l.* 16, §. 4, *ff. de Min.* lippis, & tonſoribus notum eſt; ſed de ſenſu diſceptatur: quem vero accurate evolvit JCtus *in l.* 22, §. *fin. ff. Loc. cond.* & reſtringit ad pretium emptionis; quod cum certum a natura non ſit, definitur voluntate contrahentium: qui de re ſua pro lubitu ſtatuere, & alter rem ſuam magni æſtimare, alter de ſua pecunia parum offerre, poſſunt. Quo facto cum pars quæque jure ſuo utatur, alteri injuriam non facit; *l.* 55, *ff. de Reg. Jur. l.* 6, §. 1, *ff. ſi quis om. cauſ. teſt.* etſi alter alterius æſtimatione nimia, vel oblatione exigua, circumveniri ſe paſſus fuerit: id enim ſibi merito imputat. Nec alio ſenſu admittitur, quod quidam aiunt, vocabulum circumventionis negative accipi, ut denotet circumventionem re ipſa, abſque fraudulenta machinatione, ex ſolertia, vel incuria contrahentium contingentem. *Harp. ad* §. 1, *I. de Emt. vend.*

Hic ſaltem adjicimus, læſionem illam non debere eſſe immodicam. Nam ſi ea enormis ſit, competit ex *L.* 2, *C. de reſcind. vend.* actio ad reſtituendam rem, vel juſtum pretium ſupplendum. *Mynſ. cent.* 4, *obſ.* 73. Sed quid, ſi non adſit enormis læſio, tamen magna exiſtat? Certum quidem eſt, ſi dolus interceſſerit, ex eo agi poſſe, *l.* 5, *in fin. C. de Dol. mal.* Si vero nullus appareat, ſunt quidem qui tradunt, ut ita deceptus in foro ſoli non habeat actionem: tamen, cum iniquitatem ſapiat cum alterius jactura velle locupletari, *l* 14, *ff. de Condict. indeb.* coram judicio divino teneri illum, qui læſit. *Zaſ. ad ff. de dolo mal. Brunnem. ad l.* 8, *n.* 3, & *ſeq.* Verum id non placet; & plane alienum a ratione, & ſecum pugnare videtur, de injuria ideo quem teneri, quia jure ſuo utitur. Quemadmodum pari quoque errore idem de iis ſtatuunt, qui debitorem, vel nimie credulum creditorem habentes, illorum ignorantia juris, vel incuria abutuntur, eoſque ob difficillimam, poſt biennium, aut triginta dies non numeratam eſſe pecuniam, probationem, cauſſa cecidiſſe contendunt. *Brunnem. Proc. Civ. c.* 1, *n.* 9. Enim vero penitus ἄλογον eſt, alterius ignorantiam, vel incuriam alteri imputare; & potius iniquiſſimum, lapſo tempore, quod litibus finiendis ob utilitatem publicam præſcriptum eſt, alterum adhuc lites lege exſtinctas ſuſcipere teneri.

„ *Porro* B. Parens in Diſp. *de Remedio L.* „ 3, *commun. utr. jud. Sect.* 2, §. 11, Regulam illam, *quod contrahentibus naturaliter invicem circumvenire liceat*, exponit, „ & quod illa de ſolo pretio intelligenda ſit, „ probat: additque rationem, quod pretium „ natura non ſit certum, ſed latitudinem habeat, & ab arbitrio diſponentium dependeat; adeo ut id pretium, quod partes „ conſtituunt, natura juſtum, ac licitum „ ſit. Et hoc ſenſu aſſeritur a JCtis, partes „ licitando pluris; vel minoris circumſcribere ſe poſſe, *in d. diſp.* §. 8.

Ut ait Cicero] „ *L.* 3, *de offic. c.* 17. Ubi „ ait

Digitized by Google

,, ait, aliter leges, aliter Philoſophos tollere
,, aſtutias.

Quatenus teneri manu poſſunt] ,, Adeoque
,, quoties fraus ita manifeſta eſt, ut inæqua-
,, litas ſtatim in oculos hominum incurrat.

Philoſophi quatenus ratione, & intelligentia] ,, Ratio enim poſtulat, ne quid inſidioſe
,, agator, ne quid ſimulate, ne quid fallaci-
,, ter. *Cic. d. l.*

Qui legibus ſubjecti non ſunt] ,, Quales
,, ſunt gentes inter ſe.

Id ſequi debent, quod æquum eſſe ipſis ratio dictat] ,, Ita ut non tantum gravem
,, inæqualitatem, ſed quamlibet corrigere te-
,, neantur.

Illi, qui legibus ſubjecti ſunt, quoties de eo, quod fas, piumque eſt, agitur] ,, Sub-
,, diti igitur, etſi leges inæqualitatem levio-
,, rem permittant, pie tamen agunt ſi hanc
,, quoque reparant.

Si modo leges non jus dant] ,, Immo etſi
,, leges jus dent, ſi tamen rationi, & æqui-
,, tati adverſantur, ſubditus quoque magis id,
,, quod ratio dictat, ſequi tenetur. Etſi igi-
,, tur quis jus habeat ex præſcriptione, ex
,, ſententia judicis injuſta, non tamen tutus
,, eſt in conſcientia.

Aut tollunt] ,, In iiſdem exemplis jus do-
,, minii tollitur legibus: quia tamen fas,
,, piumque eſt non locupletari cum alterius
,, jactura, ratio nobis dictat rem domino re-
,, ſtituendam eſſe.

Sed juri duntaxat ob certas cauſas auxilium ſuum denegant] ,, Exemplum Auctor
,, dat in condictione indebiti *L.* 2, *c.* 11,
,, §. 1, *n.* 4. Idem dicendum ſi lex ſaltem
,, impunitatem concedit. *L.* 3, *c.* 4. §. 22, *l.*
,, 2, *c.* 1, §. 14; nam hic lex pœnam ſaltem
,, debitam remittit: actus autem nec jure
,, naturæ valet, *L.* 1, *c.* 1. §. 17, *n.* 2. *c.* 2,
,, §. 7, & 8. *l.* 2, *c.* 5, §. 28, nec pietati, &
,, animi puritati convenit. *L.* 1, *c.* 2, §. 7, &
,, 8. At idem quoque obtinere, diximus, ſi
,, leges contra id, quod ratio æquum eſſe
,, dictat, jus dant, vel tollunt.

AD §. XIII.

POSTQUAM Auctor aſſeruit, in contractibus beneficis nullum locum habere inæqualitatem; id limitat hoc §, ut in his quoque contractibus aliqua ſpectari poſſit æqualitas ex ſuppoſitione ejus, quod agitur: *ne ſcil. quis ex beneficio damnum ſentiat.* Unde varia dedocit conſectanea: 1. quod mandatarius damna, & impenſa repetere poſſit: 2. quod commodatarius caſum præſtet, eique res pereat: 3. quod aliud obtineat in depoſitario: 4. quod in pignore, & locatione is, qui accepit, non de quovis caſu teneatur; majorem tamen præſtare teneatur diligentiam, quam depoſitarius.

Additio.

,, Auctor quæſtionem difficillimam h. §. exa-
,, minat, *an ſcil.*, & *quatenus caſus in contractibus præſtetur?* Seu quod idem eſt,
,, *cujus periculo res ſit in contractibus?* & di-
,, ſtinguit, *an* quis contrahendo beneficium
,, ab altero acceperit, *an non. Illo* caſu om-
,, nino præſtari debere, ait, caſum ab eo,
,, qui beneficium accepit; non vero *poſteriori* caſu.

,, Atque ex his principiis concludit, *commodatarium* damnum reſarcire debere ſi
,, res periit, quia tenetur ratione beneficæ
,, acceptationis, niſi æque apud dominum
,, peritura fuiſſet: *h.* §. 13, *n.* 1. Econtrario
,, *depoſitarium* non præſtare rei caſum, quia
,, non accepit beneficium, ſed dedit. Nec
,, *creditorem pigneratitium*, *nec conductorem;*
,, quia ſunt contractus oneroſi, etſi diligen-
,, tia præſtari debeat. Unde *in his duobus*
,, *contractibus* non omnem caſum præſtari,
,, ait, ut in *commodato*; majorem tamen
,, diligentiam, quam in *depoſito:* quia *pignoris acceptio* gratuita quidem eſt, ſed ac-
,, cedere ſolet contractui oneroſo, *d.* §. 13,
,, *n.* 1.

,, Atque ad hanc formam de cæteris quo-
,, que contractibus judicium ferri poſſe, pu-
,, tat. Adeoque juxta hypotheſin Grotii in
,, *precario* is, qui precario accepit rem, ejus
,, periculum propter beneficam acceptionem
,, ſuſcipere tenetur. Econtrario in *mandato*,
,, *tutela*, *negotii geſtione*, *ſocietate*, *emtione*
,, *&c.* periculum non eſt mandatarii, toto-
,, ris, geſtoris, ſocii, emtoris &c., quia ſunt
,, contractus oneroſi.

,, Equidem ſupra probavimus, diſtinctio-
,, nem inter contractus beneficos, & per-
,, emtorios, merum inventum Auctoris eſſe.
,, Utrobique eadem ratio eſt; nam in bene-
,, ficis quoque res perit domino, uti mox de-
,, monſtrabimus. Adeoque plane alia naturæ
,, ratio eſt circa præſtationem caſus. Res ita
,, ſe habet.

,, Doctrina de præſtatione periculi, ſeu ca-
,, ſus, ſimpliciſſimis conſtat principiis, quæ
,, ipſum jus Romanum ſuppeditat.

,, CASUS

,, Casus eſt eventus, qui nulla humana diligentia præcaveri potuit. *L.* 1, §. 7, *de adm. rer. civ. l.* 23, *R. I. l.* 4, *C. Peric. tut. Laut. comp. p.* 228.

,, Hic caſus 1. nocet *domino*: & præterea 2. ei, *qui jus in* illa *re* habet: ac denique 3. ei, qui *actionem* habet ad rem illam petendam.

,, Primo igitur res perit domino, *Grot. ſupr. cap.* 8, §. 16: adeoque ſi ea interit, ſemper periculo ejus eſt; per rerum naturam enim concipi non poteſt dominium rei, quæ non exiſtit, *l.* 9, *C. de pign. l.* 8, *R. I. l.* 12, *C. locat. l.* 2, *l.* 5, *l.* 7, *de adm. rer. civ.*

,, Idque verum eſt, etſi res apud alium perierit: omnis enim facultas circa illam rem deſinit: immo poſſeſſor liberatur rei interitu, *l.* 27, §. 1, & 2, *R. V. arg. l.* 36, §. 1, *Eod. l.* 25, §. 4. *l.* 12, *C. locat. l.* 66, *ſolut. l.* 13, *lib. cauſ.* Adeoque nec depoſitarius, *l.* 1, *C. depoſ. l.* 4, *ff. Reb. cred. l.* 14, §. 1, *ff. depoſ. l.* 3, *Reg. jur.* nec precario poſſidens, *l.* 23, *R. I. l.* 8, §. 3, & 4, *Prec.* nec mandatarius, *l.* 23, *R. I. l.* 26, §. 6, *Mand. Laut. p.* 289, nec commodatarius, *L.* 23, *R. I. l.* 13, §. 1, *pign. act.* §. 4, *Inſt. quib. mod. re &c. l.* 5. *l.* 6. *l.* 9, *C. pign. act. l.* 19, *C. pign. Laut. pag.* 234, *L.* 6, *C. Naut. fœn.* nec conductor, *l.* 23, *R. J. Laut. Comp. pag.* 391, nec maritus ratione dotis, *l.* 23, *R. J. l.* 10, §. 1, *jur. dot. arg. l.* 75, *Eod.* nec tutor, *l.* 23, *R. J. l.* 6, §. 3, *l.* 11, *Neg. geſt. Laut. comp. pag.* 72, nec ſocius, *l.* 23, *R. J. l.* 25, *ff. pro ſocio l.* 52, §. 3, & 4. *l.* 58, *pr.* & §. 1. *l.* 60, §. 1. *junct. l.* 61, *Eod. Laut. comp. pag.* 294, nec poſſeſſor in contractu æſtimatorio, *l.* 17, §. 1, *præſc. verb.* nec hæres intuitu legati &c. *l.* 23, *V. O.* ideo a domino conveniri poſſunt.

,, Exc. *I.* ſi res culpa poſſeſſoris perierit, *l.* 5, §. 4, *Commod. l.* 5, *Reb. cred. l.* 23, *V. O. l.* 8, *Eod. l.* 5, *C. pign. Laut. comp. p.* 234, 282, 391, & *paſſim. II.* Si poſſeſſor in mora ſit rem reſtituendi domino, *l.* 8, §. 4, *precar. l.* 5, *R. J. l.* 23, *V. O. Laut. p.* 234, 282. (quæ exceptio pœnalis, adeoque mere civilis eſt). *III.* Si poſſeſſor pacto recepit periculum, *l.* 6, *C. pign. act. Laut. pag.* 282, 231, 391: ita enim in æſtimatorio contractu periculum ad accipientem pertinet ſi æſtimationem ſe præſtiturum recepit; *l.* 5, §. 3, *Commod.* quantitas enim nunquam perit. Conf. *Diſſert. Proœm. l.* 2, *c.* 5, §. 463, *n.* 4.

,, Præterea Secundo, non tantum res perit domino quoad dominium; ſed & intuitu rei tolluntur omnia *jura*, *quæ rei cohærent*: adeoque hactenus res quoque perit omnibus, qui jus in re illa habent.

,, Equidem jure naturæ extra dominium nemo alius jus in re illa habere poteſt: at poſtquam jure Romano quædam ſpecialia jura in re conſtituta ſunt, neceſſario ſequitur 1°. ſervitutes quoque interitu rei extingui, *l.* 8, §. 1, *ſerv. ruſt. arg. l.* 13, *ſerv. præd. ruſt. l.* 20, §. 2. *l.* 31, *ſerv. præd. urb. Laut. pag.* 141: 2°. Emphytheuſin, *l.* 1, *in f. C. jur. emph.*: 3°. jus feudi, &c.

,, Denique, & Tertio, res quoque perit ei, qui actionem habet ad rem illam petendam. *Vid. Muller. ad Struv. tit. peric. & comm.* §. 9, *leg.* 91, *V. O.* Ratio naturalis hæc eſt, quia creditor fruſtra peteret rem, quæ caſu periit, adeoque quæ non amplius exiſtit.

,, Nec *obſtat*, perſonam obligatam eſſe, non rem; adeoque obligationem perſonæ manere, etſi res pereat. Reſp. Perſona obligata eſt ad rem præciſe præſtandam, *l.* 5, *contr. emt. l.* 91, *V. O. vid. Muller. d. l.* §. 9. Si vero caſu periit, impoſſibile eſt ut præſtari poſſit: adeoque fruſtra creditor peteret rem, quæ eſſe deſiit. Hinc generalis regula eſt, debitorem liberari interitu rei ſpeciatim debitæ, *l.* 23, *V. O. vid. l.* 11, *C. de reb. cred. junct. l.* 82, §. 1. & 83, §. 7, *Eod. Laut. Comp. pag.* 646: i. e. periculum eſſe creditoris.

,, Atque hæc vera ratio eſt, cur emtoris ſit periculum etiam ante traditionem *vid. infr. h. n. ad* v. & *commodatarius rem &c. l.* 8, *ff. Per. & com.* Si enim res perit, emtor agere non poteſt ad rem præſtandam, quæ non exiſtit. Eadem ratio eſt cur conductor agere non poſſit ad rem locatam ſibi præſtandam, ſi periit. *Laut. Comp. pag.* 383. *Vid. infr. ad.* d. v. Eadem ratio eſt cur ſocietas ſolvatur re, cujus cauſa inita eſt ſocietas, amiſſa, *l.* 63, §. *f. pro ſocio. Laut. comp. pag.* 295, *in fin.*

,, Exceptiones ab hac regula vidimus *In Diſſ. Proœm. XII*, §. 373.

Quandam rei æqualitatem ſpectari & in contractibus beneficis] ,, Auctor intelligit per contractus beneficos, actus humanos, qui 1

 ,, cum

„ cum obligatione mutua ſunt, ut commo-
„ datum, depoſitum, mandatum &c. Vid.
„ *ſupr.* §. 2. Excludit igitur hic actus mere
„ beneficos, *d.* §. 2, utpote qui plane ei
„ contractus nomine non veniunt, *ſupr.* §.
„ 7: adeoque in quibus natura æqualitatem
„ non imperat, *ſupr.* §. 9, & §. 11, n. 1.

Non quidem omnimodam] „ Ita ut ex quavis
„ inæqualitate jus oriatur minus habenti, §.8,

Ut in commutatoriis] „ Qui tales ſint,
„ vide *ſupr.* §. 2. *pr. junct.* §. 4. In his enim
„ contractibus in ipſo actu principali deſide-
„ rari, ait, hanc æqualitatem, *ne plus exi-*
„ *gatur*, *quam par eſt*; quod in contracti-
„ bus beneficiſvix locum habere, dixit §. 11.

Sed ex ſuppoſitione ejus, quod agitur]
„ Æqualitatem enim, quam Auctor naturam
„ in contractibus imperare, fingit, partim
„ conſiſtere, ait, *in actibus*, partim *in eo*,
„ *de quo agitur ſupr.* §. 8, *junct.* §. 12. At-
„ que huc quoque refert contractus beneficos.

Ne quis, *ſcilicet*, *ex beneficio dammum ſen-
tiat*] „ Quoties enim quis ex ſuo beneficio
„ damnum ſentit, inæqualitatem inde oriri,
„ & ex hac inæqualitate jus oriri, putat,
„ minus habenti. *Vid. ſupr.* §. 8.

*Ob quam rationem mandatarius indemnis
præſtari debet a ſumtibus factis*] „ Equidem
„ juri naturæ omnino convenit, ut man-
„ datarius ſumtus in negotio mandato im-
„ penſos repetere poſſit. At ratio non con-
„ ſiſtit in aliqua inæqualitate, & ne ex ſuo
„ beneficio damnum ſentiat; ſed in regula
„ naturæ generali, quod mandans locuple-
„ tior factus ſit ex re mea, adeoque is plus
„ ſuo habeat, mihi vero aliquid abſit: hoc
„ jus ergo mihi tribui debet. Cæterum ex
„ beneficio ſuo quis damnum ſentire poteſt,
„ neque tamen ideo actio datur: ſi enim
„ mandatarius, negotiorum geſtor &c, im-
„ penſas voluptuaris facit, nulla inde ei da-
„ tur actio, nec jure naturæ. Sic ſi quis ad
„ bellum commodavit equum, periculum om-
„ ne erit commodantis, *l.* 5, §. 7, *Commod.*
„ ubi & alia exſtant exempla.

*Et damno, in quod ex cauſa rei mandatæ
incidit*] „ Vera ratio naturalis eſt, quod
„ is, qui ſuſcipit negotium alienum, id ſum-
„ tibus mandantis ſuſcipiat, ejus enim ne-
„ gotium eſt: adeoque ſi occaſione illius
„ negotii mandatario aliquid abeſt, domi-
„ nus illius negotii, qui ex re aliena locu-
„ pletior factus eſt, id ei reſtituere tenetur.

*Et commodatarius rem tenetur reſarcire ſi
periit*] Nos theſin hanc non admittimus. Res
enim perit ei, cujus eſt. Sane, rei domi-
nium perdere nemo poteſt, niſi qui id habet;
privatio enim ſupponit habitum: nec poteſt vi-
deri deſiiſſe habere, qui nunquam habuit, *l.* 83.
ff. Reg. jur. Cur ergo emtori perit res ante
traditionem? Reſp. quia jure naturæ ex diſ-
poſitione partium de re jus in rem ipſam trans-
fertur: & licet JCti Romani jus ſaltem in per-
ſonam ex tali diſpoſitione tribuant, actionem-
que mere perſonalem dent; remanſit tamen
inter alia hactenus veſtigium juris naturalis
in periculo, & jus perit ei, cujus eſt. Sane,
ex ratione juris Gentium debitor, qui de re
ſua diſponit, eam debet ex bonis; unde etſi
jure Civili perſona ejus ſaltem obligetur, æs
alienum inhærere bonis ejus dicitur: uti econ-
trario creditum, etſi perſonam meam afficiat,
tamen bonis meis inhæret, indeque meis bo-
nis debitum videtur, idque æs meum vocatur.
Hinc jam ſequitur, re ſublata neceſſario ex-
ſtingui omne jus, quod ei cohæret, & ſe-
paratum a re exiſtere nequit: adeoque &
æs alienum perit ei, cui debebatur.

Additio.

„ Verum eſt, rem commodatam (ſi ſine
„ culpa commodatarii perit) perire domi-
„ no, nec commodatarium eam reſtituere
„ domino debere. Verum quoque eſt, in em-
„ tione rei aliud obtinere, & ea perfecta
„ periculum eſſe emtoris, *l.* 7, *l.* 8, *ff. per.*
„ & *Com.* Ratio autem hujus rei non con-
„ ſiſtit in eo, quod jure naturæ ex diſpo-
„ ſitione de re jus transferatur in rem ipſam;
„ id enim nulla ratione probari, paſſim de-
„ demonſtravimus: ſed vera ratio hæc eſt,
„ quia emtione perfecta, emtori actio com-
„ petit *ad rem promiſſam petendam*, utpote
„ quæ ſola eſt in obligatione. Quo modo
„ autem petere poteſt rem, quæ non exiſtit,
„ adeoque cujus præſtatio eſt impoſſibilis?
„ Accedit alia ratio æquitatis; commoda
„ enim rei acquiruntur emtori, etiam ante
„ traditionem; unde æquum eſt, etiam in-
„ commoda eum ſequi debere. Uti hæc ratio
„ affertur in *L.* 7, *pr. ff. l.* 1, *C. peric.* & *Com.*

*Quia non ſolius rei ratione domino tenetur,
i.e. ex vi dominii*] „ Si enim domino tenere-
„ tur, vi ſaltem dominii, omino res peritura
„ eſſet domino; effectus enim dominii eſt ut
„ vindicari res poſſit: vindicari autem non
„ poteſt res, quæ periit.

*Quomodo quivis poſſeſſor teneretur, ut ſu-
pra diximus*] „ Introducto enim dominio
„ hanc quaſi ſocietatem contractam eſſe, fin-
„ git, ut qui rem alienam haberet in ſua
„ pote-

Digitized by Google

,, poteſtate, eam domino redderet. *Vid. c.* 10,
,, §. 1, *n.* 2. Quod examinavimus *ibidem.*

Sed & ratione benefica acceptionis] ,, Di-
,, ctum jam eſt, beneficam acceptionem peri-
,, culum in commodatarium non transferre.
,, Res perit domino.

Quod ita verum eſt, niſi omnino & apud dominum fuiſſet peritura] ,, Immo ſemper
,, domini eſt periculum rei, etſi apud eum
,, non fuiſſet peritura: *l.* 5, §. 7, *Commod.*
,, *Vid. ſupr. c. XI*, §. 6.

Hoc enim caſu nihil per commodatum domino abeſt] ,, At nec tunc, ſi apud domi-
,, num peritura non fuiſſet, ei aliquid abeſt
,, per commodatum; ſed per caſum, qui
,, ſemper nocet domino. Etſi igitur occaſione
,, commodati caſus contingat, ideo non po-
,, teſt transferri periculum in commoda-
,, rium, qui conſenſu domini re utitur, adeo-
,, que cui imputari nihil poteſt.

Contra depoſitarius præter fidelitatem nihil recipit] ,, Recipiendo enim fidelitatem alteri
,, beneficium dat: adeoque ex hypotheſi Au-
,, ctoris ejus non eſt periculum.

,, Differentiam igitur inter commodatum,
,, & depoſitum, hanc facit Auctor, quod in
,, *priori* commodatarius uſum rei alienæ acci-
,, piat, & quidem ex beneficio commodantis;
,, cum in *poſteriori* depoſitarius merum onus,
,, ſcil. fidelitatem, recipiat: unde conclu-
,, dit, *priori* caſu domino per beneficium ali-
,, quid abeſſe, non vero in caſu *poſteriori.*
,, At dictum jam 1. eſt, commodatarium
,, caſum non præſtare; ſed rem perire ſuo
,, domino. Neque 2. ratio illa, quod aliquid
,, domino abeſſe videatur, obligationem in-
,, ducit; quia nihil domino abeſt per com-
,, modatum: nam uſus rei ex ejus voluntate
,, in alterum eſt translatus, ſed per caſum,
,, quem ſolus dominus præſtat.

Ideo ſi periit res, non tenebitur] ,, *Primo*
,, negamus, aliud obtinere in commodatario,
,, aliud in depoſitario. *Secundo*, ratio, quod
,, depoſitario non noceat caſus, non in eo
,, conſiſtit, quod præter fidelitatem nihil re-
,, ceperit; ſed quod res perire non poſſit
,, niſi ei, cujus eſt: caſus ergo nocet domino.

Non rei ratione, quia non exſtat, nec locupletior eſt] ,, Rei enim alienæ poſſeſſor
,, tantum tenetur ad rei reſtitutionem ſi res
,, exſtat, *l.* 2, *c.* 10, §. 1: ſi non exſtat, & poſ-
,, ſeſſor locupletior inde factus eſt, tenetur
,, quatenus eſt locupletior factus, *d. c.* 10,
,, §. 2. Neuter caſus hic exiſtit: res enim non
,, exſtat, quia periit; nec locupletior factus
,, eſt depoſitarius, qui nudam cuſtodiam ſuſ-
,, cepit.

Nec acceptionis ratione, quia accipiendo beneficium non accepit, ſed dedit] ,, Dixi, ac-
,, ceptionem beneficii non eſſe cauſam trans-
,, ferendi periculi. Res perit domino.

In pignore media via ſequenda eſt, ut qui rem accepit nec de caſu quovis teneatur, ut commodatarius] ,, In pignore eadem ratio
,, obtinet, quæ in commodato, & depoſito.
,, Utrobique res perit domino; adeoque ratio-
,, ne *periculi* inter hæc negotia nulla eſt diffe-
,, rentia: ſed præterea actio pigneratitia perit
,, creditori; ſecuritas enim in re, quæ non
,, exſtat, exigi nequit.

Ut & in locato] ,, Quemadmodum pi-
,, gnus, ſi apud creditorem perit, perit de-
,, bitori tanquam domino pignoris: ita res
,, locata, quæ interit apud conductorem
,, perit locatori. Atque hinc hic quoque con-
,, tractus ratione periculi non differt neque
,, a commodato, nec a depoſito.

Et majorem tamen diligentiam, quam depoſitarius præſtare debeat] ,, Immo nec hoc
,, concedi poteſt, jure naturæ aliam diligen-
,, tiam in *commodato*, aliam in *depoſito*,
,, aliam in *pignore*, & *locatione* præſtari:
,, omnis culpa, etiam leviſſima, in re alie-
,, na, delictum eſt jure naturæ; & damnum
,, tali culpa datum ſemper reſtitui debet ab
,, eo, cujus culpa contigit. Jus Romanum
,, demum certos culpæ gradus pro varia æ-
,, quitate conſtituit. Nam in depoſito præ-
,, ſtare vult culpam latam: *l.* 5, §. 2, *com-*
,, *mod.* in pignore, & locatione levem,
,, *Laut. comp. p.* 234: in commodato le-
,, viſſimam, *l.* 61, §. 5, *furt. l.* 17, *teſtam.*
,, *quem aper.* Cujus rei rationem ex princi-
,, piis B. Parentis explicavi in *Jure controv.*
,, *Tit. commod. q.* 10.

Quia pignoris acceptio eſt quidem gratuita, ſed accedere ſolet contractui oneroſo] ,, Sen-
,, ſus eſt, quod pignoris datio per ſe videa-
,, tur actus liberalis, qua detentio rei con-
,, ceditur: hoc autem negotium naturam tra-
,, here ex contractu oneroſo, cui ſecuritatem
,, præſtat, *vid. ſupr.* §. 6; atque hanc ratio-
,, nem eſſe, ait, cur in *pignore* caſus quidem
,, præſtetur ut in commodato: culpa autem
,, non item. At gratis hæc dicuntur. In *pi-*
,, *gnore* idem jure naturæ obtinet, quod in
,, omnibus aliis contractibus: nimirum, quod
,, res pereat domino, & quod ſemper præ-
,, ſtetur culpa leviſſima. Neque Jure Roma-
,, no ratio, quod culpa levis ſaltem præ-

,, ſtetur, in eo ponitur, *quod pignoris ac-*
,, *ceptio, utut gratuita, accedat contractui*
,, *oneroſo;* ſed quia utriuſque ibi verſatur
,, utilitas, *d. l.* 5, §. 2, *commod.*

2 *Quæ omnia Romanis congruunt legibus*]
,, Immo Jure Romano verum non eſt, com-
,, modatarium præſtare caſum; contrarium
,, ſtatuitur in §. 2, *Inſt. quib. mod. re con-*
,, *trah. l.* 5, §. 4. *l.* 18, *pr. ff. commod. l.* 1,
,, *C. Eod. l.* 23, *Reg. Jur.* Sane, quæ fortui-
,, tis caſibus accidunt, in nullo bonæ fidei
,, judicio (adeoque nec in commodato) præ-
,, ſtari, traditur in *L.* 6, *C. pign. act.* & rem
,, perire domino, regula naturæ eſt. *L.* 9,
,, *C. de pign. act. d. l.* 6. *L.* 6, *ff. Naut. fæn.*
,, *L.* 39, *ff. qui, & a quib.* Adeoque ratione
,, periculi idem obtinet in *commodato, depo-*
,, *ſito, pignore, & locato;* in omnibus enim
,, his contractibus res perit domino. Diffe-
,, rentia autem ratione graduum culpæ eſt
,, mere juris civilis, cujus rationem allega-
,, vimus in præcedentibus.

Sed non ex illis primitus, ſed ex æquitate naturali veniunt] ,, Quod de caſu a *commo-*
,, *datario* præſtando Auctor ſtatuit, neque
,, æquitati naturali, neque legibus Romanis
,, convenit: differentia autem ratione præ-
,, ſtationis culpæ inter *commodatarium, &*
,, *depoſitarium*, non eſt ex jure naturæ, ſed
,, ex ſolis legibus Romanis, quæ tamen æ-
,, quitatem naturalem ſequuntur.

Quare eadem apud alias quoque gentes reperire eſt] ,, Nam regula naturæ eſt, rem pe-
,, rire domino. De depoſito furto ablato vide
,, *Exod. c.* 22, §. 6, & §. 10.

Alios fidem debere, alios tutelam] ,, Lo-
,, cus Senecæ plane huc non quadrat. Lo-
,, quitur enim de re, quæ perit poſtquam
,, reddita eſt: & de hoc caſu ait, *non tu-*
,, *telam* (ſcilicet re jam reddita) *deberi;*
,, *ſed fidem*, quam ſuſcipit de re reddenda,
,, quæ vero reddita eſt.

Ad hanc vero formam de cæteris quoque contractibus judicium eſt faciendum] ,, Diſtin-
,, guendo, nimirum, inter contractus one-
,, roſos, & qui beneficam acceptionem con-
,, tinent. At demonſtravimus, hanc diſtin-
,, ctionem nulla juris ratione niti. Omnium
,, contractuum eadem jure naturæ eſt ratio:
,, in omnibus res perit domino, & in om-
,, nibus præſtatur culpa leviſſima circa rem
,, alienam.

Generali tractatione, quantum inſtituto noſtro ſufficit, abſoluta] ,, Quam infeliciter hæc
,, generalis tractatio de contractibus, de pœ-
,, nitentia, de caſus præſtatione &c. Auctori
,, ceſſerit, jam vidimus. Infinitis diſtinctio-
,, nibus, iiſque obſcuris, vagis, & plerum-
,, que falſis, totam materiam contractuum
,, adeo intricavit, ut ipſe quid ſibi velit ne-
,, ſciat: cum tamen tota res, uti vidimus,
,, ex ſimpliciſſimis principiis conſtet.

Ad §. XIV.

Mensura *ejus, quod res quæque va-* 1
leat, maxime naturalis eſt indigentia] ,, The-
,, ma hoc prolixe tractavit B. Parens in Diſ-
,, putatione *De vero rerum pretio* §. 1, *uſque*
,, *ad* §. 21; quam quatenus ad propoſitum
,, facit, inſerere hic liceat.

Menſurarum plurimus in vita civili uſus, tantaque cum utilitas, tum neceſſitas eſt, ut nulla prope vitæ civilis pars iis carere poſſit. Etſi enim incerta in obligationem venire poſſunt. l. 74, princ. l. 75, pr. §. 4, 5, 8, de Verb. Obl. l. 40, §. 1, ff. de Cond. indeb. l. 3, ff. de Cond. ſine cauſ. l. 3, §. f. ff. de Rei Vind. *præſtari tamen non niſi quod certum eſt poteſt: adeo ut cum incertum in obligatione eſt, ſententia Judicis id definiendum ſit; & ſi definiri plane nequeat, nec obligatio valeat, nec ſententia.* §. Curare 32, Inſt. de ſent. quæ ſine cert. quant. *Unde de rerum menſuris, ſeu modis quibus ad certam quantitatem, menſuramque exiguntur, tam neceſſaria in Jure quæſtio eſt, atque tractatio.*

Habent ſcil. res aliquam in ſe menſuram; ſed quæ non apparet, niſi exploretur comparatione ad aliam, quæ certa eſt. Id vero varie fit, prout varia ſunt quantitatum genera. Ita Logicorum Scholæ diſtinguunt quantitatem virtutis, quæ eſt perfectio rei: & molis, quæ ipſis eſt vel diſcreta, ut numerus; vel continua, ut quod in longum, latum, ac profundum patet. Item aliad icitur ſucceſſiva, ut tempus, ac motus; alia permanens, ut modus fundi &c. Vid. Ariſtot. de Categor. *quem alii quidem redarguunt. Vid.* Derod. Logic. part. 1, c. 9. *Verum alterius id fori, ac cathedræ eſt. Nos tantum ea, quæ noſtra diſciplinæ ſunt, delibabimus.*

Ex tralatitia igitur, & luculenta ſatis JCtorum doctrina quantitas exquiritur numero, pondere, vel menſura. Numero *metimur res, de quarum ſingularum quantitate vel conſtat, vel non quæritur:* Pondere, *quæ dura, ac ſolida ſunt:* Menſura, *quæ liquida, vel liquidis*

iis

Digitized by Google

in eo ſimilia, quod per partium exilitatem menſuræ partes omnes implere poſſint, uti frumenta, ſæpe & res, fructusque majoris quantitatis, ſi ſcil. non tanta ſit ſingulorum corporum inter ſe diſparitas, ut inde notabilis menſuræ variatio oriatur, vel ſaltem non tanta, ut de ea admodum ſolliciti ſint illi, inter quos res agitur. Unde eædem res partium voluntate ad numerum, menſuram, & pondus permutari poſſunt; & licet plerumque ad numerum diſtrahantur, poſſunt tamen minores etiam ad menſuram, vel pondus: uti cum Cæſar populo triumphale epulum dare vellet, 6000. murenarum appenſa ab Hirio accepit. Plin. lib. 9, hiſt. cap. 55. Macrob. Saturnal. lib. 3, cap. 15. Sed & aliud eſt, quæ res pondere, numero, menſura permutari conſenſu partium poſſint; aliud, quæ res non aliter ſoleant: uti res fungibiles, quæ in quantitate conſiſtunt, ſeu numero, pondere, & menſura conſtant. Ita fundus ad menſuram, ad jugera, venire poteſt, l. 1, princ. ff. de Condict. Tritic. l. 64, pr. ff. de Evict. l. 40, §. 2, ff. de Contrah. emt. &c, grex ovium ad numerum, l. 35, 6, ff. eod. tit. non tamen ea in quantitate conſiſtunt.

Non tamen autem vulgaris iſta, & mere quaſi mechanica metiendi ratio, ſed & alii cum occultiores, tum nobiliores modi ſunt, quorum uſus, cum in morali diſciplina, & Juris prudentia, tum in omni vita civili eſt maximus. Nam & quandam virtutis quoque quantitatem allegavimus ſupra. §. 2, eamque metiuntur varii bonorum, dignitatumque gradus. Illi enim naturaliter nihil aliud ſunt, quam æſtimationes virtutum: uti pœna æſtimationes delictorum; l. 41. in f. ff. de Pœn. & uti pro modo delicti pœna, ita pro modo virtutis vera dignitas definitur. Atque hæc eſt vera meriti ratio, ut proportio ſit, quemadmodum inter delicta, & pœnas, ita inter virtutes, & honores: ſive enim dignitas eo, quod meritus: vel quo dignus es, major eſt, hactenus erit indignitas; ſi minor, non deficit tamen dignitas, non magis, quam jus ei, cujus eſt, etſi non tribuatur.

Denique rerum quoque uſus, & commoda quæcunque quantitatem habent: atque hæc eſt, quæ rerum valor, ſeu æſtimatio dicitur, & de cujus vera menſura nunc quæritur; an ſcil. & quænam ſit quantitas, quæ cujusque rei valorem metiatur, adeoque ſit verum rei pretium? Quam quæſtionem paucis pro inſtituto, & Diſputationis Inauguralis materia evolvam.

Primum itaque in omnibus, quas recenſui, ſpeciebus duplex eſt menſura: intrinſeca, quæ ipſi rei ineſt, de qua exploranda agitur; vel extrinſeca, cujus comparatione definitur, atque cognoſcitur intrinſeca. Ita pannis, agris &c. ineſt longitudo certa, quæ ulnarum, decempedarum, ſimiliumque inſtrumentorum, quorum certa eſt, ac conſtat menſura, comparatione exploratur. Atque ita ulnæ, & decempedæ longitudo eſt, cum in agris, tum in ulna, decempeda &c. Pariter pondus auri, & argenti eſt in ipſo auro, &c: ſed cum id lateat, proditur appenſis ponderibus, quorum certa, ac definita eſt quantitas. Et ſic frumenti acervo ineſt certa quantitas, ſed ignota: eam igitur detegimus modiis &c. quorum modus partibus perſpectus eſt; idemque in numero capitum gregis, atque ita de cæteris: adeo ut dignitas quoque, quæ eſt virtutis menſura, & in ipſius virtutis merito ſit, & in collata dignitate.

In eundem modum valor, & æſtimatio quoque rerum extrinſeca eſt, vel intrinſeca. Intrinſeca eſt in rebus ipſis, extrinſeca in illa rerum menſura, quam jam quærimus. Hinc qui rem habet, ejus etiam æſtimationem habere dicitur, ſcil. intrinſecam, quæ ipſa re continetur: l. 88, princ. ff de Verb. ſign. ubi dicitur centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæteriſque ſimilibus rebus habeat. Nam econtrario, qui æſtimationem (extrinſecam) habet, etiam omnes res habere videtur, quæ ea comparari poſſunt: d. l. 88, in fin. licet æſtimatione extrinſeca, v. g. 100. aureis legatis, etſi tot aurei in bonis non ſint, ex bonis tamen redigendi ſunt. l. 12. princ. ff. de Legat. II.

Primum itaque de valore rerum intrinſeco ut videamus, ille definitur ita, ut quo plus inde utilitatis exſpectatur, eo majoris æſtimetur: unde verum fundi pretium ad reditus, proventusque annui rationes exigitur, l. 92. princ. ibi: excuſſo pretio ſecundum reditus ejus fundi. ff de Legat. l. pen. princ. ibi: pro fructuum modo pretium inventurus, ff. reb. eor. quæ ſub tut. arg. l. 3. §. fin. ff. ad l. Falcid. l. 16. C. de Reſcind. Vend.

Verum utilitas illa non ſemper reſpicitur qualis in ſe ſit, ſed & qualis ei, qui rem ſibi comparaturus eſt. Is enim non tam ſpectat quid in ſe, vel aliis, ſed quid ſibi utile ſit: & ne hoc quidem quid ſua vere interſit, ſed quid ſibi expedire exiſtimet; quin quidquid deſideriis ſuis maxime congruere arbitretur. Unde varie putari poteſt, & æſtimari rei utilitas. Vel enim I. ſpectatur rei utilitas, quatenus in ſe,

Digitized by Google

ſe, & a natura eſt : atque adeo reſpectu hominum communiter & hoc pretium rei naturale eſt, l. 63. princ. *ibi*: Pretia rerum communiter funguntur. ff. ad L. Falcid. *Sen.* Epiſt. 66. *Vel* II. *ſpectatur illa reſpectu certi populi, cum pretia locis, ac populis varient, ex cauſis, quæ deinceps tradentur : idque* pretium civile, *explicationis melioris ergo, licebit appellare, de quo* d. l. 63, §. fin. *Vel* III. *reſpectu privati, cujus peculiaris utilitas, ſed vera ſpectatur : idque proprie non pretium, ſed* id, quod intereſt, *aliquando tamen* pretium ſingulare *vocari ſolet*, d. l. 63, pr. *ibi*: non utilitate ſingulorum. Dd. ad l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod. int. & *ex quibusdam cauſis, præter commune pretium, creditor id quoque, quod ſua intereſt, recipit. Vel* IV. *reſpectu privati, cujus affectu utilitas æſtimatur*, d. l. 63. princ. *ibi*: Affectu ſingulorum, *&c : uti quod partes conſenſu in emtione conſtituunt*; & pretium arbitrarium *dici poſſet.* princ. Inſt. de Emt. & Vend. *ibi*: ſimulatque de pretio convenerit.

Etſi autem in Jure commune pretium rerum illud intelligant, & nomine pretii veniat, quod civile diximus, & in Imperio verum pretium eſt ; tamen in quibusdam caſibus JCti Romani prudenter ſecuti ſunt pretium naturale : ut in Lege Aquilia ; quod ut intelligatur, ejus pretii ratio paucis excutienda eſt.

Naturali igitur æſtimatione tanto pluris res eſt, quanto plus veræ utilitatis affert in communem hominum ſocietatem, qua ratione certum eſt, aquam in humana ſocietate, & naturaliter, longe majoris eſſe pretii, quam quicquid e terris effoditur, vel ex concha, vel nutrice, divitiarum naſcitur ; ſine his enim homines vivere poſſunt, & ſine iis diu humanum genus ſubſtitit, ac multi populi ad hæc usque ſecula ſubſtitere : ſine aqua vero neutiquam poſſunt. Ita eadem naturali æſtimatione infinite majus pretium erit edulioram, & eorum, quæ natura ad alendos, veſtiendosque homines condidit, quam omnium totius orbis gemmarum, auri, argenti &c : ex eadem, quam modo dedi, ratione.

Quod ſi ratio, quæ tamen certa, ac evidens eſt, non pervincat, hominibus totius ætatis præjudicio occupatis ; appellamus præterea experientiæ fidem, & incorruptiora hominum, ſincerius, & naturalius res æſtimantium judicia. In altera navigatione Americi Veſputii referunt : Cum Valboa Hiſpanorum in America Dux fœdus cum Panchaico Indo, qui jam baptizatus, & Carolus dictus fuerat, contraxiſſet, atque ille ex fœderis placito magnam vim auri &c. afferret, ac in diviſione Hiſpani rixantes ad manus prope venirent ; riſit eos Indus, quod de auro litigarent, A C S I F A R E S E S U I, P O T U I Q U E E S S E T, promiſitque, ſe ſatiaturum eos tam vili metallo : atque in eam rem conſilium ipſis dedit. *Similia referuntur, inventa primum Grœnlandia, de ejus incolis, & de omnibus prope novi orbis populis, qui aurum, argentum, uniones &c. vitro, crepundiis, aliisque viliſſimis rebus permutant. Quin de Germanis, Majoribus noſtris, ait Tacitus* de Mor. German. cap. 5 : Auri, argentique poſſeſſione, & uſu, haud perinde eos affici ; & videre apud illos eſſe argentea vaſa Legatis, & Principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quam quæ humo finguntur ; *additque*, Gallis tamen proximos, ob uſum commerciorum, aurum, & argentum in pretio habere. *Nullum itaque natura pretium habuit, ſed ab uſu civili commerciorum accepit. Idem* d. lib. cap. 45. *refert de pretioſiſſimo illo ſuccino* (Bernſtein) *quod apud Æſtyos invenitur, ubi, (hodie ſub feliciſſimis Glorioſiſſimi Regis Boruſſici auſpiciis antiquiſſimum Prutenii, & Videvuti Regnum in vicino Monte Regio, auſpicatiſſimo omine, ac nomine reſtauratum eſt, quod Deus O. M. Regiæ ipſius Majeſtati fortunare porro velit)* diu illud inter cætera ejectamenta maris jacuiſſe, donec luxuria aliarum Gentium nomen ipſi dederit. *Tum pergit* : Æſtyis (*Germano populo*) in nullo uſu, rude legi, informe perferri, pretiumque mirantes accipere. *Adeo igitur nullum ejus pretium ex natura agnovere, ut mirati fuerint, eſſe homines, qui pretium pro eo ſolverent. Atque hoc probat vetus fabula Midæ, qui precibus a Baccho impetraverat, ut quicquid contingeret, aurum fieret, omne pretium in auro ſitum eſſe ratus : verum, cum hoc facto etiam cibus, & potus, & veſtes contactu aurum fierent, jamque vivendi copia relicta non eſſet, illico eum pœnituit & voti, & ſtultitiæ ; agnovitque quanti minoris aurum, quo vita hominum carere poteſt, quam hæ res, quibus non poteſt : damnatoque voto ſuo has precibus a Baccho recepit.* Ovid. Metam. lib. 11, fab. 3. *Idque eſt, quod Prudentes veteres inculcare hoc involucro hominibus, auri adeo ſitientibus, voluerunt.*

Hoc pretium naturale ſecuta eſt lex Aquilia, & majoris æſtimavit damnum pecudis,

&

& ovicula occiſa, quam gemmarum, ſimiliumque rerum pretioſiſſimarum. Illius enim, quam harum gravior reparatio fuit; & qui vel oviculam occidiſſet, quanti retro res plurimi in anno fuit: qui gemmas &c, tantum quanti fuit in menſe, reſtituere; ille ex primo, hic ex tertio capite tenetur. Cujus rei cauſa alia non eſt, quam pretium rei naturale; vix enim res aliæ mobiles ſunt, quæ tantum utilitatum ad communem hominum vitam afferunt, quam pecudes: ſic oves, quæ ad uſum, potum, veſtitum, neceſſaria ſunt, producunt, & ad ſtercorandum agrum; aliæ vero, etiam ad onera ferenda, (quæ res in vita humana maximi momenti eſt), agrumque colendum proſunt. Unde pecudes ſervis iis illo capite æquiparantur, per quos, tanquam organa, & inſtrumenta rationalia, maxime omnium rebus gerendis idonea, plurimum inprimis præſidii, ac commodi dominis affluit.

Cæterum hoc naturale pretium ſolum in vita civili non attenditur, ut Seneca d. Epiſt. 66, *jam docuit:* Ex opinione, non ex natura, pretia rebus imponi. *Idque duabus inprimis ex cauſis. Nam I. pretium augetur difficultate: ut adeo etſi par, eademque duarum rerum in Rep. ſit utilitas illa tamen pluris valeat, quæ difficilior eſt comparatu; uti aquæ ſumma eſt utilitas, & tamen nullius illa pretii, propter copiam, & cum paſſim obvia ſit, ejus percipiendæ facilitatem: unde Plato aquam τὸ ἄριςον, & τὸ εὐωνότατον,* rem & optimam, & minimi pretii *dixit. Cum e contrario vini pretium majus ſit, etſi uſus minor; quippe cujus multo difficilior eſt comparatio, quam aquæ.*

II. *Hiſce porro, quæ ad hominum neceſſitatem natura condidit, non contenti homines, avidius adhuc cupiverunt ea, quorum ad ambitionem, luxum, elegantiam, ſuperbiam, uſus eſt; eaque cupiditate pretium fecere iis quoque rebus, quibus facile carere ſocietas hominum poſſet. Ut adeo vere dixerit Plin.* lib. 9, Hiſt. 35. Margaritis pretium luxuria fecit. *Quod per ſingulas gemmarum ſpecies exponit idem Plin.* l. 37, paſſ. *atque uberius Cicero* lib. 1, de Offic. verſ. Fundamentum: Delectant, *ait*, magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia, & copia; quibus rebus effectum eſt, ut infinita pecuniæ cupiditas eſſet. *Et Curt.* lib. 8, cap. 9: Æſtimantur purgamenta æſtuantis freti pretio, quod libido conſtituit. *Hinc factum, ut ſenſim pretium rerum ſupervacuarum, & quæ luxum alunt, æſtimatio tanto intervallo rerum neceſſariarum pretia exſuperaverit, ut quædam gemmæ, extra pretia opum humanarum viſæ fuerint. Plin.* d. l. 37, in proœm. & cap. 1. *Refert item Plutarch.* in Caton. Maj. cap. 35: admiratum fuiſſe Ariſtonem, eos potius beatos vulgo videri, qui ſupervacua, quam qui neceſſaria ad uſum vitæ poſſiderent.

Cum igitur adeo varient rerum pretia locis, temporibus, affectu, &c. l. 63. §. f. ff. Ad L. Falcid. *quæritur, quæ ſit in tanta varietate, & incerto rei valore, naturalis, & vera rerum, ac pretii menſura? Ariſtoteles* INDIGENTIAM *fecit rerum menſuram*, lib. 5. & Nicom. cap. 5. Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι. Τοῦτο δ' ἐςὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, πάντα συνέχει· Oportet igitur unum aliquod cuncta metiri: hoc autem revera eſt INDIGANTIA, quæ cuncta complectitur. *Additque hanc rationem:* Niſi enim indigerent, vel non pariter indigerent; aut plane non fieret commutatio, aut non hæc fieret.

Nihil equidem verius, ſi recte intelligatur: etſi Grotius de J. B. & P. lib 2, c. 12, §. 14, *exiſtimet*, indigentiam eſſe quidem rerum menſuram naturalem; ſed non ſolam: quod hominum voluntas multas res magis deſideret, quam ſint neceſſariæ. *D. Puſendorſius vero* lib. 5. cap. 1, §. 4, *id quoque improbat, & eadem tamen utitur ratione, quod ita pretium luxuriæ non eſſet. Ipſe vero* d. c. 1, §. 8. & ſeq. *ſubſtituit vagos, & arbitrio fictos, nihilque cohærentes, neque ratione probatos diſcurſus, peſtes Juris Naturalis. Neque vero aſſecutos eos fuiſſe ſententiam Philoſophi, neque ad rationem, qua ille utitur, animum ſatis advertiſſe, facile apparebit.*

Imprimis igitur negandum eſt, quod D. Puſendorſius d. c. 1, §. 4, *ponit*, indigere non niſi illis rebus nos dici, quibus ſine gravi incommodo carere nequimus. *Nam e contrario voce χρείας, ac indigentiæ, & Philoſopho, & aliis bonis auctoribus intelligitur in genere carentia ejus, quod cupimus: & quicquid volumus, ac deſideramus, ſi ad manus non ſit, eo indigere nos recte dicimur. Fidem rei facit Cicero* lib. 1, Tuſcul. quæſt. cap. 88; *ubi ait:* Carere hoc ſignificat: egere eo, quod habere velis; *deinde mox addit*, neminem carere eo, quo non indiget, i. e. *quod non cupit: uti ex iis, quæ præcedunt, apparet. Et jam dixerat* d. l. 1, c. 87; Deſiderat, requirit, indiget. *Sic Regno indiget, qui ejus cupidus eſt; & margaritis, qui iis ornari diſcupit,*

nec habet: etſi homines eis carere facile poſſint. Atque hoc levi momento vocis & defenditur Philoſophus, & evaneſcunt ſcrupuli Grotii, & Puſendorſii.

Hoc igitur ſenſu χρείαν, *ſeu indigentiam (publicam ſcil.) eſſe unicam, veram, ac naturalem rerum, earumque pretii menſuram, & ratione conſtat, & experientia. Ut vero evidentior res fiat, videndum ante, quibus modis augeatur, aut remittatur indigentia. Fit hoc duplici maxime ratione: 1. uſus frequentia, & 2. comparandi difficultate. Quo enim frequentior eſt uſus, & difficilior comparatio, eo major eſt rei indigentia, eoque adeo majus pretium, quod indigentia metitur.*

Hinc eſt quod annorum ſterilitate creſcat illico fructuum pretium, cum eorum uſus ſit omnium communis, & minus jam ſufficiant, difficiliusque adeo acquirantur. Ut e contrario, annorum ubertate, aucta fructuum, eosque acquirendi copia, pretium ſenſim evileſcit. Hinc & in locis, ubi rari ſunt fontes, & fluvii, aqua ipſa jam venalis eſſe incipit, l. 14, §. 2, ff. de Alim. leg. *Hinc maximum beneficium viſum fuit, quod M. Manlio, cum Capitolium obſeſſum a Gallis ſervaſſet, obſeſſi Romani ſelibras farris, & quartarios vini conceſſerint, cum obſidio earum rerum procurandarum facultatem intercluderet:* Rem dictu parvam, *inquit Livius* lib. 5, cap. 47, cæterum inopia fecerat eam argumentum ingens charitatis. *Ita & Diodor. Sicul.* lib. 3, cap. 45, in fin. *tradit, in Arabia Felici cum penuria ſit æris, & ferri, auri autem copia, æquali ea pondere permutari a mercatoribus.*

Et Belgæ, ne vileſceret pretium piperis acquirendi facilitate, & copia, ingentes terrarum, quæ piper produxerunt, tractus vaſtaſſe dicuntur. Ita & de biblo traditur, non permitti id multis in locis naſci, ut penuria pretium augeatur. Strab. l. 17.

Hinc igitur ſequitur, ſi in Civitate duæ res ſint diverſiſſimæ, ſed quarum æque communis eſt uſus, & par comparandi difficultas, atque ita par indigentia, par quoque omnino utriusque rei pretium eſſe. Si vero alterius rei vel frequentior uſus, vel major parandi difficultas fuerit, hoc ipſo ejus quoque pretium majus erit. Nec dices, poſſe emtorem alteram rem majoris emere. Non enim de pretio voluntario, quod conſenſu, & arbitrio ſuo partes conſtituunt, ſed de pretio rerum publico agimus: pars enim rebus ſuis abuti, & pro lubitu pretium majus ſolvere poteſt; verum, ſi emtor ille, cum eodem pretio in civitate rem comparare poſſet, multo pluris emat, venditor ex ſtultitia emtoris id pretium habere dicitur in l. 3, pr. ff. ad leg. Falc.

Atque hæc fuit antiquiſſima res ab invicem acquirendi ratio, permutando ſcil. merces, quarum par eſſet utrinque indigentia. Ita Germanos olim non pecunia, ſed ſimplicius, & antiquius permutatione mercium uſos, *teſtatur Tacitus* de Mor. German. cap. 5. *Et antiquiſſimum id genus contrahendi fuiſſe, ait Imperator* in §. 2, Inſt. de Emt. & Vend. *indeque emtionis originem cepiſſe, JCtus* in L. 1, pr. ff. de Contrah. Emt.

Ut Ariſtoteles recte oſtendit] ,, L. 5, Nic.
,, 5. *Oportet unum aliquod cuncta metiri;*
,, *hoc autem revera eſt indigentia, quæ cun-*
,, *cta complectitur. Niſi enim indigerent, vel*
,, *non pariter indigerent; aut plane non fie-*
,, *ret commutatio, aut non hæc fieret.*

Quod in permutationibus rerum apud barbaros maxime ſpectatur] ,, Non enim per-
,, mutatione res quærunt alias, quam quibus
,, indigent.

Non tamen hæc eſt unica menſura] Immo unica; quia indigentia eſt carentia ejus, quod habere volumus, & cupimus, etſi id neceſſarium nobis non ſit.

Nam hominum voluntas &c. multas res magis deſiderat, quam ſunt neceſſariæ] At dictum eſt, & hoc pertinere ad indigentiam, quæ eſt ejus, quod volumus, ac cupimus: unde aliud eſt pretium naturale rei, aliud ex affectu hominum, qui ſæpius cupiunt quæ per ſe inutilia, quin noxia ſunt, & ſuperbiæ, luxuriæ, ſævitiæ &c. inſerviunt; at tunc ex affectu quoque hæc indigentia eſt, quia qui volunt, etſi inutilia, nec ea habent, iis indigent.

Quæ rerum domina eſt] ,, Voluntas impro-
,, prie dicitur rerum domina.

Margaritis pretia luxuria fecit] ,, Similia
,, vide apud Senecam *de brevit. vit. c. 12:*
,, *Corinthia paucorum furore pretioſa.* Idem
,, *cap. 66, & de beneſ. l. 5, c. 12, 13, 14. &*
,, *paſſ. Plin. L. 4, ep. 6, & ep. 20. Sext. Em-*
,, *pyr. pyrrhon. L. 1, c. 4. Mamertin. in pa-*
,, *neg. Julian.: quæſitiſſimæ dapes non guſtu,*
,, *ſed difficultatibus æſtimantur. Plin. Hiſt.*
,, *32, c. 2. Vid. Puſend. L. 5, c. 1, §. 6, &*
,, *Teſm. h.*

Et contra evenit ut res maxime neceſſariæ minoris ſint propter copiam] ,, Plato Euthy-
,, demo: *Quod rarum, id pretioſum; aqua*
,, *autem*

,, *autem viliſſimo pretio emitur, cum ſit op-*
,, *tima.* Sed hoc quoque eſt ex indigentia,
,, quia tum magis cupimus, eoque magis in-
,, digemus iis, quæ minus neceſſaria ſunt.

Pretium cujuſque rei pro tempore eſt] ,, Ni-
,, mirum, prout magis, vel minus indige-
,, mus.

Paulus] ,, *L. 63, ff. ad leg. falc. ibique*
,, *Goth.* Adde *Socin. Reg. jur.* 343.

Sed communiter funguntur] Vera omnino eſt Pauli ſententia, qoia ſi publice abundat, ſinguli non indigent: adeoque ſola indigentia publica non privata metitur rerum pretia; & quo magis publicum re aliqua indiget, eo pluris, & quo minus indiget, eo minoris eſt. Equidem diſſentit *Puſendorf. l. 5, c. 1,* quia ſic nullum luxuriæ pretium foret: ſed illa ipſa luxuria publica facit indigentiam, & hæc pretium.

Hinc fit ut res tanti æſtimetur, quantum pro ea communiter offerri, aut dari ſolet]
,, Offerri autem, & dari ſolet pro indigen-
,, tia communi, i. e. prout communiter cu-
,, piunt.

Plus minuſve] ,, Quo magis, vel minus
,, quis indiget.

Niſi lex certum pretium] ,, Tunc enim
,, lex indigentiam definit.

Ratio haberi ſolet laborum, & expenſarum]
2 ,, Difficultas enim comparandi auget indigen-
,, tiam, quia tunc magis cupimus.

Mutari ex copia, & inopia ementium]
,, Nam eo major indigentia eſt, & eo magis
,, cupimus, quo plures ſunt qui eandem rem
,, emunt.

Puta ob damnum conſequens] ,, Hic enim
,, metus minuit indigentiam.

Lucrum ceſſans] ,, Si enim rem ſterilem
,, emo, minuitur indigentia: ſi ex ea inſignem
,, utilitatem ſpero, augetur.

Affectum peculiarem] ,, Expoſuit rem B.
,, Parens in Diſput. de pretio affectionis §. 8,
,, 9, 29, & 30. Verba hæc ſunt:

SED de pretio in genere jam plus ſatis: eo vero non tantum quæ diximus, ſed eadem ratione omnia omnino continentur, quæ cara, jucunda, amœnaque, aut aliis in rebus ſunt optabilia; nam & hæe inter ſe comparari poſſunt, & communi menſura, ſeu pretio penſitata ſui indigentiam ſupplere. In utriſque etiam, quoad verum pretium, publica indigentia inſpicitur, non privatus affectus: etſi hic, ſi partes conſentiant, accedere poſſit; quod juſtam æſtimationem non impedit.

In pretio autem affectionis quædam ſunt ſingularia: regulariter enim id non attenditur, ſed pretium publicum; *L. 63, pr. ff. ad l. falc.* niſi in contractibus ex conſenſu partium, *l. 8, C. de reſcind. vend.* Sed & admittitur illud, quoties actor petit rem, quæ ipſius eſt, vel repetit quæ fuit, ſi per adverſarii contumaciam, vel dolum, (quo hic continetur lata culpa, per ea, quæ diximus *in Collat. Jur.*) ea carere cogitur, præſtito ſcil. jurejurando in litem; de quo *tit. ff. & C. de in lit. jur.* Non autem ſi quis petit rem ex nova cauſa jam demum ſibi deberi cœptam; uti in emtione, &c. Cum enim res actori inde debita ejus nec ſit, nec fuerit, non cenſetur tanti eſſe re carere, quam nunquam habuit, ut ideo reus infinito affectionis pretio mulctari debeat; neque affectio in re aliena ſatis legitima, ut ejus pretium quoque peti queat.

Amœnitatum, aliarumque jucunditatum vera quoque æſtimatio eſt pro varia earum indigentia; non quidem ſeorſim, ſed quatenus rebus cohærent: *l. 86, ff. de V. S.* quippe quas pretioſiores reddunt: adeoque ſeorſim neque ſunt in bonis, neque extra bona. *l. 1. ff. de Uſufr. leg. junct. d. l. 85.*

Hinc I. ſervitutes de iis poſſunt conſtitui; uti Servitus proſpectus *l. 3, ff. de S. P. U.* Et II. amœnitatis cauſa fructuarius poteſt interdicto quod vi, aut clam, *l. 16, §. 1, ff. quod vi, aut cl.* & per conſequens etiam confeſſoria nomine ſuo agere, vel procuratoria novum opus nunciare; adeoque amœnitas continetur ſub utilitate, & eſt pars uſusfructus, *arg. d. l. 16, l. 45. §. 13, ff. de jur. fiſc.* III. Pars quoque ſalarii eſſe poteſt, amœnitatibus uti, *l. ult. C. de Cupreſſ.* ubi Imperator ejus loco libram auri concedit. IV. Si ad amœnitatem prædii aliquid comparatum eſt, id ejus additamentum videtur, ejuſque legato continetur, *l. 81, §. pen. de leg. 3.* Quæ materia plenius exequenda eſſet, niſi modum diſſertationis ordinarium excederet.

Aut ſi in gratiam alterius res vendatur &c.] ,, Si quis emit rem in gratiam alterius,
,, alias non emturus, animus hic auget in-
,, digentiam, i. e. magis cupit: eodem mo-
,, do uti minuitur pretium ſi venditor in
,, gratiam alterius vendit.

Quæ ipſa accidentia ei, cum quo agitur, indicanda ſunt] ,, Quia, ſcilicet, ex ſenten-
,, tia Auctoris æqualitas requiritur inter pre-
,, tium, & rem: quod cum verum non ſit,
,, ſponte ſequitur, nullam eſſe indicandi ne-
,, ceſſitatem. Sufficit quod partes pro lubitu
,, de ſuo jure diſponere poſſint; prout igi-
,, tur diſponunt, ita jus eſt.

Quod ex pretii ſolutione dilata, aut anticipata naſcitur] ,, Augetur enim indigentia
,, quo diutius vel re, vel pretio carere quis
,, debet: §. 33, *Inſt. act. Mart. 6, ep. 30.*

Digitized by Google

*Et ut fructus ad eum pertineant, ante-
quam dominium tranſeat*] ,, Hoc de pen-
,, dentibus verum eſt, non vero de perceptis.
,, Sane, uti emtor non ſolvit uſuras pretii
,, ante tradirionem, ita nec venditor utilita-
,, tem rei, ſeu fructus.

,, Neque in jure Romano ullibi id ſtatui-
,, tur, ſed ſaltem de commodo, quod rei
,, accedit, v. g. per alluvionem, aſſeritur,
,, id cedere emtori: nam pars rei eſt, quæ
,, vendita fuit. Quod ſecus ſe habet in fru-
,, ctibus perceptis. *Diſſentit. Laut. comp. pag.*
,, 360.

Quod nec ubique obſervatur] ,, Immo apud
,, pleraſque gentes obſervatur hoc jus natu-
,, ræ, & in paucis locis aliud ſtatutum eſt.

Notavit Theophraſtus] ,, Hic varias gen-
,, tium leges, varioſque mores recenſens,
,, ait: *quaſdam ſtatuere, venditorem domi-
,, num manere, donec emtor rem accipiat;*
,, quod naturale eſt. Addit autem, aliis, ut
,, Charondæ, & Platoni, placuiſſe, *ſtatim
,, rem tradendam, & accipiendam eſſe.* Quod
,, itidem naturale eſt. Nam poſita tali lege,
,, emtio non conſenſu, ſed datione perfici-
,, tur; id enim ſupponit Plato: nimirum,
,, per commutationem in ſtatuto foro ILLI-
,, CO fieri venditionem, DANDO, AC-
,, CIPIENDOQUE ultro, citroque rem,
,, prohibendo, NE ULLA EMTIO AD
,, TERMINUM FIAT. *Plat. de Legib.
,, Dial. XI, p. m.* 1100 Adeoque tantum
,, abeſt ut ex hoc loco probetur, emtorem
,, dominum fieri ſine traditione, ut potius
,, contrarium ibi ſtatuatur.

*Ubi & multa alia inſtituta reperias de ſo-
lennitate venditionis*] ,, Alias enim gentes,
,, ait, per præconem prævia denunciatione
,, res vendere ſolere: alias coram magiſtra-
,, tu, & jurato: alias venditionem futuram
,, 60 ante contractum diebus coram magi-
,, ſtratu deſcribere, emtorique depoſitionem
,, centeſimæ partis pretii injungere ſolere:
,, alias quinque diebus continuis ante con-
,, tractum publicare negotium. &c. *Apud
,, Stobæum ſerm.* 145, *pag.* 458.

De arrhabone] ,, Arrha enim etiam jure
,, Romano eſt argumentum contractæ emtio-
,, nis. *pr. Inſt. de Emt. Vend.* Mores autem
,, circa dationem arrharum variant. In qui-
,, buſdam enim locis tribus vicinis arrhæ
,, dari ſolent, memoriæ, teſtimoniique cau-
,, ſa: alibi dari ſolent proportione habita pre-
,, tii: alibi eodem, alibi certo die. *Stobæ.
,, d. l. pag.* 459.

*De pœnitentia, multum differentia a Jure
Romano*] ,, Apud alios enim emtor recedens
,, ab emtione arrhas amittit; venditor au-
,, tem, qui tradere rem recuſat, tantundem
,, ſolvit, ac arrha valet. *Vid. dict. ſerm.* 145,
,, *pag.* 460. At id etiam jure Romano obti-
,, net, *pr. Inſt. de emt. vend.*

Relatione in acta] ,, Scilicet inſerendo in
,, commentarios publicos.

Dion Pruſæenſis] ,, Locus eſt in *Orat.* 31,
,, *p. m.* 326. ibi: *conſiderate vero quod om-
,, nes arbitrentur, ea magis rata haberi,
,, quæ publice contrahunt per civitatis literas;
,, atque ita geſtorum nihil licet reſcindere,
,, &c. quia civitatem fecit rei geſtæ teſtem
,, &c.*

*Si res bis ſit vendita, &c. eam valituram, quæ in ſe continuit præſentem dominii trans-
lationem, ſive per traditionem fiat, ſive ali-
ter*] Jure naturæ per emtionem non quidem
dominium transfertur, ſed jus in rem ipſam;
quia omnis diſpoſitio de re transfert jus in
re: quod vero non afficit rem ipſam, ſed
totum patrimonium. Unde naturali ratione
ſequitur, potiorem eſſe eum, cui prius tra-
dita res eſt; quia præter jus in re is etiam
conſequitur dominium. *L.* 15, *C. Rei. vend.*

Additio.

,, Duo hic notanda ſunt: 1. quod Auctor
,, tandem fateatur per emtionem ſolam non
,, transferri dominium, (quod tamen in *pr.
,, h.* §. aſſeruit). Nam ſi primus emtor ex
,, venditione dominus factus eſſet, tranſla-
,, tio dominii in ſecundum venditorem nul-
,, la eſſet, quia rei alienæ dominium trans-
,, ferri nequit. Sed & 2. alibi diximus,
,, jure naturæ per nudam promiſſionem rei
,, non transferri jus in re; id enim abſque
,, traditione fieri nequit. Cum igitur emtores
,, jus ſaltem in perſonam, nullum in rem
,, conſequantur, hæc vera ratio eſt, cur res
,, ſecundo emtori tradita, ei acquiratur. *Vid.
,, Diſſert. Proœm. XII*, §. 346.

*Per hanc enim facultas moralis in rem abit
a venditore; quod non fit per ſolam promiſ-
ſionem*] ,, Fatetur igitur Auctor, per ſolam
,, traditionem facultatem moralem in rem,
,, i. e. dominium (*vid. l.* 1, *c.* 1, §. 8.) abi-
,, re a venditore. Adeoque verum non eſt,
,, quod initio *h.* §. dixit, dominium in mo-
,, mento venditionis ſine traditione transfer-
,, ri poſſe.

Digitized by Google

A D §. XVI.

M O N O P O L I A *non omnia cum jure naturæ pugnant*] Monopolia duplicia ſunt : 1. ratione pretii, ſi plures conveniunt, quod non velint res certas minori pretio vendere : 2. ratione mercium, ſi plures conveniunt de coëmendo certo mercium genere. Neutra monopolia jure naturæ prohibita ſunt, quia partes diſponunt de jure ſuo, non de alieno: neque tertio ulla fit injuria ; nam & is quoque emere poteſt: & ſi deficiunt merces, defectus non eſt in jure.

At in bene ordinata republica non admitti ſolent monopolia; quia libertas commerciorum copiam rerum auget, eoque indigentiam minuit : eo felicior autem eſt reſpublica, quo minori pretio res ad uſum neceſſariæ haberi poſſunt. At cum hæ rationes mere civiles ſint, facile conſtat, principem in ſuis terris monopolia conſtituere poſſe, neque vicinis querendi jus eſſe, inprimis cum & in eorum ſit arbitrio ſimilia monopolia conſtituendi.

Additio.

,, An gentes inter ſe ejuſmodi monopolia
,, conſtituere, excluſis aliis, poſſint, explicavimus *L.* 2, *c.* 2, §. 24.

Juſta de cauſa] ,, Uti ſi quis, novi inventi
,, auctor, ejus commercium ſibi ſoli vindi-
,, cat.

Et pretio conſtituto] ,, Immo pretium eſt
,, in arbitrio eorum, qui monopolium ha-
,, bent.

Joſephi hiſtoria] ,, Qui omne frumentum
,, Ægypti coëmit. Nam cum alii quoque eme-
,, re potuiſſent, nemini facta eſt injuria. *Vid.*
,, *Gen. c.* 41, *& ſeq.*

Poteſt & a privatis inſtitui] ,, Dictum
,, eſt, privatis jure naturæ permiſſum eſſe
,, 1. coemere omnes merces : 2. convenire
,, de illis non niſi certo pretio vendendis.
,, *Vid. pr. h.* §.

Æquo duntaxat compendio] ,, Immo om-
,, ne pretium æquum eſt, de quo inter par-
,, tes convenit : ſed & nemo juſto pretio rem
,, ſuam vendere tenetur.

Ut in velabro olearii] ,, *Vid. Grot. h. &*
,, *Puſend. Lib. V, c.* 5, *in fin.* Diximus, jure
,, naturæ id licitum eſſe, quia partes de jure
,, ſuo diſponunt, nec injuria fit tertiis qui-
,, bus liberum eſt pro illo pretio emere, vel
,, non emere.

Aut vi, aut fraude impediunt, ne major copia importetur] ,, Hoc factum illicitum
,, eſt: unde obligantur non ob monopolium,
,, ſed ob vim, & dolum, & ob damnum
,, inde in publicum illatum.

Aut ideo coëmunt merces, ut vendant pretio, quod tempore venditionis iniquum ſit]
,, Immo hæc non eſt injuria; nam cum de-
,, pendeat ab arbitrio venditoris rogare pre-
,, tium, quod vult, non committit iniqui-
,, tatem qui jure ſuo utitur, neque alii fit
,, injuria, quia ille jus in res meas nullum
,, habet, adeoque nec contendere poteſt,
,, ut illam juſto pretio vendam.

Quod ſi alio modo] ,, Scilicet, non vi,
,, vel fraude, ſed induſtria, vel ut Batavi
,, facere ſolent, concremando mercium par-
,, tem. *Vide Teſm. h.*

Aut ideo coëmunt, ut pluris vendant, pretio tamen pro temporis ratione non iniquo]
,, Immo etſi pretium pro temporis ratione
,, excedens petatur, non tamen jus alterius
,, violat venditor : omne enim pretium ju-
,, ſtum eſt, de quo inter partes convenit.

Faciunt quidem adverſus charitatis normam] ,, i. e. Contra perfectionis, & virtu-
,, tis regulas, quæ aliis benefacere jubent.

Sed proprie jus alterius non violant] ,, Id-
,, que verum eſſe, diximus, etſi pretium in
,, immenſum excedat, quia partes de ſuo ju-
,, re diſponunt.

A D §. XVII.

D E *pecunia ſciendum, eam naturaliter functionem recipere*] Hoc a prima ſua origine demonſtravimus in *Diſp. de Vero rerum pretio.* Poſtquam enim §. 23, *& ſeq.* expoſuimus, ante inventum nummum negotium emtionis per permutationem peractum eſſe, tandem §. 28. originem nummorum, iiſque comprehenſam rerum menſuram, hoc modo explicavimus.

C Æ T E R U M, hæc permutandi ratio, juxta menſuram indigentiæ in tanta contractuum frequentia, cum maximis difficultatibus luctabatur. Cum enim haud facile contingeret, ut cum egerem re, quam tu habebas, in vicem rem haberem, quam tu accipere velles ; rariſſime convenire inter partes permutandis rebus potuit : cum tamen ſingulis prope momentis permutationes eſſent neceſſariæ, uti hic hominum ſtatus recenſetur *in l.* 1, *ff. de Contr. emt.* Quibus permutationum difficultatibus ut ſubveniretur, quæſita fuit materia,

Digitized by Google

ria, quæ tam certæ eſſet quantitatis, ut omnium rerum valorem, licet infinite varium, & conſequenter ipſam rerum menſuram, indigentiam quoque metiretur. Talis itaque materia ſi inveniretur, eſſet ea plane menſura menſuræ rerum, ipſius ſcil. indigentiæ, quæ ſatis quidem accurate res metitur, at difficulter adhiberi, & exitum invenire poteſt; quia is, qui re indiget, non omnes res, quibus & alter pariter indigeat, habet. Unde talis materia requiritur, quæ univerſalis eſſet rerum menſura, omneſque res, & omnem adeo indigentiam metiretur. Eo enim fieret, ut talem materiam mihi in omnem eventum facile reponere poſſem, & ſi qua re indigerem, quam tu habes, non opus eſſet exquirere, an viciſſim haberem quam tu deſiderares; cum in promptu eſſet res, qua quicquid deſideras, quod ejuſdem ſit indigentiæ, ac valoris, comparare ſemper poſſis. Hinc talis materia non vices tantum indigentiæ in præſens obtinet, ſed in futurum quoque quaſi pro ſponſore eſt, quo veluti nobis cavetur, eo, ſi indigentia aliquando inciderit, permutationem fieri poſſe: quemadmodum præclare ſane, ſi quicquam, id expreſſit Ariſtot. *lib.* 5, *Ethic. Nicom. cap.* 8.

Cum ergo in hoc nummus electus ſit inter Gentes, videamus, (ut appareat, an ille rerum omnium menſuram, & indigentiam ſuppleat,) quid naturaliter ad talem rerum menſuram univerſalem requiratur. Dicimus igitur, ad eam requiri 1. ut materia difficilis comparatu ſit: cum enim comparandi difficultas plurimum augeat, facilitas autem habendi extinguat pretium, ſeu indigentiam, *ſupra* §. 10; non poſſet res pretioſas, & comparationis difficillimas æquare, ac penſare materia, quæ paſſim obvia, & cujus facilis eſſet cuique acquiſitio. 2. Ut partes ejus ſingulæ ſint homogeneæ, ſeu ejuſdem inter ſe valoris; quo infinitis pretii rerum, ac indigentiæ varietatibus per partes reſpondere, & æquiparari poſſit. Gemmæ igitur menſuræ rerum eſſe nequeunt; cum integræ immenſi ſint pretii, fractæ prope nullius: non poteſt autem innumeros pretii gradus res partibus ſuis metiri, ſi partes inter ſe æquales non ſunt. 3. Ut alium uſum non habeat: cum enim quæratur materia, quæ eſſet conſtans, & perpetua rerum menſura, *d. l.* 1, *princ. verb perpetua æſtimatio*, & verb. *forma publica*; cum maximum commerciis impedimentum foret, ſi in quovis negotio prius excutienda eſſet auri, argentique ſinceritas, pondus, æſtimatio; quæ non niſi a peritis excuti poſſunt. Atque hinc 4. ut talis formæ ſuſcipiendæ idonea ſit materia.

Facile jam apparet, hæc requiſita in auro, & argento, vel in nulla re concurrere: adeoque auream, argenteamque monetam probam, eſſe poſſe univerſalem rerum omnium menſuram, & indigentiæ vices ubique ſupplere, eique ſurrogari. Ea igitur inter Gentes huic rei optime electa videtur, juxta *d. l. princ.* Equidem æneæ quoque monetæ uſus eſſe poteſt; ſed vilioribus tantum rebus æſtimandis. Cum enim æs copioſius, & comparatu facilius ſit, quam aurum, & argentum, eoque minoris pretii; non poteſt illud res pretioſiores metiri. Etſi enim forte congeſta magna æneorum nummorum ſumma, vel pondere, æquaret valorem rei; propter incommoda tamen tantæ molis, ac ponderis, eique conjunctam cuſtodiendi, transferendique de loco in locum difficultatem, & plurimum valori nummorum decedet, nec facile venditor ad permutandum adducetur. Unde & edicto monetario Imperii *de anno* 1559, §. 11, cautum eſt, *ne quis teneatur majorem ſummam, quam* 25. *florenorum in moneta ærea, etſi aliquid argenti admixtum ſit, recipere.* Quod & aliis in regnis cavetur, & de regno Scotiæ teſtatur Buchanan. *Rer. Scot. lib.* 12.

Videntur tamen in auro quoque, & argento non omnia, quæ recenſuimus, requiſita accurate concurrere; ſed deficere quod tertio loco allatum eſt, ne materia, quæ rerum ſit menſura, alium uſum habeat: cum e contrario multiplex præterea ſit auri, argentique uſus. Verum, etſi fatendum ſit, nec auri, argentique menſuram eſſe omnibus modis perfectam, ac immutabilem, ſed eorum quoque pretium quandoque variare, inprimis, quia & aliis uſibus plurimum impenduntur; certum tamen eſt, hoc metallum talem, qualis quidem in hoc orbe inveniri poteſt, & ad vitæ humanæ uſus ſufficit, rerum menſuram, ſaltem ſi abuſus caveatur & debita ei rei cura publice adhibeatur, præbere poſſe, & præ aliis materiis huic rei commodiſſimum eſſe.

Nec vero antiquiſſimis temporibus uſus auri, argentique permiſſus in vulgus adeo promiſcue fuit; ſed regibus, ac magnatibus magis ſolennis. Et in ipſa Aſia Jonathani, Judæorum Duci, rebusque geſtis claro, maximi beneficii loco permiſſum fuit ab Antiocho, ut auro ad menſam, & aureo cingulo uti liceret. Macchab. 1, *c.* 11. v. 53. Et legibus Imperii veſtiariis interdictus eſt plebi uſus auri in veſtibus: Equitibus vero, Doctoribus, & Nobilibus, non niſi ad certum modum conceſſus. *Ord. Pol.* 1577, tit. 11. Quanquam & Romanos, victa Aſia, luxus, inprimis auri, jam invaſerat. Et Aurelianus Imp. dixit, aurum per varios bractearum, filorum, & liquationum uſus perire; & hinc facultatem dedit aureis vaſis, & poculis utendi, ut minus ſaltem periret. Flav. Vopiſc. *in Aurelian. cap.* 46. Quicquid vero hujus ſit, aliis rebus accuratiorem menſuram rerum fieri non poſſe, conſtat.

Quemadmodum vero rerum ut indigentia, ſic æſtimatio, plurimum & difficultate comparandi augetur, & facilitate, ac copia remittitur: ita eadem ratione accidere in auro, & argento neceſſe eſt, ut copia vileſcat, eoque in immenſum rerum pretia excreſcant. Atque hinc ante inter requiſita menſuræ rerum univerſalis recenſuimus, ut materia ejus difficilis ſit comparatu: quippe quæ alias non poſſet æquare, & metiri valore ſuo res pretioſiſſimas, & comparatu difficillimas. Et oſtenſum jam eſt, nimia rerum utiliſſimarum quoque copia evaneſcere earum pretium, perinde, ut aquæ.

Et contigiſſe illud temporibus Salomonis, dicitur, ut *argenti nullum pretium tum fuerit*, 1. *Reg.*

10,

Digitized by Google

10, *verſ.* 21; cujus mox *verſ.* 27. ſubjungitur ratio, quod *tanta argenti copia eo tempore fuerit, ut lapides æquaret.* Et refert Sueton. *in Auguſt. cap.* 41, nummos dimidia pretii parte imminutos fuiſſe ex copia gazæ Regiæ Ægypti tum Romam advectæ. *Invecta*, ait, *Romæ ab Auguſto regia Ægypti gaza tantam efficit copiam rei nummariæ, ut diminuto fœnore plurimum agrorum pretiis acceſſerit.* Pariter Joſephus *de Bell. Jud. lib.* 6, *cap. pen.* teſtatur, *captis Hieroſolimis auri valorem dimidia parte decreviſſe ex copia auri capti: & tantum auri, quod antea* 25. *Atticos valuerit, tum* 12. *Atticis comparari potuiſſe.* Et jam ante allegavimus ex Diodor. *lib.* 3, *cap.* 45: *in Arabia Felici magnam vim auri, quod Apyrum vocant, ſponte, & illico purum naſci, eamque cauſam eſſe, cur æris, & ferri pari pondere id permutetur.*

Unde judicium ferri poterit, an Europa, vel Germania noſtra, ex quo, inventis novis terris auri feracibus, tanta moles auri, argentique in eam inde invecta eſt, ea re locupletior facta fuerit; cum pro modo copiæ, quæ advehitur, ejus decreſcat pretium, ac valor: atque adeo una auri libra ante duo ſecula, nondum inventa utraque India, ac terris illis auriferis, tantundem fuerit, ac nunc ſunt 20. libræ, ſi decuplo major jam ſit auri copia; quia hoc facto decuplo remiſſior, atque imminutior fiet indigentia, adeoque & pretium, quod illa metitur; cui conſequens eſt, decuplum acceſſiſſe pretiis agrorum, mercium, operarum: quanquam mox oſtenſuri ſimus, non decuplum, ſed prope bis decuplo & auri, argentique molem, & pariter rerum pretia aucta fuiſſe.

Tantundem igitur in bonis, vel reditu tunc habuit qui auri libram, quam nunc, qui 10, vel 20. ut mox apparebit. Quin in antiquo illo modo plus adhuc commodi videtur fuiſſe, quam in hodierno: cum enim exigua portio facilius ad omnes pervenire, & exigua portione multum mercium comparari potuerit; nunc, cum pluribus opus eſt, & difficilius id acquiritur, & minus eo permutatur.

Ex iiſdem, quas præmiſimus, cauſis, porro concluditur, plurimum quoque decedere pretio nummorum ex admixtione æris vilioris: cum enim facilius illud comparatu ſit, illico laxatur indigentia, & pro ejus menſura pretium nummorum ſit vilius, acceditque id pretio rerum, ſeu mercium, quarum eo minor jam indigentia eſt, quam nummorum, quo plus hiſce admiſcetur materiæ, quæ facile haberi poteſt.

Atque hæc omnino præcipue cauſa eſſe videtur, cur elapſo noviſſime ſeculo, & inprimis a 30. retro annis, & quod excedit, tantopere excreverint rerum pretia; quod & firmatur in *R. I.* 1570, §. 121. ibi: *welches dann auch nicht die geringſte Urſach der beharrlichen Steigerung in allen* victualien *und* commercien. Cum enim tum magna æroſorum nummorum vis inundaret prope Germaniam, e re viſum fuit pluribus Imperii ſtatibus, vel circulis, ut frenum abuſui illi injiceretur, & ſiſteretur ille æroſam monetam cudendi torrens, convenire inter ſe in certas leges, quibus admitteretur pro temporum rationibus paulo liberalior æris admixtio, quam edicto Imperii edictali definitum fuerat, verum intra certum modum, certosque fines: quemadmodum ita dudum inter ſe convenere 5. Status Circuli Rhenenſis; & in Circulo Saxonico ſuperiore iteratæ ſunt tales conventiones, noviſſimeque Lipſiæ modus præſcriptus eſt, vulgo *Leipziger Fuſz.* Non potuit igitur, quin quod ita deceſſit nummorum pretio, id rerum pretiis accreverit.

Hinc ergo patet, & plane conſequens eſt, ſi legibus Regni inducitur moneta, quæ quarta ſaltem ſui parte deficiat a bonitate ſua intrinſeca, hoc ipſo perire omnibus, ac principibus inprimis, dimidiam totius ſortis ſuæ partem: primum enim & ſors ipſa quarta parte minus valet, & omnis reditus, ſive ex uſuris, ſive proventibus publicis, ac regalibus percipiatur, uti vectigalia, cenſus, collectæ &c. quarta pretii parte imminuuntur; econtrario vero, cum id rerum, ac mercium pretiis acceſſerit, ad eas comparandas quarta parte amplius quotannis erogandum eſt. Duplicis igitur quartæ detrimentum principibus maxime infertur talis monetæ uſu: unius enim quartæ jacturam facit in reditibus annuis, quos quarta parte minores percipiunt; alterius in erogationibus, quæ parte pluris ſint neceſſe eſt: eoque neceſſario duarum quartarum damnum patiuntur, integrumque adeo ſemiſſem omnium ſortium, omnisque reditus pecuniarum perdunt.

Et hoc ipſum, quod incredibile damnum inde redundet in Imperium, ejusque membra, toties clamant leges Imperii *in R. J.* 1566, §. 170. *R. J.* 1570, §. 121. *R. J.* 1576, §. 73. ubi dicitur: *Daſz dadurch dem gemeinen Mann, ja dem ganzen Reich unausrechliche, unaufhörliche Schaden zugefuget werden:* item: *daſs ſolchem Land-verderblichen einreiſſenden Uebel zu Wehren* &c. Loquitur autem textus de vicinorum monetis, quæ tamen non multum diſtabant ab Imperiali. Quod ſi ergo ex eorum uſu creditum fuit ineffabile damnum oriri; quid dicendum, ſi quarta parte, aut amplius imminuatur ejus bonitas intrinſeca, admixta materia vilior? Verum, eſt ea ſæpe reip. conditio, & temporum neceſſitas, ut, cum hæc evitari, ac tolli nequeant, reſtringi ſaltem conſultum videatur.

Cæterum nihil æque omne auro, argentoque pretium auferret, quam ſi Alchimiſtica arte fundi, ac fieri poſſet. Ceſſaret inſignis illa comparandi difficultas, quæ omnem menſuram, pretiumque, ac indigentiam facit; atque ita jam ipſis, qui tantis ſumtibus, tantoque labore artem inveniſſent, nihil profuturum eſſet. Ut adeo ſi verendum foret, ne arte quoque fieri aurum poſſet, (quod tamen verendum non videtur,) nihil magis Reip. intereſſet, quam ut & arte, & inquiſitione ejus rei, omnibus interdiceretur.

Atque ita ex hactenus dictis conſtat, quæ ſit vera rerum menſura, verumque adeo pretium. Verum, cum inter nummi requiſita ſit, ut de

ejus

ejus quantitate, publica fide, & forma conſtet, ſequitur, proportionem materiæ, & æſtimationis, ſeu, ut loquuntur, bonitatis intrinſecæ, relinqui judicio principis. Unde etſi forte tam accurate non conveniat, veram tamen, & juſtam menſuram eſſe, uti prætor jus dicit, etſi injuria dicat, *l. pen. ff. de Juſt. & jur.* cum ejus judicio commiſſum, eique proinde ſtandum ſit. Atque ita in edicto Monetali, cum lege certa quantitas nummo imponeretur, lex præmiſſa eſt, ut prout illa edicto determinaretur, id pro juſto valore eſſet, *ſolle für Wehrſchafft gehalten werden. Ord. Mon.* 1559, §. 1. Verum, ſi tam manifeſta, & notabilis ſit inæqualitas, ut publice jam nummi pretium deficiat, rerumque inde pretium ſurgat, atque adeo damnum inde immineat, jam non tenetur eam quaſi probam recipere, *l. 99, ff. de Solut.*

Unde ſequitur, in nummis regularitee non inſpici bonitatem intrinſecam, quæ arbitrio, & judicio principis definitur, de quo privati diſputare nequeunt; ſed ſufficere ſi reſtituatur, vel ſolvatur in eadem bonitate extrinſeca: modo ne tanta ſit diſparitas, ut jam damnum pars paſſura ſit, *d. l. 99.* Quod latius hie, & multa alia, deduci poſſent; verum pro temporis, & inſtituti modo hæc jam ſufficiant.

Functionem recipere] „ Quid ſit functionem recipere, expoſui *L. 2, c. 10, §. 13.*

Non in materia ſola &c.] Aurum enim, & argentum non per ſe eſt res fungibilis, nec forma, ſeu nomen nummi; ſed quantitas illa, ſeu æſtimatio, quæ publica fide, & auctoritate nummo impoſita eſt. Nummus igitur omnium rerum pretia certiſſima, & indubitata ratione æſtimat. Adeoque conſtans hac ratione eſt menſura, & facillima pretii cujuſque rei cognitio.

Sed in genere magis communi, qua ſcilicet comparatur ad res, aut omnes, aut maxime neceſſarias] „ Rectius functionem ideo recipit, quia quantitas æſtimationis publica auctoritate definita, eoque ſemper certa eſt. Hinc Ariſtoteles nummum vocat ſponſorem, quia qui talem habet, omnia habet, quibus indiget, omnia, nimirum, comparare poteſt intra menſuram illius nummi. Hinc JCti Romani condictionem Triticiariam certi in ſola pecunia numerata conſtituerunt; quia ſola res eſt, quæ æſtimationem non recipit, cum omnes aliæ res nummis æſtimentur.

Quæ æſtimatio, ſi aliud non convenerit, facienda erit tempore, ac loco ſolutionis] Naturaliter nec præſens tempus ſolutionis attenditur, nec tempus contractus, ſed utrumque tempus comparandum: ſi enim ideo mutatum pretium, quia indigentia rerum minor facta eſt, eadem manente indigentia pretii, tunc ſi res commutandæ, addetur tantundem rebus, vel pro hac quantitate pretium ſolvetur. Si indigentia autem duplo minor fuerit metalli, vel nummorum, quod forte major ejus jam ſit copia, duplum dabitur ejus, quod ante datum fuit.

Si proinde frumenti indigentia ante annum eadem in omnibus fuerit, quæ olei, hodie duplo minor; duplum frumenti hodie reddetur pro eadem quantitate olei: & per conſequens pro dimidio frumenti, quod tunc datum eſt.

Item ſi duplo major ſit copia nummorum ejuſdem generis, adeoque indigentia duplo minor, dimidium tantum nummorum, qui tunc dati fuiſſent, reſtituetur.

Debet eſſe tale, ut per ſe minime flectatur] Dictum jam eſt, menſuram valoris juſtam tunc eſſe, cum 1. res eſt comparatu difficilis: 2. cujus alius uſus non eſt: 3. cujus partes ejuſdem ſunt æſtimationis: & 4. talis, ut quantitas publica appareat. Extra pecuniam autem talis menſura non datur.

Æs] „ Immo æs non eſt materia adæquata menſuræ, quia non eſt difficilis comparatu, adeoque non poteſt res pretioſiſſimas æquare. In minoribus tamen rebus æſtimandis adhiberi poteſt, & ſolet. *Vid. ſup. pag. 711.*

Per ſe enim ferme tantundem ubique, & ſemper valent] „ Quo major auri, argentique copia eſt, eo magis vileſcit menſura, & pretia rerum augentur. Recte autem addit Auctor, *ferme*: nam apud plures Americæ gentes, auri, argentique uſus fere nullus eſt. Juſtinus idem tradit de Scythis *L. 2, c. 2*; quod poſterioribus temporibus non obtinuit. *Vid. Marcell. 31, c. 4.*

Sed prout res aliæ, quibus indigent homines, copioſæ ſunt, aut raræ] „ Eoque æſtimatio, & menſura vel major, vel minor.

Ad §. XVIII.

Locatio, *& conductio &c. proxima eſt venditioni, & emptioni*] „ *Locatio* enim eſt conſenſus de transferendo in alium uſu rei pro mercede &c. Et viciſſim conductio eſt tranſlatio mercedis pro uſu rei.

Ut recte a Cajo dictum eſt, &c. eiſdem regulis conſiſtit] „ Nam itidem eſt contractus conſenſualis.

Reſpondent enim pretium penſioni, ſive mercedi, & rei dominium &c.] „ Differt loca-

„ tio a venditione, quod in illa *uſus* rei pro „ *mercede*: in hac autem *res* ipſa pro *pretio* „ in alium transferatur. Utriuſque autem ne- „ gotii obligatio ex eodem ſunte oritur quia „ nimirum prout partes de jure ſuo diſpo- „ nunt, ita jus eſt.

Quare ſicut res domino perit, ita naturaliter ſterilitas &c. damno ſunt conductoris] Ad intellectum materiæ de periculo notandum eſt, periculum ſemper eſſe ejus, cujus jus eſt: adeoque rem perire non ſoli domino, ſed & omnibus, qui jus circa illam rem prætendunt, *l.* 83. *l.* 208. *Reg. jur.* Atque hinc ſi plures jus aliquod in re habent, omnibus, & cuique ſuum jus perit. Ponamus igitur, *dominum* rei conſtituiſſe *ſervitutem* in re illa; poſtea eam alii *locaſſe*; tum *pignus* in ea conſtituiſſe; & denique eam *vendidiſſe*: Re ſublata, tollitur 1. *dominium*, 2. *ſervitus*, 3. *uſus* locatoris, 4. *pignus*, ſeu ſecuritas creditoris, & 5. neceſſitas præſtandi *habere licere*, i. e. jus emtoris ad rem illam petendam.

Atque hinc vera non eſt ſententia Auctoris, *periculum eſſe venditoris ante traditionem. Vid.* §. 13, 15. Etſi enim emtori nullum jus in rem ipſam, ſed ſola actio perſonalis contra perſonam venditoris competat, adeoque non videatur perire emtori poſſe jus rei, quod ejus non eſt; notavimus tamen in præcedentibus, juris civilis hoc eſſe figmentum: Jure Gentium vero deberi ex bonis emtoris, & hoc æs ipſius vocari. Re igitur ſublata, etiam æs illud, quod emtori competit, tolli dicendum eſt. Adeoque licet Romani perſonam ſaltem obligaverint, in periculo tamen veſtigium juris Naturæ remanſiſſe videtur.

Additio.

„ Noſtram ſententiam circa præſtationem „ periculi in locatione conductione ſtatim ex- „ plicabimus. Cæterum veram rationem, cur „ emtoris ſit periculum, expoſuimus in præ- „ cedendibus. Diximus, etſi perſona ſaltem „ ſit obligata, tamen obligationem conſiſtere „ in neceſſitate *ſpeciem* venditam transferen- „ di; eam enim promiſit. Ab hac neceſſitate „ liberatur interitu ſpeciei, quia jam per eum „ non ſtat quo minus ſpeciem præſtare poſ- „ ſit, & ſic ex naturæ quoque ratione emtor. „ liberatur. Secus igitur ſi per ipſum ſtetit, „ uti ſi culpa ejus ſit &c; de quibus plenius „ ſupra §. 13, & 15.

Sterilitas, & alii caſus, qui uſum impediunt] Sterilitas proprie damnum non eſt, ſed natura; quia damnum fructuum ſupponit eorum exiſtentiam. Neque magis damnum dici poteſt, quam ipſa ubertas; nam hæc quoque major eſſe poſſet. *Vid. l.* 15, §. 2, *locat.* Interim quæritur, cui hæc ſterilitas noceat? De qua quæſtione mox agemus.

Neque eo minus locator jus habebit ad pecuniam promiſſam, quia ipſe facultatem utendi tradidit] Quæſtio ſatis agitata eſt, ad quem periculum *fructuum* pertineat,? Auctor putat, id eſſe conductoris. Nos diſtinguimus cum JCtis Romanis, an *fructus percepti* ſint, an *pendentes*. Priori caſu periculum eſt conductoris, *l.* 15, §. 2, & 7, *Locat.* §. 7, *Inſt. locat. l.* 9, *C. pign. act.* Hoc casu locatoris, ſi extrinſecus damnum oriatur, & immodicum ſit; tunc enim pro rata remittitur merces: *L.* 15, §. 2. *l.* 25, §. 6, *Locat. cond.* ſecus ſi extrinſecus, v. g. ſi fundus eſt arenoſus, &c. *d. l.* 15, §. 2, *v.* 5, *ſi qua.*

Quæritur, ſi opera locatur, cujus ſit periculum? Reſp. Diſtinguendum eſt inter caſum operæ, & operis. Caſus *operæ* pertinet ad locatorem ſi per eum ſtetit; ſi non ſtetit præſtitiſſe videtur. *L.* 38 *ff. locat. l. f.* §. 1, *ad leg. Rhod.* Caſum *operis* præſtat quidem regulariter opifex; *l.* 37 *ff. Locat.* ſed ſi vitio pereat, diſtinguimus, an caſus oriatur ex *vitio operæ*, an ex *vitio rei.* In omni enim opere, quod locatur, duo ſunt, *opera*, & *res*: ſi opera vitioſa eſt, imputatur vitium domino operæ. *L. f. ff. loc. cond.* At hoc verum ſaltem eſt ſi opus perfectum ſit; nam imperfecti operis periculum ſemper pertinet ad opificem. *L.* 35. *l.* 37. *l.* 51. §. 1. *b.* Perfectum autem opus dicitur ſi nihil amplius agendum ſupereſt, quam ut præſtetur, ſeu ſi nihil deficiat, quam præſtatio. *L.* 8, *per.* & *Com. d. l.* 36. & 37.

Quid ſi culpa alterius res pereat, vel is in mora ſit? Reſp. Periculum non transfertur eo ipſo in moroſum, vel culpoſum; hoc enim pœnale eſt, adeoque juris civilis. At is ex facto hoc illicito tenetur ad omne id, quod alteri ex culpa, vel mora alterius abeſt. Jus civile has ambages ſuſtulit, & ſepoſita de damno actione, culpam, & moram ex ipſo contractu præſtari vult.

Additio.

„ Uti in materia venditionis, ita & circa „ locationem, & conductionem, jus Roma- „ num curate cum jure naturæ conſpirat. „ Variæ autem quæſtiones hic ſunt diſtin- „ guendæ. *Vel* enim agitur de periculo rei „ locatæ, *vel* de periculo uſus illius rei, *vel* „ de periculo fructuum, *vel* de periculo pe- „ cudum,

„ cudum, *vel* de periculo operæ locatæ, *vel* de periculo operis locati.

„ PRIMO caſu res dubium non habet. Si enim RES locata perit, chaſmate, terræ motu, incendio &c; res perit domino. *Vid. ſupra* §. 6. Niſi conductoris culpa perierit: *l.* 5, §. 2, *Comm. l.* 11, §. 2. *l.* 19, §. 1. *l.* 60, §. 7. *l.* 25, §. 1, & 4, *Locat.*

„ SECUNDO caſu itidem periculum domini eſt, ſi vi majori colonus impeditur, quo minus re locata UTI poſſit. Ratio naturalis additur in *l.* 15, §. 2, *locat.* ibi: *oportet enim agrum præſtari conductori, ut uti poſſit.* Conf. *l.* 33, *Locat.* Conductor igitur non tenetur, niſi pro rata temporis, quo uſus eſt, *d. l.* 15, §. 2: adeo ut ſi incendio ædes perierint, remittenda ſit merces, *d. l.* 15, §. 2; & ſi jam ſolvit, pro rata ſit reſtituenda, *l.* 19, §. 6, *Locat.*

„ Exc. Si ex perſona, vel per perſonam *conductoris* impedimentum contingat; tunc enim conductor ad totam mercedem obligatur. *Laut. comp.* 383. *Vide leges ſequentes.* Uti e contrario, ſi ex perſona *locatoris*, vel per ejus perſonam impedimentum oriatur, is teneatur ad omne id, quod intereſt, & colonus actione ex conducto agit, ut frui liceat. *L.* 33, *ff. Locat. Laut. d. l. propter. l.* 9. *pr. l.* 19, §. 1. *l.* 25, §. 1. *l.* 32. *Locat.*

„ TERTIO, ſi FRUCTUS rei locatæ pereunt, diſtinguendum eſt, an percepti ſint, an non. *Priori* caſu colonus dominus fructuum factus eſt, adeoque pereunt domino. *Poſteriori* caſu, ſi fructus pereunt per grandinem, per uredinem, per locuſtas, &c, periculum eſt coloni; nam dominus eſt ſeminis. At locator mercedem niſi pro rata petere nequit; *l.* 15. §. 2. & §. 7, *Locat.* hæc enim pro uſu datur, qui hic deficit.

„ Not. in æſtimatione uſus autem ratio haberi debet præcedentium, & ſequentium annorum, ita ut ubertas reliquorum annorum compenſetur cum ſterilitate anni præſentis, *l.* 15, §. 2, & 4. *l.* 8, *C. locat. l.* 25, §. 1, §. 5, §. 6, *Eod.*

„ Variæ hujus regulæ ſunt exceptiones. Nam locator integram mercedem petere poteſt. 1°. Si caſus ille non eſt extra conſuetudinem, *l.* 15, §. 2, *ff. Locat. Struv. Ex.* 24, §. 16. 2°. Si culpa conductoris concurrit; uti ſi exercitu tranſeunte domum deſeruit, *l.* 13, *in. f. l.* 6, *Locat.* 3°. Si partiarius eſt ſocius, *d. l.* 25, §. 5. 4°. Si pacto caſum in ſe recepit, *l.* 9, *C. Pignor.* 5°. Si caſus ex vitio rei locatæ oritur: uti ſi raucis, aut herbis ſegetes corruptæ fuerint, *d. l.* 25, §. 5. 6°. Si non omnes fructus perierint, ſed ſuper paucitate conductor queritur, *d. l.* 15, §. 2, *junct.* §. 5, *Locat.*

„ Bene autem notandum eſt, aſtimationem damni fieri juxta pretium in contractu (ſcil. *in dem Anſchlag*) ſtatutum: non vero juxta pretium præſens, (*nach dem Marckgängigen Preiſs.*)

„ QUARTO quæritur cujus ſit periculum PECUDUM? Diſtinguendum jure naturali eſt, an pecudes ſint locatoris, ita ut earum uſus ſaltem conductori locetur: an vero ſint conductori propriæ? *Priori* caſu dominium pecudum perit locatori, indeque conductor pro rata temporis, quo uſus non eſt, penſionem detrahit; nam pro uſu quoque pecudum penſionem ſolvit: ubi tamen merito attendendæ ſunt exceptiones 1, 2, 3, & 4, ante allegatæ. *Poſteriori caſu* omne periculum eſt conductoris, utpote domini: neque enim æquitati convenit ut locator, qui nec jus in illas pecudes habet, nec utilitatem inde percipit, (nam conductor, cui pecudes propriæ ſunt, ideo minorem penſionem ſolvit) damnum caſu datum reſarcire teneatur domino. *Struv. Ex.* 24, §. 6. Propriæ autem videntur factæ conductoris, ſi æſtimato ei dantur, qui contractus ſocidæ vocatur. *Struv. d. l.*

„ QUINTO, ſi OPERA *locata* eſt, eaque præſtari non poteſt, diſtinguendum eſt, an per conductorem, an per locatorem ſtet. *Priori* caſu integra merces præſtari locatori operæ debet, quia is paratus eſt præſtare, & interim operas alii locare non poteſt, *l.* 61, §. 1, *ff. Locat. l.* 19, §. 9, *l.* 38, *Eod. l.* 24, *Cond. & dem.* 61, *Reg. jur.* (Secus igitur, ſi ex opera ſua aliunde utilitatem perceperit). *Poſteriori* caſu, ſi locator operæ, v. g. ob morbum, ob captivitatem, &c. (*d. l.* 19, §. 9.) impeditur quo minus alteri operas præſtare poſſit, ejus eſt periculum; ipſe cauſa eſt quod ſtare promiſſis non poſſit: indeque mercedem promiſſam exigere nequit; quin acceptam reſtituere tenetur, *l.* 15, §. 6, *Locat.* At nec contra eum agi ad id, quod intereſt poteſt, *l. f. ad l. Rhod.*

„ SEXTO, ſi OPUS *conficiendum* locatum eſt, diſtinguendum, *an* materia a lo-

„ catore operis data pereat, *an* opus confectum. Si *materia* perit, quæ reddi debebat in eadem ſpecie, ea perit domino materiæ: niſi 1. culpa facientis concurrat, *vid. l.* 31, *ff. Locat.* vel 2. aurum ei datum ſit ut in eodem genere reſtituatur; quia æſtimato data eſt materia, & conductor operis ejus dominus ſit, cui proinde materia illa perit, *l.* 31, *ff. locat. l.* 36, *Eod.* Si vero *opus* ipſum interit, periculum eſt ejus, qui opus faciendum conduxit, i. e. opificis, *d. l.* 36, donec vel approbatum, vel admenſuratum ſit, (ſi ſcilicet ad pedes, vel ad menſuram opus præſtari debet. *Ibid.* Niſi 1. per locatorem ſtet quo minus approbetur: *d. l.* 36. (modo tale opus ſit, ut probari debeat) *l.* 37, *l.* 59, *Eod.* vel 2. vi majori pereat, *d. l.* 36, *d. l.* 59: *vel* 3. caſus vitio ſoli, vel rei accidat, non vitio operis, *l. fin. l.* 15, §. 2, *Locat.*

Qua eo tempore tantum valebat] „ i. e. tempore tranſlationis. Si ergo per locatorem non ſtet quo minus uti non poſſit, periculum eſt conductoris.

Quanquam & legibus &c. immutari id poſſit] „ Jure Romano, & moribus propter caſum inſolitum merces remitti ſolet. *l.* 9, *C. pign. act.*

Et pactis] „ Prout enim partes de ſuo jure diſponunt, ita jus eſt.

Si tamen locator &c. alii eam locaverit, quicquid conſecutus inde fuerit rependet primo conductori] „ Si locator rem locavit Titio, ac mercedem accepit (id enim hic ſupponendum eſt): is vero vinculis detentus uti re locata nequit, & ideo dominus eam locat Cajo; hoc caſu verum eſt mercedem reſtituendam eſſe Titio, quia dominus ex alieno, nimirum ex uſu alii conceſſo, locupletior fieret.

A d §. XIX.

Pluris *rem vendi, minoriſve emi poſſe, ſi in gratiam alterius vendatur*] Quia partes pro lubitu de re ſua, & de ejus pretio ſtatuere poſſunt, ex quacunque moveantur cauſa, ſive indigentia, ſive luxuria, ſive gratia alterius.

Idem & de re, aut opera locata, conductave, intelligendum eſt] „ Auctor ait, minui mercedem a parte locatoris, ſi is in gratiam conductoris locet: & augeri a parte conductoris, ſi is in gratiam locatoris rem conducat. Sequitur hoc ex natura diſpoſitionis; partes enim pro lubitu de ſua mercede, & rei ſuæ uſu diſponere poſſunt.

Poterit de ſingulis mercedem paciſci] Quia ſinguli utilitatem percipiunt ex re, & opera aliena.

Ubi lex non obſtat] „ Sic v. g. Nuncii judiciorum plura uno itinere decreta inſinuare, vel plures actorum faſciculos ad facultatem eandem transferre ſolent. At his caſibus litigantes ſumtus itineris ſaltem pro rata ſolvunt; idque pleriſque judiciorum moribus cautum eſt.

Extrinſecum eſt contractui] „ Vera ratio eſt, quod ſinguli ex opera illa utilitatem promiſſam in ſolidum percipiant.

Neque reſpectu primi quidquam minuit de æſtimatione] „ Quia utilitatem promiſſam ex opera pleniſſime percepit, neque cum primo conventum eſt ne aliis quoque opera illa proficere debeat.

A d §. XX.

Et *quanquam jure naturali vetitas eſſe uſuras, receptior eſt ſententia*] Præmittendum eſt, uſuram hic dici, quod ſolvitur pro uſu rei alii debitæ, quæ in quantitate, & abuſu conſiſtit. Talem uſuram, dicimus, jure naturæ omnino licitam eſſe: 1. quia is, qui promittit uſuras, diſponit de re ſua; prout ergo diſponit, ita jus eſt: inprimis 2. cum non gratis uſuras promittat, ſed pro uſu pecuniæ alienæ, qua uti non poteſt, nec utendi jus habet, adeoque merito commodum, quod ex re aliena percepit, reſtituit. Accedit 3. quod uſura in conceſſione quantitatis idem ſit, quod merces in locatione, ſeu conceſſione uſus rei: utraque enim datur pro uſu rei alteri debitæ. Confirmatur id 4. ex ſacra hiſtoria, quæ nos docet, Deum uſuras cum extraneis permiſiſſe, *Deut.* 23, 19, & 20: non autem permiſſurus fuiſſet ſi jus naturæ illis repugnaret. Ipſe Servator, perfectionum ille Doctor, per parabolam objurgavit eos, qui pecuniam ſibi commiſſam fœnori non locarunt, ut dominus reciperet pecuniam cum uſuris. *Luc.* 19, 24. *Matth.* 25, 27. Sane 5. nulla prohibitio naturalis, nec prohibendi ratio allegari poteſt, quæ impediat quo minus pro uſu meæ pecuniæ, vel quantitatis, ab alio æſtimationem recipere poſſim.

Digitized by Google

poſſim. Unde 6. apud omnes gentes uſuras accipere licitum fuit.

Equidem 7. ex veteri teſtamento in contrarium allegari ſolent loca in *Exod.* 22, 25. *Lev.* 25, 35. *Ezech.* 18, *v.* 8. *Pſalm* 14, 8. *Pſ.* 15, 20. *&c.* Reſp. Agunt hæc loca de jure forenſi Hebræorum, quo uſuræ NB. cum fratribus, i. e. Judæis prohibentur. Hoc autem mere civile eſſe, vel ex eo apparet, quod cum extraneis uſuræ licitæ fuerint. Atque hinc apparet, loca, quæ ex novo fœdere adduci ſolent, *Luc.* 6, 24. *Matth.* 7, 12. 2. *Chor.* 8, 13, *&c.* vel loqui de eodem jure forenſi, vel ſaltem agere de perfectione, & virtute liberalitatis, ac beneficentiæ.

Additio.

„ Celebrem hanc quæſtionem uberius explicavit B. Parens *in Diſp. de Anatociſmo* §. 5, *uſque ad* §. 18. Verba ejus hæc ſunt.

P R I M U M autem omnium de juſtitia nſurarum in genere quæri poteſt. Sed cum & a plurimis prolixe id tractatum, nec hujus adeo inſtituti ſit, paucis defungemur. Quæritur itaque, an ſacræ, ſive veteris, ſive nuvi fœderis tabulæ uſuras prohibeant? Equidem utut Hæbræis interdictum fuerit ne invicem fœnerentur, *Deut.* 23, *verſ.* 19. (quod tamen ad acerbiores fœnerandi rationes alii reſtringunt, & merito, *Exod* 22, *v.* 25. *Levit.* 25, *verſ.* 35, *& ſeq.*): at cum peregrinis, & aliis gentibus, id plane permiſſum fuit. *Deut. d. c.* 23, *v.* 20. Nimisque frivolum eſt commentum eorum, qui eam permiſſionem referunt ad ſolos hoſtes: tum quia nulla eſt prohibitio niſi inter ſolos Judæos, qui ſoli, non peregrini, ab iſta permiſſione certo modo eximuntur; *Deut. d. l. Exod. d. l. Lev. d. l.* tum quia fœneratio eſt pars commercii: cum hoſtibus autem non erat liberum Judæis commercium. Vid. *Deut.* 5, *v.* 10, *& ſeq.*

Sic ipſe Salvator uſuras in parabola tanquam rem laudabilem exhibuit. *Matth.* 25, *verſ.* 27. *& Luc. c.* 19, *verſ.* 23. *Oportuit*, inquit, *te committere pecuniam nummulariis, & reverſus, ego recepiſſem utique quod meum eſt cum uſura.* Nec obſt. *cap.* 6, *Luc. Mutuum date, nihil inde ſperantes.* Reſp. Præcipit ibi Servator beneficentiam, & mutua hominibus officia: præcepto autem beneficentiæ nou tolluntur ulla commercia; cum ea invicem nihil adverſentur.

Neque argumentum Grotil tale eſt, ut aſſenſum extorqueat, cum dicit, ſufficere nobis debere legem a Deo Hebræis datam. Nam lex iſta civilis, ſeu forenſis Hebræorum fuit, non Jus Gentium, ut ex dictis patet.

Non minor contentio eſt, an jure naturali uſuræ ſint licitæ? id quod nonnulli Philoſophorum, & Politicorum negaſſe videntur: ſic Plato *lib.* 5. *de legib.* inquit: *Nullus det pecuniam ſub fœnore, alioquin neque licebit uſuram, neque ſortem repetere.* Cicero *lib.* 2, *de Off. in fin.* dicit: *Fœnerare eſſe nihil aliud, quam hominem occidere. Agis, Athenienſium Dux adeo exoſum habuit fœnus, ut omnium fœneratorum tabulas, igne ſuppoſito, in foro cremaverit, quo igne nullum clarius lumen ſe vidiſſe, dixit Ageſilaus.*

At ſpretis his omnibus, uſuras jure naturali licitas eſſe, aſſerimus; vel hac unica ratione, ſed certiſſima: quod domino uſus pecuniæ ſuæ, uti aliarum rerum ſuarum natura competat, non alii. Itaque ſi quis utitur aliena pecunia, perinde tenetur uſum, vel æſtimationem uſus domino reſtituere, ac uſum, ſeu fructus prædii alieni, ſi eo uſus fuiſſet. Atqui uſura nihil aliud ſignificat, quam æſtimationem uſus; idemque eſt in mutuo, ſimilibusque negotiis, quod merces in locatione; & adeo non minus licita, ac ipſa merces locationis. Et licet forte debitor non perceperit uſuras ex pecunia iſta, tamen non minus tenetur, ac is, qui prædio alieno uſus eſt, & ſua negligentia fructus, quos potuit, non collegit; quia id domino, qui uſum illum percipere potuiſſet, non obeſt. Quin ex pecunia, ejusque locatione, & commercio, non minus utilitas quæri poteſt, quam ex ædificio, ejusque locatione; utrumque enim eſt res natura ſterilis, *l.* 62, *in pr. ff. de Rei Vind.* & utrobique uſus rei locatur. Unde Horatius nummos fœnori acceptos dixit *conductos.* Hor. *lib.* 1, *ſat.* 2, *in pr.* Atque ita ſentiunt Hagen. *de uſur. c.* 3. Cloppenburg *de fœnor. c.* 5, *&* 6. Hahn ad Weſenb. *ff. de uſur.*

Nec movent, quos allegavimus, Philoſophi, quippe qui non de juſto fœnoris uſu, ſed de ejus abuſu, & exceſſu: non de eo, quod intrinſecum iis eſt, ſed quod accidere eis vitio hominum ſolet, tractant. Conf. Grot. *lib.* 2, *cap.* 12, §. 20.

Sic & facile eſt deſtruere arcem adverſæ ſententiæ Ariſtotelis *lib.* 1, *polit. c.* 6. *&* 7, ideo fœnus cum natura committentis, quia pecunia ſit ſuapte natura ſterilis. Nam & domos, & res alias natura infœcundas eſſe conſtat, quas tamen hominum induſtria fructuoſas fecit. Itaque etſi ex pecunia fructus natura non oriatur, *l.* 62, *ff. de Rei vind.* opera tamen, commercioque hominum produci inde fructus poſſunt, *l.* 3, *ff. uſ. car. rer. l.* 15, *ff. de alleg.* Conf. *theſ.* 9.

Nec magis movet, quod idem Ariſtoteles ait, uſuras contra naturam nummi eſſe, qui conſtitutus eſt ad permutandum, non vero ad fœnerandum, *l.* 1, *ff. de contrab. emt.* Nam uti ipſe nummus, ita omnis illius uſus ab inſtituto hominum, & gentium, non vero a natura eſt; & in eo conſiſtit, ut poſſint eo uti, non ut teneantur: neque decretorium id Gentium jus eſt, ſed (ut ita loqui liceat) permiſſorium. Quin nec reſtrictus eſt ille uſus jure Gentium ad permutationes; ſed domino jus integrum eſt, uti aliis rebus ſuis, ita & nummis, prout lubet utendi. Sic uſus naturalis vini eſt ut bibatur, frumenti ut edatur; utrumque tamen & vendi, & permutari poteſt.

Porro opponitur, creditorem lucrum capture ex re aliena. Sed contra, quod nobis ab alio debetur, non eſt æs alienum, ſed noſtrum, *l.* 213, §. 1, *ff. de verb. ſign.*

In omnium quoque ore eſt, mutuum eſſe gratuitum, & officio contrariam mercedem, *l.* 1, *ff. mand.* Sed Reſp. Mutuum gratuitum dicitur, quia ex vi negotii mutua præſtatio non eſt, uti eſt in emtione. At pacto, vel lege fieri poteſt, ut pro mutuo aliquid præſtetur; nam & commodatum rei gratuitum eſt, poteſt tamen & pro uſu ejus merces promitti, & conductio fieri.

Denique arguunt ab æquitate, quod quia periculum accipientis eſt, etiam ejus commodum eſſe debeat. Reſp. Hoc natura verum, aut neceſſarium non eſt, niſi in re propria; ſed videtur in eo aliquid æquitatis eſſe: & ideo lex civilis aliquando jus inde ita conſtituere ſolet. De reliquis dubiis, quæ adhuc moveri ſolent, videri poteſt Hagen *tract. de Uſur.* & Hahn. ad *Weſemb. h. l.*

Jure civili uſuras eſſe permiſſas, dubium non eſt; non tamen in infinitum, ſed cum certa, & juſta moderatione. Et quidem veteri quoque jure eas reſtrictas fuiſſe, patet ex *l.* 29, *ff. uſur. l.* 26, §. 1, *ff. de condict. ind. l.* 20, *C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* at plenius a Juſtiniano in *l.* 26, *C. de uſur. ubi Dd.* In Imperio quincunces uſuras tantum permiſſas eſſe, niſi moribus loci aliæ receptæ ſint, ſatis conſtat ex *Ordin. Politicis ſub tit. von Wucherlichen Contracten.* Etſi autem Gailius *l.* 2, *obſ.* 5, *n.* 6, & Heigius *l.* 2, *q.* 1, exiſtiment, uſuras nec jure conſtitutionum Imperii hodierno licitas eſſe; falli tamen eos, patet ex *Rec. dep.* 1600, §. *So viel nun*, ubi permittitur ex mutuo quoque uſuras quincunces ob moram exigi, ſi creditor pluris ſua intereſſe probare nequeat. Neque obſtat *Receſſ. Dep.* 1586, *&* 1594, ubi prohibitum eſt ex cauſa mutui uſuras adjudicare. Nam id ideo, quia mutuum ſtricti juris contractus eſt, ex quo nec jure civili uſuræ debentur, niſi in ſtipulationem deductæ ſint. At poſtea in mutuo quoque admiſſæ ſunt uſuræ ex mora, *d. Receſ. dep.* 1600, §. *So viel nun*, 152.

Denique Quær. an uſuræ jure Canonico licitæ, nec ne? Et quanquam illud uſuras regulariter illicitas ſtatuat, eaſque damnet, & inter genera criminum deputet, *tot. tit. X. de uſur. & in 6. eod. tit. Clement. eod. & c.* 2, *c.* 4, *& ſeq. diſtinct.* 47, *c.* 9. *diſt.* 46, *c.* 11. *diſt.* 88, ubi multa ex Eccleſiæ DD. afferuntur, qui tamen, cum fontium divinorum auctoritatem ſequantur, eorum quoque dicta eandem ferent interpretationem. Jure Divino autem uſuras non plane illicitas, ſed lege forenſi tantum reſtrictas eſſe *th.* 5. *hujus ſect.* prolixe probatum eſt.

Abulenſi.] ,, Conf. *Puſend. J. N. l.* 5, *c.*
,, 7, §. 9, *&* 10. *Selden. J. N. l.* 6, *c.* 9.

Tantundem & de commodato dici poteſt]
,, Gratuitum dicitur mutuum, quia ex mu-
,, tuo non ſolvuntur uſuræ, niſi promiſſæ
,, ſint (nam ſi creditor uſuras non rogavit,
,, vel debitor non promiſit, utitur quantitate
,, aliena, ex liberalitate, & voluntate do-
,, mini). Cæterum differunt mutuum, &
,, commodatum, quod in *mutuo* quantitas
,, verſetur, in *commodato* ſpecies; quod in
,, *mutuo* dominium transferatur, in *commo-*
,, *dato* ſolus uſus rei; quod in *priori* uſura
,, accedere poſſit, in *hoc* non poſſit.

Cum tamen pro uſu rei pretium exigere illicitum non ſit] ,, Verum eſt, id non illi-
,, citum eſſe; at tunc non eſt commodatum.

Sed efficiat ut contractus in alium nomen tranſeat] ,, Immo nunquam fuit commoda-
,, tum, utpote cujus forma in eo conſiſtit,
,, quod gratuitum eſſe debeat: ſed eſt vel
,, locatio rei, aut operæ, vel contractus in-
,, nominatus do ut des, vel do ut facias.

Nec magis urget quod ſuapte natura ſterilis eſt pecunia] ,, Cum enim uſum non pro-
,, ducat, nec æſtimatio deberi poſſe vide-
,, tur.

Nam & domos &c. hominum induſtria fructuoſas fecit] ,, Fructus ſunt vel natura-
,, les, vel civiles: illi ex re ipſa oriuntur,
,, hi ex facto hominum; hoc igitur caſu res
,, fructuoſa ſit ex hominum facto. Jure na-
,, turæ autem ſub re continetur omnis fru-
,, ctus; non tantum is, qui ex re oritur:
,, ſed & is, qui occaſione rei producitur.

Sed notandum eſt] ,, Objectio obſcura
,, eſt; at obſcurior reſponſio. Objiciebat ſibi
,, Auctor, uſuram eſſe æſtimationem uſus ejus
,, rei, quæ mutuo datur, uſum autem na-
,, tura nullum eſſe ejuſmodi rei, quæ uten-
,, do conſumitur (adeoque ubi ipſa ſubſtan-
,, tia uſu perit): indeque concludit, pro
,, uſu, qui natura non eſt, æſtimationem
,, exigi non poſſe.

,, Reſpondet Grotius, id verum quidem
,, eſſe; & repugnare, aliquid exigi pro uſu
,, rei ſi ipſa res in abuſu conſiſtit, & utendo
,, perit: at jus reddendi mutuam pecuniam,
,, aut vinum, poſt certum tempus, eſſe ali-
,, quid æſtimabile; adeoque pro illo tempo-
,, re, quo jus penes alterum eſt, & quo al-
,, ter jure illo utitur, æſtimationem merito
,, exigi poſſe.

,, Idque illuſtrat exemplo uſusfructus con-
,, ſtituti in pecunia, & vino, &c; hic enim
,, itidem verum uſumfructum conſtitui non
,, poſſe, ait, quia non poteſt reſtitui res
,, ſalva ſubſtantia (res enim in abuſu con-
,, ſiſtit, adeoque non res ipſa, ſed res pro
,, re reſtitueretur): at quia fructuarius rem
,, illam non niſi finito uſufructu reſtituere
,, tenetur, & interim ea utitur, hoc ipſum
,, jus, alteri collatum, eſſe aliquid æſtima-

,, bile;

,, bile; quod vel exinde conſtare, ait, quia
,, cedi alii poteſt.
,, Vera reſponſio, & quæ totam rem ex-
,, haorit, hæc eſt, quod in mutuo non exi-
,, gantur uſuræ pro uſu rei, utpote quæ ju-
,, re dominii in alterum tranſit; ſed pro uſu
,, quantitatis, quam debitor ex ſua diſpoſi-
,, tione præſtare, & reddere debet: hic igi-
,, tur uſus quantitatis alienæ æſtimari, &
,, pro illo uſu aliquid exigi poteſt, qood
,, dicitur uſura. *Vid. l. 2, & 3, ff. de Reb. cred.*
Qua uſu pereunt] ,, Supra enim diximus,
,, alias eſſe res, quarum uſus a ſubſtantia ſe-
,, parari poteſt: alias, quarum uſus in abu-
,, ſu conſiſtit, i. e. ubi res ipſa utendo con-
,, ſumitur. Vid. *L. 2, c. 3, §. 6, Prop. I. pag.*
,, 141.
Aut in alterius dominium tranſeunt] ,, Uti
,, ſi uſus rerum fungibilium conceditur.
Uſusfructus SCto introductus dicitur]
,, Uſusfructus definitur jus utendi fruendi
,, re aliena ſalva ſubſtantia, *pr. Inſt. de uſufr.*
,, Hinc jam conſtat, uſumfructum conſtitui
,, non poſſe in pecunia, vino &c, quia his
,, rebus uti ſalva ſubſtantia non poſſumus;
,, quia utendo ipſam ſubſtantiam conſumi-
,, mus. At SCtom conſtituit, ot in quanti-
,, tate uſusfructus conſiſtat, adeoque non
,, res, ſed quantitas finito uſufructu condi-
,, ci poſſit, *l. 5, §. 1, ff. de uſufr. earum rer.*
,, Hoc caſu cautio de reſtituenda eadem
,, qoantitate inſtar proprietatis eſt, §. 2, *Inſt.*
,, *de rer.* Unde hæc cautio remitti nequit.
,, *L. 1, C. uſufr.*
*Non tamen effectum ut proprius uſusfructus
eſſet*] ,, Id enim fieri non potuit, quia de-
,, finitio uſusfructus hic ceſſat; non enim uſus
,, pecuniæ concipi poteſt ſalva ſubſtantia.
De voce uſusfructus agi] ,, An ſcilicet ve-
,, rus uſusfructus dici poſſit?
*Qua certe ſecundum ſuam proprietatem tali
juri non congruit*] ,, Qoia pecunia, vino
,, &c, uti non poſſumus ſalva ſubſtantia.
*Non tamen ſequi inde, tale jus nihil eſſe,
aut non æſtimabile*] ,, Dixi, non eſſe uſum-
,, fructum verum: ſed quia quantitas reſti-
,, tui, & ideo caveri debet; hæc ipſa quan-
,, titas aoctoritate SCti pro ſubſtantia habe-
,, tur, & ejus uſus omnino eſt aliquid æſti-
,, mabile.
*Si quis proprietario tale jus cedat, pecu-
niam poſſe exigi eo nomine*] ,, Si froctua-
,, rius, cui in quantitate uſusfructus eſt con-
,, ſtitutus, jus ſuum cedit proprietario; hic
,, agere ad reſtitutionem quantitatis poteſt;
,, adeoqoe illa quantitas omnino eſt aliquid
,, æſtimabile.
*Sic & jus illud, non niſi poſt certum
tempus reddendi pecuniam, aut vinum, eſt
aliquid æſtimabile*] ,, Putat igitur Auctor,
,, æſtimari in mutuo, quod debitor poſt cer-
,, tum demum tempus reſtituere debeat pe-
,, cuniam &c. At verius eſt, æſtimari hic
,, uſum quantitatis; nam debitor utitur qoan-
,, titate aliena: pro hoc uſu etiam naturali
,, ratione exigi aliquid omnino poteſt. *Vid.*
,, *not. primam ad h. num. 2.*
*Minus enim ſolvit qui tempore minus ſol-
vit*] ,, *Arg. §. 33, Inſt. de act.* Dixi, non
,, æſtimari tempus, ſed oſum quuntitatis
,, alienæ.
*Atque ideo ἐν ἀντιχρήσει uſus pecuniæ cum
fructibus prædii compenſatur*] ,, Antichreſis,
,, ſeu pactum antichreticum eſt, & quo cre-
,, ditori jus re pignorata utendi fruendi,
,, in vicem uſuræ, vel pro uſura æris alieni
,, conceditur, *Laut. comp. p. 231.* Auctor
,, itidem rationem hujus uſus in eo ponit,
,, quod jus, rem mutuo datam non niſi poſt
,, certum tempus reſtituendi, ſit aliquid æ-
,, ſtimabile, & ideo fructus pignoris cum
,, uſu pecuniæ penſari poſſit. Vera ratio eſt,
,, quod quantitatem debitor reſtituere tenea-
,, tur; hæc quantitas aliena eſt, & pro ejus
,, uſu creditor aliquid ſibi paciſci poteſt: ſive
,, igitur paciſcatur certam quantitatem, ſive
,, fructus pignoris, pactum id valet ex diſ-
,, poſitione partium.
Et aliis] ,, Vid. *Plat. l. 5, de Leg. Cic. L.*
,, *2, de Off. in fin.* ubi uſuras accipere ei eſt
,, occidere. Lycurgus uſuras Spartæ, Agis
,, Athenis prohibuit. *Alex. ab Alex. 1, 7.*
,, Add. *Heig. l. 2, q. 2, Bachov. Vol. 2, diſp.*
,, *3, th. 1. Ariſt. 1, pol. 10, &c.*
*Ea reſpiciunt non tam quod intrinſecum
ei eſt, quam quod plerumque ei adeſt*] ,, Im-
,, probant illi exceſſum, avaritiam, aliaſ-
,, que imperfectiones, quæ ex uſuraria pra-
,, vitate ſequi ſolent.
Sufficere nobis debet lex a Deo Hebræis da- 3
ta] ,, Putat Auctor, abſtinendum ab uſuris,
,, qoia Deus eas prohibuit inter Judæos.
,, Conf. *l. 3, c. 20, §. 43, n. 4.* At cum lex
,, hæc ſit mere forenſis, merito dicendum,
,, eam cum republica Hebræorum interiiſſe.
,, Bene id obſervavit Gron. *h.*; additque ra-
,, tionem, quod Deus permiſerit Hebræis fœ-
,, nerari extraneis, non permiſſurus ſi fœnus
,, per ſe injuſtum eſſet. *Vid. Salmas. de uſur.*
,, *c. 20, & 21.*

Si

Si non neceſſaria, certe honeſta moraliter]
,, Atque hinc ad jus naturæ laxius, vel ſal-
,, tem ad jus divinum voluntarium hanc pro-
,, hibitionem refert: quod refutavimus in
,, *Diſſert. Proœm. II, c.* 1, §. 13, *n.* 7; juncto
,, *c.* 2, *& ſeq. & Diſſertat. Proœm. III, c.* 1,
,, §. 3. *& cap.* 2, *Sect.* 3, §. 31.

Unde & aliis maxime moralibus annumeratur] ,, Sane, laudabile maxime eſt, ſub-
,, venire indigentibus, ſepoſita ſpe lucri,
,, aut commodi.

Ezechielem capite decimo octavo] ,, *Verſ.*
,, 8, 9. *Qui ad uſuram non commodaverit,*
,, *& amplius non acceperit, &c., hic juſtus*
,, *eſt, vita vivet.*

Quæ autem hujus generis ſunt Chriſtianos quoque obligant] ,, Late hoc examinavi ſu-
,, pra *L.* 1, *c.* 2, §. 6; *& in Diſſert Proœm.*
,, *III, Cap.* 2, *Sect.* 3: ſimulque probavi, le-
,, gem Evangelii nos non obligare, niſi tan-
,, quam regulam perfectionis.

Quippe vocatos ad majora virtutum ſpecimina] ,, Sed hæc virtutum ſpecimina non im-
,, ponunt agendi neceſſitatem, ad effectum
,, ut adigi, & pœnis compelli ad ea peragen-
,, da poſſit: quia tunc deſinunt eſſe virtutes.
,, *Dict. cap.* 2, *Sect.* 3.

Et quæ tunc officia homini Hebræo, aut alioqui circumciſo præſtari jubentur, ea nunc &c.] ,, Uberius hanc theſin examinavimus
,, ſupra *L.* 1, *c.* 1, §. 17, *n.* 4. *c.* 2, §. 6, *n.* 5.
,, *Add. proleg.* §. 50. *& dict. diſſert. Proœm.*
,, *III, c.* 1, *Sect.* 3.

Nam hujus cum Hebræo par cauſa erat]
,, Factus nempe proſelytus, non domicilii,
,, ſed juſtitiæ: de qua differentia *vid. L.* 1,
,, *c.* 1, §. 18.

Omni populorum diſcrimine per Evangelium ſublato] ,, Diſcrimen populorum ſublatum eſt
,, ad effectum ſalutis; omnes enim per Evan-
,, gelium ad ſalutem vocantur: at quod le-
,, ges civiles, & forenſes, quo pertinent
,, uſuræ, earumque prohibitio, attinet, alii
,, populi non obligantur; quin nec ipſi Ju-
,, dæi, utpote republica eorum ſublata.

Latiuſque extenſo proximi intellectu] ,, Qua-
,, tenus id verum ſit, late expoſitum eſt ſu-
,, pra *proleg.* §. 14. *& l.* 1, *c.* 2, §. 6, *n.* 3. *&*
,, §. 8, *n.* 10.

De homine Samarita apologus] ,, Servator
,, hic inculcabat regulas perfectionis, quas
,, homines invicem obſervare debent, ſi
,, præmio virtutibus deſtinato gaudere ve-
,, lint.

Lactantius] ,, Loquitur de virtute, & per-
,, fectione, non de jure; quo & Ambroſii
,, doctrina pertinet.

Ipſe Cæſar Auguſtus notavit aliquos] ,, Apud
,, *Suet. in Aug. c.* 39. Jure naturæ nihil hic
,, turpitudinis ſubeſt. Pecunia, quæ mutuo
,, mihi data eſt, mea eſt, ex qua quidquid
,, lucri capere poſſum, meum eſt. Nihil er-
,, go obſtat, quo minus eandem pecuniam
,, graviori fœnore collocare poſſim. Recte
,, igitur monet *Gron. h.*, Auguſtum notaſſe
,, ſaltem equites Romanos, quibus hoc ſor-
,, didum putavit: nec ob fœnus, ſed ob
,, tale fœnus.

Ad §. XXI.

Cum *tamen pacta ſint generis alterius*]
,, Auctor in genere ſtatuit, uſuras ex pecu-
,, nia mutuo data peti, & exigi, morali ſal-
,, tem honeſtate non poſſe; at excipit ca-
,, ſum, ubi pactum alterius generis accedit:
,, uti ſi damnum patitur ex datione pecuniæ,
,, vel lucrum ejus ceſſat, &c. Verum, in
,, ſingulis nunc videbimus, uſuram veram
,, hic ſubeſſe: adeoque ex his ipſis exemplis
,, probari, uſuras licite exigi poſſe.

Ut de repenſando damno, quod facit qui pecuniam dat mutuam, eo, quod diu pecunia careat] ,, Atqui hæc vera eſt uſura; nam ea
,, ſolvitur pro utilitate, quam debitor ex re
,, mea conſequitur: adeoque in penſationem
,, damni, quod ex carentia quantitatis illius,
,, quam debitori ſolvi, mihi contingit.

Item de lucro ob mutui dationem ceſſante]
,, At hæc iterum vera uſura eſt; nam ſi quan-
,, titatem illam retinuiſſem, ea, uti, & lu-
,, crum ex ea capere potuiſſem: adeoque
,, pro lucro hoc ceſſante exigo ab altero
,, uſuram.

Deducto ſcilicet incerto ſpei, & labore, qui ſubeundus fuerat] ,, Auctor putat, æqua-
,, litatem obſervandam eſſe inter mutuum,
,, & lucrum, quod propter mutuum promit-
,, titur: indeque ait, deducendum eſſe a
,, lucro incertitudinem ſpei, & operam,
,, quam debitor forte impenſurus eſt. Sed
,, fruſtra hæc dicuntur: diximus, debitorem,
,, omni æqualitate ſepoſita, pro uſu quanti-
,, tatis, quam alii concedit, & qua ipſe in-
,, terim caret, æſtimationem, ſeu uſuram
,, ſibi ſtipulari poſſe, idque in infinitum,
,, abſque deductione ſive eventus, ſive la-
,, boris; quia partes prout de ſuo jure diſ-
,, ponunt, ita jus eſt.

Sic

Digitized by Google

Sic etiam pro impenſis ejus, qui multis dat mutuam pecuniam, & in hoc paratam habet] ,, Eadem hic ratio eſt, quæ in præce-
,, dentibus; nam hæ impenſæ ſolvuntur a
,, debitore pro uſu quantitatis, quam para-
,, tam habuit creditor.

Et pro periculo amittendæ ſortis ubi idonee non cavetur] ,, Adeoque ubi æſtimatio
,, periculi ſolvitur creditori.

Uſura vere non eſt] ,, Diximus, eſſe ve-
,, ram uſuram, ſeu æſtimationem uſus, &
,, quidem quantitatis alienæ, &c; quæ æſti-
,, matio major fit ſi pecuniam paratam ha-
,, bere debet, ſi metus eſt amittendæ ſor-
,, tis, &c. Tota igitur res dependet a par-
,, tium diſpoſitione.

Sub modico lucello elocat] ,, Immo hæc eſt
,, vera uſura; conceditur enim uſus quan-
,, titatis meæ pro pretio: hoc negotium igi-
,, tur licitum eſt. Quod vero modice id fie-
,, ri debere, dicit Pantænetus, id juris ci-
,, vilis eſt; jure naturæ enim partes in in-
,, finitum pretium illud determinare poſſunt.

Negat fœneratorum odio prægravandum]
,, Apud Athenienſes omnis uſura prohibira
,, erat. *Vid. Corn. Nep. in Att. poſt pr.* Sed elo-
,, cabatur talis pecunia; neque tunc mutuum
,, vocabatur, aut uſura, ſed locatio, & mer-
,, ces: quæ omnia in fraudem legis fiebant.

Ad §. XXII.

Quæ *concedunt aliquid ſtipulari pro uſu pecuniæ*] ,, Quod inter omnes fere genres, ubi
,, pecunia cognita eſt, fieri ſolet: & ob utilita-
,, tem publicam certa quantitas definiri ſolet.

Octo nummos in 100] ,, Legibus Imperii
,, Romano Germanici quincunces tantum ap-
,, probantur. *Rec. Imp.* 1577. *tit.* Von Wu-
,, cherlichen Contracten, & *Rec. dep. ſpir.*
,, *de anno* 1600. In Marchia ſex inter Chri-
,, ſtianos, Judæo autem duodecim uſuræ no-
,, mine permittuntur, ſi ad breve ſpatium
,, pecunia mutuo datur.

Siquidem vere ſtant intra compenſationem ejus, quod abeſt] Leges humanæ centeſimam, ſi velint, uſuram ſtatuere poſſunt: etſi nulla proportio ſit inter uſum pecuniæ, quem debitor percipit, & inter uſuram, ſeu æſtimationem uſus; immo etſi debitor plane pecunia uſus non ſit, vel creditor quoque uti ea non potuiſſet. Neque jus naturæ repugnat, ubi jus eſt quoties partes de ſuo jure diſponunt.

Sin eum modum excedunt, impunitatem præſtare poſſunt, jus dare non poſſunt] Quæritur, an uſuræ uſurarum jure naturæ exigi poſſint? Explicavi rem in Diſputatione de Anatociſmo *Sect. I*, §. 18, & 19. his verbis:

Hactenus ſatis pro inſtituto de uſuris. Sequitur, an uſuræ uſurarum, & quo jure licitæ ſint? Ex traditis patet, ipſas uſuras ſortis omni fere jure promitti ad certum uſque modum poſſe, & deberi quoque non promiſſas: ſed & anatociſmum, ſeu uſuras uſurarum, jure naturæ non modo ex pacto, & promiſſione, ſed & non promiſſas, ſi lege id conſtitutum fuerit, deberi quidem ob moram poſſe, exiſtimamus, cum & debitor paciſcendo de re ſua diſponat, & lex moram ejus ita punire poſſit; uti ſane edicto illo, cujus Cicero meminit *in d. l.* 5, *ad Att. ep. ult.* permiſſæ, & debitæ fuere centeſimæ uſuræ cum anatociſmo anniverſario, ut ibi dicitur. Unde conſtat, uſurarum menſtruam, anatocismi annuam fuiſſe exactionem. Sed & quorundam locorum uſu permittitur.

Verum ſi promiſſæ non ſint uſurarum uſuræ, nec jure naturæ debentur. Jure vero Civili omni, & Canonico, omnis anatocismus penitus adeo rejicitur, ut nec debeatur jure, nec promitti poſſit ulla uſuræ uſura, idque ex duplici capite: tum, quia jura hac quoque ratione cohibere uſuras voluerunt, ex cauſis *th.* 1. memoratis: tum quia, uti acceſſio acceſſionis non eſt, ſic nec commodi commodum, nec mercedis (cujus inſtar eſt uſura *th.* 9.) merces, nec denique (cum uſuræ vicem pœnæ obtineant, & pro pœna moræ ſint) pœnæ pœna eſſe queat. Atque ita hodierno quoque jure omnino improbatus, ac illicitus eſt omnis anatocismus, per *Ord. Pol.* 1500., *tit.* 17.

Additio.

,, Si dicendum quod res eſt, jure naturæ
,, uſuras uſurarum ſemper deberi, puto,
,, etſi promiſſæ non fuerint. Is enim, qui
,, mea pecunia, vel potius quantitate uti-
,, tur, ac pro eo uſu annuas uſuras promit-
,, tit, nec ſolvit has ipſas uſuras, plus ſuo
,, habet; utitur jure alieno; mihi aliquid
,, abeſt, unde lucrum capere poſſem ſi de-
,, bitor uſuras ſolviſſet: adeoque ex natura
,, obligationis ſequitur, æſtimationem ejus,
,, quod facto debitoris mihi abeſt, i. e. uſuras
,, uſurarum, ſolvi debere.

,, Jure Civili id prohibitum eſt ex ratione
,, mere civili, quod, nimirum, uſuræ ſint
,, acceſſio ſortis; contradictionem igitut in-
,, ferre, putant JCti, dari acceſſionem ac-
,, ceſſionis. At 1. verum non eſt, uſuram
,, eſſe ſortis acceſſionem: obligatio ad præ-
,, ſtandas uſuras eſt æque principalis, ac mu-
,, tuum ipſum, eaque obligatio ex pacto par-
,, tium oritur. Sed & 2. verum non eſt, ac-
,, ceſſionem acceſſionis dari non poſſe: ſi

„ enim acceſſioni aliquid accedit, prior acceſſio eſt inſtar principalis ratione ſecundi acceſſorii. Sane, jure civili pro mercede uſuram exigere licitum eſt, ſi conductor in mora ſit. *L.* 2, *l.* 17, *C. locat.* Uſura autem, quæ pro uſu pecuniæ alienæ ſolvitur, idem eſt, quod merces, quæ pro uſu rei alienæ datur.

Ad §. XXIII.

Contractus *avertendi periculi, quem aſſecurationem vocant*] Originem, naturam, & definitionem hujus negotii expoſui in Diſput. *de Aſſecuratione* §. 1, *uſque ad* §. 34. Ita enim ſe res habet,

Si quæ ſunt res, quæ maxime ad humanæ neceſſitatis conſervationem neceſſariæ cenſendæ, utique ſunt commercia: magna enim pars eſt felicitatis publicæ, civitatum, ac gentium, ſi commerciorum ſolertia, & opportunitatibus floreant. At illas præ cæteris civitates beatas opum, ac rerum omnium affluentia exuberare videmus, quibus propitius Mercurius per media fluctuum pericula divitias ſuas adnavigat. Mare publica illa, & communis omnium gentium via eſt, qua totius orbis opes congregantur, & quicquid ubivis locorum natura tulit, vel in ulla terrarum parte in deliciis, & in pretio, ac præcipuum habetur, ab ipſa inde Antipodum plaga, iisque locis aſportat, quo terreſtris negotiatio penetrare nequit, ſed vel immenſis interlabentis Oceani ſpatiis, vel inſuperabili viarum intercapedine, ac difficultate excluditur. Hac via a tenuibus initiis crevit Reſpublica Venetorum, ut Owenus de ea cecinit:

Ut mare non niſi aqua; cœlum nihil eſt niſi ſtellæ:
Sic ſunt Venetiæ nil niſi divitiæ.

Quæ & cauſa eſt cur longe favorabilior quoque in legibus habeatur maritima, quam terreſtris negotiatio, *l.* 1, §. 20, *ff. Exercit. act.*

At quot, quantisque cum periculis conjuncta hæc diteſcendi ratio; adeo ut unius horæ calamitas naufragiis, tempeſtatibusque, ſæpe plurium annorum operam, ſollicitudinem, atque induſtriam hauriat, & congeſtas a multo tempore copias una prædonum, aut piratarum incurſio, aliæque hominum, vel cœli, vel temporis injuriæ repente conſumant, atque abſorbeant. Hinc nihil ad conſervanda commercia, & avertendas tantas opum privatarum clades utilius eſt, quam ut alii in partem diſcriminis vocentur, & tanta pericula dividantur, & diſpertiantur inter plures, qui facilius, quam unus, ſolusque dominus, tantam rerum jacturam ferre, ac reparare poſſunt.

Hæc periculi in plures diſtributio fit contractu, quem mercatores vulgo vocant (& quo nunc verbo nobis quoque uti, ut neceſſarium, ſic liberum erit) Assecurationem; qua periculi, quod in ſolum dominum incumbebat, partem aſſecurator ſuſtinet; atque ita uterque in damni æque, ac compendii eventum concurrunt, ut exiſtente caſu ille rerum perditarum, hic illi periculi pretium ſolvat: at navigatione feliciter peracta, ille haud modicum commercii fructum percipiat, hic periculi pretium integrum lucretur. Quam materiam ut elegantem non minus, quam etiam ab utilitate ſua in foro, vitaque civili quam maxime commendatam, ſub diſputationis incudem revocare conſtitui: nec me moratur, ab aliis id argumentum quoque tractatum fuiſſe, cum plurima adhuc aliorum induſtriæ relicta ſint. Etſi autem amplior iſta materia ſit, temporis tamen præfixi anguſtia; quæ nunc & propoſitum meum, & diſputationem exiguis valde ſpatiis coercet, facile me abſolvet.

Licet vero ipſum vocabulum aſſecurationis vetuſtioribus JCtis incognitum fuerit, non tamen plane ignotam fuiſſe ſuſceptionem periculi, vel damni ex certa conventione, colligere eſt ex illo Livii Lib. XXXIII. c. 49: *Ut quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium, tempeſtatisque vi, publico periculo eſſent.* Præcipue ex illo Suetonii *in Claudio cap.* 18: *Negotiatoribus commeatus hybernos invecturis certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet.* Et Cicero cum imperator eſſet, prædam ex Parthis captam hoc genere ſecuritatis ſervare voluit; ita enim ad Caninium ſcribit: *Se Laodiceæ prædes accepturum omnis pecuniæ publicæ, ut & ipſi, & populo cautum eſſet, ſine vecturæ periculo*; quod eſt ipſum negotium aſſecurationis, de quo agimus. Quin antiquitas ejus intelligi poteſt ex nautico fœnore, cujus eſt ſpecies, quodque antiquiſſimis Græcorum, Romanorum, & inprimis Rhodiorum Legibus decantatiſſimum eſt.

Vox autem aſſecurationis ad alia quoque transferri ſolet; nam & dotis reſtituendæ ſecuritatem, ac indemnitatem, *aſſecurationem* vocari docet Ant. Fab. *lib.* 5, *tit.* 7, *def.* 2, & 3: & ſalvum conductum eodem vocabulo appellat Vincent. De Franch. *Deciſ. Neap.* 717. & *ibi Roit. in add.* Quin voce ita uſu recepta, omnes ſecuritates, ſeu cautiones veniunt. Hic vero negotium illud ſignificat, quo quis mercium alio transvehendarum periculum ſuſcipit.

De hujus negotii genere, ac definitione mirum quantas inter ſe lites agitent DD. Joh. Loccenius *de Jur. mar. lib* 2, *cap.* 5. *n.* 4. ſtipulationem eſſe vult. Marquardus *de Jure mercat. lib.* 2, *cap.* 13, *n.* 8, cautionem; a quo haud longe abit Lud. Lopez. *de Contract. lib.* 2, *cap.* 12. *in fin. princ.* qui ſtatuit eſſe fidejuſſionem. Verum, cum pactum aſſecurationis ſit ipſum negotium principale, nec aliud præceſſerit, cui firmando videatur ſtipulatio, cautio, fidejuſſio accedere, merito illi rejiciuntur. Scaccia *tract. de commerc. qu.* 7, *part.* 3, *lim.* 6, *n.* 5, ſtatuit, Aſſecurationem eſſe emtionem venditionem: non magis bene; cum & ſine pretio contrahi aſſecuratio poſſit, ſcil. vel alia re pro periculo promiſſa, vel periculo gratis ſuſcepto, uti illa Claudii, qui periculum commeatuum, qui hyberno tempore ad-

Digitized by Google

adveherentur, ſuſcepit, quin & præmia negotiationibus dedit. Suet. *d. l.* Sant. *Tract. de Aſſecurat. part.* 3, *n.* 13, dicit, eam eſſe contractum innominatum ſimilem emtioni venditioni, quem ſequitur Strach. *in præf. num.* 47, *verſ. & illud*, *fol.* 360: ut & Dn. Struv. *Exerc.* 25, *theſ.* 46; cum tamen non ſemper incipiat, a datione, vel præſtatione, ut contractus innominati, ſed fere nuda promiſſione fiat. Leonard. Leſſius de *Juſt. & Jur. lib.* 2, *cap.* 28, *n.* 24, ſcribit, aſſecurationem eſſe periculi alieni præſtationem, ſeu contractum, quo quis alienæ rei periculum in ſe ſuſcipit. Conrad. *de Contract. qu.* 17, *init.* aſſerit, eſſe locationem, & conductionem. Quæ ſententiæ omnes verum genus negotii non definiunt, cum & aliis modis fieri poſſit, & ſoleat; locationis autem contractus omnium minime conveniat.

Vera itaque ſententia eſt, aſſecurationem non eſſe certam, & definitam contractus ſpeciem, ſed in ſe, ac ſua natura conventionem, ſeu pactum in genere. Uti vero pacta terminos nudæ conventionis varie tranſeunt, ita & aſſecuratio: varie enim in aliud genus tranſit, & varie contrahitur, v. gr. per emtionem aleæ, ſi ita convenit, ut aſſecurator exiſtente periculo pretium certum mercium perditarum ſolvat; emit enim periculum, ſeu aleam, quod utique poteſt: *l.* 8, §. 1, *de contrah. emt.* vel per contractum innominatum, cum quid datur aſſecuratori, ut periculum ſuſcipiat: vel per donationem, cum gratis ſuſcipit: vel per ſtipulationem, ſi acceſſerit ſtipulatio, & in eam deductum ſit pactum; omnibusque his negotiis fidejuſſio accedere poteſt.

In definienda ea non magis conveniunt. Benev. Strach. *in præf. de aſſecur. n.* 45, illam definit: quod ſit rerum alienarum ſive mari, ſive terra exportandarum periculi ſuſceptio. Accuratius dicitur: *Conventio de periculo mercium alio transvehendarum ſuſcipiendo.* Id pro certo pretio fieri moris quidem eſt; ſed cum & gratis fieri, adeoque pretium abeſſe poſſit, formam, & definitionem ejus id non ingreditur.

Ubi primum omnium quæri ſolet, ſitne ſtricti juris, an bonæ fidei? Quæ quæſtio jam ſupervacanea eſt, cum oſtenderimus eſſe in ſe nudam conventionem, ſed tranſire ſolere, more pactorum, in aliud nomen, vel genus. Igitur ex genere, & cauſa conventionis id dignoſcendum eſt; ſi enim ſtet intra terminos nudi pacti, vel per ſtipulationem, aut contractum innominatum do ut facias aſſecuratio ſit facta, erit ſtrictis juris, quicquid diſſentiat Perez. *C. de naufrag. n.* 22: cum hæc negotia ſtricti juris eſſe, plane conſtet. At ſi per emtionem aleæ contracta ſit, erit ex natura negotii illius bonæ fidei, cum vera emtio ſit: ſilemque ſi alius bonæ fidei contractus interceſſerit.

Non minus dubitatur, num licitus ſit ille contractus, cum ſpecies ſit nautici fœnoris, nec multum abſit ab uſuraria pravitate, ſed in fraudem legitimarum uſurarum fieri videatur? Verum, omni jure hoc negotium plane licitum, honeſtumque eſſe, vix dubitari poteſt; cum nauticum hoc fœnus non gratis accipiatur, ſed pro ſuſcepto mercium periculo: hoc vero periculum eſt res veriſſime æſtimabilis, quippe ex cujus eventu fit magna rei familiaris jactura, plurimaque patrimonii imminutio; merces enim naufragio v. g. hauſtæ abſunt & bonis, & deſierunt eſſe in patrimonio: quod patrimonii æſtimabile omnino damnum eſt. Hoc igitur damnum, quod domini eſt, pro eo alius ſuſcipere nec in eventum tenetur. Nullo itaque jure illicitum videri poteſt, ut is, qui pro alio tantum damnum caſu aliquo ſuſcipit, recipere ejus damni, in eventum exſtituri, æſtimationem poſſit ab eo, ad quem alias id damnum pertinuiſſet, & qui ejus metu alterius præſtatione liberatur: inprimis, cum ad utilitatem reipubl. id adeo pertineat. Vid. §. 1. Conf. omnino *th.* 28, 29, 30, 31, *inf.* Atque hoc non tantum apertiſſima DD. evincunt ſuffragia (quæ omnia huc cumulare ſupervacuum foret); verum etiam ſatis hoc colligere eſt ex juris noſtri teſtimoniis, ut ex *l.* 31, & 36, *ff. locat.* atque ex iis, quæ notantur *in l.* 78, §. *ult. de contr. emt. l.* 122, §. 1, *de V. O.* denique *tot. tit. ff. & C. de naut. fœnor.* Immo Sotus *in tract. de juſtitia & jure l.* 6. *qu.* 7, *in f.* ſcribit, *quod uſus aſſecurandi non tantum receptus ſit, ſed idem etiam tam Theologis, quam JCtis probatus. Habet enim* (ait) *rectitudinem, & juſtitiam: idcirco ſi fidejubenti pro aliquo licitum eſt accipere pretium fidejuſſionis, multo magis licitum eſt aſſecuranti; cum negotium aſſecurationis pluribus, & gravioribus ſubjaceat periculis.* Vid. Lopez. *de Contract. l.* 2, *c.* 16. Objiciunt quidam c. *ult. X. de uſuris.* Ubi tamen non prohibetur fieri aſſecuratio; ſed ne in fraudem legis uſurariæ is, qui mutuum dat, aſſecurationem faciat debitori ex obligatione præcedenti: atque ita eſſe hoc cap. ult. interpretandum, ſcribit Santerna *tract. de aſſecur. p.* 1, *n.* 10, *& ſeq.* Et hunc eſſe dicti cap. verum, & proprium ſenſum, & frequentiori Theologorum judicio probatum, ſcribunt Covarr. *Reſol. lib.* 3, *cap.* 2, *ſub n.* 5. Jo. Bapt. Lup. *in d. c. naviganti* §. 1, *ſub n.* 3. vid. Strach. *tract. de aſſecurat. in præf. n.* 30. Zœſ. *ff. pro ſocio*, *n.* 25. Quanquam nec diſſimulari poſſit, hanc deciſionem *d. c. fin.* traxiſſe aliquid ab illo errore canonum, jure divino, quod morale vocant, quicquid ultra ſortem recipitur, uſurarium, & illicitum fœnus eſſe: quæ ſententia abutitur verbis Servatoris; nec juri illa congruit, & uſu Chriſtianorum publico rejecta eſt.

Cæterum, uti ex ipſa negotii hujus natura agitur ut proſpiciatur caſibus itineris extrinſecis, a quibus imminet mercibus damnum, atque periculum; ita Statutis, moribusque, quibus de hoc negotio cautum eſt, id agitur, ne fraus, fucusque huic negotio, periculoque fiat; ſed ſincera appareat, cognoſcique poſſit eventus exiſtentia. Vid. *th.* 33, *inf.*

Periculum itaque, quo exiſtente committitur aſſecuratio, eſt caſus futurus incertus, quo extrinſecus damnum mercibus accidit; quale eſt, quod a tempeſtatibus, piratis, incendiis, ſcopulis &c. metuitur. Grot. *Introduct. lib.* 3, *cap.* 24, §.

Digitized by Google

Onder. Nec ſoliti tantum, ſed & inſoliti omnino continentur, Grot. *d. l. verb. gewoon en ongewoon:* licet diſſentiat Marquard. *de Mercat. lib.* 2, *cap.* 13, *n.* 66. Cum enim caſus inſoliti inprimis ſint caſus fortuiti, & hoc magis a fortuna ſint, quo magis inſoliti, & præter ſpem accidunt, *arg. l.* 15, §. 2, *verſ. Si vero nihil extra conſuetudinem accidit, ff. loc. cond.* omnino continebuntur voce caſuum fortuitorum generali, donec probetur, ſpecialiter exceptos eſſe: *per Vulg.*

Non igitur periculi nomine hic venit quod intrinſecus ex ipſa mercium conditione, natura, vitio, accidit: uti ſi merces ſint fructus, vel res, quæ ſervando ſervari non poſſunt, vel, quæ tempore deteriores fiunt; frumenta, ex quibus rancæ, vermiculique gignuntur; vina, quæ acuerunt, &c, *per d. l.* 15, §. 2. Neque enim damna ſunt quæ aliunde mercibus allata, ſed ex ipſis nata ſunt; nec pericula itineris, ſed vitia mercium. Quin hi caſus nec in ſe ſemper incerti ſunt, ſed fere a peritis proſpici poſſunt, etſi alios lateant: *arg. l.* 38, *ff. de reb. cred.* immo cauſa horum caſuum in ipſis mercibus jam tum, & quaſi ab initio exiſtit.

Unde exiſtimamus, nec pactum aſſecurationi, & nautico fœnori adjectum valere, ut hi caſus intrinſeci quoque præſtentur; cum nauticum fœnus, quod tantum ratione periculi illius incerti, & futurorum eventuum, permittitur, hoc pacto uſurarium fieret.

Hinc nec valet aſſecuratio, quæ in præteritum, vel præſens concepta eſt, v. g. ſi navis itinere perierit, dabo: cum periculum non amplius ſit rei jam præteritæ, nec caſus, aut eventus, niſi in futurum. *th.* 12, *l.* 37, *ff. de reb. cred. & ſ.* Sed nec cautio, vel ſecuritas præſtari poteſt, niſi ob rem futuram; & alias non eſſet ea aſſecuratio, ſed ſponſio. Atque ita recte deciſum eſt a Maſtrill. *deciſ.* 284, *n.* 56; quicquid in contrarium moliatur Perez. *C. de naufrag. n.* 23.

Multo minus itaque valebit aſſecuratio, ſi non modo navis in portum jam delata eſt; ſed aſſecurator quoque jam tum ſcit delatam eſſe, aut alias nullum ſubeſſe periculum. Ricc. *dec.* 837.

Unde omnino quoque dicendum eſt, non eſſe aſſecurationem tunc, cum caſus ſiniſter jam accidit, v. g. navis jam periit. Idque non tum tantum, cum aſſecuratus ſcivit jam periiſſe (de quo vix dubitant. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 156.), ſed etſi id neſcivit; cum non amplius ſit periculum, caſusque futurus. Marquard. *de Mercat. lib.* 12, *c.* 13, *n.* 27. Atque id Statutis Hollandiæ, Seelandiæque confirmatum refert Grœnwveg *ad Grot. Introd. lib.* 3, *c.* 24, §. *Verſekering van Gœderen*, *n.* 12.

Equidem diſſentiunt quam plurimi, Scacc. *d.* §. 1, *qu.* 7, *part.* 2, *ampl.* 10. Perez. *d. t. C. de Naufr. n.* 23. Grot. *Introd. d. l.*; & vulgatum eſt inter mercatores, ut ipſi paciſcantur *auf gute und böſe Zeitung:* adeoque in caſum, quo, etſi navis perierit, ejus tamen nuncius nondum ad aſſecuratum perlatus eſt. Verum re perpenſa apparebit, etſi valeat talis conventio, ſive jure, ſive ſtatutis, & uſu; non tamen id eſſe negotium aſſecurationis, ſed ſimplicis ſponſionis, vel aliud innominatum: non magis, quam ſi invicem aliquid ſpondeant ea lege, ſi urbs aliqua vel capta, vel liberata ſit; cum jam proſperum, vel adverſum caſum experta tum fuerit. Sponſioni enim ſimplici id ſimile eſt, non aſſecurationi; cum pugna ſit, ſecuritatem præſtari pro periculo, quod nullum amplius eſt, ſed jam tranſactum eſt.

Aſſecuratio itaque neutro, & nec eo caſu erit, quo uterque neſcivit navim periiſſe. At ſponſio illa, vel alia conventio ſic facta, valet quidem ſi caſum neſciverit, non autem ſi ſciverit is, qui lucrum ex eo expectat: quia non bona fide de caſu, quaſi incerto, ſponſionem fecit, quem tamen jam exſtitiſſe certus fuit. Idque mores ipſi quoque diſtinxiſſe videntur, quia cum caſus jam exſtitit, non admiſere conventionem, niſi facta fuerit, *op quade en gœde tydinge.* Grot. *d. l.* Ut adeo non valeat facta in caſum periculi, qui eſt caſus aſſecurationis; ſed in caſum allati rerum perditarum nuncii, quod inſtar ſponſionis eſt. Verum, cum ſtatuta prælaudata omnem omnino aſſecurationem rejiciant, quando tempore pacti caſus jam exſtitit, *vid. th.* 17: nec ſponſio, aliave conventio valebit, cum alias ſemper illa fieri poſſet in fraudem ſtatuti.

Qua poſita prohibitione fruſtra eſt omnis illa quæſtio, an aſſecuratus ſciverit caſum, ejusque probatio: quæ ex modo viæ quoque ſumi poterat, computarique, quo tempore potuerit ad aſſecuratum deferri nuncius. Vid Scacc. d. §. 1, *q.* 1, *n.* 160. Grot. *d.* c. 24, §. *Vereſek. van.*

Simili ratione decidenda eſt alia quæſtio, an aſſecuratio extendi poſſit ad illud periculum, ſeu caſum, ſi debitor, qui v. g. mutuum accepit, bonis cadat, vel non ſolvendo fiat: & an pro illo periculo pretium accipi poſſit? Id late tractat, & affirmat Scacc. *d.* §. 1. *n.* 493. Verum, etſi conventio iſta valeat, & ſemper pro periculo pretium aliquod ſtatui poſſit, non tamen eſt ſpecies ejus aſſecurationis, de qua nunc quidem agimus; cum non contineatur mercium transvehendarum periculum: ſed aliud negotii genus, nimirum vera fidejuſſio, & quidem illa ejus ſpecies, quæ vocatur indemnitatis, *Schadloſs-Burgſchafft*, de qua *in l. 6. ff. de novat.*

Iter vero, cujus periculum præſtatur, nihil intereſt, maritimum ſit, an terreſtre; & eadem utriusque ratio eſt, quanquam frequentius itineris maritimi uti pericula metui, ita ſecuritas peti, præſtarique ſolet.

Fieri autem iter recta via debet, *l. penult.* C. *de navit. l. pen. C. de naut. fœnore.* & durat periculum de portu in portum: *l.* 1. *C. eod.* Unde, ſi forte vis maris, aut piratarum in ipſum portum effundatur, damnumque dederit, tenebitur aſſecurator, etſi nauta nondum e portu ſolverit: non vero ſi merces, cum immitti in navim deberent, in littore poſitæ ſunt, atque a mari hauſtæ, vel a pyratis raptæ; quoniam aſſecurator periculum vecturæ ſuſcipit, quæ nulla eſt ubi merces nondum impoſitæ ſunt navi, ſed incipit

ex

Digitized by Google

ex quo transvehendi cauſa in navim receptæ ſunt. *arg. l. 3, C. eod.* Moribus autem obtinet, ut duret periculum de littore in littus, ſeu ex quo merces in littus delatæ, & quoad in littore iterum expoſitæ ſunt. Grot. *Introd. d. c. 24, §. de Verſekering.*

Conſtat aſſecuratio conſenſu partium; ſolet tamen in ſcripturam redigi, literisque caveri, quas Itali vocant *polizza*, id eſt inſtrumentum cautionis, Galli *Polices.* Formulas harum literarum exhibent Scaccia *de commerc. d. §. 1, q. 1, n. 141, & ſeq.* Marquard. *d. c. 13, num. 68*, & alii vulgo, unde peti poſſunt, cum formulas exſcribere animus non ſit.

Cum vero conſtare debeat, quale periculum ſuſceperit aſſecurator, hinc in literis his aſſecurationis exprimi debent 1. Nomina contrahentium. 2. Nomen navis, ejusque magiſtri. 3. Onus inpoſitum. 4. Itineris termini, ſc. locus unde incipit, & ille in quem dirigitur iter. Vid. Stypman. *in Contin. de Jur. mar. part. 4, cap. 7. num. 385.*

Definiri quoque in iis ſolet pretium aſſecurationis. Etſi enim periculum mercium gratis quoque ſuſcipere quis poſſit, communiter tamen de præmio conveniri ſolet: quod plerumque in pecunia numerata conſiſtit; etſi nihil impediat, quo minus in alia quoque re, ſi partes velint, conſtituatur. *Vid. ib. 7.*

Præmium hoc jure communi ſtipulari licitum eſt usque ad centeſimas uſuras, *l. 26, §. 1, C. de uſur.* Moribus id varie æſtimatur, ex varietate periculi, & locorum uſu. Et fere ſeptunces uſuras pro periculi pretio promitti moris eſſe; ait Marqu. *d. c. 13, n. 70.* Si tamen periculum majus ſit, quod a mari, fluctibus forte, vel piratis, aut ſcopulis infeſtiore, vel a longinquitate viæ metuitur; nihil obſtat quin præmium quoque majus pro magnitudine periculi, prout inter partes, absque uſurariæ tamen pravitatis labe, convenit, etiam ultra centeſimas ſtatuatur. Vid. Marqu. *d. c. 13, n. 69.* Unde majus pretium ſolvi ſolere, notant, cum verſus Hiſpaniam, quam cum verſus Indiam Occidentalem navigatur; nec immerito: in Indiam enim etſi longius, rectum tamen eſt iter, eodemque ventorum genere expediri poteſt; in Hiſpaniam vero flexum, anfractuoſum, pluribusque periculis, & moris obnoxium, quodque non niſi mutatis ſæpius ventis, velisque conſequi poſſunt.

Æſtimatio periculi autem eſt æſtimatio ipſius damni in eventum exſtituri, ſed cujus pretio plurimum detrahit incertitudo eventus; qualis e contrario quoque eſt æſtimatio ſpei, ſcil. æſtimatio ipſius rei, vel commodi in eventum percipiendi, ſed cujus pretium valde imminuitur incerto eventu: v. g. cum res emenda proponitur, cujus metuitur publicatio, vel occupatio hoſtilis. Si certum eſt publicatum iri, nullus emtor reperietur, niſi ſtultus; nullumque offeretur pretium, ubi nullum commodum æſtimabile eſt: at ſi incerta publicatio, valde tamen probabiliter ſecutura, adeoque ſpes exigua ſit, inveniri poterunt emtores, ſed offerent exiguum pretium; majus vero, ſi ſpes magna ſit, & publicatio parum metuatur; non tamen totum, quod emtor offerret pro commodo plane certo. Unde cum Annibal audiſſet agrum, quem ipſe inſederat, eodem tamen die Romæ in foro veniſſe, nihil ob id diminuto pretio; adeo invictus Romanorum animus ex hoc facto ipſi apparuit, ut vel ideo ſpem urbis potiundæ abjecerit, *Liv. lib. 26, cap. 11. Valer. l. 3, c. 7, n. 10*; arguens certos eos, & ſecuros eſſe de victoria, ac re recuperanda, qui integro eam pretio emant.

Atque ea eſt vera æſtimatio aleæ. Uti ergo ſi quis jactum piſcium emit, æſtimatio quidem ſit ejus, quod capi ſolet, ſed cui incertitudo eventus plurimum detrahit: ita contra ſi quis periculum damni ſuſcipit, æſtimatio quidem ejus damni ſit, quod accidere poteſt, ſed quam plurimum imminuit incertitudo eventus; quo modo conſtituitur pretium aſſecurationis. Unde cum plurimi mercatores Amſtelodami merces in aliorum ædibus depoſitas habeant, paciſci cum aſſecuratoribus ſolent periculo incendiorum; qui caſus cum inſolitus ſit, rariſſimeque accidat, & exiguus adeo periculi metus ſit ſemunciale tantum fœnus accipiunt, id eſt $\frac{1}{2}$ in 100.

Hinc præmium aſſecurationis non modo pure, ſed & ſub conditione, quin ea quoque lege dari, aut promitti aſſecuratori poteſt, ut in aliquem caſum reddat, adeoque eo exiſtente contentus ſit medii temporis uſu: ſed tum præmium illud longe minoris erit pretii propter caſum illum incertum, in quem repeti poteſt; at longe majoris, quam nudus medii temporis uſus, quia caſu illo non exiſtente in perpetuum retineri poteſt; & illius pretium minuit metus amittendi, hujus auget ſpes retinendi: adeo incertitudo addit, & detrahit vero pretio, *l. 5, in princ. ff. de naut. fœn.*

Quin quod magis mirum, poteſt præmium ea quoque lege dari aſſecuratori, ut non modo quod accepit, ſed & præterea amplius quid in caſum illum reddat, *per d. l. 5, in pr.* Nam non modo æſtimatur medii temporis uſus, qui tam locuples eſſe poteſt ut loco præmii eſſe queat, etſi plus poſtea reſtituendum ſit; ſed & ſpes retinendi jure perpetuo præmii ſi caſus non exiſtat.

Eſt itaque periculum res vere æſtimabilis, indeque dicitur *pretium periculi, d. l. pretium 5, pr.* Quemadmodum & aleæ vera emtio venditio, eoque verum pretium eſt, *l. 8, §. 7, ff. de contrah. emt.* Ex quo inprimis patet aſſecurationis æquitas, ac juſtitia, cum periculum juſto pretio per eam æſtimetur, atque adeo optimo jure qui periculum pro alio ſuſcipit, ejus juſtam quoque æſtimationem ab alio recipiat.

Cæterum etſi ex ratione juris communis aſſecurationem inire poſſunt tum omnes, qui paciſci, modo liberam rerum adminiſtrationem habeant; tum de omnibus rebus, quæ in commercio ſunt, nec exportari prohibitæ: in utroque tamen capite plurimum merito, & prudenter immutarunt ſtatuta locorum. Cum enim magna pars felicitatis publicæ ſint commercia, ut diximus: hoc vero negotium, quo præcipue fulciuntur, & communiuntur

Digitized by Google

commercia, fraudibus fere pateat; hinc ſtatutis id agitur 1. ut ab eo, ejuſque eventu, ſeu periculo, omnis ſiniſtra machinatio, fraudisque ſuſpicio abſit. 2. Ut coërceatur cum temeritas pericula recipientium, tum facilitas res periculo committentium, utrorumque φιλοκινδυνία: atque adeo 3. ſuum periculo conſtet pretium.

Omnino nullus erit ſi contrahentium alter rem, de qua agitur, aut ſalvam &c.] ,, Solvitur enim pecunia hæc pro periculo: non ,, autem eſt periculum ſi navis jam in portum delata, & ſalva eſt, *d. diſp.* §. 16, ,, 17, & 63. Doloſe igitur ſtipulatur tales ,, uſuras, qui ſcit periculum non eſſe.

Non tantum ob paritatem, quam exigit contractuum permutatoriorum natura] ,, Auctor ,, in contractibus natura æqualitatem requiri, dixit; & ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti: *ſupr.* §. 8. ,, Nos veram rationem, cur his caſibus contractus nullus ſit, modo expoſuimus.

Sed quia propria materia hujus contractus &c.] ,, i. e. Quia in negotio aſſecurationis ,, æſtimatur periculum, & ſpes, adeoque ,, incertitudo eventus. *Periculum* enim eſt ,, damnum, quod metuitur; *ſpes* bonum, ,, quod expectatur. Utrumque a caſu ſuſpenditur: adeoque eſt quidem res æſtimabilis; at ob incertitudinem æſtimatur minori ,, pretio. Quoties igitur incertitudo non eſt, ,, ut ſi alter contrahentium ſcit, ſpem, & periculum non eſſe, ceſſat quoque omnis ,, æſtimatio.

Damnum ſub ratione incerti] ,, Nam æſtimatur periculum a caſu ſuſpenſum, adeoque damnum, quod incertum eſt, at contingere poteſt.

Ex communi æſtimatione petendum eſt] ,, Jure naturæ pretium petendum eſt ex diſpoſitione contrahentium, qui prout de ſuo ,, jure diſponunt, ita jus eſt. Jure civili Romano uſque ad centeſimas uſuras ſtipulari ,, licebat, moribus fere ſeptunces: *d. diſp.* 26, ,, & 27.

,, At quæritur, cujus loci, & temporis æſtimatio inſpicienda ſit in computando damno? B. Parens in *d. diſp.* §. 49. reſpondet, ,, ex natura hujus contractus nullius certi loci, vel temporis æſtimationem ſpectandam ,, eſſe; ſed quanti merces emtæ fuere: id ,, enim ex natura aſſecurationis agitur, ut ,, indemnis ſervetur aſſecuratus, non etiam ,, ut lucrum capiat. Atque ita id quoque ex ,, eadem ratione, & æquitate deciſum eſt in ,, L. Rhodia, in qua mercibus perditis inſpicitur æſtimatio, quanti emtæ ſunt; quia ,, detrimenti, non lucri præſtatio eſt: uti ,, expreſſe dicitur in *L.* 2, §. 4, *ff. ad L. Rhod. de jact.* Et longe magis in aſſecuratione, ,, quam in Haveria ea æſtimatio ſequenda eſt, ,, niſi aliud convenerit. Ita aliud conveniſſe ,, videtur, ſi quis promiſerit merces in certo ,, loco ſalvas ſe præſtiturum; tunc enim & ,, lucrum ejus loci ſalvum fore promiſiſſe intelligitur, inprimis cum teneatur hoc caſu ad omne id, quod intereſt. Idemque ,, promiſſum videtur in ſpecie, in qua Scaccias, quod in ea cauſa tum judex eſſet, ,, ſententiam ſuam ſe ſuſpendiſſe, ait *d.* §. 1, ,, *p.* 1, *n. num.* 169. Cæterum ſtatutum illud ,, Genuenſe, cujus meminit *d. l.* ut medietate itineris pretia diſtinguantur, & loci, ,, unde ſolvitur, pretium ſpectetur ſi medium ,, iter nondum emenſa navis fuerit, alias autem ejus loci, in quem iter dirigitur, paſſim receptum eſt, & ab æquitate non minus, quam decidendarum cauſarum facilitate commendatur. Coren. *Rer. jud. obſ.* ,, 41, *in not. ad n.* 4.

Ad §. XXIV.

Ad intellectum hujus materiæ *de ſociis* præmittenda ſunt vera principia.

Propositio I.

Societas eſt vel bonorum, vel negotiationum.

Propositio II.

In ſocietate bonorum ſors ipſa communicatur; in ſocietate negotiationum ſaltem communicatio ſit lucri, & damni.

Demonstratio.

Illa igitur magis dicitur communio, quam ſocietas; ipſa enim ſors pro indiviſo acquiritur ſocio. *l.* 73, *ff. pro ſoc.* Hinc etiam onera, ad quæ alter ſociorum tenetur, communicantur, *d. l.* 73; modo ne ex delicto ſuo teneatur, *l.* 52, §. *ſ. ll. ſeq. pro ſocio.* De ea ſocietate autem hic non agitur, neque ea huc pertinet. *Hæc* eſt ubi ſors cuique propria manet; at quæſtus ſaltem inter ſocios communis eſt: cum vero lucrum non intelligatur niſi deducto damno, per conſequens quoque damni communicatio ſocietati ineſt.

Effectus hujus rei eſt, quod in ſocietate negotiationum ſors pereat ei, cujus eſt, & quod lucrum communicetur non æqualitet (quia ſors inæqualis eſſe poteſt), ſed pro rata.

Pro-

PROPOSITIO III.

Duo autem ſunt, unde lucrum percipere poſſumus, 1. res, 2. opera, ſeu actio.

DEMONSTRATIO.

Sors ergo non tantum in re, pecunia in mercibus &c. conſiſtit, ſed & in opera; nam ex utraque utilitas oriri poteſt, quæ naturali ratione debetur ei, cujus res, vel opera eſt: cum nemo jus in rem, vel operam alterius habeat.

PROPOSITIO IV.

Unde utilitas, quæ ex re, vel opera provenit, utrique debetur pro rata rei, vel operæ.

DEMONSTRATIO.

In ſocietate igitur, quæ quæſtus cauſa initur, & ubi ſors ipſa non ſit communis, partes lucri non poſſunt eſſe æquales, quia alter ſociorum ex re aliena lucrum caperet. Neque enim aſſeri poteſt, partes ita diſpoſuiſſe; nam id verum non eſt, niſi id in ſpecie dictum ſit, ut lucrum æquis partibus commune eſſe debeat. Idque confirmatur per textum expreſſum in §. 6, *Inſt. de ſociet.* Unde ſimul apparet, ſententiam, quod in ſocietate negotiationum proportio Geometrica locum habeat, juri naturæ, & civili eſſe convenientiorem.

PROPOSITIO V.

Non ergo valet ſocietas, ſi 1. alter tantum de damno participat, non de lucro: 2. ſi lucri quidem portio promittitur, ſed tam exigua, ut propter damnum, quod recipit, vix unquam ſperandus ſit effectus lucri.

DEMONSTRATIO.

Eſſentia ſocietatis in eo conſiſtit, quod lucrum debeat eſſe commune: ſi proinde alter lucro renunciet, deficit eſſentia ſocietatis, quæ in communione lucri conſiſtit, indeque negotium ſocietatis nullum eſt. Sed anne valet tanquam donatio? Reſp. Poſitis negotiorum formis, nec jure naturæ valebit; nam partes voluere ſocietatem contrahere: forma hujus negotii ſupponit communicationem lucri; adeoque non valet negotium ut ſocietas; neque ut donatio, quia partes non habuerunt animum donandi, ſed ſocietatem contrahendi, quæ hic, ob defectum formæ, non eſt: *l.* 5, §. *f. pro ſocio.*

Atque talis ſocietas a JCtis Romanis vocatur Leonina, ab Æſopi fabula de Lupo cum Vulpe dividente deſumta. Eaque non tantum eſt, ſi convenit ut ſolum damnum, non lucrum commune ſit, *l.* 59, *pr. eod.* ſed ſi partes lucri adeo ſint inæquales, ut alter tantam damni partem recipiat, ut vix ſperare lucrum liceat. *Vid.* §. 2, *Inſt. pro ſocio.*

Si pecuniæ æquales ſunt, æquales eſſe etiam 1
oportet partes] ,, Nam quiſque ex re ſua uti-
,, litatem percipit; ubi igitur res æqualis
,, confertur, utilitas quoque æqualis eſſe de-
,, bet, niſi partes inæquales pacto definitæ
,, fuerint. §. 1, *Inſt. de ſociet.*

Sin inæquales fuerint, partes quoque fient pro rata] ,, Sors enim cuique propria ma-
,, net: ſi proinde æquales fierent portiones,
,, alter ſociorum ex re aliena locupletior
,, fieret.

Ariſtoteles] ,, Adde 3, *polit.* 6.

Idem habebit locum ſi operæ, aut æquales, aut inæquales conferantur] ,, Nam utilitas
,, æque ex opera noſtra, ac ex re oritur:
,, immo aliquando major ex opera, uti ſi
,, talis ſit negotiatio, quæ magis operam re-
,, quirit, & ſolertiam. §. 2, *Inſt. de Societ.*
,, *l.* 29, §. 1, *ff. l.* 1, *C. pro ſocio.*

Sed & opera cum pecunia, aut cum pecunia, & cum opera] ,, Nam ex opera æque
,, utilitatem oriri, dixi, ac ex pecunia.

Sed hæc collatio non uno modo fit] ,, Par- 2
,, tes enim de ſua re, & de ſua opera pro
,, lubitu diſponere poſſunt; prout igitur diſ-
,, ponunt, ita jus eſt.

Quo caſu ſors perit domino] ,, Nam di-
,, ctum eſt, ſortem ipſam, ſeu id, quod
,, collatum eſt, non communicari, ſed lu-
,, crum ſortis.

Domino ſalva eſt] ,, Adeoque finita ſocie-
,, tate, alter ſuam operam, quæ inſtar ſor-
,, tis eſt, alter ſuam ſortem recipit.

Aut opera confertur cum ipſo dominio pecuniæ] ,, Tunc enim a parte alterius, qui pro
,, opera ſortem ipſam communicat, adeoque
,, ita ſpeciatim diſponit, eſt communio bo-
,, norum; & ſic non proprie ſocietas, quæ
,, ſaltem eſt communio lucri, & damni, non
,, ſortis.

Particeps ſit ſortis] ,, Ita enim pacti ſunt.

In prima ſpecie] ,, Si opera cum pecuniæ
,, uſu communicatur.

Non ſors, ſed periculum amittendæ ſortis &c.] ,, Adeoque & lucri, quod ex illa ſorte
,, ſperatur.

In altera] ,, Ubi opera cum ipſo dominio
,, pecuniæ confertur.

Operæ pretium habetur quaſi ſorti adjectum]
,, Nam opera eſt ſors quædam, & talis res,
,, ex qua producitur utilitas, æque, ac ex
,, ipſa pecunia; fructus enim ſunt æque in-
,, duſtriæ,

Digitized by Google

,, duſtriæ, ac rei. Et ſic induſtria hic con-
,, fertur tanquam res, ex qua lucrum oriri
,, poteſt.

Et pro eo, quod valet] ,, Scilicet, illa
,, opera: quia ſocietatis natura eſt ut lucrum,
,, & damnum ſaltem communicetur pro rata
,, collationis.

In ipſa ſorte partem habet] ,, Quia ita pa-
,, cti ſunt.

Idem & de labore, ac periculo navigationis, & ſimilibus intelligi debet] ,, Nimirum,
,, ut labor quoque, & periculum, vel cum
,, ipſa forte, vel ſaltem cum pecuniæ uſu
,, conferri poſſit.

3 *Immunis damni, eſt quidem præter naturam ſocietatis*] ,, Quintus Mutius ita ſentie-
,, bat; ſed ſententia Servii Sulpicii præva-
,, luit §. 2, & 3, *Inſt. de ſociet.* quia lucrum
,, ſemper intelligitur deducto damno: *d.* §. 3.
,, Sufficit ergo, lucrum commune eſſe.

Poteſt tamen ita conveniri ſine injuria]
,, Nam eſt vera ſocietas, *d.* §. 3.

— *Fiet enim mixtus contractus ex ſocietate, & ex contractu averſi periculi*] ,, Immo
,, unum hic eſt negotium, ſcilicet *ſocietas*,
,, ad cujus eſſentiam ſufficit communio lu-
,, cri, i. e. ejus, quod ſupereſt, deducto
,, damno, *d.* §. 3. Pactum autem illud, quod
,, ſi nullum lucrum ſit, ſed ſolum damnum,
,, id alter ſolus ferre debeat, non everrit
,, naturam ſocietatis, ſed eſt pars contractæ
,, ſocietatis.

Averſi periculi] ,, i. e. Aſſecurationis: de
,, qua ſupra §. 23.

In quo ita ſervabitur æqualitas ſi tanto plus lucri ferat, quam alioqui laturus fuerat &c.]
,, Immo nulla hic æqualitas obſervatur; ſed
,, prout partes diſponunt, ita jus eſt, etſi
,, plus lucri non ferat is, qui damnum in
,, ſe recepit: *d.* §. 3.

Sine lucro] ,, Quæ ſocietas JCtis dicitur
,, Leonina.

Quia ita naturalis eſt ſocietati utilitatum communio, ut ſine ea nequeat ſocietas conſiſtere] ,, Vera ratio eſt, quia forma ſocieta-
,, tis, quam gentes huic negotio dederunt,
,, neceſſario infert communicationem lucri. Si
,, proinde hoc requiſitum deficit, forma eſſen-
,, tialis deficit, eoque non eſt ſocietas. Ne-
,, que valebit ut aliud negotium, quia par-
,, tes animum non habuere aliud negotium,
,, præter ſocietatem, contrahendi.

Si quæ conferuntur ſint æqualia] ,, Si enim
,, partes non ſunt æquales, alter lucrum ex
,, re aliena caperet: atque hanc ſententiam
,, probavi in jure meo controverſo *tit. pro*
,, *ſocio. q.* 7.

In ſocietate autem univerſorum bonorum &c.] ,, Ibi omnia bona communia ſunt, ip-
,, ſumque dominium commune utrique eſt
,, pro indiviſo.

Non id, quod hinc, aut illinc obvenit, ſed quod probabiliter ſperari poterat, comparandum eſt] ,, Cum enim unum ſit utriuſque
,, patrimonium pro indiviſo commune, ne-
,, ceſſario ſequitur, omnem utilitatem, ſive
,, præſentem, ſive futuram, communem eſſe.
,, Adeoque ad hanc ſocietatem pertinent om-
,, nia lucra, etiam quæ ſpeciatim ſocietatem
,, non reſpiciunt. *Laut. comp. f.* 291.

AD §. XXV.

IN *ſocietate navali adverſus piratas*] ,, De
,, qua egimus *ſupra* §. 4.

Utilitatis communis eſt ipſa defenſio: interdum & præda] ,, Quando plures ineunt ſo-
,, cietatem navalem, i. e. quando plures ſo-
,, cii conferunt naves, inſtrumenta bellica,
,, & operam communem, hæc *ſortem* con-
,, ſtituunt; utilitas, quæ inde oritur, eſt
,, defenſio commercii, & præda. Hinc jam
,, quæritur, quomodo præda hæc inter ſo-
,, cios dividatur? Reſp. pro rata collatæ
,, ſortis, i. e. navis, inſtrumentorum, &
,, operæ &c. At quia difficillima hæc com-
,, putatio foret, ideo pactis definiri partes
,, lucri ſolent. Atque hinc apparet, onera
,, quoque pro rata rerum, quæ ſervantur,
,, inter ſocios dividenda eſſe: adeoque mer-
,, cator, qui per defenſionem illam plus ſer-
,, vat, plus quoque ſumtuum conferre de-
,, bet, quam is, qui minus ſervat.

Solent autem æſtimari naves, & quæ in navi ſunt] ,, Nam lucrum hic æſtimatur ex
,, commodo defenſionis: plus autem com-
,, modi inde conſequitur is, qui plures mer-
,, ces habet.

Ut damna, quæ eveniunt, ferantur a dominis navium, & mercium pro parte] ,, Qui
,, igitur multas merces habet, eaſque per de-
,, fenſionem ſervat, is plus quoque impen-
,, ſarum conferre tenetur.

In quibus ſunt & vulneratorum impendia]
,, Vulneribus enim certum pretium imponi
,, ſolet, quod communiter præſtandum tan-
,, quam onus. Exemplum hujuſmodi pacti
,, exſtat in libello, cui titulus: *Hiſtoire des*
,, *Flibuſtiers.*

Pro

Digitized by Google

Pro parte, quam habent in ea ſumma] „ Quæ ſcilicet ex æſtimatione navis, & quæ „ in ea ſunt, conficitur.

Ipſi juri naturæ ſunt conſentanea] „ Scilicet, poſita hypotheſi, quod ſocietas ſit „ negotium, cujus forma eſſentialis conſiſtit „ in communicatione lucri.

A d §. XXVI.

P o s t q u a m Auctor regulam, *quod naturæ ſpectetur æqualitas in contractibus*, poſuit, idque in ſingulis contractibus, quanquam infeliciter admodum, probare conatus fuit; jam exceptionem a regula illa proponit ex jure Gentium voluntario. Hoc enim inæqualitatem in pretio permittere, ait, in emtione: atque huc refert aſſertum JCti in *l.* 16, *de Min. quod naturaliter partibus liceat ſe invicem circumvenire*; modo non ſit læſio ultra dimidium veri pretii. At ſupra jam diximus, JCtum loqui de circumventione, quæ ſit ex diſpoſitione partium, ſcilicet plus petendo, vel minus licitando: ita enim ipſe rem explicat *d. l.* 16. Conf. *l.* 22, §. *ſ. l.* 33, *ff. loc. cond.* Hæc circumventio, qua alter majus pretium petit, ac res valet, & in quam alter conſentit, jure naturæ omnino licita eſt, quia partes de ſuo jure diſponunt. At jure civili hæc libertas naturalis reſtricta, & ne ultra duplum veri pretii emtor exigat, alterumque circumveniat, ſtatutum eſt.

1 *Jure gentium voluntario*] „ Cum tale jus „ non exiſtat, (*Diſſert. Proœm. IV.*) fruſtra quæritur, an eo jure aliquid mutatum ſit.

Uno excerto, quod inæqualitas rerum, in quam conſenſum eſt, &c, in actionibus exterioribus pro æqualitate habeatur] „ Repetit hoc „ Auctor infra *c.* 19, §. 6. Senſus eſt, jure naturæ nihil ex tali contractu inæquali deberi; „ adeoque agenti exceptionem inæqualitatis „ opponi poſſe: at contractum illum ex jure „ gentium voluntario firmitatem accipere, „ & jus externum inde acquiri, *d.* §. 6. At „ 1. negamus, inæqualitatem jure Gentium „ voluntario pro æqualitate haberi, cum jus „ tale gentium non exiſtat, & inæqualitas „ in pretio naturali quoque ratione pro æqualitate, i. e. pro jure habeatur. Hinc „ 2. verum non eſt, jus hoc externum eſſe, „ & ſaltem actionem denegari contra inæqualitatem; jure interno autem, i. e. jure naturæ actioni illi opponi potuiſſe exceptionem inæqualitatis.

Ubi nec mendacium interceſſit] „ Si igitur „ venditor qualitates mentitur, quæ rei non „ adſunt; nec jure gentium inæqualitatem „ pro æqualitate haberi, ait: adeoque actionem dari emtori, putat, ad corrigendam „ inæqualitatem. At venditor hoc caſu non „ tenetur ob inæqualitatem, ſed ob dolum; „ ejus enim mendacio deceptus majus pretium ſolvi: hoc damnum, cujus ipſe cauſa „ eſt, reparare tenetur.

Nec ejus, quod dictum oportuit, reticentia] „ Putat igitur, inæqualitatem tunc quoque pro æqualitate non haberi, ſi venditor vitia non ſignificavit. At ſupra §. 9. „ demonſtravimus, id non ex inæqualitate „ oriri, ſed quia facto venditoris, qui ſcivit „ vitia, vel ſcire potuit, & debuit, mihi „ damnum datur, quod venditor reparare „ tenetur.

In actionibus exterioribus] „ Cujus effectus eſt, ut actio ex inæqualitate detur, „ quæ jure interno, oppoſita exceptione inæqualitatis, elidi potuiſſet. *Vid. infra c.* 19, „ §. 6.

Jure civili ante conſtitutionem Diocletiani actio in foro nulla dabatur] Immo ante conſtitutionem Diocletiani jure Digeſtorum jam obtinuit, ut ex enormi læſione daretur reſtitutio in integrum, ex clauſula ſcil. generali, ſi qua juſta mihi cauſa fuerit. At quid ſit enorme damnum, hoc demum definitum eſt a Diocletiano in *L.* 2, *c. de Reſcind. vend.*

Additio.

„ Egregie hanc quæſtionem, *an reſtitutio* „ *ex cauſa enormis læſionis digeſtorum jure* „ *jam obtinuerit*, expoſuit B. Parens *in diſſert. ad l.* 3, *c. comm. utriuſque judicio.* „ *Sect.* 2, §. 5, 6, & 7. his verbis.

P o s t e r i o r e m hanc ſententiam ut appareat certiſſimam eſſe, obſervandum inprimis eſt, reſtitutionem ex cauſa enormis læſionis non eſſe introductam primum per *l.* 2, *C. de Reſcind. vend.* Sed jam antea, & jure quoque Digeſtorum obtinuiſſe, comprehendique ſub edicto reſtitutionis majorum in *l.* 1, *ff. ex quib. cauſ. major.*: & quidem ſub clauſula illa generali, *ſi qua juſta cauſa mihi fuerit &c. d. l.* 1, §. 4. *l.* 26, §. *fin. eod.* Cum enim vi hujus clauſulæ permiſſum ſit judici, ubicunque æquum videtur, in integrum reſtituere, *d. l.* 26. §. *fin. in pr.* negari neutiquam poteſt, inprimis æquum quoque eſſe, ut enormia damna reparentur, *l.* 6, §. *fin. ff. de jur. dot. l.* 79, *ff. pro ſoc.*

Quodnam autem eſſet enorme damnum, tunc

definitum non fuit, ſed arbitrio judicis id quoque permiſſum. Definitur vero hoc demum in *d. l.* 2, *in fin.* & reſtringitur ad læſionem ultra duplum. Idque certiſſima hac ratione conſtat, quod *d. l.* 2. agat de negotio ante contracto, ſcilicet de venditione jam ante facta, verb. *Si tu, vel pater tuus diſtraxerit*; quæ proinde ſi ſemel ita valuiſſet, ut tempore contractus nullum contra eam remedium juris fuerit, non potuiſſet ex poſt facto eam Imperator per *d. l.* 2. tollere. Expedit enim juris eſt, tum quod jus ſemel ex cauſa valida quæſitum nec princeps auferre poſſit: tum quod ex eadem naturali ratione leges in futurum, non in præteritum obligent, & ad negotia futura, non ad præterita referantur *l.* 7, *C. de Legib.* Neque ab hac naturali regula alia datur exceptio, quam in legibus mere declaratoriis, ac negotiis adhuc pendentibus, *d. l.* 7, *Nov.* 143, *in fin. Clement. un. de probat.* In his enim cum nondum jus parti quæſitum ſit, ſed pendeat a futura deciſione, ſeu declaratione, hæc ubi ſequitur, ad iſta quoque negotia abſque ulla injuria referri poteſt. Atque ita *d. l.* 2. id quidem, quod ab arbitrio judicis adhuc pependit, & declarandum fuit, ſcil. quænam eſſet enormis læſio, perpetua lege declarare, ac definire potuit; ipſam autem venditionem jam perfectam, ſi tum jure valida fuiſſet, novo jure tollere non potuit.

Atque ita paſſim occurrunt veſtigia juris veteris, quibus ante *d. l.* 2. quoque ſuccurſum fuit in pretio læſis: uti in *l.* 79, 80, *ff. pro ſocio*, ubi corrigitur nimia læſio, quæ per arbitrum in definiendis ſocietatis partibus illata fuerat. Nihil autem intereſt, an ipſi ſocii partes per ſe definiant, an per alium, *arg. l. fin. C. contr. emt.* Ita læſis in pretio actiones jam olim competiiſſe, apparet ex *l.* 2, *ff. Depoſ. l.* 12, §. 1. *ff. fam. erciſc. &c.*

Ita nec inter eos, qui jure gentium ſolo ſociantur, exactio, aut coactio ſit] ,, Dictum
,, eſt, homines, non ſociari ex aliquo jure
,, gentium voluntario, utpote quod non agno-
,, ſcimus. Diximus porro, jure naturæ exa-
,, ctionem, aut coactionem ex inæqualitate
,, pretii eſſe; adeoque id non demum pro-
,, cedere ex ficto aliquo jure gentium vo-
,, luntario.

Hoc enim eſt, quod ait Pomponius] ,, Im-
,, mo Pomponius in *L.* 16, §. 4, *ff. de Minor,*
,, non provocat ad jus aliquod gentium volun-
,, tarium, ſed ad ipſam naturæ rationem,
,, quando ait, *in pretio emtionis, & vendi-*
,, *tionis, naturaliter ſe circumvenire licere*;
,, quia omne pretium natura juſtum eſt,
,, quod inter partes ſtatuitur. Sane, pretia
,, rerum certa a natura non ſunt, ſed va-
,, riant affectu, indigentia &c: indeque nul-
,, lum pretium a natura eſt, niſi quod par-
,, tes inter ſe conſtituerunt. Hinc notanter
,, Pomponius addit, licere ſe invicem cir-
,, cumvenire *in pretio emtionis venditionis*,
,, vel, ut clarius id explicatur in *l.* 22, §. *f.*
,, *ff. loc. Cond. ut conceſſum ſit, quod pluris*
,, *eſt minoris emere, quod minoris eſt pluris*
,, *vendere, atque ita NB. ſe invicem circum-*
,, *venire.* Conf. *princ. h.* §.

Ubi licere eſt non quidem fas eſſe, ſed ita permitti] ,, Contrarium apparet ex ipſa le-
,, ge, ubi dicitur, *naturaliter* licere. Natu-
,, ra autem quæ permittit, ea quoque fas
,, ſunt. Sed & ratio naturalis hic ſubeſt,
,, quia partes pro lubitu definire pretium,
,, & in infinitum de ſuo jure diſponere
,, poſſunt.

Ut nullum contra proditum ſit remedium in eum, qui ſe pacto velit defendere] ,, Sen-
,, ſus eſt, actionem non dari contra læden-
,, tem, etſi injuria agat; propter exceptio-
,, nem pacti, quam lædens opponere jure
,, gentium poſſit.

Naturaliter autem eo in loco poſitum eſt z
pro eo, quod recepti paſſim moris eſt] ,, Apud
,, JCtos vox *naturaliter* varie accipitur: 1.
,, pro facultate morali agendi, ut in circum-
,, ventione circa precium: 2. pro facultate
,, mere naturali; quo ſenſu ſervo in ſuum
,, corpus *naturaliter* ſævire licet, *l.* 9, §. 7,
,, *ff. pecul.* Et Quintilianus *Decl.* 4. ait, *licet*
,, *mihi mori etiamſi id negetis.* 3. Nun-
,, quam autem ſumitur pro conſuetudine
,, paſſim recepta.

Ipſa natura docere dicitur, viro turpe eſſe comam alere] ,, Natura nec hic ſumitur
,, pro recepto paſſim more, ſed pro facto
,, naturæ, quæ fœminis præ maribus comam
,, pinguiorem pro velamine dedit.

,, Hoc factum naturæ nos docet, NB. jux-
,, ta morem Hebræorum turpe eſſe viro co-
,, mam alere; turpe uxori comam non ale-
,, re. Cum enim *vir* orare non velato ca-
,, pite teneatur, 1. *Cor.* XI, 4. capilli autem
,, ſint velamentum capitis, *d. c.* XI, *v.* 15,
,, recte ait Apoſtolus, virum velato capite
,, orantem deturpare caput ſuum, *d. c.* XI,
,, 4, 7; adeoque comam, ſi eam nutriat, ei
,, eſſe ignominiam, *d. c.* XI, 14. Econtra-
,, rio, cum mulier non poſſit orare niſi ve-
,, lato capite, *d. c.* XI, 5, 6, 10, capilli au-
,, tem ei natura pro velamento dati ſint,
,, *d. c.* XI, 15; hæc ipſa natura nos docet,
,, turpe eſſe mulieri, decalvari, *d. c.* XI,
,, §. 5, & 6: glorioſum autem eſſe ſi comam
,, nutriat, *ibid.* §. 15.

Neque repugnet natura] ,, Immo repugnat
,, facto

Digitized by Google

,, facto naturæ, quæ comam longiorem ſœ-
,, minis dedit, quam maribus.

Et multos apud populos uſitatum ſit] ,, Apud
,, Romanos admodum improbabatur mos ille
,, nutriendi comam. *Vid. Sen. de brev. vit.*
,, *c.* 12. *Gellius l.* 5, *&* 7, 12. Chorus apud
,, *Sen. Hyppol.* 800. *Ovid. Heroid.* 4, 75, *&c.*
,, Econtrario, Lycurgus apud Spartanos edi-
,, cto ſanxit, ut pubertatis annos egreſſi
,, comam nutrirent, quo viderentur gravio-
,, res. Idem fecit Ageſilaus. *Vid. Fabri lexi-*
,, *con voce* COMA.

Natura vanos] ,, Immo natura hic pro
,, jure naturæ ſumitur, quia jus naturæ pro-
,, hibet idola colere. *Vid. l.* 2, *c.* 20. §. 47.

Τέκνα φύσει ὀργῆς] ,, *Eramus natura filii iræ.*
,, At Apoſtolus ibi non intelligit per naturam
,, id, quod recepti paſſim moris eſt; ſed
,, ſtatum naturæ corruptæ, qui opponitur
,, ſtatui gratiæ. *Vid. Gron. h.*

Non tam ex ſua, quam ex Romanorum, apud quos tum vivebat, perſona loquens]
,, Immo ex ſua perſona, qua Chriſtianus
,, loquitur: apud Romanos enim differentia
,, inter ſtatum corruptum, & ſtatum gratiæ
,, cognitus non erat.

Atque id naturam, credo, mortalibus eſſe]
,, Natura hic itidem non accipitur pro eo,
,, quod paſſim recepti moris eſt; ſed pro
,, conſuetudine, quam homines eundem ſæ-
,, pius actum agendo contrahere ſolent, &
,, quæ altera natura dicitur. Unde Quincti-
,, lianus *Inſt.* 1, 2, eleganter ait, *fit ex his*
,, *conſuetudo, deinde natura:* atque huc quo-
,, que pertinent ab Auctore hic allegatæ au-
,, ctoritates.

Naturaliter inter ſe pugnam eſſe] ,, Intro-
,, ducto Jure Romano teſtamentorum uſu,
,, ac teſtamenti definitione, & quatenus eſt
,, *diſpoſitio de vero patrimonio*, omnino con-
,, tradictio naturalis eſt, pro parte teſtatum,
,, pro parte inteſtatum decedere, i. e. fa-
,, cere diſpoſitionem univerſalem, & diſpo-
,, nere ſaltem de parte bonorum.

E ſolis Romanorum moribus] ,, Qui hoc
,, modo teſtamentum definiebant.

In militum teſtamento] ,, Sed nec tunc na-
,, turæ id repugnat, quia ratione militis te-
,, ſtamentum non eſt diſpoſitio de univerſo
,, patrimonio; ſed ibi teſtamentum definitur
,, quælibet diſpoſitio de eo, quod quis poſt
,, mortem fieri vult.

Ejus, quod dixi, juris introducendi] ,, Ra- 3
,, tionem hic reddit, cur jus gentium volun-
,, tarium non omnem inæqualitatem in pre-
,, tio pro vitioſa habeat, quia alias inextri-
,, cabiles orituræ eſſent lites inter eos, qui
,, judicem non habent. At diximus 1. Jure
,, naturæ non requiri æqualitatem in nego-
,, tiis: 2. Inæqualitatem in pretio non vi-
,, tiare negotium. Negavimus 3. dari jus ali-
,, quod gentium voluntarium, quo gentes
,, inter ſe obligentur. Sed diximus 4. regu-
,, lam illam, *ut inæquale pretium in emtione*
,, *venditione habeatur pro æquali*, i. e. juſto,
,, non eſſe ex ficto aliquo jure gentium vo-
,, luntario, ſed ex ipſo jure naturæ.

Inter eos, qui communem judicem non habent] ,, Quaſi ſummis poteſtatibus ex ficto
,, aliquo gentium conſenſu jus imponi poſſit.

Si ob inæqualitatem a pactis diſcedere licuiſſet] ,, Hic metus vanus eſt, quia jure
,, naturæ ſatis cautum eſt ne partes ob inæ-
,, qualitatem pretii recedere a diſpoſitione
,, poſſint.

Subſtantiæ nomine morem perpetuum ſignificantes] ,, Immo JCti ſubſtantiam negotii
,, intelligunt naturalem. Quod enim nemo
,, teneatur juſto pretio vendere, quod par-
,, tes pro lubitu de re ſua, & pretio ſuo
,, diſponere poſſint, hoc ſequitur ex ipſa
,, negotii natura, ac ſubſtantia naturali; non
,, igitur ex aliquo demum jure gentium vo-
,, luntario, aut more recepto.

Seneca ait, hoc jus reſpiciens] ,, Scilicet,
,, jus gentium voluntarium, ſeu morem per-
,, petuum. Nos probavimus, id ſequi ex
,, ipſo jure naturæ.

Senſu eodem] ,, Immo nec hic reſpicit jus
,, gentium voluntarium, ſed legem naturæ.

Quem indicavi paulo ante] ,, Mentionem 4
,, paulo ante non fecit ſcriptoris vitæ Iſidori.

Injuſtitiam a lege quidem permiſſam] ,, Au-
,, ctor ille non fuit juris peritus, ſed more
,, Philoſophorum ea, quæ virtutis, & perfe-
,, ctionis ſunt, ſæpe pro jure naturæ ven-
,, ditat.

FINIS TOMI SECUNDI.

BIBLIOPOLÆ MONITUM.

DUo hæc priora Grotiani Operis volumina publici juris facturo non abs re mihi viſum eſt, ut conſtet de ejus pretio certo, ac perpetuo, id pro numero foliorum conſtitutum heic apponere.

Tomus I. continet	folia $71\frac{1}{2}$
Tomus II.	—— 91
Rubrica utriuſque frontis valet	—— 2
Grotii imago ænea	—— $5\frac{1}{2}$
ſumma foliorum	170

Unumquodque folium valet *aſſes duo* Genevenſes; & hoc pacto hi *duo Tomi* conſtarent L. 17. Genevenſibus: ſed cum ea, quæ Prolegomenis præmiſſa ſunt folia majoribus, quam cætera, typis impreſſa ſint; idcirco detractis *decem aſſibus*, pretium dictorum Tomorum I, & II. eſto L. 16: 10. ſ. monetæ Genevenſis. Hæ autem ſedecim Libræ cum decem aſſibus, valent

in Gallia	L. 27: 10 ſ.	in Anglia	L. St. 1: 4 sh.
in Pedemontio	24: —	in Germania	Fl. 11: —
Mediolani	37: —	in Hollandia	Fl. 13: 15 ſ. monetæ uſu receptæ.
Neapoli Ducatos de regno $6\frac{1}{2}$		Ceteris Italiæ locis Paulos, ſ. Julios $49\frac{1}{2}$	

Bene autem notandum eſt, hoc pretio venum dari Librum Lauſannæ, præſente pecunia, ſumptibuſque emtoris exportandum.

Hoc vero pretium Operis cum notis, commentariiſque Variorum, majoris formæ, & adcuratiſſimi, juſtum viſurum eſſe, nullus dubito, iis, qui rationem habebunt Chartæ, tantæque typorum minuſculorum, non latinorum modo, ſed & græcorum diverſitatis, quorum mihi ingens moles magnis ſumptibus paranda fuit.

Poſteriorum Tomorum pretium ſtatuetur in fine Tomi IV, eodem modo, quo ſupra, foliis computatis. Ii autem exibunt e prælo, Deo juvante, menſe *Octobris*, aut *Novembris* hujus anni 1751, expectationem publicam non decepturi, mihique, quod ſpero, & aveo, litteratorum adprobationem merituri.

AVIS DU LIBRAIRE.

EN publiant les deux Premiers Tomes de cet Ouvrage, j'ai cru qu'il étoit convenable pour un chacun d'en fixer le prix au plus juſte, & à tant la feuille

Le Tom. I. contient	$71\frac{1}{2}$ feuilles
Le Tom. II. de même	91 —
Le rouge des deux Titres compté pour	2 —
Le Portrait en taille douce compté pour	$5\frac{1}{2}$
en tout	170 feuilles

à *deux ſols* courant de Geneve la feuille, ces 2 Tomes reviennent à L. 17. mais comme les feuilles qui precedent les Prolegomenes ſont d'un gros caractere, il y a pour cela *dix ſols* de rabais; ainſi le prix de ces Tomes I. & II. reſte fixé à L. 16. 10. ſ. je dis *ſeize Livres dix ſols* argent courant de Geneve: leſquelles évaluées avec la monnoye des Pais étrangers, font

En France	L. 27. 10 —	*En Angleterre*	24 ſchellins
En Piemont	24. —	*En Allemagne*	11 Gulden ou florins d'Empire
A Milan	37. —	*A Naples*	$6\frac{1}{2}$ Ducats de regno

Dans tous les autres endroits de l'Italie $49\frac{1}{2}$ Paoli, o Giuli.
En Hollande 13 florins & 15 ſols argent courant.

Le tout en argent comptant, & le Livre pris à Lauſanne aux frais des acheteurs.

Je me perſuade que ce prix ſera trouvé équitable, quand on aura examiné la qualité du papier & de l'impreſſion faite de differents petits caracteres fondus exprès, qui rendent cet Ouvrage un *Variorum* en grand format chargé de grec de deux façons, & dont la correction eſt exacte.

Je donnerai pour les 2 Tomes ſuivans, & à la fin du IVme. une évaluation (ſur le nombre de feuilles qu'ils contiendront) ſemblable à celle-ci. J'eſpere de les publier en *Octobre* ou *Novembre* prochain 1751, en m'appliquant à les rendre dignes de l'approbation des Savans, & des perſonnes qui m'ont honoré de leur confiance.

NAPOLI
59288 1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google